PROPERTY OF THE ★ Shelf No.
5510.1
V. 1
Public Library of the City of Boston
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D. 1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
From the Bates Fund.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

http://www.archive.org/details/conciliamagnaebr01wilk

CONCILIA

MAGNAE BRITANNIAE

ET

HIBERNIAE,

QUATUOR VOLUMINIBUS

COMPREHENSA.

Библіотека Гидрогр. Депо
№
Волюма | Сочиненія
27.

CONCILIA
MAGNAE BRITANNIAE
E T
HIBERNIAE,

A SYNODO

VEROLAMIENSI

A. D. CCCC XLVI.

A D

LONDINENSEM

A. D. CIↃ IↃCC XVII.

*5510.1
8.1.

ACCEDUNT

CONSTITUTIONES

ET ALIA AD

Hiſtoriam Ecclesiae Anglicanae ſpectantia:

A

DAVIDE WILKINS, S. T. P.

Archidiacono *Suffolcienſi*, et Canonico *Cantuarienſi*, collecta.

VOLUMEN PRIMUM

Ab Anno CCCC XLVI. ad Annum CIↃ CC LXV.

LONDINI,

Sumptibus
R. Gosling, in vico, dicto Fleet-Street;
F. Gyles, in vico, dicto Holborn;
T. Woodward, inter duas Templi portas, Fleet-Stieet; et
C. Davis, in vico, dicto Pater-Noſter-Row.

M DCC XXXVII.

136.7d
46469
June 27, 1861

SERENISSIMO ac POTENTISSIMO PRINCIPI et DOMINO,

DOMINO

GEORGIO II.

DEI GRATIA

MAGNAE BRITANNIAE,

FRANCIAE, et HIBERNIAE

REGI,

FIDEI DEFENSORI,

S. R. I. ARCHITHESAURARIO et ELECTORI, etc. etc. etc.

SYNODOS eccleſiaſticas MAGNAE BRITANNIAE et HIBERNIAE annalibus ab ultima vetuſtate ad noſtra uſque tempora digeſtas, ad genua TUA provolutus, REX CLEMENTISSIME, et SUPREME EARUM MODERATOR, Tibi ſumma cum reverentia offero; haud temere ſperans, ſcientiam rerum in illis geſtarum, quippe quae anteceſſorum TUORUM aut juſſu, aut ſaltem aſſenſu coactae fuerint, decretaque illarum tantum non omnia regiis edictis confirmata, REGIAE TUAE MAJESTATI non ingratam fore. Cum autem tanta ſit hujus argumenti copia, ut in quatuor Volumina ſatis magna hoc opus excreverit, rerum in eis praecipue contentarum hiſtoriam ſummatim perſtringere, nec a propoſito meo erit alienum, nec MAJESTATI TUAE forte injucundum.

Decumanae imperatorum Romanorum perſecutiones primos Chriſtianorum coetus religioſos ad cryptas et latebras per tria, poſt Chriſtum natum, ſecula ablegabant, nullamque iis concedebant facultatem quaeſtiones a Neophytis motas ſynodica auctoritate dirimendi, haereſeſque etiam tum emergentes expugnandi, donec Constantinus M. pacem eccleſiae, debacchantibus tot tyrannorum inſidiis, fere ad incitas redactae, redderet, eamque ab erroribus et ſchiſmatibus ſuis auſpiciis repurgaret.

Primus hic imperator Chriſtianus, ut veram Redemptoris noſtri religionem longe lateque per univerſum orbem extenderet, et a peſtifero Arii dogmate vindicaret, praecipuos eccleſiarum per omnem Aſiam, Africam, et Europam antiſtites ad concilium oecumenicum Nicenum convocabat; in quo ipſe praeſes pia ac erudita oratione diſputantium argumenta diluit, fallacias eluſit, fervorem repreſſit, ac in conſeſſu cccxviii. epiſcoporum ſententiam dixit ſummus ille fidei ſtator ac defenſor. Et quod in maximum orbi Chriſtiano ceſſit commodum, piiſſimus hic monarcha adeo felici conſortio cum ſuprema poteſtate junxerat pietatem et ſapientiam, ut ſucceſſoribus non in bellis tantum gerendis ſe ſtrategum, et in ſumma rerum adminiſtratione dynaſtam, ſed inprimis in propaganda orthodoxa fide ſtrenuum ſe athletam praebuerit omnibus. Unde laudatiſſima ipſius veſtigia preſſo pede inſequentes Theodosii ambo, Marcianus, Justinianus, et alii imperatores, veteres ſectas, quarum dogmata jam tum multoties damnata fuiſſent, tunc autem a quibuſdam rerum novarum in religione ſtudioſis inſtauratas ac renovatas, in ſeptem conciliis generalibus, ſuis auſpiciis indictis, extirpare ſunt conati.

Britannia, quae priſcis temporibus Romani imperii provincia cluebat, fidemque in mundi Salvatorem jam inde ab exordio ſeculi Chriſtiani ſuſceperat, non tam feſtinos faciebat progreſſus, paganiſmi ſarcinis undique impedita, ut in venerandis antiquitatum monumentis ulla poſteris reliquerit veſtigia conciliorum provincialium ante ſeculum V. coactorum; ſed cura eccleſiae praefectorum illa tempeſtate in eo cumprimis verſabatur, ut, ſpiſſis infidelium, et haereticorum tenebris diſcuſſis, lumen Evangelii, Novique Foederis rudimenta panderent populo; et, ſi quae errorum exſurgerent capita, ea reſecarent; ac ſi, devictis his, alii vel callidiores vel doctiores ſuccederent haereſium fautores, opem, quam ipſi in concilio Arelatenſi in cauſa Caeciliani et Donatiſtarum vicinis praeſulibus tulerunt, in refellendis gentis ſuae haereſiarchis ſibi pollicebantur. De illis loquor Galliae epiſcopis, qui iteratis ſtudiis, repetitiſque itineribus Agricolam, Pelagii diſcipulum, in conciliis Britannicis refutaverunt, inſulamque hanc a Pelagianiſmi labe reformare moliti ſunt.

Hac

DEDICATIO.

Hac aetate concilia noſtra extraneorum formam induere coeperunt, et multis in nomen Chriſtianum meritis inclaruiſſent, niſi e Germania advenae Saxones Angliam ingreſſi, reſplendeſcentem veritatis evangelicae lucem tetra ſuperſtitionum caligine obſuſcare, et epiſcopos, e ſedibus ſuis deturbatos, ad Cambriam et Cornubiam amandando, Chriſtianorum ſynodos diſpergere niſi ſuiſſent.

Sed fruebantur Britanni noſtri votis ad invidiam felicibus, cum ſingulari Dei ſaluti humanae invigilantis beneficio Auguſtinus, vir pius, ac in praeceptis et ritibus Chriſtianae religionis ab incunabulis enutritus, a Gregorio M. in Angliam mitteretur, ut, debellata idololatrarum barbarie, fines regni Chriſti per totam inſulam extenderet, et fidelium animos, paganorum cladibus undique exagitatos, ſalubribus monitis juvaret, erigeretque. Praeſtitit hoc divino ſuffultus praeſidio, dum nave cum ſociis in Cantium appulſus, mitibus ac pacificis ſermonibus ferociam ſuperſtitionis emolliebat, Aethelbertique regis animum a fide Chriſtiana alienum, benevolum, ac ad recipienda praecepta Chriſti expeditum reddebat; adeo ut, detumeſcentibus ſenſim odiis, rex, proceres, et ſubditi verum Dei cultum amplexi ſint.

Cum hoc modo ſub rege Saxonico religio Chriſtiana fauſta de novo in Cantio cepiſſet incrementa, multi in diverſis Angliae et Walliae partibus diſperſi epiſcopi, Auguſtino et ſociis ſe junxerunt; quorum auxilio, benigna Dei aſſiſtente gratia, per caeteras heptarchiae ditiones eſt propagata, fideſque, charitas, et devotio ſtabilitae ſunt decretis ſancitiſque conciliorum, quae conſenſu primum, deinde juſſu, et ut plurimum in praeſentia regum, nonnunquam ab archiepiſcopo Dorobernenſi, raro per legatos papae, ſummum in Anglia exercentis imperium, celebrabantur.

Normannorum victoria multas in eccleſiam Anglicanam introduxit innovationes, moribus Saxonum e diametro oppoſitas. Horum enim principes, magna accenſi devotione, privilegia et reditus eccleſiae augebant; illorum autem reges omnia haec a nutu et arbitriis ſuis pendere volebant.

Guilielmus Conquestor ſua auctoritate concilia cogebat, ac conſtitutiones eccleſiis injungebat; ſpretiſque paparum decretis, et ſanctionibus legatorum apoſtolicae ſedis neglectis, ne quiſquam e ſibi ſubditis ulla ſtatuta, ſe inſcio vel non conſentiente, a curia Romana reciperet, vel tempore ſchiſmatis ulli adhaereret pontifici Romano, inhibebat.

Filius ejus Willielmus Rufus regni faſces, durante ſchiſmate papali, arripuit; et licet aſtu Urbanum II. agnoſceret, ideoque frequentia a papa monita acceperit, ne patris inhaereret veſtigiis; nullum tamen eorum apud ipſum vim vel auctoritatem unquam habuit;

habuit; nam rex ſupremus rerum et ſecularium et eccleſiaſticarum adminiſtrator, turpi ex omnibus lucro adeo inhiabat, ut ſedes epiſcopatuum et abbatiarum diu vacantes, non bene merentibus, ſed aere onuſtis non gratis dederit, ſed venales expoſuerit.

Rex Henricus I. ſummus controverſiae de primatibus archiepiſcoporum Cantuar. et Ebor. arbiter, tandem primas in dirimenda ea partes papae dare fuit coactus; cujus graves admodum hoc tempore reſonabant querelae, quod multum dignitati, ſanctitatique ſedis Romanae ſubtractum fuerit a rege et epiſcopis Angliae. Et ut qualecunque jus in eccleſia Anglicana retineret, cum beneficia eccleſiaſtica ſuae donationi reſervare non poſſet, in homagiis tantum ab epiſcopis et abbatibus ſibi praeſtandis cum animi tranquillitate acquievit.

Titubante ſolio, ac nutante diademate, rex Stephanus velis remiſque in curiam Romanam, more majorum, invehi haud potuit, his et aliis ingentibus remoris impeditus, quas frater ejus, dominium papae dilatare cupiens, ipſi et archiepiſcopo Cantuar. ac epiſcopis, atrocibus patriam lacerando malis, objecit. Donec poſt diutinos diſcordiarum tumultus poteſtas legatina a papa Coeleſtino II. epiſcopo Wintonienſi erepta, archiepiſcopo Cantuar. ceu ſedis Romanae munus, donata fuerit. Ea tandem mirum in modum invaluit, ut pontifices auctoritati regiae et eccleſiaſticae inſidiati ſint, ac utramque pedibus conculcaverint.

Henricus II. cum pontificibus Romanis et Anglicanis contentionum ſerras de juriſdictione obtinenda vel conſervanda reciprocabat, nihili aeſtimans eorum minas, et excommunicationis fulmen, quod contra conſtitutiones Clarendonienſes emiſit Becketus. Vir hic privilegiorum eccleſiae tenaciſſimus, patriam potius, quam auctoritatem deſerere volens, Romanae ſedi ſe totum commiſit; aſt tutiſſimo licet ipſius patrocinio ſuffultus, atroces tamen perduellium manus effugere nequibat. Sub hoc rege Hiberni Anglorum imperio ſubjugati, de reſtituendis Anglis a piratis in Hibernia venditis, et de ſtabiliendo papae Romani dominio, Anglorum more, in ſynodis tractabant. Reliqua, quae, hoc rege imperii faſces tenente, in conciliis ventilabantur, argumenta ſuppeditabat controverſia inter Richardum, Cantuar. et Rogerum, Ebor. archiepiſcopos, de eccleſiis et privilegiis ab Eboracenſi metropolitano ereptis, de immunitatibus eccleſiis Scoticis a papa Romano conceſſis, et de ſubjectione eccleſiarum Scoticarum ſedi Eboracenſi.

Richardus I. ſacrae cruciferorum militiae e clericis et laicis conflatae, arma ad debellandos in Judaea Saracenos miniſtravit; cujus anteſignanus Baldwinus, archiepiſcopus Cantuar. Hieroſolymas abiturus, eccleſiae et provinciae curam epiſcopis London. et Roffenſi

in

in concilio Weſtmonaſterienſi concredidit. Hoc tempore eccleſiae Scoticanae privilegia ſua ſub rege Guilielmo a papa recuperaverunt.

Hubertus, archiepiſcopus Cantuar. auctoritatem ſuam metropoliticam in condendis de diſciplina eccleſiaſtica canonibus, in provinciam Eboracenſem intulit; et, non obſtante prohibitione regis Johannis, de reformandis eccleſiae Anglicanae moribus concilium in ſua provincia coegit; cujus rei gratia Johannes cardinalis in Scotia et Hibernia ſynodos legatinas collegit. Rex Johannes, papae Romani ſuprematu in electione archiepiſcopi Cantuar. deſpicatui ducto, innumeris regnum et eccleſiam mactavit damnis; animuſque ejus odio contra clericos praeceps, creſcente malitia conſiliariorum, per longiora temporum intervalla graſſatus fuiſſet, niſi rex Gallicorum magis armorum, quam papalis interdicti fulgura metuens, ne regni faceret jacturam, ſedi Romanae ſe ſubjeciſſet, ac novo Romae conjuncto foedere, pacem inter regem et ſacerdotium ſtabiliviſſet. Gladius hic inimicitiarum, qui jugulum et animam civium, maxime clericorum, petebat, ut eo latius coruſcaret, rex Johannes primus ſubſidium a clero Angliae ad milites conſcribendos et alendos exegit. In Scotia iter Hieroſolymitanum regis populique animos in opibus ejus gratia conquirendis diſtentos tenebat.

Sub rege Henrico III. quamplurimae ſynodi Hibernae, Scoticae, et Anglicanae varios canones de doctrina et moribus edebant; nonnullaeque in Anglia ad refraenandam violentiam Lewellini, principis Walliae, cogebantur. Hac tempeſtate bullae papales De decimis colligendis, trium regnorum eccleſias, et ſingulos domorum angulos querulis de oppreſſionibus Romanis impleverunt clamoribus; non ea de cauſa ſolummodo, quod illae omnes omnium ordinum homines argento emungerent, ſed quod etiam legatorum papae alter contra pluralitatem, reclamantibus licet epiſcopis, alter ad diminuendam auctoritatem epiſcopalem conſtitutiones in conciliis promulgaverit.

Clerus Anglicanus avaritia faſtuque curiae Romanae depauperatus, patrocinio regis Edwardi I. ſeſe commiſit; qui, ſpretis papae poſtulationibus, collationes epiſcopatuum ſibiipſi reſervabat; proviſiones, in concilio Radingenſi factas ab epiſcopis, revocari jubebat; ſtatutumque de Mortua manu, ad cohibenda divitiarum eccleſiaſticarum incrementa, ne bona temporalia abſque conſenſu regis in manus clericorum venderentur, publicabat. Attamen ſub praeſidio regio haud tuto quievit clerus, ſed nimis crebro iteratis petitis de ſubſidiorum conceſſione, et injuriis damniſque eccleſiae per curiam regiam illatis, ubique vexabatur; quibus tandem reſarciendis rex praeſens remedium pollicebatur. Memoriae proditi ſunt hac aetate diverſi generis proceſſus in conciliis habiti contra Lewel-

linum, Walliae principem; contra epiſcopos Hereford. Winton. et Johannem Peckham, archiepiſcopum Cantuar. necnon de Almarico de Monteforti. Occurrunt etiam duo inſignia negotia; unum, quod clerus ad comitia regni a rege fuerit evocatus per breve cum clauſula PRAEMUNIENTES; alterum, quod nova taxatio omnium beneficiorum eccleſiaſticorum in Anglia, Scotia, Hibernia, et Wallia a papa Nicolao IV. introducta ſit, quae nomine LINCOLNIENSIS TAXATIONIS, uti illa anno xxxviii. regni regis Henrici III. approbata, NORWICENSIS venit.

EDWARDUS II. multis modis regno ſuo exoſam papae auctoritatem atterere tentavit; timens autem, ne ſubditorum ſuorum animos, quos pontifex privilegiis demulcere ſtuduit, contra ſemetipſum irritaret, ab incepto deſiit, ac ad caſtra Romani papae tranſiit, ut ſub ejus tutamine a civium inſidiis malevolentiaque ſecurus eſſet. In conciliis hujus temporis multa contra Templarios, et Robertum de Brus, ac de decimis pro ſubſidio terrae ſanctae et contra Scotos levandis tractabantur.

EDWARDUS III. ut dominium ſuum ab exactionibus papalibus extricaret, beneficia eccleſiaſtica ſedis Romanae praeſentationi eripere coepit, breviaque contra recipientes bullas et proviſiones pontificias emiſit. Papa e contrario, ut eandem gratiam redderet, vix literis regis, reginae, et magnatum adduci poterat, ut electioni Simonis Mepham in archiepiſcopum Cantuar. conſentiret. Ut autem omnis morae aut incommodi hujuſmodi anſa praecideretur, negotium electionis et proviſionis ſequentis archiepiſcopi, Johannis Stratford, a rege papae tranſmiſſum eſt. In conciliis, praeter ſubſidia regi contra Scotiae et Franciae reges concedenda, conſtitutiones Nigrorum monachorum et canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini promulgabantur. Archiepiſcopi Cantuarienſes multa curiae ſuae ſtatuta obſervanda tradiderunt, conventumque Dovorenſem ad obedientiam ſibi praeſtandam adegerunt.

PAPA extraneis plurima in Anglia beneficia conferens, ut Edwardi III. regis animum olim, ita jam nepotis RICHARDI II. commovebat, ut regem edicta quaedam contra impoſitiones papales divulgare coegerit; non multo poſt autem, mutata rerum facie, Anglorum animos ita ſibi devincire ſcivit, ut Henricus, Norwicenſis epiſcopus, galea militari indutus, enſem contra hoſtes ejus ſtringeret, alioſque Angliae antiſtites ad defenſionem juris pontificii perduceret. Auctoritate hujus regis munitae, ſynodi quamplures proceſſus contra Johannem Wycliffum, alioſque Lollardos fecerunt. Ab hiſtoricis hujus aevi atro carbone notatur, quod archiepiſcoporum Cantuarienſium alter proditoris inſtar interfectus, alter ſede metropolitica expulſus, biennium in exilio egerit.

HENRICUS

DEDICATIO.

Henricus IV. proviſionibus papalibus, deceſſorum ſuorum more, ſtrenue ſeſe opponens, ſtatutum Praemunire dictum, ab Edwardo III. et Richardo II. ſtabilitum, confirmabat. In conciliis eccleſiaſticis clerici longas de enormibus eccleſiae illatis malis protrahebant querelas, ac frequentes inſtituebant proceſſus contra Lollardos, quos Henricus IV. primus regum Angliae, magno religionis zelo incaleſcens, igni tradi juſſit, ut eccleſiae fideique illaeſa ſervaret documenta. Dum autem ingentibus undique premeretur periculis, privilegiorum eccleſiae immemor, in clericorum beneficia manus injicere tentabat; ſed archiepiſcopus Cantuar. molimina haec retudit.

Totum Henrici V. regnum in ſtatuendis legibus ac poenis contra Lollardos inſumebatur: quibus addi meretur controverſia Martini V. cum Henrico Chichleio, archiepiſcopo Cantuar. de detractione auctoritatis papalis.

Henricus VI. princeps pius, regni et eccleſiae habenas ſub juſto ſatis moderamine conſiliariorum ſuorum tenuit; erga clericos benevolum ſeſe praeſtitit, petitis eorum de tollendo ſtatuto Praemunire facias, et de falſis indictamentis aſſurgendo, chartamque, privilegia eccleſiae confirmantem, divulgando. In conciliis haereticorum extirpandorum, ſubſidiorum ad bellum contra Gallos et Scotos proſequendum, ac conciliorum Baſileenſis et Ferrarienſis cauſa agebatur.

Sub Edwardo IV. frequentia concilia de ſubſidiis levandis, et de rebus, ad ſtatum et libertatem eccleſiarum utriuſque provinciae ſpectantibus, congregata ſunt. Turcarum ſaevitia adverſus Chriſtianos Pii II. papae Romani liberalitatem excitavit inſignia indulgentiarum munera, arma contra eos portantibus elargiri. Succeſſori ejus, Sixto IV. eccleſia Scotica archiepiſcoporum ordinationem debet.

Henrici VII. aetas bullis papalibus multum inclaruit. Innocentius VIII. munifica manu erogabat quaſdam contra rebelles regis; alias indulgentiis confertas pro contribuentibus ad bellum contra infideles; alias pro reformatione monaſteriorum; alias eccleſiae Glaſguenſis abbatibus et cancellario facultatem impertientes abſolvendi eos, qui in Jacobum III. regem Scotiae, inſurrexerant. Alexander papa VI. bullas largitus eſt de canonizando Anſelmo, archiepiſcopo Cantuar. de privilegiis eccleſiae Cantuar. et capellae regiae Windeſorienſis; et de concilio praelatorum Hibernorum habendo; quam excepit alia Julii II. papae pro capella regia Weſtmonaſterienſi.

Regnante Henrico VIII. qui primus eccleſiam Anglicanam a ſqualidis errorum et idololatriae ſordibus repurgare coepit, in conciliis ſubſidia ſaepius repetitis vicibus concedebantur; de matrimonio clericorum tractabatur; ſtatuta contra haereticos edebantur; clerus regem

gem ſupremum eccleſiae caput agnoſcebat; cauſa divortii inter regem Henricum et Catharinam, ac poſtea inter eum et Annas Bolenam et Clivenſem ventilabatur; item de extirpandis erroneis opinionibus, et de ſtabilienda doctrina diſciplinaque eccleſiaſtica. Cardinalis Wolſeius ad ſummum honoris faſtigium evectus, auctoritatem exercuit in indictione concilii legatini; in promulgandis conſtitutionibus, jus canonicum continentibus; in ordinandis canonicorum regularium S. Auguſtini monaſteriis; in exquirendis et damnandis libris Martini Lutheri; in viſitandis clericorum, cujuſcunque ordinis, eccleſiis et monaſteriis; et in degradandis clericis. Praeter Roſam Auream regi Henrico VIII. a Julio II. donatam, titulus DEFENSORIS FIDEI a Leone X. eidem datus, a Clemente VII. confirmabatur; a quo etiam licentiam obtinuit ſecundas nuptias contrahendi, et monaſteria ſupprimendi, ac eccleſias cathedrales erigendi. Biblia ſacra in alienas linguas transferri eo tempore vetabantur; declinante autem non multo poſt papae auctoritate, imo penitus extirpata, eadem in vulgari imprimi, et in qualibet eccleſia legi jubebantur. Tandem, ut rex religionem Romanam e regno ſuo omnino tolleret, vicarium generalem in rebus eccleſiaſticis conſtituit; monaſteriis leges, ſedi Romanae interitum minitantes, praeſcripſit; ac cum clero in fide, doctrina, et diſciplina bene inſtructo, ad reformandam eccleſiam Anglicanam egit. Hujus rei ergo a Paulo III. rex damnabatur, ſed modico exacto tempore bulla haec ſuſpenſa, tandem executioni mandabatur.

EDWARDUS VI. paterna veſtigia premens, ritualia eccleſiae Romanae colligi, et haereticae pravitatis negotia examinari juſſit; viſitationes eccleſiarum, reformationemque legum eccleſiaſticarum urſit; librum Precum Communium, cum S. ſynaxeos ordine et modo, ac catechiſmum inſtituit; imagines e templis amoveri, et altaria deſtrui mandavit; et praedicatoribus regulas modumque praedicandi injunxit. In Scotia duo concilia provincialia, mores doctrinamque eccleſiae reformandi cauſa, habita ſunt.

MARIA regina, dogmatum Proteſtantium fautores cane pejus et angue deteſtans, ut religionem Romanam, in qua nata et educata erat, tutaretur, ac ab oppreſſionibus vindicaret, papae auctoritatem, mediante legatione cardinalis Poli, rurſus in Angliam introduxit, cujus beneficio plenaria indulgentia toti regno larga manu diſtribuebatur. Poſtea viſitationes eccleſiarum epiſcopis injungebantur; extranei, qui a papali jugo abhorrebant, e regno, cives autem ſedibus et officiis praecipites exturbabantur. Hoc facto, regina velis remiſque invehebatur in religioni reformatae addictos, ſtatuta deceſſorum ſuorum de haereticis divulgata, inaudita crudelitate exequendo, et archiepiſcopum CRANMERUM, ac alios epiſcopos, multos clericos, multoſque laicos utriuſque ſexus ad rogum

damnando,

damnando, Gardinero et Bonnero focum miniſtrantibus. In ſynodis doctrina et cultus eccleſiae Romanae vinculis igneque ſtabiliebatur; eccleſiae Anglicanae profeſſores accuſationum mole oppreſſi, obtorto collo ad ſupplicia detrudebantur; forma preſbyteros conjugatos reſtituendi praeſcribebatur, ac libelli haereſim illo tempore ſapientes prohibebantur.

Elizabetha, regni ſanguine Proteſtantium in dedecus Chriſtiani nominis cruentati ſucceſſor, mitiore animo eccleſiam Anglicanam a dogmatibus Romanis repurgare coepit. Poſtquam ſibi ſuprematum eccleſiae vendicaſſet, omnia regis Edwardi VI. edicta papam exauctorantia renovavit; liturgiam Edwardianam caſtigatius in manus ſibi ſubditorum tradi, ac, ut cultus divinus in lingua materna perageretur, auctor fuit; ſermones ad populum abſque licentia haberi interdixit; catechiſmum junioribus explicari, et confirmationis epiſcopalis uſum illos doceri voluit. Clerici in uniformi doctrina, diſciplina, et habitu erudiebantur; ac ut praeter ſalubria praecepta et conſilia, quae animis ab eccleſia Anglicana adhuc alienis impertiebantur, nihil eorum ad gremium eccleſiae reditum retardaret, libelli, ſeditione ac ſuperſtitione repleti, in regnum Angliae illati, apprehendebantur; articuli fidei anno regni iv. capitula, ac canones eccleſiaſtici anno xiv. et xxxix. promulgabantur. In Scotia tria concilia provincialia contra Proteſtantium doctrinam, regnante in Anglia Elizabetha, celebrata ſunt.

Jacobus I. eccleſias Anglicanam et Scoticanam uniendi gratia, concilia epiſcopos inter et ſuperintendentes, utriuſque ipſe praeſes, inſtituebat, ut uniformem doctrinam et diſciplinam utrique regno inferret; Romanae eccleſiae addictos publicis exterminare edictis conabatur, privatis tamen auſibus iis favere videbatur; conſtitutiones eccleſiaſticas anno regni primo approbabat; Biblia nova interpretatione Anglica donare jubebat; Academiae utrique theologis ad ſynodum Dordracenam euntibus, praedicatoribuſque univerſis certos praeſcribebat articulos. In Hibernia anno xiv. regni articuli religionis eccleſiae illius publicati ſunt.

Carolus I. eccleſiae Anglicanae doctrinam et diſciplinam tenaciter in Anglia conſervatam, ſuiſque canonibus et inſtructionibus confirmatam, in Scotiam, ſed fruſtra, introducere molitus eſt; unitatemque eccleſiae contra Recuſantium oppoſitiones firmo ſtabilire pede tentavit; ad quod arduum negotium archiepiſcopi Cantuar. non deerat ipſi auxilium; uterque tamen ſpe ac ſucceſſu excidit. In Hibernia conſtitutiones et canones eccleſiaſtici clericis obſervandi exhibebantur.

Quantum autem detrimentum eccleſia Anglicana ſub occaſum regni regis hujus paſſa ſit, cum contra epiſcopatum et primaria eccleſiae dogmata rebellium vota et conamina execrabilia graſſarentur, aliunde ex hiſtoria profana conſtat.

c Carolus

4

DEDICATIO.

Carolus II. multis edictis publicis Romanae eccleſiae ſe inſenſum exhibuit, ipſe (ſi fides fratri Jacobo) fidem ejus corde profeſſus. Eccleſiae tamen Anglicanae et liturgiam et miniſtros, et eccleſiaſticam juriſdictionem ſumma cura ab inimicorum vindicabat tentaminibus, Proteſtantibus exoſis.

Jacobus II. latam portam Romanae eccleſiae aperuit, inhibendo concionatoribus publicas de religione Anglicana controverſias; offerendo libertatem conſcientiae univerſis ſubditis, et permittendo Papiſtis ſecuram librorum contra eccleſiam Anglicanam impreſſionem, non obſtantibus et epiſcoporum et aliorum clericorum oppoſitionibus. Archiepiſcopus Cantuarienſis tamen ſuo ſatisfacturus officio, de ordinationibus et conſtitutionibus clericorum, et aliis ad diſciplinam eccleſiaſticam pertinentibus, multa egregie ſtatuebat.

Guilielmus et Maria, regni poſt abitum Jacobi II. ſucceſſores, ut religioni decus, eccleſiae Anglicanae puritatem, virtutibus pretium, civibuſque libertatem reſtituerent, plurima omnium ordinum hominibus ſalutaria edicta publicabant. Horum votorum ut piiſſimum principem aliquo modo compotem redderet ſynodus Cantuar. ſub examinis et cenſurarum incude revocabat libros, qui totis viribus, cuniculis, et machinis veritatem religionis Chriſtianae oppugnatum ibant. Et quod auguſtiſſimae Domui Hannoveranae, quam neceſſitudo ſanguinis, aeterna regni lex, ſuprema populi ſalus, et heroicae virtutes ad diadema Britannicum deſtinaverant, tam proclivis, divino favente Numine, patuerit aditus ad ſublime illud faſtigium, glorioſiſſimo regi Guilielmo gratis animis acceptum ferimus.

Regnante Anna, inſanabile ſcribendi cacoethes multos invaſit; quorum aliqui plurimas chartas impiis ſuis dogmatibus contra bonos mores, contra religionem Chriſtianam, doctrinamque eccleſiae Anglicanae illinebant, quae examen ac cenſuram ſynodi ſunt expertae; alii, graſſante indies conſcribillantium gangraena, e gremio inferioris domus Convocationis, neſcio quae privilegia crepantes, prorogationem ſynodi, tempore ſeſſionis Comitiorum regni a regina factam, aegre ferebant; adeo ut litem primum modeſte ſatis, ſed audacius poſtea praeſidi et epiſcopis moverint, ob praetenſam auctoritatem aliquam iis denegatam. Quae contentiones, accreſcente malitia, metropolitanum et ſuffraganeos exauctorare quaerentes, tanta cum mordacitate protrahebantur, ut, pictorum inſtar, qui velo id obumbrant, quod penicillo exprimi haud decet, certaminis illius hiſtoriam, ſupparo ſilentii velatam, poſteros celare malimus. Anna pacifica, ut naſcentia haec jurgia cohiberet, certa ipſis praeſcripſit negotia in ſynodo tractanda; ſcil. de excommunicatione, de mulctis poenitentiae loco imponendis, de forma viſitationis captivorum, de admiſſione converſorum, de decanis ruralibus, de conſcribendis

bendis terrariis, ac ratiociniis decimarum et praediorum eccleſiaſticorum, et de licentia pro contrahendo matrimonio. Circa quae ſynodus multas in diverſis ſeſſionibus inſtituit conſultationes.

REX GEORGIUS I. ſacrum illud CAPUT, nunquam ſine ſumma veneratione mihi nominandum, unitatem eccleſiae, puritatem fidei, pacemque regni ſtabiliturus, ſynodum Cantuar. de forma conſecrationis eccleſiarum et capellarum; de ordinatione, moribus, et reſidentia clericorum; ac de confirmatione adultorum commentarios conſcribere juſſit.

SED de his hactenus. Praeſtat jam vela contrahere, quam altius provehendo limites tranſgredi epiſtolae. Diutius namque illis immorari inſtituti noſtri ratio haud patitur. Sufficit ſummis labris deguſtanda propinaſſe perpauca ex multis, quae tredecim ſeculorum annalibus noſtris includuntur.

SUPREMUM Numen, regum regnorumque Praeſidem et Cuſtodem, ex intimis praecordiis veneror, ut MAJESTATEM TUAM, firmiſſimum religionis Chriſtianae praeſidium, certiſſimum Proteſtantium tutamen, ac inexpugnabile TIBI ſubditorum propugnaculum, per multa annorum curricula conſervet. Deus T. O. M. inoffenſo tenore felicitatis conſilia TUA ad ampliandam divini Nominis gloriam, ad augendum eccleſiae Anglicanae ſolatium, proſperumque regnorum ſtatum confovendum ſecundet. Faveat propitius tot tantiſque TUIS beneficiis, quibus nihil optabilius aut populus accipere, aut dignius princeps dare, aut omnino utilius homo homini conferre poteſt; illiſque addat perennitatem. Sera ſit, et nepotibus noſtris demum innoteſcat dies illa, quae, cum TIBI quid humanitus contigerit, tam illuſtre depoſitum, fulgentiſſima immortalis gloriae corona redimitum caeleſti patriae redonabit, ut "in innumerabilium Angelorum Synodo, et in Concilio Primogenitorum, quorum nomina in caelis conſcripta ſunt," in aeternum regnes.

SED ne animo meo, MAJESTATI REGINAE CAROLINAE devotiſſimo, injuriam inferam, concedas obſecro, REX CLEMENTISSIME, ut debitam AUGUSTISSIMAE IPSIUS PERSONAE obſervantiam conteſtandi cauſa, illuſtria pietatis ejus, religionis, ſapientiae, charitatis, morumque ſuavitatis documenta, quibus nomen ſuum aeternitati conſecravit, tacitus admirer, quia dicendo dignitatem eorum aſſequi haud poſſum. Non habent exterae omnium terrarum gentes, quod cum hac noſtra felicitate componant; et habet aevum noſtrum, quod ſuperioribus ſeculis anteponat, et quod futuris mirandum relinquat; cum univerſas optimarum regni hujus reginarum virtutes heroico plane animo CAROLINAM, imperii Britannici et ſexus ſui reginam, complexam eſſe conſpexerit, et quas ſingulas in aliis magnifecit, in EA junctim veneretur.

DEDICATIO.

Et quod tanquam auctarium omnis felicitatis caelitus nobis ſuperadditur, nunquam vidit aetas hominum ab ultima monarchiae Anglicanae vetuſtate; nunquam fortaſſe videbunt anni conſequentes cunctis caeleſtibus donis, gratiiſque magis repletam regiam ſobolem, prae ea, quae radiis divinarum animi dotum aulam, urbem, regnum, orbem hodie illuſtrat; ut quot regni, tot regiarum virtutum haeredes, quot principes, tot ſplendidiſſimas coronae Britannicae gemmas dixeris; quibus ſumma votorum, quae mortales unquam beatos reddere queunt, obtigit, naſci maximis parentibus, et illorum auctoritate ac exemplo ad ſummae fortunae culmen et cultum erudiri.

Faxit Deus, cum a ſalute et incolumitate Utriusque Vestrae Majestatis et augustissimae Vestrae Familiae ſalus et incolumitas eccleſiae ac regni dependeat, ut gloria haec imperii Britannici, tanquam ſol in circulo meridiano, ad extremum mundi finem reſplendeſcat. Ita precatur inter ſubditos

SACRAE MAJESTATIS TUAE

Gradu et cenſu pluribus impar,

Obſequio tamen et devotione

Nemini ſecundus,

Londini,
Ineunte anno Salutis Humanae
MDCC XXXVII.

DAVID WILKINS.

Reverendiſſimo in CHRISTO PATRI ac DOMINO, DOMINO

GUILIELMO,

DIVINA PROVIDENTIA

Archiepiſcopo CANTUARIENSI,

Totius ANGLIAE Primati et Metropolitano,

Synodorum CANTUARIENSIS Provinciae Praeſidi, *etc.*

DAVID WILKINS ſalutem et officia.

SISTO *Reverendiſſimae Dominationi Tuae ex inſtructiſſima Tua Bibliotheca lemmata omnium Magnae Britanniae et Hiberniae Conciliorum ac Conſtitutionum eccleſiaſticarum a prima ſynodo Anglicana* Verolamienſi, *ad ultimam illam Londinenſem ſub auſpiciis Auguſtiſſimi Regis* GEORGII PRIMI *coactam, quae res ad doctrinam diſciplinamque Eccleſiae ſpectantes, Te Praeſide, pertractavit.*

Quanta cum induſtria ac fidelitate codices Tuos evolverim, quantoque cum judicio ac methodo res in conciliis geſtas ex ingenti ſchedarum Tuarum mole, quas vel ipſe deſcripſiſti, vel deſcriptas examinaviſti, congeſſerim, uno intuitu dignoſces.

Omnes illuſtriſſimi Parkeri, *Tui in ſede Cantuarienſi deceſſoris, eruditionem et doctrinam miramur, qui ex quamplurimis ſitu obductis craſſaque obſcuratis caligine libris, vitas archiepiſcoporum Cantuarienſium contexuit; quanto magis mirabuntur poſteri Tuam,* ORNATISSIME PRAESUL, *qui cunctas fere Angliae Bibliothecas, tot annorum decurſibus poſt* Parkerum *auctas, tot temporum et rerum viciſſitudinibus locupletatas, excuſſiſti, et incredibili cura, antiqua aeque ac moderna Eccleſiae monumenta ad novam Magnae Britanniae et Hiberniae Conciliorum editionem adornandam collegiſti? Nam quo longiori filo hiſtoriam hanc eccleſiaſticam deduxiſti, eo pluribus paraſangis Tua illius ſtudia jure ac merito antecellere videntur.*

Novit, ac cum ſumma et laude Tua et congratulatione ſua, Eruditissime Praesul, meminit Eccleſia Anglicana quam fortiter, quam feliciter in certamine illo infauſto, quod ante hos triginta annos in ipſa ſynodo exortum eſt, contra Novatores illos, qui antiqua metropolitani et epiſcoporum jura labefactare ſtudebant, decertaveris, et, plaudentibus etiam adverſariis, palmam reportaveris. Aureus ille Liber Tuus de Statu Eccleſiae et Cleri Eccleſiae Anglicanae nunquam peritura pietatis eruditioniſque Tuae encomia ad ſeros uſque poſteros tranſmittet; qui eo inprimis nomine mihi prae caeteris auro contra et gemmis charior eſt, quod ſilentium et finem imponendo acerrimis illis contentionibus, ortum juxta ac otium dederit collectioni Tuae elaboratiſſimae; cujus ope ut elimata, et, quantum fieri potuit, omnibus numeris abſoluta redderem Concilia noſtra, omnes animi intendi nervos; grata devotaque recolens mente, quod quicquid dignitatis religioni, quicquid honoris hierarchiae Anglicanae, quicquid incrementi reipublicae literariae ex ſtudiis meis acceſſurum eſt, illud totum Tibi, Dignissime Praesul, acceptum ferendum ſit.

Ne autem ſicco, quod aiunt, pede praeteream ea, quae Tuo conſilio ac auctoritate, et ope atque auxilio aliorum ad Concilia haec perficienda aliunde ſelegi, pace Tua, Vir Reverendissime, breviter rem totam expediam.

Cum ante ſedecim et quod excurrit annos in celeberrima Oxonienſi Academia ſtudiorum gratia verſarer, Concilia quaedam et Conſtitutiones ab Henrico Spelmanno divulgata, cum codicibus MSS. in Bodleiana, aliiſque ejuſdem Academiae Bibliothecis latentibus, Tuo hortatu contuli, ac nonnulla ſtatuta eccleſiaſtica hactenus inedita, exinde deſcripſi. Triennio poſt exacto ad Univerſitatem Cantabrigienſem reverſus, in Collegio Corporis Chriſti (cui ſocietati felicitatem perpetuam et proſpera quaeque ex animo apprecor) codices Angloſaxonicos evolvi, et quae huic operi inſerviebant, in ſcrinia mea retuli. Tandem cum, poſthabitis aliis occupationibus, ante triennium fere elapſum, omne tempus Conciliis expoliendis et publicandis conſecraſſem, multa illuſtria Eccleſiae Anglicanae lumina, literarumque antiſtites hortatu ac monitis ſuis ſuſceptum opus confirmaverunt. Vir maxime reverendus honoratiſſimuſque Edmundus, praeſul Londinensis, juris eccleſiaſtici et ſynodi Anglicanae vindex integerrimus, ſuo calculo noſtrum approbavit propoſitum; ad id promovendum Archiva ſua reſerari juſſit, inde excerpendi, quae ad res noſtras facerent, plenam concedens poteſtatem; et, quod grato recordor animo, perbenigne, ut ſolet, quaedam de cleri conciliis ineunte hoc ſeculo celebratis, monere dignatus eſt. Virum celeberrimum, magnumque ſtudiorum patronum, Edwardum, epiſcopum Dunelmensem, operi huic adjuvando expertus ſum fautorem perinſignem, qui non ſolum codices quoſdam MSS. e Bibliotheca Dunelmenſi Londinum aſportavit, ſed etiam ex ſchedis antiquitatis peritiſſimi viri Chriſtophori Hunter, Medicinae Doctoris, ſtatuta Collegii olim Dunelmenſis in Oxonia exſcribi curavit, ſuoque dein perluſtravit calamo. Quod beneficium memori mentis ſacrario reconditum nunquam non ſervabo. Ut vir admodum reverendus et colendiſſimus, Richardus, epiſcopus Lincolniensis, luculentiſſimum propenſae ſuae erga me meaque ſtudia voluntatis ederet indicium, ex vetuſtis eccleſiae ſuae ſcriniis nonnulla ad perficienda Concilia noſtra perlubenter congeſſit. Officium tanto praeſule digniſſimum! munus nulla temporum

rum

rum injuria obliterandum! Multum etiam me debere fateor humanitati ac favori admodum reverendi et doctiſſimi viri, Stephani, *epiſcopi* Exoniensis, *qui quamplurima concilia et conſtitutiones, vitiis erroribuſque ſcribae undique ſcatentia, quam dexterrime ex Archivis eccleſiae ſuae reſtituit. Ampliſſimo et eruditiſſimo viro,* Thomae, *epiſcopo* Assavensi, *qui ingentibus me beneficiis per multos retro annos mactavit, publicas hic perſolvo grates, quod Concilia noſtra undiquaque conquirenti conſilium ac auxilium quam amiciſſime impertiri voluerit. Ex maxima ſua quantivis pretii monumentorum ſupellectile vir ille ſummus (quem cuncti vivum omnium gentis noſtrae Antiquitatum Gazophylacium ſuſpicimus) praeſtantiſſimi olim Hibernorum praeſulis Armachani,* Jacobi Uſſerii *emendationes MSS. in* Spelmannum, *necnon reverendiſſimi quondam Cantuar. archiepiſcopi, Guilielmi Sancroſtii codices de noſtris ſynodalibus agentes rebus, atque alia quamplurima multo ſuo labore ex chartulariis autographis undique eruta, mihi benigne deſcribenda permiſit. Clariſſimus vir* Johannes Walkerus, *archidiaconus Herefordenſis, in reſtituenda vera lectione maxime vetuſtae operis inſtituti partis, quam temporis injuria vel hiatibus, vel male ſenſum exprimentibus periodis implevit, operam ſuam gnaviter contulit, felices pro ſagaci, quo pollet ingenio, addendo emendationes, ubi libri tum impreſſi, tum manu exarati locis corruptis ſanandis nihil obtulerunt medicinae. Pro quo amicitiae genere maximas jam meas vir ornatiſſimus habuit, et longe majores a republica literaria reportabit grates. Eaedem ſummo jure debentur reverendo et pereruditio viro* Johanni Lewiſio, *cujus multa praeclaraque in perſcrutandis et exſcribendis Antiquitatum noſtrarum Archivis extant documenta, qui haud pauca egregia inſtrumenta publica, ex Bibliotheca ſua propria manu deſcripta, mihi donavit. Praeterea quae ipſe ex Bibliothecis* Regia Weſtmonaſterienſi, Cottoniana, *et* Lambethana, *ex Tabulis publicis eccleſiae* Cantuarienſis, *ex MSS.* Somneri, *ibi aſſervatis, ac ex nonnullis libris impreſſis in uſus meos decerpſi, ſuo quaeque loco, aequo habito delectu, inſerui.*

In conquirendis Hibernae Eccleſiae *monumentis tam felici mihi eſſe non licuit, cum avaram ſeculorum ſuperiorum iniquitatem eccleſias illas diripuiſſe, ſacrilegaſque maleferiatorum hominum manus [illegible] tantum non omnia [illegible] rantur maxime reverendi in Hibernia praeſules, dominus archiepiſcopus* Dublinenſis, *domini epiſcopi* Waterfordenſis, *ac* Liſmorenſis, *et* Dromorenſis, *quorum benevolentiam et magnam animi erga me propenſionem devinctiſſimo exoſculor animo. Praeter illa tamen, quae a* Spelmanno *adferuntur, ſuperſunt adhuc, in ſummum eccleſiaſticae Antiquitatis commodum, nonnulla ex doctiſſimi* Jacobi Waraei *in ſplendidam illuſtris* Ducis Chandosii *Bibliothecam allata, quae magnus hic muſarum Moecenas ex ſingulari erga literarum ſtudia voluntate, amica Bibliothecae ſuae praefecti manu, mihi tranſcribenda comiter conceſſit.*

Publice hic etiam repeto, quas privatim ſaepius retuli, gratias maximas admodum reverendo et humaniſſimo viro Johanni, *epiſcopo* Clocherensi, *qui ex Collegio* SS. Trinitatis Dublinenſis *(quod eum Vicecancellarium ſuum veneratur) ac ex regiſtris eccleſiae ſuae et manuſcriptis* Maddenianis *cuncta, quae ad expeditiorem ſtudiorum meorum progreſſum faciebant, ſcite deſcripta mecum communicavit.*

Pro

Pro quo beneficio et aliis benevolentiae teſtimoniis me aetatem ipſi obſtrictiſſimum fore profiteor.

Unicum adhuc reſtat, antequam colophonem epiſtolae huic nuncupatoriae impoſuero, quod Reverendiſſimam Dominationem Tuam latere nolui; ſc. cum quaedam in duobus Spelmanni voluminibus Conciliorum contineantur, quae nihil ad rem facere videntur, et idcirco a me non ſunt recenſita, ne haec quis fruſtra in Conciliis noſtris exquirere tentet, Appendicis loco ultimo Volumini adjicere ſtatui.

Quodſi haec induſtriae meae documenta archetypas Tuas curas haud infeliciter expreſſerint, ſummopere mihi gratulabor; qui maximo ſemper ſtudio allaboravi, ut vitae meae rationes beneficiis Tuis non indignae viderentur. Vale, eccleſiae et literarum decus ac ornamentum, meiſque ſtudiis, quod ſoles, fave.

Dabam Londini 4. die Septembris, anno
Orbis Redempti MDCCXXXIII.

VIRO

VIRO maxime reverendo et honoratiſſimo DOMINO, DOMINO

EDMUNDO,

DIVINA PERMISSIONE

Epiſcopo LONDINENSI,

Synodorum provinciae CANTUARIENSIS decano, etc. etc.

EXIGIT a me, Praeſul Honoratiſſime, eminens Tua in ſynodis provincialibus Cantuar. dignitas, juſtitiaque imperat, ut quae ex Synodo *Tua* Anglicana *ad conſcribendam Diſſertationem Epiſtolarem de veteri et moderna ſynodi Anglicanae conſtitutione utraque manu hauſerim, Tibi praecipuo ejus auctori acceptum referam et reddam. Hoc praeterea ut facerem, compellebat, et quaſi jure debitum poſtulabat ſumma tua in Antiquitatibus Eccleſiaſticis auctoritas, qui in hoc ſtudiorum genere regnas, et me vivae vocis oraculo in locis dubiis docuiſti, ac induſtriam meam in obſcuris explicandis omni officiorum monitorumque genere ſublevaſti. Quam ſaepius in me conteſtatam Tuam benevolentiam ut grati animi ſignificatione, ſinceroque obſervantiae erga Te teſtimonio proſequerer, Diſſertationem hanc celeberrimo nomini Tuo inſcribere auſus ſum, ut ſub ejus patrocinio, facemque praeſerente* Synodo *Tua* Anglicana, *in lucem publicam prodiret.*

Maximae reverendae dominationis Tuae

Cultor devinctiſſimus,

D. WILKINS.

DISSERTATIO
EPISTOLARIS
DE VETERI ET MODERNA
SYNODI ANGLICANAE
CONSTITUTIONE.

ANTEQUAM eccleſiaſtica haec imperii Britannici et Hibernici monumenta e ſcriniis ſumma cura, improboque labore deſcripta, tuis, lector benevole, concredam manibus, non diu mihi nec ſolicite deliberandum fuit, quaenam in operis veſtibulo ad conciliandam mihi aequitatem judicii benevolentiamque tuam diſſerenda eſſent. Statim enim animo obverſabatur cogitatio, ex ingenti vaſtaque, quam tibi trado, chartarum congerie nihil utilius, nihil jucundius, quam hiſtoriam formae et conſtitutionis veterum ac recentiorum conciliorum, concinnari poſſe; in qua, velut in promptuario, incrementum, decrementum, viciſſitudineſque auctoritatis et privilegiorum eccleſiae Anglicanae comprehendantur, quam ut ſuccinctiore (ſi tamen ob quamplurimas occupationes ſatis accurato) ſtylo conſcriptam benigne perlegas, etiam atque etiam te oro.

Non multum immorabor deſcribendae diverſae vocum Synodi, Convocationis, Conventus, Colloquii, Capituli, etc. acceptationi, cum ſtatim ſubſequens hiſtoria, adjunctaque ſaepenumero nomina, vel ſubſtantiva vel adjectiva rem totam diſcriminent explicentque. Sufficit tribus verbis adnotare, vocem Convocationis plus trecentis abhinc annis pro congregatione ſeu conventu archiepiſcopi utriuſque provinciae, ac ſuffraganeorum, clerique acceptam fuiſſe, et hodie pro Concilio provinciali eccleſiaſtico ſumi.

Vetuſtiora nos edocent tempora, clerum eccleſiae Anglicanae primum ad magna regni concilia, quae Comitia ſeu Parliamentum vocantur, per breve regium (quod archiepiſcopis Cantuarienſi et Eboracenſi inſcriptum, ab alterutro eorum ſuffraganeis, praelatis, totique clero provinciae auctoritate metropolitica tranſmittebatur) convocatum fuiſſe ad conſulendum neceſſitatibus regni, et ad averruncanda pericula ei ab hoſtibus internis vel externis intentata.

Poſtea per mandata archiepiſcoporum Cantuar. et Ebor. abbates, et alii praelati, cum omnium ordinum religioſis, rectoribus, vicariiſque parochiarum ad concilium provinciale ſummonebantur, in quibus res ad ſalutem et diſciplinam eccleſiae, moreſque clericorum et parochianorum formandos ac reformandos ſpectantes examinabantur, atque auctoritate canonum et ſtatutorum ibidem promulgatorum, intra cancellos religionis et decori continebantur.

Praeter haec duo conciliorum genera, quilibet epiſcopus auctoritate gaudebat omnes clericos, beneficia eccleſiaſtica in ſua dioeceſi obtinentes, tam regulares quam abbates et monachos, archidiaconos, preſbyteros, vicarios, et capellanos congregare in ſynodo dioeceſana; in qua, juxta formam receptam primum diſquiſitiones fiebant de ſtatu fabricae eccleſiarum, de doctrina, vitaque clericorum univerſorum ſingulis parochiis praefectorum; dein querelae de injuriis quovis modo, quibuſcunque perſonis infra dioeceſim illatis proponebantur, diſcutiebantur, ac determinabantur. Praeterea in his ſynodis dioeceſanis conſtitutiones in conciliis provincialibus, ſub auſpicio archiepiſcopi, cum conſenſu ſuffraganeorum, totiuſque cleri editae, publicis ſuffragiis confirmatae, a quolibet preſbytero et aliis clericis (quantum ad quemlibet eorum ſpectabat) obſervari jubebantur. Tandem cum ſpecialior occaſio enata fuerat, epiſcopus novas condebat conſtitutiones, provincialibus tamen haud diſſonas, quas in ſynodo lectas, confirmataſque, per totam dioeceſim ſervandas emittebat.

Repe-

Reperiuntur etiam in hoc opere noſtro nonnulla concilia, ad quae archiepiſcopus ſolos epiſcopos ſuffraganeos ſua auctoritate convocavit. Alia, quae ex auctoritate legatorum pontificum Romanorum celebrabantur. Alia, in quibus ſoli epiſcopi juſſu regio abſque ſolenni et uſitata metropolitani citatione conveniebant. His adduntur congregationes priorum, monachorum, abbatum, et religioſorum, quae Capitulorum nomine veniunt.

Qui autem, quando, et quomodo ad ea fuerint convocati, et quid ibidem tractaverint, proxime diſpiciendum erit.

Vetuſtiſſimis annalium noſtrorum monumentis proditum eſt, epiſcopos eccleſiaſticorum conciliorum in Anglia praeſides egiſſe, negotiaque religionis et fidei Chriſtianae adverſus haereſes ingenti multitudine populi, nulla tamen regis aut magnatum auctoritate ſtipatos, tractaviſſe et decidiſſe.

Poſtquam Saxones inſulam hanc ſuo ſubjugaſſent imperio, reges eorum cum magnatibus et epiſcopis concilia celebrabant, in quibus res eccleſiae et regni ſalutem concernentes dijudicabant, legeſque de utriuſque pace et diſciplina conſervanda condebant, quarum ſanctiones mutua praelatorum et laicorum dignitate ſtabiliebantur; et ſaepenumero priuſquam in hujuſcemodi congregationibus proponerentur, aut confirmarentur, a regiis conſiliariis praeſcribebantur.

Praeter haec concilia tempore Anglo-ſaxonum ad expedienda reipublicae negotia coacta, clericorum etiam ſynodi convocabantur, quibus epiſcopi velut judices eccleſiaſtici praeerant, regulas et ſtatuta pro rebus mere eccleſiaſticis promulgantes. Et ſi aliquando neceſſitas urgeret tempore civilium conciliorum de negotiis eccleſiaſticis ratiocinari, tunc epiſcopi comitiis regni ſe ſubtrahentes in eccleſiaſticam ſynodum confluebant, ea, quae ad eccleſiae emolumentum tenderent, ſancituri; quorum decreta interdum aſſenſum Parliamenti, et hoc modo auctoritatem legum regni, aeque ac canonum eccleſiae obtinebant.

Synodicis his aevi Saxonici congregationibus addamus alia eccleſiaſtica concilia, quae, dum civilia haud habebantur, ab archiepiſcopo ſummonita, aſſiſtentibus epiſcopis ſuffraganeis et praelatis celebrabantur: illis reges magnatibus ſuis ſtipati frequenter intererant invitati; et ſi calculo ſuo ea, quae ibidem geſta erant, approbarent, aſſenſum impertiebantur regium. Si autem, rege abſente, canones nonnulli eccleſiaſtici in ſynodis conditi fuiſſent, in proximis comitiis ex cuſtodis ac principum regni conſiliariorumque regiorum decreto univerſo clero Anglicano injungebantur: nullae enim ſanctiones conciliorum eccleſiaſticorum publica tanquam ſtatuta ab Anglis obſervabantur, niſi ſuprema principis poteſtate approbatae et confirmatae.

Non autem ad edendas tantum leges et canones concilia haec convocabantur, ſed proceres regni nonnunquam ad dedicationem eccleſiae, abbatiae, vel monaſterii, et ad publicandas ſolennes chartas et privilegia clericorum conveniebant, quae rex cum epiſcopis, nobilibus, et praelatis, aſtante magna populi, inprimis clericorum, turba, manuum ſubſcriptione confirmabat.

Ab incunabulis regiminis hujus eccleſiaſtici conciliis regni vel eccleſiae cauſa celebrandis ſtata tempora non erant aſſignata. In ſeptimo capitulo concilii Herudfordenſis, anno Domini DCLXXIII. cavetur, "ut bis in anno ſynodus congregetur; ſed quia diverſae cauſae impediunt, placuit omnibus in commune, ut calendis Auguſtis ſemel in anno congregetur." In concilio Calcuthenſi, anno Domini DCCLXXXV. cap. 3. "duo concilia quolibet anno ſecundum canonicas inſtitutiones celebrari jubentur, ut epiſcopi ſicut boni agricultores ſurculos naſcentes ſpinas de cordibus delinquentium radicitus amputare valeant." Deinde ſucceſſu temporis tres ſolennes et anniverſariae eccleſiae feriae conciliis cogendis deſtinabantur, in quibus reges Saxonici et Normanni praeſentiam praelatorum et optimatum ſuorum requirebant.

Guilielmus Conqueſtor tria haec anni feſta maxima cum pompa, ſplendidoque comitatu archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, comitum, thanorum, militum, et aliorum, quos breve regium ad Parliamentum illis temporibus habendum convocaverat, celebrabat. Summo cum luxu peractis feriis, praefixo die magnum concilium primordia ſumebat, in quo cuncti, qui virtute baroniae bona ſua a rege tenebant, magnates, epiſcopi, et praelati ſummoniti comparebant. Et ſi eodem tempore res ad eccleſiaſticum et non ad civile forum pertinentes occurrerent pertractandae, legatus papae vel archiepiſcopus cum conſenſu, interdum juſſu regis, mandatum de ſynodo celebranda publicari fecit; quae ut plurimum conveniebat tempore vel comitiorum vel feſtorum curialium, ut rex praeſens proceſſus eorum dirigeret, et vel cohiberet vel confirmaret. In regionibus tranſmarinis agens rex, archiepiſcopo auctoritatem concedebat epiſcopos et praelatos, etiam dum concilium magnatum non habebatur, convocandi.

His temporibus papa Romanus ſua confiſus auctoritate, imperium in eccleſiam exercens, concilia legatina celebrare incepit; quorum alia ad dirimendas controverſias habebantur, ut in concilio Wintonienſi MLXX. pro depoſitione Stigandi, archiepiſcopi Cantuar. per Hermenfredum, Johannem, et Petrum; et in ſynodo Weſtmonaſterienſi MCLXXVI. ad conciliandos archiepiſcopos Cantuar. et Ebor. per Hugonem cardinalem. Alia ad introducenda vel confirmanda diſciplinarum genera, ut in concilio Londinenſi MCXXVI. per Johannem de Crema, legatum Honorii II. et in Weſtmonaſterienſi MCXXXVIII. per Albericum Oſtienſem, Innocentii II. legatum; et in Londinenſi MCCXXXVII. per Ottonem, Gregorii IX. legatum; item in alio Londinenſi MCCLXVIII. per Othobonum, Clementis IV. legatum. Alia convocabantur ad colligenda, vel extorquenda potius vectigalia ſubſidiaque pro Romanis pontificibus; qualia erant concilium Weſtmonaſterienſe MCCXXVI. Londinenſe MCCXXXIX. aliud Londinenſe MCCXLVI. et alia quamplurima.

Hae ſynodi eccleſiaſticae erant vel provinciales, ad quas non niſi epiſcopi ſuffraganei, abbates, et priores, qui univerſam eccleſiam Anglicanam repraeſentabant, citabantur; vel dioece-

ſanae

ſanae, ad quas clerus inferior convocabatur, ut conjunctim cum epiſcopo de rebus ad dioeceſim et parochias ſpectantibus tractaret.

Quamdiu in hujuſmodi ſynodis abbates, decani, vel priores ſynodicas tantum argumentationes de fide et moribus exercebant, propria auctoritate res quaſcunque determinabant, nullaque capitulorum ſuorum commiſſione vel inſtructionibus indigebant; cum autem ſubſequentibus annis poſſeſſionum et privilegiorum ſecularium ratio in ſynodis exquireretur, capitula et conventus jura peculiaria, et a praelatis ſuis ſeparata habentes, abſque mutuo totius corporis conſenſu non poterant ab antiſtite ſuo comprehendi; idcirco poteſtatem largiebantur abbati, decano, vel priori illorum vice, locoque et nomine aeque ac ſuo determinandi et concludendi, quicquid in his ſynodis ventilatum fuerit. Haec olim erat cauſa et anſa commiſſionum abbatibus, decanis, vel prioribus a capitulis et conventibus conceſſarum. Si autem contingeret, quod propter res dubias et controverſas praelatis non ſatis ampla auctoritas delegata eſſet nomine capitulorum et conventuum ſuorum quaeſtiones dirimendi, a ſynodis ad abbatias et monaſteria dimittebantur, ut conſiliis cum membris eorundem habitis, ad concilia cum inſtructionibus ſufficientibus redirent, donec ad evitandas has itinerum moleſtias Bonifacius, archiepiſcopus Cantuarienſis, A. D. MCCLVII. literas procuratorias a capitulis et conventibus abbatibus et prioribus tradi juſſerit.

Verum cum ſenſim abbatiae et conventus haud bene perſonam et vices ſuas a praeſidibus ſuis geri ſuſpicarentur, ad conſervandam in ſocietatibus illis concordiam, et ob rationes politicas iis concedebatur facultas procuratorem ex fratribus vel membris ſuis, omiſſis praelatis, ſeligere, eique literas procuratorias ad intereſſendum ſynodis, de rebus mere ſecularibus tractandi cauſa coactis, tradere.

Archidiaconi non ſemper ex officio comparebant in ſynodis eccleſiaſticis, ſed raro tantum, non ut procuratores agerent, vel perſonas clericorum parochialium exhiberent, ſed ut numerum inferiorum praelatorum adaugerent, donec cenſuum ſpontaneorum et ſubſidiorum ſolutiones in congregationibus illis a quolibet ſacerdote parochiali exigerentur. Cum ſcil. bona eccleſiaſtica ſimul cum ſecularibus taxari inchoarentur, cum decima vel alia eccleſiaſticorum beneficiorum pars primum pro papa Romano, et non longe poſt pro rege requireretur; tum cuilibet preſbytero certa cenſus portio aſſignabatur, cum expreſſo ipſius conſenſu deſcribenda et colligenda. Hoc ut eo commodius effectui daretur, decimae et oblationes ſimul ac domicilia, glebae, ſive fundus eccleſiaſticus, et ſeculares clericorum poſſeſſiones aeſtimabantur; unde ſaepiſſime occaſio enaſcebatur preſbyterorum parochialium juribus aut poſſeſſionibus, veris vel praetenſis, litem movere. Et quia quilibet Angliae ſubditus ſingulari hoc fruitur privilegio, quod nullus niſi ab ipſo ſpeciatim conceſſus cenſus exigi queat; propterea ad colligenda hujuſmodi ſubſidia et tributa neceſſe erat inferiorum clericorum ſuffragia et aſſenſum expetere. Quomodo vero conſenſus hujuſmodi obtineri et colligi poſſet, non ſtatim occurrebat; abſentes etenim non niſi ingenti ſumptu ad concilium, a quo nonnulli multis diſtabant paraſangis, convocari poterant. Ut igitur taxatio haec ſpontanea appareret, ac ut ſolutio libera et prompta praeſtaretur, archidiaconi a ſynodo ad diverſas juriſdictionis ſuae parochias mittebantur, ut negotium hoc cum clericis expedirent, et poſtea cum plena aſſenſus poteſtate ad eam reverterentur. Haec conſuetudo, uti antea circa abbates et priores, ita et circa archidiaconos obtinuit uſque ad annum MCCLVII. Bonifacius namque, archiepiſcopus Cantuar. ut diſcrimina itinerum, moram negotiorum et gravamina ſynodi evitaret, anno MCCLVII. expeditiorem invenit viam conſenſum abſentium clericorum aſſequendi. Dedit nempe in mandatis, ut archidiaconi iter ad concilium parantes, literas procuratorias a clericis expoſcerent, poteſtatem illis concedentes eorum nomine et loco ibidem tractandi et concludendi, quicquid in ſalutem et commodum ſingularum eccleſiarum propoſitum fuerit. Ideo archiepiſcopus Cantuar. in literis ſuis ſummonitoriis dat. die Dominica prox. ante feſtum B. Jacobi apoſtoli, ad concilium provinciale Londini, in octavis aſſumptionis beatae Mariae celebrandum praecipit, "ut decani, abbates, et priores cum literis procuratoriis nomine congregationum ſuarum confectis, ac archidiaconi cum literis ſimilibus factis ex parte clericorum, qui ſubſunt eiſdem, ſuper ratificatione eorum, quae, opitulante Domino, ad honorem Dei et eccleſiae inter nos communiter tractabuntur, omnibus aliis praetermiſſis, dictis die et loco perſonaliter debeant intereſſe."

Haec poteſtas per literas procuratorias ab inferiori clero archidiaconis impertita, non includebat conſenſum vel ſuffragia eorum in rebus eccleſiaſticis determinandis, vel in edendis canonibus ac conſtitutionibus, ſed tantum conſenſum vel diſſenſum illorum in cenſibus aut tributis in comitiis regni vel ſynodo eccleſiaſtica imponendis et colligendis. Cum autem periclitante ſalute publica, ſubſidia et cenſus clericorum frequentius ſolito exigerentur, maximoque pondere preſbyteri parochiales ſe praegravatos et tantum non oppreſſos viderent; tunc ſicuti capitula et conventus praeſides ſuos eligere ceſſaverant, eorumque loco uni ex fratribus et membris ſuis literas procuratorias conceſſerant; ita etiam inferiores clerici illorum veſtigia prementes, archidiaconos ſuos haud bene perſonas et vices ipſorum ſuſtinere credentes, quibuſdam ex ſuo ordine, quorum fidem et merita perſpecta habebant, auctoritatem tradebant eos in ſynodis repraeſentandi, eorumque nomine ſententiam et judicium ferendi. Hoc cleri inferioris propoſitum cum Johannes Peckham, archiepiſcopus Cantuar. praevideret, in ſynodo provinciali apud Novum Templum Londini, Ann. Dom. MCCLXXXIII. injungebat, ut clerus cujuſlibet dioeceſis duos mitteret procuratores, plenam et expreſſam habentes facultatem ipſorum nominibus tractandi et conſentiendi cum ipſo et fratribus ſuis coepiſcopis. Et praeſens haec expeditiorque methodus colligendi nummos communiter obſervabatur in ſynodis provincialibus, et gradatim in conventibus parliamentariis ſive comitiis regni.

4

Hactenus archiepiſcopi concilia et ſynodos provinciarum ſuarum ſua auctoritate convocabant. Aſt circa finem anni MCCLXXXII. rex Edwardus I. in expeditione ſua adverſus Wallenſes, proſpero belli eventu victoriiſque elatus, magna tamen penuria oppreſſus, et tantum non ad incitas redactus, breve ſuum ex caſtro Rothelanenſi in comitatu Flintiae, principatus Walliae, ad archiepiſcopum Cantuar. dat. 22. Novemb. anno regni xi. direxit, in quo rogando mandabat ei, ut convocaret ſuffraganeos ſuos, abbates, priores, et alios praelatos religioſos cum procuratoribus decanorum et capitulorum eccleſiarum cathedralium, ad comparendum coram rege vel ejus commiſſariis in Parliamento apud Northampton. in octavis S. Hilarii prox. ſequentibus. Archiepiſcopus Cantuar. virtute hujus brevis committebat executionem mandati regii epiſcopo London. ad ſummonendum epiſcopos, praelatos, et clerum provinciae ſuae ad diem et locum in brevi expreſſum, per literas ſuas citatorias dat. apud Hereford. Dec. 10. MCCLXXXII. Conſimiles literae (verba ſunt rotuli Parliament.) et de eadem data dirigebantur archiepiſcopo Eborum, quod ſuffraganeos, etc. venire faciat coram rege apud Eborum in octavis praedictis vel coram fidelibus ejus, quos, etc. Aſt clerici ſuperioris ordinis literis his citatoriis, inauditis plane et improviſis, morem gerere noluerunt; ideo ne novum hoc comitiis regni intereſſendi onus in humeros ſuos devolverent, major eorum pars aberat. Ne autem res haec mali ominis eſſet, regiſque iram in clerum concitaret; archiepiſcopus Cantuar. ad ſervitia regi praeſtanda, et gratiam cleri ſibi conciliandam; alia commodiore et paratiore via incedere meditabatur, concilium provinciale ad alium locum et tempus alioque ſtylo convocando. Ideo literas ſuas citatorias Northamptona, 12. cal. Febr. MCCLXXXII. ad epiſcopum London. dirigebat, ut ſummoneret epiſcopos, praelatos, etc. ſua auctoritate in ſynodo provinciali apud Novum Templum in tres ſeptimanas poſt Paſcha, A. MCCLXXXIII. ad ſubveniendum regis neceſſitatibus. Hoc ut eo felicius et promptius obtineret archiepiſcopus, in memoriam revocabat ſuffraganeis de ſumma pecuniae per regem ab ipſis poſtulata, cum clericis pro more ſolito in ſynodis dioeceſanis tractare.

Ab his primordiis conſuetudo inoleſcebat inferiores clericos per provincialia metropolitanorum mandata ad comitia regni cenſuum deſcribendorum et colligendorum gratia convocare. Cum autem regi Edwardo I. innoteſceret, auctoritatem papae Romani archiepiſcoporum Angliae animos a regiis deſideriis alienos reddere, adeo ut clericos juxta beneplacitum ſuum tantum congregarent, eoſque rurſus a conciliis dimitterent, nulla neceſſitatum regni habita ratione; xxiii. anno regni brevi ſuo ad concilium provinciale convocandum ſuperaddebat aliud breve cuilibet epiſcopo inſcriptum, cum clauſula PRAEMONITORIA ad ſummonendum praelatos et alios inferiores clericos ſuae dioeceſeos ad Parliamentum, ad tractandum de rebus ſtatum et ſalutem regni concernentibus. Novum hoc brevis regii cum adjuncta dioeceſana praemonitione genus excogitatum erat, ut patrocinaretur mutuumque praeſtaret auxilium et auctoritatem brevi provinciali ad archiepiſcopum directo. Satis enim clare rex perſpexit breve provinciale propoſitis regiis haud bene reſpondere, idcirco ne epiſcopi metropolitani ſui dignitatem vilipenderent, ſingulis miſit breve parliamentarium cum clauſula PRAEMONITORIA. Et iterum ne breve hoc ſingulis epiſcopis tranſmiſſum ſine ſuo excideret, adjunxit breve comitiarium, quo archiepiſcopus epiſcopos ſuffraganeos, necnon epiſcopi clericos dioeceſanos ad parliamentum et concilium convocarent. Gemino hoc nexu clerici regi aeque ac metropolitano morem gerere obſtringebantur.

Verum haec inferiorum praelatorum et clericorum ad comitia regni convocatio tot gravaminibus eos undiquaque fatigabat, ut ſaepius onera hujuſmodi publice expoſuerint, ſeque ab iis exonerari petierint; quorum votorum frequenter in Parliamentis ſub Edwardo I. et Edwardo II. compotes reddebantur. Et ſub Edwardo III. clerici perſpicientes unicum ad comitia regni convocationum inſtitutum eſſe cenſus imponere atque colligere, unanimi conſenſu et foedere ſtatuebant ſubſidia hujuſmodi in conciliis provincialibus, et non alibi elargiri; ut hac ratione propoſitum et fervor regum eos ad Parliamentum convocandi pedetentim elangueſceret, ipſique a talium itinerum moleſtiis excuſarentur. Quod et factum eſt: ita tamen ut reges Angliae breve ſuum parliamentarium cum clauſula PRAEMONITORIA retinuerint, ejuſque executionem cum procuratorum nominibus in curia cancellariatus conſignatam requiſiverint, eum in finem, ut ſi in conciliis provincialibus imperii neceſſitatibus ſuccurrere negligerent clerici, in comitiis regni ad ea ſubſidia concedenda moveri vel compelli poſſent. Lentis igitur gradibus conſuetudo brevia haec cum executione eorundem emittendi, antiquata obſolevit; adeo ut in rotulis parliamenti ab Edwardo III. ad Henricum VIII. unicum tantum (ſi recte memini) appareat exemplum procuratorum inferioris cleri in initio comitiorum regni comparentium.

Sub exordio reformationis eccleſiae Anglicanae rex Henricus VIII. ad inhibendum typhum arrogantiamque cleri eccleſiae Romanae addicti, provincialia concilia juxta formam conſuetam, eodem, quo comitia regni convocavit, prorogavit et diſſolvit tempore; et a nonnullis epiſcopis executionem brevis ſui parliamentarii, clauſulam continentis PRAEMONITORIAM in cancellaria ſua cum nominibus clericorum certificari ſibi decrevit. Ut autem epiſcopi onus hoc quodammodo allevarent, clericis ſuis auctores fuerunt iiſdem procuratoribus capitulorum et dioeceſium duplicem impertiri poteſtatem tam virtute brevis parliamentarii in comitiis, quam ex mandato archiepiſcopi in conciliis provincialibus comparendi.

Poſtquam autem eccleſia Anglicana jugum Romanum plane excuſſiſſet, et religio Reformata, opitulante Deo, jam altas in Anglia egiſſet radices, breve parliamentarium rurſus in deſuetudinem abiit; et licet forma literarum procuratoriarum ad intereſſendum tam parliamento regio, quam convocationi archiepiſcopali ab actuariis in inſtrumentis publicis retineretur, epiſcopi tamen nullam

lam clauſulae hujus praemonitoriae, aut brevis parliamentarii executionem principi certificaverunt; cum tale quid a miniſtris regiis ea tempeſtate haud exigeretur, et uſus iſte ab initio reformatae eccleſiae Anglicanae ſenſim exoleverit; adeo ut poſt reſtitutionem regis Caroli ſecundi forma plane deſueverit, cum ſubſtantia ejus multos ante annos ceſſaviſſet.

Ex horum mandatorum auctoritate clerici per CD. annorum ſpatium ſibimetipſis cenſus in conciliis provincialibus imponebant, donec in ſeſſione parliamenti anni MDCLXIV. inter eccleſiae antiſtites et membra domus inferioris parliamenti prudenter convenerit, ut quiete et abſque ſtrepitu a clericis derelicta ſeipſos ſeparatim a laicis taxandi conſuetudine, omnia eccleſiaſtica beneficia eadem ratione et methodo, qua aliorum Angliae ſubditorum bona taxarentur, juxta tenorem ſenatuſconſulti eo tempore in comitiis propoſiti. Nulla, quod noverim, conditio vel cauſa mutationis hujus publicae aſſignata fuerat, niſi quod clerici a ſolutione duorum reſiduorum ſubſidiorum, ſuamet ipſorum auctoritate impoſitorum, eximerentur; uti ſtatutum 16, 17. Caroli II. cap. I. enarrat.

Et haec perpetua erat forma regiorum ac archiepiſcopalium mandatorum clerum Anglicanum ad eccleſiaſticas ſynodos convocantium. Ut autem nomina et officia eorum nobis diſtinctius innoteſcant, veterem et modernum catalogum praelatorum et cleri utriuſque provinciae, Cantuarienſis et Eboracenſis, ad concilia convocatorum hic adferre lubet. Antequam tamen eum recenſuero, tribus verbis lectorem moneam neceſſe eſt, ſpeciali de cauſa etiam cancellarios utriuſque univerſitatis anno MCCCCXXI. illis annumeratos fuiſſe.

Ex regiſtro Kempe, archiep. Cantuar. fol. 229. et MS. [illegible] Cantab[illegible] Synodalia.

Hic inferius deſcribuntur nomina eorum, qui ut ab antiquo debent comparere in convocationibus praelatorum et cleri Cantuar. provinciae per ſingulas diœceſes Cantuarienſis provinciae, A. MCCCCLII.

Cantuarien.

Prior eccleſiae Chriſti Cant.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiaconus Cant.
Abbas ſancti Auguſtini Cant.
Abbas de Feverſham.
Abbas ſancti Radegundis.
Abbas de Langedon.
Abbas ſancti Gregorii Cant.
Prior Dovor.
Prior de Folkeſton.
Prior de Leedes (al. Ledis.)
Prior de Combewell.
Clerus ejuſdem Diœceſ.

London.

Decanus eccleſiae S. Pauli London.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiaconus London.
Abbas monaſterii B. Mariae de Gratiis juxta Turrim London.
Prior prioratus S. Trinitatis London.
Prior prioratus S. Barthol. in Smithfielde.
Prior prioratus hoſpitalis B. Mariae extra Biſhopſgate.
Prior hoſpital. ſive prioratus de Elſinge Spittle.
Magiſter domus de Acon.
Magiſter hoſpital. S. Barthol. in Smithfield.
Magiſter coll. S. Laurentii Putney, London.

In archidiac. Eſſex.

Archidiaconus ibidem.
Abbas monaſterii B. Mariae de Stratford.
Abbas monaſterii de Byleigh.
Prior de Lees (al. Leghes.)
Prior de Pritwell.
Prior de Blackmore.
Prior de Toby.
Prior de Stangate (al. Staineſgate.)
Prior de Bicknacre.

In ar[illegible]

Archidiaconus ibidem.
Abbas Weſtmonaſterii.
Abbas monaſterii S. Crucis de Waltham.
Abbas monaſterii de Tiltey.
Prior de Dunmowe.
Prior de Hatfield Regis.
Prior de Royſton.
Prior de Latton.

[illegible]

Archidiaconus ibidem.
Abbas monaſterii S. Johannis Colceſt.
Abbas monaſterii ſancti Oſithae.
Abbas monaſterii de Cockſhall (al. Coggeſhall.)
Abbas monaſterii de Walden.
Prior S. Botulphi Colceſt.
Abbas de Maldon.
Prior de Colne.
Prior de Armehall (al. Tremhall.)
Prior de Hatfield.
Clerus civitatis London.
Clerus ejuſdem diœceſis.

Winton.

Prior eccleſiae cathedralis Winton.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Abbas de Hida.
Abbas de Bello Loco regis.
Abbas de Tychefield.
Abbas de Little (al. Letley ſive Leto Loco.)
Abbas de Quarreia in inſula Vecta (al. Quarrera.)
Abbas de Waverlee.
Abbas de Bermondſey.
Prior de Southwike.
Prior eccleſiae Chriſti de Tyneham (al. Twinham.)
Prior de Bromore (al. Brommer.)
Prior S. Dionyſii juxta Southampton.
Prior de Selborne.

Prior

†

Prior de Merton.
Prior B. Mariae de Overie in Southwarke.
Prior de Novo Loco juxta Riple.
Prior de Rigate.
Prior de Tanrige.
Archidiac. Winton.
Archidiac. Surr.
Prior de Motesfonte (al. Montisfont.)
Clerus archidiac. Winton.
Clerus archidiac. Surr.

Roffen.

Prior eccleſiae cathed. Roffen.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Roffen.
Prior de Tunbridge.
Abbas de Leſnes.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Bathon. et Wellen.

Decanus eccleſiae cathed. Well.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Prior eccleſiae cath. Bath.
Abbas Glaſton.
Abbas de Keneſham.
Abbas de Muchilney.
Abbas de Achelney (al. Athelney.)
Abbas de Clyva.
Prior de Bruton.
Prior de Taunton.
Prior de Monte acuto.
Magiſter hoſpitalis S. Johannis de Bridgewater.
Archidiac. Wellen.
Archidiac. Taunton.
Archidiac. Bathon.
Abbas ſancti Salvatoris.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Lincoln.

Decanus eccleſiae Lincoln.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Lincoln.
Archidiac. Northampton.
Archidiac. Oxon.
Archidiac. Huntingdon.
Archidiac. Leiceſt.
Archidiac. Bedford.
Archidiac. Stowe.
Archidiac. Buckingham.

In archidiac. Lincoln.

Abbas de Kyrkeſtede.
Abbas de Remeſby (al. Reveſby.)
Abbas de Parro Lude.
Abbas de Villa Dei (al. Valle Dei.)
Abbas de Newhouſe.
Abbas de Hagubye (al. Hagneby.)
Abbas de Tuppholme.
Abbas de Newbo.
Abbas de Croyland.
Abbas de Bardney.
Abbas de Humbreſton.
Abbas de Thornton.
Abbas de Welhowe.
Abbas de Brunne.
Prior de Sompingham.
Prior de Bulington.
Prior de Sickhill (al. Syxyll.)
Prior de Ormeſby (al. Mimormeſby.)
Prior de Alingham.
Prior S. Katharinae extra Lincoln.
Prior de Haverholme.
Prior de Cattley.
Prior de Novo Loco (al. Newſted.)
Prior de Belvero.
Prior de Spaldinge.
Prior S. Leonardi juxta Stamford.
Prior de Keme (al. Kyme.)
Prior de Markby.
Prior de Elſhull.
Prior de Parro Notton.
Prior de Novo Loco juxta Stamford (al. Newſted.)

In archidiac. Northampt.

Abbas de Pypwell.
Abbas de Sulby.
Abbas de Burgo S. Petri.
Abbas S. Jacobi juxta Northampt.
Prior S. Andreae Northam.
Prior de Luffield.
Prior de Daventry.
Prior de Chancombe (al. Chacum.)
Prior de Aſheby canonicorum.
Prior de Fynneſtede.

In archidiac. Oxon.

Abbas de Thama.
Abbas de Bruera (al. Bruern.)
Abbas de Regali Loco juxta Oxon.
Abbas de Eyneſham.
Abbas de Oſeney.
Abbas de Dorcheſter.
Prior ſanctae Fridiſwidae.
Prior de Burceſtr.
Prior de Wroxton.
Prior de Calverton.

In archidiac. Buckingham.

Abbas de Bitleſden.
Abbas de Medmenham.
Abbas de Lavenden.
Abbas de Netle (al. Noteley.)
Abbas de Muſſenden (al. Miſſenden.)
Prior de Tykeforde.
Prior de Ravenſtone.
Prior de Chetwell.
Prior de Newport.
Prior de Snelſhall.

In archidiac. Huntingdon.

Abbas ſancti Albani.
Abbas de Saltreia (al. Swatre.)
Abbas de Rameſey.
Prior de Hertford.
Prior de ſancto Neoto.
Prior canonicorum Hunting.
Prior de Wilmundely.
Prior de Stonley.
Rector de Aſhrugge.

In archidiac. Leiceſtr.

Abbas de Garwedon (al. Garadon.)
Abbas de Croxton.
Abbas Mariae de Prat. Leiceſtr.

Abbas

Abbas de Oeſlneſton (al. Olveſton.)
Prior de Landa.
Prior de Kyrkby.
Prior de Ulveſcroft.
Magiſter de Burton ſancti Lazari.

In archidiac. Bedford.

Abbas de Warden.
Abbas de Wonborne (al. Woborne.)
Prior de Chickſounde (al. Chickſand.)
Prior de Bello Loco.
Prior de Newenham.
Prior de Caldwell.
Prior de Dunſtable.
Prior de Byſſemede (al. Buſhmede.)

In archidiac. Stowe.

Abbas de Barlinge.
Prior de Thorneholme.
Prior de Torkſeye.

Elien.

Prior Elien.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Elien.
Abbas de Thorneſey (al. Thorney.)
Prior de Barnewel.
Prior de Angleſey.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Norwic.

Prior eccleſiae cathedr. Norwic.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Norwic.
Archidiac. Norfolc.
Archidiac. Sudbury.
Archidiac. Suffolc.
Abbas ſancti Edmundi.
Abbas ſancti Benedicti.
Abbas de Sybeton.
Abbas de Leyſton (forte Beeſton.)
Abbas Wymundham.
Prior de Buttley.
Prior de Walſingham.
Prior de Bromcholme.
Prior ſanctae Fidis de Horſham.
Prior de Pentney.
Prior de Bynham (forte Burnham.)
Prior de Caſtleacre.
Prior de Weſtacre.
Abbas de Longley.
Abbas de Weſtderham.
Prior de Ixworthe (al. Cokkesforth.)
Prior de Ely.
Prior de Thetforde.
Decanus coll. de Stoke.
Clerus ejuſdem dioeceſis.
Clerus archidiac. Suff. et Sudbury.

Exon.

Decanus eccleſiae cathedr. Exon.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiaconus Exon.
Archidiaconus Totton.
Archidiac. Barn.
Archidiac. Cornubiae.
Abbas de Taveſtock.
Abbas de Herlonde (al. Hurtlande.)
Abbas de Torre.
Abbas de Buckfeſter (al. Buckfaſte.)
Abbas de Forda.
Abbas de Nyweham.
Abbas de Dunkewell (al. Dunkeſwell.)
Abbas de Buckland.
Prior de Plympton.
Prior de Launceſton.
Prior ſancti Germani.
Prior de Bodmyne.
Prior de Fuchelſtock (al. Frethilſtoke.)
Prior de Totton.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Sarum.

Decanus eccleſiae cathedr.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Dorſet.
Archidiac. Barkſhire.
Archidiac. Sarum.
Archidiac. Wiltſhire.
Abbas de Middleton.
Abbas de Cerne.
Abbas de Sherborne.
Abbas de Abboteſbury.
Abbas de Abbendon.
Abbas de Redinge.
Abbas de Malmeſbury.
Abbas de Stanley.
Prior de Wallingford.
Prior de Briſtleſham (al. Buſtleſham.)
Prior de Hurley.
Prior de Farleighe.
Prior de Ederoſe.
Rector eccleſiae conventualis de Edingdon.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Coven. et Lich.

Prior eccleſiae cathed. Covent.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Decanus eccleſiae cath. Lich.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Coventr.
Archidiac. Derb.
Archidiac. Stafford.
Archidiac. Ceſtr.
Archidiac. Salop.
Abbas Ceſtr.
Abbas Salop.
Abbas de Burton ſuper Trent.
Abbas de Derley.
Abbas de Whalley.
Abbas de Valle Regali.
Abbas de Cundermere (al. Cumbremere.)
Abbas de Rouceſter (al. Rowceter.)
Abbas de Dien Loucres (al. De-la-cres.)
Abbas de Heighmonde.
Abbas de Littleſhal.
Abbas de Hilton.
Abbas de Cumba.
Abbas de Myra Valle (al. Merywall.)
Abbas de Stonley.
Abbas de Dala.
Abbas de Bello Capite.
Prior de Kenylworthe.
Prior de Tattebury.
Prior de Stone.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Wigornien.

Prior eccleſiae cath. Wigorn.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Wigorn.
Archidiac. Glouceſtr.
Abbas de Eveſham.
Abbas de Perſhore.
Abbas de Bordeſley.
Abbas de Hailes Owen.
Abbas de Alynceſtr.
Abbas monaſterii S. Petri Glouc.
Abbas de Tewkeſbury.
Abbas de Cirenceſtr.
Abbas de Winchcombe.
Abbas ſancti Auguſtini Briſtol.
Abbas de Hailes.
Prior de Stedeley.
Prior majoris Malverne.
Prior minoris Malverne.
Prior de Lanthonye.
Prior de Dirhurſt.
Decanus eccleſiae collegiatae de Warwick.
Abbas de Kingeſwode.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Ciceſtren.

Decanus eccleſiae cathedr. Ciceſtren.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Ciceſtr.
Archidiac. Lewen.
Abbas de Bello.
Abbas de Bigham.
Abbas de Ponte Roberti (al. Robertſbridge.)
Abbas de Durford.
Abbas de Quawe.
Prior de Lewes.
Prior de Sela.
Prior de Michilham.
Prior de Haſtinges.
Prior de Boxgrave.
Prior de Tortington.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Hereford.

Decanus eccleſiae cathed. Hereford.
Capitulum eccleſiae cathed.
Archidiaconus Hereford.
Archidiac. Salopienſis.
Abbas de Flaxlex.
Abbas de Dora.
Abbas de Wigmore.
Prior Hereforde.
Prior de Monmouthe.
Prior de Wormeſley.
Prior de Liomyſtr (al. Leominſtre.)
Prior de Bromfield.
Prior de Chuberie.
Prior de Wenlake.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Meneven.

Praecentor eccleſiae Meneven.
Capitulum ejuſdem.
Archidiac. Meneven.
Archidiac. de Kermarden.
Archidiac. de Brechon.
Archidiac. Cardigan.
Abbas ſancti Dogimaelis.
Abbas de Alba Landa (al. Whiteland.)
Abbas de Strata Florida.
Abbas de Talley.
Abbas de Comhire.
Abbas de Kermerden.
Prior de Haverforde.
Prior de Pulla.
Prior de Brechon.
Prior de Langthonia Prima.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Aſſaven.

Decanus eccleſiae Aſſaven.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Aſſaven.
Abbas monaſterii de Conway.
Abbas de Baſſinghworke.
Abbas de Strata Marcella.
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Bangor.

Decanus eccleſiae cathed. Bangor.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiac. Bangor.
Archidiac. Angleſey.
Archidiac. de Meryoneth.
Praepoſitus de Clannock (al. Clunockvaur.)
Praepoſitus caſtri Tubii (al. caſtro Cubii.)
Abbas de Bardeſia.
Prior de Perimon (al. Penmon.)
Prior de Bethkelerth (al. Bethkylherte.)
Clerus ejuſdem dioeceſis.

Nomina domus ſuperioris et inferioris convocationis provinciae Cantuarienſis, prout hodie citantur.

Dominus archiepiſcopus Cantuarienſis.
Decanus Cantuar.
Archidiaconus Cantuar.
Procurator capituli Cantuar.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Aſſaven.
Decanus Aſſaven.
Archidiaconus Aſſaven.
Procurator capituli Aſſaven.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Bangor.
Decanus Bangor.
Archidiac. Bangor et Angleſey.
Procurator capituli Bangor.
Archidiaconus Merioneth.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Bath. et Wellen.
Decanus Wellen.
Procurator capituli Wellen.
Archidiac. Wellen.
Archidiac. Taunton.
Archidiac. Bathon.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Briſtol.
Decanus Briſtol.
Archidiac. Dorſet.
Procurator capituli Briſtol.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Ciceſtren.
Decanus Ciceſtren.
Procurator capituli Ciceſtr.
Archidiaconus Ciceſtren.
Archidiaconus Lewen.

Pro-

Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Elien.
Decanus Elien.
Procurator capituli Elien.
Archidiaconus Elien.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Exon.
Decanus Exon.
Procurator capituli Exon.
Archidiac. Cornubiae.
Archidiac. Totton.
Archidiac. Barum.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Glouceſtren.
Decanus Glouceſtren.
Procurator capituli Glouceſtren.
Archidiac. Glouceſtren.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Hereforden.
Decanus Hereford.
Procurator capituli.
Archidiaconus Hereford.
Archidiac. Salopiae.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Landaven.
Decanus Landaven.
Procurator capituli.
Archidiac. Landaven.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Lichen. et Coven.
Decanus Lichfeld.
Procurator capituli Lichf.
Archidiac. Derbiae.
Archidiac Staffordiae.
Archidiac. Coventr.
Archidiac Salopiae.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Lincoln.
Decanus Lincoln.
Duo procuratores capituli conjunctim et diviſim.
Archidiac. Lincoln.
Archidiac Bucks.
Archidiac. Stow.
Archidiac Huntingdon.
Archidiac. Leiceſtr.
Archidiac. Bedford.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus London.
Decanus S. Pauli London.
Procurator capituli.
Archidiac. London.
Archidiac. Middleſexiae.
Archidiac. Eſſexiae.
Archidiac. Colcheſtr.
Archidiac. S. Albani.
Procuratores cleri dioeceſis.
Decanus Weſtmonaſterienſis.
Archidiac. Weſtmonaſt.
Procurator capituli.
Dom. epiſcopus Meneven.
Praecentor Meneven.
Archidiac. Brecon.
Archidiac Meneven.
Archidiac. Carmarthen.
Cancellarius Meneven.
Procuratores capituli duo conjunctim et diviſim.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Norwicen.
Decanus Norwicen.
Archidiac. Norwicen.
Archidiac. Norfolc.
Archidiac. Sudburiae.
Archidiac. Suffolciae.
Procurator capituli.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Oxon.
Decanus eccleſiae Chriſti Oxon.
Archidiac. Oxon.
Procurator capituli.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Petriburgen.
Decanus Petriburgen.
Archidiac. Northampton.
Procurator capituli Petriburg.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Roffenſis.
Decanus Roffen.
Archidiac. Roffen.
Procuratores capituli duo conjunctim et diviſim.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Sarum.
Decanus Sarum.
Procurator capituli.
Archidiac. Berks.
Archidiac. Wilts.
Archidiac. Sarum.
Procuratores cleri dioeceſis.
Decanus de Windſor.
Procurator capituli de Woolverhampton.
Dom. epiſcopus Wigorn.
Decanus Wigorn.
Archidiac. Wigorn.
Procurator capituli.
Procuratores cleri.
Dom. epiſcopus Winton.
Decanus Winton.
Procurator capituli Winton.
Archidiaconus Winton.
Archidiac. Surriae.
Procuratores cleri dioeceſ.

[illegible] vocandorum A. D. MCCCCXXIV. Ex regiſt. dec. et capit. ſede vacante, fol. 361.

Dom. archiepiſcopus Ebor.
Dom. epiſcopus Dunelm.
Dom. epiſcopus Carliol.
Decanus eccleſiae Ebor.
Archidiac. Richmond.
Archidiac Ebor.
Archid. Eaſt-riding.
Archid. Cleaveland.
Archid. Nottingham.
Capitulum eccleſiae Ebor.
Capitulum Beverl.
Capitulum Rypone.
Capitulum Southwell.
Capitulum Howden.
Praepoſit. Beverlac.
Abbas monaſterii B. Mariae Ebor.
Abb. de Selby.
Abb. de Sallay.
Abb. de Rupe.

Abb. de Kirkſtall.
Prior S. Oſwaldi.
Prior de Boſton in Craven.
Prior de Monkbretton.
Prior de Drax.
Prior de Pontefract.
Prior de Helags Park.
Prior S. Trinitat. Ebor.
Prior S. Andreae juxta Ebor.
Officialis archidiac. Ebor.
Procuratores cleri ejuſdem.

Eaſtrideing.

Abbas de Melſa.
Prior de Bridlington.
Prior de Kirkham.
Prior de Watton.
Prior de Wartre.
Prior de Ferriby.
Prior de Hanton Price.
Pr. de Ellerton.
Pr. Carth. juxta H.
Officialis archidiac. Eaſt-riding.
Procuratores cleri ejuſdem.

Cleaveland.

Abbas de Whitby.
Abb. de Bellalanda.
Abb. de Rievall.
Prior de Giſburn.
Pr. de Newburgh.
Pr. de Malton.
Pr. de Morton.
Officialis archidiac. Cleaveland.
Procuratores cleri ejuſdem.

Nottingham.

Abbas de Welbeck.
Abb. de Rufford.
Prior de Thurgarton.
Pr. de Wirkſopp.
Pr. de Newſtede.
Pr. de Shelforde.
Pr. de Lenton.
Officialis archidiac. Nottingham.
Procuratores cleri ejuſdem.

Richmond.

Abbas de Torneys.
Abb. de Fontibus.
Abb. de Jorevall.
Abb. S. Agathae.
Abb. de Coverham.
Abb. de Egleſton.
Abb. de Cockerſand.
Miniſter S. Roberti.
Pr. de Cartmell.
Officialis archidiac. Richmond.
Procuratores cleri ejuſdem.
Officiales praepoſiti Beverlac.
Cuſtos ſpiritualit. de Howden et de Howdenſhire.
Procuratores cleri ejuſdem.
Prior eccleſiae Dunelm.
Procuratores cleri ejuſdem.
Archidiaconus Northumberland.
Officialis ejuſdem.
Procuratores cleri ejuſdem.
Prior eccleſiae Karliol.
Archidiac. Karliolen.
Officialis ejuſdem.
Procuratores cleri ejuſdem.
Abbas de Holme Cultrum.
Abbas de Shap.
Prior de Lenercoſt.

Praeter hos A. D. MDXXX. *vocati ſunt* [Ex regiſt. eodem, fol. 638, 640.]

Abbas de Abbalanda.
Prior de Brenteborn.
Decanus de Derlington.
Decanus de Aukland.
Decanus Lancaſtriae.
Decanus de Ceſtria.
Prior de . . . .
Praepoſitus de Grayſtakes.
Praepoſitus de Kirk Oſwald.

In convocatione anni MDXLV.

Archiepiſcopus Ebor.
Epiſcopus Dunelm.
Epiſcopus Carliol.
Epiſcopus Ceſtrenſ.
Cuſtos juriſdictionis Manniae.
Decanus eccleſ. cathedr. Ebor.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiaconus Ebor.
Clerus juriſdict. capituli Ebor.
Officialis archidiaconi Ebor.
Clerus ejuſdem archidiaconatus.
Archidiaconus Eaſtriding.
Officialis archidiac. Eaſtriding.
Clerus ejuſdem archidiaconatus.
Archidiaconus Cleaveland.
Officialis ejuſdem.
Clerus ejuſdem archidiaconatus.
Archidiaconus Nottingham.
Officialis archidiaconi Nottingham.
Clerus ejuſdem archidiaconatus.
Praepoſitus eccleſiae Beverlac.
Capitulum eccleſiae collegiatae Beverlac.
Officialis juriſdictionis ejuſdem.
Clerus juriſdictionis ejuſdem.
Capitulum eccleſiae colleg. de Howden.
Cuſtos juriſdictionis de Howden.
Clerus juriſdictionis de Howden.
Capitulum eccleſiae colleg. de Ripon.
Cuſtos juriſdictionis de Allerton, etc.
Clerus juriſdictionis ejuſdem.
Capitulum eccleſiae colleg. de Southwell.
Clerus juriſdictionis ejuſdem.
Decanus eccleſiae cathedr. Dunelm.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Archidiaconus Dunelm.
Officialis archidiaconi Dunelm.
Clerus archidiaconatus Dunelm.
Archidiaconus Northumbriae.
Officialis ejuſdem.
Decanus de Dainton.
Decanus de Cheſtre.
Decanus de Langcheſtre.
Decanus eccleſiae cathedr. Carliol.
Capitulum ejuſdem eccleſiae.
Praepoſitus eccleſiae collegiatae de Grayſtocke.
Archidiaconus Carliolen.
Officialis ejuſdem.
Clerus ejuſdem archidiaconatus.

Praepo-

Praepoſitus de Kirk Oſwald.
Decanus eccleſiae cathedr. Ceſtrenſ.
Capitulum ejuſdem eccleſ.
Archidiaconus Ceſtriae.
Clerus archidiaconatus Ceſtriae.
Archidiaconus Richmondiae.
Robertus, epiſcopus Sodorenſis.
Archidiaconus Manniae.
Clerus ejuſdem archidiaconatus.

In convocatione A. D. MDCXXVIII. Maii 20.

Dominus archiepiſcopus Ebor.
Epiſcopus Dunelm.
Epiſcopus Carliol.
Epiſcopus Ceſtrienſ.
Decanus Ebor.
Decanus Dunelm.
Decanus Carliol.
Decanus Ceſtriae.
Archidiaconus Ebor.
Archidiac. Eaſtriding.
Archidiac. Cleaveland.
Archid. Nottingham.
Archid. Dunelm.
Archid. Northumbriae.
Archid. Carliol.
Archid. Ceſtriae.
Archid. Richmond.
Capitulum Ebor.
Capitulum Dunelm.
Capitulum Carliol.
Capitulum Ceſtrienſ.
Capitulum Southwell.
Capitulum Rippon.
Clerus archid. Ebor.
Clerus archid. Nottingham.
Clerus archid. Eaſtriding.
Clerus archid. Cleaveland.
Clerus archid. Dunelm.
Clerus archid. Northumbriae.
Clerus archid. Carliol.
Clerus archid. Ceſtriae.
Clerus archid. Richmond.
Clerus juriſdictionis decani et cap. Ebor.
Clerus juriſdict. capituli de Southwell.
Cuſtos juriſdict. peculiaritatis de Howden.
Cuſtos juriſd. peculiar. de Allerton, etc. ſpect. ad epiſcopum Dunelm.
Cuſtos juriſdict. peculiar. de Allerton, etc. ſpect. ad decanum et capit. Dunelm.
Clerus juriſdictionis pecul. de Howden.
Clerus juriſdictionis pecul. de Allerton epiſcopi Dunelm.
Clerus juriſdictionis pecul. de Allerton decani et capituli Dunelm.

[illegible] liorum provincialium cleri Scoticani et Hiberni.

In concilio provinc. Scoticani cleri Edinburgi celebrato A. D. MDXLIX. *comparuerunt, uti patet ex MS. biblioth. regiae Pariſ. n.* 3887. *Coll. Baluzian. n.* 38.

JOHANNES, S. Andreae archiepiſcopus, totius regni Scotiae primas, legatus natus, monaſterii a Paſleto abbas, et concilii provincialis praeſes.

Epiſcopi.

Willelmus, Aberdonenſis.
Patricius Moravienſis, commendatarius a Scona.
Andreas Candidae Caſae, et capellae regiae Strivilingenſis.
Willielmus Dunblanenſis.
Robertus Orcadenſis, commendatarius a Kinlos.
Willelmus, electus Leſmorenſis confirmatus.
[N. Brechinenſis.
N. Roſſenſis.
N. Cathanenſis.]

Vicarii generales ſedium vacantium.

Mag. Gavinus Hamylton, eccleſiae metropolitanae Glaſguenſis decanus, et ejuſdem ſede vacante, vicarius generalis.
Mag. Jacobus Herven, decanus Dunkeldenſis, et ejuſdem ſede vacante, vicarius generalis.

Abbates, priores, et commendatarii.

Jacobus, prioratus eccleſiae primatialis S. Andreae commendatarius.
Jacobus, a Kalco et Melros commendatarius.
Georgius, a Dunfermlyng commendatarius, archidiac. S. Andr. primatialis.
Malcolmus, prior de Quhithorne.
Donaldus, abbas a Cupro.
Quintinus, abbas monaſterii Crucis Regalis.
Gualterius, abbas Vallis Lucis.
Alexander, prior Pluſchardenſis.
Willelmus, commendatarius de Culros.
Jacobus, abbas de Newbattle.
Adam, abbas de Dundraynan.
. . . . abbas de Deyr.
Johannes, prior de Mungſter.

Doctores in theologia, licentiati, et bacalarii.

Mag. Petrus Sacellarius, collegii S. Salvatoris infra civitatem S. Andreae canonicus et praepoſitus ejuſdem coadjutor, doctor theologiae.
M. Johannes Gryſon, ſacrarum literarum profeſſor.
M. Johannes Wynrame, eccleſiae metrop. primatialis S. Andreae canonicus regularis, et ſubprior, theologiae doctor.
F. Richardus Marſhell, Anglus, divinarum literarum profeſſor.
F. Robertus Leeche, ordinis Praedicatorum in theologia licentiatus.
M. Willelmus Cranſton, praepoſitus de Scypuy in theologia licentiatus.
M. Alexander Anderſone, collegii Aberdonenſis univerſ. ſubprimarius in theol. licentiatus.
M. Alexander Dick, ſacrarum literarum bacalarius.
M. Johannes Mayr, decanus facultatis theologicae univerſ. S. Andreae; et Martinus Bal-

[ ] His incluſa nomina MS. omiſit: [illegible]

four, doctores in theologia, annoſi, grandaevi, et debiles, comparuerunt per procuratores.

Ordines Praedicatorum.

Johannes Gerſouin, provincialis.
F. Robertus Leeche.
F. Andreas Abercromby.

Ordines Minorum de obſervantia.

F. Johannes Paterſon, miniſter generalis.
F. Andreas Cottis, guardianus dicti ordinis apud S. Andream.
F. Jacobus Wincheſter, guardianus apud Perth.
F. Johannes Scott.

Ordines Conventualium: ordines S. Auguſtini: ordines ſanctiſſimae Trinitatis de redemptione captivorum: ordines Carmelitarum.

M. Johannes Spittel, praepoſitus B. Mariae de campis, officialis S. Andreae principalis, ac rector univerſ. S. Andreae.
M. Abraham Weichtoun, praepoſitus de Dunglas, officialis S. Andreae infra archiepiſcopi . . .
M. Jacobus Hamyltone, decanus Brechinenſ.
M. Johannes Sinclare, decanus a Reſtalrig.
M. Gregorius Hay, decanus de Dunbar.
M. Willelmus Lamb, rector a Coreis.
M. Johannes Thornton, praecentor Moravienſ.
M. Johannes Stevenſon, praecentor Glaſguenſ.
D. Georgius Cryhton, praepoſitus SS. Trinitatis prope Edinburgum.
M. Patricius Myrtoune, archidiaconus Aberdon.
M. Alexander Erſkyne, ſubdecanus et officialis Dunkeldenſis.
M. Archibaldus Boyne, praepoſitus de Dalzeil.
M. Alexander Ferret, praepoſitus de Fidolis.
M. Johannes Maccale, archidiaconus Leſmorenſis.
M. Arthurus Talzefere, canonicus Aberdonenſ.
D. Nicolaus Roch, praepoſitus de Taynes.
D. Andreas Dickſone, canonicus Dunkeldenſ.
D. Hugo Curroye, commendatarius de Strathphillan.
D. Andreas David, eruditus et ſtudioſus in theologia.
M. Johannes Macquin, divinarum ſcripturarum interpres.
D. Robertus Leddal, ſubprior de Melros, ordinis Ciſtercienſis.
Secretarius et notarius in concilio Andreas, Eliphantus.

Nomina ſuperioris et inferioris domus convocationis in Hibernia, prout hodie citantur.

In provincia Armachana.

DOM. archiepiſcopus Armachanus.
Decanus Armachan.
Archidiaconus Armachan.
Procurator capituli Armachan.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Meathenſis.
Decanus Clonmacnoicenſis.
Archidiaconus Meathenſis.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Clocherenſis.
Decanus Clocherenſis.
Archidiaconus Clocheren.
Procurator capituli Clocheren.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom epiſcopus Raphonenſis.
Decanus Raphonen.
Archidiac. Raphonen.
Procurator capituli Raphonen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Downenſis et Connorenſis.
Decanus Downenſis.
Archidiac. Downenſis.
Procurator capituli Downenſis.
Procuratores cleri dioeceſis.
Decanus Connorenſis.
Archidiaconus Connorenſis.
Procurator capituli Connoren.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Kilmorenſis et Ardacenſis.
Decanus Kilmorenſis.
Archidiac. Kilmoren.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Ardacenſis.
Archidiac. Ardacen.
Procuratores cleri.
Dom. epiſcopus Dromorenſis.
Decanus Dromorenſis.
Archidiac. Dromoren.
Procurator capituli Dromoren.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Darenſis.
Decanus Darenſis.
Archidiac. Darenſis.
Procurator capituli Daren.
Procuratores cleri dioeceſ.

In provincia Dublinenſi.

Dom. archiepiſcopus Dublinenſis et Glandelacanus.
Decanus aedis Chriſti.
Decanus S. Patricii.
Archidiaconus Dublin.
Archidiaconus Glandelacanus.
Procurator capituli aedis Chriſti.
Procurator capituli S. Patricii.
Procuratores cleri.
Dom. epiſcopus Kildarenſis.
Decanus Kildaren.
Archidiac. Kildaren.
Procurator capituli Kildaren.
Procuratores cleri dioeceſis.
Dom. epiſcopus Fernenſis et Leighlinenſis.
Decanus Fernenſis.
Archidiac. Fernenſis.
Procurator capituli Fernen.
Procuratores cleri dioec.
Decanus Leighlinenſis.
Archidiac. Leighlinen.

Procu-

Procurator capituli Leighlinen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Oſſorienſis.
Decanus S, Kennys Kilkennenſis.
Archidiac. Oſſorienſis.
Procurator capituli Oſſor.
Procuratores cleri dioeceſ.

In provincia Caſſellenſi.

Dom. archiepiſcopus Caſſellenſis et Emlyenſis.
Decanus Caſſellenſis.
Archidiac. Caſſellen.
Procurator capituli Caſſellen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Emlyenſis.
Archidiac. Emlyenſis.
Procurator capituli Emlyen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Waterfordenſis et Liſmorenſis.
Decanus Waterforden.
Procurator capituli Waterforden.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Liſmorenſis.
Archidiac Liſmoren.
Procurator capituli Liſmoren.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Killaluenſis.
Decanus Killaluenſis.
Archidiac. Killaluen.
Procurator capituli Killaluen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Limericenſis, Ardfertenſis, et Achaduenſis.
Decanus Limericenſis.
Archidiac. Limericen.
Procurator capituli Limericen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Ardfertenſis.
Archidiac. Ardferten.
Procurator capituli Ardfert.
Procuratores cleri dioeceſ.
Archidiaconus Achaduenſis.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Cluanenſis.
Decanus Cluanenſis.
Archidiac. Cluanen.
Procurator capituli Cluanen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Corcenſis et Roſſenſis.
Decanus Corcenſis.
Archidiac. Corcenſis.
Procurator capituli Corcenſis.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Roſſenſis.
Archidiac. Roſſen.
Procurator capituli Roſſen.
Procuratores cleri dioeceſ.

In provincia Tuamenſi.

Dom. archiepiſcopus Tuamenſis et Kilfenorenſis.
Decanus Tuamenſis.
Archidiac. Tuamen.
Procurator capituli Tuamen.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Kilfenorenſis.
Archidiac. Kilfenorenſis.
Procurator capituli Kilfenoren.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Elphinenſis.
Decanus Elphin.
Archidiac. Elphin.
Procurator capituli Elphin.
Procuratores cleri dioeceſeos.
Dom. epiſcopus Kilallanus et Achonryenſis.
Decanus Kilallanus.
Archidiac. Kilallanus.
Procurator capituli Kilallan.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Achonryenſ.
Archidiac. Achonry.
Procurator capituli Achonry.
Procuratores cleri dioeceſ.
Dom. epiſcopus Clonfertenſis et Kilmacduacenſis.
Decanus Clonfert.
Archidiac. Clonfert.
Procurator capituli Clonfert.
Procuratores cleri dioeceſ.
Decanus Kilmacduacenſis.
Archiac. Kilmacduac.
Procurator capituli Kilmacduac.
Procuratores cleri dioeceſis.

Hae convocationes ſuperiorum et inferiorum clericorum in eodem loco ut plurimum colligebantur, ubi conſilia de ſubſidiis et rebus eccleſiaſticis inibant. Interdum tamen reperimus praelatos et clerum inferiorem juſſos fuiſſe ab archiepiſcopo et epiſcopis, cum res ſecreto tractanda occurrebat, in alium ſecedere locum.

Ita anno MCCCLXXVI. 5. id. Febr. dominus cum confratribus ſuis, excluſis omnibus aliis perſonis, ſecrete deliberavit. Et proximo die, excluſis omnibus aliis perſonis, ſuper praemiſſis deliberavit. Et rurſus anno MCCCCXXVIII. Nov. 16. aliis praelatis adtunc ibidem in multitudine copioſa exiſtentibus, de mandato praeſidentium ſe interim retrahentibus ad partem domus capitularis hujuſmodi.

Primaria receſſus eorum occaſio enaſcebatur ex variis negotiis, quae de tempore in tempus conſultationibus illorum ab archiepiſcopo et epiſcopis committebantur; et mos dudum invaluit, quoties archiepiſcopo vel ejus commiſſariis ſub primordiis, aut alio quocunque tempore ſynodi viſum fuerit expediens ablegare clericos inferiores a domo capitulari, ad examinandas cauſas ſynodi ab archiepiſcopo ipſis propoſitas.

Locus clericis inferioribus ad deliberandum aſſignatus, non ſemper fuit idem. Nam anno MCCCLXIX. undecimo cal. Febr. rogavit dominus religioſos, quod ſe inſimul traherent ad aliquam partem eccleſiae; et clerum ſuae dioeceſeos et provinciae, quod ad aliquam partem ejuſdem eccleſiae ſe traherent, tractarent et deliberarent. Et 4. calend. Februar. ejuſdem anni injunxit procuratoribus cleri religioſorum hujuſmodi, exhortando eoſdem, quod ſe ad partes in dicta eccleſia tranſferrent et concordarent, etc. Anno MCCCLXXXII. Nov. 19. locus ſeceſſus ipſorum relinquitur electioni;

oni; quod convenirent in aliquo loco decenti et honeſto, et de praemiſſis tractarent invicem. Anno ſequenti, Decemb. 3. procuratores jubentur ad aliquem locum, in tali negotio hactenus conſuetum, ſe declinare. Anno MCCCLXXXIV. Maii 24. procuratores in domo ſcholarum in coemeterio dictae eccleſiae ſituata, adinvicem de negotiis ipſis tractabant. Anno MCCCXCIV. Febr. 6. poſt tractatum ſuper principali cauſa convocationis inter epiſcopos et clerum, ſeparato clero ad clauſtrum ſubtus eandem domum capitularem, de ſubſidio conſultabant. Anno MCCCCII. Oct. 30. archiepiſcopus injunxit iis coetum ſelectum eligere, ut in aliquo privato loco convenirent; et ad hunc ſelectum coetum colligendum dicuntur in baſſo ſub dicta domo capitulari inſimul congregati. Anno MCCCCXIX. decani, archidiaconi, et procuratores jubentur ſecedere in domum ſuam ſolitam. Et poſt biennium, MCCCCXXI. Maii 7. in domum ſuam inferiorem. Anno MCCCCXXII. injungitur, quod recederent de domo capitulari, et adirent domum inferiorem; ſub quo nomine in ſequentibus ſynodis locum ſeceſſus inferiorum clericorum invenimus adnotatum.

Creſcentibus autem negotiis ſynodorum, hae ſeceſſuum, et a domo capitulari ſeparationum cauſae frequentius occurrebant. Ne tamen crebriores clericorum inferiorum ſeceſſus et reditus cum reſponſis et petitionibus, juxta formam conſuetam conceptis, ulteriorem et haud neceſſariam ſingulis utriuſque domus crearent moleſtiam, archiepiſcopus et epiſcopi ORATOREM CLERI, legitimo modo electum et confirmatum, nomine totius domus inferioris ad negotia ſynodalia inter eos pertractata exponenda admiſerunt, ipſique ſua decreta et beneplacita aperuerunt, domui inferiori communicanda.

Non omnes tamen tractatus in ſeparatis duabus ſynodi domibus habebantur. Interdum namque archiepiſcopus et epiſcopi urgentibus de cauſis inferiores clericos, vel omnes, vel oratorem eorum cum nonnullis membris ad ſe accerſiverunt, qui, finito pro re nata colloquio, dimiſſi ad domum ſuam redierunt.

Cum autem oratoris clericorum inferiorum mentionem modo fecerim, de ejus electione et officio aliqua hic delibare libet.

Poſtquam clerici in ſuis receſſibus diverſas exercuiſſent argumentationes ſuper iis, quae illorum conſultationibus ab archiepiſcopo et epiſcopis concredebantur; officii eorum ratio requirebat ratiocinia ſua reverendiſſimo et confratribus ſuis exponere. Hoc ut quam commode fieri poſſet, et iterati ſeceſſus reditusque totius domus evitarentur, unus ex toto coetu eligebatur, qui opiniones et conſultationes ſingulorum nomine, ſuo ore eloqueretur; unde nomen PROLOCUTORIS, et organi cleri ſortiebatur; et quia praeſidi ſynodorum ac epiſcopis deliberationes eorum enarrabat vel referebat, REFERENDARIUS vocabatur.

Primum hi prolocutores ſpeciali de cauſa ſeligebantur; qua ceſſante, electio aeque ac officium ceſſabat. Anno MCCCXCIV. Febr. 17. clerici praeſentes ſubſidium domui ſuperiori offerebant per venerabilem virum magiſtrum Johannem Barnet, officialem curiae Cant. ad hoc ſpecialiter electum. Anno MCCCXCIX. Octob. 13. dominus archiepiſcopus accerſivit caeteros praelatos et procuratores cleri, quod venirent de domo capitulari ad capellam B. Mariae coram eo et dictis ſuffraganeis ſuis, gravamina, ſi quae haberent, de et ſuper quibus praetendebant ſe gravatos, ac reformanda, ſi quae ſcirent, propoſituri. Quibus ad dictam capellam venientibus, ſurrexit quidam venerabilis vir mag. Johannes Maydenheth, nomine cleri provinciae antedictae, et certos articulos ex parte cleri provinciae antedictae conceptos, et quamplurima gravamina continentes, perlegebat. Anno MCCCC. Nov. 10. archiepiſcopus clericis in mandatis dedit, articulos exponere, quos in ſcripta redactos, ex eorum communi conſenſu per manus venerabilis viri mag. Roberti Hallum, archidiaconi Cant. coram dicto reverendiſſimo patre, et ſuffraganeis ſuis unanimiter produxerunt. Et cum anno MCCCCVIII. opinio cleri de negotio ſynodali exquireretur, ipſi de clero eodem nomine et vice ſuis per venerabilem virum mag. Henricum Ware, officialem curiae Cant. in legibus licentiatum, praefatis majoribus praelatis, etc. Triennio elapſo, anno MCCCCXI. Dec. 7. mentio fit duorum prolocutorum, cleri vices eodem tempore et circa idem negotium ſuſtinentium: "Archiepiſcopo cum confratribus ſuis in domo capitulari congregatis, venerabilis vir mag. Henricus Ware, curiae Cant. officialis, et Philippus Morgan, utriuſque juris doctor, nonnullas inconvenientias et gravamina pro et ex parte cleri, cujus gerebant organa vocis, expoſuerunt, et in ſcriptis redacta exhibuerunt." Non autem clerici tantum inferiores in genere, ſed etiam procuratores domuum religioſarum in ſpecie conſultationes ſuas per prolocutorem exponere dicuntur; uti anno MCCCCXXXVII. Maii 10. conceſſerunt iidem religioſi, etc. ſub certis modis et formis in quadam ſchedula, per abbatem Glouceſtriae, prolocutorem ipſorum religioſorum, porrecta, content.

Vir juris canonici peritiſſimus Guilielmus Lyndewode primus, qui in annalibus eccleſiaſticis occurrit, fuit clericorum prolocutor, ſub initium convocationis publico modo electus, quem his verbis deſcriptum recitant archiva:

Anno MCCCCXXV. April 24. "reverendiſſimus pater cauſas convocationis ſuae expoſuit et explanavit. Quibus expoſitis, decani, archidiaconi, et procuratores capitulorum et cleri de mandato dicti reverendiſſimi patris traxerunt ſe in domum inferiorem ſub domo praedicta capitulari, ut de hujuſmodi cauſis tractarent, et unum referendarium ſive prolocutorem ex ſeipſis eligerent, qui vice eorum omnium et ſingulorum cauſas exponeret et reſponſa. Qui in domum praedictam ſe recolligentes, mag. Willelmum Lyndewode, utriuſque juris doctorem, officialem curiae de Arcubus, in referendarium et prolocutorem hujuſmodi elegerunt."

Poſt eum multos in diverſis ſynodis deprehendimus officium prolocutoris data occaſione exercentes, ad reſponſa et petitiones domus inferioris archiepiſcopo et epiſcopis repraeſentanda.

Anno

Anno MCCCCXXXIII. Nov. 12. "reverendiſſimus fecit ad ſe vocari clerum provinciae ſuae antedictae. Quo clero comparente, dictus reverendiſſimus pater interrogavit venerabilem virum mag. Thomam Bekyngton, prolocutorem cleri, ſi clerus communicaſſet et concluſiſſet ſuper iſtis punctis ſive dubiis." Et anno MCCCCXXXVIII. "idem clerus per magiſtrum Thomam prolocutorem ſuum de contribuendo ad expenſas tranſmittendorum ad concilium petiit, et dictis dominis ſupplicavit humiliter excuſari." Anno eodem ſecunda vice ſe a concedendo ſubſidio excuſabant per mag. Johannem Lyndefeld ſuum prolocutorem. Anno MCCCCXXXIX. Richardus Andrew, curiae Cant. officialis, licet ab initio convocationis non electus, quater officio prolocutoris functus eſſe dicitur, legendo ſchedulas domus inferioris coram archiepiſcopo et epiſcopis, et proponendo illis petitiones clericorum. Idem de Johanne Byconil, archiepiſcopi Cant. officiali, eodem de nomine legitur, anno MCCCCXLIV.

Omnes hi officio defungebantur prolocutoris; nulla autem ullius poſt Lyndewodum in forma conſcripta facta fuit electio ante annum MCCCCLII. quando archiepiſcopus, ut antea praeſente Lyndewodo, cauſas convocationis aperuit, clerumque ad domum ſuam prolocutorem eligendi cauſa recedere juſſit; qui, teſtantibus archivis, egregium virum Johannem Stokys, in prolocutorem cleri electum, reverendiſſimo patri, reverendiſque patribus praeſentabant. Ille officium in ſe ſuſcipere recuſabat, "uſque adeo quod dictus reverendiſſimus pater ſibi in virtute obedientiae praedictum onus, ut aſſumeret, injunxit. Quo audito, dictus electus onus hujuſmodi in ſe nolens volens aſſumpſit." Hic primus fuit prolocutor, qui in forma expreſſa archiepiſcopo et epiſcopis in domo capitulari praeſentabatur. Ita etiam anno MCCCCLX. eaedem occurrunt circumſtantiae. "Reverendiſſimus demandavit omnibus de inferiori domo, quod illuc accederent et prolocutorem eligerent." Illi officialem archiepiſcopi eligebant, ac ipſum (ut moris eſt) coram archiepiſcopo et aliis confratribus et praelatis praeſentabant. Tandem ad mandatum dicti reverendiſſimi patris hujuſmodi onus in ſe ſuſcepit. Proxima, quae hanc excipit, convocatio exordium ſumpſit ab electione prolocutoris juxta formam modo memoratam, ſolo archiepiſcopi mandato de acceptando officio excluſo, cujus loco id regiſtro additur: "quam praeſentationem dominus admiſit." Et in aliis hanc ſequentibus ſynodis dicitur, "admiſit et acceptavit;" et propius ad noſtram aetatem, "approbavit et confirmavit de conſenſu confratrum," qui ab initio vel expreſſe vel tacite datus eſt.

His gradibus methodus hodierna eligendi et confirmandi prolocutorem, quam doctiſſimus Parkerus, archiepiſcopus Cantuar. ſuo jam tempore obſervatam eſſe ait, introducebatur: "Ipſe reverendiſſimus ſolet illos ex inferiori domo monere atque hortari, ut ſtatim ſe conferant in dictam inferiorem domum, ibique de viro docto, pio, et fideli in prolocutorem ſuum aſſumendo conſultantes, unanimiter conſentiant et eligant, ſicque electum ipſi reverendiſſimo in eadem domo capitulari, prox. in ſequente ſeſſione, debita cum ſolennitate praeſentent." Et cum prolocutor praeſentatur, "reverendiſſimus — ipſam electionem ſua archiepiſcopali auctoritate expreſſe confirmare et approbare non dedignabitur."

In archivis Cantuarienſibus legimus archiepiſcopum nonnunquam hujus vel illius viri merita prae aliis magnifaciendo, particulares perſonas clero inferiori ad obeundum munus prolocutoris commendaſſe. Ita anno MDLXII. antelaudatus Parkerus archiepiſcopus clerum ad electionem prolocutoris procedere juſſit, commendans illis maxime decanum eccleſiae cathedralis D. Pauli London. Alexandrum Nowell; quem in proxima ſeſſione praeſentatum et confirmatum invenimus. Anno MDLVIII. decanus S: Pauli "ex parte reverendiſſimi patris Johannis, Cantuar. archiepiſcopi ſignificavit, ut ad electionem futuri prolocutoris procedere licite et libere valeant et poſſint; et commendavit eis venerabilem virum magiſtrum Johannem Styll, tunc ibidem praeſentem. Unde omnes tunc praeſentes uno ore eundem magiſtrum Johannem Styll ſine mora in eorum et dicti coetus inferioris domus cleri prolocutorem et referendarium concorditer, unanimi conſenſu nominarunt et elegerunt, nemine contradicente." Et anno MDCV. in excerptis regiſtrorum domus ſuperioris archiepiſcopus dicitur commendaſſe doctorem Johannem Overall, decanum S. Pauli, in prolocutorem in loco doctoris Thomae Ravis, ad epiſcopatum Glouceſtrenſem evecti.

Prolocutores non tantum ſub initio et in medio ſynodi, ſed etiam alio tempore in locum, vel mortui, vel ad altiores honorum gradus evecti, juſſu archiepiſcopi ſufficiebantur. Ita anno MDXLI. "reverendiſſimus evocari fecit clerum inferioris domus, quibus expoſuit illos debere eligere novum prolocutorem propter mortem dom. Richardi Gwent. Et anno MDCLXXVII. clerici hujus domus coram reverendis dominis epiſcopis perſonaliter comparentes, et requiſiti ut recederent in domum ſuam propriam, et eligerent aliquam perſonam idoneam e gremio ipſorum in prolocutorem ſive referendarium convocationis praeſentis, loco ultimi [dom. Wilhelmi Sancroft.] nuper in archiepiſcopum Cantuar. promoti."

Ad officium prolocutoris quod attinet, accurate illud in "Forma ſive deſcriptione convocationis celebrandae, prout ab antiquo obſervari conſuevit," deſcribitur his verbis: "Quoniam ſi in rerum tractandarum ſerie unuſquiſque ex inferiore domo ſuam ipſe ſententiam, quoties viſum eſſet, diceret, aut ſi omnes aut plures ſimul loquerentur, pareret confuſionem, igitur ſemper hactenus obſervatum fuit, ut unus aliquis doctus et diſertus ex gremio dictae inferioris domus in eorum omnium locum ad hoc munus aſſumatur; ut is, intellectis et ſcrutatis caeterotum omnium votis, tanquam unum eorum omnium os et organum loquatur, et conſonam eorum ſententiam eidem reverendiſſimo, cum ad hoc rogatus ſeu miſſus fuerit, caeteris ſilentibus, fideliter referat; qui ex hoc munere Referendarius, ſive Prolocutor communiter denominatur." Poſtquam autem conſulta-

tiones clericorum in frequentiores ſeceſſus atque privatos tractatus extenderentur, ipſiſque permiſſum eſſet opiniones et determinationes ſuas domui ſuperiori exponere per organum cleri, ab archiepiſcopo confirmatum et admiſſum; exinde alia prolocutori accrevit provincia, ſcil. monita et decreta archiepiſcopi et epiſcoporum cum domo inferiore communicare. Hoc officii genus a praeſule eruditiſſimo Parkero in "Forma convocationis" omiſſum (eo enim tempore primaevam tantum prolocutoris inſtitutionem explicare proponebat) poſtea in oratione ipſius anno MDLXII. habita exprimitur, "qui [prolocutor] veſtra nobis deſideria, noſtraque vobis viciſſim monita exponat atque referat."

Cum autem uſu veniret, quod canones et alia eccleſiaſtica negotia, quae antea in ſynodis epiſcoporum tantum tractabantur, jam in convocationibus ventilarentur ac determinarentur; commercia clericorum cum epiſcopis, ſeceſſuſque abinvicem multiplicabantur, adeo ut ſervata argumentationum et rerum forma ac ordine, alius ipſis locus aſſignandus eſſet, in quo a praeſentia auctoritateque archiepiſcopi viſibili remoti, moderamini ſubeſſent prolocutoris; de quo Parkerus in oratione ſua ait, "qui et veſtras diſceptationes, ne aut longius producantur, aut acrius vehementiuſque tractentur, temperet."

Auctoritati huic prolocutoris ab archiepiſcopo et epiſcopis ſuffraganeis ſtabilitae accedunt multa alia privilegia, ipſi totique eccleſiae Anglicanae clero a rege conceſſa, quae nemini impune laceſſere aut infringere licuit. Teſtatur hoc edictum regis Henrici VI. A. D. MCCCCXXIX. "Becauſe the prelates and clergy of the realm of England called to the convocation, and their ſervants and families that come with them to ſuch convocation, oftentimes and commonly are arreſted, moleſted, and inquieted; our ſaid lord the king, willing graciouſly in this behalf to provide for the ſecurity and quietneſs of the ſaid prelates and clergy, at the ſupplication of the ſame prelates and clergy, and by the aſſent of the great men and Commons aforeſaid, hath ordained, and eſtabliſhed; That all the clergy hereafter to be called to the convocation by the king's writ, and their ſervants and families, ſhall for ever hereafter fully uſe and enjoy ſuch liberty or defence in coming, tarrying, and returning, as the great men and commonalty of the realm of England, called or to be called to the king's parliament, do enjoy, and were wont to enjoy, or in time to come ought to enjoy."

Excerpta actorum convocationis anno MDCIV. habitae ſeſſ. xix. et ſeq. memoratu dignum hujus negotii documentum nobis exhibent: "The prolocutor complains to the biſhop (preſiding) that he had two Subpoenas ſerved upon him by Harrington and Walker, notwithſtanding his privilege. The preſident anſwers, that the king was acquainted with it, and that Walker was arreſted for it by a ſerjeant at mace, and a warrant gone for Harrington. Seſſ. xx. Walker aboveſaid convented before the biſhops, ſent to the lower houſe to beg pardon of the prolocutor and houſe, which he did, and was diſmiſſed pro tempore. Seſſ. xxxii. Harrington brought upon his knees for ſerving a Subpoena upon the prolocutor."

Ne autem ob neceſſariam prolocutoris abſentiam rerum agendarum ſeries in domo inferiori turbaretur, bona cum venia archiepiſcopi et epiſcoporum licuit prolocutori unum vel duos ex clericis in ſuum ſubſtituere locum. Ita anno MDXXXIII. Seſſ. iii. in commentariis actorum domus ſuperioris dicitur: "Ibidem dominus prolocutor D. Wolman affirmavit ſe aegrotum eſſe, et petiit, ut durante infirmitate ejus, magiſter Fox [archidiaconus Leiceſtrenſis] ſi vellet adeſſe, vel mag. D. Bell [archidiaconus Glouceſtrenſis] exerceret officium ſuum; et conceſſum eſt. Ad cujus petitionem dictus dominus praeſidens, cum conſenſu dominorum epiſcoporum et praelatorum et cleri tunc praeſentium, licentiavit D. Wolman nunc abeſſe pro tempore infirmitatis ſuae." In fine Actorum domus ſuperioris convocationis anno MDLIV. haec notula reperitur: "Memorandum quod viceſimo octavo Novembris dominus prolocutor [Henr. Cole, archidiac. Elien.] ſubſtituit loco ſuo, durante ejus abſentia, magiſtros Hugonem Weſton, Nicolaum et Johannem Harpsfield conjunctim et diviſim ad exercendum officium prolocutoris." Hoc autem archivis domus ſuperioris inſertum non fuiſſet, niſi ea auctoritatem ſubſtitutioni impertita eſſet. In alia convocatione ejuſdem anni haec de ſubprolocutore narrantur: "Die Jovis 5. Aprilis, praeſidente epiſcopo London. praeſentatur praedictus prolocutor [Hugo Weſton, decanus Weſtmonaſt.] per Nic. Harpſfield, et Johan. Wimbleſey, ubi tractarunt de eligendis quibuſdam de clero, qui vice totius cleri mitterentur Oxoniam ad tractandum cum domino Cranmero, domino Ridlejo, nuper praetenſo epiſcopo London. et Hugone Latymer, de quibuſdam articulis religionem concernentibus; et delecti ſunt D. Weſton, Oglethorp, Chedſey, Seton, Cole, Jefery, Fecknam, et Harpsfield ad effectum praedictum. Et quum praedictus prolocutor non potuit adeſſe dictae convocationi, ſubſtituit N. Harpsfield, et Johannem Wimbleſey, conjunctim et diviſim in loco ſuo."

Nemo praeter prolocutorem et legitimum ejus vicarium ex inferiori convocationis domo auctoritate gaudet negotia ac tractatus eorum epiſcopis exponere. Unde cum anno MDCCI. April. 8. D. Leop. Will. Finch internuncium agens clericorum, decreta archiepiſcopo et epiſcopis proponere conaretur, dimiſſus fuit a praeſide, utpote nulla ſtipatus auctoritate, et prolocutor jubebatur negotium illud cum ſynodo communicare; quod, "ſalvis juribus hujus domus," factum eſt. Et licet etiam ab initio convocationis anni MDCLXXXIX. res per privatos nuncios tractatae fuiſſent, dum tamen in ix. ſeſſione irregularitas haec ab epiſcopo London. ſynodi praeſide, obſervata fuiſſet, decretum fuit in domo ſuperiori "quod apparet per recorda domus ſuperioris convocationis, quod, quoties et quando aliquid fuit per dictam domum inferiorem ſuperiori domo convocationis propoſitum, prolocutor ſemper comparuit in propria ſua perſona, aliis dictae domus ſecum comitantibus."

Hactenus

Hactenus membra convocationis eorumque officia ex archivis Cantuarienſibus deſcripſimus, jam ad negotia in ſynodis tractanda progrediemur.

Ex iis, quae ſupra allata ſunt, dilucide patet, clericos, cujuſcunque dignitatis, a rege, a legato papae, ab archiepiſcopo, epiſcopiſque convocatos fuiſſe ad imponenda et colligenda ſubſidia, quae ab anno MCCVII. ad ann. MDCLXIII. regi conceſſa ſunt; primum quidem in comitiis regni cum ſubſequenti confirmatione in ſynodis facta, uti apparet in annis MCCCXVI. MCCCXXX. Deinde autem annis, ſc. MCCCXXXIV. MCCCXXXVII. et ſeqq. in convocatione tantum. Non autem regi ſolum, ſed etiam papae ſubſidia a clero Anglicano concedebantur, ut in concilio Weſtmonaſterienſi 2. dominica poſt Paſcha, anno MCCXXIX. ubi renitentibus laicis, epiſcopi, praelati, et alii clerici prae metu excommunicationis decimas donabant, teſtante Matth. Pariſio. Ita etiam in parliamento Oxon. anno MCCXLVII. ad quod (M. Pariſium audis) "rex Henricus III. praelatos maxime vocaverat arctius, quia videbat eos tam frequenter depauperari per papales extorſiones. Sperabatur autem certiſſime aliquid ſalubre eccleſiae et regno ibidem ſtatuendum, quod tamen omnes hoc ſperantes feſellit; nam cum antea aliqui praelatorum praetactae papali contributioni propoſuiſſent contradicere, ibidem omnes in contributionem undecim millium marcarum conſenſerunt, exceptis exemptis, et tribus clericis." Ita et in convocatione anno MCCCLXXXIII. Dec. 4. vicarius collectoris papae ſynodum ingreſſus, ſubſidium expetiit, et archiepiſcopus ſua auctoritate communiens petitionem, praecepit procuratoribus, quod ſuper eodem negotio diligenter tractarent. Idem et alias clerici in multis legatinis conciliis pro expenſis nunciorum apoſtolicorum taxati largiebantur.

Occurrit etiam in conciliorum noſtrorum voluminibus ſubſidium vel donum gratuitum archiepiſcopis a clero conceſſum: idem pro euntibus ad concilium generale colligendum jubebatur, uti anno MCCCCXIV. ubi in ſynodo provinciali ab Henr. Chichleio, archiepiſcopo Cantuar. coacta, duo denarii pro libra cleri procuratoribus ad concilium generale proficiſcentibus concedebantur. Eadem etiam inter alia fuit materia tractatus in ſynodo provinciali anno MCCCCXVI. et alias ſaepe.

Praeter hoc ſubſidiorum vel caeterarum ſecularium rerum negotium archiepiſcopus ſub exordio convocationis clericis cauſas congregatae ſynodi explicabat; quae vel ad promovendam ſalutem eccleſiae in genere, vel ad corrigendos mores particularium perſonarum, vel ordinum, ad extirpandas haereſes, etc. tendebant. Ex maxime vetuſtis Actorum convocationis commentariis exploratum habemus, clericos plerumque res quieti et privilegiis eorum inſidioſas, quarum mole multum premebantur, coram praeſide et epiſcopis expoſuiſſe, earumque reformationem devotis precibus efflagitaviſſe; quae gravaminum et articulorum cleri nomine exprimebantur, et maximam partem juriſdictionem et bona ipſorum civilia attingebant, et erant v. g. quaeſtuoſae depraedationes officiariorum laicorum, exactiones, et aliae fraudes curiarum eccleſiaſticarum, quae alio nomine injuriae vocitantur. Horum gravaminum onera ut reformarentur aut allevarentur, ſpecialis interdum conditio ſubſidii concedendi facta fuit; idcirco ea ſimul cum libello ſubſidii regi vel conſiliariis ipſius offerebantur, et benignum reſponſum regis, per praeſidem ſynodi tranſmittendum, expectabatur. Exhibebantur autem ea per formam ſupplicationis nonnunquam regi ſoli; interdum regi in concilio, vel regi in parliamento. Anno MCCCLXIX. "conceſſerunt domino regi decimam biennalem ſolvendam, eidem domino regi infra biennium a tempore dictae conceſſionis numerandam. Sub iſtis tamen conditionibus adjectis et additis per dictum clerum, viz. quod dictus dominus rex injurias et violentias, ac alia gravamina viris eccleſiaſticis in enervationem libertatis eccleſiaſticae per miniſtros regios multipliciter attentata, et per ipſum clerum in ſcriptis redigenda, et dicto domino archiepiſcopo et per eum domino regi porrigenda, corrigat et reformet. Et tunc dictus dominus archiepiſcopus voluit, quod clerus et religioſi praedicti petitiones ſuas ſuper dictis injuriis, violentiis, et gravaminibus in ſcriptis redigerent, et ſibi porrigerent, etc. quod ſuper eis cum ſuis confratribus poterit conſulere et deliberare, et eas, habita deliberatione hujuſmodi, una cum conceſſione decimae biennalis praedictae dicto domino regi intimare; et aſſignavit dictis clero et religioſis diem Sabbati prox. ſequ. ad comparendum coram eo in dicta capella hora prima, voluntatem regiam ſuper dictis petitionibus, et etiam grates regias pro dicta conceſſione, quas reportabit, audituris. Et ad hoc faciendum continuavit dictam convocationem ad diem Sabbati ſupradictum." Et cum anno MCCCLXXIII. Dec. 2. clerici gravaminum reformationem a rege expeterent, de conceſſione ſubſidii monebantur; "et quod interim informarent petitiones ſuas ſuper reformatione injuriarum, ut eas conciperent in ſcriptis, quodque reſponſiones darent die prox. ſequenti." Dec. 8. coram epiſcopo London. praeſide "procuratores cleri ibidem comparentes, decimam, etc. conceſſerunt, ac dictam conceſſionem in ſcriptis dicto domino London. epiſcopo porrexerunt, una cum quibuſdam ſupplicationibus pro reformatione quarundam injuriarum eccleſiae Anglicanae illatarum, in eadem ſcriptura content." Anno MCCCLXXIX. 4. cal. Martii, "praelati et clerus conceſſerunt domino regi, etc. rogando dominum regem, quod injurias et gravamina illata eccleſiae et viris eccleſiaſticis faceret revocari."

Non omnia autem gravamina cleri regi tantum offerebantur, ſed nonnulla curias archiepiſcopalem vel epiſcopales attingentia in ſynodis exhibebantur. Interdum etiam articuli cleri papae Romano mittebantur ab ipſo reformandi; uti legimus anno MCCCXCIX. Octob. 11. cum decanus eccleſiae Hereford. articulos de mandato domini archiepiſcopi palam et aperte perlegebat. Et quia in dictis articulis continebantur certa gravamina per ſedem apoſtolicam reformanda, viſum fuit ſatis honeſtum et expediens domino archiepiſcopo accerſire collectorem papae; cujus conſilium fuit, quod rex, archiepiſcopus, et epiſcopi literas ad papam exararent pro reformatione eorundem.

Haec

Haec gravamina in ſynodis propoſita et examinata, erant nonnunquam generalia, quae ſalutem totius eccleſiae, epiſcoporum ſimul et clericorum inferiorum reſpiciebant, et communi omnium nomine offerebantur; unde in regiſtris appellantur Reformanda in convocatione; Reformanda in parliamento. Alia erant particularia, quae ad hos aut illos epiſcopos vel clerum tantum ſpectabant; ea in domo ſuperiori convocationis diſcuſſa, regi vel parliamento nomine gravaminum vel articulorum cleri exhibebantur.

Singula illa gravamina cleri bona cum venia et juſſu archiepiſcopi, ac epiſcoporum in domo capitulari in ſcriptis proponebantur certo tempore, quod iis maxime commodum videbatur. Anno MCCCLXIX. 10. cal. Febr. "archiepiſcopus voluit, quod clerus et religioſi petitiones ſuas ſuper injuriis, violentiis, et gravaminibus in ſcriptis redigerent, et ſibi porrigerent die Veneris." Anno MCCCLXXIII. clero injungebatur, "quod interim informarent petitiones ſuas ſuper reformatione injuriarum, ut eas conciperent in ſcriptis, quodque reſponſiones darent die prox. ſequenti." Et anno MCCCLXXVII. 2. id. Novemb. "praeſes praemunivit, quod unus clericus de quolibet epiſcopatu dictae provinciae Cantuar. veniret ad eccleſiam S. Pauli London. et ibidem inter ſe poſt prandium, etc. deliberarent ſuper petitionibus formandis de ſingulis gravaminibus communiter clerum cujuſlibet epiſcopatus tangentibus."

Aliquando tamen accidit, quod nullum ab archiepiſcopo de gravaminibus hujuſmodi proponendis, praevium mandatum domui inferiori inſinuatum fuerit; unde viva primum voce a prolocutore generalis eorum fiebat mentio, et quid amplius de illis ſtatuendum ſit, ab archiepiſcopo et epiſcopis in mandatis recipiebant. Anno MCCCLVI. primo, quo ſynodi negotia tractabantur, die jubetur clerus die craſtina proponere petitiones ſuas, quae in proxima ſeſſione fiebant per clerum tam viva voce, quam in ſcriptis. Et anno MCCCCXI. Dec. 2. "archiepiſcopus mandavit procuratoribus cleri, quatenus ſi aliqua eſſent gravamina ex parte eorum reformatione indigentia, quod vellent et deberent citra diem Veneris extunc proximo futur. coram convocatione dominorum in domo capitulari ſerioſius intimare. Quo die (Dec. 4.) comparuerunt procuratores cleri, qui plura referebant gravamina, allegantes, quod de tot et tantis ſe ſentiit clerus malis praegravatum, quod niſi in ſcriptis contineantur, non poſſent de facili recenſeri." Abeuntibus procuratoribus, archiepiſcopus et epiſcopi de illo negotio conſultabant. "Procuratores, etc. reintrarunt circa horam undecimam; quibus per dominum archiepiſcopum adtunc mandabatur, quod citra proximum diem convocationis exhiberent et declararent articulatim gravamina ſua in ſcriptis redacta. Ideo Dec. 7. duo eorum membra nonnullas inconvenientias et gravamina, pro et ex parte cleri, cujus gerebant organa vocis, expoſuerunt, quae in ſcriptis redacta exhibuerunt." Et anno MCCCCLX. "propoſitis ibidem coram dicto reverendiſſimo patre, et aliis in dicta domo capitulari protunc ibidem exiſtentibus, quibuſdam articulis per prolocutorem viva voce, dictus reverendiſſimus pater decrevit hujuſmodi articulos, ſic viva voce declaratos, in ſcriptis redigi."

Gravaminum horum in articulos digeſtorum et in ſuperiori convocationis domo exhibitorum examen, ulterioris deliberationis cauſa, interdum in aliud tempus differebatur: uti anno MCCCCXI. Dec. 7. "omnes iſti ſupraſcripti articuli, quorum reformatio deliberationis et dierum exegit inducias, de conſilio et aſſenſu expreſſis dominorum in convocatione praeſentium, poſiti fuerunt adhuc in ſuſpenſo." Onera haec cleri, ſi eorum reformatio in poteſtate convocationis ſita erat, poſt fidele examen debitis correctionum remediis e medio tolli jubebantur; ſi vero a ſynodo reformari haud poſſent, regi vel ejus concilio vel comitiis regni offerebantur.

Praeter gravamina, nonnulla etiam in ſynodis exhibebantur reformanda, quorum mentionem ut plurimum injiciebat archiepiſcopus ſub exordio convocationis inter cauſas ſummonitionis. Anno MCCCC. Jan. 29. "archiepiſcopus explicuit cauſas et negotia celebrationis ſui concilii provincialis, convocationis cleri vulgariter nuncupati, viz. pro defectibus ejuſdem provinciae tam in clero quam in populo juxta juris exigentiam canonice reformandis." Et anno MCCCCXXXIX. archiepiſcopus declarabat cauſas convocationis, "viz. qualiter juriſdictio eccleſiaſtica per brevia regia, et praecipue per brevia illa de PRAEMUNIRE FACIAS, plus ſolito extitit perturbata, impedita, atque enormiter laeſa— qualiter perſonae eccleſiaſticae, tam ſeculares quam regulares, per falſa indictamenta et alias vias exquiſitas plus ſolito vexatae et gravatae ſunt his diebus— Et proxima ſeſſione dominus mandavit praelatis et clero, quatenus ſuper praemiſſis et aliis materiis quibuſcunque reformatione neceſſaria indigentibus; videl. qualiter illud breve de PRAEMUNIRE FACIAS, et ipſa falſa indictamenta, quae hodiernis diebus falſo, nequiter, et malitioſe uſitantur et continuantur, in aliquo mitigari aut pro perpetuo deleri, et finaliter extingui valeant— et billas et alia adviſamenta in hac parte neceſſaria ad praemiſſa reformanda conciperent."

Inter reformanda haud injuſto titulo enumerandi ſunt proceſſus contra haereticos et tranſgreſſores canonum eccleſiaſticorum. Hi ex forma conſueta primum fiebant in curiis eccleſiaſticis cujuſlibet dioeceſis, juxta receptas ſtatutorum conſtitutiones. Quodſi autem epiſcopus penitiori criminis habita ratione et examinatione ſonticam haud deprehendebat cauſam maleficum ſeculari tradere juriſdictioni, ob ſuſpicionem tamen criminis, reum in carceres detrudere poterat, ut ſi ante non abjuraſſet haereſin, ſeveriori hac lege ad id expeditius faciendum compelleretur; vel ſi hoc jam feciſſet, inter arctiora tamdiu detineretur vincula, donec ſincerae retractationis documenta publicaverit. Totus hujus negotii proceſſus ex inferioribus curiis ad archiepiſcopalem tranſmittebatur, proximae convocationi praelatorum et cleri exhibendus; inprimis, ſi hujuſmodi criminis reus poſt palinodiam in errorem relapſus eſſet; ubi integra ſeries proſecutionis, ipſo praeſente, publice ab archiepiſcopo vel epiſcopo dioeceſano enarrabatur. Haec conſuetudo contra haereticos procedendi

diu

diu jam ante conſtitutionem ab Henrico Chichleio, archiepiſcopo Cantuar. anno [illegible] ed-
tam obtinuit, ex qua nonnulla ad rem noſtram facientia hic recitare haud pigebit. [illegible] quam enim archiepiſcopos, epiſcopos, archidiaconos, etc. ad diligentius exquirendum haereticos [illegible] ſet, pergit: "Et ſi quas perſonas convictas forſan curiae ſeculari non relinquant, ip[illegible] carceres perpetuos ſive temporales, prout rei qualitas exegerit, ad minus uſque ad prox. [illegible] cleri Cantuarienſis provinciae convocationem duratur. realiter committant, et in eiſdem ſecundum juris exigentiam ſervari faciant, ac de omnibus et ſingulis ſupradictis, quomodo videl. inquiſierunt, reperierunt, et in proceſſibus ſe habuerunt, perſonas hujuſmodi convictas, diligentiaque [illegible] negligentiis archidiaconorum ſive commiſſariorum praedictorum, aliiſque omnibus et ſingulis circumſtantiis praemiſſis quomodolibet concernen. ac praeſertim de abjurationibus, ſi quos interim haereſes abjurare contingat, in prox. praelatorum et cleri convocatione ſub forma publica, diſtincte et aperte nos et ſucceſſores noſtros certificare curent, et eoſdem proceſſus officiali curiae noſtrae Cantuar. [illegible] liberent, penes eundem ſeu in regiſtrario curiae noſtrae Cantuar. [illegible] ſic videlicet, quod quemlibet, cujus intereſt, pro executione ulteriori eorundem [illegible] ad eundem officialem recur. habere poterit cum effectu."

Quia tamen ſingulis clericis etiam incumbebat omnibus viribus allaborare, ut ſalus et emolumentum religionis promoveretur; ideo quaedam occurrebant, quorum gratia petitiones archiepiſcopo et epiſcopis in conciliis offerri debebant. Harum aliae exhibebantur de condendis canonibus et decretis, quarum ſeculo demum ſextodecimo exempla in regiſtris apparent. Anno MDXXIX. ſeſſ. vii. prolocutor in domo ſuperiori comparens, voluit, ut ordinatio fieret de appropriationibus eccleſiarum, et de penſionibus vicariis perſolvendis.

2. Aliae de reſtituenda auctoritate veterum canonum et conſtitutionum, quae in neglectum abierant. Uti anno MCCCCXIX. "ultimo die convocationis dominus [illegible] petitionem cleri [illegible] conſtitutionem provincialem per Rob. Winchelſey, praedeceſſorem ſuum editam, quae ſic incipit: "Capellani ſtipendiarii," etc. cum omnibus ſuis capitulis, verbis, clauſulis, et [illegible] dem ad totam provinciam ſuam Cantuarienſem extendi, et omnes arctari debere, ex conſenſu fratrum ſuorum et auctoritate totius concilii declaravit et pronunciavit."

3. Aliae de abolendis et ſuſpendendis legibus vel conſuetudinibus, multum incommodi et oneris adſerentibus. Anno MCCCCXXVIII. ultimo die convocationis "dominus ex aſſenſu confratrum ſuorum, et ad petitionem cleri poenam in conſtitutione propter exceſſiva ſtipendia capellanorum, tam contra dantes quam recipientes latam, pro parte dantium ſuſpendit uſque ad proximam convocationem, et ipſos hujuſmodi poena minime involutos fore decrevit." Et anno MDLV. ſeſſ. iii. poſt conceſſionem ſubſidii "clerus illic expoſuit tres petitiones; primum, quod omnes beneficiati, qui ſpe remiſſionis primorum fructuum ex communi rumore ſacerdotia aſſecuti ſunt, non obligentur rependere duplos, etc. ſecundo, ut poſſint diplomata apoſtolica pro ſacerdotiis retinend. aſſequi; poſtremo, quod ſtatutum tollatur pro decimis ſolvendis, etc. et quod decimarum cauſae emergentes coram ordinario examinentur et decidantur.

4. Aliae de indicendis novis diebus feſtis vel corrigendis ſervitiis veterum. Ita anno MCCCCXXXIV. Octob. 9. "dominus ex conſenſu confratrum ſuorum, et ad petitionem cleri [illegible] S. Frideſwidae cum ix. lectionibus, et aliis, quae ad hujuſmodi feſtum cum regimine chori ſecundum uſum Sarum pertinent, per totam provinciam ſuam perpetuo celebrandum. [illegible] anno MCCCCXLIV. Octob. 24. "mag. Willelmus Byconil, officialis curiae Cantuar. tunc cleri prolocutor, ſupplicabat domino ex parte cleri, ut dies tranſlationis S. Edwardi, etc. ſub duplici feſto per ſuam provinciam ſolemnizari poſſet, de confratrum ſuorum conſenſu concedere dignaretur."

5. Aliae petitiones exhibebantur archiepiſcopo, ut apud regem intercederet de cohibendis officiariis laicis clerum opprimentibus, vel de auxilio brachii ſecularis in exequendis legibus eccleſiaſticis. Ita ann. MCCCXCIV. ſupplicatio cleri archiepiſcopo Cantuar. et archiepiſcopo Ebor. cancellario Angliae, praeſentabatur, ut de ſuppreſſione Lollardiae apud regem intercederent, ut dignetur extendere cum effectu brachium ſuae majeſtatis. Anno MCCCCLXIII. Jul. 18. "petitum fuit per mag. Johannem Stokys, prolocutorem, a domino, ut ipſe regiae majeſtati ſcriberet pro liberatione certarum perſonarum eccleſiaſticarum, in cuſtodia laicali incarceratarum et cuſtoditarum; ut ſecundum chartam alias per regem viris eccleſiaſticis conceſſam, ſuis ordinariis poſſint liberari."

6. Aliae inſinuabantur, ut diſciplina eccleſiaſtica ſtrictius obſervaretur. Ita anno MDLXXXVI. Mart. 15. excerpta ex domus ſuperioris regiſtris referunt, quod clerici inferiores epiſcopos ſupplicaverint, ut curam agerent ordinationum, officiarios ſuos ab exceſſivis penſionibus reprimerent, et ut quemlibet clericum ad beneficia admiſſum ſive inſtitutum, compellerent inductionem in eccleſiam ſuam expetere, ſub poena ſequeſtrationis fructuum eccleſiae. Aliae, quarum tituli anno MDLV. ſub finem ſynodi allegantur, variis de rebus eccleſiam et eccleſiaſticas perſonas concernentibus tractabant. Omnes hae petitiones archiepiſcopo et epiſcopis exhibebantur, ut eorum calculo approbatae clericorum praxi et obſervationibus commendarentur.

Quia autem variae totius domus inferioris argumentationes in nonnullis caſibus haud neceſſariae, in aliis vero intempeſtivae videbantur, ideo archiepiſcopus et epiſcopi ſaepius, cum negotia clericis committerent, ſelectum ex iis coetum fieri juſſerunt, ut inter ſe ratiocinia inirent ſoli, vel ut certo epiſcoporum numero aggregati, de rebus publicis agerent. Interdum numerus coetus ſelecti clericorum definitus, nonnunquam vagus erat. In nonnullis diſcuſſionibus nomina clericorum ad eas electorum domui ſuperiori offerebantur, in aliis haud item. Quandoque coetui clericorum ſelecto tempus reſpondendi praefigebatur ab archiepiſcopo et epiſcopis, [illegible]

lud abſque ſtato tempore expoſcebatur; et ſi haud ſatis accurato adhuc examine negotium exploratum fuiſſet, in aliud, donec paratiores eſſent, tempus differebatur.

Praeter conſultationes et diſcuſſiones utriuſque domus convocationis, epiſcopi auctoritate gaudebant in proceſſibus aliqua difficultate obſeptis, inprimis iis, quorum circumſtantiae ſtatutis et conſuetudinibus regni circumſcriptae erant, conſilium juris civilis vel ſtatutorum regni peritorum exquirere, et juxta eorum ſententiam rem decidere. Hoc poſtulabatur vel admittendo illos ad audiendas ratiocinationes convocationis, vel communicando iis dubios et difficiles negotium expediendi modos. Ita anno MCCCCXIX. ſeſſ. iii. coram archiepiſcopo, etc. adductus fuit quidam Richardus Walker, etc. quem, ut aſſerebatur, prior eccleſiae cathedr. Wigorn. tanquam ſortilegum, et de ſortilegio ſuſpectum, etc. apprehenderat; qui poſt examinationem ad carceres remittebatur, uſquedum deliberari poſſet per juriſperitos, qua poena talis ſortilegus eſſet per juriſperitos puniendus. Et anno MDCLXI. Jan. ult. quaeſtio ventilabatur in ſynodo, " whether the biſhops might be preſent in the houſe of lords in cauſes of blood? concordatum et ordinatum fuit, de et cum conſenſu totius domus ſuperioris ad conſulend. juriſperitos tam in foro ſeculari, quam in curiis civilibus et eccleſiaſticis verſatos, de et ſuper dicta quaeſtione ſive argumento, erga proximam convocationem." Et anno MDCLXII. April. 12. " habito tractatu de ſubſcriptionibus clericorum inſtituendorum, etc. dominus epiſcopus London. praeſidens, etc. curam commiſit reverendis patribus, etc. ad conſulendum juriſperitos de concipienda forma in ſcriptis in et circa ſubſcriptionem praedict." Poſtquam negotium aliquod ab utraque convocationis domo diſcuſſum, lectum, et approbatum fuerit, prolocutor cum clero in domum capitularem accerſitur, ut in illorum praeſentia ea, quae hactenus junctis conſiliis tractata fuerant, in actum ſynodicum tranſeant. Conſenſus epiſcoporum et cleri libellis ſubſidii, literis ſynodalibus, etc. poſtquam diverſa inſtrumenta publice perlecta fuiſſent, conceſſus exprimebatur manu et ſigillo archiepiſcopi, et unius vel plurium notariorum publicorum. Canones, articuli, et conſtitutiones ſemper aſſenſum convocationis obtinebant (quantum ex Archivis colligere licet) per ſubſcriptionem epiſcoporum et cleri. Canones et conſtitutiones olim auctoritate ſynodi ex decreto metropolitani ſemper promulgabantur; hodierno autem tempore juxta ſtatutum xxv. Henrici VIII. c. 19. poſt archiepiſcopi, epiſcoporum, et cleri conſenſum, regi vel reginae exhibentur, nullaque ſtatuta eccleſiaſtica vim, pondus, et robur legis publicae ſortiuntur, praeter ea tantum, quae per literas patentes, magno ſigillo Angliae ſigillatas, a rege vel regina admittuntur, approbantur, et confirmantur.

Clericorum inferiorum conſenſus adeo neceſſarius eſt ad approbanda omnia convocationis negotia, ut nihil abſque praevia eorum conſenſione ab archiepiſcopo vel epiſcopis ſtatui vel definiri poſſit. Maximo enim prae aliis nationibus preſbyteri ſynodi Anglicanae fruuntur privilegio in concilio provinciali, ut diſſenſus eorum univerſa domus ſuperioris decreta irrita reddere valeat. Specialis hujus auctoritatis origo e foro civili in eccleſiaſticum hoc modo derivabatur. Cum ſe in convocationibus priſtinis bona clericorum ſecularia abſque expreſſo illorum conſenſu (qui innatum ſubditorum Angliae jus arguit) taxari non poſſent, vox cleri negativa ſummam illa aetate auctoritatem nanciſcebatur; unde conſuetudo haec pedetentim in condendis canonibus, conſtitutionibus, et aliis eccleſiaſticis negotiis, quae antea in archiepiſcopi ac epiſcoporum ſynodis tantum tractabantur, in convocationem introducta fuit. Attamen hoc diſſentiendi privilegio, quod hodie in jus cleri Anglicani abiit, nonniſi maxima cum veneratione erga ſuperiores ſuos ſemper uſi ſunt; diſſenſum ſuum modeſte et humiliter explicantes epiſcopis, cum petitionibus annexis, ut hac vice eos excuſarent, et his vel illis rationibus inductorum repulſas benigne interpretarentur. Anno MCCCLVI. 12. cal. Jun. clerus libellum ſupplicem archiepiſcopo et epiſcopis porrigebat, ut diſſenſum ſuum haud aegre ferrent: " Vobis reverendis in Chriſto patribus dominis, Dei gratia archiepiſcopo Cant. veſtriſque ſuffraganeis, ad celebrandum concilium provinciale juxta ſacrorum inſtituta canonum congregatis, ſupplicat humiliter et devote clerus Cantuar. provinciae, quatenus pio ſibi compatientes affectu, rationes ſuas et motiva infraſcripta clementer auſcultare dignemini, et eis in examine circumſpectae diſcretionis veſtrae diligentius ponderatis, petitiones ejuſdem cleri admittere gratioſe." Dein enumeratis rationibus concludit: " Placeat benignitati veſtrae abſque ulteriori onere hac vice eccleſiae imponendo ipſum clerum, qui dicto domino regi ſemper devotus extitit, et ipſum nunc in quantum potuit, ne deterioris conditionis exiſtat, quam communitas laicorum, habere ſe libeat excuſatum, et praemiſſa pro plena et finali reſponſione cleri admittere, ipſi quoque clero aſſiſtere, et ipſum erga dominum noſtrum regem in hac parte excuſare." Et anno MCCCCXXV. Jun. 8. " clerus inſufficientiam ſuam allegans, et paupertatem, ſe de hujuſmodi ſubventione concedenda ea vice pro viribus inſtanter excuſavit, et ſe protunc excuſari petiit et humiliter ſupplicavit."

Antequam autem diſſertationi huic finem impoſuero, unicum adhuc reſtat, quod hic omnino non eſt praetereundum; quod ſicut archiepiſcopus virtute brevis regii, cui ex veneratione principi debita morem gerere, et quod legis inſtar exequi tenetur, auctoritate ſua ſummonitoria ad convocandum concilium uti ſemper conſuevit; ita iiſdem obedientiae vinculis aſtringitur ad prorogationes et diſſolutiones ſynodorum, auctoritate ejuſdem brevis ſuffultus, procedere, quod mandatum regium ſchedulae archiepiſcopali pro proroganda vel diſſolvenda convocatione includitur, et ipſius nomine ab archiepiſcopo, vel a ſuffraganeo, aut commiſſario in praeſentia epiſcoporum et cleri pronunciatur.

CLARIS-

CLARISSIMI AC REVERENDI VIRI

THOMAE INNESII,

SCOTO-BRITANNI,

Epiſtola ad editorem Conciliorum M. Britanniae et Hiberniae, de veteri apud Scotos habendi ſynodos modo.

Ut de veteri apud Scotos tenendi ſynodos modo ex pauculis illis, quae ex Knoxiana ſtrage evaſerunt, monumentorum eccleſiaſticorum reliquiis diſtinctius aliquid diſſeri poſſit; notandum inprimis, non unum eundemque in ſynodis tenendis in Scotia modum fuiſſe ſervatum, ſed varium pro vario eccleſiae Scoticanae per ſecula diverſa ſtatu. Viſum eſt ergo, ad majorem hujus materiae perſpicuitatem, res eccleſiaſticas Scotiae in quaſdam periodos, et quaſi aetates diſtribuere.

Aetas prima.

Ad primam aetatem reduci poteſt omne illud tempus, quod effluxit ab ortu evangelicae lucis in iis Britanniae partibus, quae Scotiae regno continentur; hoc eſt, ab initio circiter ſeculi poſt Chriſtum natum iii. ſive ab anno Dom. cciii. juxta vulgares Scotiae ſcriptores, uſque ad conjunctionem regnorum, Pictorum ſcilicet et Scotorum, in unam Scotiae monarchiam, quae anno Domini dcccxliii. a Kennetho II. rege effecta eſt.

In hac prima aetate etſi modo nihil ſupereſſe videatur ex actis conciliorum Scotiae, praeter quoſdam Adamnani canones contra eſum ſanguinis et ſuffocatorum; dubitari tamen vix poteſt, habita tunc fuiſſe inter Scotos concilia, praeſertim ad componendas acres illas de Paſchate, tonſura, et aliis diſciplinae capitibus contentiones, quas Beda memorat. Notandum etiam canones Hibernicos, ſicut et alia diſciplinae illorum temporum capita communia olim plerumque fuiſſe Scotis in Britannia cum Hibernis. Horum canonum ampla habetur in Spicilegio R. P. Dacherii collectio. Sed parum aut nihil inde lucis ad noſtrum de forma conciliorum inſtitutum derivari poſſe videtur.

Aetas [illegible].

Secunda quaſi aetas eccleſiae Scoticanae continebat annos 281. a conjunctione regnorum Scotici et Pictici facta ſub Kennetho II. rege, anno Dom. [illegible] ad initium uſque regni Davidis I. anno Dom. mcxxiv.

Conventus, ſive concilia hac aetate apud Scotos habita, ſpeciem potius habent comitiorum illorum, ſeu conciliorum Gallicanorum, quae tempore Caroli magni et ſucceſſorum ejus habita ſunt, in quibus edita ſunt capitularia, quam conciliorum ſive ſynodorum epiſcopalium. In iis utique intererant non epiſcopi modo, ſed et proceres, una cum ipſo rege; et capitula ſeu ſtatuta edita, non ad eccleſiaſticam tantum, ſed etiam aliquando ad politiam civilem ſpectant. Sic etiam in Anglia hiſce temporibus, id eſt ſeculis nono, decimo, et undecimo, habebantur quandoque concilia, quibus non tantum epiſcopi, ſed et reges, et duces intererant, ut ex eorum ſubſcriptionibus patet. Conventus autem, ſive concilia habita his temporibus in Scotia, ejuſdem videntur fuiſſe generis; quippe leges, ſive canones ab iis editi, non ad res ſacras tantum pertinebant, ſed et ad civiles; et in eorum convocatione et ſanctionibus regia magis, quam epiſcopalis eminere videtur auctoritas. Hujus generis ſeptem in Scotia hac aetate habita traduntur concilia, ſive conventus, in quibus leges tam eccleſiaſticae quam civiles editae ſunt.

Primum habitum fuit poſt conjunctionem regnorum circa A. D. dcccl. In eo editae ſunt celebres illae olim in Scotia leges eccleſiaſticae et civiles, dictae Macalpinae, a rege Kennetho II. Alpini filio, primo totius Scotiae monarcha. Earum praecipua capita referuntur ab Hectore Boethio in hiſtoria Scotorum, fol. 200. ſed ex traditione vulgari, ut videtur, potius, quam ex authentico aliquo monumento.

Secundum convocatum eſt apud Forteviot, regiam olim Scotorum ſedem, circa A. D. dccclx. regnante Donaldo ejus nominis ſecundo, Kennethi regis fratre. In hoc conſeſſu, ſive concilio idem rex leges a rege Ethfino, ſive Aetho Albo, filio Ecdachi, ſuperiori ſeculo conditas, innovavit. Sic enim habet fragmentum veteris chronici Scotorum in appendice ad "Conatum Criticum" N. iii. editum[a]. "In hujus [Donevaldi, fratris Kennethi] tempore jura ac leges regni Edi, filii Ecdach, fecerunt Goedeli [Scoti] cum rege ſuo in Fothertavaicht. Verum hae leges videntur ad ſtatum potius civilem regni ſpectaſſe, quam ad eccleſiaſticum.

[a] Crit. [illegible]

Tertium

4

Tertium concilium apud Forfar habitum eſt, regnante Gregorio, circa A. D. DCCCLXXVIII. In hoc concilio, ſive conſeſſu editae ſunt leges tam eccleſiaſticae quam civiles, quas idem Boethius refert[b].

Quartum concilium apud Sconam habitum eſt circa A. D. DCCCCVI. regnante Conſtantino, filio Aethi. In hoc concilio, juxta fragmentum ſupra laudatum veteris chronici Scotorum, " Idem [c] rex, et Kellachius epiſcopus [S. Andreae] leges, diſciplinaſque fidei, atque jura eccleſiarum, evangeliorumque pariter cum Scotis in Colle Credulitatis prope regali civitate Scoan devoverunt cuſtodiri."

Quintum concilium apud Bertham, ſive Perth celebratum eſt, regnante Malcolmo II. circa ann. Dom. MXX. Leges in eo editae, tam eccleſiaſticae quam civiles habentur apud eundem Boethium[d].

Sextum, regnante Macbetho, habitum eſt circa ann. Dom. ML. Leges tam ſacrae quam civiles in eo concilio editae, habentur inſertae in ejuſdem Boethii hiſtoria[e].

Sub rege denique Malcolmo III. circa ann. Dom. MLXXIV. hortatu potiſſimum S. Margaretae, conjugis ipſius, ad diſciplinae et morum reformationem habita ſunt aliquot concilia, quorum praecipua capita inſerta ſunt in auctentica ejuſdem reginae vita ab auctore coaevo ſcripta [f].

AETAS TERTIA.

Tertia aetas conſtat annis circiter centum, ab initio nimirum regni Davidis I. anno Domini MCXXIV. ad ann. Dom. MCCXXV. Honorii papae III. ann. decimum, et Alexandri II. regis Scotorum annum undecimum.

Hactenus, quae indicavimus, concilia ſpeciem plerumque habent comitiorum regni magis, quam ſynodorum eccleſiaſticarum. At quae hac tertia aetate et ſequentibus duabus habita ſunt, erant revera concilia eccleſiaſtica proprie dicta; in quibus utique tam in indictione quam in ſanciendis decretis eccleſiaſtica auctoritas maxime eminebat. Habebant autem concilia Scotica uniuſcujuſque ſequentium trium aetatum aliquid unicuique aetati peculiare, et ſpeciales inter ſe differentias tum in auctoritate, qua convocata ſive indicta ſunt, tum in modo procedendi, et in decretis ſanciendis. Haec autem omnis variatio in diſciplina eccleſiaſtica, praeſertim in ſynodis, major apud Scotos, quam in aliis pleriſque Chriſtianis regionibus ex tribus potiſſimum cauſis oriebatur. Et quidem 1. ex paucitate epiſcoporum olim noſtrorum; 2. quod epiſcopi nulli certae ſedi eſſent plerumque addicti; 3. quod metropolitano proprio carerent.

Quod attinet ad paucitatem epiſcoporum: etſi in nulla regione ſubſiſtere diu poſſit Chriſtiana religio abſque verbi Dei et ſacramentorum miniſtris legitimis, qui a Chriſto per apoſtolos, eorumque ſucceſſores, epiſcopos poteſtatem ſuam omnem ſpiritualem derivent; fatendum tamen eſt, ante S. Ninianum epiſcopum, cujus Beda meminit, qui primus fidem Chriſti Pictis auſtralibus circa ſeculi quarti finem, aut initium quinti praedicavit, nullius epiſcopi in Scotia nomen ad nos perveniſſe. Poſt Ninianum vero Palladius, Patricius, Servanus, Ternanus, Kentegernus, Winninus, Baldredus, et alii deinceps per ſingulas aetates epiſcopale miniſterium juxta ſcriptores noſtros in Scotia exercuiſſe memorantur. Sed et aliorum plurimorum epiſcoporum inter Pictos et Scotos [g] nomina, et dies feſti in calendariis noſtris antiquis et libris ritualibus paſſim occurrunt; etſi quo quiſque tempore et loco ſederit, aut epiſcopale munus geſſerit, poſt tot ac tantas monumentorum in Scotia, praeſertim eccleſiaſticorum clades nihil fere certum ſtatui poteſt.

Fatendum eſt etiam ſerius apud Scotos, nec niſi poſt regnorum Scotici et Pictici in unam monarchiam conjunctionem, canonicam in diſtinctas dioeceſes coepiſſe fieri regni Scotiae diviſionem, et quidem pedetentim tantum et ſub diverſis regulis.

Prima et inſtitutionis ordine et loci celebritate extitit ſedes S. Andreae. Haec erigi coepit ab Hungo, Ferguſii ſive Urguſti filio, ſeptuageſimo ſecundo, juxta vetuſtiores indices, Pictorum rege, occaſione tranſlationis quarundam reliquiarum S. Andreae ex oriente ad terram Pictorum in locum, qui Kilrigmund ſive Kilrcuil olim vocabatur. Eum locum Deo dicavit Pictorum rex, Hungus ſub invocatione S. Andreae apoſtoli, et in civitatem erexit, extructa ibidem eccleſia S. Andreae, cum ea praerogativa, ut eſſet deinceps " caput et mater omnium eccleſiarum in terra Scotorum[h]."

Aucta eſt non parum loci celebritas, cum poſt aliquot annos, ut referunt ſcriptores noſtri, ſedes epiſcopalis Pictorum ſita olim apud Abernethy, primariam Pictorum civitatem, a Kennetho Magno, Alpini filio, devictis Pictis, ad S. Andream tranſlata eſſet. Hinc factum eſt, ut quemadmodum Pictorum et Scotorum regna in unam monarchiam ſub rege Kennetho conjuncta ſunt, et uterque populus paulatim in unum coaluit; ita eandem primariam totius Scotiae epiſcopatus ſedem uterque populus in unum coadunatus agnoſceret, et veneraretur.

[b] Boeth. hiſtor. fol. 208, 209. [c] Crit. Eſſay, p. 785. [d] Boeth. hiſt. Scot. fol. 245. [e] Ibid. fol. 250. [f] Acta ſanctor. Boland. vita S. Margaretae, reginae Scot. ad diem 10. Junii, num. 14, 15, 16.

[g] Non levibus momentis et auctoritatibus probari poſſet, habuiſſe olim tam Pictos quam Scotos ante regnorum conjunctionem unum ſaltem pro unoquoque regno epiſcopum proprium; atque etiam ſedem epiſcopalem Pictorum fuiſſe apud Abernethy in Stratherne, ſedem vero epiſcopi Scotorum in Jona inſula ſitam. Quemadmodum et apud Angloſaxones uſque ad Theodori Cantuarien. tempora plerique epiſcopi erant regionarii (unus nimirum in unoquoque Saxonum regno) potius quam dioeceſani.

[h] Uſſerius de Antiq. Britan. eccleſ. pag. 343.

Secunda

Secunda ſedes epiſcopalis poſt regnorum conjunctionem a Malcolmo ſecundo rege circa annum Domini MX. erecta Murthlaci, unde poſtea a Davide I. rege Aberdoniam tranſlata, dicta eſt Aberdonenſis. Tertio loco inſtaurata fuit per eundem regem circa A. D. MCXVII. (dum adhuc erat Cumbriae princeps) regnante fratre Alexandro I. ſedes Glaſguenſis, olim a Sancto Kentegerno fundata. Quarto demum loco ſub idem tempus reſtituta fuit ſedes Candidae Caſae, a S. Niniano epiſcopo primitus fundata.

Ad has quatuor ſedes epiſcopales idem piiſſimus rex, David I. verus eccleſiae Scoticanae nutritius, adjecit quinque alias; nimirum Dunkeldenſem, Moravienſem, Cathanenſem, Brechinenſem, et Roſſenſem. Circa idem tempus Dumblanenſis a comite Palatino de Stratherne fundata eſt. His decem epiſcopalibus ſedibus additae ſunt poſtea diverſis temporibus aliae tres; Liſmorenſis, Orcadenſis, ac demum, occupata ab Anglis inſula Mona, in qua epiſcopus Inſularum ſeu Sodorenſis ſedem habebat, ejus loco erecta eſt in Yona inſula ſedes Hyenſis, quae et Inſularum dicta eſt.

Ex his tredecim epiſcopis una cum abbatibus et majoribus prioribus, inter quos praecipuus erat prior S. Andreae, qui omnes etiam abbates in conciliis praecedebat; adjunctis etiam capitulorum, collegiorum, et conventuum procuratoribus, necnon decanis et archidiaconis, ex his, inquam, omnibus conſtabant concilia Scoticana.

Inter omnes autem Scotiae epiſcopos primatum, ut diximus, ſibi vendicabat, etiam a Pictorum temporibus, et ab ipſa ſedis inſtitutione, epiſcopus S. Andreae, eoque nomine alios Scotiae epiſcopos de conſuetudine obſervata uſque ad Innocentii papae III. tempora [i] conſecrare ſolitus erat, aliaque metropolitani munia obire. Verum quia honorem pallii nondum fuerat conſecutus a ſummo pontifice, ſicut nec Armachanus, nec alii in Hibernia metropolitani uſque ad [k] A. D. MCLI. coeperunt Eboracenſes archiepiſcopi ſub finem ſeculi undecimi et initio ſequentis litem movere epiſcopo S. Andreae de epiſcoporum Scotiae ordinationibus, ſynodis congregandis, et aliis juribus metropoliticis.

Ut finis imponeretur huic controverſiae, quae diſciplinae eccleſiaſticae in Scotia, et praeſertim habendis ſynodis non parum oberat, magno zelo laboravit idem rex noſter David, ejus nominis primus, non minus in defendendis eccleſiae juribus ſtrenuus, quam pietate et ſanctitate inter omnes ſuae aetatis principes illuſtris. Is igitur ſtatim atque fratri ſuo Alexandro I. in regnum ſucceſſit A. D. MCXXV. primo regni ſui anno legatum [l] ad Honorium II. ſummum pontificem, miſit Johannem, epiſcopum Glaſguenſem, qui jam antea multa paſſus erat pro libertate et juribus eccleſiae Scoticanae; cui rex hoc praecipue in mandatis dedit, ut ſuo nomine pallium a ſummo pontifice peteret pro epiſcopo S. Andreae. Verum obſtante totis viribus Thurſtino, Eboracenſi antiſtite, viro dilatandis metropoleos ſuae terminis unice intento, litis deciſio in aliud tempus dilata eſt.

Conceſſione itaque pallii pro epiſcopo S. Andreae in tempus indefinitum remiſſa, factum eſt, ut defectu proprii archiepiſcopi concilia provincialia in Scotia hac tertia aetate et rariora eſſent, et ea, quae ſunt habita, nequaquam aliarum eccleſiarum more juxta canonicas regulas mandato proprii archiepiſcopi convocarentur, nec illius auctoritate, aut ipſo praeſide, tractarentur negotia, et ederentur decreta; ſed omnia, aut fere omnia per legatos pontificios, et ipſorum auctoritate gererentur.

Septem omnino hac tertia aetate habita ſunt in Scotia concilia provincialia, quorum index, ſive notitia inſerta habetur "[m] Conatui Critico de antiquis Scotiae incolis" Anglice edito Londini A. D. MDCCXXIX. His ſeptem conciliis octavum addi poteſt, habitum [n] A. D. MCCLXXX. ab Alexio, legato pontificio, de lite inter Hugonem et Johannem de epiſcopatu S. Andreae contendentes.

AETAS QUARTA.

Quarta aetas continet annos CCXLVI. ab anno ſcil. Domini MCCXXV. Honor. papae III. decimo, et Alexandri II. Scotorum regis undecimo, ad A. D. circiter MCCCCLXX. Jacobi III. Scot. regis undecimum.

Novus et omnino ſingularis hac quarta aetate tenendi concilia provincialia modus in Scotiam introductus eſt. Cum enim ex una parte Eboracenſes archiepiſcopi regis Angliae praeſidio fulti, mordicus perſeverarent in ſua apud Romanam curiam interceſſione, ne pallium, cum ordinationibus epiſcoporum Scotiae, et aliis metropoliticis juribus, praeſertim ſynodos tenendi epiſcopo S. Andreae concederetur; nec minori animi conſtantia tam reges, quam epiſcopi Scotiae praedeceſſorum veſtigiis inhaerentes, omnino abnuerent archiepiſcopo ſubeſſe Eboracenſi, aut conciliis mandato ipſius convocatis adeſſe: cumque ex alia parte frequentiores legatorum ad tenenda concilia in Scotiam introitus, ſicut ſuperiori aetate contigerat, ſubditis, et praeſertim clero oneri eſſent, et ob hanc cauſam regi noſtro Alexandro II. non admodum grati (ut patet ex reſponſo regis paulo acriori [o] facto Othoni legato volenti in Scotiam intrare A. D. MCCXXXVII.) hinc factum eſt, ut jam fore omnis ſpes concilia provincialia tenendi in Scotia ſublata videretur; proindeque diſciplina eccleſiaſtica et canonicae regulae, quarum cura et obſervantia in ſingulis regionibus ad concilia potiſſimum ſpectabant, retro indies viderentur lapſurae. Ut huic tanto malo obviam iret, Honorius papa III. in haec verba ad epiſcopos Scotiae reſcriptum miſit A. D. MCCXXV.

[i] Innocent. Pap. III. epiſtola 121. [illegible] edit. Baluzianae. [k] Chron. Mailros ad A. D. MCLI. — [illegible] praefat. ad Hiſtoriam Angliae. [l] V. Diſſertation. de libertate eccl. Scot. et ab Ebor. metrop. immunitate nondum editam. [m] Critical Eſſay, p. 589, 590. [n] Chron. Mailros ad A. D. MCCLXXX. [o] Matth. Paris ad A. D. [illegible]

"Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, univerſis epiſcopis regni Scotiae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. [p] Quidam veſtrum nuper auribus noſtris intimavit, quod, cum non haberetis archiepiſcopum, cujus auctoritate poſſitis concilium provinciale celebrare, contigit in regno Scotiae, quod eſt a ſede apoſtolica remotum, ſtatuta negligi concilii generalis, et enormia plurima committi, quae remanent impunita. Cum autem provincialia concilia omitti non debeant, in quibus de corrigendis exceſſibus, et moribus reformandis diligens eſt adhibendus cum Dei timore tractatus; ac canonicae ſunt relegendae regulae ac conſervandae maximae, quae in eodem concilio generali ſunt ſtatutae; per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus, cum metropolitanum noſcamini non habere, auctoritate noſtra concilium provinciale celebretis. Datum Tyberii cal. Junii, pontificatus noſtri anno nono."

Hujus auctoritate mandati convenientes epiſcopi regni Scotiae, de concilio provinciali ſingulis annis celebrando ſic ſtatuerunt, ut ex [q] generalibus eccleſiae Scoticanae ſtatutis, et [r] aliis documentis antiquis colligitur.

I. Quod annis ſingulis unus epiſcopus communi reliquorum conſilio conſervator eligeretur, qui de concilio ad concilium ſuo fungeretur officio, praeſertim in concilio provinciali quotannis in dicendo auctoritate conſervatoria per literas ad ſingulos epiſcopos; quibus eos requireret, quatenus die et loco praeſcriptis adeſſent in habitu decenti, una cum praelatis, id eſt, abbatibus et majoribus prioribus ſuae dioeceſis; necnon cum capitulorum, collegiorum, et conventuum procuratoribus idoneis, decanis, et archidiaconis, ut per triduum, ſi neceſſe fuerit, in eodem concilio valeant pro neceſſitatibus divinis et eccleſiaſticis commorari, et, invocata Sancti Spiritus gratia, ſtatum eccleſiaſticum ibidem ad modum debitum et placentem Deo reformare. Si quis vero canonica praepeditione fuerit impeditus, procuratorem vice ſua ſufficientem ſubſtituat; non autem veniens perſonaliter, cum venire potuerit, auctoritate concilii et arbitrio puniatur.

II. Quod idem conſervator pro tempore concilio praeſideret, materias tractandas proponeret, ſuffragia colligeret, cum majori et ſaniori parte patrum concluderet, et decretum interponeret. Omnibus denique expeditis, et concilii proxime futuri die et loco indictis, ſolebant omnes epiſcopi praeſentes decretis ſive definitionibus concilii ſigilla ſeu chirographa ſua apponere.

III. Quod idem conſervator pro tempore manifeſtos ac notorios ejuſdem concilii ſeu alicujus ſtatuti in eodem violatores puniret, et ad debitam ſatisfactionem per cenſuram eccleſiaſticam ſecundum juris exigentiam efficaciter compelleret.

Denique, quod ad ritum externum ab epiſcopis noſtris obſervatum in tenendis conciliis auctoritate conſervatoria, habetur ille praefixus ſtatutis generalibus eccleſiae Scoticanae, ſed recentiori ſcriptura tenoris ſequentis.

[s] *Modus procedendi in concilio cleri Scoticani.*

Primo induantur epiſcopi albis, amictis, cappis ſolennibus, mitris, chirothecis, habentes in manibus baculos paſtorales; abbates inſuper pelliciis et cappis; mitrati cum mitris; decani et archidiaconi in ſuperpelliciis, almutiis, et cappis: alii vero clerici ſint in honeſto habitu et decenti. Deinde procedant duo ceroferarii albis et amictis induti cum cereis ardentibus ante diaconum, qui legit evangelium, "Ego ſum paſtor bonus," etc. quem comitetur ſubdiaconus; et petat diaconus benedictionem a conſervatore, ſi praeſens fuerit, vel ab antiquiori epiſcopo, ſi ſit abſens conſervator. Perlecto evangelio, oſculetur liber a conſervatore et ſingulis epiſcopis. Deinde incipiat conſervator hymnum, "Veni, creator Spiritus," etc. et ad quemlibet verſum incenſetur altare ab epiſcopis. Quo facto, qui habet dicere ſermonem [t], accepta benedictione a conſervatore, incipiat ſermonem ad cornu altaris. Finito ſermone, vocentur citati ad concilium, et abſentes puniantur ſecundum ſtatuta. Quibus ſtatutis ibidem perlectis in publico, excommunicent epiſcopi ſecundum ſtatuta, habentes ſinguli in manibus candelas.

Caeterum ex omnibus hiſce conciliis hac quarta aetate auctoritate conſervatoria convocatis (quorum numerum, cum [u] ſingulis annis convocari deberent, oportebat fuiſſe maximum per annos 246.) ad meam notitiam pauca tantum hactenus pervenerunt, quorum index habetur in Conatu Critico. [w] Pleraque reliqua Knoxianis temporibus perierunt, aut hactenus latent.

Ex his autem, quae hac quarta aetate de inſtitutione, officio, et poteſtate epiſcopi conſervatoris dicta ſunt, manifeſtum eſt, quod etſi propter interceſſionem regum Angliae, et antiſtitis Eboracenſis apud ſummum pontificem conceſſio pallii, et proprii metropolitani (qui per annos pluſquam centum a regibus et clero Scotiae flagitabantur) in tempus magis opportunum dilata fuerit; revera tamen jura fere omnia et privilegia metropolitica collata fuerunt epiſcopo conſervatori, et ab eo, durante ſua adminiſtratione, exercita, praeſertim quantum ad concilia provincialia.

Conſtat etiam aliunde praecipuum illud jus metropolitani, nimirum ſententias, ſive decreta epiſcoporum ſuffraganeorum per appellationem ad eum delata, denuo diſcutiendi et reformandi epiſcopo conſervatori in reliquos Scotiae epiſcopos tributum fuiſſe; ut conſtat ex decreto trium [x] regni Scotiae ſtatuum in plenis comitiis, A. D. MCCCC. magni ſchiſmatis tempore edito.

[p] Chartular. vet. Aberdonen. fol. 25. b. — Item Chartul. vet. Moravien. fol. 11. b. [q] Chartular. vet. Aberdon. fol. 39. — Item Chartular. Moravien. [r] Item Chartular. Brechinen. [s] Chartular. vet. Aberdon. fol. 24. b. [t] Statut. general. eccl. Scot. can. 2. [u] Ibid. can. 1. [w] Critical Eſſay, fol. 590. et ſeqq. [x] Ex actis originalib. trium regni Scotiae comitior. habit. apud Sconam 21. Februar. A. D. MCCCC.

AETAS

AETAS QUINTA.

Quinta quaſi aetas eccleſiae Scoticanae continet 90. circiter annos; nimirum ab A. D. MCCCCLXX. Jacobi regis III. undecimo, ad A. D. MDLX. Mariae reginae xviii. quo catholica in Scotia religio, una cum hierarchico ordine a Calvinianis vi et armis oppreſſa et everſa eſt.

Varios hactenus pro rerum et temporum circumſtantiis vidimus in Scoticana eccleſia habendi ſynodos modos. Verum hac quinta aetate, erecta tandem in metropolitanam eccleſia S. Andreae, res eccleſiaſticas in Scotia, praeſertim quantum ad ſynodos, conſtantiori tenore, et canonicis univerſalis eccleſiae regulis congruentiori proceſſuras deinceps ſpes erat.

Quod ſpectat inprimis ad erectionem ſedis S. Andreae in metropolim, ſic ſe res habuit. Defuncto A. D. MCCCCLXVIII. viro nunquam ſatis laudato, Jacobo Kenedy, epiſcopo S. Andreae, regis cognato, ſuffectus eſt in ejus locum Patricius Graham, defuncti antiſtitis ex fratre nepos. Is Romam profectus, opportunitate uſus turbarum in Anglia de regni ſucceſſione, ipſo etiam antiſtite Eboracenſi in carcerem ab adverſa factione conjecto, haud difficulter impetravit a Sixto IV. ſummo pontifice, pallium cum dignitate metropolitani, primatis, et legati nati Scotiae pro ſe et ſuis ſucceſſoribus, ſubjectis aliis duodecim regni epiſcopis Scotiae in ſuffraganeos.

Hanc ſubjectionem epiſcopi quidam aegre tulerunt. Nulli enim hactenus metropolitano, ſed eccleſiae tantum Romanae, nullo mediante, juxta tenorem reſcriptorum ſummorum pontificum, ſubjecti fuerant; et per annos pluſquam ducentos aſſueti munia metropolitani ſub titulo conſervatoris, ut ſupra diximus, viciſſim exercere. Advertentes igitur, ſe ab hac honoris praerogativa per erectionem metropolitani in perpetuum excludendos, quidam ex ipſis privatis magis commodis ſtudentes, quam eccleſiae Scoticanae honori et utilitatibus, coeperant inter ſe murmurare, deinde in apertas querimonias erumpere, regis et aulicorum animos contra novum archiepiſcopum occupare. His ſe adjungentes archiepiſcopi hoſtes et aemuli, tot eum criminationibus onerarunt non tantum apud regem, ſed apud ſummum pontificem, ut utrique aulae, tam Scoticae, quam Romanae inviſum reddiderint. Tandem vero exauctoratus, et in monaſterium incluſus, tot calamitatibus fractus obiit A. D. MCCCCLXXVII. vix ullum dignitatis ſuae aut jurium liberum exercitium nactus: vir plane, ut mihi videtur, meliori ſorte dignus.

Patricio archiepiſcopo in coadjutorem primo, deinde in ſucceſſorem datus Willelmus Scheves, vir aſtutus, ac praecipuus, ut ferunt, Patricii praedeceſſoris ipſius hoſtis et inſectator, ſed in rebus gerendis dexter et impiger. Is, conciliatis ſibi animis aulicorum tum in Scotia, tum etiam in Romana curia, Romam profectus, nova ab Innocentio VIII. papa diplomata impetravit, data Romae 6. calend. Aprilis, A. D. MCCCCLXXXVII. His metropolitica dignitas denuo ſedi S. Andreae confirmata eſt, una cum pallio et dignitate primatis, et legati nati Scotiae "ad inſtar eccleſiae Cantuarienſis in Anglia," cum iiſdem juribus et privilegiis.

A. D. MCCCCLXXXIX. Robertus Blacader, epiſcopus Glaſguenſis, Romam profectus cum literis commendatitiis Jacobi IV. regis, et trium regni ſtatuum ſupplicaturus pro erectione ſedis ſuae Glaſguenſis in metropolitanam "ad inſtar metropolis Eboracenſis in Anglia," cum iiſdem juribus et privilegiis, ſupplicationi annuit Innocentius papa VIII. conceſſo diplomate pontificio, dato idibus Januarii, A. D. MCCCCXCI. quo eccleſia Glaſguenſis in metropolitanam erecta eſt, et antiſtiti Roberto pallium conceſſum pro ſe et ſucceſſoribus ſuis, diſtractis a metropoli S. Andreae, et Glaſguenſi in ſuffraganeos ſubjectis quatuor epiſcopis; nimirum Dumkeldenſi, Dunblanenſi, Candidae Caſae, et Liſmorenſi.

Anno vero Domini MCCCCXCVIII. loco ſedis Sodorenſis in inſula Mona, quae ab Anglis fuerat occupata, erecta eſt in Jona inſula ſedes Hyenſis, quae et Inſularum dicta eſt, et olim ante conjunctionem regnorum Pictici et Scotici, et fundationem ſedis S. Andreae creditur fuiſſe praecipua ſedes epiſcopi Scotorum. Haec igitur ſedes Hyenſis ſive Inſularum, una cum epiſcopis Candidae Caſae et Liſmorenſi, aſſignata eſt in ſuffraganeam metropolis Glaſguenſis, a qua diſtractae ſunt ſedes Dunkeldenſis et Dumblanenſis, et metropoli S. Andreae denuo reſtitutae.

Conſtituta tandem in hunc modum in eccleſiis Scotiae eadem canonica diſpoſitione epiſcoporum ſub metropolitanis, quae in reliquis eccleſiis per orbem Chriſtianum diu antea viguerat, modus etiam ſynodos habendi univerſalis eccleſiae diſciplinae congruentior in eccleſias noſtras introductus eſt, et ſtabilitus. Qualis autem ille fuerit, colligere licet ex actis potiſſimum trium poſteriorum conciliorum provincialium, quae habita ſunt A. D. MDXLIX. MDLI. et MDLIX. ſub Johanne Hamilton, ultimo Scotiae primate; quae ſola ex omnibus conciliis noſtris provincialibus poſt erectionem metropolis S. Andreae ad meam notitiam pervenerunt.

Ex horum conciliorum actis, praeſertim vero ex literis indictionis concilii poſtremi per primatem ad archiepiſcopum Glaſguenſem tranſmiſſis, necnon ex mandato ejuſdem archiepiſcopi ad ſuos ſuffraganeos ſervatam fuiſſe conſtat in convocandis et habendis ſynodis noſtris provincialibus formam, quae ſequitur.

Archiepiſcopus S. Andreae, Scotiae primas, hortante (non autem jubente, aut literis ad eum datis mandante) regina regente, indicit et convocat auctoritate ſua metropolitica et regni primatiali concilium provinciale — generale totius cleri Scoticani habendum, ipſo primate praeſide et proponente, loco tali, inchoandum die tali, cum continuatione dierum, pro conſervanda libertate eccleſiaſtica, pro catholica religione ſuſtentanda, pro ſuppreſſione haereſium, pro moribus reformandis, etc. miſſis in hunc finem literis convocationis tum ad ſuos ſuffraganeos epiſcopos, tum ad archiepiſcopum,

piſcopum Glaſguenſem, qui eodem modo ſuos etiam ſuffraganeos ad idem concilium convocaret. Injunctum eſt etiam ſingulis epiſcopis, ut abbates, priores, commendatarios, etc. requirerent die et loco praeſcriptis concilio adeſſe.

Quantum vero ad membra conſtituentia (ſi fas ita loqui) conciliorum noſtrorum provincialium, ſive ad perſonas, quae ad concilia noſtra vocari ſolebant, ſive ad conſultandum, ſive ad determinanda et definienda ea, quae proponerentur, praeter epiſcopos ipſos (quorum in omnibus primae partes erant) abbates, majores priores, decanos, praepoſitos, archidiaconos, etc. qui erant quaſi delegati nati, ſive ordinarii ad concilia provincialia, praeter hos, inquam, ad poſteriora noſtra concilia, praeſertim vero ad ultimum, quod anno Dom. MDLIX. habitum eſt (quoniam jam de ſumma rerum, et vere de aris et focis, deque ipſius fidei et catholicae religionis in Scotia integritate et incolumitate agebatur) injunctum eſt epiſcopis per primatem, ut praeter deputatos, ſive delegatos ordinarios, ex ſingulis dioeceſibus ſecum ad concilium adducerent viros prudentia et doctrina inſigniores tam ex clero, quam ex omnium ordinum regularibus, quatenus conjunctis ſtudiis remedia magis opportuna et efficacia ad avertendam cladem eccleſiae Scoticanae atque etiam monarchiae imminentem proponerent, et concordibus votis decernerent adhibenda.

Quam ſtudioſe iſtud praeſtitum fuerit in poſtremo illo concilio provinciali anno Dom. MDLIX. Edinburgi habito, probant luculenter pauca illa, quae adhuc ſuperſunt ex ipſis actis; quibus propoſita et decreta ſunt efficaciſſima, quae per ea tempora licebant, remedia ignorantiae praeſertim, et corruptis eccleſiaſticorum et religioſorum moribus, aliiſque abuſibus, qui contra canones et eccleſiae catholicae ſenſum et ſpiritum, dormientibus, ut ita dicam, et in otio et luxu ſopitis paſtoribus, in eccleſia Scoticana ſuccreverant, quique catholicis ſcandalum, et anſam in eccleſiam inſurgendi novatoribus praebebant.

Quominus autem iſta cleri noſtri decreta et canones de reformatione tam felicem haberent exitum, quam fuerant ſapienter condita, ut nihil dicam de ſocordia aliiſque vitiis eorum, quibus incumbebat invigilare decretorum executioni; ex ipſa rerum in Scotia his temporibus geſtarum hiſtoria omnibus nota manifeſtum eſt, tam ſubitaneo impetu a novatoribus noſtris omnem ordinem tam eccleſiaſtici ſtatus, quam civilis (introducendae novae reformationis praetextu) ſubverſum eſſe, ut exequendis de vera et canonica reformatione decretis nullus jam locus ſupereſſet; deturbatis praeſertim diſperſiſque huc illuc epiſcopis, et viris omnium ordinum eccleſiaſticis, antiquae fidei cultoribus, ante diem 23. Februarii (dominicamSeptuageſimae) anno Dom. MDLX. qui dies ex poſtremo ſtatuto ultimi concilii praeſcriptus erat habendo novo provinciali concilio; in quo diligenter diſcutiendum erat, utrum decreta poſtremi concilii anno ſuperiori habiti, executioni fuiſſent demandata, vel novae rationes ineundae, quibus diſciplina eccleſiaſtica reſtitueretur, et canonica reformatio, quantum rerum et temporum circumſtantiae paterentur, pacifice et paulatim introduceretur, donec concilium generale jam inchoatum (cujus continuatio bonorum omnium votis ardentiſſimis poſtulabatur) remedia efficaciora eccleſiae malis ſuprema auctoritate praeſcriberet.

Pariſiis 23. die Novembris,
A. D. MDCCXXXV.

THOMAS INNESE.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO

Editor Conciliorum Magnae Britanniae et Hiberniae

SALUTEM.

Vir celeberrimus, et antiquitatum Britannicarum indagator ſolertiſſimus, Henricus Spelmannus, Eques auratus, operis hujus, quod tibi jam exhibeo, fundamenta jecit; cujus, tanquam peritiſſimi architecti, amuſſim in exequendo ſchemate, in delineandis limitibus, et colligenda rerum materia ſecutus, fabricam, ut vides, hiſtoriae eccleſiae Anglicanae conſtruxi. Ipſe ſeculi ultimo elapſi anno triceſimo nono Volumen Primum publici juris fecit, hoc titulo: "*Concilia, Decreta, Leges, Conſtitutiones in re Eccleſiarum orbis Britannici; viz.* [illegible] *Pananglica, Scotica, Hibernica, Cambrica, Mannica, Provincialia, Dioeceſana*, ab initio Chriſtianae ibidem religionis ad noſtram uſque aetatem; uti reperiuntur in eorundem Actis, Canonibus eccleſiaſticis, regnorum Conſtitutionibus, Senatuſconſultis, principum Reſcriptis, Libris impreſſis, et antique MSS. in regum etiam priſcorum Diplomatibus, Chartis, Schedis, et Monumentis veteribus, ſtudioſe congeſta opera et ſcrutinio Henric. Spelman. Eq. Aur."

In praefamine hujus Tomi collectionem ſuam in tres inſignes epochas diſtribuit, quibus totidem volumina deſtinavit: Primo ea, quae ab initio Chriſtianae religionis uſque ad Angloſaxonicae ditionis periodum, i. e. A. D. mlxvi. habita; Secundo ea, quae poſt ſubactos a Normannis Angloſaxones, uſque ad exutum papam et monaſteriorum catalyſim acta; Tertio ea, quae deinceps in eccleſiis Britanniarum reformatis uſque ad noſtra tempora acciderunt, complecti voluit. Secundum Volumen poſt obitum viri doctiſſimi ex ſchedis ipſius cura nepotis publicam aſpexit lucem anno Domini mdclxiv. ſed incendium Londinenſe biennio poſt plurima ejus exempla devoravit; et mors ſtudia tertio impendenda Tomo nobis ſubtraxit.

Ambo haec Volumina (exceptis iis, quae Appendicis loco Quarto Tomo adjecimus) tribus prioribus noſtris abſolvimus, multis hinc inde additis, et nonnunquam propter chronologiae errorem tranſpoſitis. Et licet nunquam mihi animus fuerit defunctorum heroum naevos inſectari, aut detectis de erroribus triumphare; ut tamen quod res eſt dicam, chronologia Spelmanniana ſaepe dubio aut falſo conſtabat calculo; verſio Latina conſtitutionum et legum eccleſiaſticarum Angloſaxonicarum, neſcio unde hauſta, nunquam fere, ut oportuit, ſenſum genuinum exprimebat, ſed periphraſtica doctrinae et diſciplinae primitivae ſpecimina exhibebat; multaque concilia, bullae, aut conſtitutiones Secundi Voluminis incuriam ſcribae vix grammatice docti redarguunt, cui propter multas omiſſiones in originalibus hodie comparentes, bellum indicere poſſem, quod orbem literatum hactenus defraudando, negligentiae ſuae culpam in humeros eruditiſſimi Spelmanni devolverit.

Univerſis his mendis pro viribus medendis ab exordio inſtituti operis me accinxi. Quorum conſilio ac monitis in perficiendo eo uſus fuerim, jam ex epiſtola nuncupatoria ad reverendiſſimum dominum archiepiſcopum Cantuar. apparet. Horum catalogo grato inſero animo clariſſimos viros Thomam Inneſium, et Thomam Ruddimannum, Scotobritannos; quorum ille ex MSS. regiis Pariſienſibus et codd. Baluzianis, hic ex Bibliotheca Juridica Edinburgenſi ea, quae ad concilia provincialia vel dioeceſana, conſtitutioneſque eccleſiae Scoticanae ſpectabant, benigne mihi ſuppeditavit; adeo ut praeter paucula, quae ὀλίγῳ Spelmanno ex Hectore Boethio, et Dempſtero, vel proprio Marte ex Chronico Paſlatenſi, et Joh. Leſlaeo, epiſcopo Roſſenſi, congeſſeram, omnia binis hiſce amicis, in republica literaria optime notis, accepta referam.

Diverſimoda nomina propria vel appellativa ſcribendi ratio in eodem capite, et pagina, immo interdum linea, haud parum laboris mihi ſub initio operis faceſſebat. Tandem in hoc conveni, quod omiſſis erroribus grammaticalibus, ab oſcitante vel imperito ſcriba commiſſis, verba vel nomina ex MSS. coaevis, prout ſunt, exprimenda; ex libris vero impreſſis, et codicibus MSS. inferioris aetatis uno eodemque modo exhibenda eſſent. Hoc tamen in nominibus epiſcopatuum vel aliorum locorum uniformi ſtylo obſervari haud potuit.

In collocanda chronologia, ordinem anni, menſium, et dierum, quoad ejus fieri potuit, ſervavimus; rejicientes tamen plerumque ſynodos Eboracenſes ad finem anni. Si autem alicubi ob com-

putationem eccleſiae Anglicanae, in Italia et Gallia non uſitatam, ac propter diverſas paparum Romanorum aeras pontificatuum diſpar anni calculus in bullis, et ſynodis, vel literis occurrere videbitur; ſciendum eſt, nos maleſanas codicum nonnullorum chronologias vilipendiſſe, et chronologiae paparum Romanorum juxta Laertii Cherubini Bullarium Romanum, edit. Romae MDCLXXIII. firmiter adhaeſiſſe. Chronologia imperatorum Romanorum a Theodoſio juniore ad Carolum Magnum, regumque Angliae ubique recepta eſt; regum autem Saxonicorum ex Tyrellii Hiſtoria Angliae deprompta, qua clariſſimus eques Andreas Fountainius in explicandis nummis Saxonicis uſus eſt.

Quod ad impreſſionem operis hujus attinet, ſcias velim, lector, quatuor typographea quatuor ejus volumina quindecim menſium ſpatio abſolviſſe; et me ſingulas ſchedas per typographorum caſtigatores ab erroribus repurgatas, bis, quanta potui diligentia, perlegiſſe; ſemel examinando eas ad exemplar archetypum, diſtincta voce praelegente, et reſidua menda corrigente ornatiſſimo juvene, *Samuele Littlemore*, in lingua Latina et Graeca, ac elegantiori literatura apprime verſato, et altera vice ſolus relegendo, et quaſi ultimam apponendo manum bis emendatis ſchedis. In emaculandis Conciliorum noſtrorum chartis tantam adhibuimus ſedulitatem, ut ſi typographi iterata typorum ſpecimina ſolicita manu emendaverint, et officio ſuo debite defuncti fuerint, vix ullus liber caſtigatior ex officina typographica prodierit. Tu, Lector benevole, his fruere, et vale.

INDEX

INDEX

TITULORUM VOLUMINIS PRIMI.

☞ Quae uno aſteriſco notata ſunt, ex clar. Spelmanni, quae duobus, ex dom. archiepiſcopi Cantuar. quae tribus, ex noſtris collectaneis deſumpſimus.

SYNODUS Verolamienſis, pag. 1. *
Concilium Britannicum, 2. *
Synodus S. Patricii in Hibernia, ibid. * *et* ***
Synodus alia S. Patricii, 4. * *et* ***
Canones S. Patricio adſcripti, 6. ***
Concilium Cambricum, 7. *
Synodus Britannica, ibid. *
Conventus Britannicus, ibid. *
Synodus Menevenſis, 8. * *et* ***
Synodus Victoriae in Wallia, ibid. ***
Gregorii M. papae epiſtolae Britannicae, 9. *
Alia ejuſdem iiſdem, ibid. *
Epiſtola Gregorii M. Theodorico et Theodeberto, regibus Francorum, de [illegible], 10. *
Gregorius M. Brunichildae, reginae Francorum, ibid. *
Epiſtola Gregorii M. Auguſtino, epiſcopo Anglorum, ibid. *
Gregorius Aldibergae, reginae Anglorum, 12. *
Gregorius Aldiberto, regi Anglorum, ibid. *
Epiſtola Gregorii M. Quirino, epiſcopo, et caeteris epiſcopis in Hibernia catholicis, 13. *
Alia Gregorii M. Auguſtino, epiſcopo Anglorum, 14. *
S. Gregorii ſtudium in convertendis Anglis, 15. *
Adventus Auguſtini, Anglorum epiſcopi, 16. *
Synodus Landavenſis, 17. *
Synodus alia Landavenſis, ibid. *
Synodus tertia Landavenſis, 18. *
Reſponſiones S. Gregorii ad Auguſtinum, ibid. * *et* ***
Synodus Wigornienſis, 24. * *et* ***
Reſponſio abbatis Bangor. ad Auguſtinum, 26. * *et* ***
De celeberrimo coenobio Bangor. et Auguſtini cum Dynocho abbate collatio, 27. *
Concilium Cantuarienſe, 28. *
Londinenſis ſynodus ab Auguſtino et coepiſcopis habita, 29. ***
Decretum regis Aethelberti, ibid. * *et* ***
Concilium Cantianum, 30. *
Epiſtola Bonifacii papae V. Edwino, regi Anglorum, pag. 30. *
Epiſtola Bonifacii papae V. ad Juſtum, Roff[illegible], 31. *
Alia epiſtola Bonifacii V. ad Juſtum, 32. ***
Epiſtola Bonifacii V. ad [illegible] *regis conjugem,* 33. [illegible]
Synodus Lechlenienſis, 34. ***
Epiſtola Honorii papae I. ad Edwinum regem, ibid. *
Epiſtola Honorii papae I. ad Honorium, archiepiſc. Cantuar. [illegible] *
Epiſtola Honorii papae I. Honorio, archiepiſcopo Cantuar. 35. *
Epiſtolae Honorii papae I. et Johannis papae IV. ad [illegible] *Pelag.* 36. *
Epiſtola Johannis papae IV. ad epiſcopos, preſbyteros, [illegible]
Conſtitutio Earcomberti, regis Cantiorum, 37. *
Conventus archiepiſcopi, epiſcoporum, etc. de monaſterio Petriburgenſi conſecrando, ibid. ***
Synodus Pharenſis, ibid. * *et* ***
[illegible] *papae ad O*[illegible], 4[illegible] * *et* ***
[illegible] *papae I. ad Theodorum,* [illegible] *Cantuar.* 41. [illegible]
Concilium Herudfordenſe, ibid. * *et* ***
Privilegium, quod Cantuarienſibus monachis ab [illegible] *papa* [illegible], 43 [illegible]
Concilium Romano Britannicum, 44. *
Decretalis epiſtola Agathonis papae, 48. * *et* [illegible]
Concilium Hedtfeldenſe, 51. * *et* ***
Synodus Lateranenſis, 52. *
Synodus Northumbrenſis, 55. ***
Twifordenſis Synodus, ibid. ***
Concilium Baccanceldenſe, 56. ***
Aliud exemplar Baccanceldenſis concilii, 57. * *et* ***
Leges eccleſiaſticae Inae, 58. * *et* ***

Concilium

Concilium Berghamſtedenſe, pag. 60. * *et* * * *
Conſtitutio quomodo damna---ſacris ordinibus illata compenſanda, 62. * * *
Privilegium Withredi regis, 63. * *et* * * *
Epiſtola Sergii papae ad Ceolfridum, ibid. * * *
Concilium ſub Alfrido, rege Nordanhymbrorum, 64. *
Synodus Merciana, 66. * *et* * * *
Concilium Niddenſe, 67. *
Concilium Adderbournenſe, 68. * * *
Epiſtola Johannis papae VII. *ad Aethelredum, regem Merciorum, ibid.* *
Synodus ſub Ina rege, 70. * * *
Synodus alia ſub Ina, ibid. * * *
Bulla Conſtantini papae Birthwaldo, archiepiſcopo Cantuar. 71. * * *
Synodus Alnenſis, 72. *
Concilium Londinenſe, ibid. * *et* * * *
Concilium omnium epiſcoporum et principum, 74. *
Bulla Conſtantini papae de privilegiis eccleſiae Cantuar. ibid. * * *
Epiſtola Ceolfredi abbatis ad Naitanum, regem Pictorum, 75. *
Decretum Naitani, regis Pictorum, pro catholico Paſchate, et Romana tonſura, 79. *
Charta Inae regis Glaſtenburiae monachis confecta, ibid. *
Gregorii papae II. *epiſtola epiſcopis Angliae,* 81 * * *
Dialogus Ecgberti, archiep. Ebor. 82. * * *
Concilium Wigornienſe, 86. * * *
Concilium Cloveſhovienſe, ibid. * *et* * * *
Epiſtola Bonifacii, Moguntinenſis archiepiſcopi, 87. * *et* * * *
Epiſtola Bonifacii ad Heresfridum epiſc. 90. *
Epiſtola Bonifacii ad Cuthbertum, archiep. Cantuar. ibid. * *et* * * *
Concilium Cloveſhovienſe, 94. *
Privilegium Aethelbaldi regis, 100. *
Excerptiones D. Ecgberti, archiep. Ebor. 101. * *et* * * *
Poenitentiale D. Ecgberti, arch. Ebor. 113. * * *
Synodus generalis ſub Cuthberto, archiep. Cant. 144. *
Pauli, Rom. pontificis, ad Eadbertum, regem Nordanh. epiſtola, ibid. * * *
Kinewulfi, occidentalium Saxonum regis, ad Lullum epiſtola, 145. * * *
Alhredi, Nordanhumbr. regis, ad Lullum epiſtola, ibid. * * *
Concilium Calcuthenſe, ibid. * *et* * * *
Lichefeldenſis epiſcopatus in archiep. deſignatur ab Offa rege, 152. *
Concilium Finchenhalenſe, 153. * *et* * * *
Synodus Acleenſis, ibid. *
Caroli M. ad Athelardum, Cantuar. arch. epiſtola, 154. * * *
Offa, rex Merciorum, decimam eccleſiae concedit, ibid. *
Collatio Verolamii ſub Offa rege, ibid. *
Concilium Verolamienſe, 155. *
Denarius annuus ſcholae Anglorum Romae collatus, ibid. *
Concilium Calcuthenſe, 157. *
Concilium aliud Verolamienſe, ibid. *
Synodus ab Athelard. arch. Cant. coacta, 158. * * *
Caroli M. ad Offam, Merciorum regem, epiſtola, pag. 158. * * *
Alcuini ad Athelardum, Cantuar. archiep. epiſtola, 159. * * *
Leonis papae III. *epiſtola ad Athelardum, archiep. Cantuar.* 160. * * *
Synodus Finchenhalenſis, 161. *
Concilium Cloveſhovienſe ſub Athelardo, ibid. *
Concilium Baccanceldenſe, 162. * * *
Concilium Cloveſhovienſe, ibid. * * *
Epiſtola Kenulphi, regis Merciorum, ad Leonem III. *papam,* 163. *
Reſponſio Leonis III. *papae ad epiſtolam Kenulphi,* 165. *
Omnium totius Britanniae epiſcoporum---epiſtola ad Leonem III. *papam,* 166. * * *
Concilium Cloveſhovienſe, ibid. * * *
Decretum Athelardi archiep. de libertate eccleſiarum, 167. *
Conſtitutio in concilio Cloveſhovienſi, 168. *
Synodus Merciana apud Winchelcumbam, 169. * * *
Synodus Calcuthenſis, ibid. * * *
Concilium ſub Wulfredo, arch. Cantuar. 171. *
Concilium apud Oſlaveſhlen ſub Wulfredo, arch. Cantuar. ibid. *
Concilium ſynodale Cloveſhovienſe, 172. * *et* * * *
Concilium Cloveſhovienſe, 173. * * *
Concilium Cloveſhovienſe, 175. *
Concilium Londinenſe, 176. * *et* * * *
Concilium Kingſtonenſe, 178. *
Concilium Kingſtonenſe, ibid. *
Leges eccleſiaſticae Kenethi, regis Scotorum, 179. *
Concilium Benningdonenſe, 181. *
Concilium Kingeſburienſe, ibid. *
Concilium Wintonienſe, 183. *
Concilium Wintonienſe, 184. *
Exemplar hujus donationis ab Aethelwulpho rege factae, ibid. *
Diploma Aethelwulphi regis, 185. *
Praefatio ſeu apparatus regis Aelfredi M. ad leges ſuas, 186. * *et* * * *
Leges eccleſiaſticae Aelfredi M. regis Anglorum, 191. * *et* * * *
Johannis VIII. *papae Rom. epiſtola ad Athelredum, archiepiſcopum Cantuar.* 195. * * *
Synodus Landavenſis ſub Gurvan x. Landav. epiſcopo, 196. *
Synodus Landavenſis ſub Berthguino xiv. ibidem epiſcopo, ibid. *
Synodus alia Landavenſis ſub Berthguino, 197. *
Synodus Landavenſis ſub Cerenhiro xviii. ibidem epiſcopo, ibid. *
Synodus alia Landavenſis ſub Cerenhiro, 198. *
Synodus Landavenſis ſub Gulfrido xx. epiſcopo, ibid. *
Synodus Landavenſis ſub Civeilliauco xxii. epiſcopo, 199. *
Synodus alia Landavenſis ſub Civeilliauco, ibid. * * *
Synodus a rege Edwardo ſeniore congregata, ibid. *
Epiſtola Formoſi papae ad epiſcopos Angliae, 200. * *et* * * *

Leges eccleſiaſticae Edwardi ſenioris, 202. * et ⁂
Concilium Scoanenſe in Scotia, 204. ⁂
Concilium Grateleanum, 205. * et ⁂
Leges eccleſiaſticae Hoeli Dda, 208. ⁂
Conſtitutiones Odonis, archiep. Cantuar. 212. * et ⁂
Synodalis epiſtola Odonis ad epiſcopos ſuffraganeos, 214. *
Concilium Londinenſe, ibid. * et ⁂
Conſtitutio de nuptiis, 216. * et ⁂
Charta donationis et privileg. ab Edmundo rege eccleſiae S. Mariae Glaſton. conceſſ. 217. *
Concilium Londinenſe, ibid. *
Leges preſbyterorum Northumbrenſium, 218. * et ⁂
Synodus Landavenſis ſub Patre, 222. *
Alia ſub eo, ibid. *
Privilegium Johannis XII. *papae, Cantuar. monachis conceſſum*, 223. ⁂
Aliud ejuſdem Johannis XII. *privilegium eiſdem*, 224. ⁂
Concilium Brandanfordenſe, ibid. ⁂
Canones editi ſub Edgaro rege, 225. * et ⁂
Edgari regis Anglorum charta de Oſwaldeſhlaw, 239. *
Leges monachis Hydenſibus ab Edgaro rege datae, 240. *
Alia charta Edgari regis de monachis Wintonienſibus, 244. *
Leges eccleſiaſticae Edgari regis, 245. * et ⁂
Oratio Edgari regis pro monachatu propagando, 246. * et ⁂
Concilium generale ſub Dunſtano, 247. *
Canones Aelfrici ad Wulfſinum epiſcopum, 250. * et ⁂
Concilium Londinenſe, 256. * et ⁂
Johannis XII. *papae Glaſtonienſi coenobio conceſſum privilegium*, 257. *
Johannis XII. *papae ad Aelfricum ducem epiſtola, ibid.* *
Charta Edgari regis monaſterio Glaſtonienſi conceſſa, 258. *
Concilium Bathonenſe, 259. ⁂
Charta Edgari regis Malmeſburienſi coenobio confecta, 260. *
Concilium Wintonienſe, 261. *
Concilium magnum Kyrtlingtoniae, 262. * et ⁂
Concilium Calnenſe, 263. * et ⁂
Concilium Ambreſbiriae, ibid. *
Synodus Landavenſis ſub Gucano, 264. *
Concilium Siricii, archiep. Cantuar. ibid. ⁂
Epiſtola Johannis XV. *ibid.* *
Liber legum eccleſiaſticarum, 265. * et ⁂
Privilegium regis Aethelredi eccleſiae Cantuar. 282. * et ⁂
Privilegium idem, juxta exemplar Latinum priſcum, 284. *
Concilium Aenhamenſe, 285, * et ⁂
Concilii Aenhamenſis ſynodalia decreta, 292. * et ⁂
Leges eccleſiaſticae Aethelredi regis, 295. *
Diploma Canuti regis Angliae, 296. *
Concilium Wintonienſe, 297. *
Epiſtola Canuti ad Anglorum archiepiſcopos, etc. ibid. *
Charta regis Canuti Glaſtoniae conceſſa, 298 *
Leges eccleſiaſticae Canuti regis, 299. * et ⁂
Synodus Landavenſis ſub Joſeph. 310. *
Leges eccleſiaſticae Maccabaei, regis Scotorum, ibid. * et ⁂
Leges eccleſiaſticae S. Edwardi regis et confeſſoris, ibid. *
Leges Willielmi Conqueſtoris, 313. * et ⁂
Synodus Landavenſis ſub Hergualdo, 314. *
Bulla Nicolai papae II. *confirmans privilegia Dorcaſtren. eccleſiae*, 315. ⁂
Alexander papa II. *Stigandum, archiep. Cant. interdicit. ibid.* *
Conventus Weſtmonaſterienſis ſub Edwardo Confeſſore, 316. * et ⁂
Charta regis Edwardi Confeſſoris eccleſiae B. Petri Weſtmonaſter. confecta, ibid. * et ⁂
Alia charta ſancti Edwardi de alio privilegio eccl. Weſtmonaſt. confecta, 319. * et ⁂
Epiſtola regis Edwardi Confeſſoris ad Nicolaum papam II. *ibid.* * et ⁂
Bulla Nicolai papae ad S. Edwardum pro privilegiis, ibid. * et ⁂
Concilium generale Wintoniae habitum, 322. *
Literae citatoriae ad concilium legatinum apud Wintoniam celebrandum, 323. ⁂
De placito apud Pinendenam, ibid. ⁂
Concilium Pedredae, 324. ⁂
Concilium Windleſhorenſe, ibid. * et ⁂
Epiſtola Alexandri II. *papae Willelmo, regi Anglorum*, 326. ⁂
Lanfranci archiep. Cantuar. epiſtola ad Alexandrum papam II. *de primatu eccl. Cant. ibid.* ⁂
Epiſtola Alexandri II. *papae ad Lanfrancum Cant. archiep.* 328. ⁂
Conſtitutiones Lanfranci, archiepiſc. Cantuarien. ibid. ⁂
Lanfranci, Cantuar. arch. literae Donato, Hiberniae epiſcopo, 361. ⁂
Epiſtola Thomae, Ebor. arch. ad Lanfrancum, 362. ⁂
Epiſtola Lanfranci, Dorob. eccl. arch. ad Wolſtanum Wigorn. ibid. ⁂
Concilium generale ſub Lanfranco habitum, ibid. * et ⁂
Concilium Londini celebratum, 363. * et ⁂
Concilii Londinenſis aliud exemplar. 364. *
Concilii Wintonienſis capitula et injunctiones, 365. * et ⁂
Concilium Wintonienſe tempore Lanfranci, 367. ⁂
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. ⁂
Concilium Londini a Lanfranco, arch. Cant. celebratum, ibid. * et ⁂
Lanfranci, arch. Cant. epiſtola Stigando, 368. *
Synodus Gloceſtrenſis, ibid. ⁂
Charta regis Willielmi primi, ibid. * et **
Concilia celebrata per Lanfrancum archiep. 369. * et ⁂
Acta ſynodi apud Wigorniam a S. Wulſtano habitae, ibid. ⁂
Conventus omnium epiſcoporum Angliae, 370. *
Concilium Rockinghamenſe, 371. *
Wolſtani, Wigorn. epiſc. epiſtola Anſelmo, Cant. arch. 373. *

Anſelmi, Cant. arch. literae Urbano II. ibid. *
Concilium habitum in Hibernia, 374. *
Concilium eccleſiaſticum in cauſa matrimonii R. Henrici, 375. *
Epiſtola Paſchalis papae II. epiſcopis et regi Angliae, 376 * * *
Literae Paſchalis papae II. quibus Henr. I. Angliae regem, monet de electo Ebor. ibid. * * *
Paſchalis II. papae epiſtola ad archiep. et clerum Angliae, 377. * * *
Alia ejuſdem epiſtola ad Roffenſem epiſc. ibid. * * *
Litera Paſchalis II. ſummi pontif. quibus primatum, etc. ibid. *
Paſchalis papae II. epiſtola Oſberno, Exon. epiſcopo, 378. * * *
Ejuſdem epiſtola Anſelmo, ibid. * * *
Ejuſdem epiſtola Anſelmo, arch. Cant. ibid. * * *
Anſelmi, Cant. archiep. literae Paſchali II. ibid. * * *
Paſchalis papae II. epiſtola Anſelmo, 379. * * *
Paſchalis papae II. literae Anſelmum exhortantis, ibid. * * *
Paſchalis II. papae epiſtola Anſelmo 380. * * *
Paſchalis II. papae epiſtola Anſelmo archiep. ibid. * * *
Paſchalis papae II. epiſtola Anſelmo, Cantuar. archiep. 381. * * *
Concilium Windeſhorenſe, ibid. * * *
Concilium Londinenſe, 382, * et * * *
Concilium Londinenſe ſuper eccleſ. inveſtituris, 384. *
Gerardi, Ebor. arch. et aliorum epiſc. epiſtola, ibid. * * *
Reſcriptum Anſelmi, archiep. Cant. ad literas praecedentes, 385. * * *
Paſchalis papae II. reſcriptum ad Henr. I. Angliae regem, ibid. * et * * *
Concilium Londinenſe, 386. * et * * *
Diſpenſatio de promovendis preſbyterorum filiis, 387. *
Concilium Londinenſe in feſto Pentecoſtes, ibid. * et * * *
Anſelmi, Cant. arch. literae Thomae, arch. Ebor. 388. * * *
Thomae, arch. Ebor. electi reſponſum, ibid. * * *
Anſelmi, arch. Cant. reſponſum ad literas Thomae, 389. * * *
Ejuſdem literae Paſchali II. papae de pallio, ibid. * * *
Reſcriptum Paſch. II. ad literas Anſelmi, 390. * * *
Concilium Londinenſe, ibid. * * *
Anſelmi, arch. Cant. epiſtola Willelmo, Exceſtrenſi epiſcopo, 391. * * *
Synodus Uſneathenſis in Hibernia, ibid. * * *
Inquiſitio facta per David. principem Cumbriae, de poſſeſſ. eccl. Glaſguen. ibid. * * *
Alex. Scotorum regis, epiſtola Radulpho, Cant. arch. 393. * * *
Concilium Sareſburienſe, ibid. * * *
Leges eccleſiaſticae ſub rege Henrico I. 394. *
Alex. regis Scotorum, epiſtola Radulpho, Cant. arch. ibid. * * *
Radulphi, Cant. arch. literae Henrico regi Anglorum, ibid. * * *
Reſcriptum regis ad literas Radulphi, archiep. Cant. 395. * * *
Radulphi, Cantuar. arch. literae Alexandro, regi Scotorum, ibid. * * *
Alex. regis Scotorum, epiſtola Radulpho, ibid. * * *
Radulphi, Cant. arch. literae Alexandro, regi Scotorum, 396. * * *
Radulphi, arch. Cant. epiſtola Callixto II. papae miſſa, ibid. * * *
Synodus Gloceſtrenſis, 404. * * *
Eadmeri epiſtola Alex. regi Scotorum, ibid. * * *
Radulphi, Cantuar. arch. literae Alexandro, 405. * * *
Edictum regis Henrici I. de viduatis eccleſiis, ibid. *
Bulla Honorii papae II. Alex. Lincoln. epiſcopo, 406. * * *
Concilium Londinenſe, ibid. * et * * *
Concilium Roxburgenſe epiſcoporum Scotiae, 409. * * *
Bulla pro legatina poteſtate arch. Cant. data, ibid. * * *
Concilium generale Weſtmonaſterienſe, 410. * et * * *
Concilium Londini habitum, 411. * et * * *
Conventus ſive placitum Londinenſe, 412. * * *
Conſtitutio Thurſtani, Ebor. arch. ibid. * * *
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. *
Charta regis Stephani de libertatibus eccl. Anglicanae, ibid. * et * * *
Synodus Herefordenſis, 413. *
Concilium Northamptoniae, ibid. *
Synodus Weſtmonaſterienſis, ibid. * et * * *
Concilium Londinenſe idem, 416. *
Idem Londinenſe concilium quod et Weſtmonaſterienſe, ibid. *
Concilii Londinenſis canones, 417. * * *
Concilium Carliolenſe, 418. * * *
Innocentii II. papae epiſtola ad Henr. Winton. epiſcopum, ibid. * * *
Alia ejuſdem conventui Weſtmonaſt. de canonizat. regis Edwardi, 419. * * *
Concilium Wintonienſe, ibid. *
Concilium Londinenſe, ibid. * * *
Concilium Wintoniae, 420. *
Concilium Weſtmonaſterienſe, 421. *
Concilium Londinenſe, ibid. *
Concilium Wintonienſe, 422. * * *
Bulla Lucii II. papae, 423. * * *
Conſtitutio Theobaldi, arch. Cant. de fugitivis et ejectis de monaſterio, ibid. * * *
Concilium Londinenſe, 424. * * *
Epiſtola Eugenii papae III. Anglorum regi Stephano, ibid. *
Epiſtola ejuſdem Eugenii papae Matildi, Angl. reginae, ibid. *
Capitulum Ciſtercienſium, ibid. *
Concilium Hibernicum, 425. * et * * *
Conſtitutio Willielmi, arch. Eborac. ibid. *
Concilium Londinenſe, 426. *
Charta R. Henrici II. de libertatibus eccl. et regno conceſſis, ibid. *
Privilegium Hadriani papae IV. regi Henr. II. conceſſum, ibid. *
Synodus Northamptonienſis, 427. * * *
Synodus Ciceſtrenſis, ibid. *
Synodus Roſcomaniae, 431. *
Alex. papae III. epiſtola ad omnes epiſcopos Angliae de ſua electione, 432. * * *

Con-

Concilium Anglicanum epiſc. Normanniae apud Novum Mercatum, 433. *
Bulla papae Alex. III. *de canonizatione S. Edwardi regis Angliae*, 434. ***
Concilium Londinenſe, ibid. *
Concilium Clarendonienſe, 435. *
Concilium Northamptonienſe, 436. ***
Bulla papae Alex. III. *Eboracenſi archiep.* 437. ***
Alia eidem ſuper eadem materia, ibid. ***
Charta Tho. Becket, Cant. archiep. de privilegiis Cant. eccleſiae, ibid. ***
Concilium Oxonienſe, 438. * *et* ***
Acta concilii apud Chinun, 439. ***
Epiſtola beati Thomae, Cant. archiep. ad Alex. ſummum pontif. 441. ***
Epiſtola beati Thomae, Cant. archiep. ad ſuffraganeos ſuos, ibid. ***
Epiſtola Alex. papae ad Henricum regem Angliae, 443. *
Epiſtola Alex. papae ad Gillebertum, London. epiſcopum, pro beato Thoma, ibid. *
Epiſtola Gilleberti, London. epiſc. ad Alex. papam, 444. *
Epiſtola beati Thomae ad regem Henricum, 445. *
Bulla Alex. III. *Thomae, Cant. archiep. primatum concedens*, 446. ***
Epiſtola beati Thomae ad Rob. Herefordenſem epiſcopum, 447. *
Epiſtola beati Thomae, Cantuar. arch. ad Alex. III. *papam*, 448. *
Epiſtola Alex. papae III. *ad Henr.* II. *regem Angliae*, 449. *
Epiſtola ſuffraganeorum Cantuar. eccleſiae ad B. Thomam, ibid. * *et* ***
Epiſtola B. Thomae ad Gillebertum, London. epiſcopum, 451. * *et* ***
Epiſtola ſuffraganeorum Cant. eccleſiae ad Alex. ſummum pontificem, 453. *
Epiſtola B. Thomae, Cant. archiep. ad Gillebertum, London. epiſc. 454. *
Epiſtola B. Thomae, Cant. archiep. ad capitulum London. eccleſ. 455. *
Epiſtola B. Thomae ad Rob. Hereforden. epiſc. ibid. *
Epiſtola Alex. papae III. *ad Henric.* II. *regem*, 456. *
Concilium Londinenſe, 458. ***
Literae Alex. papae III. *arch. Cantuar. et aliis epiſcopis, ibid.* ***
Literae Alex. papae III. *arch. Ebor.* 459. ***
Bulla Alex. III. *papae arch. Ebor. ibid.* ***
Literae Alex. III. *papae ſuffraganeis Cant. eccleſiae de ſuſpenſione, ibid.* ***
Bulla Alex. III. *papae, infligens poenitentiam quibuſdam epiſcopis*, 460. ***
Bulla Alex. III. *papae epiſcopo S. Andreae*, 461. ***
Epiſtola Alex. papae ad Rogerum, Eborac. arch. ibid. * *et* ***
Epiſtola Thomae, archiep. Cant. de injuriis ſibi factis. 465. ***
Epiſtola Lodowici, regis Francor. ad Alex. papam de morte B. Thomae, 467. *
Epiſtola Will. Senonenſis archiep. ad Alex. papam de morte ejuſdem, ibid. *
Epiſtola Theob. comitis Bleſenſis, ad Alex. papam, 468. *
Epiſtola Will. Senonenſis archiep. ad Alex. papam, 469. *
Concilium Ardmachienſe, 471. * *et* ***
Concilium Caſſilienſe, ibid. *
Epiſtola Alex. III. *papae ad Bituricenſem arch.* 473. *
Concilium Weſtmonaſterienſe, 474. *
Canones concilii [illegible] Richardi, [illegible]
Canonizatio S. Thomae, Cant. arch. 475. ***
F[illegible] Richardum, [illegible] et Hugonem, Dunelm. epiſc. 476. *
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. * *et* ***
De ſubjectione eccleſiar. Scotic. eccleſ.ae Anglicanae, 479. *
Bulla papalis de ſubjectione epiſc. Scotiae Eboracenſi eccleſiae, 480. ***
Concordia inter arch. Cant. et Ebor. 482. *
Concilium apud Wodeſtock, ibid. ***
Concilium Windeſhorenſe, 483. *
Concilium Dublinenſe, ibid. *
Concilium Northamptonienſe, ibid. * *et* ***
Synodus W[illegible], 485. *
Concilium Northamptonienſe, ibid. *
Concilium Weſtmonaſterienſe, 486. *
Concilium Edinburgenſe, ibid. *
Bulla Alex. III. *papae, Ebor. archiep. [illegible]* 4[illegible].
Controverſia electionis epiſcopi S. Andreae [illegible]
Concilium apud Mar[illegible] [illegible]
Synodus epiſcoporum et cleri Angliae, ibid. *
Concilium Dublinienſe, ibid. ***
Conventus epiſcoporum et cleri Angliae Windeſorenſis, ibid. ***
Charta regis Henr. II. *ſuper reſtauratione eccleſiae Glaſtenbur.* 489. *
Ordinatio Henr. II. *regis Angliae, et Phil. reg. Franciae*, 490. *
Concilium apud Egeneſham, ibid. ***
Concilium Gaintingtonenſe, 491. *
Concilium apud Pipewell, 492. *
Concilium Cantuarienſe, 493. ***
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. *
Concilium Glaceſtrenſe, ibid. ***
Privilegium eccleſiae Cantuar. a Coeleſtino III. *datum*, 494. ***
Concilium Londinenſe et Cantuarienſe, ibid. ***
Decretalis epiſtola papae Coeleſtini III. 495.
Concilium Cantuarienſe, ibid. ***
Conſtitutiones ſive ſtatuta eccleſiae Lichefeld. 496. ***
Concilium Eborac. ab Huberto, arch. Cant. celebratum, 501. * **
Coeleſtini III. *papae privilegium eccl. Eboracum indultum*, 503. ***
Concilium Weſtmonaſterienſe, 504. ***
Concilium Londinenſe, 505, * *et* ***
Conventus W[illegible], 50[illegible]. ***
Concilium Perthuſanum in Scotia, ibid. ***
Charta confirmationis — de eccleſiis monachorum de Chelcho, 509. ***
Compoſitio facta inter epiſcopos S. Andreae et Glaſguen, etc. ibid. ***
Conſtitutio de cautiori celebratione diei dominicae, 510. *
Colloquium Oxonii, 511. ***

Bulla

Bulla papae Innoc. III. *et literae regis Johannis de epiſcopatu Carleolenſi*, 512. * * *
Literae Johannis regis univerſo Hiberniae clero, ibid. * * *
Bulla ſeu ſententia diffinitiva Innoc. III. *papae de archiep. electione, ibid.* * *et* * * *
Synodus generalis apud Perthum, 514. * * *
Concilium Albanenſe, ibid. * * *
Synodus Radingenſis, 515. *
Concilium Londinenſe et Oxonienſe, ibid. * * *
Bullae papales de electione Steph. Langton in arch. Cant. et aliae literae de ſtatu eccleſ. Anglicanae, ibid. * * *
Innocentii III. *indulgentia papalis omnibus, qui ad S. Edw. eccleſiam Weſtmon. acceſſerint*, 530. * * *
Incipiunt conſtitutiones provinc. dom. Stephan. Langton, ibid. * ** *et* * * *
Concilium Londinenſe, 531. * * *
Concilium Northamptonienſe legatinum, ibid. * * *
Concilium provinciale apud Perthum in Scotia, 532. * * *
Charta Bricii Douglas, Moravien. epiſcopi, ibid. * * *
Conſtitutiones Lincoln. eccleſiae, 534. * * *
Charta Lincoln. eccleſiae de conſuetudinibus et libertat. ejuſdem eccleſiae, 537. * * *
Concilium Albanenſe, 540. *
Concilium Londinenſe, ibid. *
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. * * *
Concilium Radingenſe, ibid. * * *
Charta Innoc. III. *papae regi Johanni pro regno Angliae*, 544. * * *
Forma pacis inter regem Angliae et ſacerdotium, 542. * * *
De pace Stephano, archiepiſcopo Cantuarienſi, per regem Johannem conceſſa, 543. * * *
Concilium Dunſtaplenſe, 544. *
Concilium Londinenſe, ibid. *
Charta regis Johannis de libera electione praelatorum, 545. * * *
Bulla Innoc. III. *chartam dicti regis Johannis confirmans, ibid.* * * *
Literae regis Johannis, quibus jus patronatus Roffenſis eccleſiae archiepiſcopo Cantuarienſi concedit, 546. * * *
Conventus apud Radyng, ibid. * * *
Bulla papae Innoc. III. *qua capellas regias a juriſdictione epiſcopali eximit, ibid.* * * *
Concilium Briſtolienſe legatinum, ibid. * * *
Conſtitutiones factae per Simonem, epiſcopum Midenſem, 547. * * *
Canones ſynodi Dublinenſis, 548. * * *
Hiſtoria et acta capitulorum eccleſiae Sarum, 551. * * *
Bulla Honorii III. *papae de diſſolutione unionis Bathon. et Glaſton. eccleſiarum*, 569. * * *
Conſtitutiones editae a Will. de Bleys, epiſcopo Wigornenſi, 570. * * *
Concilium Cantuarienſe, 572. *
Concilium Dunelmenſe, ibid. * *et* * * *
Concilium praelat. regni Scotiae, 584. * * *
Bulla Honorii III. *de plenaria remiſſione apud Cantuar. ibid.* * * *
Alia ejuſdem archiepiſcopo Cantuarienſi de beneficiis eccleſiaſticis, ibid. * * *
Concilium Cantuarienſe, 584. *
Concilium Oxonienſe, 585. * ** *et* * * *
Statuta legenda in ſynodo edita in concilio Oxon. 593. * * *
Conſtitutio domini Stephani, Cantuarienſis archiepiſcopi, ſuper caſibus ---- abſolutionis, 597. * * *
Bulla Honorii III. *papae decano et capit. Lichefeld. ibid.* * * *
Decretum ſeu ſententia lata---de exemptione monaſterii Weſtmonaſt. 598. * * *
Conſtitutiones Richardi Poore, Sarum epiſcopi, 599. * *et* * * *
Concilium Londinenſe, 602. ** *et* * * *
Concilium Londinenſe, 606. * * *
Walteri, archiep. Ebor. litera de amovendis clericis, ibid. * * *
Concilium Weſtmonaſterienſe, 607. * * *
Concilium provinciale Scoticanum, ibid. * * *
Canonizatio ſancti Laurentii, archiepiſcopi Dublinienſis, 619. * * *
Litera regis epiſcopo Ciceſtrenſi de auxilio ſibi a clero praeſtando, 620. * * *
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. * *et* * * *
Bulla Gregorii IX. *Rom. pontif.---ſuper electionibus praelatorum*, 621. *
Alia ejuſdem de obſervando et celebrando feſto beati Edwardi, 622. * * *
Concilium Weſtmonaſterienſe, ibid. * * *
Conſtitutiones Will. de Bleys, 623. * * *
Inquiſitiones per archidiaconatus epiſcop. Lincoln. 627. *
Literae regis Henrici de immunitate praelatorum Angliae, 628. * * *
Regis literae epiſc. Lond. de Lewellino, 629. * * *
Concilium Albanenſe, ibid. * * *
Gregorii IX. *bulla de beneficiis eccleſiaſticis, ibid.* * * *
Regis Henrici III. *charta libertatum eccleſiae Cantuarienſis*, 630. **
Henrici III. *regis literae archiepiſcopo Eborac. de concilio London. ibid.* * * *
Modus conſtituendi abbatem exemptum, 631. * *et* * * *
Charta regia pro archiepiſcopis, epiſcopis, etc. 634. * * *
Conſtitutiones provinciales S. Edmundi, 635. * ** *et* * * *
Conſtitutiones Alex. de Stavenby, Coventrenſis epiſcopi, 640. * *et* * * *
Concilium Londini habitum, 647. *
Conſtitutiones Othonis cardinalis, 649. * ** *et* * * *
Conſtitutiones quaedam ſynodales, 656. *
Concilium Londinenſe, 663. * * *
Synodus legatina Londinenſis, ibid. * * *
Statuta ſynodalia Sodorenſia, 664. * * *
Concilium legatinum Edinburgenſe, 665. * * *
Conſtitutiones Walteri de Cantilupo, Wigorn. epiſcopi, ibid. * *et* * * *
Concilium Radingenſe, 678. * * *
Concilium Northamptonienſe, 679. * *et* * * *
Synodus celebrata per epiſcopum Fernenſem, 681. * * *
Concilium Oxonienſe, 682. * * *
Conventus abbatum Angliae ord. Ciſtercienſis, 683. * * *

Sta-

Statutum *Jocelini*, *epiſcopi Bathon. de eccleſia S. Andreae*, pag. 683. ***

Concilium provinciale Scoticum apud Perthum, 684. ***

Concilium Londinenſe, ibid. ***

Synodus Roffenſis, 685. ***

Bulla papae Innocentii IV. qua redarguit praelatos Angliae, 686. ***

Bulla alia ejuſdem de confirmatione privilegiorum --- eccleſ. Angl. et Hibern. ibid. ***

Concilium Londinenſe, ibid. ***

Statuta ſynodalia Rich. de la Wich, Ciceſtrenſ. epiſcopi, [illegible]

Querela archiep. et epiſcop. provinciae Cantuar. ſuper [illegible], 694. ***

Canonizatio S. Edmundi, Cantuarienſis archiep. ibid. ***

Charta Reynardi, archiep. Armachani, de indulgentiis, 696. ***

Literae decani et capituli Ciceſtrenſis de praebendis decedentium canonicorum, ibid. ***

Synodus Oxon. in qua literae regis de capellis regiis legebantur, 697. ***

Bulla Innocent. IV. de revocando ſtatuto Hiberniae, ibid. ***

Innocent. IV. papae relaxatio ſententiae excommunicationis, ibid. ***

Conſtitutiones provinciales Eboracenſes per dom. Walt. Grey, 698. * et ***

Bulla Innoc. IV. Roberto, Lincoln. epiſcopo, de vicariis inſtituendis, 699. ***

Bulla Innocent. IV. quod familiares clerici regis non coarctentur, ibid. ***

Alia bulla ejuſdem de querela facta per clerum Angliae de gravaminibus [illegible], 700. ***

Bulla ejuſdem pro clericis familiaribus regis de non reſidendo, 701. ***

Bulla ejuſdem de orando pro rege Angliae, ibid. ***

Concilium Londinenſe, 702. ***

Bulla Innoc. IV. de ſtatutis ab ordine S. Benedicti obſervandis, ibid. ***

Bulla ejuſdem privilegium ſpeciale priori Dunelm. concedens, ibid. ***

Sententia excommunicationis contra violatores libertat. eccleſiaſtic. 703. **

Conſtitutiones W. de Kirkham, epiſcopi Dunelm. 704. * et ***

Synodus Norwicenſis, 708.

Concilium Londinenſe legatinum, 709. ***

Bulla Alex. IV. pro archiepiſcopo Armachano, 710. ***

Concilium Londinenſe, 711. ***

Concilium Weſtmonaſter. legatinum, 713. ***

Conſtitutiones Aegidii de Bridport, epiſc. Sarum. 713. *

Aliae conſtitutiones Aegidii, Sareſbirienſis epiſcopi, 714. ** et ***

Alex. IV. papae bulla, quod epiſcopi ſolvant decimam de maneriis propriis, 720. ***

Alia ejuſdem, quod fructus benefic. vacant. colligantur ad opus R. Angliae, ibid. ***

Bulla papae Alexand. IV. quod praelati Angliae compellantur ad taxationem, 721. ***

Ejuſdem bulla de epiſcopis taxandis per totum regnum, ibid. ***

Bulla Alex. IV. epiſcopo Norwicen.---quod colligant decimam, ibid. ***

Ejuſdem bulla pro Joh. le Deſpenſer de capella conſtituenda in fundo proprio, 722. ***

Concilium Londinenſe archidiaconorum coram legato papae, ibid. ***

Concilium provinciale Cantuar. 723. ***

Bulla Alex. IV. de electione Abraam, archiep. Armachanenſis, 730. ***

Alia ejuſdem confirmans privilegia eccleſ. arch. et epiſc. Angliae, ibid. ***

Statuta ſynodalia Walteri et Simonis, Norwicenſium epiſcoporum, 731. ** et ***

Concilium Mertonenſe, 736. ***

Synodus Oxonienſis, 740. ***

Concilium Scoticum, 741. *

Bulla Alexandri IV. pro epiſcopo Elſinenſi, ibid ***

Conſuetudines et ſtatuta eccleſiae Sariſburienſis, ibid. ***

A. Brechinenſis epiſcopi, et archidiaconi ejuſdem charta, 742. ***

Canonizatio S. Richardi, epiſcopi Ciceſtr. 743, ***

Concilium Lambethenſe, [illegible]

Concilium Londinenſe et Beverlacenſe, 755. ***

Compoſitio litis inter Bonifacium, archiepiſcop. Cantuar. et capitulum Lincoln. 756. ***

Concilium Pontanum in Hibernia, 757. ***

Compoſitio de juriſdictione ſedis Londinenſis exercenda, 758. ***

Urbani papae IV. bulla de diſponendis oblationibus, 759. ***

Convocatio cleri Angliae apud Weſtmonaſterium, ibid. ***

Bulla Urb. IV. de ſtatutis per archiep. Cantuar. editis inconſulto rege, 759. ***

Alia ejuſdem condemnans omnia ſtatuta magnatum Angliae Oxoniae facta, 760. ***

Praeceptum regis Henrici III. epiſcopo Hereford. contra non reſidentiam praelatorum, 761. ***

Walteri, epiſcopi Exon. literae pro utilitate eccleſiae et regni Angliae, ibid. **

Bulla papae Clement. IV. de fratribus Minoribus, 762. ***

Concilium Northamptonienſe, ibid. ***

N A M E S

OF THE

S U B S C R I B E R S.

A

JOHN Agar, Serjeant at Law.
The honourable Sir *John Forteſcue Aland* Knight, one of His Majeſty's Juſtices of the Court of *Common Pleas*.
Anthony Allen Eſq; one of the Maſters in Chancery.
The late Lord Biſhop of *St. Aſaph*, 2 Setts.
Lord Biſhop of *St. Aſaph*.
Rev. Dr. *William Ayerſt*, Prebendary of *Canterbury*.

B

The Rev. Dr. *Baker*, Canon Reſidentiary of *St. Paul's*.
Lord Biſhop of *Bangor*.
Rev. Mr. *Barnard*, Prebendary of *Weſtminſter*.
Lord Biſhop of *Bath* and *Wells*.
Rev. Mr. *Tho. Bence*, M. A. Rector of *Kelſhall*, *Suffolk*.
Dr. *John Betteſworth*, Dean of the *Arches*.
Rev. Dr. *Thomas Biſhop*, Miniſter of St. *Mary* at *Tower* in *Ipſwich*.
Rev. Dr. *Barrington Blomfield*, Rector of *Baddingham*, *Suffolk*.
George Bowes Eſq;
Rev. Mr. *William Bowles*, Fellow of *Wincheſter* College.
Rev. Mr. *Mich. Bull*, one of the Six Preachers of *Canterbury*.

C

The right honourable the Lord *Carteret*.
Sir *John Cheſhire* Knight.
Lord Biſhop of *Cheſter*.
Lord Biſhop of *Chicheſter*.
Rev. Mr. *Edward Collins*, Vicar of *Breage* and *Germo* in the County of *Cornwall*.
Mr. *Commins*.
The honourable Sir *John Comyns* Knight, one of His Majeſty's Juſtices of the Court of *Common Pleas*.
Rev. Dr. *John Conybeare*, Dean of *Chriſt-Church*, *Oxon*.
The Rev. Dr. *Creſwick*, Dean of *Briſtol*.

D

Monſeigneur *Dagueſſeau*, Chancelier de *France*.
The right honourable the Earl of *Darnley*.
Lord Biſhop of St. *Davids*.
Rev. Dr. *John Denne*, Archdeacon of *Rocheſter*.
Lord Biſhop of *Durham*.

E

Rev. Dr. *William Egerton*, Prebendary of *Canterbury*.
Lord Biſhop of *Ely*.
Sir *Richard Ellys* Baronet.
Rev. Mr. *John Emerſon*, LL. B.
Lord Biſhop of *Exeter*.

F

The right honourable the Lord *Fairfax*.
Rev. Dr. *Fanſhaw*, of *Chriſt Church*, *Oxon*.
Rev. Dr. *Fleetwood*, Prebendary of *Ely*.

G

Rev. Mr. *John Gandy*, Vicar of [illegible], *Suffolk*.
Rev. Mr. *Timothy Geers*, of *Biſhops Frome*.
Rev. Dr. *Claudius Gilbert*, Vice Provoſt of *Trinity College* near *Dublin*.
Lord Biſhop of *Gloceſter*.
Rev. Dr. *Gooch*, Maſter of *Cajus College Cambridge*.
Mr. *George Grafton*, Bookſeller, 4 Setts.
Thomas Greene of *Weſtminſter* Eſq;

H

Rev. Dr. *Jonathan Hall*, Prebendary of *Durham*.
The right honourable the Lord *Hardwick*, Lord Chief Juſtice of His Majeſty's Court of *King's Bench*.
Rev. Dr. *Samuel Holcombe*, Prebendary of *Canterbury*.
Charles Hornby Eſq; of *Grays Inn*.
The right honourable the Earl of *Huntington*.

I

Charles Jennens Eſq; of *Queen's-ſquare*, *Ormond-ſtreet*.
The honourable and reverend Mr. *Ingram*.

K

Rev. Dr. *Scawen Kendrick*, Prebendary of *Weſtminſter*.
Rev. Dr. *John King*, Maſter of the *Charterhouſe*.

Lord

NAMES of the SUBSCRIBERS.

L

Lord Biſhop of *Landaff.*
Michael Leheup Eſquire.
Sir *Francis Leiceſter* Baronet.
Mr. *William Leman*, N. P. Deputy Regiſter of the Archdeaconry of *Suffolk.*
Darcy Lever of *Alkrington* in *Lancaſhire* Eſq;
Library of the Cathedral Church of *Canterbury.*
——of the Cathedral Church of *Durham.*
——of the Cathedral Church of *Ely.*
——of the Cathedral Church of *Exeter.*
——of the Cathedral Church of *Norwich.*
——of the Cathedral Church of *St. Paul, London.*
——of the Cathedral Church of *Worceſter.*
Library of *All Souls College, Oxford.*
——*Bennet College, Cambridge.*
——*Cajus College, Cambridge.*
——*Catharine Hall, Cambridge.*
——*Clare Hall, Cambridge.*
——*Corpus Chriſti College, Oxford.*
——*Doctors Commons, London.*
——*Emmanuel College, Cambridge.*
——*Eton College.*
——*Exeter College, Oxford.*
——Honourable Society of *Grays Inn.*
——*Jeſus College, Cambridge.*
——*Jeſus College, Oxford.*
——*St. John's College, Cambridge.*
——*St. John's College, Oxford.*
——*King's College, Cambridge.*
——publick of *Mancheſter.*
——*Peter-houſe, Cambridge.*
——*Queen's College, Cambridge.*
——*Queen's College, Oxford.*
——*Sion College, London.*
——*Trinity College, Cambridge.*
Lord Biſhop of *Lincoln.*
Rev. Dr. *Liſle*, Archdeacon of *Canterbury.*
Lord Biſhop of *Litchfield* and *Coventry.*
Lord Biſhop of *London.*
Lord Biſhop of *Londonderry.*
The right honourable the Lord Viſcount *Lymington.*
Rev. Dr. *John Lynch*, Dean of *Canterbury.*

M

Rev. Dr. *Tho. Mangey*, Prebendary of *Durham.*
His Grace the Duke of *Marlborough.*
Rev. Dr. *Mawſon*, Maſter of *Corpus Chriſti College, Cambridge.*
Richard Mead, M. D.
Mr. *Daniel Midwinter*, Bookſeller.

N

Rev. Dr. *Charles Naylor*, Dean of *Wincheſter.*
James Newſam Eſq; of *Chadſunt* in the County of *Warwick.*

O

The right honourable the Earl of *Oxford.*
Lord Biſhop of *Oxford.*

P

Rev. Dr. *Pardoe*, Principal of *Jeſus College, Oxford.*
Lord Biſhop of *Peterborough.*
Sir *Eraſmus Philips* Baronet.
John Plumtree Eſq; of *Nottingham.*
His Grace the Duke of *Portland.*

R

Right honourable Lord Chief Baron *Reynolds.*
Lord Biſhop of *Rocheſter.*
The right honourable *Lewis* Earl of *Rockingham.*
Henry Rolle Eſq; of *Stevenſtone* in the County of *Devon.*

S

Lord Biſhop of *Saliſbury.*
Samuel Sandys Eſq;
Maurice Shelton Eſq; of *Birmingham Hall* in the County of *Suffolk.*
Right Revd. *Adam Steinmetz*, Superintendant General of the Dukedom of *Magdeburg* in *Germany.*
L'Abbe *Strickland*, Biſhop of *Namur.*
Rev. Mr. *Sturges.*
Rev. Dr. *Arthur Aſhley Sykes*, Dean of *Burien* in *Cornwall.*

T

The right honourable *Charles* Lord *Talbot*, Lord High Chancellor of *Great Britain.*
Rev. Mr. *John Tanner*, Commiſſary to the Lord Biſhop of *Norwich.*
Rev. *John Taylor*, LL. D.
Rev. Dr. *Tho. Teniſon*, Chancellor of *Oxford.*
Rev. Dr. *Thiſtlethwaite*, Warden of *Wadham College, Oxford.*
Monſ. *de Thom*, late Envoy from the Duke of *Saxe Gotha.*
Mark Thurſton Eſquire, one of the Maſters in Chancery.
Dr. *Robert Tomlinſon.*
Honourable and reverend Dr. *Trevor*, Canon of *Chriſt Church, Oxford.*
Rev. Dr. *David Trimnel*, Archdeacon of *Leiceſter.*
Rev. Dr. *Tyrwhit*, Archdeacon of *London*, and Canon Reſidentiary of *St. Paul's.*

W

Right honourable *Horace Walpole* Eſq;
Rev. Dr. *Daniel Waterland*, Archdeacon of *Middleſex.*
Mr. *Philip Careret Webb* of *Cornhill*, Attorney at Law.
Rev. Mr. *William Wheler*, M. A. Vicar of *Learnington Haſtings, Warwickſhire.*
Mr. *Richard Wilkes* of *Willen Hall, Staffordſhire.*
Lord Biſhop of *Wincheſter.*
Rev. Mr. *Robert Woodford*, Treaſurer of the Church of *Wells.*
Lord Biſhop of *Worceſter.*

Y

His Grace the Lord Archbiſhop of *York.*

CONCILIA

1

CONCILIA MAGNAE BRITANNIAE, ET HIBERNIAE.

Papae Rom.	Anno Chriſti	Imperat.
LEO. MAG. 7.	446.	THEODOS. JUN. 39.

Synodus Verolamienſis *. Ex Matth. Weſtmonaſt. in ann.

ANNO gratiae 446. haereſis Pelagiana, per Agricolam Pelagii diſcipulum illata, fidem Britonum foeda peſte maculavit. Verum Britanni, cum neque ſuſcipere dogma perverſum, gratiam Chriſti blaſphemando, ullatenus vellent, neque verſutiam nefariae perſuaſionis refutare verbis certando ſufficerent, inveniunt ſalubre conſilium, ut a Gallicanis epiſcopis auxilium belli ſpiritualis inquirant. Quamobrem collecta ibidem magna ſynodo, quaerebatur in commune, qui illuc in ſuccurſum fidei mitterentur. Tandem omnium judicio, eligebantur apoſtoli ſacerdotes, Germanus Altiſſiodorenſis, et Lupus Trecaſinae civitatis epiſcopi, qui ad confirmandam fidem in Britanniam pergere maturarent. Qui cum prompta devotione preces et praecepta ſanctae eccleſiae ſuſcepiſſent, intraverunt oceanum, et licet cum labore et periculo, decurſis in brevi pelagi ſpatiis, optato littore quiete potiuntur. Collecta itaque apud Verolamium ſynodo, immenſa multitudo virorum etiam cum conjugibus et liberis illuc excitata convenerat. Aderat populus, expectabatur futurus judex; aſtabant partes diſpari conditione conſimiles; inde divina fides, hinc humana praeſumptio; inde Chriſtus, hinc Pelagius auctor perverſae pravitatis. Primo in loco, beatiſſimi ſacerdotes copiam diſputandi proponendique adverſariis praebuerunt, loquacitatiſque garritum evomere permiſerunt, qui ſola nuditate verborum, diu et inaniter, audientium aures cum temporibus occuparunt. Deinde antiſtites venerandi torrentes eloquii, cum apoſtolicis et evangelicis imbribus, perfuderunt. Miſcebatur ſermo proprius cum divino, et aſſertiones modeſtiſſimas lectionum teſtimonia ſequebantur. Convincitur vanitas, perfidia confuſa refutatur, ita ut ad ſingulas verborum objectiones, erraſſe ſe, dum nequeunt reſpondere, confiteantur. Populus arbiter vix manus continet, judicium cum clamore conteſtando. Et paulo poſt.

Antiſtes vero omnibus ad votum feliciter conſummatis, et quae prius diſſipata fuerant,

* Synodus haec Verolamii [illegible]

rite ordinatis, ad propria cum gaudio remeavit, Dei et beati Anglorum protomartyris Albani, cui victoriam aſcripſit, gratus acceptor beneficii magnalia praedicando. Et his ita geſtis, innumera utriuſque ſexus multitudo ad Dominum eſt converſa.

Papae Rom.	Anno Chriſti.	Imperat.
LEO. MAG. 10	449.	THEOD. JUN. 42.

*Concilium Britannicum**. Ex M. Weſtmon.

EODEM anno (viz. 449.) nunciatum eſt in Britannia Pelagianam perverſitatem iterum, paucis authoribus, de novo pullulaſſe. Rurſuſque ad beatum Germanum preces Britannorum deferuntur, ut cauſam Dei, et belli ſpiritualis certamen aſſumere dignaretur. Quorum petitioni feſtinus obtemperans adjuncto ſibi Severo probatae ſanctitatis viro, qui erat diſcipulus beatiſſimi patris Lupi, et tunc Treveris ordinatus epiſcopus, mare conſcendit, et conſentientibus elementis tranquillo navigio littus attigit Britannorum. Praedicationis igitur antidoto vulnera ſanat incredulitatis, et apoſtema blaſphemiae doctrinae curat medicina, omniumque ſententia pravitatum cum ſuis authoribus condemnatur. Factumque eſt ut in illis locis, multo ex eo tempore fides intemerata perduraret. Ita compoſitis omnibus, beati ſacerdotes ea qua venerant proſperitate, redierunt. Haec Matth. Weſtmonaſt.

De inceſtuoſis Vortigerni cum filia nuptiis, ſic inter alios Nennius, cap. 38. *Hiſtoriae.*

Et ſuper haec omnia mala, adjiciens Guorthigernus accepit filiam ſuam propriam in uxorem ſibi, quae peperit ei filium: hoc autem cum compertum eſſet a ſancto Germano, venit corripere regem cum omni clero Britonum. Et dum conventa eſſet magna ſynodus clericorum et laicorum in uno concilio, ipſe rex praemonuit filiam ſuam, ut exiret ad conventum, et ut daret filium ſuum in ſinu Germani; diceretque quod ipſe erat pater ejus. Ac ipſa fecit ſicut edocta erat. Sanctus Germanus eum benigne accepit, et dicere coepit, Pater tibi ero, nec te permittam niſi mihi novacula cum forcipe pectineque detur, et ad patrem tuum carnalem tibi dare liceat. Mox ut audivit puer, obedivit verbo ſenioris ſancti, et ad avum ſuum patremque carnalem Guorthigernum perrexit, et dixit illi, Pater meus es tu, caput meum tonde, et comam capitis mei pecte; ille autem ſiluit, et puero reſpondere noluit, ſed ſurrexit, iratuſque eſt vehementer, et ut a facie ſancti Germani fugeret, quærebat; et maledictus eſt, et damnatus a beato Germano, et omni concilio Brittonum.

Papae Rom.	Anno Chriſti.	Imperat.
LEO. MAG. 17.	456.	MARCIAN. 6.

Synodus S. Patricii, &c. in Hibernia†. Ex MS. Coll. Corp. Chr. Cantab. O. 20.

Incipit ſynodus epiſcoporum, id eſt, Patricii, Auxilii, & Iſernini.

GRATIAS agimus Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Preſbyteris, et diaconibus, et omni clero, Patricius, Auxilius, et Iſerninus epiſcopi, ſalutem.

Satius nobis negligentes praemonere, quam culpare quae facta ſunt; Salomone dicente, "melius eſt arguere quam iraſci." Exempla definitionis noſtrae inferius conſcripta ſunt, et ſic inchoant:

1. Si quis in quaeſtionem captivis quaeſierit in plebe, ſuo jure ſine permiſſione meruit excommunicari.

2. Lectores denique cognoſcant, ... unuſquiſque eccleſiam in qua pſallat.

3. Clericus vagus non ſit in plebe.

4. Si quis permiſſionem acceperit, & collectum ſit pretium, non plus exigat quam quod neceſſitas poſcit.

5. Si quid ſupra manſerit, ponat ſuper altare pontificis, ut detur alii indigenti.

6. Quicunque clericus ab hoſtiario uſque ad ſacerdotem ſine tunica viſus fuerit, atque turpitudinem ventris et nuditatem non tegat, et ſi non more Romano capilli ejus tonſi ſint, et uxor ejus ſi non velato capite ambulaverit, pariter a laicis contempnentur, et ab eccleſia ſeparentur.

7. Quicunque clericus [a] negligentiae cauſa, ad collectas mane vel veſpere non occurrerit, alienus

* Concilium hoc Britannicum S. Germanus Altiſſiodorenſis epiſcopus cum magno clericorum et laicorum numero celebravit contra renaſcentem Pelagianae haereſis pravitatem, et contra inceſtuoſas regis Vortigerni cum filia ſua nuptias.

† Extat hujus ſynodi vetuſtiſſimum exemplar MS. in bibliotheca S. Benedicti Cantabrigiae: pluries autem maleſanum, et in locis quibuſdam criticorum implorans ſagacitatem. Sub quo autem anno vel ea reponenda ſit, vel ea etiam quae mox eſt ſecutura, S. Patricii ſynodus altera, haud quidem reperio. Sed cum illi ipſi qui S. Germani in Britannia res geſtas priores contra Pelagianam haereſim in anno Domini 429. collocaverint; Palladium et Patricium ferant, non fuiſſe a Coeleſtino miſſos ad convertendum Hibernenſes ante an. Dom. 430. ut Baronius habet, vel 432. ut Marianus Scotus, et Sigebertus; ego has Patricii ſynodos, poſt concilium illud S. Germani Verolamii habitum, reponendas cenſeo. Multis etiam (ſi me non fallat conjectura) annis interpoſitis. "Hibernenſes enim (inquit Probus in vit. Patric.) immites et feri homines recipere nolebant doctrinam: et Logarenus inſulae rex praecipuus Patricio adverſatus eſt tanquam Pharao Moyſi." Paucorum igitur non videtur fuiſſe annorum opus, eccleſiam ita in Hibernia conſtituere, ut ad ſynodorum celebrationes propere veniretur. Haec SPELMAN.

[a] In Spelm. addita hic fuit vox "*uſſus*" et in margine "*uſus*," pro qua Salmaſius legere maluit "*injuſta*," i. e. qui non habet juſtam negligentiae cauſam. Walkerus noſter eam potius delendam exiſtimat, utpote ex ultimis literis verbi praecedentis male repetitam.

habeatur

habeatur, niſi forte jugo ſervitutis ſit detentus.

8. Clericus ſi pro gentili homine fidei juſſor fuerit in quacunque quantitate, et ſi contigerit (quod [b] mirum non eſt) per aſtutiam aliquam gentilis ille [c] clericum fallat, rebus ſuis clericus ille ſolvat debitum; nam ſi armis compugnaverit cum illo, merito extra eccleſiam computetur.

9. Monachus et virgo, unus ab hinc, et alia ab aliunde, in uno hoſpitio non commaneant, nec in uno curru a villa in villam diſcurrant, nec aſſidue invicem confabulationem exerceant.

10. Si [d] quis inceptum boni operis oſtenderit in pſallendo, et nunc intermiſit, et comam habeat, ab eccleſia excludendus, niſi ſtatui priori ſe reſtituerit.

11. Quicunque clericus ab aliquo excommunicatus fuerit, et alius eum ſuſceperit, ambo coaequali poenitentia utantur.

12. Quicunque chriſtianus excommunicatus fuerit, nec ejus eleemoſyna recipiatur.

13. Eleemoſynam a gentibus offerendam, in eccleſiam recipi non licet.

14. Chriſtianus qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium ad aruſpicem meaverit, per ſingula crimina annum poenitentiae agat; impleto, cum teſtibus veniat, anno poenitentiae, et poſtea reſolvetur a ſacerdote.

15. Et qui furtum fecerit, dimidium; poeniteat viginti diebus cum pane, &, ſi fieri poteſt, rapta repraeſentet; ſic in eccleſiam [e] revertetur.

16. Chriſtianus qui crediderit eſſe lamiam in ſpeculo, quae interpretatur ſtriga, anathematizandus, quicunque ſuper animam, famam iſtam impoſuerit; nec ante in eccleſiam recipiendus, quam ut idem criminis, quod fecit, ſua iterum voce revocet, et ſic poenitentiam cum omni diligentia agat.

17. Virgo quae voverit Deo [f] permanere caſta, et poſtea nupſerit carnalem ſponſum, excommunionis ſit, donec convertatur: ſi converſa fuerit, et dimiſerit adulterum, poenitentiam agat, et poſtea non in una domo, nec in una villa habitent.

18. Si quis excommunionis fuerit, nec nocte paſcharum in eccleſiam [g] introeat, donec poenitentiam recipiat.

19. Mulier chriſtiana, quae acceperit virum honeſtis nuptiis, et poſtmodum diſceſſerit a primo, et junxerit ſe adultero; quae haec fecit, excommunionis ſit.

20. Chriſtianus qui fraudat debitum cujuſlibet, ritu gentilium, excommunionis ſit, donec ſolvat debitum.

21. Chriſtianus cui deliquerit aliquis, & provocat eum in judicium, et non in eccleſiam, ut ibi examinetur cauſa; qui ſic fecerit, alienus ſit.

22. Si quis tradiderit filiam ſuam viro, honeſtis nuptiis, et amaverit alium, et conſentit filiae ſuae, et acceperit dotem, ambo ab eccleſia excludantur.

23. Si quis preſbyterorum eccleſiam aedificaverit, non offerat antequam adducat ſuum pontificem, ut eam conſecret; quia ſic decet.

24. Si quis advena ingreſſus fuerit plebem non ante baptizet, neque offerat, neque conſecret, nec eccleſiam aedificet, donec permiſſionem accipiat ab epiſcopo: nam qui a gentibus ſperat permiſſionem, alienus ſit.

25. Si quae a religioſis hominibus donata fuerint, diebus illis quibus pontifex in ſingulis habitaverit eccleſiis, pontificalia dona, ſicut mos antiquus, ordinare, ad epiſcopum pertinebunt, ſive ad uſum neceſſarium, ſive egentibus diſtribuendum, prout ipſe epiſcopus moderabit.

26. Si quis vero clericus contra venerit, et dona invadere fuerit deprehenſus, ut turpis lucri cupidus ab eccleſia ſequeſtretur.

27. Clericus epiſcopi in plebe quiſlibet novus ingreſſor baptizare et offerre illum non licet, nec aliquid agere; qui ſi ſic non faciat, excommunionis ſit.

28. Si quis clericorum excommunionis fuerit, ſolus non in eadem domo cum fratribus orationem faciat, nec offerre nec conſecrare licet, donec ſe faciat emendatum; qui ſi ſic non fecerit, dupliciter vindicetur.

29. Si quis fratrum accipere gratiam Dei voluerit, non ante baptizetur quam [h] quadrageſimum agat.

30. Epiſcopus quiſlibet, qui de ſua in alteram progreditur parochiam, nec ordinare praeſumat, niſi permiſſionem acceperit ab eo, qui in ſuo principatu eſt; die dominica offerat tantum ſuſceptione, et obſequi hic contentus ſit.

31. Si quis conduxerit e duobus clericis quos diſcordare convenit per diſcordiam aliquam prolatum uni e duobus hoſtem ad interficiendum, homicidam congruum eſt nominari, qui clericus ab omnibus rectis habetur alienus.

32. Si quis clericorum voluerit juvare captivo, cum ſuo pretio illi ſubveniat, nam ſi per furtum illum [i] juvare voluerit, blaſphemantur multi clerici per unum latronem; qui ſic fecerit, excommunionis ſit.

33. Clericus qui de Britannis ad nos venit ſine epiſtola, et ſi habitet in plebe, non licitum miniſtrare.

34. Diaconus nobiſcum ſimiliter qui inconſulto ſuo abbate ſine literis in aliam parochiam abſentat, nec cibum miniſtrare debet, et a ſuo preſbytero, quem contempſit per poenitentiam vindicetur, et monachus inconſulto abbate vagulus debet vindicari.

"Immediate poſt finem praedictae ſynodi S. Patricii ſequitur in MS. Benedictino liber integer canonum e ſacra ſcriptura, aliis conciliis et ſanctis patribus excerptorum, inter quos ſequentes iſti S. Patricio attribuuntur, viz."

I. *De unitate ſubditorum.*

Quis ergo audet ſcindere unitatem quam nemo hominum ſolvere vel reprehendere poteſt.

[b] Pro *mirum* Spelm. legere voluit *monſtrum*. Pro *poteſt* lego *eſt*. Salmaſius [illegible] in Spelm. [d] Walkerus addit *quis* omiſſum in Spelm. [e] Spelm. olim legebat *revertetur*. Salm. vult [illegible]. [f] Spelm. [illegible] — *adulterum* legebat. [g] Cum Salmaſio particulam *non* in Spelm. additam omitto. [h] Cf. [illegible] apud Spelm. [i] Spelm. *involaverit*, pro quo Salmaſius *involaverit*, addens "Involare illo aevo pro [illegible] rapere. Unde "hodieque in idiotiſmo noſtro voler, et voleurs, latrones," H. J. Walkerus rem acu tetigiſſe mihi videtur, legens [illegible]. De [illegible] vid. ſupra num. 1. "et collectum ſit pretium" Confeſſ. S. Patricii, p. 20. "cenſeo enim [illegible] pretium quindecim hominum diſtribui [illegible]."

Multi-

Multitudinis[k] autem credentium erat cor unum et anima una," &c. —— uſque ad incluſive, "Ananias audiens haec verba cecidit & expiravit."

II. *De furto in eccleſia peracto.*

Qui furatus fuerit pecuniam ab eccleſia ſancta, ubi martyres et corpora ſanctorum dormiunt, illius manus vel pes circumcidatur, aut in carcerem mittatur, aut in peregrinationem ejiciatur, et reſtituat duplum, et jurabit quod non revertetur donec impleverit poenitentiam.

III. *De veris viduis.*

De veris viduis Paulus. "Vidua eligatur non minus annorum 60. unius viri uxor." Nota. Si plures viros habuerit, vidua non ſit.

I. [l] De eo quod non repudianda ſit, ſi ſterilis, ſi deformis eſt, ſi aetate vetula, ſi foetida, ſi temulenta, ſi iracunda, ſi jurgatrix, tenenda ſit, velis nolis; qualiſcunque accepta ſit, tenenda eſt.

II. Omnis adulter ſive a concelebratione, ſive a communicatione menſae, ſive a conloquio, ſive a comitatu, uſq; dum poeniteat, excludendus eſt.

Et hi utique e Gilda deſumpti.

De excommunicatione dicit Gildas.

Non Noe Cham filium ſuum magicae artis ſcribam, aut arca, aut menſae communione voluit arcere. Non Abraham Aner et Ezcol in debellatione V. regum exhorruit. Non Loth Sodomitarum convivia execratur. Non Iſaac menſae participationem Abimelech, et Ahuzzath et Phicol duci militum negat, ſed poſt cibum et potum juraverunt ſibi mutuo. Non Jacob extimuit communicari filiis ſuis, quos novit venerari idola. Non Joſeph renuit Pharaonis menſae et ſcipho participari. Non Aaron ſacerdotis idolorum Madian menſam repulit. [m] Nec Moyſes ſimul cum Jethro hoſtias et convivium pacificum init. Non Dominus noſter Jeſus Chriſtus publicanorum convivia devitabat, ut omnes peccatores et meretrices ſalvaret.

De abſtinentia ciborum.

Abſtinentia corporalium ciborum abſque charitate inutilis eſt; meliores ſunt ergo qui non magno opere jejunant, nec ſupra modum a creatura Dei ſe abſtinent, cor intrinſecus nitidum coram Deo ſollicite ſervantes, à quo ſciunt exitum vitae, quam illi qui carnem non edunt, nec cibis ſecularibus delectantur, neque vehiculis equiſque vehuntur, et pro his quaſi ſuperiores caeteris ſe putantes quibus mors intrat per feneſtram elevationis.

*Synodus alia S. Patricii**.

Anno incerto.

CAP. I. *De habitatione cum fratribus peccatoribus.*

De eo quod mandaſtis de habitatione cum fratribus peccatoribus audite apoſtolum dicentem: "cum hujuſmodi ne cibum quidem ſumere;" non [a] ergo eſcas ſumas cum eo. Caeterum ſi bos ſis et trituras, hoc eſt, ſi doctor es et doces, non obturatur tibi os, et dignus es mercede tua; ſed oleum peccatoris non impinguet caput tuum, ſed corripe adhuc et argue.

CAP. II. *De oblationibus eorum.*

Contentus tegmento et alimento tuo, caetera dona iniquorum reproba, quia non ſumit lucerna niſi quo alitur.

CAP. III. *De poenitentia poſt ruinas.*

Statuitur ut Abbas videat, cui attribuetur poteſtas alligandi et ſolvendi, [b] ſed aptior eſt juxta ſcripturae exempla, veniam. Si vero cum fletu et lamentatione et lugubri cum veſte ſub cuſtodia poenitentia brevis quam longa et remiſſa cum temperamentis.

CAP. IV. *De excommunicato repellendo.*

Audi Dominum dicentem: "Si tibi non audierit, ſit tibi velut Gentilis et Publicanus." Non maledices, ſed repelles excommunicatum a communione et menſa, et miſſa, et pace; et ſi haereticus eſt, poſt unam correptionem devita.

CAP. V. *De ſuſpectis cauſis.*

Audi Dominum dicentem: "Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem." Hoc eſt, donec veniet qui manifeſtabit conſilia cordium, ne judicium ante diem judicii facias: vide Iudam ad menſam Domini, et latronem in paradiſo.

CAP. VI. *De vindictis eccleſiae.*

Audi item Dominum dicentem: "Qui effuderit ſanguinem innocentem, ſanguis ipſius effundetur," ſed ab eo qui portat gladium; [c] Dictator autem vindictae innocens habetur. De caeteris autem per legem evangelicam ab eo loco in quo ait, et eum "qui aufert aliquid a te, ne repetas," ſed libenter, ſi ipſe quid referat, humiliter recipias.

[k] Act. iv. 32. [l] Adjiciuntur deinde mox ſequentes duo canones: ſed an S. Patricii, vel cujus ſint, e MS Benedi-tino non liquet. Eorum vero poſterior in codice Cottoniano canonum tit. 66. diſerte ſynodo *Hibernienſi* adſcribitur. [m] Rectius *et* legendum pro *nec*.

* Quae ſynodus alia S. Patricii dicitur, non tam ſynodus videtur, quam reſponſio ad quaeſita aliqua: Quare ipſo initio "de eo quod mandaſtis" quod et in caeteris capitulis ſubintelligitur. Corruptiſſima ſunt pleraque omnia, quae non niſi melioris codicis ope poſſunt emendari: pauca per conjecturam paulo tolerabiliora facere conati ſumus. Secundam hanc S. Patricii ſynodum ex Andegavenſi bibliotheca tranſcriptum D. Hothaeo communicavit aliquando Jacobus Sirmondus, quorum ille eam ad reverendiſſimum patrem D. Jacobum Armachanum Archiepiſcopum Primatem Hiberniae miſit, et eandem mihi praeſul idem eruditione et pietate ſpectatiſſimus 1. Aprilis 1628. De tempore autem, quo ſit habita, neuter meminit, nec e ſynodo deprehenditur. Haec SPELMANNUS.

[a] *ejus* Spelm. [b] Salmaſ. ita legit: "ſed aptius eſt juxta ſcripturae exempla veniam ſumere cum fletu." Spelm. loco vocis *veniam* legere maluit *venia*. [c] Spelm. *dictatur aut*. Laetius *ductatur* (i. e. ſupplicio afficiatur) maluit.

CAP. VII.

CAP. VII. *De baptiſmatis incertis.*

Statuunt ne rebaptizati [ſint] qui ſymboli traditionem a quocunque acceperunt, quia non inficit ſemen ſeminantis iniquitas. Sin vero, non eſt rebaptizare, ſed baptizare. Non abſolvendos autem lapſos a fide credamus, niſi per impoſitionem manus accipiantur.

CAP. VIII. *De reis autem abſtractis ab eccleſia.*

Non ad reorum defenſionem facta eſt eccleſia, ſed judicibus perſuadendum eſt, [d] ne ſpiritali morte eos occiderent, qui ad ſinum matris eccleſiae confugiunt.

CAPUT IX. deſideratur.

CAP. X. *De lapſis poſt gradum.*

Audi canonica inſtituta. Qui cum gradu cecidit, ſine gradu ſurgat. Contentus nomine tantum amittat miniſterium: niſi qui tantum a conſpectu Domini peccans non receſſit.

CAP. XI. *De ſeparatione ſexuum poſt lapſum.*

Conſideret unuſquiſque in conſcientia ſua, ſi amor et deſiderium ceſſavit peccati, quia corpus mortuum non inficit corpus alterius mortui; ſin vero, ſeparentur.

CAP. XII. *De oblatione pro defunctis.*

Audi Apoſtolum dicentem; "eſt autem peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis." Et Dominus; "nolite donare ſanctum canibus." Qui enim in vita ſua ſacrificium non merebatur accipere, quomodo poſt mortem illi poterit adjuvare?

CAP. XIII. *De ſacrificio.*

In nocte Paſchae [e] fas eſt ferre foras; non foras fertur, [f] ſed fidelibus defertur. Quid aliud ſignificat quod in una domo ſumitur agnus, quam quod ſub uno fidei culmine creditur, et communicatur Chriſtus?

CAP. XIV. *De abſtinentia votiva vel legali a cibis.*

Statutum ut ∵ Chriſti adventum ſponſi nullas ratas leges inveniat jejunii. Quid autem inter Novatianum et Chriſtianum intereſt, niſi quod Novatianus indeſinenter, Chriſtianus vero per tempus abſtineat; ut locus, et tempus, et perſona per omnia obſervetur.

CAP. XV. *De relinquenda vel docenda patria.*

Docenda patria prius per exemplum Domini, et derelinquenda poſtea, ſi non proficiat juxta exemplum apoſtoli. Sed qui poteſt proficere, licet periclitatur, ubique doceat, et ſe oſtendat; qui vero non poteſt, taceat et abſcondat; alius quippe ab Jeſu in domum ſuam mittitur, alius ſequi jubetur.

CAP. XVI. *De falſis epiſcopis.*

Qui non ſecundum apoſtolum electus eſt ab altero epiſcopo, eſt damnandus, et deinde ad reliquam plebem declinandus et degradandus.

CAP. XVII. *De praepoſito monachorum.*

Monachi ſunt, qui ſolitarii ſine terrenis opibus habitant ſub poteſtate epiſcopi vel abbatis. [g] Non ſunt autem monachi ſed vactro periti, hoc eſt contemptores ſolliciti ad vitam perfectam in aetate perfecta. Hoc eſt a viginti annis debet unuſquiſque conſtringi non adteſtando ſed voto perficiendo, ut eſt illud, "unuſquiſque ſicut propoſuit corde ſuo faciat," et ut, "vota mea reddam in conſpectu Domini," et reliqua; [h] quo voto vivitur, ſitus locorum coartat, ſi ſuperabundantia in omnibus devitetur in vita, quia in frigore et nuditate, in fame et ſiti, in vigiliis et jejuniis vocati ſunt.

CAP. XVIII. *De tribus ſeminibus evangeliorum.*

Centeſimum epiſcopi et doctores, qui omnibus omnia ſunt; ſexageſimum clerici et viduae, qui continentes ſunt; triceſimum laici, qui fideles ſunt, qui perfecte trinitatem credunt. His amplius non eſt in meſſe Domini. Monachos vero et virgines cum centeſimis jungimus.

CAP. XIX. *Qua aetate baptizandi ſunt.*

Octavo die catechumeni ſunt, poſt ea ſolemnitatibus Domini baptizantur, id eſt, Paſcha, et Pentecoſte, et Epiphania.

CAP. XX. *De parochiis.*

Cum monachis non eſt dicendum, quorum malum eſt inauditum, qui unitatem vero plebis non incongrue ſuſcepimus.

CAP. XXI. *De retinendis vel dimittendis monachis.*

[i] Unuſquiſque fructum ſuum in eccleſia, in qua imbutus eſt, perfruatur, niſi cauſa majoris profectus ad alterius ferre permiſſo abbatis cogat. Si vero extiterit cauſa utilior, cum benedictione dicatur, "Ecce agnus Dei," non quae ſua ſunt ſinguli quaerentes, ſed quae Ieſu Chriſti: vocationis autem cauſam non permittant ſubditos diſcutere [k].

CAP. XXII. *De ſumenda euchariſtia poſt lapſum.*

Poſt examinationem [l] carnis ſumenda eſt, maxime autem in nocte paſchae, in qua qui non communicat, fidelis non eſt. Ideo brevia ſunt et ſtricta apud eos ſpatia, ne anima fidelis intereat tanto tempore jejuna medicinae; Domino dicente, "niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis".

CAP. XXIII. *De juramento.*

"Non jurare omnino." De hoc [m] conſe-

[d] Cum Laetio lego *ne*. Spelm. *ut* male olim. [e] Spelm. *ſi fas.* [f] Laet. pro *ſed* legere vult *ſi* — adeo [illegible] omiſſum in *Spelm.* [g] Haec admodum mendoſa ſunt, nec ſanare poſſum. Credo tamen ſequentia ita legenda "in aetate perfecta, hoc eſt, a virginis annis, &c. Et priora forſan ita: ſed voto irretiti, hoc eſt, contentores (*a contendo*) ſolliciti ad vitam perfectam. *Laet.* Cotelerius ſic corrigit. (Non ſunt autem monachi, ſed bactro—perita, hoc eſt contemptores) ſolliciti &c. Vid. annot. n. 95. in Herm. paſtor. prooem. lib. ii. p. 84. [h] *Quo voto — in vita* Waraeus omiſit. [i] Walkerus caput hoc ita legit. Unuſquiſque fructum ſuum in eccleſia, in qua inductus eſt, perfruatur, niſi cauſa majoris profectus ad alterius ferre permiſſa abbatis cogat. Si vero—Jeſu Chriſti. Vacationis autem cauſa non permittant ſubditos diſcurrere. [k] Spelm. *diſcurrere.* Laetius *diſcutere.* [l] *Carceris* Spelm. optime Walk. *carnis.* [m] Salmaſ. [illegible]

quente lectionis ſeries docet non adjurandam eſſe creaturam aliam, niſi creatorem, ut prophetis mos eſt, " Vivit Dominus, et vivit anima mea, et vivit Dominus cui aſſiſto hodie." Finis autem contradictionis eſt [n] in Domino. Omni enim quod amat homo hoc et juratur.

CAP. XXIV. *De contentione duorum abſque teſtibus.*

Statuunt, ut per quatuor ſancta evangelia antequam communicet, teſtatur, quid probatur et deinde ſub judice fama relinquatur.

CAP. XXV. *De thoro fratris defuncti.*

Audi decreta ſynodi: " Superſtes frater thorum defuncti fratris non aſcendat." Domino dicente, " erunt duo in carne una," ergo uxor fratris [o] [tui] ſoror tua eſt.

CAP. XXVI. *De meretrice conjuge.*

Audi Dominum dicentem; " qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur." Item; " adultera lapidetur," id eſt, huic vitio moriatur, ut deſinat creſcere, quae non deſinit moechari. Item, ſi adulterata fuerit mulier, numquid revertitur ad virum ſuum priorem? Item, " non licet viro dimittere uxorem, niſi ob cauſam fornicationis," ac ſi dicat ob hanc cauſam, unde ſi ducat alteram velut poſt mortem prioris, non vetant.

CAP. XXVII. *De voluntate virginis vel patris in conjugio.*

Quod vult pater, faciat virgo, quia caput mulieris vir. Sed requirenda eſt a patre voluntas virginis, dum Deus reliquit hominem in manu conſilii ſui.

CAP. XXVIII. *De primis vel ſecundis votis.*

Eadem ratione obſervanda ſunt prima vota, et prima conjugia, ut ſecundis prima non ſint irrita, niſi fuerint adulterata.

CAP. XXIX. *De conſanguinitate in conjugio.*

Intelligite quid lex loquitur, non minus nec plus: quod autem obſervatur apud nos, ut quatuor genera dividantur, nec vidiſſe dicunt, nec legiſſe.

CAP. XXX. *De vindicandis adſuetis.*

[p] Nunquam vetitum; licet. Verum obſervandae ſunt leges jubilaei, hoc eſt quinquaginta anni, ut non infirmetur incerta vice ratio temporis, et ideo omnis negotiatio ſubſcriptione Romanorum confirmanda eſt.

CAP. XXXI. *De gentilibus qui ante baptiſmum credunt quam poenitentiam habeant.*

Remittuntur quidem omnium peccata in baptiſmo, ſed qui cum fideli conſcientia [q] infidelis temporarius vixit, ut fidelis peccator judicandus eſt.

Papae Rom.	Anno Chriſti	Imperat.
LEO. MAG. 17.	456.	MARCIAN. 6.

Canones S. Patricio *adſcripti* *, *ex opuſculis* S. Patricii, *per* Jac. Waraeum, *p.* 39.

I. *De judicio clericorum, ut non ſit apud iniquos aut apud infideles.*

OMNIS mundialis ſapiens, ſi ſapiens ſit, non judicet judicia eccleſiae.

II. *De ſubjectione populi principi.*

Miniſtri vos eſtis, et unuſquiſque veſtrum principem ſuum, cui adſiſtit et miniſtrat, timeat.

III. *De poenitentia blaſphemantis principem bonum.*

Qui murmurat verba blaſphemiae contra principem bonum, per odium aut invidiam, cum aqua et pane poeniteat ſeptem diebus, exemplo Mariae contra Moyſen murmurantis.

IV. *De eo quod incertum ſit utrum priorem gradum epiſcopus poſt lapſum recipiat.*

Patricius epiſcopus dicit: qui ſub gradu peccat, debet excommunicari, quia magna eſt dignitas hujus nominis; tamen poteſt redimere animam ſuam poſt poenitentiam; ad priorem gradum venire difficile. Neſcio annon. Deus ſcit.

V. *De recipienda adultera poſt poenitentiam, et de quantitate poenitentiae.*

Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non adducet aliam uxorem quamdiu viva fuerit uxor prima. Si forte converſa fuerit, et agat poenitentiam, ſuſcipiet eam, et ſerviet ei in vicem ancillae, et annum integrum in pane et aqua per menſuram poeniteat, nec in uno lecto permaneant.

VI. *De alienis adeundis ad judicandum.*

Si quae queſtiones in hac inſula oriantur, ad ſedem apoſtolicam referantur.

VII. *De poenitentia agenda in ultimo ſpiritu.*

Si quis infirmatur, agat poenitentiam, etiam ex neceſſitate, quia miſericors eſt Deus.

VIII. *De eo quod inſipientes praeeſſe non debent.*

Synodus totius mundi et Patricius decrevit: qui

[n] Spelm. *niſi* pro *in*. [o] *tui* deeſt Waraeo. [p] Walkero noſtro veram capitis hujus lectionem debemus. [q] Salm. infidelitatis tempore vixerit. Walk. Infidelitatis more vixit.

* Adjungi his potuiſſent capitula nonnulla ſive fragmenta ex antiqua canonum collectione facta in Hibernia ante ſeculum, ut fertur, VIII; quae Acherius ſpicilegii tomo IX, ex duobus vetuſtiſſimis codicibus, Corbeienſi uno et Pariſienſi S. Germani altero, ſelecta inſeruit, quibus Martenaeus et Durandus tom. IV, anecdotorum theſauri aliqua addiderunt capitula ex MS bibliothecae Bigotianae. Aſt quia nomen et aetas ſynodi ac canonum ignoratur, multique jam canones S. Patricio adſcripti, vel a ſynodis dictati, ejuſdem fere tenoris ex opuſculis ipſius noſtro ſint inſerti operi, incerta haec fragmento ſtudio omiſi.

inſipiens eſt, nullo modo praeeſſe liceat, ſed ſub manu abbatis catholici opus ſuum exerceat.

IX. *De collectura pecuniae non vituperanda, neceſſitate cogente.*

Patricius ait: ſi quis acceperit permiſſionem pontificis, et collectum ſit pretium captivi, non plus exegerit, quam neceſſitas popoſcit. Si quid ſupra remanſerit, ponat ſuper altare, et indigentibus detur et captivis.

Item ſi quis colligit pecuniam ſub nomine miſericordiae, non audeat ſpoliare eccleſiam Dei, ſed reges et plebiles, quibus melius eſt dare quam recondere.

Papae Rom	Anno Christi	[illegible]
HILARII 5	465	[illegible]

Concilium Cambricum *.

MATTHAEUS Weſtmonaſterienſis, anno 465, poſtquam recitaſſet prophetias Merlini, quibus Vortigerno regi exitum denunciat, et Aurelium Ambroſium fore regem auguratur, conventus cujuſdam meminit. "Nec mora (inquit) cum craſtina dies illuxiſſet, applicuit Aurelius Ambroſius (e Britannia minori) cum fratre ſuo Uterpendragon cum innumera manu armatorum. Convenerunt itaque Britones undique diſperſi, et convocato regni clero, Aurelium in regem erexerunt. Sublimatus autem eccleſias ad ſolum uſque deſtructas, ut potuit, reparare vacavit. Erat largus in muneribus dandis, ſedulus in divinis obſequiis, modeſtus, mendaces cum ſuis adulationibus poſtponens, pede fortis, equo fortior, et ad regendum militares exercitus peritus."

Papae Rom.	Anno Christi	Imperat.
SYMMACHI 15	512.	ANASTASII 9.

Synodus Britannica †.

BALAEUS Cent. I. in Theliao. 58. Contigit ut Dubricius, Landavenſis protopraeſul ſedis, auctoritate ſynodi archiepiſcopus urbi Legionum ad Iſce fluenta, anno Dom. 512, deſignaretur. Non diu caruit ſuo gubernatore Landavia, ut Lelandus etiam narrat. Nam Theliaus, ut eo munere dignus, a patribus continuo ſurrogatus eſt. Ille quippe huic functioni ſollicite invigilans, egregium ſe paſtorem exhibuit, ac bonis artibus eccleſiae ſuae miniſtros erudiendos anxie curavit.

Papae Rom.	Anno Christi	[illegible]
HORMISD. 3.	51[illegible]	[illegible]

Conventus Britannicus ‡. Ex Galf. Monum. lib. 9. c. 14.

CONSUMPTIS ergo primis in hunc modum tribus diebus, inſtante quarto, vocantur cuncti qui ipſi [regi Arthuro] propter honores obſequium praeſtabant, et ſinguli ſingulis poſſeſſionibus, civitatibus videlicet atque caſtellis, archiepiſcopatibus, epiſcopatibus, abbatiis, caeteriſque honoribus donantur.

Beatus igitur Dubritius in eremiticam vitam anhelans, ſeſe ab archiepiſcopali ſede depoſuit, in cujus locum ſacratur David regis avunculus, cujus vita exemplum totius bonitatis erat his, quos doctrina imbuerat. In loco vero Sampſonis Dolenſis archipraeſulis deſtinatur Theliaus illuſtris preſbyter Landaviae, annuente Hoelo rege

* Ex Matth. Weſtmonaſter. [illegible] Concilium [illegible] circa [illegible] [illegible] ad [illegible] Aurelium regem [illegible]

† Certum licet [illegible] vario, de anno quo S. Dubricius [illegible] urbis Legionum et Theliaus [illegible] noſtra multo tamen veriſimilior videtur, quam aliorum, qui tradunt Dubricium a S. Germano et Lupo epiſcopis Gallicanis, in archiepiſcopum hujus provinciae conſecratum eſſe circa ann. Dom. 446. dum ad conterendam Pelagianam haereſim, in Britannia verſarentur. Ego in Aegyptiaca hac caligine non luctabor. Capgravii verba referam. "Exorta tandem, ut praemittitur, haereſi Pelagiana, mittitur de Gallia S. Germanus cum Lupo epiſcopo, ad compeſcendam eam. Corrupta namque fuerat chriſtianitas Britonum, tum propter paganos Saxones, tum propter Pelagianam haereſim, cujus venenum in [illegible] ribus ſerpſerat diebus. Itaque ſancti epiſcopi praedicti, conſentiente rege Ambroſio Aurelio, nec non et omni clero, Dubricium archiepiſcopum conſecrarunt. Idem autem rex, ut memoriale procerum Britanniae, quos Hengiſtus Saxoneſque ſui complices, nephanda proditione in monte Ambroſii (qui nunc vulgo Stanhenges dicitur) trucidaverat: viz. quadringentorum octoginta conſulum atque Baronum, aeternum fieret; pergrandes lapides, qui ibidem in horum memoriam uſque in praeſens poſiti ſunt, ab Hibernia cum magna manu, germano ſuo Uther illuc tranſmiſſo, deportari fecit. Q[illegible] iſſent, congregati ſunt in monte Ambroſii, edicto regis, magnates cum clero, ut cum magno honore dictorum nobilium ſepulturam praepararent. Die autem praefinita impoſitum eſt diadema capiti regis Aurelii Ambroſii, et de communi conſenſu, ſedem Eboracenſem contulit Sampſoni viro ſancto; urbis vero Legionum archiepiſcopatum inclyto Dubricio dedit," &c. [illegible] ſed achronice [illegible] eſt Florilegus: "Anno [illegible] gratiae [illegible] Sampſon Eboracenſis archiepiſcopus, et S. Dubricius urbis Legionum archiepiſcopus."

‡ Conventus hic celeberrimus omnium poteſtatum Britanniae, viz. archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, &c. ad coronationem inclyti regis Arthuri ſolemnizandam habitus fuit, in quo S. Dubricius archiepiſcopatu cedit, et alii ad epiſcopatus promoventur.

Armori-

Armoricorum Britonum; cujus vita et boni mores virum commendaverunt. Epiſcopatus vero Silceſtriae, Mauganio: et Guintoniae Diuvanio decernitur. Decernitur quoque Pontificalis infula Alclud Elidanio.

Papae Rom.	Anno Chriſti	Imperat.
HORMISD. 6.	519.	JUSTIN. Sen. 2.

Synodus Menevenſis ‡. Ex Balaeo et Giraldo Cambrenſi.

DAVID Menevenſis Britannus, vigente adhuc poſt Germani epiſcopi labores, qui ob id in Britanniam bis venerat, Pelagiana labe, ac deſperato pene remedio, ex univerſae gentis ſynodo praeſul conſtitutus anno Chriſti 519, diutina praedicatione ac diſceptationibus publicis eandem profligavit, atque aream eccleſiae purgavit. Cambriae metropolites et primas propterea factus, tantam cum rege Arthuro gratiam iniit, ut ab urbe Legionum ad ſuam Meneviam archiepiſcopalem transferret ſedem, ut lib. 1. cap. 52. fuſius tradit Ranulfus Ceſtrienſis: quod ita permanſit ad Normannorum uſque tempora, et omnes ab ipſo Cambrorum epiſcopi ut a ſuo primate, conſecrationem acceperunt, adhibito deinceps nominis ſui titulo, ut Davidis fanum ea urbs diceretur. Ut Balaeus refert Centur. 1. cap. 55.

Giraldus Cambrenſis in vita S. Davidis lect. 8. mentionem facit ſynodi totius Walliae apud "Brevi" contra Pelagianam haereſin convocatae, ex epiſcopis, abbatibus, viris religioſis et laicis; in qua S. David electus et conſecratus fuit archiepiſcopus totius Walliae. "Non longis autem poſt haec temporibus Pelagiana labes et haereſis deteſtanda per B. Germanum Antiſiod. et Lupum Trecenſem in inſulam tranſmiſſos olim extincta, redivivo morbo, redivivaque malitia in fidei catholicae perniciem jam reſuſcitata, univerſali totius Kambriae ſynodo colligendae occaſionem dedit. Unde et collectis in Keretica regione apud "Brevi" epiſcopis, et abbatibus, viriſque religioſis diverſorum ordinum multis, nec non et laicis principibus ac populis de univerſa regione collectis, cum a pluribus in publica audientia ſermo factus populum haeretica pravitate pene irrevocabiliter infectum ad fidei reducere tramitem non praevaluiſſet, tandem Paulinus epiſcopus, cum quo David olim liberalibus diſciplinis in pueritia ſtuduerat, ut propter epiſcopum nuper a patriarcha conſecratum, virum ſanctum, diſcretum pariter et diſertum, qui nondum advenerat, communiter ab omnibus ad tantum eccleſiae diſcrimen mitteretur, verbis quidem ſuaſoriis peroravit. Mittuntur itaque nuncii ſemel et ſecundo, nil proficientes. Erat enim vir ſanctus contemplationi deditus, de temporalibus rebus aut ſecularibus, niſi neceſſitate urgentiore compulſus, aut nihil aut parum curans. Tandem vero duo mittuntur viri ſanctiſſimi ac fideliſſimi, Daniel videlicet et Dubricius. David autem eorum adventum in ſpiritu praevidens, magnos ad ſe viros in craſtino venturos fratribus praedixit. Advenerunt itaque mane viri praedicti, ſicut et vir ſanctus praeviderat, hoſpitio pro facultatibus honorifice ſuſcepti et exhibiti. Quorum ob ſanctitatem et ſynodi pariter auctoritatem demum monitis obtemperans, una cum ipſis die ſequente verſus ſynodum iter arripuit. Quo facto congregationem adeunt cum gaudio ſuſcepti maximo et gratulatione. Praedicationis igitur officium patri David ab omnibus injungitur. Qui ſtans in terrae planitie cum alii tamen ante praedicantes ibidem congeſtarum cumulum veſtium aſcendere conſueverint, tam clara voce et gratioſa cunctorum pariter tam remotiſſimorum quam prope poſitorum auribus intonuit, ut omnes eum communiter in tanta concione et ſalubriter audirent. Juxta illud "Aperi os tuum, et ego adimplebo illud [a]". Et alibi. "Cum ſteteritis ante reges et praeſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini." Et ſubſequenter. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis [b]". Quibus ita patratis, ſermone completo, tota, cooperante gratia, haereſis evanuit, diſcuſſa penitus et deleta. Pater autem David communi omnium tam cleri ſcilicet quam populi electione pariter et acclamatione, cui et honorem antea deſtinatione Dubricius ceſſerat, in Kambriae totius archiepiſcopum eſt ſublimatus."

Synodus Victoriae in Wallia. Ex Giraldo Cambr. de vita S. Davidis, lect. 9.

Anno incerto.

IN hac ſynodo acta praecedentis ſynodi Menevenſis confirmantur, et nonnulla in emolumentum eccleſiae conſultabantur. "Proceſſu vero temporis et alia ſynodus collecta eſt, cui nomen "Victoriae"; in qua convocato denuo totius Kambriae clero, ea quae in priori ſynodo firmata fuerant, adjectis quoque quibuſdam ſuper eccleſiae commoditatibus, firmo rigoris examine ſunt renovata. Ex his itaque duabus ſynodis omnes Kambriae totius eccleſiae modum et regulam, eccleſia quoque Romana auctoritatem adhibente et confirmante, ſuſceperunt. Quarum decreta, quae ore promulgaverat praeſul David, ſua quoque ſancta manu literis mandavit; ſuaeque eccleſiae aliiſque per Kambriam pluribus reſervanda commendavit. Quae quidem ſicut et alii

‡ Synodus Menevenſis contra fecem Pelagianae haereſis adhuc redolentem celebrata, ſub Davide archiepiſcopo Menevenſi, qui ſedem illam ope et licentia inclyti regis Arthuri a Caer Legionum urbe Meneviam jam tranſtulerat.

[a] Pſal. lxxx. 11.

[b] Marc. xiii. 9.

quamplu-

quamplurimi nobilis bibliothecae theſauri egregii tam vetuſtate quam incuria, piratarum quoque crebris inſultibus, qui de Orcadum inſulis aeſtivo tempore longis navibus advecti maritimas Kambriae provincias vaſtare conſueverant, evanuerunt."

Papae Rom.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
Gregor. M. 3, etc.	592, etc.	Ethelbert. 32, etc.	Maurit. 10, etc.

Gregorii M. papae Romani epiſtolae Britannicae.

*Epiſtola Gregorii M. univerſis epiſcopis per Hiberniam, de cauſa trium capitulorum *, de quibus in ſynodo actum eſt: e lib. 2. epiſt. 36. indict. 10. anno Dom. 592. ipſius Gregorii 2. viz. ann. 6. ante adventum Auguſtini Cantuarienſis epiſc.*

Scripta veſtra ſumma cum gratulatione ſuſcepi: ſed erit in me uberior valde laetitia, ſi mihi de veſtra contigerit reverſione gaudere. Prima itaque epiſtolae veſtrae fronte, gravem vos pati perſecutionem innotuit. Quae quidem perſecutio, dum non rationabiliter ſuſtinetur, nequaquam proficit ad ſalutem. Nam nulli fas eſt retributionem praemiorum expectare pro culpa. Debetis enim ſcire, ſicut beatus Cyprianus dixit, quia martyrem non facit poena, ſed cauſa. Dum igitur ita ſit, incongruum nimis eſt de ea vos, quam dicitis, perſecutione gloriari, per quam vos conſtat ad aeterna praemia minime provehi. Reducat ergo charitatem veſtram tandem integritas fidei ad matrem, quae vos generavit, eccleſiam; nulla vos animorum intentio a concordiae unitate diſſociet, nulla perſuaſio repetendo vos a recto itinere defatiget. Nam in ſynodo, in qua de tribus capitulis actum eſt, aperto liquet, nihil de fide convulſum eſſe, vel aliquatenus immutatum, ſed ſicut ſcitis, de quibuſdam illic ſolummodo perſonis eſt actitatum: quarum una, cujus ſcripta evidenter a rectitudine catholicae fidei deviabant, non injuſte damnata eſt.

Quod autem ſcribitis, quia ex illo tempore, inter alias provincias maxime flagelletur Italia, non hoc ad ejus debetis intorquere opprobrium; quoniam ſcriptum eſt: "[a] quem diligit Dominus caſtigat; flagellat omnem filium, quem recipit." Si igitur ita eſt, ut dicitis, ex eo tempore magis dilecta eſt apud Deum, et modis omnibus approbata, ex quo Domini ſui meruit ſuſtinere flagella. Quia vero non ita ſit, quemadmodum vos in ejus inſultatione affirmare conamini, rationem attendite. Poſtquam recordandae memoriae Virgilius papa in urbe regia conſtitutus, contra Theodoram tunc Auguſtam, et Acephalos damnationis promulgavit ſententiam, tunc Romana urbs ab hoſtibus adita et captivata eſt. Ergo bonam cauſam habuerunt Acephali, et injuſte damnati ſunt, poſt quorum damnationem talia contigerunt? abſit. Hoc enim nec noſtrum quempiam, nec alios, qui catholicae fidei myſteriis inſtituti ſunt, vel dicere, vel aliquo modo confiteri convenit. His denique cognitis, ab hac quandoque jam deliberatione recedite. Ut igitur de tribus capitulis, animis veſtris ablata dubietate poſſit ſatisfactio abundanter infundi, librum quem ex hac re ſanctae memoriae deceſſor meus, Pelagius papa ſcripſerat, vobis utile judicavi tranſmittere. Quem ſi poſito voluntariae defenſionis ſtudio, puro, vigilantique corde ſaepius volueritis relegere, eum vos per omnia ſecuturos, et ad unitatem veſtram reverſuros nihilominus eſſe confido. Porro autem ſi poſt hujus libri lectionem in ea, qua eſtis, volueritis deliberatione perſiſtere, ſine dubio non rationi operam, ſed obſtinationi vos dare monſtratis. Unde iterum habita locutione charitatem veſtram admoneo, ut quoniam, Deo ſuffragante, fidei veſtrae integritas in cauſa trium capitulorum inviolata permanſit, mentis tumore depoſito, tanto citius ad matrem veſtram, quae filios ſuos expectat et invitat, eccleſiam redeatis, quanto vos ab ea quotidie expectari cognoſcitis.

Alia ejuſdem epiſtola.

Hortatur eos qui Angliam proficiſcuntur, ut nullis laboribus perterreantur, ſed inchoata perficiant.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ſervis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quia melius fuerat bona non incipere, quam ab his, quae coepta ſunt, cogitatione retrorſum redire, ſummo ſtudio, dilectiſſimi filii, oportet, ut opus bonum, quod coepiſtis, auxiliante Domino, compleatis. Nec labor vos ergo itineris, nec maledicorum hominum linguae deterreant, ſed omni inſtantia omnique fervore, quae inchoaſtis, Deo auctore, peragite, ſcientes quod laborem magnum major aeternae retributionis gloria conſequetur. Remeanti autem Auguſtino praepoſito veſtro, quem et abbatem

* Cauſa trium capitulorum, quae pluribus annis et in nonnullis [illegible] inter Romanam et [illegible] tanam eccleſiam [illegible], [illegible] orbem uſque ad extremos occidentis populos [illegible] non eſt complectenda. Sufficiat igitur lectori ut haereticam [illegible] ſub Juſtiniano nuper. Conſtantinopoli habito anno gratiae 552 intelligat, ubi [illegible] Theodoro [illegible] Mopſveſteno, Theodoreto epiſcopo Cyrenſi, Iba epiſcopo Edeſſae, et Neſtorianis [illegible] nantur, exploduntur et anathematizantur. Vide etiam concilium Chalcedonenſe, et quid praeterea de his Cyrillus. Haec Spelmannus. In [illegible] epiſtolis Gregorii M. [illegible] tae [illegible], illa quae res Britannicas inprimis ſpectant, excerpſimus.

[a] Hebr. xii. 6.

vobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite, ſcientes hoc veſtris animabus per omnia profuturum, quicquid a vobis fuerit in ejus admonitione completum. Omnipotens Deus ſua vos gratia protegat, et veſtri laboris fructum, in aeterna me patria videre concedat; quatenus etſi vobiſcum laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inveniat, quia laborare ſcilicet volo.

† Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi filii. Dat. die decima kalendarum Auguſtarum imperante domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo quarto, poſt conſulatum ejuſdem domini noſtri anno decimo tertio, indictione decima quarta. Id eſt anno Dom. 596.

Papae Rom.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
GREGOR. M. 3. etc.	592, etc.	ETHELBERT. 33, etc.	MAURIT. 10, etc.

Epiſtola Gregorii M. Theodorico et Theodeberto regibus Francorum, de Auguſtino ſervo Dei. Ex Gregor. M. lib. 5. epiſt. 58.

POSTQUAM Deus omnipotens regnum veſtrum fidei rectitudine decoravit, et integritate chriſtianae religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum, magnam de vobis materiam praeſumendi concepimus, quod ſubjectos veſtros ad eam converti fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe reges eſtis et domini. Atque ideo pervenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem chriſtianam, Deo miſerante, deſideranter velle converti, ſed ſacerdotes veſtros e vicino negligere, et deſideria eorum ceſſare ſua adhortatione ſuccendere. Ob hoc igitur Auguſtinum ſervum Dei praeſentium portitorem, cujus zelus et ſtudium bene nobis eſt cognitum, cum aliis ſervis Dei praevidimus illuc dirigendum. Quibus etiam injunximus, ut aliquos ſecum e vicino debeant preſbyteros ducere, cum quibus eorum poſſint mentes agnoſcere, et voluntatem admonitione ſua, quantum Deus donaverit, adjuvare. In qua re ut efficaces valeant atque idonei apparere, excellentiam veſtram paterna ſalutantes charitate quaeſumus, ut hi quos direximus favoris veſtri invenire gratiam mereantur. Et quia animarum cauſa eſt, veſtra eos poteſtas tueatur et adjuvet, ut Deus omnipotens, qui vos in cauſa ſua devota mente, et toto ſtudio ſolatiari cognoſcit, cauſas veſtras ſua protectione diſponat, et poſt terrenam poteſtatem ad caeleſtia vos regna perducat.

Praeterea dilectiſſimum filium noſtrum Candidum preſbyterum, et patrimoniolum eccleſiae noſtrae, quod in illis partibus eſt conſtitutum, ut commendatum excellentia veſtra habere debeat poſtulamus: quatenus beatus Petrus Apoſtolorum princeps ſua vobis interceſſione reſpondeat, qui mercedis intuitu, tuitionem in rebus pauperum ejus impenditis.

Gregorius M. Brunichildae reginae Francorum.

De converſione Anglorum, et Auguſtino. Ibid. epiſt. 59.

EXCELLENTIAE veſtrae chriſtianitas ita nobis veraciter olim innotuit, ut de bonitate ejus nullatenus dubitemus, ſed magis certum modis omnibus teneamus, quia in cauſa fidei devote et ſtudioſe concurrat, et religioſae ſinceritatis ſuae ſolatia copioſiſſime ſubminiſtret. Ex qua re bene confidentes paterna charitate ſalutantes indicamus ad nos perveniſſe Anglorum gentem, Deo annuente, velle fieri chriſtianam, ſed ſacerdotes, qui in vicino ſunt, paſtoralem erga eos ſolicitudinem non habere. Quorum ne animae in aeterna damnatione valeant deperire, curae nobis fuit praeſentium portitorem Auguſtinum ſervum Dei, cujus zelus et ſtudium bene nobis eſt cognitum, cum aliis ſervis Dei illuc dirigere, ut per eos poſſemus ipſorum voluntates addiſcere, et de eorum converſione, vobis quoque annitentibus, in quantum eſt poſſibile, cogitare. Quibus etiam injunximus, ut ad agenda haec e vicino ſecum debeant preſbyteros ducere. Excellentia ergo veſtra, quae prona in bonis conſuevit eſſe operibus, tam pro noſtra petitione, quam etiam divini timoris conſideratione, eum dignetur in omnibus habere commendatum, atque ei tuitionis ſuae gratiam vehementer impendat, et labori ejus patrocinii ſui ferat auxilium: et ut pleniſſime poſſit habere mercedem, ad ſupra ſcriptam Anglorum gentem ſua tuitione ſecurum ire praevideat: quatenus Deus noſter, qui in hoc ſeculo vos bonis ſibi placitis decoravit, ſic et in aeterna requie cum ſuis vos ſanctis faciat gratulari. Praeterea dilectum filium noſtrum Candidum preſbyterum, et patrimoniolum eccleſiae noſtrae, quod illic conſtitutum eſt, veſtrae chriſtianitati commendantes, petimus ut tuitionis veſtrae gratiam in omnibus conſequatur.

Epiſtola Gregorii M. Auguſtino epiſcopo Anglorum.

De converſione gentis ipſius: et ut non glorietur in operationum virtute, quas plerumque faciunt et mali. Ex Gregor. M. lib. 9. epiſt. 58.

GLORIA in excelſis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis: quia granum frumenti mortuum cadens in terram, multum fructum attulit, ne ſolum regnaret in caelo, cujus morte vivimus, cujus infirmitate roboramur, cujus paſſione a paſſione eripimur, cujus amore

† Quae in epiſtola praecedente ſequuntur hunc characterem † non reperio in veteri Gregoriano regiſtro; ſed a nobis ſunt hic appoſita juxta exemplare iſtius epiſtolae apud Bedam eccl. hiſt. lib. 1. cap. 23. Paſſim enim omiſit regiſtri auctor (ad damnum et injuriam antiquae hiſtoriae ſtudioſorum) iſtiuſmodi datorum inſcriptiones. Haec SPELM.

in

in Britannia fratres quaerimus, quos ignorabamus, cujus munere quos neſcientes quaerebamus, invenimus. Quis autem narrare hic ſufficiat, quanta laetitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum, operante omnipotentis Dei gratia, et tua fraternitate laborante, expulſis errorum tenebris, ſanctae fidei luce perfuſa eſt, quod devotione integerrima jam calcat idola, quibus prius veſano timore ſubjacebat, quod omnipotenti Deo puro corde ſubſternitur, quod a pravi operis lapſibus ſanctae praedicationis regulis ligatur, quod praeceptis divinis animo ſubjacet, et intellectu ſublevatur, quod uſque ad terram ſe in oratione humiliat, ne mente jaceat in terra? Cujus hoc opus eſt, niſi ejus qui ait: "Pater meus uſque nunc operatur, et ego operor? Qui ut mundum oſtenderet non ſapientia hominum, ſed ſua ſe virtute convertere, praedicatores ſuos, quos in mundum miſit, ſine literis eligit, hoc etiam modo faciens, quia in Anglorum gente fortia dignatus eſt per infirmos operari.

Sed eſt in iſto dono caeleſti, frater chariſſime, quod cum magno gaudio vehementiſſime debeat formidari: ſcio enim quia omnipotens Deus, per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit, magna miracula oſtendit. Unde neceſſe eſt, ut de eodem dono caeleſti et timendo gaudeas, et gaudendo pertimeſcas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animae per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimeſcas vero, ne inter ſigna quae fiunt, infirmus animus in ſui praeſumptione ſe elevet, et unde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intus cadat. Meminiſſe etenim debemus, quod diſcipuli cum gaudio a praedicatione redeuntes, dum caeleſti magiſtro dicerent: "Domine in nomine tuo daemonia nobis ſubjecta ſunt;" protinus audierunt: "nolite gaudere ſuper hoc, ſed potius gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in caelis." In privata enim et temporali laetitia mentem poſuerant, qui de miraculis gaudebant. Sed de privata ad communem, de temporali ad aeternam laetitiam revocantur, quibus dicitur: in hoc gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in caelo. Non enim omnes electi miracula faciunt, ſed tamen eorum omnium nomina in caelo tenentur adſcripta. Veritatis enim diſcipulis eſſe gaudium non debet, niſi de eo bono quod commune cum omnibus habent, et in quo finem laetitiae non habent.

Reſtat itaque, frater chariſſime, ut inter ea, quae, operante Deo, exterius facis, ſemper te interius ſubtiliter judices, ac ſubtiliter intelligas, et temetipſum qui ſis, et quanta ſit in eadem gente gratia, pro cujus converſione etiam faciendorum ſignorum dona percepiſti. Et ſi quando te creatori noſtro ſeu per linguam, ſive per opera reminiſceris deliquiſſe, ſemper haec ad memoriam revoces, ut ſurgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quidquid de faciendis ſignis acceperis vel accepiſti, haec non tibi, ſed illis deputes donata, pro quorum tibi ſalute collata ſunt.

Occurrit autem menti iſta cogitanti, quid de uno Dei famulo actum ſit, etiam egregie electo. Certe Moyſes, cum Dei populum ex Aegypto educeret, mira, ſicut tua fraternitas novit, ſigna in Aegypto operatus eſt. In Sina monte per quadraginta diebus et noctibus jejunans legis tabulas accepit, inter coruſcos tonitruos, pertimeſcente omni populo, omnipotentis Dei ſervitio ſolus familiari etiam collocutione conjunctus eſt, rubrum mare aperuit, in itinere ducem habuit nubis columnam, eſurienti populo manna de caelo depoſuit, carnem deſiderantibus uſque ad ſatietatem nimiam in eremo per miraculum miniſtravit. Sed cum jam ſitis tempore ad petram ventum fuiſſet, diffiſus eſt, ſeque de eadem aquam educere poſſe dubitavit, quam, jubente Domino, percuſſit atque aquas effluentes aperuit. Quanta autem poſt haec per triginta et octo annos in deſerto miracula fecerit, quis enumerare, quis inveſtigare valeat? Quotiens res dubia animum pulſaſſet, recurrens ad tabernaculum, ſecreto Dominum requirebat, atque de ea protinus, Deo loquente, docebatur. Iratum populo Dominum placabat ſuae precis interventione, ſurgentes in ſuperbia [illegible] diffidentes dehiſcentis terrae hiatibus abſorbebat, victoriis premebat hoſtes, ſigna monſtrabat civibus. Sed cum jam ad repromiſſionis terram ventum fuiſſet, vocatus in montem eſt, et quam culpam [illegible] fecerat, audivit: quia de educenda aqua dubitavit. Et propter hoc quia terram repromiſſionis intrare non poſſet, agnovit. Qua in re conſiderandum nobis eſt, quam timendum ſit omnipotentis Dei judicium, qui per illum famulum ſuum tot ſigna faciebat, cujus culpam longo tempore adhuc ſervabat in cogitatione. Igitur, frater chariſſime, ſi et illum agnoſcimus poſt ſigna pro culpa mortuum, quem omnipotenti Deo novimus praecipue electum: quanto nos debemus metu contremiſcere, qui necdum adhuc novimus ſi electi ſumus?

De reproborum vero miraculis quid dicere debeo, cum tua fraternitas noverit quid in evangelio [illegible] dicentes mihi: Domine, in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo [illegible], et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Sed dicam illis, quia neſcio qui eſtis; recedite a me operarii iniquitatis!" Valde ergo premendus eſt animus inter ſigna et miracula, ne fortaſſis in his propriam gloriam quaerat, et privato ſuae exultationis gaudio exultet. Per ſigna enim animarum lucra quaerenda ſunt, et illius gloria, cujus virtute illa eadem ſigna geruntur. Unum vero Dominus nobis ſignum dedit, de quo et vehementer gaudere, et electionis gloriam in nobis poſſimus agnoſcere, dicens: "in hoc ſcietur quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem." Quod ſignum propheta requirebat, cum diceret: "fac mecum, Domine, ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur." Haec autem dico, quia auditoris mei animum in humilitate ſternere cupio. Sed ipſa tua humilitas habeat fiduciam ſuam. Nam peccator ego ſpem certiſſimam teneo, quia per omnipotentis creatoris ac redemptoris noſtri Dei et Domini Jeſu Chriſti gratiam jam peccata tua dimiſſa ſunt, et idcirco electus es, ut per te dimittantur aliena. Nec habebis luctum de quo-

libet reatu in poſterum, quid de multorum converſione gaudium conaris facere in caelo? Idem vero conditor et redemptor noſter, cum de poenitentia hominis loqueretur, ait: "ita dico vobis, majus gaudium erit in caelo ſuper uno peccatore poenitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, quibus non opus eſt poenitentia." Et ſi de uno poenitente grande fit gaudium in caelo, quale gaudium factum credimus de tanto populo a ſuo errore converſo, qui ad fidem veniens, mala quae egit poenitendo damnavit? In hoc itaque caeli et angelorum gaudio repetamus ipſas, quas praediximus, voces angelorum. Dicamus igitur, dicamus omnes: "gloria in excelſis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis."

Papae Rom.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
GREGOR. M. 3, etc.	592, etc.	ETHELBERT. 33, etc.	MAURIT. 10, etc.

*Gregorius Aldibergae reginae Anglorum**.

De conjuge ejus ad meliora exhortando. Ex Gregor. M. lib. 9. epiſt. 19.

QUI poſt terrenam poteſtatem regni caeleſtis gloriam cupit acquirere, ad faciendum lucrum creatori ſuo debet enixius laborare, ut ad ea, quae deſiderat, operationis ſuae gradibus poſſit aſcendere, ſicut vos feciſſe gaudemus. Remeantes igitur dilectiſſimus filius noſter Laurentius preſbyter, et Petrus monachus, qualis erga reverendiſſimum fratrem et coepiſcopum noſtrum Auguſtinum gloria veſtra extiterit, quantaque illis ſolatia charitas veſtra impenderit, retulerunt. Et omnipotentem Deum benediximus, qui converſionem gentis Anglorum mercedi veſtrae dignatus eſt propitius reſervare. Nam ſicut per recordandae memoriae Helenam matrem piiſſimi Conſtantini imperatoris ad chriſtianam fidem corda Romanorum accendit, ita et per gloriae veſtrae ſtudium in Anglorum gentem ejus miſericordiam confidimus operari. Et quidem jamdudum glorioſi filii noſtri conjugis veſtri animos prudentiae veſtrae bono, ſicut revera chriſtianae, debuiſtis inflectere, ut pro regni et animae ſuae ſalute fidem, quam colitis, ſequeretur: quatenus et de eo, et per eum, de totius gentis converſione digna vobis in caeleſtibus gaudiis retributio naſceretur. Nam poſtquam, ſicut diximus, et recta fide gloria veſtra munita, et literis docta eſt, hoc vobis nec tardum, nec debuit eſſe difficile.

Et quoniam, Deo volente, aptum nunc tempus eſt, agite, ut divina gratia cooperante cum augmento poſſitis, quod neglectum eſt, reparare. Itaque mentem glorioſi conjugis veſtri in dilectione chriſtianae fidei adhortatione aſſidua roborate, veſtra illi ſolicitudo augmentum in Deum amoris infundat, atque ita animos ejus, etiam pro ſubjectae ſibi gentis pleniſſima converſione ſuccendat, ut et magnum omnipotenti Domino de devotionis ſuae ſtudio ſacrificium offeratis, et ea quae de vobis narrata ſunt, creſcant, et vera eſſe modis omnibus approbentur: quia bona veſtra non ſolum jam apud Romanos, qui pro vita veſtra fortius oraverint, ſed etiam per diverſa loca, et uſque Conſtantinopolim ad ſereniſſimum principem pervenerunt. Unde ſicut nobis de chriſtianitatis veſtrae ſolatiis laetitia facta eſt, ita quoque de perfecta operatione veſtra angelis fiat gaudium in caelis. Sic vos in adjutorio ſupradicti reverendiſſimi fratris, et coepiſcopi noſtri, et ſervorum Dei, quos illuc miſimus in converſione gentis veſtrae devote ac totis viribus exhibete, ut et hic feliciter cum glorioſo filio noſtro, conjuge veſtro regnetis, et poſt longa annorum tempora futurae quoque vitae gaudia, quae finem habere neſciunt, capiatis. Oramus autem omnipotentem Deum, ut gloriae veſtrae cor ad operanda quae diximus, gratiae ſuae igne ſuccendat, et aeternae mercedis fructum vobis de placita ſibi operatione concedat.

Gregorius Aldiberto regi Anglorum.

Congratulatur de converſione gentis ipſius. Ex Gregor. M. lib. 9. epiſt. 60.

PROPTER hoc omnipotens Deus bonos quoſque ad populorum regimina perducit, ut per eos omnibus, quibus praelati fuerint, dona ſuae pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus, cui veſtra gloria idcirco praepoſita eſt, ut per bona, quae vobis conceſſa ſunt, etiam ſubjectae vobis genti ſuperna beneficia praeſtarentur. Et ideo, glorioſe fili, eam quam accepiſti divinitus gratiam ſolicita mente cuſtodi. Chriſtianam fidem in populis tibi ſubditis extendere feſtina, zelum rectitudinis tuae in eorum converſione multiplica, idolorum cultus inſequere, fanorum aedificia everte, ſubditorum mentes in magna vitae munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, et boni operis exempla monſtrando aedifica:

* In dubium veniat quaenam ſit Aldiberga iſta regina Anglorum, nam regis Edilberti uxor Bertha dicebatur, ut Beda refert, lib. 1. cap. 25. Ego vero eandem eſſe utramque cenſeo, ſed (ut plerumque ſolet) exotica nomina perperam reddi ab alienigenis, et hic Berga pro Bertha. Ald enim et Aldi corrupte aliquando dicitur in propriis nominibus pro Edil et Aethel, nobilem et honoratum apud Saxones ſignificantibus, quod et videre eſt in titulo ſubſequentis epiſtolae, ubi Gregorius etiam regem vocat Aldibertum, quem Beda paſſim Edilberthum, alii plerique Ethelbertum. Ald etiam, quod proprie *ſeniorem* ſignificat, per tranſlationem ***honoratum*** notat: addique videatur Bergae vel Berthae nomini, tanquam honorarium attributum, ut ſit Aldi-berga idem quod nobilis vel honorata Berga ſeu Bertha. Haec SPELM. Quibus addit Uſſer. in MSS notis ad locum. D. Jameſius in vindiciis ſuis Gregorianis (pag. 137) docet in MSS noſtris Anglicanis inſcribi hanc epiſtolam Bertae reginae Anglorum, non Aldibergae, et ſequentem Adelberto vel Athelberto, non Aldiberto. H. I.

difica: ut illum retributorem habeas in caelo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipſe enim veſtrae quoque gloriae nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quaeritis et ſervatis in gentibus. Sic enim Conſtantinus quondam piiſſimus imperator Romanam rempublicam a perverſis idolorum cultibus revocans, omnipotenti Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto ſecum ſubdidit, ſeque cum ſubjectis populis tota ad Deum mente convertit. Unde factum eſt, ut antiquorum nomen principum ſuis vir ille laudibus vinceret, et tanto in opinione praedeceſſores ſuos, quanto et in bono opere ſuperaret. Et nunc itaque veſtra gloria cognitionem unius Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, regibus ac populis ſibimet ſubjectis feſtinet infundere, ut et antiquos gentis ſuae reges laudibus ac meritis tranſeat; et quanto in ſubjectis ſuis aliena peccata deterſerit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat.

Reverendiſſimus autem frater noſter Auguſtinus epiſcopus in monaſterii regula doctus, ſacrae ſcripturae ſcientia repletus, bonis, auctore Deo, operibus praeditus, quaeque vos admonet, libenter audite, devote peragite, ſtudioſe in memoria reſervate: quia ſi vos eum, qui pro omnipotente Deo loquitur, auditis, idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celerius exaudiet. Si enim, quod abſit, verba ejus poſtponitis, quando eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo vos in fervore fidei ſtringite, atque adniſum illius virtute, quam vobis divinitas tribuit, adjuvate: ut regni ſui vos ipſe faciat eſſe participes, cujus vos fidem in regno veſtro recipitis, et facitis cuſtodiri.

Praeterea ſcire [illegible] ſicut in ſcriptura ſacra ex verbis Domini omnipotentis agnoſcimus, praeſentis mundi jam terminus juxta eſt, et [illegible] eſt, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent, quae ante non fuerunt; videlicet immutationes aeris, terroreſque de caelo, et contra ordinem temporum tempeſtates, bella, fames, peſtilentiae, terraemotus per loca. Quae tamen non omnia noſtris diebus ventura ſunt, ſed poſt noſtros dies omnia ſubſequentur. Vos itaque, ſi quae ex his evenire in terra veſtra cognoſcitis, nullo modo veſtrum animum perturbetis: quia idcirco haec ſigna de fine ſeculi praemittuntur, ut de animabus noſtris debeamus eſſe ſoliciti, de mortis hora ſuſpecti, ut venturo judici in bonis actibus inveniamur praeparati. Haec nunc, glorioſe fili, paucis locutus ſum, ut cum chriſtiana fides in regno veſtro excreverit, noſtra quoque apud vos locutio latior excreſcat; ut tanto plus loqui libeat, quanto ſe in mente veſtra gaudia de gentis veſtrae perfecta converſione multiplicant. Parva autem xenia tranſmiſi, quae vobis parva non erunt, cum a vobis ex beati Petri apoſtoli fuerint benedictione ſuſcepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam ſuam, quam coepit, cuſtodiat atque perficiat; atque et hic vitam veſtram per multorum annorum curricula extendat, et poſt longa tempora in caeleſtis patriae congregatione ſuſcipiat.

Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuprema cuſtodiat, domine fili. Dat. die decima kalendarum Juliarum, imperante domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo nono, poſt conſulatum ejuſdem anno decimo octavo, indictione quarta. Id eſt, an. Chriſti 601.

[illegible]

Epiſt. LI Gregorii M. [illegible] epiſcopo, et caeteris [illegible] catholicis.

De his, qui ab haereticis [illegible] *in trinitatis* [illegible] *dicatur mater et ancilla.* [illegible] lib. 9. epiſt. 61. indict. 4.

QUIA charitati nihil longe eſt, quos dividunt loca, jungat epiſtola. Lator itaque praeſentium ad beati Petri apoſtolorum principis eccleſiam veniens, fraternitatis veſtrae ſe aſſeruit ad nos epiſtolas accepiſſe, eaſque in Hieroſolymorum urbe cum rebus quoque aliis perdidiſſe. In quibus, ſicut ipſe ait, ſtuduiſtis inquirere, ſacerdotes ac plebes, quae Neſtorianae haereſeos errore confuſae ſunt, cum ad matrem electorum omnium catholicam eccleſiam revertuntur, utrum baptizari debeant, an certe ſolius verae fidei confeſſione ejuſdem matris eccleſiae viſceribus adjungi. Et quidem ab antiqua patrum inſtitutione didicimus, ut qui apud haereſin in trinitatis nomine baptizantur, cum ad ſanctam eccleſiam redeunt, aut unctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſſione fidei ad ſinum matris eccleſiae revocentur. Unde Ariānos per impoſitionem manus occidens, per unctionem vero ſancti chriſmatis ad ingreſſum ſanctae eccleſiae catholicae oriens reformat. Monophyſitas vero et alios ex ſola vera confeſſione recipit: quia ſanctum baptiſma, quod ſunt apud haereticos conſecuti, tunc in eis vires emundationis recipit, cum vel illi per impoſitionem manus Spiritum Sanctum acceperint, vel iſti propter profeſſionem verae fidei, ſanctae et univerſalis eccleſiae viſceribus fuerint uniti. Hi vero haeretici, qui in trinitatis nomine minime baptizantur, ſicut ſunt Bonoſiani et Cataphrygae: quia et illi Chriſtum Dominum non credunt, et iſti Sanctum Spiritum perverſo ſenſu eſſe quendam pravum hominem Montanum credunt, quorum ſimiles multi ſunt, et alii tales, cum ad ſanctam eccleſiam veniunt, baptizantur: quia baptiſmum non fuit [illegible]

in ſanctae trinitatis nomine minime perceperunt. Nec poteſt hoc ipſum baptiſma iteratum dici, quod, ſicut dictum eſt, in trinitatis nomine non erat datum. Neſtoriani vero, quia in ſanctae trinitatis nomine baptizantur, ſed eos Judaicae perfidiae ſimiles, incarnationem unigeniti non credentes, ſuae haereſeos error obſcurat, ad ſanctam eccleſiam catholicam venientes, de verae fidei firmitate, et confeſſione docendi ſunt, ut unum eundemque Dei et hominis filium, Deum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum credant, ipſum exiſtentem in divinitate ante ſecula, et ipſum factum hominem in fine ſeculorum: quia "verbum caro factum eſt, et habitavit in nobis." Verbum vero carnem dicimus factum, non amittendo quod erat, ſed ſuſcipiendo quod non erat. Incarnationis enim ſuae myſterio unigenitus Patris noſtra auxit, ſua non minuit. Una itaque perſona eſt verbum et caro, ſicut ipſe ait: "nemo aſcendit in caelum, niſi qui de caelo deſcendit, filius hominis, qui eſt in caelo." Qui filius Dei in caelo, erat filius hominis qui loquebatur in terra. Hinc Joannes ait: "ſcimus quia filius Dei venit, et dedit nobis ſenſum." Qui nobis quem ſenſum dederit, illico ſubjunxit: "ut cognoſcamus verum Deum." Quem hoc loco verum Deum inſinuat, niſi Patrem omnipotentem? Sed quid etiam de omnipotente Filio ſentiat, adjungit: "et ſimus in vero ejus Filio Jeſu Chriſto." Ecce, ait, verum Deum Patrem, verum ejus Filium Jeſum Chriſtum. Quem verum Filium quid eſſe ſentiat, apertius oſtendit: "hic eſt," inquit, "verus Deus, et vita aeterna." Si igitur juxta errorem Neſtorii alius verbum, atque alius eſſet homo Jeſus Chriſtus, qui verus eſt homo, utique verus Deus non eſſet, et vita aeterna. Sed unigenitus Filius verbum ante ſecula factus eſt homo. "Hic eſt (ergo) verus Deus, et vita aeterna." Certe cum hunc ſancta virgo conceptura eſſet, et loquentem ad ſe angelum audiret, ait: "ecce ancilla Domini, fiat mihi ſicut dicis." Quae cum eum concepiſſet, et ad Elizabeth cognatam ſuam pergeret, ab eadem Elizabeth protinus audivit: "unde ego digna, ut mater Domini mei veniat ad me?" Ecce eadem virgo et ancilla Domini dicitur et mater. Ancilla enim Domini, quia verbum ante ſecula unigenitus aequalis eſt Patri; mater vero, quia in ejus viſceribus ex Sancto Spiritu ejuſque carne factus eſt homo. Nec alterius ancilla, alterius mater: quia dum unigenitus Dei exiſtens ante ſecula, ex ejus utero natus eſt homo, inveſtigabili miraculo facta eſt et ancilla hominis per divinitatem, et mater Dei per carnem. Non autem prius in utero virginis caro concepta eſt, et poſtmodum divinitas venit in carnem; ſed mox ut verbum venit in utero, mox verbum ſervata propriae virtute naturae factum eſt caro. Et perfectus homo, id eſt, in veritate carnis et animae rationalis, natus eſt per uterum virginis unigenitus Filius Dei. Unde et unctus prae participibus dicitur, ſicut pſalmiſta ait: "unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae conſortibus tuis." Unctus quippe eſt oleo, dono videlicet Spiritus Sancti. Sed prae conſortibus unctus eſt: quia omnes nos prius peccatores homines exiſtimus, et poſtmodum per unctionem Sancti Spiritus ſanctificamur. Ipſe autem qui exiſtens Deus ante ſecula, per Sanctum Spiritum in utero virginis homo conceptus eſt in fine ſeculorum, ibi ab eodem Spiritu unctus eſt, ubi conceptus. Nec ante conceptus, et poſtmodum unctus eſt, ſed hoc ipſum de Spiritu Sancto ex carne virginis concipi, a Sancto Spiritu ungi fuit.

Hanc ergo nativitatis ejus veritatem, quicunque a perverſo errore Neſtorii revertuntur, coram ſancta fraternitatis veſtrae congregatione fateantur, eundem Neſtorium cum omnibus ſequacibus ſuis, et reliquas haereſes anathematizantes. Venerandas quoque ſynodos, quas univerſalis eccleſia recipit, ſe recipere et venerari promittant, et abſque ulla dubitatione ſanctitas veſtra; ſervatis eis propriis ordinibus in ſuo coetu recipiat, ut dum et per ſolicitudinem occulta mentis eorum diſcutitis, atque eos per veram ſcientiam recta, quae tenere debeant, docetis, et per manſuetudinem eis nullam contrarietatem vel difficultatem de propriis ſuis ordinibus facitis, eos ab antiqui hoſtis ore rapiatis. Et tanto vobis apud omnipotentem Deum aeternae gloriae creſcat retributio, quanto multos colligitis, qui vobiſcum in Domino ſine fine glorientur. Sancta itaque trinitas orantes pro nobis ſua vos protectione cuſtodiat, vobiſque in amore ſuo dona adhuc multipliciora concedat.

Papae Rom.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
GREGOR. M. 3, etc.	592, etc.	ETHELBERT. 33, etc.	MAURIT. 10, etc.

Alia Gregorii M. Auguſtino epiſcopo Anglorum.

De uſu pallii, et Londonienſi et Eboracenſi eccleſia. Ex Beda l. i. c. 29. et Gregor. M. l. xii. ep. 15.

REVERENTISSIMO et ſanctiſſimo fratri Auguſtino coepiſcopo Gregorius ſervus ſervorum Dei. Cum certum ſit pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia aeterni regni praemia reſervari; nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, ut in ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione valeant multiplicius inſudare. Et quia nova Anglorum eccleſia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, et te laborante perducta eſt, uſum tibi pallii in ea ad ſola miſſarum ſolemnia agenda concedimus, ita ut per loca ſingula duodecim epiſcopos ordines, qui tuae ſubjaceant ditioni: quatenus Lundonienſis civitatis epiſcopus ſemper in poſterum a ſynodo propria debeat conſecrari, atque honoris pallium ab hac ſancta et apoſtolica, cui Deo auctore deſervio, ſede percipiat.

Ad Eburacum vero civitatem te volumus epiſcopum mittere, quem ipſe judicaveris ordinare: ita duntaxat ut ſi eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſe quoque duodecim epiſcopos ordinet, et metropolitani honore perfruatur: quia ei quoque, ſi vita comes fuerit, pallium tribuere, Domino favente, diſponimus,

nimus, quem tamen tuae fraternitatis volumus [illegible] diſpoſitioni ſubjacere.

Poſt obitum vero tuum ita epiſcopis, quos ordinaverit, praeſit, ut Lundonienſis epiſcopi nullo modo ditioni ſubjaceat. Sit vero inter Lundoniae et Eburacae civitatis epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus. Communi autem conſilio, et concordi actione quaeque ſunt pro Chriſti zelo agenda, diſponant unanimiter, recte ſentiant, et ea quae ſenſerint, non ſibimet diſcrepando perficiant.

Tua vero fraternitas non ſolum eos epiſcopos quos ordinaverit, neque hos tantummodo qui per Eburacae epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiam omnes Britanniae ſacerdotes habeat, Deo Domino noſtro Jeſu Chriſto auctore, ſubjectos: quatenus ex lingua et vita tuae ſanctitatis et recte credendi et bene vivendi formam percipiant, atque officium ſuum fide ac moribus exequentes ad caeleſtia, cum Dominus voluerit, regna pertingant.

Deus te incolumem cuſtodiat, reverentiſſime frater. Dat. die decima kalendarum Juliarum, imperante domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo nono, poſt conſulatum ejuſdem domini anno decimo octavo, indictione quarta. Id eſt, [illegible]

[illegible]
GREGOR. M. [illegible]

S. Gregorii [illegible] Anglis.

Gregorius [illegible] dantes ſolatur literis, et in rem eorum multas ſcribit epiſtolas. Ex Beda in vita et obitu Gregor. hiſt. lib. ii. c. 1.

NEC ſilentio praetereunda opinio, quae de beato Gregorio, traditione majorum, ad nos uſque perlata eſt, qua videlicet ex cauſa admonitus tam ſedulam erga ſalutem noſtrae gentis curam geſſerit. Dicunt quia die quadam, cum advenientibus nuper mercatoribus, multa venalia in forum fuiſſent conlata, multique ad emendum confluxiſſent, et ipſum Gregorium inter alios adveniſſe, ac vidiſſe inter alia pueros venales poſitos, candidi corporis, ac venuſti vultus, capillorum quoque forma egregia. Quos cum aſpiceret, interrogavit (ut aiunt) de qua regione vel terra eſſent adlati? Dictumque eſt quod de Britannia inſula, cujus incolae tales eſſent aſpectus. Rurſus interrogavit, utrum iidem inſulani chriſtiani, an paganis adhuc erroribus eſſent implicati? Dictumque eſt, quod eſſent pagani. At ille intimo ex corde longa trahens ſuſpiria: heu proh dolor, inquit, quod tam lucidi vultus homines tenebrarum auctor poſſidet, tantaque gratia frontiſpicii, mentem ab interna gratia vacuam geſtat. Rurſus ergo interrogavit: Quod eſſet vocabulum gentis illius? Reſponſum eſt, quod Angli vocarentur. At ille, bene inquit: nam et angelicam habent faciem, et tales Angelorum in caelis decet eſſe cohaeredes. Quod habet nomen ipſa provincia, de qua iſti ſunt adlati? Reſponſum eſt, quod Deiri vocarentur iidem provinciales. At ille, bene, inquit, Deiri de ira eruti, et ad miſericordiam Chriſti vocati. Rex provinciae [illegible] latur? Reſponſum eſt, quod Aella diceretur. At ille adludens ad nomen, ait: Alleluia, laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari. Accedenſque ad pontificem Romanae et apoſtolicae ſedis (nondum enim erat ipſe pontifex factus) rogavit ut genti Anglorum in Britanniam aliquos verbi miniſtros, per quos ad Chriſtum converteretur, mitteret; ſeipſum paratum eſſe in hoc opus, Domino cooperante, perficiendum, ſi tamen apoſtolico papae, hoc ut fieret, placeret. Quod dum perficere non poſſet, quia etſi pontifex concedere illi quod petierat, voluit, non tamen cives Romani, ut tam longe ab urbe recederet, potuere permittere. Mox ut ipſe pontificatus officio functus eſt, perfecit opus diu deſideratum. Alios quidem praedicatores mittens, ſed ipſe praedicationem ut fructificaret, ſuis exhortationibus ac precibus adjuvans.

Siquidem [a] anno ab incarnatione Domini quingenteſimo octogeſimo ſecundo, Mauricius ab Auguſto quinquageſimus quartus imperium ſuſcipiens, viginti et uno annis tenuit. Cujus anno regni decimo Gregorius, vir doctrina et actione praecipuus, pontificatum Romanae et apoſtolicae ſedis ſortitus, rexit annos tredecim, menſes ſex, et dies decem. Qui divino admonitus inſtinctu, anno decimo quarto ejuſdem principis, hoc eſt, Domini noſtri 596. adventus vero Anglorum in Britanniam anno circiter centeſimo quinquageſimo, miſit ſervum Dei Auguſtinum, et alios plures cum eo monachos, timentes Dominum, praedicare verbum Dei genti Anglorum. Qui cum juſſis pontificalibus ob[illegible] ſent, jamque aliquantulum itineris confeciſſent, perculſi timore inerti, redire domum potius quam barbaram, feram, incredulamque gentem, cujus ne linguam quidem noſſent, adire cogitabant; et hoc eſſe tutius communi conſilio de[illegible].

Nec mora, Auguſtinum quem eis epiſcopum ordinandum (ſi ab Anglis ſuſciperentur) diſpoſuerat, domum remittunt, qui a beato Gregorio humili ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam laborioſam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens literas, in opus eos verbi, divino confiſos auxilio, proficiſci ſuadet.

[illegible]

[a] Ex Beda hiſt. eccleſ. lib. i. c. [illegible]

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Sax.	Imperat.
GREGOR. M. 7.	AUGUSTIN. I.	596.	ETHELBERT. 37.	MAURIT. 14.

Adventus Auguſtini Anglorum epiſcopi.

Auguſtinus Britanniam advenit; ab Edilberto, ſive Ethelberto rege Cantiorum benigne excipitur; vitam et doctrinam primitivae eccleſiae imitatur; regem baptizat; et ſede epiſcopali donatur. Ex Beda lib. i. cap. 25. et ſeq.

ROBORATUS ergo confirmatione beati patris Gregorii Auguſtinus, cum famulis Chriſti, qui erant cum eo, rediit in opus verbi, pervenitque Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbertus in Cantia potentiſſimus, qui ad confinium uſque Humbrae fluminis maximi, quo meridiani et ſeptentrionales Anglorum populi dirimuntur, fines imperii tetenderat. Eſt autem ad orientalem Cantii plagam Tanatos inſula non modica, id eſt, magnitudinis juxta conſuetudinem aeſtimationis Anglorum familiarum ſexcentarum, quam a continenti terra ſecernit fluvius Vanſumu, qui eſt latitudinis circiter trium ſtadiorum, et duobus tantum in locis eſt tranſmeabilis. Utrumque enim caput protendit in mare. In hac ergo adplicuit ſervus Domini Auguſtinus, et ſocii ejus viri (ut ferunt) ferme quadraginta. Acceperunt autem, praecipiente beato papa Gregorio, de gente Francorum interpretes, et mittens ad Edilbertum, mandavit ſe veniſſe de Roma, ac nuncium ferre optimum, qui ſibi obtemperantibus aeterna in caelis gaudia, et regnum ſine fine cum Deo vivo et vero futurum, ſine ulla dubietate promitteret. Qui haec audiens, manere illos in ea, quam adierant, inſula, et eis neceſſaria miniſtrari, donec videret quid eis faceret, juſſit. Nam et antea fama ad eum chriſtianae religionis pervenerat, utpote qui et uxorem habebat chriſtianam de gente Francorum regia, vocabulo Berċta. Quam ea conditione a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis ſuae cum epiſcopo, quem ei adjutorem fidei dederant, nomine Liudhardo, inviolatum ſervare, licentiam haberet.

Poſt dies ergo venit ad inſulam rex, et reſidens ſub dio juſſit Auguſtinum cum ſociis ad ſuum ibidem advenire colloquium. Caverat enim ne in aliquam domum ad ſe introirent, vetere uſus augurio, ne ſuperventu ſuo, ſi quid maleficae artis habuiſſent, eum ſuperando deciperent. At illi non daemonica, ſed divina virtute praediti veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, et imaginem Domini ſalvatoris in tabula depictam, letaniaſque canentes pro ſua ſimul et eorum, propter quos et ad quos venerant, ſalute aeterna, Domino ſupplicabant. Cumque ad juſſionem regis reſidentes, verbum ei vitae, una cum omnibus, qui aderant, ejus comitibus praedicarent: reſpondit ille dicens, pulchra ſunt quidem verba et promiſſa quae adfertis, ſed quia nova ſunt et incerta, non his poſſum adſenſum tribuere, relictis eis quae tanto tempore cum omni Anglorum gente ſervavi. Verum quia de longe huc peregrini veniſtis, et ut ego mihi videor perſpexiſſe, ea quae vos vera et optima credebatis, nobis quoque communicare deſideraſtis: nolumus moleſti eſſe vobis, quin potius benigno vos hoſpitio recipere, et quae victui ſunt veſtro neceſſaria, miniſtrare curamus, nec prohibemus, quin omnes, quos poteſtis, fidei veſtrae religionis praedicando ſocietis.

Dedit ergo eis manſionem in civitate Dorovernenſi (quae imperii ſui totius erat metropolis) eiſque, ut promiſerat, cum adminiſtratione victus temporalis, licentiam quoque praedicandi non abſtulit. Fertur autem quia appropinquantes civitati, more ſuo, cum cruce ſancta, et imagine magni regis Domini noſtri Jeſu Chriſti, hanc letaniam conſona voce modularentur: "deprecamur te, Domine, in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus, et ira tua, a civitate iſta, et de domo ſancta tua, quoniam peccavimus: Alleluia."

At ubi datam ſibi manſionem intraverunt, coeperunt apoſtolicam primitivae eccleſiae vitam imitari; orationibus videlicet aſſiduis, vigiliis, ac jejuniis ſerviendo, verbum vitae, quibus poterant, praedicando, cuncta hujus mundi, velut aliena, ſpernendo, ea tantum, quae victui neceſſaria videbantur, ab eis, quos docebant, accipiendo, ſecundum ea, quae docebant ipſi, per omnia vivendo, et paratum ad patiendum adverſa quaeque, vel etiam ad moriendum pro ea, quam praedicabant, veritate animum habendo. Quid mora? crediderunt nonnulli et baptizabantur, mirantes ſimplicitatem innocentis vitae, ac dulcedinem doctrinae eorum caeleſtis.

Erat autem prope ipſam civitatem ad orientem eccleſia in honorem ſancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua regina, quam chriſtianam fuiſſe praediximus, orare conſueverat. In hac ergo et ipſi primo convenire, pſallere, orare, miſſas facere, praedicare, et baptizare coeperunt, donec rege ad fidem converſo, majorem praedicandi per omnia, et eccleſias fabricandi vel reſtaurandi, licentiam acciperent. At ubi ipſe etiam inter alios delectatus vita mundiſſima ſanctorum, et promiſſis eorum ſuaviſſimis, quae vera eſſe miraculorum quoque multorum oſtenſione firmaverant, credens, baptizatus eſt; coepere plures ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, unitati ſe ſanctae Chriſti eccleſiae credendo ſociare. Quorum fidei et converſioni ita congratulatus eſſe rex perhibetur, ut nullum tamen cogeret ad chriſtianiſmum, ſed tantummodo credentes arctiori dilectione quaſi concives ſibi regni caeleſtis amplecteretur. Didicerat enim a doctoribus auctoribuſque ſuae ſalutis, ſervitium Chriſti voluntarium, non coactitium eſſe debere. Nec diſtulit, quin etiam ipſis doctoribus ſuis locum ſedis, eorum gradui congruum, in Dorovernia metropoli ſua donaret, ſimul et neceſſarias in diverſis ſpeciebus poſſeſſiones conferret.

[illegible]	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
GREGOR. M. 8.	AUGUSTIN. 2.	597.	ETHELBERT. 38.	MAURIT. 15

Synodus Landavenſis *.

Synodus Landavenſis ab Oudoceo tertio Landavenſi epiſcopo convocata: qua Mouricus rex Glamorganiae ob perfidam Cynuetu interfectionem excommunicatur, etc. Ex vet. MS. Landav. eccleſiae; citante Spelmanno.

MOURICUS rex et Cynuetu convenerunt inſimul Landaviae, et praeſente Oudoceo epiſcopo juraverunt antepoſitis reliquiis ſanctorum, ut firmam pacem inter ſe tenerent. Facta juratione, poſt intervallum occidit rex Mouricus dolo Cynuetu, et poſtea epiſcopus Oudoceus convocavit omnes clericos ab hoſtio Taratyryn Guy uſque ad Tyui cum tribus abbatibus ſuis, Concen abbate Carbani vallis, Catgen abbate Ildute, Sulgen abbate Docguinni, et plena ſynodo excommunicavit regem Mouricum propter homicidium ab eo perpetratum, et propter pactum factum praeſentia ſua, et ſuper altare Petri apoſtoli et ſanctorum Dubricii et Teliavi, tranſgreſſum: et ita inclinando cruces ad terram ſimul et patriam, dimiſit ſine baptiſmo, et communione chriſtiana maledixit regem cum progenie, confirmante ſynodo et dicente: " fiant dies ejus pauci, et fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua." Et remanſit rex cum tota regione ſua ſpatio duorum annorum et eo amplius ſub eadem excommunicatione.

Poſt haec rex non potuit tam diu durantem excommunicationem tantam amplius ſuſtinere, videns perditionem animae ſuae et damnationem regni, veniam requiſivit apud ſanctum Oudoceum Landaviae, et effuſis lachrimis cum inclinato capite, et coram tribus abbatibus, Oudoceus epiſcopus impoſuit ei jugum poenitentiae ad modum qualitatis et quantitatis, commendans ei ut tribus modis emendaret apud Deum et eccleſiam Landaviae, videlicet jejunio, et oratione, et eleemoſynis.

Rex Mouricus accepto jugo poenitentiae dedit quatuor villas pro redemptione animae ſuae, et pro anima Cynuetu, eccleſiae Landaviae, et in manu Oudocei epiſcopi et omnibus ſuis ſucceſſoribus, cum tota ſua libertate, et ab omni ſervitio liberas in perpetuo, cum tota communione per patriam ſuam manentibus in his terris, in campo, et in ſylva, in paſcuis et in aqua. Prima, Ripugraenauc, II. Nantauan, III. eſt in qua occiſus eſt Cynuetu, ultra Nadauan, IIII. [illegible] eſt, a palude Elleti uſque Nadauan, id eſt, villa Gurberdh. De illis quatuor, vigintiquatuor modii terrarum.

De clericis teſtes ſunt Oudoceus epiſcopus, Concen abbas Carbani vallis, Catgan abbas Ilduti, Sulgen abbas Docunni, etc. De laicis, Mouric rex cum filio ſuo Frioc, et nepote Morcant filio Arthruis, etc.

Synodus alia Landavenſis.

Synodus alia Landavenſis [illegible] [illegible]

INSINUANDUM eſt quod S. Oudoceus cum ſua congregatione, et Concen abbas S. Catoci, et Sulgen abbas Docunni, et Catgen abbas Ilduti, cum omni ſua congregatione, et Morcant rex, et Frioc patruus ſuus venerunt omnes ad Podum S. Ilduti, et ambo Morcant rex et Frioc praeſentibus illis omnibus ſuper altare S. Ilduti antepoſitis ſanctis reliquiis juraverunt, ita ut ſimul firmam pacem inter ſe ſine dolo tenerent. Et ita tali conventione, ut ſi unus alterum occideret, aut ei dolum inferret, nullo ſe alio modo redimeret, agro nec argento, ſed regnum ſuum quietum clamaret, et vitam ſuam totam duceret in peregrinatione. Poſt multum vero temporis, ſuadente diabolo, occidit rex Morcant Frioc patruum ſuum dolo, et eo occiſo, venit rex Morcant ad Oudoceum epiſcopum, veniam requirens de perjurio facto, ſimul cum homicidio perpetrato, ad eccleſiam Landaviam.

Et audit[illegible] Oudoceus propter [illegible]num ſuarum, Concen abbatem Catoci, Sulgen abbatem Docunni, Cotgen abbatem Ilduti, cum ſuis clericis congregatis in unum in ſancta ſynodo, omnibus ab hoſtio Taratyryg Guy uſque ad hoſtium Tyui. Et venit rex cum ſenioribus Morcannuc obviam illis ad Podum Carbani vallis, ad [illegible]

Et plena ſynodus, praeſentia Oudocei epiſcopi, [illegible] ſine protegente clipeo domini naturalis, peregrinationem illius jejuniis et orationibus, et eleemoſynis redimere, ſimul cum homicidio perjurium expurgare. Et rex Morcant aſſenſu ſeniorum Morcanhuc poſuit manum ſuam ſuper quatuor evangelia et reliquias ſanctorum, tenente illa Oudoceo, et [illegible]

* [illegible] "These [illegible]" [illegible]

turum de praedicto facinore ſicut praedictum eſt, jejunio et oratione et eleemoſyna: et inſuper promittit ſe nunquam tale quid amplius facturum, et ſe in omnibus regalem juſtitiam miſericorditer acturum. Injuncta ei poenitentia ad modum facinoris, et ad illius qualitatem, quantitatem, potentiam, et data ſibi communione chriſtiana, ablata prius ſibi ab epiſcopo Oudoceo, clamavit tres congregationes Catoci, Ilduti, Docunni, liberas ab omni regali ſervitio, Deo et ſanctis Teliavo, Dubricio, Oudoceo, et omnibus ſucceſſoribus ſuis: et ita cum omni ſua dignitate et privilegio S S. Dubricii, Teliavi in perpetua conſecratione eccleſiae Landaviae, et uterem mellis, et lebetem ferreum, quae eccleſia S. Ilduti regi debebat reddere, quietam rex Morcan clamavit, etc. Fol. 74.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
GREGOR. M. 8.	AUGUSTIN. 2.	597.	ETHELBERT. 38.	MAURIT. 15.

Synodus tertia Landavenſis.

Synodus tertia ſub Oudoceo tertio Landavenſi epiſcopo, ab hoſtio Gui, uſque ad hoſtium Tiui, Landaviae congregata, qua Guidnert fratrem in cauſa regni interficiens, excommunicatus eſt. Ibidem.

SCITOTE, chariſſimi fratres, quod in tempore Oudocei epiſcopi diabolica admonitione occidit Guidnerth fratrem ſuum Merchion cauſa contentionis regni, et perpetrato homicidio, fratricida excommunicatus eſt a beato Oudoceo, et a ſynodo ſimul congregata ab hoſtio Guy uſque ad hoſtium Tivi Landaviae, et ita remanſit depoſitis crucibus ad terram ſimul, et cimbalis verſis tribus annis ſub eadem excommunicatione, et ex toto, ſine aliqua chriſtianorum communione. Finitis tribus annis requiſivit veniam apud beatum Oudoceum, et data ei venia miſit eum in peregrinationem uſque ad archiepiſcopum Dolenſem in Cornugalliam propter veteranam amicitiam et cognitionem, quam ſancti patres habuerunt anteceſſores ſui inter ſe, S. Teliaus, et S. Samſon archiepiſcopus primus Dolenſis civitatis. Et propter aliam cauſam eo quod ipſe Guidnerth, et Britones, et archiepiſcopus illius terrae eſſent unius linguae et unius nationis, quamvis dividerentur ſpatio terrarum, et tanto melius poterat renunciare ſcelus ſuum et indulgentiam requirere, cognito ſuo ſermone.

Poſt haec data ſibi remiſſione cum ſigillatis literis, redit ante caput anni ad patriam, et ad beatum Oudoceum. Et quia nondum fecerat annum, quem promiſerat in exulatu neque finierat, noluit illum abſolvere, ſed potius in eadem fieret excommunicatione, non ſervato ab eo primo jugo poenitentiae. Manente eo in eadem praevaricatione et excommunicatione, ante finem anni S. Oudoceus famoſiſſimae vitae epiſcopus Landaviae tranſivit ad Dominum. Cui ſucceſſit Berthguinus Landaviae, quem Morcant rex ſimul et Guednerth requiſierunt apud Landaviam cum multis ſenioribus Morcannuc uno ore deprecantes epiſcopum, videntes cruces adhuc depoſitas ad terram ſimul et reliquias cum cimbalis ſuper Guednerth, ut veniam daret Guednerth fratricidae, et ut ſolveret excommunicationem, elevando cruces de terra et reliquias ſanctorum.

Poſt haec Guednerth promittens emendationem vitae ſuae amplius in jejunio et oratione, et eleemoſyna, fuſis lacrimis cum magna devotione abſolutus eſt de epiſcopo, injuncta ſibi poenitentia plenaria ad modum culpae. Poſtmodum Guidnerth memor divini ſermonis; " ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum;" donavit Deo et SS. Dubricio, Teliauo et Oudoceo, et in manu Berthguini epiſcopi, et omnibus ſucceſſoribus ſuis eccleſiae Landaviae Lann, Catguala, Tye, cum omni ſua tellure, cum ſilva et cum maritimis, et cum omni ſua libertate ſine ullo cenſu homini terreno, niſi eccleſiae Landaviae, et paſtoribus ejus, et cum refugio ſuo in perpetuo. De clericis teſtes ſunt, etc. Fol. 82.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
GREGOR. M. 12.	AUGUSTIN. 6.	601.	ETHELBERT. 42.	MAURIT. 19.

Reſponſiones S. Gregorii ad Auguſtinum.

Reſponſiones S. Gregorii papae ad quaeſita per nuntios Auguſtini primi Cantuarienſis archiepiſcopi, pro naſcenti jam apud Anglo-Saxones eccleſia gubernanda. Ex Beda hiſt. eccleſiaſt. lib. i. cap. 27.

*

INTEREA vir Domini Auguſtinus venit Arelas, et ab archiepiſcopo ejuſdem civitatis Aetherio, juxta quod juſſa ſancti patris Gregorii acceperat, archiepiſcopus genti Anglorum ordinatus eſt.

* Clar. Uſſerius in MSS. notis ad locum; Praefamen hoc Bedae omitti, Gregoriique prooemium ejus loco ſubſtitui vult, uti in Pet. Crabii tom. ii. concil. Colon. ann. 1538. fol. 93. b. edit. reperitur. " Per dilectiſſimum filium meum Laurentium presbyterum, et Petrum monachum fraternitatis tuae ſcripta ſuſcepi; in quibus me de multis capitulis requirere curaſti. Sed quia praedicti filii mei podagrae me invenerunt doloribus afflictum; et cum urgerent ſe citius dimitti, ita relaxati ſunt, ut in eadem me dolorum afflictione relinquerent: ſingulis quibuſque capitulis, ut debui, latius reſpondere non valui."

Quid de his B. Gregorii reſponſionibus ad Auguſtinum ſentiendum ſit Clar. Uſſerius in notis MSS. ad locum penes rev. epiſc. Aſſaven. explicat, dicens. Libellus iſte reſponſionum (ut Beda lib. ii. hiſt. c. 1. appellat) in Gregorianorum operum editione hanc praefert ἐπιγραφὴν. " Incipit epiſtola de expoſitione diverſarum rerum B. Gregorii papae urbis Romae, quam tranſmiſit in Saxoniam tranſmarinam ad Auguſtinum, quem ipſe pro ſe ad praedicandum miſit." De eadem Bonifacius Mo-

Rever-

Reverſuſque Britanniam, miſit continuo Romam Laurentium preſbyterum, et Petrum monachum, qui beato pontifici Gregorio, gentem Anglorum fidem Chriſti ſuſcepiſſe, ac ſe epiſcopum factum eſſe, referrent. Simul et de eis, quae neceſſaria videbantur, quaeſtionibus ejus conſulta flagitans. Nec mora, congrua quaeſitui reſponſa recepit, quae etiam huic hiſtoriae noſtrae commodum duximus indere.

I. *Interrogatio beati Auguſtini epiſcopi Cantuariorum eccleſiae.*

De epiſcopis, qualiter cum ſuis clericis converſentur, vel de his quae fidelium oblationibus accedunt altario, quantae debeant fieri portiones, et qualiter epiſcopus agere in eccleſia debeat?

Reſpondit Gregorius papa urbis Romae.

Sacra ſcriptura teſtatur (quam te bene noſſe dubium non eſt) et ſpecialiter beati Pauli ad Timotheum epiſtolae, in quibus eum erudire ſtuduit, qualiter in domo Dei converſari debuiſſet. Mos autem ſedis apoſtolicae eſt, ordinatis epiſcopis praecepta tradere, ut in omni ſtipendio quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: una videlicet epiſcopo et familiae, propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta eccleſiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monaſterii regulis erudita, ſeorſum fieri non debet a clericis ſuis in eccleſia Anglorum, quae, auctore Deo, nuper adhuc ad fidem adducta eſt, hanc debet converſationem inſtituere, quae initio naſcentis eccleſiae fuit patribus noſtris, in quibus "nullus eorum, ex his quae poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia."

II. *Secunda interrogatio Auguſtini.* *

Opto enim doceri, an clerici continere non valentes, poſſint contrahere. Et ſi contraxerint, an debeant ad ſeculum redire?

Reſponſio beati Gregorii.

Si qui vero ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti [2], qui ſe continere non poſſunt, ſortiri uxores debent; et ſtipendia ſua exterius accipere. Quia et de iiſdem patribus, de quibus praefati ſumus, novimus ſcriptum, quod "dividebatur ſingulis, prout cuique opus erat:" de eorum quoque ſtipendio cogitandum atque providendum eſt, et ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, ut bonis moribus vivant, et canendis pſalmis invigilent, et ab omnibus illicitis et cor, et linguam, et corpus, Deo auctore, conſervent: communi autem vita viventibus, jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate, et adimplenda miſericordia, nobis quid erit loquendum? cum omne quod ſupereſt in cauſis piis ac religioſis erogandum eſt, Domino omnium magiſtro docente, "quod ſupereſt, date eleemoſynam, et ecce omnia munda ſunt vobis. †"

III. *Interrogatio Auguſtini.*

Cum una ſit fides, cur ſunt eccleſiarum di-

guntinus in xv [illegible] ad Nothelmum Cantuarienſem archiepiſcopum epiſtola [illegible] "D[illegible] tinentur, ut dicunt, interrogationes Auguſtini pontificis ac praedicatoris primi [illegible] pae, exemplar mihi dirigere curetis, in qua inter caetera capitula continetur [illegible] liceat matrimonia copulare, et ut [illegible] ſancti Gregorii eſſe comprobetur, annon [illegible] bus ſupradicti pontificis quae [illegible] " [illegible] clesiae eſſet presbyter, perſcrutato eodem Romanae eccleſiae ſcrinio, nonnullas ibi B. Gregorii papae ſimul et aliorum pontificum epiſtolas invenit, quas Bedae [illegible]

In vetuſtis ſane regiſtri Gregoriani MSS. [illegible] in ipſo corpore, ſed poſt regiſtrum habetur collocata. Romanis tamen editoribus ad lib. 12. indict. 7. epiſt. 31. referre placuit, cum ad indictionem [illegible] ad Virgilium Arelatenſem epiſcopum [illegible] lis in ipſo fine capitis 27. libri i. "Hucuſque reſponſiones beati Gregorii papae ad conſulta reverendiſſimi antiſtitis Auguſtini. Epiſtolam vero quam ſe Arelatenſi epiſcopo [illegible] commemorat, ad Virgilium [illegible]" Q[illegible] pſus hic ſit Beda, Virgilium [illegible] los fuiſſe [illegible] tenſis lib. ix. hiſtor. Franc. cap. 23. in Lugdunenſi vero Aetherio defuncto Secundinum epiſcopum ſucceſſiſſe teſtatur in chronico ſuo Fredegarius Scholaſticus. In regiſtro quoque Gregoriano, integro annum de quo nunc agitur decennio, et ante miſſionem Auguſtini quinquennio, inter epiſtolas menſis Junii indictionis ix. habetur 45. libri i. Virgilio Arelatenſi epiſcopo directa: et libro iv. epiſtola 50. proximo ante miſſum Auguſtinum anno alia die vi. Junii indictione xiii. data, in qua pallium eidem tranſmiſſum memoratur; itemque 52. Galliarum epiſcopis die xi. proximi menſis Auguſti a Gregorio ſcripta, de obedientia Virgilio Arelatenſis civitatis epiſcopo, [illegible] Q[illegible] one iv. et anno 601. liber regiſtri nonus duas nobis exhibet epiſtolas, quadrageſimam nonam Virgilio inſcriptam, et proxime ſequentem Aetherio die x. Julii datam: in qua utraque monachorum ab eo ad Auguſtinum tranſmiſſorum habetur commendatio. Ubi obſervare liceat hanc ad Aetherium ipſis xviii datam fuiſſe, poſt alteram illam, quam ad Virgilium ſcriptam Beda lib. i. cap. 28. commemorat, ut de epiſtola vii. et viii. libri xi. regiſtri nihil dicam, quae menſe Novembri indictione vi. anno videlicet Domini 602. Aetherium adhuc ſuperſtitem [illegible] ſucceſſorem cum Beda omnino ſtatui non poſſe.

Porro in editione operum Gregorii, quae Antverpiae anno 1572. eſt excuſa (quam et Romani editores hic ſunt ſecuti) inter ix. et x. interrogationem intruſa eſt illa Auguſtini de tranſmittendis S. Sixti reliquiis obſecratio: quae in prioribus editionibus, uti etiam in Beda et Johanne Tinmuthenſi (ejuſque exſcriptore Capgravio in vita Auguſtini) omnino non comparebat. Vetuſtus vero ille codex, ex quo deſcriptam eam fuiſſe ſignificat Jacobus Pamelius, exemplar omnino fuiſſe videtur collectionis Iſidori Mercatoris, cui veterum pontificum epiſtolas fingere et refingere ludus erat. In qua non ſolum obſecratio illa hic inſerta cernitur, ſed etiam interrogationibus et reſponſionibus hiſce omnibus praefixa legitur epiſtola, hoc habens initium: "Reverentiſſimo et ſanctiſſimo fratri Auguſtino Gregorius ſervus ſervorum Dei. Deſiderabilem mihi a te miſſus Dennal religioſus presbyter attulit nuncium, cum te ſoſpitem narravit, et ex miniſterio pro quo miſſus es (favente Deo) proficere nunciavit." Verum eam non Gregorii I. ad Auguſtinum Cantuarienſem, ſed Gregorii II. ad Bonifacium Moguntinum archiepiſcopum fuiſſe deprehendimus: reſecta tantum poſteriore parte epiſtolae, una cum [illegible], quae anno Domini 726. ſcriptam eam fuiſſe demonſtrat. Vid. epiſt. Bonifacii num. 126. Baron. [illegible] Galliae pag. 519. Haec ille.

* Haec Beda non habet, ſed reſponſiones ad 1. et 2. interrogationes [illegible] enſi. An. Dom. 1518. [2] Parte 1. di. 32. c. Si qui vero. Item 12. q. [illegible] Item 12. q. 1. c. quia tua. § ſi qui vero. [illegible]

verſae

verſae conſuetudines, et altera conſuetudo miſſarum in ſancta Romana eccleſia, atque altera in Galliarum tenetur?

Reſpondit Gregorius papa.

Novit fraternitas tua Romanae eccleſiae conſuetudinem, in qua ſe meminit nutritam [b]. Sed mihi placet, ſive in Romana, ſive in Galliarum, ſeu in qualibet eccleſia, aliquid inveniſti quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſolicite eligas, et in Anglorum eccleſia, quae adhuc ad fidem nova eſt inſtitutione praecipua, quae de multis eccleſiis colligere potuiſti, infundas. Non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſiis, quae pia, quae religioſa, quae recta ſunt, elige, et haec quaſi in faſciculum collecta, apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.

IV. *Interrogatio Auguſtini.*

Obſecro quid pati debeat, ſi quis aliquid de eccleſia furtu abſtulerit.

Reſpondit Gregorius.

Hoc [c] tua fraternitas ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia furtum perpetrant, et ſunt alii, qui hac in re ex inopia delinquunt. Unde neceſſe eſt, ut quidam damnis, quidam vero verberibus, et quidam diſtrictius, quidam autem levius corrigantur. Et cum paulo diſtrictius agitur, ex charitate agendum eſt, et non ex furore, quia ipſi hoc praeſtatur qui corrigitur, ne gehennae ignibus tradatur: ſic enim nos fidelibus tenere diſciplinam debemus, ſicut boni patres carnalibus filiis ſolent, quos et pro culpis verberibus feriunt, et tamen ipſos, quos doloribus affligunt, habere haeredes quaerunt, et quae poſſident ipſis ſervant, quos irati inſequi videntur. Haec ergo charitas in mente tenenda eſt, et ipſa modum correptionis dictat, ita ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Addes etiam, quomodo ea quae furtu de eccleſiis abſtulerint, reddere debeant. Sed abſit, ut eccleſia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, et lucra de vanis quaerere.

V. *Interrogatio Auguſtini.*

Si debeant duo germani fratres ſingulas ſorores accipere, quae ſunt ab illis longa progenie generatae?

Reſpondit Gregorius.

Hoc fieri modis omnibus licet. Nequaquam enim in ſacris eloquiis invenitur, quod huic capitulo contradicere videatur.

VI. *Interrogatio Auguſtini.*

Uſque ad quotam generationem fideles debeant cum propinquis ſibi conjugio copulari? Et novercis et cognatis ſi liceat copulari conjugio?

Reſpondit Gregorius.

Quaedam terrena lex in Romana republica permittit, ut ſive frater et ſoror, ſeu duorum fratrum germanorum, vel duarum ſororum filius et filia miſceantur. Sed experimento didicimus, ex tali conjugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. Et ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde neceſſe eſt, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium licenter ſibi jungi debeat. Nam ſecunda, quam praediximus, a ſe omni modo debet abſtinere. Cum noverca autem miſcere grave eſt facinus: quia et in lege ſcriptum eſt, " [d] turpitudinem patris tui non revelabis:" Neque enim patris turpitudinem filius revelare poteſt: ſed quia ſcriptum eſt, " [e] erunt duo in carne una," qui turpitudinem novercae, quae una caro cum patre fuit, revelare praeſumpſerit, profecto patris turpitudinem revelavit. Cum cognata quoque miſcere prohibitum eſt: quia per conjunctionem priorem caro fratris fuerit facta. Pro qua re etiam Johannes baptiſta capite truncatus eſt, et ſancto martyrio conſummatus. Cui non eſt dictum, ut Chriſtum negaret, et pro Chriſti confeſſione occiſus eſt; ſed quia iſdem Dominus noſter Jeſus Chriſtus dixerat, " [f] ego ſum veritas," quia pro veritate Johannes occiſus eſt, videlicet et pro Chriſto ſanguinem fudit.

VII. *Interrogatio Auguſtini* [g].

Declarari poſco an ſi turpiter conjunctis ſit indicenda ſeparatio, et ſacrae communionis deneganda oblatio?

Reſponſio beati Gregorii papae.

Quia vero ſunt multi in Anglorum gente, qui dum adhuc in infidelitate eſſent, huic nefando conjugio dicuntur admixti, ad fidem venientes admonendi ſunt, ut ſe abſtineant, et grave hoc eſſe peccatum cognoſcant, tremendum Dei judicium timeant, ne pro carnali dilectione tormenta aeterni cruciatus incurrant. Non tamen pro hac re ſacri corporis ac ſanguinis Domini communione privandi ſunt, ne in eis illa ulciſci videamur, in quibus ſe per ignorantiam ante lavacrum baptiſmatis aſtrinxerunt. In hoc enim tempore ſancta eccleſia quaedam per fervorem corrigit, quaedam per manſuetudinem tolerat, quaedam per conſiderationem diſſimulat, atque ita portat et diſſimulat, ut ſaepe malum quod averſatur portando et diſſimulando compeſcat. Omnes autem, qui ad fidem veniunt, admonendi ſunt, ne tale aliquid audeant perpetrare. Si qui autem perpetraverint, corporis et ſanguinis Domini communione privandi ſunt, quia ſicut in his qui per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda eſt, ita in his fortiter inſequenda, qui non metuunt ſciendo peccare.

VIII. *Interrogatio Auguſtini.*

Si longinquitas itineris magna interjaceat, ut epiſcopi non facile valeant convenire, an debeat

[b] Diſt. 32. c. novit. [c] 12. q. 2. ca. fraternitas. [d] Levit. xviii. 7. [e] Gen. ii. 24. [f] Joh. xiv. 6.
[g] Interrogatio haec non eſt in Beda, ſed ut ſupra ex editione vet. Pariſienſi edita. Haec SPELM.

ſine aliorum epiſcoporum praeſentia epiſcopus ordinari?

Reſpondit Gregorius.

Et quidem in Anglorum eccleſia, in qua adhuc ſolus tu epiſcopus inveniris, ordinare epiſcopum non aliter, niſi ſine epiſcopis potes. Nam quando de Galliis epiſcopi veniunt, qui in ordinatione epiſcopi teſtes aſſiſtant? Sed fraternitatem tuam ita volumus epiſcopos ordinare[h], ut ipſi ſibi epiſcopi longo intervallo minime disjungantur, quatenus nulla ſit neceſſitas, ut in ordinatione epiſcopi, alii convenire non poſſint. Paſtores quoque alii quorum praeſentia valde eſt utilis, facile debeant convenire. Cum igitur, auctore Deo, ita fuerint epiſcopi in propinquis ſibi locis ordinati per omnia, epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus vel quatuor epiſcopis fieri non debet. Nam in ipſis rebus ſpiritalibus, ut ſapienter et mature diſponantur, exemplum trahere a rebus etiam carnalibus poſſumus. Certe enim dum conjugia in mundo celebrantur, conjugati quique convocantur; ut qui in via jam conjugii praeceſſerunt, in ſubſequentis quoque copulae gaudio miſceantur. [illegible] in hac ſpiritali ordinatione, qua per ſacrum miniſterium homo Deo conjungitur, tales conveniant, qui vel in provectu ordinati epiſcopi gaudeant, vel pro ejus cuſtodia omnipotenti Deo preces pariter fundant.

IX. *Interrogatio Auguſtini.*

Qualiter debemus cum Galliarum Britanniarumque epiſcopis agere[i]?

Reſpondit Gregorius.

In Galliarum epiſcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus: quia ab [illegible] meorum temporibus pallium Arelatenſis epiſcopus accepit, quem nos privare auctoritate percepta minime debemus. Si igitur contingat, ut fraternitas tua ad Galliarum provinciam tranſeat, cum eodem Arelatenſi epiſcopo debet agere, qualiter (ſi qua ſunt in epiſcopis vitia) corrigantur. Qui ſi forte in diſciplinae vigore tepidus exiſtat, tuae fraternitatis zelo accendendus eſt. Cui etiam epiſtolas fecimus, ut cum tuae ſanctitatis praeſentia in Galliis et ipſe tota mente ſubveniat, et quae ſunt creatoris noſtri juſſioni contraria, ab epiſcoporum moribus compeſcat. Ipſe autem extra auctoritatem propriam epiſcopos Galliarum judicare non poteris; ſed ſuadendo, blandiendo, bona quoque opera eorum imitationi monſtrando, pravorum mentes ad ſanctitatis ſtudia reforma. Quia ſcriptum eſt in lege: "[k] per alienam meſſem tranſiens, falcem mittere non debet: ſed manu ſpicas conterere et manducare." Falcem enim judicii mittere non potes in ea ſegete, quae alteri videtur eſſe commiſſa: ſed per affectum boni operis frumenta dominica vitiorum ſuorum paleis exſpolia, et in eccleſiae corpore monendo et perſuadendo, quaſi mandendo converte. Quicquid vero ex auctoritate agendum eſt, cum praedicto Arelatenſi epiſcopo agatur, ne [illegible] quod antiqua patrum inſtitutio invenit. Britanniarum vero omnes epiſcopos tuae fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi perſuaſione roborentur, perverſi auctoritate corrigantur.

Obſecratio Auguſtini[l].

Obſecro ut reliquiae ſancti Sixti martyris nobis tranſmittantur.

[illegible]

Fecimus quod petiſti, quatenus populus, qui in [illegible] ſancti Sixti [illegible] dixerunt venerari: quod tuae fraternitati nec verum nec veraciter ſanctum videtur, certa ſanctiſſimi et probatiſſimi martyris beneficia ſuſcipiens, colere incerta non debeat. Mihi tamen videtur, quia ſi corpus, quod a populo cujuſdam martyris eſſe creditur, nullis illis miraculis coruſcat, et neque aliqui de antiquioribus exiſtunt, qui ſe a parentibus paſſionem ejus audiſſe fateantur: ita reliquiae quas petiſti, ſeorſum condendae ſunt, ut locus, in quo praefatum corpus jacet, modis omnibus obſtruatur, nec permittatur populus certum deſerere, et incertum venerari.

X. *[illegible]*

[illegible] quam genuerit, poſt quantum tempus poſſit eccleſiam intrare? Aut etiam ne morte praeoccupetur, quod genuerit poſt quot dies hoc liceat ſacri baptiſmatis ſacramenta percipere? Aut poſt quantum temporis huic vir ſuus poſſit in carnis [illegible] tudine tenetur, an eccleſiam intrare ei liceat? Aut ſacrae communionis ſacramenta percipere? Aut vir ſuae conjugi permixtus, priuſquam lavetur aqua, ſi eccleſiam poſſit intrare; vel etiam ad [illegible] Quae omnia rudi Anglorum genti oportet haberi comperta.

Reſpondit Gregorius.

[illegible] quiſitam, cui jam & reſponſum reddidiſſe me arbitror. Sed hoc quod ipſe dicere et ſentire potuiſti, credo quia mea apud te volueris reſponſione firmari. Mulier etenim praegnans cur non debeat baptizari, cum non ſit ante omnipotentis Dei oculos culpa aliqua foecunditas carnis? Nam cum primi parentes noſtri in paradiſo deliquiſſent, immortalitatem, quam acceperant, recto Dei judicio perdiderunt. Quia itaque iſdem omnipotens Deus humanum genus pro culpa ſua funditus extinguere noluit, et immortalitatem homini pro peccato ſuo abſtulit: et tamen pro benignitate ſuae pietatis, foecunditatem ei ſobolis reſervavit. Quod ergo naturae humanae ex omnipotentis Dei dono ſervatum eſt, qua ratione poterit a ſacri baptiſmatis gratia prohiberi? In illo quippe myſterio, in quo omnis culpa funditus extinguitur, valde ſtultum eſt, ſi donum gratiae contradicere poſſe videatur. Cum vero[m] enixa fuerit mulier, poſt quot dies debeat eccle-

[h] [illegible] [i] [illegible] [l] Haec non ſunt in Beda, [illegible]

ſiam intrare, teſtamenti veteris praeceptione manifeſtum eſt, quod ita habet: "[n] mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuae. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium, donec impleantur dies purgationis ſuae. Sin autem foeminam pepererit, ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuae." Quod tamen ſciendum eſt, quia in myſterio accipitur. Nam ſi hora eadem qua genuerit, actura gratias intret eccleſiam, nullo peccati pondere gravatur. Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa eſt. In carnis autem commixtione voluptas eſt, nam in polis prolatione gemitus. Unde et ipſi primae matri omnium Dei praeceptum tranſgreſſae dictum eſt: "[o] multiplicabo aerumnas tuas, et conceptus tuos, et in doloribus paries." Si itaque enixam mulierem prohibemus eccleſiam intrare, ipſam ei poenam ſuam in culpam deputamus.

Baptizare autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, ſi mortis periculo urgetur, vel ipſam hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur eadem qua natum eſt, nullo modo prohibetur: quia ſancti myſterii gratia ſicut viventibus atque diſcernentibus cum magna diſcretione providenda eſt; ita his quibus mors imminet, ſine ulla dilatione proferenda eſt, ne, dum adhuc tempus ad praebendum redemptionis myſterium quaeritur, interveniente paululum mora, inveniri non valeat qui redimatur.

Ad ejus vero concubitum vir ſuus accedere non debet, quoadusque qui gignitur, ablactatur. Prava autem in conjugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eoſque aliis mulieribus ad nutriendum tradant. Quod videlicet ex ſola cauſa incontinentiae videtur inventum: quia dum ſe continere nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. Hae itaque quae filios ſuos ex prava conſuetudine aliis ad nutriendum tradunt, niſi purgationis tempus tranſierint, viris ſuis non debent admiſceri: quippe quia et ſine partus cauſa, cum in ſuetis menſtruis detinentur, viris ſuis miſceri prohibentur, ita ut morte lex ſacra feriat, ſi quis vir ad menſtruatam mulierem accedat. Quae tamen mulier dum conſuetudinem menſtruam patitur, prohiberi eccleſiam intrare non debet: quia ei naturae ſuperfluitas in culpam non valet reputari, et per hoc quod invita patitur, juſtum non eſt ut ingreſſu eccleſiae privetur. Novimus namque quod mulier, quae fluxum patiebatur ſanguinis, poſt tergum Domini humiliter veniens, veſtimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea ſtatim ſua infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit Domini veſtimentum tangere[p], cur quae menſtruum ſanguinis patitur, ei non liceat Domini eccleſiam intrare? Sed dices, illam infirmitas compulit; has vero, de quibus loquimur, conſuetudo conſtringit. Perpende autem, frater chariſſime, quia omne quod in hac mortali carne patimur ex infirmitate naturae, eſt digno Dei judicio poſt culpam ordinatum. Eſurire namque, ſitire, aeſtuare, algere, laceſſere, ex infirmitate naturae eſt. Et quid eſt aliud contra famem alimenta, contra ſitim potum, contra aeſtum auras, contra frigus veſtem, contra laſſitudinem requiem quaerere, niſi medicamentum quidem contra aegritudines explorare? Foeminae itaque et menſtruus ſui ſanguinis fluxus aegritudo eſt. Si igitur bene praeſumpſit, quae veſtimentum Domini in languore poſita tetigit, quod uni perſonae infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quae naturae ſuae vitio infirmantur?

Sanctae autem communionis myſterium in iiſdem diebus percipere, non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non praeſumit, laudanda eſt. Sed ſi perceperit, non judicanda. Bonarum quippe mentium eſt, et ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt: quia ſaepe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. Unde etiam cum eſurimus, ſine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum eſt ut eſuriamus. Menſtrua enim conſuetudo mulieribus non aliqua culpa eſt, videlicet quae naturaliter accedit: ſed tamen quod natura ipſa ita vitiata eſt, ut etiam ſine voluntatis ſtudio videatur eſſe polluta, ex culpae venit vitio, in quo ſe ipſam qualis per judicium facta ſit humana natura, cognoſcat, ut homo qui culpam ſponte perpetravit, reatum culpae portet invitus. Atque ideo foeminae, cum ſemetipſas conſiderant et ſi in menſtrua conſuetudine, ad ſacramentum Dominici corporis et ſanguinis accedere non praeſumant, de ſua recta conſideratione laudandae ſunt. Dum vero percipiendi ex religioſae vitae conſuetudine ejuſdem myſterii amore rapiuntur, reprimendae (ſicut praediximus) non ſunt. Sicut enim in veteri teſtamento exteriora opera obſervabantur, ita in teſtamento novo, non tam quod exterius agitur, quam id quod interius cogitatur, ſolicita intentione attenditur, ut ſubtili ſententia puniatur. Nam cum multa lex, velut immunda, manducare prohibeat, in evangelio tamen Dominus dicit: "[q] non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quae exeunt de ore, illa ſunt quae coinquinant hominem." Atque paulo poſt ſubjecit exponens: "[r] ex corde exeunt cogitationes malae." Ubi ubertim indicatum eſt, quia illud ab omnipotente Deo pollutum eſſe in opere oſtenditur, quod ex pollutae cogitationis radice generatur. Unde Paulus quoque apoſtolus dicit: "[s] omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil eſt mundum." Atque mox ejuſdem cauſam coinquinationis annuncians, ſubjungit: "[t] coinquinata ſunt enim et mens eorum et conſcientia." Si ergo ei cibus immundus non eſt, cui mens immunda non fuerit, cur quod munda mente mulier ex natura patitur, ei in immunditiam reputetur? Vir autem cum propria conjuge dormiens, niſi lotus aqua, intrare eccleſiam non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet. Lex autem veteri populo praecepit, ut mixtus vir mulieri et lavari aqua debeat, et ante ſolis occaſum eccleſiam non intrare, quod tamen intelligi ſpiritualiter poteſt: quia mulieri vir miſcetur, quando illicitae concupiſcentiae animus in cogitatione per delectationem conjungitur. Quia niſi prius ignis concupiſcentiae a mente deferveat,

[n] Levit. 12. 4. 5. [o] Gen. 3. 16. [p] Mat. 9. 20. [q] Mat. 15. 17. [r] Ibidem. [s] Tit. 1. 15. [t] Ibidem.

ſerveat, dignum ſe congregatione fratrum aeſtimare non debet, qui ſe gravari per nequitiam pravae voluntatis videt. Quamvis de hac re diverſae hominum nationes diverſa ſentiant, atque alia cuſtodire videantur: Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus uſus fuit, poſt admixtionem propriae conjugis, et lavacri purificationem quaerere, et ab ingreſſu eccleſiae paululum reverenter abſtinere. Nec haec dicentes culpam deputamus eſſe conjugium; ſed quia ipſa licita admixtio conjugis ſine voluptate carnis fieri non poteſt, a ſacri loci ingreſſu abſtinendum eſt: quia voluptas ipſa eſſe ſine culpa nullatenus poteſt. Non enim de adulterio, ſive fornicatione, ſed de legitimo conjugio natus fuerat, qui dicebat: "[u] ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, et in peccatis concepit me mater mea." Qui enim in iniquitatibus conceptum ſe noverat, in delicto ſe natum gemebat: quia portat arbor in ramo humorem vitii, quem traxit ex radice. In quibus tamen verbis non admixtionem conjugum iniquitatem nominat, ſed ipſam videlicet voluptatem admixtionis. Sunt etenim multa quae licita probantur eſſe ac legitima, et tamen in eorum actu aliquatenus foedamur, ſicut ſaepe iraſcendo culpas inſequimur, et tranquillitatem in nobis animi perturbamus: et cum rectum ſit quod agitur, non eſt tamen approbabile, quod in eo animus perturbatur. Contra vitia quippe delinquentium iratus fuerat, qui dicebat: "[w] turbatus eſt prae ira oculus meus." Quia enim non valet niſi tranquilla mens in contemplationis ſe lucem ſuſpendere, in ira ſuum oculum turbatum dolebat. Quia dum male acta deorſum inſequitur confundi tamen atque turbari a ſummorum contemplatione cogebatur. Et laudabilis ergo eſt ira contra vitium, et tamen moleſta, qua turbatum ſe aliquem reatum incurriſſe aeſtimabat.

Oportet itaque legitimam carnis copulam, ut cauſa prolis ſit, non voluptatis; et carnis commixtio, creandorum liberorum ſit gratia, non ſatisfactio vitiorum. Si quis vero ſua conjuge, non cupidine voluptatis raptus, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur, iſte profecto, ſive de ingreſſu eccleſiae, ſive de ſumendo Dominici corporis ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt judicio relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. Cum vero non amor procreandae ſobolis, ſed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent conjuges etiam de ſua commixtione quod defleant. Hoc enim eis concedit ſancta praedicatio, et tamen de ipſa conceſſione metu animum concutit. Nam cum Paulus apoſtolus diceret: "[x] qui ſe continere non poteſt, habeat uxorem ſuam," ſtatim ſubjungere curavit, "hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium." Non enim indulgetur quod licet, quia juſtum eſt. Quod igitur indulgere dixit, culpam eſſe demonſtravit. Vigilanti vero mente penſandum eſt, quod in Sina monte Dominus ad populum locuturus, prius eundem populum abſtinere a mulieribus praecepit. Et ſi illuc ubi Dominus per creaturam ſubditam hominibus loquebatur, tanta proviſione eſt munditia corporis requiſita, ut qui verba Dei perciperent, mulieribus mixti non eſſent, quanto magis mulieres quae corpus Domini omnipotentis accipiunt, cuſtodire in ſe munditiam carnis debent, ne ipſa inaeſtimabilis myſterii magnitudine graventur. Hinc etiam ad David de pueris ſuis per ſacerdotem dicitur, ut ſi a mulieribus mundi eſſent, panes propoſitionis acciperent, quos omnino non acciperent, niſi prius mundos eos David a mulieribus fateretur. Tunc autem vir qui poſt admixtionem conjugis lotus aqua fuerit, etiam ſacrae communionis myſterium valet accipere, cum ei juxta praefinitam ſententiam etiam eccleſiam licuerit intrare.

XI. *Interrogatio Auguſtini.*

Si poſt illuſionem, quae per ſomnium ſolet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat, vel ſi ſacerdos ſit, ſacra myſteria celebrare?

Reſpondit Gregorius.

Hunc quidem teſtamentum veteris legis, ſicut in ſuperiori capitulo jam diximus, pollutum dicit, et niſi lotum aqua ei uſque ad veſperam intrare eccleſiam non concedit. Quod tamen aliter populus ſpiritalis intelligens, ſub eodem intellectu accipiet quo praefati ſumus: quia quaſi per ſomnium illuditur, qui tentatus immunditia veris imaginibus in cogitatione inquinatur, ſed lavandus eſt aqua, ut culpas cogitationis lachrymis abluat. Et niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi uſque ad veſperam cognoſcat. Sed eſt in eadem illuſione valde neceſſaria diſcretio, quae ſubtiliter penſari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturae ſuperfluitate et infirmitate; aliquando ex cogitatione contingit ita. Et quidem cum ex naturae ſuperfluitate vel infirmitate evenerit, omnimodo haec illuſio non eſt timenda: quia hanc animum neſcientem pertuliſſe magis dolendum eſt, quam feciſſe. Cum vero ultra modum appetitus gulae in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen uſque ad prohibitionem percipiendi ſancti myſterii, vel miſſarum ſolemnia celebrandi. Cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhiberi myſterium (pro eo quod ſacerdos alius in loco deeſt) ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alii qui implere miniſterium valeant, illuſio pro crapula facta, a perceptione ſacri myſterii prohibere non debet: ſed ab immolatione ſacri myſterii abſtinere (ut arbitror) humiliter debet, ſi tamen dormientis mentem turpi imaginatione non concuſſerit. Nam ſunt quibus ita plerumque illuſio naſcitur, ut eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus turpibus imaginationibus non foedetur. Qua in re unum ibi oſtenditur, ipſa mens rea, non tamen vel ſuo judicio libera, cum ſe, etſi dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluviem cecidiſſe: ſin vero ex turpi cogitatione

[u] Pſal. L. 6. [w] Pſal. vi. [illegible] [x] 1 Cor. [illegible]

vigilantis

vigilantis oritur illuſio dormientis, patet animo reatus ſuus. Videt enim a qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitavit ſciens, hoc pertulit neſciens.

Sed penſandum eſt, ipſa cogitatio utrum ſuggeſtione, an delectatione, vel, quod majus eſt, peccati conſenſu acciderit. Tribus etenim modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum. Quia et primam culpam ſerpens ſuggeſſit, Eva velut caro delectata eſt, Adam vero velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, ut inter ſuggeſtionem atque delectationem, inter delectationem et conſenſum, judex ſui animus praeſideat. Cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodo perpetratum non eſt. Cum vero delectari caro coeperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem etiam ex deliberatione conſentit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, in conſenſu perfectio. Et ſaepe contingit, ut hoc quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen anima eidem delectationi conſentiat. Et cum caro delectari ſine animo nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquomodo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, ne conſentiat, et tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Unde et ille caeleſtis exercitus praecipuus miles gemebat dicens: "[y] video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae eſt in membris meis." Si autem captivus erat, minime pugnabat, ſed etſi pugnabat, quare captivus erat? Repugnabat igitur legi mentis, cui lex quae in membris eſt repugnabat. Si autem pugnabat, captivus non erat. Ecce itaque homo eſt (ut ita dixerim) captivus et liber. Liber ex juſtitia quam diligit, captivus ex delectatione quam portat invitus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
GREGOR. M. 12.	AUGUSTIN. 6.	601.	ETHELBERT. 42.	MAURIT. 19.

*Synodus Wigornienſis**. Ex Beda l. 2. H. E. c. 2.

INTEREA Auguſtinus, adjutorio uſus Edilberti regis, convocavit ad ſuum colloquium epiſcopos ſive doctores proximae Britonum provinciae, in loco qui uſque hodie lingua Anglorum Auguſtinaes ac, id eſt, robur Auguſtini in confinio Huicciorum et occidentalium Saxonum

[y] Rom. vii. 23.

* Synodus ab Auguſtino primo Doroberniae ſeu Cantuariae archiepiſcopo, Ethelberti regis ope convocata ad Auguſtineſ-ac locum in Wigornia, unde et ipſa ſynodus Wigornenſis alias appellatur: praeſentibus praeter Auguſtinum et Romanum ſuum clerum, epiſcopis ſeptem, et doctoribus plurimis Britannicis, duabus ſcil. ſeſſionibus. In quibus, Auguſtinus primo poſcit obedientiam Romanae eccleſiae: poſtea ut Britones ſint Romanis conformes in tribus iſtis. 1. In paſchate celebrando. 2. In baptiſmo miniſtrando. 3. In praedicando Anglo-Saxonibus.

In hac Synodo, quam Spelmannus Pambritannicam appellat, non ſolum Saxones ſub Auguſtino et Romanis ſuis, ſed et Britannorum multitudo, Scoti etiam et Pictorum nonnulli de paſchate litigantes congregati ſunt. (Sigeb. an. 602. Hunt. lib. 3.) Nomina aſſidentium in prima ſeſſione ignorantur: in ſecunda affuiſſe perhibentur (antiq. Brit. Baleus in Dinot.) ſeptem hi Britannici epiſcopi. Herefordenſis. Tavenſis, alias Llan-tavenſis, q. eccleſia Tavenſis. Paternenſis. Banchorienſis. Cluienſis, alias Eluienſis. Uniacenſis, alias Wiccenſis. Morganenſis.

Nulla hic mentio archiepiſcopi Menevenſis, qui antiquiori plerumque titulo Caerlegionis epiſcopus et archiepiſcopus nuncupatus eſt. Septem enim his epiſcopis praefuiſſe dicitur, ordinationeſque, more Aſiatico, eiſdem contuliſſe. Ad ſynodum tamen ideo forte non venit, ne metropoliticam ſuam dignitatem, peregrino, in provincia ſua, contra canones ſubderet metropolitano. Diſceſſerat ante haec dignitas a Caerlegione ad Landaviam ſub Dubritio primo Landavenſis eccleſiae (quae hic Tavenſis dicitur) archiepiſcopo, anno Chriſti 512. et mox item a Landavia ad Meneviam cum S. Davide proximo ejus ſucceſſore annos plus minus 80. ante iſtam Auguſtini ſynodum, tranſlationi aſpirante Arthuro rege invictiſſimo: ſed retento pariter Caerlegionis titulo. Haec per tranſennam, dum minus liqueat quinam eſſent tres iſti epiſcopatus, Paternenſis, Cluienſis et Morganenſis. Scribi Godwinus ſuſpicatur Morganenſis pro Menevenſis. Ego facile non aſſentior, cum praeter 7. hos epiſcopatus, archiepiſcopum habuiſſe perhibetur Cambria: cujus prima ſedes in urbe legionum ſuper Oſcam fluvium in Glamorgantia, poſterior in Menevia (ut praediximus) collocata eſt. Ad hanc ſynodum (inquit, reor, e Lelando Baleus) vocati venerunt Britannorum epiſcopi ſeptem. Nam illis diebus ſub Menevenſi metropolitano ad eum numerum, Aſiaticorum more, principales eccleſias cum ordinationibus habebant: quorum tunc erant nomina, Herefortenſis, Tavenſis, Paternenſis, Banchorenſis, Eluienſis, Wiccenſis, et Morganenſis. Haec ille. Num quis igitur Menevenſem archiepiſcopum et provinciae metropolitem ſub aliquo ſuffraganeorum ſuorum nomine larvatum putet, aut detrudi eos inter ad locum infimum?

Adierat praeterea et ad hanc eandem ſynodum celeberrimi monaſterii Banachorenſis abbas celeberrimus Dionotus (alias Dinochus et Dunetus) et e ſeptemplici conventu ejus qui in ſingulis partibus 300. vel eo ſupra continebat monachos, doctorum grandis numerus. "Inter quos" (Baleum iterum audis) "Dionotus omnium primus graviter et docte de non approbanda apud eos Romanorum auctoritate diſputabat. Fortiter praeterea tuebatur Menevenſis archiepiſcopi in eccleſiarum ſuarum rebus ratam juriſdictionem: concludens non eſſe in Britannorum commodum futurum, in communionem admittere vel Romanorum faſtum, vel cognitam Anglo-Saxonum tyrannidem."

Ranulphus Ceſtrenſis hanc ſynodum ponit in anno Dom. 599. Angelocrator in anno 601. Sigebertus et Baleus in 602. Wigornenſis in 603. Ego potius annum 601. amplector, tum quod Auguſtinus antea non acceperat archiepiſcopatus pallium: quo in Britones Cambriam habitantes, et ſuum habentes archiepiſcopum, juriſdictionem exerceret: tum quod immediate poſt acceptionem pallii (ut e Beda intelligitur) hanc indixit ſynodum; de ea autem ſic Sigebertus in an. 602. "Auguſtinus epiſcopus Anglorum, habita ſynodo cum Brittonum et Scottorum epiſcopis, qua ſacerdotes et monachos invenit adverſarios aequitatis quos voluit habere ſocios praedicationis, terruit eos vaticinio futurae ſuper eos calamitatis.

Synodi etiam locus perperam hic editur Auguſtineizat pro Auguſtinſ-ac, id eſt, janua Auguſtini, pro robore vel quercu Auguſtini: [ita legunt et antiquiſſima MSS. exemplaria Auguſtineſac, id eſt, Robur Auguſtini, quod Anglicani illius interpretes Auguſtines ſtrengthe inepte reddiderunt. Haec USSER.] et in dubio eſt, an de arbore dicitur, an de villa. Antiqui enim moris fuit ſub dio convenire. Nec jam aliter (reor) nam ſub tecto metuebant Britones faſcinari, ut e Beda lib. 1. c. 25. lib. 8. cap. 17. et 19. ſupra videas in conventu Ethelberti regis cum hoc ipſo Auguſtino. Quercum tamen appellat Sozomenus locum ubi conſcripta erat ſynodus a Theophilo contra Johannem Chryſoſtomum, cum eſſet Chalcedonis ſuburbium. "Ad quercum" (inquit)

appellatur; coepitque eis fraterna admonitione ſuadere, ut pace catholica ſecum habita, communem evangelizandi gentibus pro Domino laborem ſuſciperent: non enim paſchae dominicum diem ſuo tempore, ſed a quarta decima uſque ad viceſimam lunam obſervabant. Quae computatio octoginta quatuor annorum circulo continetur. Sed et alia plurima unitati eccleſiaſticae contraria faciebant. Qui cum longa diſputatione habita, neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Auguſtini ac ſociorum ejus aſſenſum praebere voluiſſent, ſed ſuas potius traditiones univerſis, quae per orbem ſibi in Chriſto concordant eccleſiis, praeferrent, ſanctus pater Auguſtinus hunc laborioſi atque longi certaminis finem fecit, ut diceret: obſecremus Deum, qui habitare facit unanimes in domo Patris ſui, ut ipſe nobis inſinuare caeleſtibus ſignis dignetur, quae ſequenda traditio, quibus ſit viis ad ingreſſum regni illius properandum. Adducatur aliquis aeger, et per cujus preces fuerit curatus, hujus fides et operatio Deo devota atque omnibus ſequenda credatur. Quod cum adverſarii, inviti licet, concederent, allatus eſt quidam de genere Anglorum, oculorum luce privatus, qui cum oblatus Britonum ſacerdotibus nil curationis vel ſanationis horum miniſterio perciperet, tandem Auguſtinus juſta neceſſitate compulſus flectit genua ſua ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, deprecans ut viſum caeco, quem amiſerat, reſtitueret, et per illuminationem unius hominis corporalem, in plurimorum corde fidelium ſpiritalis gratiam lucis accenderet. Nec mora, illuminatur caecus, ac verus ſummae lucis praeco ab omnibus praedicatur Auguſtinus. Tum Britones confitentur quidem intellexiſſe ſe, veram eſſe viam juſtitiae, quam praedicaret Auguſtinus, ſed non ſe poſſe abſque ſuorum conſenſu ac licentia priſcis abdicare moribus.

Unde poſtulabant, ut ſecundo ſynodus pluribus advenientibus fieret. Quod cum eſſet ſtatutum, venerunt (ut perhibent) ſeptem Britonum epiſcopi, et plures viri doctiſſimi, maxime de nobiliſſimo eorum monaſterio, quod vocatur lingua Anglorum "Bancornaburg," cui tempore illo Dinooth abbas praefuiſſe narratur, qui ad praefatum ituri concilium, venerunt primo ad quendam virum ſanctum ac prudentem, qui apud eos anachoriticam ducere vitam ſolebat, conſulentes an ad praedicationem Auguſtini ſuas deſerere traditiones deberent: qui reſpondebat: ſi homo Dei eſt, ſequimini illum. Dixerunt: et unde hoc poſſumus probare? At ille, Dominus, inquit, ait: "tollite jugum meum ſuper vos, et diſcite a me, quia mitis ſum, et humilis corde." Si ergo Auguſtinus ille mitis eſt, et humilis corde, credibile eſt, quia jugum Christi et ipſe portat, et nobis portandum offerat. Sin autem immitis ac ſuperbus eſt, conſtat quia non eſt de Deo, neque nobis ejus ſermo curandus eſt. Qui rurſus aiebant: et unde vel hoc dignoſcere valemus? Procurate, inquit, ut ipſe prior cum ſuis ad locum ſynodi adveniat, et ſi vobis appropinquantibus aſſurrexerit, ſcientes quia famulus Chriſti eſt, obtemperanter illum audite. Sin autem vos ſpreverit, nec coram vobis aſſurgere voluerit, cum ſitis numero plures, et ipſe ſpernatur a vobis. Fecerunt ut dixerat. Factumque eſt ut venientibus illis ſederet Auguſtinus in ſella. Quod illi videntes, mox in iram converſi ſunt; eumque notantes ſuperbiae, cunctis quae dicebat contradicere laborabant.

Dicebat autem eis, quia in multis quidem noſtrae conſuetudini, imo univerſalis eccleſiae contraria geritis: et tamen ſi in tribus his mihi obtemperare vultis, ut paſcha ſuo tempore celebretis: ut miniſterium baptizandi, quo Deo renaſcimur, juxta morem ſanctae Romanae et apoſtolicae eccleſiae compleatis: ut genti Anglorum una nobiſcum verbum Domini praedicetis. Caetera quae agitis, quamvis moribus noſtris contraria, aequanimiter cuncta tolerabimus. At illi nihil horum ſe facturos, neque illum pro archiepiſcopo habituros eſſe reſpondebant: conferentes ad invicem, quia ſi modo nobis adſurgere noluit, quanto magis ſi ei ſubdi coeperimus, jam nos pro nihilo contemnet. Quibus vir Domini Auguſtinus fertur minitans praedixiſſe, quia ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi. Et ſi nationi Anglorum noluiſſent viam vitae praedicare, per horum manus ultionem eſſent mortis paſſuri.

Quod ita per omnia (ut praedixerat) divino agente judicio patratum eſt. Siquidem poſt haec ipſe, de quo diximus, rex Anglorum fortiſſimus Edilfrid, collecto grandi exercitu ad civitatem Legionum, quae a gente Anglorum Legacaeſtir, a Britonibus autem rectius Carlegion appellatur, maximam gentis perfidae ſtragem dedit; cumque bellum acturus videret ſacerdotes eorum, qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente convenerant, ſeorſim in tutiore loco conſiſtere: ſciſcitabatur qui eſſent ii, quidve acturi illo conveniſſent? Erant autem plurimi eorum de monaſterio Bancor, in quo tantus fertur fuiſſe numerus monachorum, ut cum in ſeptem portiones eſſet cum praepoſitis ſibi rectoribus monaſterium diviſum, nulla harum portio minus quam trecentos homines haberet, qui omnes de labore manuum ſuarum vivere ſolebant. Horum ergo plurimi

[illegible]

ad memoratam aciem, peracto jejunio triduano, cum aliis orandi cauſa convenerant, habentes defenſorem nomine Brocmailum, qui eos intentos precibus a barbarorum gladiis protegeret. Quorum cauſam adventus cum intellexiſſet rex Edilfrid, ait: ergo ſi adverſum nos ad Deum ſuum clamant, profecto et ipſi, quamvis arma non ferant, contra nos pugnant, qui adverſis nos imprecationibus perſequuntur. Itaque in hos primum arma verti jubet, et ſic caeteras nefandae militiae copias, non ſine magno exercitus ſui damno, delevit. Extinctos in ea pugna ferunt de his, qui ad orandum venerant, viros circiter mille ducentos, et ſolum quinquaginta fuga eſſe lapſos. Brocmailus ad primum hoſtium adventum cum ſuis terga vertens, eos quos defendere debuerat, inermes ac nudos ferientibus gladiis reliquit. Sicque completum eſt praeſagium ſancti pontificis Auguſtini, quamvis ipſo jam multo ante tempore ad caeleſtia regna ſublato, ut etiam temporalis interitus ultionem ſentirent perfidi, quod oblata ſibi perpetuae ſalutis conſilia ſpreverant.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
GREGOR. M. 12.	AUGUSTIN. 6.	601.	ETHELBERT. 42.	MAURIT. 19.

*Reſponſio abbatis Bangor ad Auguſtinum monachum petentem ſubjectionem eccleſiae Romanae**. Ex MS. Cott. Cleop. E. 1. fol. 56. collat. cum MS. Cott. Claudius A. viii. fol. 76.

BId iſpis[a] a diogel i chwi yn, bod	ac	ynnoſtingedig[d] i eglioys[e]	Duw,
Notum ſit et abſque dubitatione vobis, quod	et	ſubditi eccleſiae	Dei,
Be it known and without doubt unto you, that	*and*	*ſubjects to the church*	*of God,*

in holl vn ac arral[b] yn[c] wid	ac ir	paab o Ruvain,	ac i boob
nos omnes ſumus et quilibet noſtrum obedientes	et	papae Romae,	et unicuiq;
we all are and every one of us obedient	*and to the*	*pope of Rome,*	*and to every*

* Deſcripſi reſponſionem hanc abbatis Bangor ex duobus MSS. Cottonianis, ſed audiamus quid Clar. Spelmannus de ſuo olim exemplari differat.

Haec ex veteri manuſcripto codice Petri Moſten Cambrobritanni generoſi (antiquiorem proculdubio imitante) multis ab hinc annis ipſemet tranſcripſi: (verba ſunt Spelmanni) ea quidem cura et diligentia, ut ne in apice ab exemplari diſcederem. Sed cum hoc in Cambrobritannico tantum idiomate, et interlineari Anglico (verbo ad verbum reddito) exaratum eſſet, ego eodem ſervato more, in alienigenarum beneficium Latinum addidi. Quo autem tempore confectus fuit codex ille, vel quo auctore, nec mihi in eodem conſtitit, nec alias certe explorare potui: ſed haberi codicem cenſeo in Cottoniana bibliotheca.

Abbas vero Banchorenſis, qui Auguſtino hoc reſponſum dedit, ſine dubio fuit celeberrimus ille Dionothus, de quo ſupra in notis ultimis memoravimus. Manifeſtum etiam eſt, cum ex hac ſua reſponſione, tum ex illis quae ab ipſo Beda hic in praecedentibus referuntur, Britannicam eccleſiam nullam ſub hoc tempore agnoviſſe ſubjectionem aut Romano ipſi pontifici, aut extraneo alicui alii patriarchae, vel communionem aliquam cum Romana eccleſia coluiſſe. Subdebatur autem, ut ab Eleutherii aevo, proprio ſuo metropolitae (tanquam alterius orbis papae vel patriarchae) Caerlegionis archiepiſcopo, qui, ut hic ſuggeritur, ſuperiorem non agnovit in eccleſiae gradibus, at "*yn oligwr dan Duw*," id eſt, ſub Deo abſque alio intermedio, plebem et eccleſiam ſibi creditam gubernaſſe, Orientales etiam ritus et Aſiaticos, potius quam Romanos imbibiſſe. Nec hoc quidem e ſchiſmatica aliqua pravitate (quam auctores proculdubio illius ſeculi perſtrinxiſſent) nec contra ſanctorum patrum inſtitutiones, auctoritate tertiae ſynodi oecumenicae Epheſi habitae (Act. 7. p. 425.) anno gratiae 431. corroboratas: Cypriotis cauſam ſimilem contra patriarcham et clerum Antiochenum promoventibus. Non eſt inſtituti noſtri rem differere, occurrentia tantum libo et praetereo: piaculum ducens, omni non agnoſcere gratitudine inſignes illas bonitates quas a veteri Romana eccleſia, et epiſcopis ejus, majores noſtri olim aliquando acceperunt.

Praeter charitatis vero ſuavitatem actum eſſe ab Auguſtino cum pauperculis his Britannis quis non judicabit; dum veteres eorum conſuetudines ſubito tollere, novas ſubito nixus ſit ingerere? Praeſertim cum hoc cautius faciendum monuiſſet ſanctus ipſe magiſter ſuus Gregorius magnus, qui in diverſis eccleſiis diverſas pertulit conſuetudines, nec Romanas ipſas ubique voluit imponendas, ſed pro more loci, temporis, et credentium indolis. "Non enim, inquit, pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt." Vide reſponſionem ejus ad tertiam Auguſtini interrogationem.

Inter haec, illud quaero, qui factum ſit, ut Caerlegionenſes, alias Menevenſes epiſcopi, ſucceſſoreſque ſui, qui ab aevo Lucii regis uſque ad Auguſtini dies iſtos (hoc eſt, 400. pene annos) metropoliticis floruere privilegiis, et archiepiſcopi nuncupati ſunt, nulla (quod ſciam) pulſati ſynodo, ſine crimine provincia ſua et antiqua juriſdictione deinceps ſunt exuti et ſpoliati? Sufficit ſi ab Auguſtino factum fuerit, nam ſua omnia tuentur ſui mordicus: atque iſtud una quod in clerum Britannorum machinatus eſſe dicitur, lugubre excidium. A Deo enim immiſſum praedicant, ad confirmandum traditiones & doctrinam ſuam; cum contendant alii, Auguſtinum ipſum facti praebuiſſe fomitem, et Ethelbertum regem ad eundem excitaſſe. Sin indicium rei (ut plerique geſtiunt) ab eventu ſteterit, longe aliter de hoc excidio cogitandum eſt, quam illi tradidere: Deumque ipſum hanc exhorruiſſe crudelitatem. Nam cum vindex irae Auguſtini rex Northumbrenſium Edilfridus, innocuos iſtos Banchorenſes monachos tanta ſtrage ad Legeceſtriam ſuſtuliſſet, et exultans telis feſtinantius pergeret ad reliquias eorum cum nobili ſuo monaſterio exſcindendum; occurrunt ei irae Dei vindices, Britannorum duces tres, qui Northumbriae regem, cum toto ſuo exercitu innocentium cruore madefactum, ſternunt, decem millia et ſexaginta jugulant, vulneratumque regem, cum perpaucis aliis, in fugam adigunt. Sicut Deus ipſe pro innocuis illis Banchorenſibus contra Auguſtinianos iſtos in aciem deſcendiſſe videatur, et vindictam ſanguinis eorum ſuſcepiſſe. Faxit bonus ille Deus, ut praeter veritatem, ego nihil ſuggeram.

Meam igitur ut fidem liberem, ſine obſecro ut quod in vita Auguſtini, ſub fine libri de antiquitate Britannicae eccleſiae Londini impreſſi, anno Dom. 1572. et mihi obvenientis, dum in hoc ipſo argumento verſaretur praelum, tuo ſiſtam arbitrio. "Nonnulli etiam, inquit, ſcribunt, ipſum Auguſtinum hujus quod praedixi, belli, non modo conſcium, ſed et impulſorem extitiſſe: regibuſque; ad id accinctis obvium eidem Legioceſtriae interfuiſſe, etſi id omnibus modis celare ſtudent pontificii, qui fictam et a ſe fabricatam parentheſim Bedae hiſtoriae, a ſuis typographis, contra omnium manuſcriptorum Saxonicorum librorum fidem nuper impreſſa intexuerunt (quamvis ipſo Auguſtino jam multo ante tempore ad caeleſtia regna ſublato) cui errori, imo manifeſto, ac contra ipſius Bedae, ſi quem ſibi in tanta orationis vanitate patrocinari vellent, teſtimonium mendacio redarguendo, locus deinceps erit." Haec illic: ego manuſcriptos codices Saxonicos non luſtravi. Audi vero ut frater dominicanus Nicholaus Trivet (coenobita de coenobitis) hiſtoriam hanc commemorat in Gallico ſuo chronico, ante 300. annos manuſcripto.

[a] y pys [b] arall. [c] ynuvydd. [d] ynnoſtyngedyg. [e] eglwys.

kyar

kyar[f] griſdion dwyuol, y[g] garu
vero chriſtiano [et] pio ad amandum
true chriſtian and godly to love

pawb yn i radd mewn kariad
unumquemq; in ſuo gradu in charitate
every one in his degree in charity

perfaith, ac i helpio paub
perfecta, et ad juvandum unumquemque
perfect, and to help every one

o honaunt, ar air a gweithred i vod
eorum, verbo et facto fore
of them, by word and deed to be

ynn blant y[h] Duw: ac amgenach
filios Dei: et aliam
the children of God: and other

vuyddod[i] no-hwn nidadwen i vod
obedientiam quam iſtam non ſcio debitam
obedience than this I do not know due

ir neb, ir yddich[k] chwi yn henwi
ei, quem vos nominatis
to him, whom you name

yn baab, ne in[l] daad o daade:
eſſe papam, nec eſſe patrem patrum:
to be pope, nor to be the father of fathers:

yw gleimio ac yw ovunn ar
vindicari et poſtulari, et iſtam
to be claimed and to be demanded, and this

uvyddod[m] hwn ir iddin[n] ni yn varod[o]
obedientiam nos ſumus parati
obedience we are ready

yw roddi ac yw dalu iddo ef ac
dare et ſolvere ei et
to give and to pay to him and

i pob kriſdion yn dragwiddol[p]. Heuid[q]
cuique chriſtiano continuo. Preterea
to every chriſtian continually. Beſides

ir ydym ni[r] dan lywodrath[s] eſgob
nos ſumus ſub gubernatione epiſcopi
we are under the government of the biſhop

Kaerllion ar Wyſc, yr hwn
Caerlegionis ſuper Oſca, qui
of Kaerlion upon Uſk, who is

yſidd[t] ynolygwr dan Duw arnom
ad ſupervidendum ſub Deo ſuper
to overſee under God over

in y wueuthud i in[u] gadwr ffordd
nobis, ad faciendum nos ſervare viam
us, to cauſe us to keep the way

yſbrydol.
ſpiritualem.
ſpiritual.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Sax.	Imperat.
Gregor. M. 14.	Auguſtin. [illegible]	[illegible]	[illegible]	Phocae 1.

De celeberrimo coenobio Bangor, et Auguſtini cum Dynocho abbate Bangorenſi colloquio. E chronico fratris Nich. Trivet priſca Normannorum dialecto, manuſcripto. Citante Spelmanno.

DONC puis que ſeint Auguſtin eſtoit venuz, troua en Wales un arceueſqe et un abbeie treſnoble en la cite de Bangor[a], e eſtoit deviſee en ſept portions, e en cheſcune eſtoient treis cenz moines q' vivoient de lur labour. Lur abbe fu apele Dinooth, ſage clerc, e ben apris en les ſept arz, que ſont liberals apelez. E quant ſeint Auguſtin a li avoit perle, li demaunda ſubjection a li com a celi qeſtoit mande legat en la terre per le pape e per la court de Rome. Et outre ceo, li priaſt q'il li eidaſt de praecher. Mes il li denia l'un e l'autre. Puis apres la mort ſeint Auguſtin, Adelberd roy de Kent, trop corouce, entiſa Ethelfrid roy de Northumbre e les autres rois de Seſſons, encountre le dit Dinooth abbe de Bangor, com apres ſera contee, pour ceo qu'il avoit deſpit ſeint Auguſtin, com avaunt eſt diſt.

CUM igitur veniſſet S. Auguſtinus, invenit in Wallia archiepiſcopum, et nobiliſſimam abbatiam in civitate Bangor, diviſam in ſeptem portiones, quarum ſingulis trecenti erant Monachi e labore ſuo viventes. Eorum abbas appellatus eſt Dynothus, clericus prudens, et bene eruditus in ſeptem artibus, quas liberales vocant. Conveniens autem ipſum Auguſtinus, poſtulavit ut ſubjectionem ſibi praeſtaret, tanquam legato a papa et curia Romana in (hanc) terram miſſo; rogatque praeterea ut auxilium ei ferret in praedicando: ſed unum atque alterum ille denegavit. Deinde, poſt mortem S. Auguſtini, Adelbertus rex Cantii, graviter accenſus, Ethelfridum regem Northumbriae et Saxones ſuos contra praefatum Dynothum abbatem Bangorenſem (quod infra declarabitur) excitavit, eo

[f] [illegible] [g] [illegible] [h] [illegible] Duw. [i] [illegible] [k] vddych. [l] yn. [m] [illegible] [n] [illegible] [o] barod. [p] [illegible] [q] [illegible] [r] [illegible] [s] [illegible]lywodraeth. [t] [illegible] [u] ni.

[a] Vide de hoc Bedam Hiſt. eccl. lib. ii. cap. 2.

E feſt aſavoir, que les Engleis furent convertis a la fei par ſeint Auguſtin l'an de grace cinc cenz nonantimeſime, l'an del lur venue en Engleterre centime quarantime octime, l'an de l'empire ciſt Morice quaturzime, e l'an del pontification S. Gregoire quarte. Poſt aliquot de rebus extraneis ſic progreditur.

En le temps ciſt Boniface le quart, moruſt ſeint Auguſtin apoſtle des Engleys, e arceueſque de Quanterburs en Engleterre l'an de grace ſis cenze e unze, e fu fet ſon ſucceſſor, Laurens. A cel temps Ethelfrid roy de Northumbre, a la requeſt Adelberd roy de Kent, ſen ala oue graunt oſt ſur les Britouns, com avaunt eſt dit en le prochaine eſtoire, et venant par Leyceſtre dona bataile a la meſtre de la cite Brocmaill, e puis q'il avoit ſes genz tue e naufre: adrein lenchaſa, e puis q'il eſtoit entre la cite, troua leinz graunt nombre de moines e de heremites q'eſtoient Bretouns, e pour ceo les ociſt treſtuz al nombre de mil, e deus cenz, dont li avint male fortune. Quar alant outre vers Bangor encountre treis duks de Bretons, ceſt a ſavoir, Blederik duc de Cornwaile, Margeduc duc de Demethe, q'ore eſt Southwales, e Cadwan duc de Venedoce, q'ore eſt dit Northwales: lur dona bataile, mes il le naufrent e tuerent de ſes genz dis mil e ſeſſaunte. Lors ſe aniverent les princes de Britons e par acord feſoient Cadwan le duc de Venedoce lur roy. Puis Cadwan purſui Ethelfrid juſques a Humbre, mes il acomparnant a li les rois de Seſſons le revint encontre, mes acordee eſtoit par amis, qe Cadwan regnaſt de ſa Humbre, q'ſt de part le ſouth, e Ethelfrid de la q'ſt de part le north.

quod S. Auguſtinum, ut ſupra dictum eſt, deſpexiſſet. Intelligendum autem eſt, Anglos converſos eſſe ad fidem opera S. Auguſtini, anno gratiae quingenteſimo nonageſimo ſexto: anno ab adventu eorum in Angliam 148. anno imperii iſtius Mauricii decimo quarto, et anno pontificatus ſancti Gregorii quarto. *Poſt aliquot de rebus extraneis, ſic progreditur.*

Tempore hujus Bonifacii quarti moritur S. Auguſtinus, Anglorum apoſtolus, et archiepiſcopus Cantuariae in Anglia, anno gratiae 611. factuſque eſt ſucceſſor ejus Laurentius. Ea tempeſtate Ethilfridus rex Northumbriae, rogatu Adelberdi regis Cantii, grandem exercitum in Britannos ducit (ut in hiſtoria proxime ſupra dictum eſt) veniensque juxta Leyceſtriam, Brocmaillo urbis domino bellum intulit, occiſoque et vulnerato populo ſuo, eos demum in fugam vertit, ingreſſuſque civitatem, ingentem illic numerum monachorum atque heremitarum reperit, quos ideo quod Britanni eſſent, ſingulos interfecit, numero ſcilicet 1200. unde adverſa eum inſecuta eſt fortuna. Ulterius enim verſus Bangoriam proficiſcenti, occurrunt ei tres Britannorum duces, ſcilicet Bledericus dux Cornubiae, Margaducus dux Demetiae, quae nunc eadem eſt quae Southwales, ſeu auſtralis Wallia, et Cadwanus dux Venedociae hodie Northwales (i. Walliae borealis) appellatae; manuſque conſerentes ipſum vulnerant et gentis ſuae decem millia et ſexaginta interficiunt. Tunc conveniunt Britannorum principes et Cadwanum ducem Venedociae, unanimes, ſibi conſtituerunt regem, qui Ethelfridum uſque ad Humbrum fluvium proſequitur: ſed ad praelium revertente illo cum auxiliis Saxonicorum regum, res ab amicis ſic compoſita eſt, ut Cadwanus Ciſ-humbrenſium potiretur regno, Ethelfridus ſolum Tranſ-humbrenſium. Haec TRIVETTUS.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
BONIF. IV. 1.	AUGUSTIN. 10.	605.	ETHELBERT. 46.	PHOCAE 3.

Concilium Cantuarienſe *. Ex hiſt. Thom. Sprot. citante Spelmanno.

AUGUSTINUS ſuſcepto pallio a beato Gregorio per Laurentium et Petrum, de quibus ſupra fit mentio, Doroberniam reverſus eſt, et cum apoſtolicis inſigniis in ſede ſua conſecratus inthronizatur. Et in praefato monaſterio monachos inibi perpetuis temporibus Deo ſervituros inſtituens, Petrum monaſteriali praelatione dignum, eidem collegio praefecit (rege aſtipulante) in abbatem primum.

Anno dominicae incarnationis 605. Ethelbertus rex in fide roboratus catholica, una cum Berta regina filioque ipſorum Eadbaldo, ac reverendiſſimo praeſule Auguſtino caeteriſque optimatibus terrae, ſolemnitatem natalis Domini celebravit Cantuariae. Convocato igitur ibidem communi concilio, tam cleri quam populi, die quinto idus Januarii, omnium et ſingulorum approbatione et conſenſu monaſterium ſupradictum per ipſum beatum Auguſtinum Deo et monachis ibidem perpetuo Domino Deo ſerviturís, cum dotatione ejuſdem tradidit, atque perpetua libertate donavit, poſſeſſionibuſque terrarum variis, et aliis donis ampliſſimis ditavit, ac eidem monaſterio congregationem monachorum, eiſdemque Petrum monachum ſuperius nominatum ad abbatiam praepoſuit: et ut haec legentibus manifeſtius appareant, tenorem codicillorum Ethelberti et Auguſtini dignum duxi annotare.

In nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti, notum ſit omnibus tam praeſentibus quam poſteris, quod ego Ethelbertus Dei gratia rex Anglorum, per evangelicum genitorem meum Auguſtinum, etc. *ut in ſecunda charta regis Ethelberti infra in appendice vol. iv.*

* Concilium hoc commune Cantuariae habitum quinto idus Januarii, anno dominicae incarnationis 605. praeſentibus rege et Auguſtino epiſcopo, clero etiam et populo; ad confirmandum monaſterium SS. Petri et Pauli cum prediis et libertatibus, quod fundavit ipſe Auguſtinus juxta Cantuariam, et primum fuit omnium monaſteriorum inter Anglo-Saxones.

Synodus

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
Bo[illegible] IV. 1	[illegible]	605.	[illegible]	[illegible]

Sy[illegible] L[illegible]nſ[illegible] ab [illegible] [illegible].

HUjus ſynodi Boniſ[illegible] M[illegible] archie-piſc[illegible] in epiſtola ad [illegible] [illegible] ita meminit. " [illegible] nae ad nos veniens, [illegible] ſibi [illegible] ſedis pontifice [illegible] Gregorio da-tam fuiſſe licentiam, ut in matrimonium [illegible]-peret viduam avunculi ſui, quae et ipſa fuit uxor conſobrini ſui, et ipſa, illo vivente, diſceſſit ab eo, et iſti viro, qui nunc eam accipere deſi-derans aſſirmat ſibi licentiam datam, in tertia generatione propinqua eſſe dinoſcitur, et votum vovit Deo caſtitatis, et velata fuit, et iterum ab-[illegible] maritata. [illegible] nium ſupradictus homo ſibi ab apoſtolico affir-mat eſſe conceſſum. Quod [illegible] eſſe verum, quia ſynodus et eccleſia, in qua na-tus et nutritus fui, id eſt, in tranſmarina Saxo-nia, Lundunenſis ſynodus, quae inprimis a di-ſcipulis ſancti Gregorii, id eſt, Auguſtino, Lau-rentio, Juſto, Mellito archiepiſcopis conſtituta et ordinata fuit, talem copulam et matrimoni-um maximum ſcelus, et inceſtum, et horribile flagitium [illegible] ritate ſanctae ſcripturae judicabant."

N[illegible] [illegible] leg[illegible]. " [illegible] vinciae, in qua natus et nutritus es: quam et in gentem Anglorum et Saxonum in Britannia in-ſula primi [illegible] [illegible] duo[illegible] [illegible] gubernabat. In illa tale decretum et judicium [illegible] tione trinitatis lotus fuiſſet, ſacramentum rege-nerationis non haberet. Hoc quoque obſervaſſe in dicta ſynodo ſacerdotes, ut qui vel unam de trinitate perſonam in baptiſmo non nominaret, [illegible] rum [a]."

Decretum regis Ethelberti, de rebus D[illegible] [illegible]
Ruſſ[illegible]li.

Ðiſ ſyndon ða domiſ ðe Æþelbirht cy-ning aſette on Aguſtinaſ dæge.

I. GODES feoh ⁊ ciriccan XII. gylde. Biſ-copeſ feoh. XI. gylde. Preoſteſ feoh. IX. gylde. Diaconeſ feoh. VI gylde. Clero-ceſ feoh. III gylde. Ciric friþ II gylde. Mynſtereſ friþ. II. gylde.

II. Gif cyning hiſ leode to him gehateþ ⁊ heom mon ðær yfel gedo. ii. bote. ⁊ cy-ninge. L. ſcillinga.

III. Gif cyning æt manneſ ham drincæþ. ⁊ ðær man lyſſæſ hwæt gedo. twibote gebete etc.

Haec ſunt [illegible] tuit Auguſtini diebus.

I. D[illegible] datur; [illegible] cultum [illegible] detur; monaſterii pax bis emendetur.

II. Si rex populum ſuum ad ſe vocaverit, et ipſis quis ibi malefecerit, dupliciter compenſe-tur, et regi L. ſolidi ſolvantur.

III. Si rex in alicujus domo convivetur, et ibi aliquis damnum quoddam fecerit, duplici emen-datione emendet. etc.

[a] Haec ex Uſſer. MSS. [illegible]

* Inter decreta [illegible] paucula haec habemus in ipſo [illegible] Dei et [illegible] mate in celebri MS. codice [illegible] Sequuntur in eo multa ad vitae probitatem, et morum correctionem pertinentia, alioquin vero nihil ad rem eccleſiae. De tempore editionis iſtius decreti minime liquet, ſed (quod titulus indicat, vivente Auguſtino: et ut ſacrorum cura manifeſta-tur) poſt converſionem Ethelberti [illegible] Inter caetera, inquit, bona quae genti ſuae conſulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum juxta exempla Romanorum cum conſilio ſapientum conſtituit. Quae conſcripta Anglorum ſermone hactenus habentur et obſervantur ab ea. In quibus primitus poſuit qualiter id emendare deberet, qui aliquid vel eccleſiae vel epiſcopi vel reliquorum ordinum furto auferret: volens ſcilicet [illegible] [illegible] ad leges Aethelberti fol. 1 et ſeq. legum veterum Anglo-Saxonicarum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
Bonif. V. 1.	Laurent. 6.	617.	Edbald. 1.	Heracl. 7

Concilium Cantianum *. Ex Beda lib. ii. cap. 5. Et Parker. antiq. Brit. p. 73. et ſeq.

Post mortem Edelberthi, cum filius ejus Eadbaldus regni gubernacula ſuſcepiſſet, magno tenellis ibi adhuc eccleſiae crementis detrimento fuit. Siquidem non ſolum fidem Chriſti recipere noluerat, ſed et fornicatione pollutus eſt tali, " qualem nec inter gentes auditam," apoſtolus teſtatur, " ita ut uxorem patris haberet." Quo utroque ſcelere occaſionem dedit ad priorem vomitum revertendi his, qui ſub imperio ſui parentis, vel favore vel timore regio fidei et caſtimoniae jura ſuſceperant. Nec ſupernae flagella diſtrictionis perfido regi caſtigando vel corrigendo defuere. Nam crebra mentis veſania et ſpiritus immundi invaſione premebatur.

Auxit autem procellam hujuſce perturbationis etiam mors Sabercti, regis orientalium Saxonum, qui ubi regna perennia petens, tres ſuos filios, qui pagani perduraverunt, regni temporalis haeredes reliquit. Coeperunt illi mox idololatriae, quam vivente eo aliquantulum intermiſiſſe videbantur, palam ſervire, ſubjectiſque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumque viderent pontificem celebratis in eccleſia miſſarum ſolemniis euchariſtiam populo dare, dicebant (ut vulgo fertur) ad eum barbara inflati ſtultitia: quare non et nobis porrigis panem nitidum, quem et patri noſtro Saba (ſic namque eum appellare conſueverant) dabas, et populo adhuc dare in eccleſia non deſiſtis? Quibus ille reſpondebat: ſi vultis ablui fonte illo ſalutari, quo pater veſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſancti, cui ille participabat, eſſe participes. Sin autem lavacrum vitae contemnitis, nullatenus valetis panem vitae percipere. At illi, nolumus, inquiunt, fontem illum intrare, quia nec opus illo nos habere novimus, ſed tamen pane illo refici volumus. Cumque diligenter ac ſaepe ab illo eſſent admoniti, nequaquam fieri poſſe, ut abſque purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctae communicaret, ad ultimum furore commoti aiebant: ſi non vis aſſentire nobis in tam facili cauſa quam petimus, non poteris jam in noſtra provincia demorari. Et expulerunt eum, ac de ſuo regno cum ſuis abire juſſerunt.

Qui expulſus inde venit Cantium, tractaturus cum Laurentio et Juſto coepiſcopis, quid in his eſſet agendum. Decretumque eſt communi conſilio, quia ſatius eſſet ut omnes patriam redeuntes libera ibi mente Domino deſervirent, quam inter rebelles fidei barbaros ſine fructu reſiderent. Diſceſſere itaque primo Mellitus ac Juſtus, atque ad partes Galliae ſucceſſere, ibi rerum finem expectare diſponentes. Sed non multo tempore, qui praeconem a ſe veritatis expulerant, daemonicis cultibus impune ſerviebant. Nam egreſſi contra gentem Geviſſorum in praelium, omnes pariter cum ſua militia corruerunt, nec (licet auctoribus perditis) excitatum ad ſcelera vulgus potuit corrigi, atque ad ſimplicitatem fidei et charitatis quae eſt in Chriſto revocari.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
Bonif. V. 5.	Melliti 5.	621.	Edbald. 5.	Heracl. 11.

Epiſtola Bonifacii papae V. *Edwino regi Anglorum, in qua eum ad fidem chriſtianam exhortatur.* Ex Bed. hiſt. eccl. lib. ii. cap. 10.

Viro glorioſo Edwino regi Anglorum, Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Licet ſummae divinitatis potentia humanae locutionis officiis explanari non valeat, quippe quae ſui magnitudine, ita inviſibili atque inveſtigabili aeternitate conſiſtit, ut eam nulla ingenii ſagacitas, quanta ſit, comprehendere diſſerereque ſufficiat: quia tamen ejus humanitas ad inſinuationem ſui reſeratis cordis janius, quae de ſemetipſa proferentur, ſecreta humanis mentibus inſpiratione clementer infundit, ad annunciandam vobis plenitudinem fidei chriſtianae, ſacerdotalem curavimus ſolicitudinem prorogare, ut perinde Chriſti evangelium, quod ſalvator noſter omnibus praecepit gentibus praedicari, veſtris quoque ſenſibus inſerentes, ſalutis veſtrae remedia propinentur.

Supernae igitur majeſtatis clementia, quae cuncta ſolo verbo praeceptionis ſuae condidit, et creavit, caelum videlicet et terram, mare et omnia quae in eis ſunt (diſpoſitis ordinibus quibus ſubſiſterent) coaeterni verbi ſui conſilio, et Sancti Spiritus unitate diſpenſans, hominem ad imaginem et ſimilitudinem ſuam ex limo terrae plaſmatum conſtituit, eique tantam praemii praerogativam indulſit, ut eum cunctis praeponeret, atque ſervato termino praeceptionis aeternitatis ſubſiſtentia praemuniret. Hunc ergo Deum Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, quod eſt individua trinitas, ab ortu ſolis uſque ad occaſum, humanum genus, quippe ut creatorem omnium atque factorem ſuum, ſalutifera confeſſione fidei veneratur et colit. Cui etiam ſummitates imperii, rerumque poteſtates ſub-

* Concilium hoc Cantianum tempore Eadbaldi regis Cantii, habitum fuit a Laurentio archiep. Cantuariae, Mellito epiſcopo Londoniae, Juſto Roffenſi epiſcopo, etc. in quo decretum eſt, ut propter Saxonum barbarorum ſaevitiam et apoſtaſiam, omnes hi epiſcopi Britanniam abdicarent.

miſſae

miſſae ſunt: quia ejus diſpoſitione omnium praelatio regnorum conceditur. Ejus ergo bonitatis miſericordia, totius creaturae ſuae dilatandae ſubſidiis, etiam in extremitate terrae poſitarum gentium corda frigida Sancti Spiritus fervore in ſui quoque agnitione mirabiliter eſt dignata ſuccendere. Quae enim in glorioſi filii noſtri Audubaldi regis, gentibuſque ei ſuppoſitis illuſtratione clementia redemptoris fuerit operata, plenius ex vicinitate locorum veſtram gloriam conjicimus cognoviſſe. Ejus ergo mirabile donum, et in vobis certa ſpei caeleſtis longanimitate conferri confidimus. Cum profecto glorioſam conjugem veſtram, quae veſtri corporis pars eſſe dignoſcitur, aeternitatis praemio per ſacri baptiſmatis regenerationem illuminatam agnovimus.

Unde praeſenti ſtylo glorioſos vos adhortandos cum omni affectu intimae charitatis curavimus, quatenus abominatis idolis eorumque cultu, ſpretiſque fanorum fatuitatibus, et auguriorum deceptibilibus blandimentis, credatis in Deum Patrem omnipotentem, ejuſque Filium Jeſum Chriſtum, et Spiritum Sanctum, ut credentes a diabolicae captivitatis nexibus, ſanctae et individuae trinitatis cooperante potentia, abſoluti, aeternae vitae poſſitis eſſe participes. Quanta autem reatitudinis culpa teneantur obſtricti hi, qui idololatriarum [illegible] ſuperſtitionem colentes amplectuntur, eorum quos colunt exempla, perditionis inſinuant. Unde de eis per pſalmiſtam dicitur: " [a] omnes dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit." Et iterum: " [b] oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt; nares habent et non odorabunt; manus habent et non palpabunt; pedes habent et non ambulabunt. Similes ergo efficiuntur his, qui ſpem ſuae confidentiae ponunt in eis." Quomodo enim juvandi quemlibet poſſunt habere virtutem hi, qui ex corruptibili materia inferiorum etiam ſuppoſitorumque tibi manibus conſtruuntur, quibus videlicet artificium humanum accommodans eis inanimatam membrorum ſimilitudinem contuliſti, qui niſi a te moti fuerint, ambulare non poterunt, ſed tanquam lapis in uno loco poſitus, ita conſtructi, nihilque intelligentiae habentes, ipſaque inſenſibilitate obruti, nullam neque laedendi, neque juvandi facultatem adepti ſunt? Qua ergo mentis deceptione eos deos, quibus voſipſi imaginem corporis tradidiſtis, colentes ſequimini, judicio diſcreto reperire non poſſumus.

Unde oportet vos ſuſcepto ſigno ſanctae crucis, per quod humanum genus redemptum eſt, execrandam diabolicae verſutiae ſupplantationem, qui divinae bonitatis operibus invidus aemuluſque conſiſtit, a cordibus veſtris abjicere, injectiſque manibus, hos quos catenus materiae compage vobis deos fabricaſtis, confringendos diminuendoſque ſummopere procurare: ipſa enim eorum diſſolutio corruptioque, quae nunquam viventem ſpiritum habuit, nec ſenſibilitatem a ſuis factoribus potuit quolibet modo ſuſcipere, vobis patenter inſinuet, quam nihil erat quod catenus [illegible] vos, qui Spiritum viventem a Domino percepiſtis, eorum conſtructioni nihilominus exiſtatis: quippe quos Deus omnipotens ex primi hominis, quem plaſmavit, cognatione deductos per ſecula innumerabilibus propaginibus pullulare conſtituit.

Accedite ergo ad agnitionem ejus, qui vos creavit, qui in vobis vitae inſufflavit ſpiritum, qui [illegible] unigenitum miſit, ut vos ab originali peccato eriperet, et ereptos de poteſtate nequitiae diabolicae caeleſtibus praemiis muneraret. Suſcipite verba praedicatorum, et evangelium Dei, quod vobis annunciant, quatenus credentes (ſicut ſaepius dictum eſt) in Deum Patrem omnipotentem, et in Jeſum Chriſtum ejus Filium, et Spiritum Sanctum, et inſeparabilem trinitatem, fugatis daemoniorum ſenſibus, expulſaque a vobis ſollicitatione venenoſi et deceptibilis hoſtis, per aquam et Spiritum Sanctum renati, ei, cui credideritis, in ſplendore gloriae ſempiternae cohabitare, ejus opitulatione et munificentia valeatis.

Praeterea benedictionem protectoris veſtri beati Petri apoſtolorum principis vobis direximus, id eſt, camiſiam cum ornatura in auro una, et lena anciriana una, quod petimus ut eo benignitatis animo gloria veſtra ſuſcipiat, quo a nobis noſcitur deſtinatum.

Papae Rom.	[illegible]	Anno Chriſti.	Reg. Saxon.	[illegible]
BONIF. V. 6.	JUSTI 1.	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Epiſtola Bonifacii papae V. ad Juſtum nuper Roffenſem epiſcopum, modo Melliti ſucceſſorem in archiepiſcopatu Cantuariae; in qua laudat eum quod [illegible] regem ad fidem perduxerat, ſperanſque alios perducturum, pallium mittit, juſque ordinandi epiſcopos ei concedit. Ex Bed. hiſt. eccl. lib. ii. cap. 8.

DILECTISSIMO fratri Juſto Bonifacius. Quam devote, quamque etiam vigilanter pro Chriſti evangelio elaboraverit veſtra fraternitas, non ſolum epiſtolae a vobis directae tenor, imo indulta deſuper operi veſtro perfectio indicavit. Nec enim omnipotens Deus aut ſui nominis ſacramentum, aut veſtri fructum laboris deſeruit, dum ipſe praedicatoribus evangelii fideliter repromiſit: " ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi." Quod ſpecialiter injuncto vobis miniſterio, ejus clementia demonſtravit, aperiens corda gentium ad ſuſcipiendum praedicationis veſtrae ſingulare [c] myſterium. Magno enim praemio faſtigiorum veſtrorum delectabilem curſum bonitatis ſuae ſuffragiis illuſtravit, dum credito-

[a] Pſal. xcvi. 5. [b] Pſal. cxv. 5. [c] [illegible]

rum

rum vobis talentorum fideliſſimae negotiationis officiis, uberem fructum impendens ei, quod ſignare poſſitis multiplicatis generationibus praeparavit. Hocque etiam illa vobis repenſatione collatum eſt, qui injuncto miniſterio jugiter perſiſtentes, laudabili patientia redemptionem gentis illius expectaſtis, et veſtris ut proficerent meritis eorum eſt ſalvatio propinata, dicente Domino: "[a] qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit." Salvati ergo eſtis ſpe patientiae, et tolerantiae virtute, ut infidelium corda naturali ac ſuperſtitioſo morbo purgata, ſui conſequerentur miſericordiam ſalvatoris.

Suſceptis namque apicibus filii noſtri Adelvaldi regis, reperimus quanta ſacri eloquii eruditione ejus animum ad verae converſionis et indubitatae fidei credulitatem fraternitas veſtra perduxerit. Qua ex re de longanimitate clementiae caeleſtis certam aſſumentes fiduciam, non ſolum ſuppoſitarum ei gentium pleniſſimam ſalutem imo quoque vicinarum, veſtrae praedicationis miniſterio credimus ſubſequendum, quatenus ſicut ſcriptum eſt: "conſummati operis vobis merces a retributore omnium bonorum Domino tribuatur." Et vere per omnem terram exiiſſe ſonum eorum, et in fines orbis terrae verba ipſorum, univerſalis gentium confeſſio (ſuſcepto chriſtianae ſacramento fidei) proteſtetur.

Pallium praeterea per latorem praeſentium fraternitati tuae benignitatis ſtudiis invitati, direximus, quod videlicet tantum in ſacroſanctis celebrandis myſteriis utendi licentiam imperavimus. Concedentes etiam tibi ordinationes epiſcoporum exigente opportunitate, Domini praeveniente miſericordia celebrare, ita ut Chriſti evangelium plurimorum annuntiatione in omnibus gentibus, quae necdum converſae ſunt, dilatetur. Studeat ergo tua fraternitas hoc, quod ſedis apoſtolicae humanitate percepit, intemerata mentis ſinceritate ſervare; intendens, cujus rei ſimilitudine tam praecipuum indumentum humeris tuis bajulandum ſuſceperis. Talemque te Domini implorata clementia exhibendum ſtude, ut indulti muneris praemia non cum reatitudine, ſed cum commodis animarum ante tribunal ſummi et venturi judicis repraeſentes. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
BONIF. V. 6.	JUSTI I.	622.	EDBALD. 6.	HERACL. 12.

Alia epiſtola Bonifacii V. *papae ad Juſtum archiep. Cantuarienſem* *. Ex MS. Cott. Cleop. E. i. fol. 39.

DILECTISSIMO fratri Juſto Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Suſceptis veſtrae dilectionis apicibus, in quibus reperimus, inter alia, plurimos ex gentilitate ibidem degentium, Deo omnipotenti et Domino noſtro Jeſu Chriſto auxiliante, converſos, maxime autem in partibus Cantii ad veri Dei noſtri fidem veſtris laboribus eſſe perductos, valde gratulati ſumus. Eadbaldi quoque regis animum ad verae agnitionis viam eſſe correctum, Dominum omnipotentem in id laudavimus, qui ſui nominis ſacramentum veſtrique laboris fructum non deſeruit, ſicut ipſe praedicatoribus evangelii veraciter repromiſit: "ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi." multa eſt clementia apud Deum quae multa eſt in nobis demonſtrata, cum aperiantur corda barbararum gentium ad ſuſcipiendum praedicationis veſtrae ſingulare myſterium. Ut enim proficerent veſtris meritis eorum eſt ſalvatio propinata, Domino dicente: "qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit." et alibi: "conſummati operis vobis merces a retributore omnium bonorum Domino tribuetur." Cognovi ſiquidem in veſtris ſyllabis ut ſanctae recordationis praedeceſſor noſter Gregorius conſtituit Auguſtino et omnibus ſucceſſoribus ſuis in poſterum metropolitanam et primitivam ſedem in civitate Dorobernia, ubi caput totius gentis Anglorum a diebus Paganorum habetur. At vero nunc per revelationem Jeſu Chriſti, qui eſt origo et caput totius chriſtianitatis, eadem civitas exaltatur, et orthodoxa fides, quae eſt radix nobiliſſima, ibidem collocatur, ut ex illa ſegete uberrimum fructum boni operis ad pabulum caeleſtis patriae omnes inſulani metiri[a] queant. O quam felix illa civitas, quae meruit in ſe Chriſtum habitatorem habere expulſis antiqui hoſtis inſidiis! Felix illa civitas; felix et tota gens, cum illas ſuperna miſericordia viſitare non dedignata ſit, quos ante mundi creationem praedeſtinaverat ſibi ſociare. Quare abſit ab omni chriſtiano, ut ex illa civitate Dorobernia aliquid minuatur, aut in aliud mutetur, nunc, vel futuris temporibus, quae a praedeceſſore noſtro domino papa Gregorio ſtatuta ſunt, quoquo modo res humanae quaſſentur. Sed magis ex auctoritate beati Petri apoſtolorum principis id ipſum praecipientes firmamus, ut in Dorobernia civitate ſemper in poſterum metropolitanus totius Britanniae locus habeatur, omneſque provinciae regni Anglorum praefati

[a] Matth. x, et xxiv.

* Clar. Uſſerius in MSS. notis ad locum de epiſtolis his talia profert. Priores ab hoc Bonifacio ad Mellitum Cantuarienſem archiepiſcopum et Juſtum tunc Roffenſis eccleſiae exiſtentem epiſcopum, ſcriptas eſſe literas, l. ii. hiſt. ſuae. c. 7. Beda indicat: cujus de Mellito et Juſto verba, ut in antiquiſſimis MSS. leguntur, haec ſunt. "Cum magna eccleſiam Anglorum cura ac labore gubernarent, ſuſceperunt ſcripta exhortatoria a pontifice Romanae et apoſtolicae ſedis Bonifacio, qui poſt Deuſdedit eccleſiae praefuit, anno incarnationis dominicae ſexcenteſimo decimo nono." Neque hic audiendus Baronius, qui anno 618. "Bonifacium ſcripſiſſe ad Juſtum Roffenſem archiepiſcopum, eidemque pallium in ſignum elargitae poteſtatis miſiſſe" aſſerit. Novum enim et nobis hactenus inauditum Roffenſem comminiſcitur hic archiepiſcopatum Baronius, illam ſuperius poſitam epiſtolam ad Juſtum in Roffenſi ſede adhuc conſtitutum ſcriptam fuiſſe exiſtimans; quum ad eundem anno 624. ad Cantuarienſem cathedram tranſlatum, miſſam eam fuiſſe, ex Beda liqueat. Habetur et apud Guliel. Malmesbur. lib. i. de geſtis pontificum in Lanfranco, alia ad hunc eundem Juſtum Bonifacio attributa epiſtola. H. I.

[a] Forſan *metere*.

loci metropolitanae eccleſiae ſubjiciantur immutilata perpetuaque ſtabilitate decernimus. Hanc autem eccleſiam, utpote ſpecialiter conſiſtentem ſub poteſtate et tuitione ſanctae Romanae eccleſiae, ſi quis conatus fuerit imminuere, eique de conceſſae poteſtatis jure quicquam abſtulerit, auferat eum Deus de libro vitae, ſciatque ſe ſub anathematis vinculis eſſe nodatum. Deus te incolumem cuſtodiat reverentiſſime frater.

Epiſtola Bonifacii V. ad Edelburgam Edwini regis conjugem. In qua gratulatur eam fidem recepiſſe, monetque ut hoc marito ſuo regi praeſtet beneficium. Munuſcula etiam mittit, ſpeculum argenteum, et pectinem eburneum.* Ex Beda H. E. l. 2. c. 18.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	[illegible]	Imperat.
Bonif. V. 6.	Justi 1.	[illegible]	Edbald. 6.	Heraclii [illegible]

Dominae glorioſae filiae Edilbergae reginae, Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Redemptoris noſtri benignitas humano generi, quod pretioſi ſanguinis ſui effuſione a vinculis diabolicae captivitatis eripuit, multae providentiae, quibus ſalvaretur, propinavit remedia, quatenus ſui nominis agnitionem diverſo modo gentibus innoteſcens, creatorem ſuum ſuſcepto chriſtianae fidei agnoſcerent ſacramento, quod equidem in veſtrae gloriae ſenſibus caeleſti collatum munere, myſtica regeneratio veſtrae purgationis patenter innuit.

Magno ergo largitatis dominicae beneficio mens noſtra gaudio exultavit, quod ſcintillam orthodoxae religionis in veſtri dignatus eſt converſione ſuccendere. Ex qua re non ſolum glorioſi conjugis veſtri, imo totius gentis ſuppoſitae vobis intelligentiam in amorem ſui facile inflammaret. Didicimus namque referentibus his, qui ad nos glorioſi filii noſtri Audubaldi regis laudabilem converſionem nunciantes pervenerunt, quod etiam veſtra gloria, chriſtianae fidei ſuſcepto mirabili ſacramento, piis et Deo placitis jugiter operibus eniteſcat. Ab idolorum etiam cultu, ſeu fanorum auguriorumque illecebris ſe diligenter abſtineat, et ita in amore redemptoris ſui immutata devotione perſiſtens invigilet, ut ad dilatandam chriſtianam fidem inceſſabiliter non deſiſtat operam commodare.

Cumque de glorioſo conjuge veſtro paterna charitas ſolicite perquiſiviſſet, cognovimus, quod eatenus abominandis idolis ſerviens ad ſuſcipiendam vocem praedicatorum ſuam diſtulerit obedientiam exhibere. Qua ex re non modica nobis amaritudo congeſta eſt, ab eo quod pars corporis veſtri ab agnitione ſummae et individuae trinitatis remanſit extranea. Unde paternis officiis veſtrae glorioſae chriſtianitati noſtram commonitionem non diſtulimus conferendam, adhortantes quatenus divinae inſpirationis imbuta ſubſidiis importune et opportune agendum non differas, ut et ipſe, ſalvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti cooperante potentia, chriſtianorum numero copuletur, ut perinde intemerato ſocietatis foedere jura teneas maritalis conſortii. Scriptum namque eſt: "erunt duo in carne una." Quomodo ergo unitas vobis conjunctionis ineſſe dici poterit, ſi a veſtrae fidei ſplendore interpoſitis deteſtabilis erroris tenebris ille remanſerit alienus? Unde orationi continuo inſiſtens, a longanimitate caeleſtis clementiae illuminationis illius beneficia impetrare non deſinas. Ut videlicet quos copulatio carnalis affectus unum quodammodo corpus exhibuiſſe monſtratur, hos quoque unitas fidei, etiam poſt hujus vitae tranſitum, in perpetua ſocietate conſervet. Inſiſte ergo, glorioſa filia, et ſummis conatibus duritiam cordis ipſius religioſa divinorum praeceptorum inſinuatione mollire ſummopere dematura, infundens ſenſibus ejus, quantum ſit praeclarum, quod credendo ſuſcepiſti myſterium, quantumve ſit admirabile quod renata praemium conſequi meruiſti. Frigiditatem cordis ipſius Sancti Spiritus annunciatione ſuccende, quatenus amoto torpore pernicioſiſſimi cultus, divinae fidei calor ejus intelligentiam tuarum adhortationum frequentatione ſuccendat. Ut profecto ſacrae ſcripturae teſtimonium per te expletum indubitanter perclareat. "Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem." Ad hoc enim miſericordiam dominicae pietatis conſecuta es, ut fructum fidei creditorumque tibi beneficiorum redemptori tuo multiplicem reſignares. Quod equidem ſuffragante praeſidio benignitatis ipſius, ut explere valeas, aſſiduis non deſiſtimus precibus poſtulare. His ergo praemiſſis paternae vobis dilectionis exhibentes officia, hortamur, ut nos (reperta portitoris occaſione) de his quae per vos ſuperna potentia mirabiliter in converſatione conjugis veſtri, ſubmiſſaeque vobis gentis dignatus fuerit operari, proſperis quantocius nunciis reveletis; quatenus ſolicitudo noſtra, quae de veſtrae, veſtrorumque omnium animae ſalute optabilia deſideranter expectat, vobis nunciantibus relevetur, illuſtrationemque divinae propitiationis in vobis diffuſam opulentius agnoſcentes, hilari confeſſione

* [illegible] anno 628.

largitori omnium bonorum Deo et beato Petro apoſtolorum principi uberes merito gratias exſolvamus.

Praeterea benedictionem protectoris veſtri beati Petri apoſtolorum principis vobis direximus, id eſt, ſpeculum argenteum, et pectinem eburneum inauratum, quod petimus ut eo benignitatis animo gloria veſtra ſuſcipiat, quo a nobis noſcitur deſtinatum.

Synodus Lechlenienſis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
HONORII I. 9.	HONORII 5.	630	EDBALD. 14.	HERACL. 20.

ANNO Chriſti 630 ſynodus Lechlenienſis in Hibernia celebrabatur, cujus hiſtoriam ex Cummiani epiſt. Uſſerius antiq. Brit. p. 484, 485. his retulit verbis. "Synodus Lechlenienſis in campo albo ad ripam fluvii, quem Ptolemeus "Birgum," nos "Barrow" vocamus, non procul a monte "Margeo" poſito. Ubi ſucceſſores Ailbei, Querani (ſive Keriani) Clonienſis, Brendani, Neſſani et Lugidi conſuluerunt, ut paſcha cum univerſali eccleſia in futuro anno celebrarent."

Epiſtola Honorii papae I. *ad Edwinum regem Nordanhumbrenſium, quem Anglorum vocat. In qua hortatur, ut permaneat in accepta fide, ejuſque precibus, Honorio et Paulino Cantuariae et Eborum metropolitanis duo pallia mittit: decernitque ut defuncto altero, alter in locum ejus ſurrogetur.* Ex Beda H. E. l. 2. c. 17.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
HONORII I. 13.	HONORII 9.	634.	EDBALD. 18.	HERACL. 24

QUO tempore praeſulatum ſedis apoſtolicae Honorius Bonifacii ſucceſſor habebat, qui ubi gentem Nordanhumbrorum cum ſuo rege ad fidem confeſſionemque Chriſti, Paulino evangelizante, converſam eſſe didicit, miſit eidem Paulino pallium, miſit et regi Edwino literas exhortatorias, paterna illum charitate accendens, ut in fide veritatis, quam acceperant, perſiſtere ſemper ac proficere curarent. Quarum videlicet literarum iſte eſt ordo.

Domino excellentiſſimo atque praecellentiſſimo filio, Edwino regi Anglorum Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei ſalutem. Ita chriſtianitatis veſtrae integritas circa ſui conditoris cultum fidei eſt ardore ſuccenſa, ut longe lateque reſplendeat, et in omni mundo annunciata, veſtri operis multipliciter referat fructum. Sic enim vos reges eſſe cognoſcitis, dum regem et creatorem veſtrum, orthodoxa praedicatione edocti, Deum venerando creditis, eique, quod humana valet conditio, mentis veſtrae ſinceram devotionem exſolvitis. Quid enim Deo noſtro aliud offerre valebimus, niſi ut in bonis actibus perſiſtentes, ipſumque auctorem humani generis confitentes, eum colere, eique vota noſtra reddere feſtinemus? Et ideo, excellentiſſime fili, paterna vos charitate, qua convenit, exhortamur, ut hoc quod vos divina miſericordia ad ſuam gratiam vocare dignata eſt, ſolicita intentione, et aſſiduis orationibus ſervare omnimodo feſtinetis, ut qui vos in praeſenti ſeculo ex omni errore abſolutos ad agnitionem ſui nominis eſt dignatus perducere, et caeleſtis patriae vobis praeparet manſionem. Praedicatoris igitur veſtri domini mei apoſtolicae memoriae Gregorii frequenter lectione occupati prae oculis affectum doctrinae ipſius, quem pro veſtris animabus libenter exercuit, habetote, quatenus ejus oratio et regnum veſtrum populumque augeat, et vos omnipotenti Deo irreprehenſibiles repraeſentet.

Ea vero quae a nobis pro veſtris ſacerdotibus ordinanda ſperaſtis, haec pro fidei veſtrae ſinceritate, quae nobis multimoda relatione per praeſentium portitores laudabiliter inſinuata eſt, gratuito animo attribuere illis ſine ulla dilatione praevidemus. Et duo pallia utrorumque metropolitanorum, id eſt, Honorio et Paulino direximus, ut dum quis eorum de hoc ſeculo ad auctorem ſuum fuerit accerſitus, in loco ipſius alterum epiſcopum ex hac noſtra auctoritate debeat ſubrogare, quod quidem tam pro veſtrae charitatis affectu, quam pro tantarum provinciarum ſpatiis, quae inter nos et vos eſſe noſcuntur, ſumus invitati concedere, ut in omnibus devotioni veſtrae noſtrum concurſum, et juxta veſtra deſideria praeberemus. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Epiſtola Honorii papae I. *ad Honorium archiepiſcopum Cantuariae (Juſto nuper defuncto) conſtitutum. In qua ipſum monet ſui muneris: palliique meminit, cujus in ſuperiori epiſtola mentionem fecit.* Ex Beda H. E. l. 2. c. 18. Hunting. lib. 3. hiſtor.

INTER haec Juſtus archiepiſcopus ad caeleſtia regna ſublatus eſt quarto iduum Novembrium die, et Honorius pro illo eſt in praeſulatum electus. Qui ordinandus venit ad Paulinum, et occurrente ſibi illo in Lindocolino, quintus ab Auguſtino Dorovernenſis eccleſiae

confecratus

conſecratus eſt antiſtes. Cui etiam praefatus papa Honorius miſit pallium et literas, in quibus decrevit hoc ipſum, quod in epiſtola ad Edwinum regem miſſa decreverat, ſcilicet ut cum Dorovernenſis vel Eboracenſis antiſtes de hac vita tranſierit, is, qui ſupereſt, conſors ejuſdem gradus, habeat poteſtatem alterum ordinandi in loco ejus, qui tranſierat ſacerdotem, ne ſit neceſſe ad Romanam uſque civitatem per tam prolixa terrarum et maris ſpatia pro ordinando archiepiſcopo ſemper fatigari. Quarum etiam textum literarum in noſtra hac hiſtoria ponere commodum duximus.

Dilectiſſimo fratri Honorio, Honorius. Inter plurima quae redemptoris noſtri miſericordia ſuis famulis dignatur bonorum munera praerogare, illud etiam clementer collata ſuae pietatis munificentia tribuit, quoties per fraternos affectus unanimem dilectionem quadam contemplatione alternis aſpectibus repraeſentat, pro quibus majeſtati ejus gratias indeſinenter extolvimus, eumque votis ſupplicibus exoramus, ut veſtram dilectionem in praedicatione evangelii elaborantem et fructificantem, ſectantemque magiſtri veſtri et capitis ſui ſancti Gregorii regulam perpetua ſtabilitate confirmet. Et ad augmentum eccleſiae ſuae potiora per vos ſuſcitet incrementa, ut fide et opere in timore Dei et charitate, veſtra acquiſitio deceſſorumque veſtrorum, quae per Domini Gregorii exordia pullulat, convaleſcendo amplius extendatur, ut ipſa vos dominici eloquii promiſſa in futuro reſpiciant. Voſque vox iſta ad aeternam feſtivitatem evocet: “ [a]venite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis, et ego reficiam vos.” Et iterum: “ euge ſerve bone et fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.” Et nos equidem, fratres chariſſimi, haec vobis pro aeterna charitate exhortationis verba praemittentes, quae rurſus pro eccleſiarum veſtrarum privilegiis congruere poſſe conſpicimus, non deſiſtimus impertire.

Et tam juxta veſtram petitionem, quam filiorum noſtrorum regum vobis praeſenti noſtra praeceptione, vice beati Petri apoſtolorum principis, auctoritatem tribuimus, ut quando unum ex vobis divina ad ſe juſſerit gratia vocari, is qui ſuperſtes fuerit, alterum in loco defuncti debeat epiſcopum ordinare. Pro qua etiam re ſingula veſtrae dilectioni pallia pro eadem ordinatione celebranda direximus, ut per noſtrae praeceptionis auctoritatem poſſitis Deo placitam ordinationem efficere: quia ut haec vobis concederemus, longa terrarum mariſque intervalla, quae inter nos ac vos obſiſtunt, ad haec nos condeſcendere coegerunt; ut nulla poſſit eccleſiarum veſtrarum jactura per cujuſlibet occaſionis obtentum quoquo modo pervenire, ſed potius commiſſi vobis populi devotionem plenius propagare. Deus te incolumem cuſtodiat dilectiſſime frater.

Data die tertio iduum Juniarum, imperantibus dominis noſtris Auguſtis Heraclio, anno viceſimo quarto, poſt conſulatum ejuſdem anno viceſimo tertio, et conſulatus ejus anno tertio: ſed et Heraclio foeliciſſimo Caeſare, item filio ejus, anno tertio, indictione ſeptima, id eſt, anno dominicae incarnationis ſexcenteſimo triceſimo tertio[1].

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]	[illegible]
Honorii I. 13.	Honorius	634	[illegible]	[illegible]

Epiſtola Honorii papae Honorio archiepiſcopo Cantuar. concedens ei primatum eccleſiarum Britanniae. Ex Cod. Cott. Fauſt. B. 6. fol. 94. b.

DILECTISSIMO fratri Honorio Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Suſceptis veſtrae dilectionis literis, in eis reperimus veſtri laboris ſolicitudinem circa vobis commiſſum gregem multa fatigatione occupatam, multo labore et anguſtia crebreſcentibus malis et mundanis uſibus mentis veſtrae difficultatis ſaepius ſuſtinere gravitatem. Nos vero hortamur veſtram dilectionem, ut opus evangelii, quod coepiſtis, teneatis, quia in eo tibi laborandum atque perſeverandum magis quam omittendum neceſſe eſt. Memento evangelici praecepti quomodo dicitur: “ ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.” Et item in apoſtolo: “ fratres, ſtabiles eſtote et immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino.” Ideo ſuppliciter veſtram dilectionem admonemus, ut fide et opere in timore Dei et charitate, veſtra acquiſitio deceſſorumque veſtrorum, quae per domini Gregorii exordia pullulat, convaleſcendo amplius extendatur, ut ipſa promiſſa dominici eloquii [c]vos ad aeternam feſtivitatem evocet, quae dicit: “ venite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis, et ego reficiam vos.” Et iterum: “ euge ſerve bone et fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.” Interea tuae ſedis auctoritatem noſtrae auctoritatis privilegio firmari poſtulaſti. Nos vero abſque ulla dilatione gratuito animo annuentes, quia rectum eſt ut quae ſemel ſtatuta atque diſpoſita a praedeceſſoribus noſtris cognovimus, hoc ipſum et nos confirmemus. Eorum itaque veſtigia aſſequentes juxta ritum priſcae conſuetudinis, quae a temporibus ſanctae recordationis Auguſtini praedeceſſoris veſtri nunc uſque tua eccleſia detinuit, ex auctoritate beati Petri apoſtolorum principis primatum omnium eccleſiarum Britanniae tibi, Honori, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum obtinere concedimus. Tuae ergo juriſdictioni ſubjici praecipimus omnes ec-

[illegible]

cleſias

4

cleſias Angliae et regiones, et in civitate Dorovernia metropolitanus locus et honor archiepiſcopatus, et caput omnium eccleſiarum Anglorum populorum ſemper in poſterum ſervetur, et a nulla perſona per aliquam malam ſuaſionem in alium locum mutetur. Aliter autem ſi quis fecerit typho ſuperbiae inſtinctus, et noſtrae praeceptioni inobediens, et praenominatae eccleſiae conceſſis ſuae dignitatis rationibus contenderit reniti, ſciat ſe ſeparatum a participatione corporis et ſanguinis Domini et redemptoris noſtri Jeſu Chriſti. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
HONORII I. 13.	HONORII 9.	634.	EADBALD. 18.	HERACL. 24.

Epiſtolae Honorii papae I. *et Johannis papae* IV. *ad Scotorum gentem pro obſervatione Paſchae, et Pelagianae haereſis extirpatione; quas primo idem Honorius, et poſt Johannes* IV. *epiſcopi Romani, genti Scotorum pro Paſchae obſervatione, ſimul et pro Pelagiana haereſi extirpanda miſerunt**. Ex Bed. H. E. l. ii. c. 19. Huntingt. lib. iii. hiſtor.

MISIT idem papa Honorius literas etiam genti Scotorum, quos in obſervatione ſancti Paſchae erraſſe compererat, juxta quod ſupra docuimus, ſolerter exhortans, ne paucitatem ſuam in extremis terrae finibus conſtitutam, ſapientiorem antiquis ſive modernis, quae per orbem erant, Chriſti eccleſiis aeſtimarent, neve contra paſchales computos et decreta ſynodalium totius orbis pontificum aliud paſcha celebrarent.

Sed et Johannes, qui ſucceſſori ejuſdem Honorii Severino ſucceſſit, cum adhuc eſſet electus in pontificatum, pro eodem errore corrigendo literas eis magna auctoritate, atque eruditione plenas direxit; evidenter aſtruens, quia dominicum paſchae diem a quintadecima luna uſque ad viceſimam primam (quod in Nicena ſynodo probatum eſt) oportet inquiri. Nec non et pro Pelagiana haereſi (quam apud eos reviviſcere didicerat) cavenda ac repellenda, in eadem illos epiſtola admonere curavit. Cujus epiſtolae principium hoc eſt:

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
JOHANNIS IV. 2.	HONORII 15.	640.	EDBALD. 24.	HERACL. 30.

Epiſtola Johannis papae IV. *ad epiſcopos, presbyteros et abbates Scotiae, de eodem.*

DILECTISSIMIS et ſanctiſſimis Thomiano, Columbano, Chromano, Dinnano et Barthano epiſcopis; Chromano, Hermannoque, Laiſtrano, Stellano, et Segeno preſbyteris; Sarano caeteriſque doctoribus ſeu abbatibus Scotis Hilarius archipreſbyter, et ſervans locum ſanctae ſedis apoſtolicae, Johannes diaconus, et in Dei nomine electus, item Johannes primicerius, et ſervans locum ſanctae ſedis apoſtolicae, et Johannes ſervus Dei, conſiliarius ejuſdem apoſtolicae ſedis.

Scripta quae perlatores ad ſanctae memoriae Severinum papam adduxerunt, et eo de hac luce migrante, reciproca reſponſa ad ea, quae poſtulata fuerant, ſiluerunt. Quibus reſeratis, ne diu tantae quaeſtionis caligo indiſcuſſa remaneret, reperimus quoſdam provinciae veſtrae contra orthodoxam fidem novam ex veteri haereſim renovare conantes, paſcha noſtrum, in quo immolatus eſt Chriſtus, nebuloſa caligine refutantes, et quarta decima luna cum Hebraeis celebrare nitentes. Quo epiſtolae principio manifeſte declaratur, et nuperrime temporibus illis, hanc apud eos haereſim coortam, et non totam eorum gentem, ſed quoſdam in eis hac fuiſſe implicitos. Expoſita autem ratione paſchalis obſervantiae, ita de Pelagianis in eadem epiſtola ſubdunt: et hoc quoque cognovimus, quod virus Pelagianae haereſeos apud vos denuo reviviſcit, quod omnino hortamur, ut a veſtris mentibus hujuſmodi venenatum ſuperſtitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipſa quoque execranda haereſis damnata eſt, latere vos non debet: quia non ſolum per iſtos ducentos annos abolita eſt, ſed et quotidie a nobis perpetuo anathemate ſepulta damnatur: et hortamur, ne quorum arma combuſta ſunt, apud vos eorum cineres ſuſcitentur. Nam quis non execretur ſuperbum eorum conamen et impium, dicentium, poſſe ſine peccato hominem exiſtere ex propria voluntate, et non ex gratia Dei? Et primum quidem blaſphemiae ſtultiloquium eſt dicere, eſſe hominem ſine peccato; quod omnino non poteſt, niſi unus mediator Dei et hominum homo Chriſtus Jeſus, qui ſine peccato eſt conceptus et partus. Nam caeteri homines cum peccato originali naſcentes,

* De iſtis ſic Florentius Wigornenſis in chronico ſuo ſub an. Dom. ſecundum Dionyſium 628. Eo, inquit, tempore errorem quatuordecim annorum in obſervatione Paſchae apud Scotos exortum, Honorius papa per epiſtolam redarguit; ſed et Johannes qui ſucceſſori ejus Severino ſucceſſit, idem arguebat, cum adhuc non eſſet electus in pontificatum, pro eodem paſcha eis ſcripſit, et pro Pelagiana haereſi, quae apud eos reviviſcebat. Haec SPELMANNUS. Addamus iis quae Clar. Uſſerius in MSS. notis ad locum habet: "quatuordecim annorum:" ita legitur etiam in Mariani Scoti-chronico, unde locus iſte in Florentii Wigornienſis annales eſt tranſlatus. Verum utrobique ſine dubio reponendum eſt, "quartadecimanorum" ex Bedae chronico.

teſti-

4

teſtimonium praevaricationis Adae (etiam ſine actuali peccato exiſtentes) portare noſcuntur, ſecundum prophetam dicentem: "[a] ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, et in peccatis concepit me mater mea."

Papae Rom.	Archiep. Cant.	Anno Christi	Reg. Sax.	[illegible]
JOANNIS IV. 2	HONORII 15	640	[illegible]	[illegible]

Conſtitutio Earconberti regis Cantiorum de deſtruendis idolis, et quadrageſimali jejunio obſervando, hactenus ab Anglis non ſuſcepto. Ex Bed. hiſt. eccl. l. iii. c. 8.

Anno dominicae incarnationis ſexcenteſimo quadrageſimo, Eadbaldus rex Cantuariorum tranſiens ex hac vita, Earconberto filio regni gubernacula reliquit. Quae ille ſuſcepta viginti quatuor annis et aliquot menſibus nobiliſſime tenuit.

Hic primus regum Anglorum in toto regno ſuo idola relinqui ac deſtrui, ſimul et jejunium quadraginta dierum obſervari, principali auctoritate praecepit. Quae ne facile a quopiam poſſet contemni, in tranſgreſſores dignas et competentes punitiones propoſuit[a].

Papae Rom.	Archiep. Cant.	Anno Christi	Reg. Sax.	[illegible]
VITALIAN. I. 4.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Conventus archiepiſcopi, epiſcoporum, etc. de monaſterio [illegible]

Circa annum Chriſti 660. Wolferus rex Merciorum convocavit archiepiſcopum, epiſcopos, comites ⁊ æfter alle ða ðe hine luferon, ꝥ hi ſceolden to him cumene. ⁊ ſcotte ða dæi hwonne man ſceolde ꝥ mynſtre [æt Medeſhamſtede] gehalegon :- et omnes qui Deum dili[illegible] et conſtituit diem, quo monaſterium (Medeſhamſtedenſe h. e. Petriburg[illegible]) [illegible]. Vid. plura de h[illegible] in [illegible] ad annum 660.

Papae Rom.	Archiep. Cant. [illegible]	Anno Christi	Reg. Sax.	[illegible]
VITALIAN. I. 8.		[illegible]	[illegible]	[illegible]

Synodus Pharenſis * (æt Streoneſhalh) *rogatu Hildae illic abbatiſſae, [illegible] ſub Nordanhumbrorum regibus Oſwio patre, et Alchfrido filio, anno Chriſti* 664. Ex Bed. hiſt. eccleſ. lib. iii. cap. 25.

His temporibus quaeſtio facta eſt frequens et magna, de obſervatione Paſchae, confirmantibus eis, qui de Cantia vel de Galliis advenerant, quod Scoti dominicum Paſchae diem contra univerſalis eccleſiae morem celebrarent. Erat in his acerrimus veri Paſchae defenſor nomine "Ronan," natione quidem Scotus, ſed in Galliae vel Italiae partibus regulam eccleſiaſticae veritatis edoctus, qui cum "Finano" confligens, multos quidem correxit, vel ad ſolerti-

[a] [illegible]

[a] Hoc [illegible]

* In hac ſynodo [illegible] praeſentibus, ex parte [illegible] bate, Agathone presbytero, Jacobo diacono, R[illegible] [illegible] naſterii, cum multo alio ex utraque parte clero.

Saxones hanc ſynodum in [illegible] res inde eam Latine vocant P[illegible] la in Eboracenſi littore [illegible] um, eſſe [illegible] defunctam refert praeter vexatam illam de Paſchate, agnoſcit vero actam pariter de tonſura coronae; et Wigornius ſubdit de aliis rebus eccleſiaſticis. "Triceſimo" inquit "anno epiſcopatus Scotorum quem geſſerunt in provincia Northanhumbrorum, ac 22 anno regni Oswii [illegible] ſticis, diſpoſitum eſt ut in monaſterio quod dicitur "Streoneſhealh," cui tunc Hilda abbatiſſa praefuit, ſynodus fieri deberet." Meminit [illegible] ne Paſchae [illegible] rum." [illegible] titam a Magdeburgenſibus cent. [illegible] cap. 9. [illegible] mis.

Non eſt autem praetereundum: Caeſari Baronio et Severino Binio haud viſum eſſe concionem iſtam (cui duo aderant reges, tres Anglorum epiſcopi, praeter alios Scotiae, abbas, abbatiſſa, et cum presbyteris, inſignis cleri e pluribus gentibus confluentia, Romanis, Anglis, Saxonibus, Britannis, Scotis, Pictis) ſynodi vel concilii titulo honeſtare. "Caeterum" inquit Baronius (in anno 664. num. 6.) "ſi vocabulis uti debemus eccleſiaſticis, haud putamus ejuſmodi conventum ſynodum vel concilium eſſe dicendum; cum in eo non fuerint provinciales convocati omnes epiſcopi, ſed qui tunc aderant, inter ſe coram regibus amice contulerint: ſic ergo propria magis voce collationem quis dixerit, imitatus S. Auguſtinum, qui hujuſcemodi conventus collationes appellare conſuevit." Binius (in conciliis ſub Vitaliano, an. 664. Magdeburgenſ. Angelocrat. etc.) perinde non hoc ſynodum vel concilium dicit, ſed "collationem Anglicanam de Paſchate celebrando." Sic illi critice, ego Bedam ſequor et noſtrates, etiam [illegible] Haec S[illegible]

orem veritatis inquiſitionem accendit, nequaquam tamen Finanum emendare potuit, quin potius quod eſſet homo ferocis animi, acerbiorem caſtigando, et apertum veritatis adverſarium reddidit. Obſervabat autem Jacob diaconus quondam (ut ſupra docuimus) venerabilis archiepiſcopi Paulini, verum et catholicum Paſcha cum omnibus quos ad correctiorem viam erudire poterat. Obſervabat et regina Eanfled cum ſuis, juxta quod in Cantia fieri viderat, habens ſecum de Cantia preſbyterum catholicae obſervationis nomine Romanum. Unde nonnunquam contigiſſe fertur illis temporibus, ut bis in anno uno Paſcha celebraretur. Et cum rex Paſcha dominicum ſolutis jejuniis faceret, tunc regina cum ſuis perſiſtens adhuc in jejunio diem palmarum celebraret. Haec autem diſſonantia paſchalis obſervantiae vivente Aedano patienter ab omnibus tolerabatur, qui patenter intellexerant, quia etſi Paſcha contra morem eorum, qui ipſum miſerant, facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis et dilectionis, juxta morem omnibus ſanctis conſuetum diligenter exequi curavit. Unde ab omnibus, etiam his, qui de Paſcha aliter ſentiebant, merito diligebatur, nec ſolum a mediocribus, verum ab ipſis quoque epiſcopis Honorio Cantuariorum, et Foelice orientalium Anglorum venerationi habitus eſt.

Defuncto autem Finano, qui poſt illum fuit, cum Colmanus in epiſcopatum ſuccederet, et ipſe miſſus a Scotia, gravior de obſervatione Paſchae, nec non et de aliis eccleſiaſticae vitae diſciplinis controverſia nata eſt. Unde merito movit haec quaeſtio ſenſus et corda multorum timentium, ne forte accepto chriſtianitatis vocabulo in vacuum currerent aut cucurriſſent. Pervenit et ad ipſas principum aures, Oſuiu videlicet regis, et filii ejus Alchfridi, qui nimirum Oſuiu a Scotis edoctus ac baptizatus, illorum etiam lingua optime imbutus, nihil melius quam quod illi docuiſſent autumabat. Porro Alchfrid magiſtrum habuit eruditionis chriſtianae Vilfridum, virum doctiſſimum. Nam et Romam prius propter doctrinam eccleſiaſticam adierat, et apud Dalfinum archiepiſcopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat, a quo etiam tonſurae eccleſiaſticae coronam ſuſceperat. Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure praeferendam ſciebat. Unde ei etiam donaverat monaſterium quadraginta familiarum, in loco qui dicitur Inhrypum. Quem videlicet locum paulo ante eis qui Scotos ſequebantur, in poſſeſſionem monaſterii dederat. Sed quia illi poſtmodum, data ſibi optione, magis loco cedere, quam ſuam mutare conſuetudinem volebant, dedit eum illi, qui dignam loco et doctrinam haberet et vitam. Venerat eo tempore Agilbertus occidentalium Saxonum epiſcopus, cujus ſupra meminimus, amicus Alchfridi regis et Vilfridi abbatis ad provinciam Nordanhumbrorum, et apud eos aliquandiu demorabatur, qui etiam Vilfridum, rogatu Alchfridi in praefato ſuo monaſterio preſbyterum fecit: habebat autem ſecum ipſe preſbyterum, nomine Agathonem.

Mota ergo ibi quaeſtione de Paſcha, vel tonſura, vel aliis rebus eccleſiaſticis, diſpoſitum eſt, ut in monaſterio, quod dicitur "Strenaeſhalch," quod interpretatur "ſinus Phari," cui tunc Hilda abbatiſſa Deo devota foemina praefuit, ſynodus fieret, et haec quaeſtio terminari deberet. Veneruntque illo reges ambo, pater ſcilicet et filius; epiſcopi, Colman cum clericis ſuis de Scotia; Agilbertus cum Agathone et Vilfrido preſbyteris; Jacobus et Romanus in horum parte erant. Hilda abbatiſſa cum ſuis in parte Scotorum, in qua erat etiam venerabilis epiſcopus Cedda, jamdudum ordinatus a Scotis, ut ſupra docuimus, qui et interpres in eo concilio vigilantiſſimus utriuſque partis extitit.

Primuſque rex Oſuiu, praemiſſa praefatione, quod oporteret eos, qui uni Deo ſervirent, unam vivendi regulam tenere, nec diſcrepare in celebratione ſacramentorum caeleſtium, qui unum omnes in caelis regnum expectarent; inquirendum potius, quae eſſet verior traditio, et hanc ab omnibus communiter eſſe ſequendam; juſſit primo dicere epiſcopum ſuum Colmanum, qui eſſet ritus, et unde originem ducens ille quem ipſe ſequeretur.

Tunc Colmanus: Paſcha, inquit, hoc quod agere ſoleo a majoribus meis accepi, qui me huc epiſcopum miſerunt, quod omnes patres noſtri viri Deo dilecti eodem modo celebraſſe noſcuntur. Quod ne cui contemnendum et reprobandum eſſe videatur, ipſum eſt quod beatus evangeliſta Johannes, diſcipulus ſpecialiter Domino dilectus, cum omnibus, quibus praeerat eccleſiis, celebraſſe legitur. Quo haec et his ſimilia dicente, juſſit rex et Agilbertum proferre in medium morem ſuae obſervationis, unde initium haberet, vel qua hunc auctoritate ſequeretur. Reſpondit Agilbertus: loquatur, obſecro, vice mea diſcipulus meus Vilfrid preſbyter, quia unum ambo ſapimus cum caeteris qui hic aſſident eccleſiaſticae traditionis cultoribus, et ille melius ac manifeſtius ipſa lingua Anglorum, quam ego per interpretem, poteſt explanare quae ſentimus.

Tunc Vilfrid, jubente rege ut diceret, ita exorſus eſt: Paſcha quod facimus, inquit, vidimus Romae (ubi beati apoſtoli Petrus et Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt, et ſepulti) ab omnibus celebrari. Hoc in Italia, hoc in Gallia, quas diſcendi vel orandi ſtudio pertranſivimus, ab omnibus agi conſpeximus. Hoc Africam, Aſiam, Aegyptum, Graeciam, et omnem orbem, quacunque Chriſti eccleſia diffuſa eſt, per diverſas nationes ac linguas, uno ac non diverſo temporis ordine geri comperimus, praeter hos tantum et obſtinationis eorum complices, Pictos dico et Britones, cum quibus de duabus ultimis oceani inſulis, et his non totis, contra totum orbem ſtulto labore pugnant.

Cui haec dicenti reſpondit Colmanus: mirum quare ſtultum appellare velitis laborem noſtrum, in quo tanti apoſtoli, qui ſuper pectus Domini recumbere dignus fuit, exempla ſectamur, cum ipſum ſapientiſſime vixiſſe omnis mundus noverit.

At Vilfridus: abſit, inquit, ut Johannem ſtultitiae reprehendamus, cum ſcita legis Moyſaicae juxta literam ſervaret, judaizante adhuc in multis eccleſia, nec ſubito valentibus apoſtolis, omnem

omnem legis obſervantiam, quae a Deo inſtituta eſt, abdicare. Quomodo ſimulacra, quae a daemonibus inventa ſunt, repudiare omnes, qui ad fidem veniunt, neceſſe eſt, videlicet, ne ſcandalum facerent eis, qui inter gentes erant, Judaeis. Hinc eſt enim quod Paulus Timotheum circumcidit, quod hoſtias in templo immolavit, quod cum Aquila et Priſcilla caput Corinthi totondit, ad nihil videlicet utile, niſi ad ſcandalum vitandum Judaeorum. Hinc quod eidem Paulo Jacobus ait: " vides frater, quot millia ſunt in Judaeis, qui crediderunt, et omnes ii aemulatores ſunt legis: nec tamen hodie, clareſcente per mundum evangelio, neceſſe eſt, imo nec licitum fidelibus vel circumcidi, vel hoſtias Deo victimarum offerre carnalium." Itaque Johannes ſecundum legis conſuetudinem quartadecima die menſis primi, ad veſperam incipiebat celebrationem feſti paſchalis, nil curans utrum haec ſabbato, an alia qualibet feria proveniret. At vero Petrus cum Romae praedicaret, memor quia Dominus prima ſabbati reſurrexit a mortuis, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit, ita Paſcha faciendum intellexit, ut ſecundum conſuetudinem ac praecepta legis, quartamdecimam lunam primi menſis, aeque ſicut Johannes orientem ad veſperam ſemper expectaret. Et hac exorta, ſi dominica dies (quae tunc prima ſabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipſa veſpera Paſcha dominicum celebrare incipiebat, quomodo et nos omnes hodie facere ſolemus. Sin autem dominica non proximo mane poſt lunam 14^{am}. ſed 16^{a}. aut 17^{a}. aut alia qualibet luna, uſque ad 21^{am}. eſſet ventura, expectabat eam, et praecedente ſabbato veſpere ſacroſancta Paſchae ſolennia inchoabat. Sicque fiebat ut dominica Paſchae dies, non niſi a 15^{a}. luna uſque ad 21^{am}. ſervaretur. Neque haec evangelica et apoſtolica traditio legem ſolvit, ſed potius adimplet, in qua obſervandum Paſcha a 14^{a}. luna primi menſis ad veſperam, uſque ad 21^{am}. lunam ejuſdem menſis ad veſperam praeceptum eſt; in quam obſervantiam imitandam, omnes S. Johannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum ejus, et omnis per orbem eccleſia converſa eſt, et hoc eſſe verum Paſcha, hoc ſolum fidelibus celebrandum Niceno concilio, non ſtatutum noviter, ſed confirmatum eſt, ut eccleſiaſtica docet hiſtoria. Unde conſtat vos, Colmane, neque Johannis (ut autumatis) exempla ſectari, neque Petri, cujus traditioni ſcientes contradicitis, neque legi, neque evangelio, in obſervatione veſtri Paſchae congruere. Johannes enim ad legis Moyſaicae decreta tempus paſchale cuſtodiens, nil de prima ſabbati curabat, quod vos non facitis, qui non niſi prima ſabbati Paſcha celebratis. Petrus a quintadecima luna uſque ad viceſimam primam diem Paſchae dominicum celebrabat, quod vos non facitis, qui a quartadecima uſque ad viceſimam lunam diem dominicum Paſchae obſervatis, ita ut tertia decima luna ad veſperam ſaepius Paſcha incipiatis, cujus neque lex ullam fecit mentionem, neque auctor ac dator evangelii Dominus in ea, ſed in quartadecima luna vel vetus Paſcha manducavit ad veſperam, vel novi teſtamenti ſacramenta in commemorationem ſuae paſſionis eccleſiae celebranda tradidit. Itemque lunam viceſimam primam, quam lex maxime celebrandam commendavit, a celebratione veſtri Paſchae funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione ſummae feſtivitatis, neque Johanni, neque Petro, neque legi, neque evangelio concordatis.

His contra Colmanus: nunquid, ait, Anatholius vir ſanctus, et in praefata hiſtoria eccleſiaſtica multum laudatus, legi vel evangelio contraria ſapuit, qui a quarta decima uſque ad viceſimam Paſcha celebrandum ſcripſit? Nunquid reverendiſſimum patrem noſtrum Columbam et ſucceſſores ejus, viros Deo dilectos, qui eodem modo Paſcha fecerunt, divinis paginis contraria ſapuiſſe vel egiſſe credendum eſt? Cum plurimi fuerint in eis quorum ſanctitati caeleſti ſigna, et virtutum quae fecerunt miracula teſtimonium praebuerunt, quos ipſe ſanctos eſſe non dubitans, ſemper eorum vitam, mores, et diſciplinam ſequi non deſiſto.

At Vilfridus: conſtat, inquit, Anatholium virum ſanctiſſimum, doctiſſimum, ac laude eſſe digniſſimum; ſed quid vobis cum illo, cum nec ejus decreta ſervetis? Ille enim in Paſcha ſua regulam utique veritatis ſequens, circulum novemdecim annorum poſuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum et a tota Chriſti eccleſia cuſtoditum, pro nihilo contemnitis. Ille ſic in Paſchae dominico quartam decimam lunam computavit, ut hanc eadem ipſa die, more Aegyptiorum quintam decimam lunam ad veſperam eſſe fateretur. Sic item viceſimam diem dominico Paſchae annotavit, ut hanc declinata eadem die eſſe viceſimam primam crederet. Cujus regulam diſtinctionis vos ignoraſſe probat, quod aliquotiens Paſcha manifeſtiſſime ante plenilunium, id eſt, in tertia decima luna facitis. De patre autem veſtro Columba et ſequacibus ejus, quorum ſanctitatem vos imitari, et regulam ac praecepta caeleſtibus ſignis confirmata ſequi perhibetis, poſſum reſpondere, quia multis in judicio dicentibus Domino quod in nomine ejus prophetaverint, et daemonia ejecerint, et virtutes multas fecerint, reſponſurus ſit Dominus, quia nunquam eos noverit. Sed abſit ut de patribus veſtris hoc dicam, quia juſtius multo eſt de incognitis bonum credere quam malum. Unde et illos Dei famulos ac Deo dilectos eſſe non nego, qui ſimplicitate ruſtica, ſed intentione pia, Deum dilexerunt. Neque illis multum obeſſe reor talem Paſchae obſervantiam, quamdiu nullus advenerat, qui eis inſtituti perfectioris decreta, quae ſequerentur oſtenderet. Quos utique credo, ſi qui tunc ad eos catholicus calculator adveniret, ſic eius monita fuiſſe ſecuturos, quomodo ea quae noverant ac didicerant Dei mandata probantur fuiſſe ſecuti. Tu autem et ſocii tui, ſi audita decreta ſedis apoſtolicae, imo univerſalis eccleſiae, et haec literis ſacris confirmata ſequi contemnitis, abſque ulla dubietate peccatis. Et ſi enim patres tui ſancti fuerunt, nunquid univerſali quae per orbem eſt eccleſiae Chriſti, horum eſt paucitas uno de angulo extremae inſulae praeferenda? Et ſi ſanctus erat ac potens virtutibus ille Columba veſter imo et noſter, ſi Chriſti erat, num praeferri potuit beatiſſimo apoſtolorum principi? Cui Dominus ait: " tu es Petrus, et ſuper hanc

petram aedificabo eccleſiam meam, et portae inferi non praevalebunt adverſus eam; et tibi dabo claves regni caelorum."

Haec perorante Vilfrido dixit rex: verene, Colmane, haec illi Petro dicta ſunt a Domino? Qui ait: vere, rex. At ille: habetis, inquit, vos proferre aliquid tantae poteſtatis veſtro Columbae datum? At ille ait: nihil. Rurſum autem rex: ſi utrique veſtrum, inquit, in hoc ſine ulla controverſia conſentiunt, quod haec principaliter Petro dicta, et ei claves regni caelorum ſunt datae a Domino. Reſponderunt: etiam, utique. At ille ita concluſit: et ego vobis dico, quia hic eſt oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo, ſed in quantum novi vel valeo, hujus cupio in omnibus obedire ſtatutis, ne forte me adveniente ad fores regni caelorum, non ſit qui reſerat, averſo illo qui claves tenere probatur. Haec dicente rege, faverunt aſſidentes quique ſive aſtantes majores una cum mediocribus, et abdicata minus perfecta inſtitutione, ad ea quae meliora cognoverant ſeſe transferre feſtinabant.

Finitoque conflictu ac ſoluta concione Agilbertus domum rediit. Colman videns ſpretam ſuam doctrinam, ſectamque eſſe deſpectam, aſſumptis his qui ſe ſequi voluerunt, id eſt, qui Paſcha catholicum et tonſuram coronae (nam et de hoc quaeſtio non minima erat) recipere nolebant, in Scotiam regreſſus eſt, tractaturus cum ſuis quid de his facere deberet. Cedda relictis Scotorum veſtigiis ad ſuam ſedem rediit, utpote agnita obſervatione catholici Paſchae. Facta eſt autem haec quaeſtio anno dominicae incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, qui fuit annus Oſuii regis viceſimus ſecundus: epiſcopatus autem Scotorum, quem geſſerunt in provincia Anglorum, annus triceſimus.

Papae Rom.	Sede Cantuar. vacante.	Anno Chriſti	Reg. Saxon:	Imperat.
VITALIANI I. 11.		667.	EGBERITH. 3.	CONSTANT. II. 25.

Epiſtola Vitaliani papae ad Oſuium regem Nordanhumbrorum, ejus de Paſchate judicium expetentem. Ex Bedae H. E. l. 3. c. 29.

DOMINO excellentiſſimo filio Oſuio regi Saxonum Vitalianus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Deſiderabiles literas excellentiae veſtrae ſuſcepimus, quas relegentes, cognovimus ejus piiſſimam devotionem, ferventiſſimumque amorem quem habet propter beatam vitam. Et quia dextra Domini protegente, ad veram et apoſtolicam fidem ſit converſus, ſperans, ut ſicut in ſua gente regnat, ita et cum Chriſto in futuro conregnaret. Benedicta igitur gens, quae talem ſapientiſſimum et Dei cultorem promeruit habere regem. Quia non ſolum ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubjectos ſuos meditatur die ac nocte ad fidem catholicam atque apoſtolicam pro ſuae animae redemptione converti. Quis enim audiens haec ſuavia non laetetur? Quis non exultet et gaudeat in his piis operibus? Quia et gens veſtra Chriſto omnipotenti Deo credidit, ſecundum divinorum prophetarum voces, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia: *"in die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur." Et iterum: "[a] audite inſulae, et attendite populi de longe." Et poſt paululum: "parum, inquit, eſt ut mihi ſis ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, et faeces Iſrael convertendas. Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terrae." Et rurſum: "[b] reges videbunt, et conſurgent principes, et adorabunt." Et poſt puſillum: [c] dedi te in foedus populi, ut ſuſcitares terram, et poſſideres haereditates diſſipatas, et diceres his qui vincti ſunt, exite; et his qui in tenebris, revelamini." Et rurſum: "[d] ego Dominus vocavi te in juſtitia, et apprehendi manum tuam, et ſervavi, et dedi te in foedus populi, et in lucem gentium, ut aperires oculos caecorum, et educeres de concluſione vinctum de domo carceris ſedentem in tenebris." Ecce excellentiſſime fili, quam luce clarius eſt, non ſolum de vobis, ſed etiam de omnibus prophetarum gentibus, quod ſint crediturae in Chriſto omnium conditore. Quamobrem oportet veſtram celſitudinem, utpote membrum exiſtens Chriſti, in omnibus piam regulam ſequi perenniter principis apoſtolorum, ſive in Paſcha celebrando, ſive in omnibus quae tradiderunt ſancti apoſtoli Petrus et Paulus, qui ut duo luminaria caeli illuminant mundum, ſic doctrina eorum corda hominum quotidie illuſtrat credentium.

Et poſt nonnulla quibus de celebrando per orbem totum uno vero paſcha loquitur. [e] Hominem denique, inquit, docibilem, et in omnibus ornatum antiſtitem ſecundum veſtrorum ſcriptorum tenorem minime valuimus nunc reperire, pro longinquitate itineris. Profecto enim dum hujuſmodi apta repertaque perſona fuerit, eum inſtructum ad veſtram dirigemus patriam, ut ipſe et viva voce, et per divina oracula, omnem inimici zizaniam ex omni veſtra inſula cum divino nutu eradicet.

Munuſcula a veſtra celſitudine beato principi apoſtolorum directa, pro aeterna ejus memoria ſuſcepimus, gratiaſque ei agimus, ac pro ejus incolumitate jugiter Deum deprecamur cum Chriſti clero. Itaque qui haec obtulit munera de hac ſubtractus eſt luce, ſituſque ad limina apoſtolorum, pro quo valde ſumus contriſtati,

* Cap. xi. 10. [a] ibid. xlix. 1, 6. [b] ibid. 7. [c] ibid. 8, 9. [d] ibid. xlii. 6, 7. [e] Out of this (Clar. Uſſer. in Not. MSS. ad h. l. audis) which is here pretermitted touching the celebration of Eaſter, I have preſerved this fragment (in epiſt. Hibern. Sylloġ. p. 126.) "Nunquam enim celebrare (debemus) ſanctum Paſcha, niſi ſecundum apoſtolicam et catholicam fidem, ut in toto orbe celebratur a chriſtiana plebe, id eſt, ſecundum apoſtolicam regulam cccxviii. ſanctorum patrum, ac computum ſancti Cyrilli et Dionyſii. Nam in toto terrarum orbe ſic Chriſti una columba, hoc eſt eccleſia immaculata, ſanctum Paſchae reſurrectionis diem celebrat. Nam Victoris (Victorii) ſedes apoſtolica non adprobavit regulam Paſchae: ideo nec ſequitur diſpoſitionem ejus pro Paſcha."

cum

2

[illegible] Verumtamen [illegible] literarum vestris missi, [illegible] reliquias [illegible] Petri et Pauli, et sanctorum martyrum [illegible], Johannis et Pauli, et [illegible], atque Pancratii eis fecimus dari, vestrae excellentiae [illegible].

[illegible] spiritali filiae, direximus per praefatos gerulos crucem clavem auream habentem, de ſacratiſſimis vinculis beatorum apoſtolorum Petri et Pauli. De [illegible] quantum ejus pia opera coram Deo flagrant et vernant. Feſtinet igitur quaeſumus veſtra celſitudo, ut optamus, totam [illegible] Deo [illegible] quaerite primum regnum Dei, et juſtitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis.[1] [illegible] tiam, divinam precamur jugiter clementiam, [illegible] operibus auxiliari dignetur, ut cum Chriſto in futuro regnetis ſeculo. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

[illegible]

Vitaliani papae I. [illegible] [illegible]

D[illegible] epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Inter plurima quae nobis per veſtras ſyllabas intimari juſſiſti, cognovimus etiam deſiderium veſtrum pro [illegible] tatis privilegio ſplendeſcere deſideras. Nos vero veſtrae petitioni annuentes, quia congruit paſtorali ſolicitudine, circa eccleſias Dei, quae a priſcis temporibus ab hac apoſtolica ſede ſtatuta intelligimus, irrefragabili ratione volumus, ut ſicut a nobis et a noſtris [illegible] ſtabilitate muniantur. Unde nobis viſum eſt te exhortari, ac in praeſenti commendare tuae ſagaciſſimae ſanctitati omnes eccleſias in inſula Britanniae poſitas; omnia ergo quae a ſancto Gregorio praedeceſſore noſtro Auguſtino, ſincello ſuo ſtatuta ſunt atque firmata, vel etiam per ſacrum uſum pallii conceſſa, nos tibi in aevum concedimus, et Doroverniam civitatem, ubi primitus per revelationem Jeſu Chriſti Domini noſtri fides catholica ſecundum inſtitutionem ſacrorum canonum ſuſcepta eſt, habeto. [illegible] ligandi atque ſolvendi, in caelo et in terra, nos licet immeriti ejuſdem beati Petri clavigeri regni caelorum vicem tenentes, tibi, Theodore, tuiſque [illegible] fuerunt condonata, ita in perpetuum in ipſa tua metropolitana ſede, quae ſita eſt in civitate Dorovernia, immutilata concedimus detinenda. [illegible] noſtrae apoſtolici diffinitionis privilegii auctoritatem venire temptaverit, ſi quidem epiſcopus, [illegible] ſtolica auctoritate ſtatuimus atque decernimus, ut epiſcopus ordine praeſulatus careat, et pre- [illegible] regibus quam principibus, ſive magna vel parva perſona fuerit, ſciat ſe alienum a participatione corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hanc autem privilegii paginam ſuffultam auctoritate beati Petri apoſtolorum principis, cujus miniſterio fungimur, tibi, Theodore, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum obtinendam delegamus. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.

[illegible]

[illegible] a. 14. fol. 170.

A[illegible] Theodorus [illegible] qui [illegible]

[1] Mat. vi. 33.

[illegible]

riter congregatis, diligenter ea quae unitati pacis eccleſiaſticae congruerent, eo quo pontificem decebat animo, coepit obſervanda docere. Cujus ſynodicae actionis hujuſmodi textus eſt.

In nomine Domini Dei et ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti; regnante in perpetuum ac gubernante ſuam eccleſiam eodem Domino [b] noſtro Jeſu Chriſto, placuit convenire nos, juxta morem canonum venerabilium tractaturos, de neceſſariis eccleſiae negotiis. Convenimus autem die 24. menſis Septembris, indictione prima, in loco qui dicitur Herudford. Ego quidem Theodorus, quamvis indignus, ab apoſtolica ſede deſtinatus Dorovernenſis eccleſiae epiſcopus, et conſacerdos ac frater noſter reverendiſſimus Biſi orientalium Anglorum epiſcopus, quibus etiam frater et conſacerdos noſter, Vilfridus Nordanhumbrorum gentis epiſcopus, per proprios legatarios affuit. Affuerunt et fratres et conſacerdotes noſtri Putta epiſcopus caſtelli Cantuariorum, quod dicitur Rofeſceſtir [c], Leutherius epiſcopus occidentalium Saxonum, Vinfridus epiſcopus provinciae Merciorum. Cumque in unum convenientes juxta ordinem quique ſuum reſediſſemus.

Rogo, inquam, dilectiſſimi fratres, propter timorem et amorem redemptoris noſtri, ut in commune omnes pro noſtra fide tractemus, ut quaeque decreta ac diffinita ſunt a ſanctis et probabilibus patribus, incorrupte ab omnibus nobis ſerventur. Haec et alia quam plura, quae ad charitatem pertinebant, unitatemque eccleſiae conſervandam, proſecutus ſum. Cumque explesſem praelocutionem, interrogavi unumquemque eorum per ordinem, ſi conſentirent, ea quae a patribus canonice ſunt antiquitus decreta, cuſtodire. Ad quod omnes conſacerdotes noſtri reſpondentes dixerunt: optime omnibus placet, quaeque definierunt ſanctorum canones patrum, nos quoque omnes alacri animo libentiſſime ſervare. Quibus ſtatim protuli eundem librum canonum, et ex eodem libro decem capitula, quae per loca notaveram: quia maxime nobis neceſſaria ſciebam, illis coram oſtendi, et ut haec diligentius ab omnibus ſuſciperentur, rogavi.

Primum capitulum, ut ſanctum diem Paſchae in commune omnes [d] ſervemus, dominica poſt quartam decimam lunam menſis primi.

ford. Wigornenſis, Heortford. Et Florilegus Hertfort. Diverſae pene omnia ſignificationis, ſed mendoſius abſque dubio Godwinus praeſul, vel typographus, Herefordiae. Camdenus autem de hac ſynodo ex Beda agens, ait verum nomen eſſe Herudford, atque illud vadum rubrum ſignificare. *He* enim articulum eſſe Saxonicum credit (quod ego non reperio) pro quo *the* nunc utimur, cum plurali numero *hem* pro *them* ſaepius legatur. De anno convenit apud omnes praeter Foxium. Haec SPELM.

[a] Egregia ſunt quae vir eruditus John Johnſon. in vol. i. legum eccleſiaſticarum et canonum Anglice conſcriptorum de vita et ſcriptis Theodori archiepiſcopi Cantuar. recenſet. Ea prout concilio Herudfordenſi vel Theodori canonibus praefixa ſunt, hic adferre haud pigebit. "Auguſtin and his five ſucceſſors in the ſee of Canterbury, ſeem to have wholly employed themſelves for near ſeventy years, in converting the people to chriſtianity, and ſettling the divine worſhip. Upon the vacancy of the ſee of Canterbury, by the death of Deuſdedit the firſt native metropolitan, Wighard an Engliſh prieſt was ſent to Rome by the two kings of Kent and Northumberland, to be conſecrated in his ſtead. But ſoon after his arrival there, he died of the peſtilence. Upon which pope Vitalian, after having made an offer of the archbiſhoprick to two others, who refuſed it, prevailed on Theodore to undertake the charge, tho' not without the conſent and deſire of the two kings. Theodore was born at Tarſus in Cilicia, and had ſpent the greateſt part of his life in Greece, and the eaſt, but lived now at Rome in quality of a private monk, and was but ſub-deacon, tho' above ſixty years of age, and had received the eaſtern tonſure only, when he was nominated to the archbiſhoprick. He was received here as a publick bleſſing by the kings and people, and was the firſt archbiſhop, ſays Bede, to whom all England ſubmitted. And in truth the biſhops of York were not at this time metropolitans. He brought over with him many Greek and Latin books; erected an academy at Canterbury, and had with him a good number of men to teach the ſciences, and the Greek and Latin tongues, beſide Adrian the abbot, firſt of thoſe two that refuſed the archbiſhoprick, who was really ſent by the pope, as a ſpy upon Theodore, leſt he ſhould introduce any of the Greek rites in England. It is ſaid there was no diſcipline in this church, before his time: and indeed the beſt regulated churches were grown very looſe as to this point. Publick penances were only done in lent, and tho' men were excommunicated for obſtinacy in ſome ſcandalous crimes, yet they were abſolved within a few months after they ſubmitted to the church. But auricular confeſſion began now to ſucceed in the room of publick diſcipline. Theodore wrote a penitentiary, which was to direct confeſſors, how to conduct themſelves in hearing confeſſions, and enjoining penance. And they made confeſſion to the prieſt neceſſary, not in order to obtain his abſolution, but to be inform'd what ſort of penance was required for every offence, and for the ſeveral degrees and circumſtances of it. And the moſt difficult part of the prieſts office was, to know how to proportion the private penance to the crime. And Theodore's penitentiary was look'd upon as the beſt rule in this particular: and he was, in truth, one of the greateſt men that ever ſate in the chair of Canterbury; but he carried it with an high hand towards the biſhops, who therefore did not overmuch affect him. And the pope ſhew'd his jealouſy of him again, by ſending John his precentor, to teach the Engliſh clergy, not the Roman ſervice, as ſome have imagin'd (for that they received from Auguſtin) but the moſt approv'd modes of ſinging it; and to enquire into the faith of Theodore, and the reſt of the biſhops. Upon which he called a ſynod at Biſhops Hatfield in Hartfordſhire (not at Hothfield in Kent, as ſome, by miſtake, have thought) in which they did in ample form declare for the faith of the five firſt general councils. But I am not at preſent concern'd with this council, becauſe nothing was then ordained in relation to government or diſcipline: yet this was a regular, eccleſiaſtical council, call'd and holden by Theodore the archbiſhop in the year 680. ſo was his ſynod at Herudford, that is Hartford. And they were indeed both of them national ſynods, and in the firſt of them Theodore ſtyles himſelf archbiſhop of the iſland of Britain."

[b] Noſtro deeſt MS. Cot.   [c] Hrofeſceaſter MS.

[d] Rationem quare unanimem diei paſchae obſervationem Theodorus hic inculcat, ſupra memoratus vir clar. Johnſonus in collect. canon. ſub Theodori canonibus enarrat, totamque hiſtoriam controverſiae de certo paſchatis die obſervando, breviter ac erudite complectitur his verbis. "This canon was aimed at the Welſh and Iriſh, who ſtill kept their Eaſter by another rule, than that which Auguſtin brought from Rome. It is not certain what their rule was, or how they came by it. Conſtantine in his letter to the churches (Euſeb. de vit. Conſt. l. 2.) declares that the Britons, as well as other nations, obſerved Eaſter as the council of Nice had directed. Whether the Romans or the Britons had departed from the meaſures there fix'd, will very well bear a diſpute. The invaſions of the northern people in the fifth century cut off the communication, which there had formerly been between Rome and the Britiſh churches: and the revolutions made by the Saracens in Egypt, in the next centuty did for a long while eclipſe the patriarchs, and for a while interrupt the ſucceſſion of them at Alexandria; from whence Eaſter day uſed to be notified to Rome, and from thence to all the weſtern churches. During theſe commotions, the church of Rome had the cicles for finding Eaſter new modell'd by Victorius and Dionyſius Exiguus;

Secundum,

Secundam, ut nullus episcoporum [illegible] alterius invadat, sed contentus sit [illegible] creditae ſibi plebis.

Tertium, ut [illegible] monaſteria D[illegible] [illegible] crata ſunt, nulli epiſcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus violenter abſtrahere.

Quartum, ut ipſi monachi non migrent de loco ad locum, hoc eſt, de monaſterio ad monaſterium, niſi per demiſſionem proprii abbatis, [illegible] in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuae converſionis promiſerunt.

Quintum, ut nullus clericorum relinquens proprium epiſcopum, paſſim quolibet diſcurrat, neque alicubi veniens abſque commendatitiis literis ſui praeſulis ſuſcipiatur. Quod ſi ſemel ſuſceptus noluerit invitatus redire, et ſuſceptor, et is, qui ſuſceptus eſt, excommunicationi ſubjacebit.

Sextum, ut epiſcopi atque clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale abſque permiſſu epiſcopi, in cujus parochia eſſe cognoſcitur, agere.

Septimum, ut bis in anno ſynodus congregetur: ſed quia diverſae cauſae impediunt, placuit omnibus in commune, ut kalendis Auguſtis in loco, qui appellatur Cloſeſhoo ſemel in anno congregemur.

Octavum, ut nullus epiſcoporum ſe praeferat [illegible] per [illegible] tempus, et ordinem conſecrationis ſuae.

[illegible] augerentur, ſed de hac re ad praeſens ſiluimus.

Decimum pro conjugiis, ut nulli liceat niſi legitimum habere connubium. Nullus inceſtum faciat, nullus conjugem propriam, niſi, ut ſanctum evangelium docet, fornicationis cauſa relinquat. Quod ſi quiſquam propriam expulerit conjugem legitimo ſibi matrimonio conjunctam, [illegible] cilietur conjugi.

His itaque capitulis in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum [illegible] oriatur contentionis ſcandalum, aut alia prae aliis divulgarentur, placuit ut quaeque diffinita ſunt, unuſquiſque noſtrum manus propriae ſubſcriptione confirmaret. Quam ſententiam diffinitionis noſtrae Titillo notario ſcribendam dictavi: actum in menſe et indictione ſupra ſcriptis. Quiſquis igitur contra hanc ſententiam juxta [illegible] ac ſubſcriptione manus noſtrae confirmatam, quoquomodo venire, eamque infringere tentaverit, noverit ſe ab omni officio ſacerdotali et noſtra ſocietate ſeparatum. Divina nos gratia in unitate ſanctae ſuae eccleſiae viventes cuſtodiat incolumes.

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
ADEODATI I. 2.	THEODORI 6.	[illegible]	EGBERTH 9.	CONSTANT. V. 6.

Privilegium quod Cantuarienſibus monachis [illegible] S. Petri et Pauli ab [illegible] papa conceſſum fuiſſe dicitur *. Ex MS. Clar. Uſſerii pene. rev. epiſc. Aſſaven.

ADEODATUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Adriano abbati monaſterii ſancti Petri apoſtoli. Evangelicis atque apoſtolicis ſanctionibus luce clarius edocemur, nec ſervorum ſolertiam in adminiſtratione talentorum, nec dominicae vineae operarios pondere diei et aeſtu affectos a remuneratione boni operis eſſe fraudatos. Scriptum namque eſt: "voca" ait, "operarios et redde illis mercedem:" et: "dignus eſt operarius proprio laboris commodo perpotiri." Quapropter oportet etiam nos licet immeritos, paſtoralem tamen curam adminiſtran-

[illegible]
two Iriſh biſhops there; Colman was the principal advocate for the Britiſh Eaſter; there was a third biſhop, viz. Agilbert [illegible]
[illegible]
them, brother to Chad mentioned before, return'd to his ſee of London, but died ſoon after. The king pronounced ſentence for himſelf only and his family; for before this he had kept his Eaſter ſometimes, while his queen, who was a Kentiſh [illegible]
[illegible]
Theodore not only made this canon in behalf of the Roman Eaſter, but uſed great induſtry for the obſerving it throughout [illegible]

[illegible]

tes, eis qui lucrando Deo animas ſolerter invigilant, providentiam aliquam ad temporalem eorum ſuſtentationem utcunque peragere, ne eorum ſagacitas erga lucrandarum animarum quaeſtum neceſſitate ſcilicet temporali praepedita, ad opus implendum ſegnis efficiatur. Quam ob cauſam annuentes tuae petitioni, quemadmodum nos fuſa parte popoſcit, a praeſenti concedimus tibi Adriano, utpote abbati ab hac apoſtolica ſede ordinato atque deſtinato, una cum tua propria congregatione, quae nunc vel futura eſt, monaſterium videlicet ſancti Petri conſtitutum extra civitatem cognomento Doroverno, cum omnibus redditibus ad eum pertinentibus, vel quicquid ei jure verbi competere videtur. Et ſi qua exinde ab aliquo injuſte ablata ſunt, reſtitui abſque recraſtinatione cenſemus; quatenus dum nihil eorum, quae ad ſuſtentationem corpoream ſunt profutura, defuerit. Licenter ad lucrandas (ut dictum eſt) Deo animas pervigil poſſit eſſe ſolicitudo. Cujus ad cumulum firmitatis praevidimus praefatum monaſterium apoſtolicis praerogativis nunc et in perpetuum praemunire, inſolentiaſque tam ſacerdotum quam laicorum pariter ab eo inhibere; praecipientes ex auctoritate videlicet apoſtolicae ſedis, cui ſuperna largiente gratia praeeſſe dignoſcimur, omnes omnino tam eccleſiae praeſules, quamque ſublimium ſecularium dignitates, vel inferioris ordinis adminiſtrationem gerentes, ſe a praefati monaſterii inquietudinibus atque gravaminibus ſuſpendi, nec per quamlibet occaſionem tibi tuaeque congregationi in eo degenti, vel qui pro tempore ſuo ſucceſſerit in loco, quoquo modo diſpendia vel inquietudinum moleſtias irrogare. Sed et hoc nihilominus ſancientes, ut poſt tuum obitum futurus abbas, non alius, vel aliunde ad eorum regimen animarum, niſi quem ipſa ſibi prorſus Deo ſervientium congregatio de proprio videlicet monaſterio communi aſſenſu regulariter praelegerit, ſubrogetur. Si quis interea (quod non credimus) temerario auſu contra haec ſanctae et apoſtolicae ſedis decreta contraire temptaverit, et ea, quae a nobis pie indulta ſunt, privilegia convellere praeſumpſerit, noverit ſe, (ſi praeſul vel miniſter eſt) ex auctoritate videlicet beati Petri apoſtolorum principis, cui Dominus Jeſus Chriſtus, Deus noſter, ligandi ſolvendique in caelo et in terra poteſtatem conceſſit, proprio eſſe privatum officio; ſi de ſecularibus laiciſque fuerit, a participatione corporis et ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti cognoſcat ſe eſſe ſegregatum, quouſque videlicet quod temere perpetravit, humiliter corrigat, et de exceſſu poenitudinem gerat. Dat. x. kalend. Januarii, imperantibus piiſſimis Auguſtis, Conſtantino majore imperatore anno xxij. poſt conſulatum ejus anno . . . . ſed et Heraclio atque Tiberio novis Auguſtis, ejus fratribus anno xviii. indictione ſecunda.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
AGATHO. I. 1.	THEODORI 12.	679.	LOTHAR. 6.	CONSTANT. V. 12.

Concilium Romano Britannicum.*

Occaſio iſtius ſynodi, uti enarratur a clar. Spelmanno, etc.

ORIUNTUR e duro Theodori archiepiſcopi Cantuariae regimine, epiſcoporumque aliquot per eundem abdicatione, motus varii in Britannica eccleſia: inter hos Wilfridus abbas ille Ripenſis celeberrimus, qui in Pharenſi ſynodo palmam retulit a Colmanno Scoto, et ſuis adhaerentibus, et ob ſingularem eruditionem, pietatem, virtutumque theologicarum eminentiam, in archiepiſcopatus Eboracenſis cathedram ſublevatus eſt, ſua etiam ſede pellitur. Perſequebatur enim hunc livor edax, et livore edacior ira Ermenburgae reginae: quin et regis ipſius Nordanhymbrorum Egfridi, ſatellitum etiam ſuorum atque aulicorum. "Conflavit ergo," inquit Malmeſburius [a], "pontifici regina invidiam, quod tot abbates, tot abbatias haberet, quod aureis et argenteis vaſis ſibi miniſtrari faceret: quod clientum turba, nitore veſtium ſuperbiens, illius latus obambularet. Cucurrit ergo tam invidioſa relatio, ad archiepiſcopum Cantuarienſem Theodorum. Is non moratus, ſed xeniorum obtentu vigorem animi enervans, inconſulto Wilfrido tres alterius regionis epiſcopos in ejus dioeceſim introduxit. Praetendebat tamen cauſam juſtitiae, ut inde tres alerentur epiſcopi, unde unus tumebat: ſufficere tantos ſumptus, tantaeque dioeceſis circuitum quatuor epiſcopis. Et haec quidem recte dicta poſſent videri, ſi eum, qui ſua induſtria omnia conquiſiverat, vel non omnino ſpoliatum dejiceret, vel ſaltem cum conſenſu ejus ageret," etc.

Spoliatus autem in hunc modum archiepiſcopatu ſuo Wilfridus, ſedem appellat apoſtolicam, ſuperatiſque viae et impedimentorum difficultatibus lenta peregrinatione Romam tandem ingreditur, et ut progrediens ait Malmeſburius, "attonitam ſui expectatione urbem offendit. Praevenerat enim miſſus modeſtae religionis monachus Kenewald, accuſationes ſcriptas deferens, et amaritudine delationis verbis immitibus, quo commotus Agatho ſanctiſſimus papa concilium quinquaginta tam epiſcoporum quam abbatum in baſilica ſalvatoris quae appellatur Conſtantiana coegit. Cujus concilii haec eſt forma."

* Hoc concilium Romae ſub Agathone habitum de rebus Britannicae eccleſiae, in baſilica ſalvatoris noſtri Conſtantini [illegible]. Anno Chriſti 679 mense Octobr. indict. 7. praeſidenti in eodem ipſo papa Agathone, et conſidentibus quinquaginta epiſcopis, abbatibus, presbyteris; aſtantibus etiam diaconibus, et cuncto clero.

[a] Geſt. Pont. lib. iii. de archiep. Ebor.

Inquit

Inquit Malmeſburius, " Agatho ſanctiſſimus, " etc. ut mox infra referemus.

Prius autem cognoſcendum eſt, duo nobis obveniſſe concilii hujus exemplaria. Iſtud ſcilicet Malmeſburii, in quo ſeſſionis locus, conſidentium numerus (hoc eſt quinquaginta) et quae ad Wilfridi cauſam ſpectant omnia referuntur: nihil autem de conſidentium nominibus, vel de rebus aliis ad eccleſiam Britannorum vel Anglorum pertinentibus. Exemplar aliud manuſcriptum eſt, ſeſſionis item locum memorans, et conſidentium nomina; plurima etiam decernens ad utilitatem Britannicae eccleſiae, ſed quod Wilfridi nominis ne vel mentionem fecit. Videtur igitur neutrum exemplar integrum exhibere concilium, ſed vel diverſam ejuſdem actionem ſeſſionemve comprehendere: vel pro arbitrio tranſcribentium, alterum illud proſequi quod ſolummodo ad Wilfridum ſpectat, alterum illud ſolum, quod totius intereſt eccleſiae Britannicae. Forte etiam utrumlibet exemplar juſtum expedivit concilium vel (ut loquitur Malmeſburius*) conciliabulum. In Wilfridi enim cauſa (ſi typographus non erraverit) " quatuor, " inquit, " menſibus ſeptuagena conciliabula coacta ſunt."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	[illegible]
Agatho. I. 1.	Theodori 12	679.	Lothar. 6.	Constant. V. [illegible]

Exemplar hujus concilii juxta MS. codicem: in quo cognoſcitur de ſtatu Britannicae eccleſiae, et de modo eundem redintegrandi. Citante Spelmanno.

In nomine Domini ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperantibus dominis noſtris piiſſimis, auguſtis, Conſtantino majore imperatore anno viceſimo ſexto, poſt conſulatum ejus anno decimo, ſed et Heraclio atque Tiberio novis auguſtis, ejus fratribus viceſimo ſecundo, indictione ſeptima, menſe Octobri, praeſidente Agathone ſanctiſſimo atque ter beatiſſimo apoſtolico univerſali papa, ſanctae Dei catholicae atque apoſtolicae eccleſiae urbis Romae, praepoſitis ſacroſanctis evangeliis, in baſilica ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quae appellatur Conſtantiniana, conſedentibus una cum eo glorioſis atque cognoſcentibus ſanctiſſimis epiſcopis Creſcente eccleſiae Vivonenſis Calabriae, Andrea Hoſtienſi, Juvenali Albanenſi, Mauricio Tiburtino, Johanne Falernitano, Benedicto Meſanenſe, Theodoſio Suracuſano, Deuſdedit Narnienſe, Paulo Namentano, Johanne Portuenſe, Theodoro Nepeſino, Vito Sylvae candidae, Gaudioſo Signiae eccleſiae, Georgio Agrigentino, Placentio Veliternenſi, Georgio Catanenſi, Deodato Tullenſe; et venerabilibus preſbyteris, Bonifacio, Petro, Juvenale, Theodoſio, Georgio, Theodorio, Sergio, Theodorio, Siſinnio, Theodoro, Auguſto, Benedicto, Paulo, Tribuno, Corono, Petro, Johanne, Siſinnio, Epiphanio, Siſinnio, Decoro, Soleuncio, Theopicto, Martino, Siſinnio, Georgio, Siſinnio, Johanne, Habito, Probino, Johanne, Martino, Petro, Eutichio et Georgio; aſtantibus quoque Deo amabilibus diaconibus, cunctoque clero.

Ex Malmeſb. de geſt. pontif. lib. iii.

Agatho ſanctiſſimus atque ter beatiſſimus epiſcopus ſanctae, catholicae eccleſiae atque apoſtolicae urbis Romae conſedentibus dixit: non credo latere veſtram fraternitatem, quamobrem ad hunc venerabilem conventum eam arciſciverim; cognoſcere cupio veſtram quippe ſinceritatem, mecumque tractare, qualis ſit eccleſiaſticus ſtatus in Britannia inſula, in qua per Dei gratiam fidelium multitudo concrebuit [a]; nuper exorta eſt diſſenſio, cum una ſit conſonantia fidei, quam ex praedicatione atque doctrina hujus ſacroſanctae atque apoſtolicae ſedis ac beatae memoriae praedeceſſoris noſtri ſancti [illegible] exorta ac directa, atque per [illegible] Auguſtinum et ejus ſocios perceperunt.

[illegible] et Johannes [illegible] epiſcopi coram omnibus reſponſum dederunt, dicentes: [illegible] multo [illegible] cali ſuccurſu, eccleſiae in Britannia inſula poſitae indigent, primum quidem quod diſſenſio ibidem [c] inter ſanctiſſimum Theodorum archiepiſcopum, et caeteros ejuſdem provinciae praeſules, [illegible] cum Dei [illegible] apoſtolica auctoritas mitigare, et diſſenſionis fomitem ſubtrahere, dum origines ſcandalorum abſcindat, atque ſuperflua et chriſtianae converſationi noxia ibidem geri conſiderata demat, et ſpirituali medela curet.

Agatho ſanctiſſimus atque ter beatiſſimus epiſcopus ſanctae eccleſiae catholicae, atque apoſtolicae urbis Romae dixit. Conſtat itaque quod veſtra conſideravit reverenda fraternitas, aequitati competere finienda, quia jam ſunt quae dudum concordi conſideratione praeviderunt et ſtatuerunt praedeceſſores noſtri; verbi gratia, primus beatus Gregorius hujus apoſtolicae ſedis pontifex, et totius Saxoniae apoſtolicus apex, ejuſque ſucceſſores ſancti pontifices uſque ad noſtra tempora. Et nos praevidimus et conſtituimus, ut ſtatuta illa, quae ſynodalibus decretis jamdudum ſolidata per beatum Petrum principem apoſtolorum fuerunt, in perpetuum ab omnibus eccleſiarum Chriſti praeſulibus ibidem conſtitutis inconvulſe atque illibate ſerventur.

Creſcens epiſcopus eccleſiae Vivonenſis, et Juvenalis ſanctae Albanenſis eccleſiae epiſcopus dixerunt. Univerſa itaque ſynodus, haec, quae una cum ſanctiſſimo atque ter beatiſſimo Agathone papa convenit, regulariter definiens, etſi humani generis inimicus, qui bonis ſeminibus interſerere ſemper conatur zizania, cavendus [d] eſt, et fidelibus Britanniae inſulae eccleſias eccleſiarumque

* De pontif. lib. iii.

[a] Car. Walkerus leg[illegible]

[c] Walkerus *exorta eſt* [illegible] [d] Spelm[illegible] *zizania*, [illegible]

praeſules adverſus invicem excitare molitus eſt, verum ſuperna clementia non permittit ſuos fideles uſque quaque tentari, ſed dat conſilium, ut hii qui conſulunt et conſulantur, cum fide ſuſcipiunt, pariter utrique ſalventur. Ideoque conſideratis omnibus atque tractatis, quaeque ex diverſorum venientium relatione cognovimus, quaeque ex ſcriptorum diverſis vocibus huc ad apoſtolicam ſedem directorum colligi potuerunt, ſolicitius flagitantes praevidimus, communi conſenſu hanc definitionis ſententiam promulgare.

Unde ex auctoritate beati Petri apoſtolorum principis, cui claves ligandi atque ſolvendi in caelo et in terra conditor et ſalvator generis humani Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei conceſſit, definimus atque ſtatuimus, ut unumquodque regnum in Britannia inſula conſtitutum habeat, ſecundum moderaminis menſuram, provinciarum epiſcopos ita ſtatutos, ut ſimul omnes cum archiepiſcopo duodecim eccleſiarum praeſules numerentur; quos archiepiſcopus, qui pro tempore ab hac apoſtolica ſede pallii honore decoratur, provehat, atque ſacerdotali gradu eos canonice ordinet, ipſiuſque tantum ſint ordinationi ſubjecti, hac diſpoſitione interpoſita, ut nullus audeat de epiſcopis in alterius praeſulis jura ſemetipſum immergere, ſed illibata ſua jura unumquemque ſervare, et in admonendos et convertendos populos ſtudere.

Statuimus etiam atque decernimus, ut epiſcopi vel quicunque eccleſiaſtici ordinis religioſam vitam profeſſi ſunt, armis non utantur, nec citharoedas habeant, vel quaecunque ſymphoniaca, nec quoſcunque jocos vel ludos ante ſe permittant, quia omnia haec diſciplina ſanctae eccleſiae ſacerdotes fideles ſuos habere non ſinit, ſed praecipit divinis officiis et providentia pauperum et eccleſiaſticis utilitatibus occupari, magiſque divinorum eloquiorum lectio ad aedificationem eccleſiarum ſemper legatur, quatenus cum nutrimentis corporeis pariter et animae audientium divinis eloquiis nutriantur.

Agatho ſanctiſſimus atque ter beatiſſimus epiſcopus ſanctae eccleſiae catholicae, atque apoſtolicae urbis Romae dixit. Si et veſtrae fraternae charitati providum eſſe cenſeretur, opportunum itaque ac ſaluberrimum plebibus ibidem conſtitutis eſſe cenſendum eſt, ut de eccleſiaſticis ſtatutis, atque de ſerie epiſcoporum, ſeu etiam de probatione catholicae fidei, qualiter et quam orthodoxe in provinciis Saxoniae gerere et habere ab univerſis examinetur.

Andreas reverendiſſimus epiſcopus eccleſiae Hoſtienſis, et Johannes reverendiſſimus epiſcopus Portuenſis dixerunt. Verum eſt enim, quod veſtrae ſanctitati injunctum eſt, ut apoſtolica cenſura. Ex hinc illuc haec decretalis diſpoſitio per epiſtolas ac virum prudentem, et idoneum, et bene imbutum dirigatur ad Theodorum reverendiſſimum atque ſanctiſſimum archiepiſcopum Cantuariorum, ſanctae Dei noſtri ſalvatoris eccleſiae, in qua illis in partibus ſummi ſacerdotii principatum fundavit, qui ſuo ſanguine ſanctam ſuam redemit eccleſiam, omnipotens Chriſtus Dominus, et beati Petri principis apoſtolorum auctoritate, per veſtrum praedeceſſorem beatae memoriae Gregorium, et per beatum Auguſtinum ejus ſincellum conſtruendo, collocando fundavit, ut ipſe praedictus Theodorus illis in partibus ex tua ſacroſancta auctoritate et noſtra ſynodali unitate univerſale conſilium congreget, et cum univerſis praeſulibus, regibus, principibus, et univerſis fidelibus, ſenioribus, majoribuſque natu totius Saxoniae, publicam oecumenicamque faciant ſynodum: et has diſpoſitiones praedictas non ſolum, verum etiam quae tuae ſanctitatis gerulis ſeu apicibus injunxeris, diligenti inveſtigatione tui apoſtolatus auctoritate coram omnibus examinare, et univerſos obſervare praecipias. Quod enim multorum conſilio geritur, nulli conſentientium ingerat ſcandalum.

Placuitque enim haec relatio univerſae ſynodo, cum ſanctiſſimo atque ter beatiſſimo Agathone apoſtolico papa; coeperuntque ſimul omnes unanimiter quaerere, et invenerunt, Chriſto auſpice, virum venerabilem Johannem archicantatorem eccleſiae ſancti apoſtoli Petri, et abbatem monaſterii beati Martini, qui à Roma per juſſionem papae Agathonis in Britanniam eſt directus.

Hac provida ac celeberrima doctrina ſacrorum canonum et pontificialium decretorum ſtatuimus atque decernimus, ſicut prodeſſe diſpenſatoribus eccleſiae, et populis eis commiſſis, quos ad ſui cognitionem divina adſcivit clementia, ſalubreque eis [e] praevidimus quidem, quatenus frequentia vicinorum antiſtitum ſtudentium ſuam parochiam ad ſtudium perfectae religionis adducere, haereticae pravitatis ſatellites decipiendi ſimplices locum non inveniant, nec diſſeminent ſua ſchiſmata vel errores, dum falce piae doctrinae, praeſule praedicante, quotidie ſuccidantur et defluant, et in multorum praeſulum cum ſuo archiepiſcopo convenientium, cum conſilio quaeque ſalubriter perpenduntur, ac diſponuntur firmiter, obtineant; quia ibi ſalus ubi plurima conſilia: et ſic, "ubi duo vel tres congregati in nomine Domini, ibi ipſe eſt in medio eorum:" multo magis ubi plures unanimiter ad confitendum nomini ejus, ac gloriandum in laude ejus fuerint congregati.

Inſuper quoque Agatho ſanctiſſimus atque ter beatiſſimus epiſcopus ſanctae eccleſiae catholicae, atque apoſtolicae urbis Romae, ſynodum beati Martini papae conſcriptam centum quinque epiſcoporum conſenſu non multo ante Romae celebratam praefato religioſo abbati Johanni tribuens, ut ſecum in Britanniam veniens beato Theodoro archiepiſcopo afferret, non ſolum ad ſuae legationis teſtimonium atque confirmationem, ſed etiam quicquid ſanctus Theodorus archiepiſcopus cum ſapientibus et fidelibus, et viris religioſis in Anglorum provinciis, Chriſti eccleſiis et univerſo populo Dei ibidem poſitis, profuturum melius ac religioſius in Chriſto invenire potuiſſet, cum praedicta auctoritate roborare atque tranſcribere commendaret.

[e] *eſſe* pro *eis*, Walkerus.

Sequitur

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Saxon.	[illegible]
AGATHO. I. 1.	THEODORUS 12	679	LOTHARIUS 6	[illegible]

Sequitur aliud exemplar iſtius concilii juxta Malmesburium, vel ſaltem alia ejuſdem actio: in qua Wilfridi cauſa cognoſcitur, et ipſe reſtituendus ad archiepiſcopatum Eboracenſem decernitur *. Ex Malmeſb. de geſt. pontif. l. 3.

AGATHO ſanctiſſimus papa (inquit, ut praelibavimus, Malmeſburius) concilium 50. tam epiſcoporum, quam abbatum, in baſilica ſalvatoris, quae appellatur Conſtantiniana, coegit. Cujus concilii haec eſt forma.

Agatho ſanctiſſimus ac beatiſſimus epiſcopus eccleſiae catholicae atque apoſtolicae urbis Romae, conſidentibus ſecum dixit: non credo latere veſtram ſanctam fraternitatem, quamobrem ad hunc venerabilem conventum eam aſciverim. Cognoſcere quippe cupio veſtram reverentiam, mecumque tractare, qualis in eccleſia inſulae Britanniae, ubi per Dei gratiam fidelium multitudo concrevit, nuper eſt exorta diſſenſio, quae ad nos tam per relationem huc advenientium, quam per ſcriptorum ſeriem delata eſt.

Andreas reverendiſſimus Hoſtienſis epiſcopus, et Johannes Portuenſis epiſcopus dixerunt: omnium quippe eccleſiarum ordinatio in veſtrae apoſtolicae auctoritatis pendet arbitrio, qui vicem beati Petri apoſtoli geritis; verum et nos nuper conſidentibus coepiſcopis, et confamulis noſtris, juſſu veſtro relegimus ſingula ſcripta, quae de Britannia inſula directi apoſtolico veſtro conſpectui detulerunt, tam ea, quae ex perſona reverendiſſimi archiepiſcopi olim hinc illuc ab apoſtolica ſede directi miſſa ſunt, aliorumve relationes adverſus quendam epiſcopum ſubterfugientem (ut aiunt) quam ea, quae a Wilfrido Deo amabili ſanctae Eboracae eccleſiae epiſcopo, oblata ſunt; qui de ſua ſede ejectus [illegible] a praenominato ſanctiſſimo huc uſque pervenit: in quibus cum multas queſtiones infererent, neque ſanctorum canonum ſubtilitate convictum cum aliquibus facinoribus, et ideo non catholice dejectum reperimus, neque cum aliqua facinora perpetraſſe accuſatores ejus verbis propriis oſtenderunt, pro quibus degradari debuiſſet: potius autem et modeſtiam hunc tenuiſſe cognovimus, quod non ſeditioſis quibuſdam decertationibus ſe immiſcuit, ſed de ſua ſede repulſus [illegible] ſuis facti meritum innoteſcens, memoratus Deo amabilis Wilfridus epiſcopus huc ad ſedem apoſtolicam accurrit.

Agatho ſanctiſſimus ac beatiſſimus epiſcopus eccleſiae catholicae, atque apoſtolicae urbis Romae conſidentibus dixit: Wilfridus Deo amabilis ſanctae Eboracae eccleſiae epiſcopus, quem prae foribus venerabilis ſecretarii noſtri eſſe narratum eſt, ad noſtrum ſecretarium juxta ſuam poſtulationem cum petitione, quam ſecum afferre dicitur, admittatur.

Wilfridus Deo amabilis epiſcopus dum venerabile ſecretarium ingrederetur, dixit: deprecor veſtram pontificalem beatitudinem, ut meae humilitatis petitionem excipi, coramque relegi praecipiatis.

Agatho ſanctiſſimus epiſcopus dixit: Wilfridi Deo amabilis epiſcopi petitio ſuſcepta coram omnibus relegatur: et accipiens Johannes notarius, relegit ſancto et apoſtolico conſilio.

Wilfridus humilis et indignus epiſcopus Saxoniae ad hoc apoſtolicum faſtigium, tanquam ad locum munitum turremque fortitudinis greſſus, Deo praeviante, perduxi; quod [a]inibi normam ſacrorum canonum in omnes Chriſti eccleſias emanare cognoſco: ex eo meae humilitati juſtitiam fieri confidenter expeto. Cognoviſſe quippe non ambigo veſtrum pontificale faſtigium tam ex humilitatis meae [illegible] quam [illegible] praeſentia [illegible] veſtris apoſtolicis obtutibus, in ipſo mei adventus exordio praeſentatus; quod quidam mei epiſcopatus invaſores, nulla in me convicta culpa, contra ſanctorum ſcita canonum in conventu ſanctiſſimi Theodori Cantuariorum archiepiſcopi, et aliorum convenientium antiſtitum ſedem meam, quam per decem, et eo amplius annos tenueram, uſurpare moliti ſunt: et in meo epiſcopatu tres epiſcopi promoti ſunt, licet

* [illegible] Nordanhymbrorum [illegible] Theodoro [illegible] regem Merciorum [illegible] de quo plura inferius.

Audi interea quid de Wilfrido Romam venienti Beda retulit. (hiſt. eccl. l. 5. ca. 20.) Cauſa ejus ventilata, inquit, eſt praeſente Agathone papa et pluribus epiſcopis, univerſorum judicio abſque crimine accuſatus fuiſſe, et epiſcopatu eſſe dignus inventus eſt. Quo in tempore idem papa Agatho [illegible] Romae [illegible] adverſus eos qui unam in Domino ſalvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant, vocari juſſit et Wilfridum, atque inter epiſcopos conſedentem dicere fidem ſuam, ſimul et provinciae ſive inſulae, de qua venerat: cumque catholicus fide cum ſuis eſſet inventus, placuit hoc inter caetera ejuſdem ſynodi geſtis inſeri, ſcriptumque eſt hoc modo: "Wilfridus Deo amabilis epiſcopus Eboracenſis civitatis, apoſtolicam ſedem de [illegible] abſolutus, et cum aliis 125. coepiſcopis in ſynodo in judicii ſede conſtitutus, et pro omni aquilonari parte Britanniae et Hiberniae inſulis, quae ab Anglorum et Britonum, nec non Scotorum et Pictorum gentibus incoluntur, veram et catholicam fidem confeſſus eſt, et conſcriptione ſua corroboravit." Poſt haec reverſus in Britanniam, provinciam auſtralium Saxonum ab idololatriae ritibus ad Chriſti fidem convertit: Vectae quoque inſulae verbi miniſtros deſtinavit, et ſecundo anno [illegible] qui poſt Egfridum regnavit, ſedem ſuam et epiſcopatum, ipſo rege [illegible]

[a] Inde melius pro inibi.

canonica

canonica non ſit eorum promotio. Quid autem acciderit, ut Theodorus ſanctiſſimus archiepiſcopus me ſuperſtite in ſedem, quam licet indignus diſpenſabam, abſque conſenſu cujuſlibet epiſcopi tres ſua auctoritate, mea humilitate non acquieſcente, ordinaret epiſcopos, omittere magis quam flagitare pro ejuſdem viri reverentia condecet: quem quidem, eo quod ab hac apoſtolicae ſummitatis ſede directus eſt, accuſare non audeo. Veruntamen ſi claruerit, quod contra jus regularium ſanctionum, citra ullius delicti piaculum, quod canonica percellit ſeveritas, de priſtina pulſus ſede tumultuoſus nulli apparui, ſed tantum confamulos et conſacerdotes meos illius provinciae epiſcopos conteſtatus abſceſſi; ſi quidem praevidit veſtra apoſtolica ſummitas privatum me eſſe humili devotione; quae cenſentur, libenter amplector: ſi autem et priſtinum epiſcopatum ſuſcipere, ſequor totiſque viribus veneror ab apoſtolica ſede prolatam ſententiam, tantum ut invaſores de priſtinis parochiis eccleſiae, cui ego indignus famulus veſter praefui, pellantur. Et ſi rurſus in eadem parochia, cui praefui, praeſules adhiberi praeviderit, ſaltem tales jubeat promovendos, cum quibus pacifica et tranquilla poſſim concordia, obtinente [b] Deo, unanimiter deſervire, etc.

Agatho ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus epiſcopus ſanctae eccleſiae catholicae, atque apoſtolicae urbis Romae dixit. Non mediocriter ſatisfacit audientibus petitionis ſeries, quam Wilfridus Deo amabilis epiſcopus obtulit, in hoc, quod cum ſe indigne de epiſcopali ſede dejectum agnovit, non contumaciter per vim ſecularem obſtitit, ſed humiliter ſentiens auctoris noſtri beati Petri apoſtolorum principis canonicum expetivit ſubſidium, et ſupplici praeſtolatione, quae ſuper eo cenſenda ſunt ſe ſuſcepturum perhibens, quod ex ore noſtro beatus Petrus apoſtolus auctor noſter, cujus miniſterio fungimur, praeviderit ſtatuendum; univerſa ſancta ſynodus, quae reſidebat, inter caetera definiens ait: ſtatuimus atque decrevimus, ut Deo amabilis Wilfridus epiſcopus epiſcopatum, quem nuper habuerat, ſuſcipiat, et quos cum conſenſu concilii ibidem congregandi elegerit ſibi adjutores, a ſanctiſſimo archiepiſcopo ordinati promoveantur epiſcopi, expulſis procul eis, qui in ejus abſentia in epiſcopatum enormiter miſſi ſunt, et caetera, quibus interdicunt haec non ſuſcipientes decreta.

His decretis gloriabundus epiſcopus etiam juſſu papae juſſus eſt reſidere in numero ſanctorum epiſcoporum 150. qui agitabant concilium contra illos, qui unam operationem praedicant in duabus naturis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Hinc reditum aggreſſus, omnium periculorum, Deo protegente, immunis, patriam venit, aegreque licet ad regem aditu impetrato, ſcita apoſtolici ſigillata praetendit. Ille cum ea epiſcopis contubernalibus ſuae factionis legi feciſſet, tantum a reverentia Romanae ſedis abfuit, ut ſpoliatum ſuis omnibus, comitibuſque in diverſa deductis, beatum pontificem cuidam praefecto notabilis ſaevitiae viro in ergaſtulum trudendum committeret, etc.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
AGATHO. I. 2.	THEODORI 13.	680.	LOTHAR. 7.	CONSTANT. V. 13.

Decretalis epiſtola Agathonis papae regi Merciorum Aethelredo, Theodoro archiepiſcopo Cant. Saxulfo Merciorum epiſcopo, etc. directa: in qua abbatem Medamſtedae legatum Romanum conſtituit ſuper omnem Angliam, ejuſdemque monaſterium (inſtar liminum apoſtolorum) fore pro abſolvendis votis quae de peregrinando Romam concepta fuerint. Eſt autem Medhamſted, id quod poſtea de Burgo nuncupatur, noviſſime Petriburgum, vulgo Peterburgh, forte quod liminis S. Petri vicem exhibet* †. Ex Chron. Saxon. in ann.

THA ilcan [a] ᵹeaꞃe Ƿulꝼheꞃe Penꝺinᵹ ⁊ Æꞅcƿine Cenꝼuꞅinᵹ ᵹeꝼuhꞇon æꞇ Beꝺanheaꝼꝺe. ⁊ ða ilcan ᵹeaꞃe Ƿulꝼheꞃe ꝼoꞃþ ꝼeꞃꝺe. ⁊ Æþelꞃeꝺ ꝼenᵹ ꞇo ꞃice:· On hiꞅ ꞇime ða ꞅeonꝺe he ꞇo Rome Ƿilꝼꞃiꝺ biꞅcop ꞇo ðam pape ðe ða ƿæꞅ Aᵹaþo he ƿæꞅ ᵹehaꞇen. ⁊ cẏꝺꝺe him miꝺ ƿꞃiꞇ ⁊ miꝺ ƿoꞃꝺe. hu hiꞅ bꞃeꝺꞃe Peaꝺa ⁊ Ƿulꝼheꞃe ⁊ ꞅe abboꞇ Saxulꝼ heaꝼꝺen ƿꞃohꞇ an minꞅꞇꞃe Meꝺeꞅhamꞅꞇeꝺe

ILLO ipſo anno (675) Wulfherus Pendae filius et Aeſcwinus Cenſuſi filius pugnabant in Bedanheafde; et illo ipſo anno Wulfherus obiit ac Aethelredus incepit regnare. Suo tempore miſit Romam Wilfridum epiſcopum ad papam ibi degentem, qui Agatho appellabatur, et nunciavit ei literis et verbis, quod fratres ejus Peada et Wulfherus atque abbas Saxulfus exſtruxerint monaſterium Medeſhamſtede dictum,

[b] Forſan *protegente*.

* Obſervandus hic locus Ingulfi. "Pendae (inquit) Peada filius ejus ſenior ſucceſſit in regnum: iſte vero Peada monaſterium de Mediſhamiſted fundare diſpoſuit, ſed praematura morte praeventus fervorem ſuum fratri ſuo Wulfero ad regnum ſuccedenti, et Saxulfo viro praepotenti reliquit: quod monaſterium poſtmodum per eoſdem fundatum non eſt dubium anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 664." Longe prolixiore filo educit Hugo Candidus privilegium hoc Agathonis papae in coenobii Burgenſis hiſtoria pag. 9. et ſeq. quem, ſi placet, conſule.

† Codicem MS. Saxonicum epiſtolae hujus, ex quo clar. Spelmannus eam olim ediderat, fruſtra in bibliotheca Petriburgenſi quaeſivi; a mendis igitur typographicis repurgatum in Latinum verti ſermonem; ac cum deinde alia in chronico Saxonico a rever. admodum domino epiſcopo Londinenſi publici juris facto exquirerem, ſub anno hic adnotato inveni.

[a] Id eſt, anno Dom. 675. juxta chron. Saxon.

et

I

et illud immune reddiderint cum rege et cum epiſcopo a ſervitiis omnibus. Eumque rogavit, ut ipſe ſcripto ſuo ac benedictione ſua illud confirmaret. Papa igitur mittebat has ſuas literas in Angliam ita inquiens.

2. Ego Agatho papa Romanus bene ſaluto honorabilem Aethelredum Merciorum regem, et Theodorum archiepiſcopum Cantuariae, et Merciorum epiſcopum Saxulfum, qui nuper abbas erat, et omnes abbates qui ſunt in Anglia, Dei ſalutatione et mea benedictione. Audivi regis Aethelredi deſiderium, et archiepiſcopi Theodori, et epiſcopi Saxulphi, et abbatis Cuthbaldi; et volo ut omnino fiat ita ut vos locuti eſtis; ac jubeo ex parte Dei, et S. Petri, et omnium ſanctorum, et omnium ſacris initiatorum capitum, ut nec rex, nec epiſcopus, nec comes, nec ullus homo habeat ullam indictionem aut tributum, aut pecuniam, aut exercitum, aut ullum aliquod ſervitium exigat aliquis ab illa abbatia de Medeſhamſtede.

3. Praecipio etiam ut dioeceſanus epiſcopus non audeat ordinare vel conſecrare vel facere in hac abbatia, niſi id abbas ab ipſo petierit, vel mulctam epiſcopalem vel ſynodalem, vel ullam alicujus generis indictionem "exigat."

4. Volo etiam ut ille abbas habeatur Romanae ſedis legatus per totam Angliam, et ut quicunque abbas ibi electus fuerit a monachis, conſecretur ab archiepiſcopo Cantuarienſi.

5. Volo et confirmo, ut quicunque voverit Romam peregrinari, et ille hoc praeſtare non poſſit, vel propter aegritudinem, vel propter ſervitium domini, aut inopiae cauſa, aut alius neceſſitatis cujuſcunque illuc abire non poſſit, ſive ſit Anglus, ſive ex aliqua alia inſula; adeat monaſterium de Medeſhamſtede, et eandem habeat remiſſionem a Chriſto, et S. Petro, et ab abbate illo, et a monachis illis, quam habuiſſet ſi Romam profectus fuiſſet.

6. Propterea te rogo, frater Theodore, ut jubere facias per totam Angliam ſynodum congregari, et hoc breve perlegatur et obſervetur. Ita etiam tibi praecipio, Saxulphe epiſcope, ſicut rogaſti ut monaſterium hoc ſit liberum; ita tibi interdico, et omnibus epiſcopis ſucceſſoribus tuis, per Chriſtum et per omnes ejus ſanctos, ut nullam indictionem habeatis ex monaſterio illo, niſi quantum abbas ille voluerit.

7. Nunc verbo declarare volo, ut quicunque breve hoc et praeceptum ejus ſervaverit, habitaturus ſit ſemper cum Deo omnipotente in regno caelorum; et quiqunque illud violaverit, excommunicatus ſit, et detrudatur cum Juda et cum omnibus diabolis in infernum, niſi reſipuerit. Amen.

wæs gehaten. ⁊ ꝥ hi hit heafden gefreod wiþ kyning ⁊ wiþ biscop of ealle ðeowdom. ⁊ bed him ꝥ he scold ꝥ geten mid his writ. ⁊ mid his bletsunge. and seo papa seonde ða his gewrit to Englalande ðus cweþende:·

2. Ic Agaþo papa of Rome grete wel þone wurþfulle Æþelred myrcene kynning ⁊ þe ærcebiscop Deodorum of Cantwarbyrig ⁊ þe myrcene biscop Saxulf þe ær wæs abbot. ⁊ ealle ða abbotes ða sindon on Englalande Godes gretinge ⁊ minre bletsunge:· Ic hafe geheord þe kynninges Æþelredes geornunge. ⁊ ðes ærcebiscopes Deodorus ⁊ ðes biscopes Saxulfes. ⁊ ðes abbotes Cuþbaldes. ⁊ ic hit will ðat hit on ælle wise beo swa swa ge hit sprecon hafen. ⁊ ic bebeode on Godes half. ⁊ S. Petres ⁊ ealra halgan. ⁊ ealre hadode heafde. ðet ne kynning. ne biscop. ne eorl. ne nan man ne habbe nan onsting[b]. ne gafle. ne geold. ne feording. ne naneskinnes ðeowdom ne nime man of ðat abbotrice of Medeshamstede:·

3. Ic beode æc. ꝥ ðe scyr-biscop ne þeo swa dyrstlece ꝥ he ne hading ne halegung ne do on ðis abbotrice[c]. buton se abbot hit him bydde. ne biscop wite. ne sinaþ ne naneskinnes ðing na hafe ðær nan onsting:·

4. And ic wille ꝥ seo abbot beo gehealden for legat of Rome ofer eal þ iglande. ⁊ hwilc abbot ðe beþ ðær coren of ðe munecan. ꝥ he beo gebletsad of ðan ærcebiscope of Cantwarbyrig:·

5. Ic wille ⁊ tyþe þ hwileman swa hafed behaten to faren to Rome. ⁊ he ne muge hit forþian. oþer for untrumnisse. oþer Laferdes neode. oþer for hafelest. oþer for hwilces cinnes oþer neod he ne muge ðær cumon. beo he of Englelande. oþer of hwilc oþer igland beo he. cume to þ mynstre on Medeshamstede. ⁊ hafe þ ilce forgifnesse of Criste ⁊ S. Peter ⁊ of ðone abbot. ⁊ of ðone muneca. þ he scolde hafen gif he to Rome fore:·

6 Nu bidde ic ðe broþer Deodorus. ꝥ ðu lete bedon geond æl Englelande ðet seo sinaþ wurþe gegaderod. ⁊ ðis writ wurþe gered ⁊ gehealdon alswa ic beode ðe Saxulf biscop. ðat swa swa ðu hit geornest ꝥ seo mynstere beo freo. swa ic forbeode ðe ⁊ ealle ðe biscopas ðe after ðe cumon of Criste ⁊ of ealle his halgan. ꝥ ge nan onsting ne hafen of ðat mynstre buton swa micel swa ðone abbot wille:·

7. Nu wille ic hit segge mid worde. ꝥ hwa swa halt ðis write ⁊ ðis bode ða wurse he efre wunnende mid God almihtig on heafenrice. ⁊ hwa swa hit to breceþ. ða wurþe he amansumod ⁊ anþrod mid Iudas. ⁊ mid ealle deofle on helle. buton he cume to dedbote. AMEN.

[b] Videtur onus ſignificare. Sed nondum aliquod illius veſtigium potui [illegible] in voce. [c] Hado in diplomate immunitatum vulgo dicta Gelium [illegible] in Godo [illegible] [d] Inducor ut credam idem eſſe quod [illegible] : et voluiſſe ut abbatia etiam [illegible] plerumque exciperunt reges; ut Ina in [illegible] Lact. [e] Sp [illegible] quod nos [illegible] hodie ſcribimus, ut [illegible] monaſter [illegible]

4

8. Ðas ƿrit seond seo papa Agatho. ⁊ an hundred ⁊ fif ⁊ twenti biscopes bi Ƿilfrid ærcebiscop of Eoferƿic to Englelande. Ðis ƿæs gedon æfter ure drihtnes se acennednesse. DC.LXXX. ðes kininges VI gear Æþelredes:·

9. Ða heot seo kining ðone ærcebiscop Ðeodorus þ he scolde setton ealle ƿitenegemot æt ðone stede ðe man cleopeþ Heatfelde:· Ða hi ƿæron ðær gegaderod. ða leot he rædon ða geƿrite. ðe seo papa ðider seonde. ⁊ ealle hit getton ⁊ fulfeostnodon:·

10. Ða seide se kyning. ealle ða ðing ðe min broþer Peada. ⁊ min broþer Ƿulfere. ⁊ mine sƿustre Kineburh. ⁊ Kynesuith geafon ⁊ getton S. Peter ⁊ ðone abbot. ða ƿile ic þ stande. ⁊ ic ƿile on min dæi hit æcon for here saule. ⁊ for minre saule:·

11. Nu gife ic S. Peter to dæi into his minstre Medeshamsted ðas landes. ⁊ eal þ ðær to ligged. ðet is

Bredune.
Hrepingas.
Cedenac.
Sƿineshæfed.
Heanbyrig.
Lodeshac.
Scuffanhalch.
Costesford.
Stretford.
Ƿætelleburne.
Lufgeard.
Æþelhuniglond.
Barþanig:·

12. Ðas landes ic gif S. Peter. eal sƿa freolice sƿa ic seolf hit ahte. ⁊ sƿa þ nan min æftergengles ðær nan ðing of ne nime. gif sƿa hit doþ. ðes papa curs of Rome ⁊ ealre biscope curs he habbe:·

And here ealre ðe her be geƿitnesse:·

And ðis ic festnie mid Cristes tacne:· ✠

Ic Ðeodorus ærcebiscop of Cantƿarbyrig am ƿitnesse of ðas geƿrite of Medeshamstede. ⁊ ic festnie mid min geƿrite. ⁊ ic amansumie ealle ða ðær any ðing of breke. ⁊ ic bletsige ealle ða ðe hit healden:· ✠

Ic Ƿilfrid ærcebisceop of Æferƿic ic eam ƿitnesse of ðas geƿrite. ⁊ ic gæte ðæs ilce curs:· ✠

Ic Saxulf ðe ƿæs first abbot ⁊ nu eam biscop. ic gife hi min curs. ⁊ ealle min æftergengle ðe ðis to brecit:·

Ic Ostriþe Æþelredes cƿen hit tyþe.

Ic Adrianus legat hit gete:·

Ic Putta biscop of Rofecestre ic hit ƿrite:·

Ic Ƿaldhere biscop of Lundene hit festnie:·

Ic Cuþbald abbot hit geate. sƿa ðat hƿa sƿa hit breket ealre biscope cursunge. ⁊ eal cristene foces he hafe. AMEN:·

8. Hoc breve miſerunt Agatho papa et cxxv. epiſcopi per Wilfridum archiepiſcopum Eboracenſem in Angliam. Hoc factum erat poſt incarnationem Domini noſtri DCLXXX. regis Aethelredi anno VI.

9. Tunc mandabat rex archiepiſcopo Theodoro, ut indiceret omnium ſapientum concilium in illo loco, qui vocatur Heatfelde. Illis ibi congregatis, juſſit perlegi ſcriptum hoc quod papa illuc miſerat, et omnes illud ratum habuerunt et plenarie confirmaverunt.

10. Tunc dicebat rex: omnia quae frater meus Peada, et frater meus Wulferus, et ſoror mea Kineburh, et Kyneſvith dederunt et confirmaverunt S. Petro et abbati, rata eſſe volo, et in diebus meis illud implere volo pro eorum anima et pro anima mea.

11. Nunc do hodie S. Petri eccleſiae Medeſhamſted terras has et omnes adjacentes ei; hoc eſt

Bredune,
Hrepingas,
Cedenac,
Swineſhaefed,
Heanbyrig,
Lodeſhac,
Scuffanhalch,
Coſtesford,
Stretford,
Waetellburne,
Lufgeard,
Aethelhuniglond,
Barthanig.

12. Has terras dono S. Petro, adeo omnino libere ut eas ipſemet poſſidebam, et ita ut nullus ſucceſſorum meorum aliquodcunque inde ſubtrahat: ſi quis hoc fecerit, papae Romani maledictum et omnium epiſcoporum maledictum habeat.

Et omnium illorum qui hic ſunt teſtes.

Et hoc confirmo ſigno crucis Chriſti.

Ego Theodorus archiepiſcopus Cantuarienſis ſum teſtis ſcripti hujus de Medeſhamſtede, et ego confirmo ſcripto meo; et ego excommunico omnes, qui aliquam ejus partem violaverint, et benedico omnibus, qui illud obſervaverint.

Ego Wilfridus archiepiſcopus Eboracenſis ſum teſtis ſcripti hujus, et confirmo idem illud maledictum.

Ego Saxulphus qui primum abbas eram, et nunc ſum epiſcopus, maledictum meum et omnium ſucceſſorum meorum denuncio in eum qui illud violaverit.

Ego Oſtride Aethelredi regina hoc teſtor.

Ego Adrianus legatus hoc confirmo.

Ego Putta epiſcopus Roffenſis hoc ſcribo.

Ego Waldherus epiſcopus Londinenſis hoc confirmo.

Ego Cuthbaldus abbas hoc confirmo, ita ut quicunque violaverit illud, omnium epiſcorum maledicta, et omnis chriſtiani populi habeat. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Rex Saxon.	Imperat.
AGATHO I. 2.	THEODORI 13.	680.	LOTHAR. 7	[illegible] 13

Concilium Hedtfeldenſe *. Ex Bed. hiſt. eccleſ. lib. iv. c. 17. Hunting. l. 4.

HIS temporibus audiens Theodorus fidem eccleſiae Conſtantinopoli per haereſim Eutychetis multum eſſe turbatam, et eccleſias Anglorum, quibus praeerat, ab hujuſmodi labe immunes perdurare deſiderans, collecto venerabilium ſacerdotum, doctorumque plurimorum coetu, cujus eſſent fidei ſinguli ſedulus inquirebat, omniumque unanimem in fide catholica reperit conſenſum. Et hunc ſynodalibus literis ad inſtructionem memoriamque ſequentium commendare curavit, quarum videlicet literarum iſtud exordium eſt.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris, imperantibus dominis piiſſimis noſtris Ecgfrido rege Himbronenſium, anno decimo

* Hoc concilium celebratum 15 calend. Octob. [illegible]

[illegible]

cilii hujus ſequenti modo exponit. H. I. His Spelmannus addit.

[illegible] Agathone et memorato concilio Romano 125 [illegible] cognoſceret, et [illegible] inter Theodorum [illegible] primaria cauſa fuit iſtius concilii, ut liquido patet e Romano illo ſupradicto: et in ejus executione Theodorus archiepiſcopus non ſolum Hedtfeldenſe iſtud concilium cogit (ut ibidem praecipitur) ſed in eodem etiam fidem primo exponit Britannicae eccleſiae (quae et vera et catholica deprehenditur) deinde ne in conſtitutionibus patrum et eccleſiae obſervandis tepida videatur aut non morigera; profitetur ſe generalia omnia quae tunc extabant (quinque ſcil. numero) amplecti concilia: et praeter patrum aliquot ſcripta orthodoxa, Lateranam illam ſub Martino papa I. ſynodum 105. epiſcoporum contra Monothelitas [illegible]

[illegible] rediens referret. Nam et ſynodum beati papae Martini centum quinque epiſcoporum conſenſu, non multo ante Romae celebratam, [illegible] in praefato religioſiſſimi abbatis Benedicti monaſterio tranſcribendam commodavit. Tales namque eo tempore fidem Con[illegible] papa, ſicut in aliis provinciis, ita etiam in Britannia, qualis eſſet ſtatus eccleſiae quam ab haereticorum contagiis caſtus, [illegible]

Quamobrem collecta pro hoc in Britannia ſynodo, quam diximus, inventa eſt in omnibus fides inviolata catholica. Da[illegible] perlatum eſt, atque ab apoſtolico papa omnibuſque qui audiere vel legere gratantiſſime ſuſceptum.

[illegible] natione Graecus, vir hujus rudioris ſeculi doctiſſimus, peritiaque ſacrarum ſcientiarum celeberrimus, a pontifice per Johannem abbatem monaſterii S. Martini vocatus erat, et expectatus qui concilio Romano Romae celebrando intereſſet. Sed cum non liceret ipſi codeſcentem eccleſiam atque lacte adhuc opus habentem relinquere, placuit fidem catholicam hoc conventu publico cognitam et confirmatam conſcribere. Cumque Theodorus reſciviſſet S. Wilfridum Romam abiiſſe, cumque hoc anno ab Agathone pontifice auditum et abſolutum eſſe, eidem legationem credidit, ut nomine totius eccleſiae Anglicanae ſynodo [illegible]

Quod etiam hic dicitur vocari Theodorum ab Agathone ad concilium Romanum, vereor ne ſummo viro Romanum obrepſerit pro Conſtantinopolitanum; ſcil. pro ſexta univerſali ſynodo. Ambo enim eodem tenebantur anno, et ad hoc ſine dubio, Theodorum non ſolum accerſivit Agatho, ſed in expectatione adventus ejus, ipſum univerſale concilium diſtulit. Refert hoc idem ipſe Agatho in epiſtola quam ad ſextam ſynodum dedit, Conſtantinopoli congregatam. Sperabamus deinde inquit, de Britannia Theodorum conſamulum atque coepiſcopum noſtrum, magnae inſulae Britanniae archiepiſcopum et philoſophum, cum aliis, qui ibidem hactenus demorantur, exinde ad humilitatem noſtram conjungere, et hac de cauſa huc uſque concilium diſtulimus. Vides (inquit Malmeſburius geſt. pont. lib. 1.) quanti eum fecerit, ut ejus expectatione univerſale concilium differret. Videnda autem ipſa eſt epiſtola, nam et hanc Baronius etiam citat. Meminit hujus ſynodi Aethelwerdus lib. 2. cap. 8. qui locum ſeſſionis vocat Hæth-lege, et ad annum refert 676.

[illegible] feldius (ſecul. 7. c. 22. p. 82.) auctoritate Theodori et ſynodi hujus quam apud Hatfeldiam coegit, Merciam in quinque ſedes epiſcopales et quinque dioeceſes diſcretam fuiſſe, quod ex Ranulpho Ceſtrenſi hauſiſſe videtur, qui in polychronici ſui lib. 5. cap. 19. hujus ſynodi mentione facta, iſta ſubdit. "Quo in tempore provincia Merciorum quam ſolus Sexvulphus tunc regebat, diviſa eſt in quinque parochias; una apud Legeceſtriam, alia apud Wigorniam, tertia apud Licheſeld, quarta in Lindeſeia apud Sideneiam" (Sidnaceſter apud Lincolnienſes olim celebrem) "quinta apud Dorceſtriam. Sed Putta manſit apud Herefordiam quondam inſtitutum per Sexvulphum." Hujus etiam diviſionis ad annum 680 meminit Florentius Wigornienſis: ſed generaliter tantum Aethelredi Merciorum regis tempore factam fuiſſe ſignificat. In ejuſdem vero chronici appendice, [illegible] 679 ſecundum Dionyſium expreſſe refertur

regn.

regni ejus, ſub die quinta decima kalendas Octobris, indictione octava, et Edilredo rege Mercinenſium, anno ſexto regni ejus, et Aldvulfo rege Eſtranglorum, anno decimo ſeptimo regni ejus, et Hlothario rege Cantuariorum, regni ejus anno ſeptimo, praeſidente Theodoro gratia Dei archiepiſcopo Britanniae inſulae, et civitatis Dorovernis, una cum eo ſedentibus caeteris epiſcopis Britanniae inſulae, viris venerabilibus, praepoſitis ſacroſanctis evangeliis in loco, qui Saxonico vocabulo Haethfeld nominatur, pariter tractantes fidem rectam et orthodoxam expoſuimus, ſicut Dominus noſter Jeſus Chriſtus incarnatus tradidit diſcipulis ſuis, qui praeſentialiter viderunt et audierunt ſermones ejus, atque ſanctorum patrum tradidit ſymbolum, et generaliter omnes ſancti, et univerſales ſynodi, et omnis probabilium catholicae eccleſiae doctorum chorus.

Hos itaque ſequentes nos pie atque orthodoxe, juxta divinitus inſpiratam doctrinam eorum, profeſſi credimus conſonanter, et confitemur ſecundum ſanctos patres, proprie et veraciter Patrem et Filium, et Spiritum Sanctum, trinitatem in unitate conſubſtantialem, et unitatem in trinitate, hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſtentiis vel perſonis conſubſtantialibus aequalis gloriae et honoris. Et poſt multa hujuſmodi, quae ad rectae fidei confeſſionem pertinebant, haec quoque ſancta ſynodus ſuis literis addit.

Suſcipimus ſanctas et univerſales quinque ſynodos beatorum et Deo acceptabilium patrum, id eſt, qui in Nicea congregati fuerunt trecentorum decem et octo, contra Arium impiiſſimum et ejuſdem dogmata.

Et in Conſtantinopoli centum quinquaginta contra veſaniam Macedonii et Eudoxii, et eorum dogmata.

Et in Epheſo, primo ducentorum contra nequiſſimum Neſtorium et ejuſdem dogmata.

Et in Calcedone ſexcentorum et triginta contra Eutychen et Neſtorium, et eorum dogmata.

Et iterum in Conſtantinopoli quinto congregati ſunt concilio, in tempore Juſtiniani minoris contra Theodorum et Theodereti, et Ibae epiſtolas, et eorum dogmata contra Cyrillum.

Et paulo poſt: et ſynodum quae facta eſt in urbe Roma in tempore Martini papae beatiſſimi, indictione octava imperante Conſtantino piiſſimo anno nono.

Suſcipimus et glorificamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſicut iſti glorificaverunt, nihil addentes vel ſubtrahentes, et anathematizamus corde et ore quos anathematizaverunt, et quos ſuſceperunt ſuſcipimus, glorificantes Deum Patrem ſine initio, et Filium ejus unigenitum ex Patre generatum ante ſecula, et Spiritum Sanctum procedentem ex Patre et Filio inenarrabiliter, ſicut praedicaverunt hi, quos memoravimus ſupra, ſancti apoſtoli, et prophetae, et doctores, et nos omnes ſubſcribimus, qui cum Theodoro archiepiſcopo fidem catholicam expoſuimus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
AGATHO. I. 2.	THEODORI 13.	680.	LOTHAR. 7.	CONSTANT. V. 13.

Synodus Lateranenſis *.

SANCTA SYNODUS DIXIT:

LICET auctores novitatis, ut jam nobis ex omnibus approbatum eſt, utpote non ſolum ſermonibus eorum ab invicem confuſis, ſed et haereticorum doctrinis per omnia conſonantibus eis, necnon paternis ac ſynodalibus praedicationibus catholicae eccleſiae ab eis extraneatis, non intellexerunt omnino, ſicut per propheticum vaticinium dictum eſt, quoniam "[a]obſcurati ſunt, ne videant oculis ſuis, et intelligant cordibus ſuis," venerabilium patrum noſtrorum ſana decreta et definitiones, quas poſuerunt in conſervatione orthodoxae fidei. Sed et nos "[b]corde credentes in juſtitiam, ore autem confitentes in ſalutem," conſonanter et abſque ulla novitate, ſicut ab eis percepimus, ita intranſgreſſibiliter credimus unum eundemque filium Dominum noſtrum et Deum Jeſum Chriſtum, perfectum eundem in deitate, et eundem perfectum in humanitate, Deum vere, et hominem vere eundem, ex anima rationali et corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum deitatem, et conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato: ante ſecula quidem de Patre genitum ſecundum deitatem, in noviſſimis diebus autem eundem propter noſtram ſalutem ex Maria virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem, unum eundemque Chriſtum Filium Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum, nuſquam ſublata differentia naturarum propter unitionem, magiſque ſalva indiminute proprietate utriuſque naturae, et in unam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente, non in duas perſonas partitum atque diviſum, ſed unum et eundem filium unigenitum, Deum verbum, Dominum Jeſum Chriſtum, et duas ejuſdem ſicuti naturas unitas inconfuſe, indiviſe, ita et duas naturales voluntates divinam et humanam, et duas naturales operationes divinam et humanam, in approbatione perfecta et indiminuta, eundem veraciter eſſe perfectum Deum, et hominem perfectum ſecundum veritatem, eundem atque unum Dominum noſtrum et Deum Jeſum

* Synodus ſub Martino I. Lateranenſis, ab 105. epiſcopis anno gratiae 649. celebrata, et ab Agathone papa anno gratiae 680. in Britanniam miſſa, ad confirmandam Anglorum Britannorumque fidem contra Eutichetis et Monothelitarum haereſin, ſuſceptaque in concilio Hedtfeldenſe, jam exinde inter Britannica concilia eſt habenda. Vide integrum ſynodi hujus contextum in conciliorum tomo hoc anno: nos hic tantum canones, prout ſequuntur, apponemus.

[a] Iſai. vi. 9. [b] Rom. x. 10.

Chriſtum

Chriſtum, utpote volentem et operantem divine et humane noſtram ſalutem, ſicut ſuperius prophetae de eo, et ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus docuit nos, atque ſanctorum patrum tradidit ſymbolum, et generaliter omnes ſanctae et univerſales ſynodi, et omnis probabilium catholicae eccleſiae doctorum chorus. His itaque nobis pie atque orthodoxe, juxta divinitus inſpiratam doctrinam eorum, profeſſis, conſonanter dicimus omnes.

I. *De trinitate.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et veraciter Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum trinitatem in unitate, et unitatem in trinitate, hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſtentiis conſubſtantialibus, et aequalis gloriae unam eandemque trium deitatem, naturam, ſubſtantiam, virtutem, potentiam, regnum, imperium, voluntatem, operationem, inconditam, ſine initio incomprehenſibilem, immutabilem, creatricem omnium et protectricem, condemnatus ſit.

II. *De Filio.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem ipſum unum ſanctae et conſubſtantialis et venerandae trinitatis Deum verbum e caelo deſcendiſſe, et incarnatum ex Spiritu Sancto, et Maria ſemper virgine, et hominem factum, crucifixum carne, propter nos ſponte paſſum ſepultumque, et reſurrexiſſe tertia die, et aſcendiſſe in caelos, atque ſedentem in dextra Patris, et venturum iterum cum gloria paterna cum aſſumpta ab eo atque animata intellectualiter carne ejus, judicare vivos et mortuos, condemnatus ſit.

III. *De B. virgine.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem Dei genitricem ſanctam ſemperque virginem et immaculatam Mariam, utpote ipſum Deum verbum ſpecialiter et veraciter, qui a Deo Patre ante omnia ſecula natus eſt, in ultimis ſeculorum abſque ſemine concepiſſe ex Spiritu Sancto, et incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente et poſt partum ejuſdem virginitate, condemnatus ſit.

IV. *D[illegible]*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem ipſius et unius Domini noſtri et Dei Jeſu Chriſti duas nativitates, tam ante ſecula ex Deo et Patre incorporaliter et ſempiternaliter, quamque de ſancta virgine ſemper Dei genitrice Maria corporaliter in ultimis ſeculorum, atque unum eundemque Dominum noſtrum et Deum Jeſum Chriſtum conſubſtantialem Deo et Patri ſecundum deitatem, et conſubſtantialem homini et matri ſecundum humanitatem, atque eundem paſſibilem carne, et impaſſibilem deitate, circumſcriptum corpore, incircumſcriptum deitate, eundem inconditum et conditum, terrenum et caeleſtem, viſibilem et intelligibilem, capabilem et incapabilem, ut toto homine eodemque et Deo totus hom[illegible]aretur, qui ſub peccato cecidit, condemnatus ſit.

V. *De humanitate Chriſti.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem unam naturam Dei verbi incarnatam, per hoc quod incarnata dicitur noſtra ſubſtantia perfecte in Chriſto Deo et indiminute, abſque tantummodo peccato, ſignificata, condemnatus ſit.

VI. *D[illegible]*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem duabus et in duabus naturis ſubſtantialiter unitis, inconfuſe et indiviſe unum eundemque eſſe Dominum et Deum Jeſum Chriſtum, condemnatus ſit.

VII. *De [illegible].*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem ſubſtantialem differentiam naturarum inconfuſe et indiviſe in eo ſalvatam, condemnatus ſit.

VIII. *[illegible].*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem naturarum ſubſtantialem unitionem indiviſe et inconfuſe in eo cognitam, condemnatus ſit.

IX. *De proprietatibus naturarum.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem naturales proprietates deitatis ejus et humanitatis indiminute in eo et ſine deminoratione ſalvatas, condemnatus ſit.

X. *De duabus voluntatibus Chriſti.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem duas unius ejuſdemque Chriſti Dei noſtri voluntates cohaerenter unitas, divinam et humanam, ex hoc, quod per utramque ejus naturam voluntarius naturaliter idem conſiſtit noſtrae ſalutis, condemnatus ſit.

XI. *De duabus operationibus Chriſti.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem duas unius ejuſdemque Chriſti Dei noſtri operationes cohaerenter unitas, divinam et humanam, ab eo quod per utramque ejus naturam operator naturaliter idem exiſtit noſtrae ſalutis, condemnatus ſit.

XII. *Haereticum eſt dicere unam in Chriſto voluntatem, [illegible].*

Si quis ſecundum ſceleroſos haereticos unam Chriſti Dei noſtri voluntatem confitetur et unam operationem, in peremptionem ſanctorum patrum confeſſionis, et abnegationem ejuſdem ſalvatoris noſtri diſpenſationis, condemnatus ſit.

XIII. *De eodem.*

Si quis ſecundum [illegible] in Chriſto Deo in unitate ſubſtantialiter ſalvatis, et a ſanctis patribus noſtris pie praedicatis duabus volun-

voluntatibus et duabus operationibus, divina et humana, contra doctrinam patrum, et unam voluntatem atque unam operationem confitetur, condemnatus ſit.

XIV. *De eodem.*

Si quis ſecundum ſceleroſos haereticos cum una voluntate, et una operatione, quae ab haereticis impie confitetur, et duas voluntates pariterque et operationes, hoc eſt, divinam et humanam, quae in ipſo Chriſto Deo in unitate ſalvantur, et a ſanctis patribus orthodoxe in ipſo praedicantur, denegat et reſpuit, condemnatus ſit.

XV. *De eodem et θεανδρικῇ.*

Si quis ſecundum ſceleroſos haereticos Deivirilem operationem, quod Graeci dicunt θεανδρικὴν, unam operationem inſipienter ſuſcipit, non autem duplicem eſſe confitetur ſecundum ſanctos patres, hoc eſt, divinam et humanam, aut ipſam Deivirilis, quae poſita eſt, novam vocabuli dictionem unius eſſe deſignativam, ſed non utriuſque mirificae et glorioſae unitionis demonſtrativam, condemnatus ſit.

XVI. *Haereticum eſt negare Chriſtum Deum eſſe et hominem naturaliter.*

Si quis ſecundum ſceleroſos haereticos in peremptione ſalvatis in Chriſto Deo eſſentialiter in unitione, et ſanctis patribus pie praedicatis duabus voluntatibus et duabus operationibus, hoc eſt, divina et humana, diſſenſiones et diviſiones inſipienter myſterio diſpenſationis ejus innectit, et propterea evangelicas et apoſtolicas de eodem ſalvatore voces non uni eidemque perſonae et eſſentialiter tribuit eidem ipſi Domino et Deo noſtro Jeſu Chriſto ſecundum beatum Cyrillum, ut oſtendatur Deus eſſe et homo idem naturaliter, condemnatus ſit.

XVII. *Non credere quae tradit catholica eccleſia et quinque ſynodi.*

Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur proprie et ſecundum veritatem omnia, quae tradita ſunt et praedicata ſanctae, catholicae et apoſtolicae Dei eccleſiae, perindeque a ſanctis patribus et venerandis univerſalibus quinque conciliis uſque ad unum apicem verbo et mente, condemnatus ſit.

XVIII. *Non reſpuere quae reſpuit, etc. eccleſia.*

Si quis ſecundum ſanctos patres conſonanter nobis pariterque[c] fide non reſpuit et anathematizat anima et ore omnes, quos reſpuit et anathematizat nefandiſſimos haereticos, cum omnibus impiis eorum conſcriptis uſque ad unum apicem ſancta Dei eccleſia catholica et apoſtolica, hoc eſt, ſanctae et univerſales quinque ſynodi, et conſonanter omnes probabiles eccleſiae patres, id eſt, Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioſcorum, Timotheum, Ælurum, Severum, Theodoſium, Colluthum, Themiſtium, Paulum Samoſatenum, Diodorum, Theodorum, Neſtorium, Theodulum Perſam, Originem, Didymum, Evagrium, et compendioſe omnes reliquos haereticos, qui a catholica eccleſia reprobati atque abjecti ſunt, quorum dogmata diabolicae operationis ſunt genimina, et eos qui ſimilia cum his uſque ad finem obſtinate ſapuerunt, aut ſapiunt, vel ſapere ſperantur, cum quibus merito, utpote ſimiles eis parique errore praeditos, ex quibus dogmatizare noſcuntur, proprioque errori vitam ſuam determinantes, hoc eſt, Theodorum quondam epiſcopum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium Conſtantinopolitanum, vel ejus ſucceſſores Pyrrhum et Paulum, in ſua perfidia permanentes, et omnia impia illorum conſcripta, et eos, qui ſimilia cum illis uſque ad finem obſtinate ſapuerunt, aut ſapiunt, vel ſapere ſperantur, hoc eſt, unam voluntatem et unam operationem deitatis et humanitatis Chriſti, et ſuper haec impiiſſimam ecthesin, quae perſuaſione ejuſdem Sergii facta eſt ab Heraclio quondam imperatore adverſus orthodoxam fidem, unam Chriſti Dei voluntatem, et unam ex concinnatione definientem operationem venerari, ſed et omnia, quae pro ea impie ab eis ſcripta vel acta ſunt, et illos qui eam ſuſcipiunt, vel aliquid de his, quae pro ea ſcripta vel acta ſunt, et cum his denuo ſceleroſum typum, qui ex ſuaſione praedicti Pauli nuper factus eſt a ſereniſſimo principe Conſtantino imperatore contra catholicam eccleſiam, utpote duas naturales voluntates et operationes, divinam et humanam, quae a ſanctis patribus in ipſo Chriſto Deo vero, et ſalvatore noſtro pie praedicantur, cum una voluntate et operatione, quae ab haereticis impie in eo veneratur, pariter denegare et taciturnitate conſtringi promulgantem, et propterea cum ſanctis patribus et ſceleroſos haereticos ab omni reprehenſione, et condemnatione injuſte liberari definientem, in amputationem catholicae eccleſiae definitionum ſeu regulae. Si quis igitur, juxta quod dictum eſt, conſonanter nobis omnia haec impiiſſima haereſeos illorum dogmata, et ea quae pro illis aut in definitione eorum a quolibet impie conſcripta ſunt, et denominatos haereticos, Theodorum dicimus, Cyrum et Sergium, Pyrrhum et Paulum non reſpuit et anathematizat, utpote catholicae eccleſiae rebelles exiſtentes, aut ſi quis aliquem de his, qui ab illis vel ſimilibus eorum in ſcripto vel ſine ſcripto quocunque modo vel loco aut tempore temere depoſiti ſunt aut condemnati, utpote ſimilia eis minime credentem, ſed ſanctorum patrum nobiſcum confitentem doctrinam, uti condemnatum habet aut omnino depoſitum, ſed non arbitratur hujuſmodi quicunque fuerit, hoc eſt, ſive epiſcopus, aut preſbyter, vel diaconus, ſive alterius cujuſcunque eccleſiaſtici ordinis, aut monachus, vel laicus pium et orthodoxum, et catholicae eccleſiae propugnatorem, atque in ipſo firmius conſolidatum, in quo vocatus eſt a Domino ordine, illos autem impios atque deteſtabilia eorum pro hoc judicia, vel ſententias vacuas et invalidas atque infirmas, magis autem prophanas et execrabiles vel reprobabiles arbitratur, hujuſmodi condemnatus ſit.

[c] *parique fide.* Walkerus.

XIX. *Hae-*

XIX. *Haereticorum promovere dogmata, et calumniare V. univerſ. ſynodos.*

Si qui[illegible] haeretici ſapiunt, [illegible] per inanem proterviam dicit haec pietatis eſſe dogmata, quae tradiderunt ab initio ſpeculatores et miniſtri verbi, hoc eſt dicere, ſanctae et univerſales quinque ſynodi, calumnians utique ipſos ſanctos patres, et memoratas ſanctas quinque ſynodos in deceptione ſimplicium, vel ſuſceptione ſuae prophanae perfidiae, hujuſmodi condemnatus ſit.

XX. *Vellicare quae poſuere V. univerſ. ſynodi.*

Si quis ſecundum ſceleroſos haereticos quocunque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos removens illicite, quos po[illegible]unt firmius ſancti catholicae eccleſiae patres, id eſt, ſanctae et univerſales quinque ſynodi, novitates temere exquirere, et fidei alterius expoſitiones, aut typos, vel leges, aut definitiones, aut libellos, aut epiſtolas, aut conſcripta, aut ſubſcriptiones, aut teſtimonia falſa, aut ſynodos, aut geſta monumentorum, aut ordinationes vacuas et eccleſiaſticae regulae incognitas, aut loci ſervaturas incongruas et irrationabiles, et compendioſe, ſi quid aliud impiiſſimis haereticis conſuetum eſt agere, per diabolicam operationem tortuoſe et callide agit contra pias orthodoxorum catholicae eccleſiae, hoc eſt dicere, paternas ejus et ſynodales praedicationes, ad everſionem ſinceriſſimae in Dominum Deum noſtrum confeſſionis, et uſque in finem ſine poenitentia permanet, haec impie agens, hujuſmodi in ſecula ſeculorum [illegible] lus: fiat, fiat.

Hi[illegible] omni ſubtilitate, ſecundum domini[illegible] praeceptionem, [illegible] ſcandala, cum paleato et haeretico intellectu eorum, [illegible] auctoritate projicientes, triticum autem orthodoxae et [illegible] in horreum, id eſt, catholicam eccleſiam per ventilabrum paternae doctrinae firmius congregantes, victrices ei cum propheta Sophonia canimus hymnos: "gaude nimis, o filia Sion, praedica filia Hieruſalem, laetare et exulta ex toto corde tuo filia Hieruſalem. Abſtulit Dominus a te iniquitates adverſariorum tuorum, liberavit te de manu inimicorum, Dominus in medio tui, non videbis mala ultra:" omni exploſa novitate haeretica, et omni confirmata in te orthodoxa fide, in poſſeſſione vitae aeternae. Per ipſum Chriſtum Dominum ſalvatorem animarum noſtrarum, cui gloria, honor, veneratio, imperium cum Patre et Sancto Spiritu nunc [illegible]

[illegible] ſubſcripſi.

[illegible]

huic definitioni [illegible] fidei, [illegible] dam epiſcopi, Cyri Alexandri[illegible] Antiſtitis, Th[illegible] Conſtantinopolitani epiſc. cum haereticis eorum ſcriptis, ſtatuens ſubſcripſi.

Maximus, epiſc. ſanctae Aquileienſis eccleſiae, etc.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti		
AGATHO. I. 2.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Synodus N[illegible], in qua [illegible] Agath[illegible] W[illegible] archiepiſcopo E[illegible] examinata. Ex Heddio in vita Wilfridi cap. [illegible]

DEINDE [illegible] principibus [illegible] habitantibus, nec non ſervis Dei in locum ſynodalem accerſitis ad audienda ſalutifera conſilia, ab apoſtolica ſede cauſa pacis eccleſiarum tranſmiſſa. Poſtquam vero quaedam difficilia ſibi et ſuae voluntati contraria lecta audiverunt, con[illegible] juſſione regis et ejus conſiliatorum cum conſenſu epiſcoporum, qui ejus epiſcopatum tenebant, in cuſtodiam ducere et novem menſes ſine ullo honore cuſtodire cenſuerunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti		
JOHANNIS VI. 1.	[illegible]	[illegible]	[illegible] 12.	[illegible]

Twif[illegible] Synodus in Northumbria, praeſid[illegible] Theod[illegible] Dor[illegible]bernenſi, celebrata; in qua Cuthbertus epiſcopus [illegible].* Ex [illegible] tom. 1. p. 46.

IN nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Anno dominicae incarnationis DCLXXXV. congregata ſynodo juxta fluvium "Alne," in loco qui dicitur "Twiford," cui Theodorus archiepiſcopus Dorovernenſis praeſidebat, cum Cuthbertus multis legatariis ac literis ad ſe

[illegible]

* [illegible] Twiford [illegible] Cuthbert[illegible] cap. 24. [illegible] Eborac, ſub praeſentia regis Eg[illegible]

praemiſſis,

praemiſſis, nequaquam ſua inſula poſſet erui: tandem ego Egfridus rex Northanhimbrorum, cum antiſtite Trumwino et aliis religioſis viris, inſulam navigavi, et invitum ad ſynodum pertraxi, ubi omnium juſſione epiſcopatus officium ſuſcipere compellitur: cui et omnibus ſucceſſoribus ejus, cum conſilio Theodori archiepiſcopi, et Trumwini, et totius conſilii, pro ſalute animae meae et ſucceſſorum meorum, donavi villam, quae dicitur "Crec," et tria milliaria in circuitu ipſius villae. Donavi etiam civitatem, quae vocatur Lugubalia*, et in circuitu ejus quindecim milliaria, ut haec tam ipſe, quam ſucceſſores ejus, ad Dei ſervitium in perpetuum habeant, ita ſicut ego habui, libera et quieta, et ſecundum ſuam voluntatem diſponenda.

Ego Theodorus archiep. Dorovern. ſubſcripſi.
Ego Boſa epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Cedd orientalium Saxonum epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Sexulf Merciorum epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Eata Haguſtaldenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Trumvine Pictorum epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ceadda Lichefeldenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Eadhed Lindiſſi epiſcopus ſubſcripſi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
SERGII I. 5.	BIRTHWALD. I.	692.	WITHRED. et WAEBBERD. 7.	JUSTINIAN. II. 8.

Concilium Baccanceldenſe. Ex chronico Saxon. pag. 48.

WIHTREDUS item capeſſit Cantwarorum regnum, ac illud tenuit xxxiii annis.— Ubi primum rex eſſet, juſſit cogi magnum concilium in locum, qui dictus eſt Baccancelde[a]. Ei interfuit Wihtredus Cantwarorum rex, et archiepiſcopus Cantwarenſis Brihtwaldus, et Tobias epiſcopus de Hroveceaſter; et cum iis abbates et abbatiſſae, multique viri prudentes ibi erant congregati, ut omnes conſilium caperent de Dei eccleſiarum reparatione, quae ſunt in Cantio. Tunc incepit rex proloqui, ac dicebat: volo ut omnia monaſteria, et eccleſiae, quae fuerint datae et legatae in Dei gloriam, regum fidelium, meorum praedeceſſorum diebus, ac meorum propinquorum diebus, Aegelberhti nempe regis, et eorum, qui ei ſucceſſerint; ita ſuperſint Dei in honorem et firmiter remaneant in ſecula ſeculorum. Quum ego Wihtredus terreſtris rex, a caeleſti rege incitatus, et ſpiritu juſtitiae accenſus, a noſtris avis illud didicerim, quod nullus laicus jure debet ſeipſum immittere in quamvis eccleſiam, aut aliquid earum rerum, quae ad eccleſiam ſpectant: idcirco nos firmiter et fideliter conſtituimus, ac decernimus, et Dei omnipotentis nomine, omniumque ſanctorum, interdicimus

AND Ƿihtred feng to Cantƿara rice. ⁊ heold hit xxxiii ƿintra.— And sona ðas ðe he cing ƿas. he het gaderian mýcel concilium on ðare stoƿe ðe is geclýpod Baccancelde[a]. on ðare ƿas Ƿihtred sittende Cantƿare cing. ⁊ ðe arcebiscop of Cantƿare-býri Brihtƿald. ⁊ se biscop Tobias of Hroue-ceastre. ⁊ mid heom abbodas ⁊ abbedessen. ⁊ manige ƿise menn ðær ƿæron gegaderade. ealle to smeagende embe Godes cýrcan bote. ða beoþ innan Cent:· Nu agann se cing to sprecende ⁊ sæde. Ic ƿýlle ꝥ ealle ða mýnstra ⁊ ða cýrican ða ƿæron giuene ⁊ becƿeþene Gode to ƿýrþmýnte be geleaffulra cinga dagan. minra forgenglan. ⁊ be minra magan dagon. be Ægelberhtes cinges. ⁊ ðara ðe him æfter fýligdan. sƿa beliuan Gode to ƿýrþmýnte ⁊ fæstlice standan á to ecnisse æure ma. Forþon ic Ƿihtred eorþlic cing fram ðam heouenlice cinge onbrýrd. ⁊ mid andan ðare rihtƿisnisse anæld[b]. of uran ealdran fæderan ic habbe ꝥ geleornod. ðat nan læƿede man nah mid rihte to stingan hine an arre ciricean. na anan ðara ðingan ðe to cýrcan belimpþ. ⁊ for hi stranglice ⁊ trýƿlice ƿe gesettaþ ⁊ demaþ. ⁊ on Godes naman ðes

nem ejus ſeptem epiſcopis, in quibus beatae memoriae Theodorus primatum tenebat." Unde recte a Florentio Wigornienſi obſervatum eſt, anno 684 congregatam eſſe hanc ſynodum, et ſequente Cuthberti ordinationem completam in ipſo die Paſchae, quem eo anno in 7. kalendas Aprilis incidiſſe, docet Turgotus in Dunelmenſi chronico. Addit praeterea Beda lib. 4. hiſt. cap. 27. eodem ipſo anno, quo ordinatus eſt Cuthbertus, regem Ecgfridum finem vitae accepiſſe; anno videlicet 685. (Bed. l. iv. hiſt. c. 26. et in epitome) die tertio decimo kalendarum Juniarum, quem diem quoque ſabbati fuiſſe idem in vit. Cuthberti cap. 27. et Flor. Wigorn. in chronico ad annum ſecund. Dionyſ. 685. indicant. Anno igitur 685 (hiſce characteribus ſtabilito) facta eſt iſta conceſſio, et ſubſcriptione ſeptem (alii octavum addunt) epiſcoporum, qui ordinationi Cuthberti interfuerunt, corroborata. Ordinato enim Cuthberto (ut apud Turgotum Dunelm. legimus) "praefatus rex et Theodorus in civitate Eboraca dederunt totam terram a muro eccleſiae Petri, uſque magnam portam verſus occidentem, et a muro ipſius eccleſiae, uſque murum civitatis verſus auſtrum. Villam quoque Crecam, et tria in circuitu ipſius villae milliaria, ei dederunt; ut haberet Eboracum iens vel inde rediens, manſionem ubi requieſcere poſſet: ubi monachorum habitationem inſtituit. Et quia illa terra minus ſufficiens erat; "Lugubaliam," quae "Luell" vocatur, in circuitu quindecim milliaria habentem, in augmentum ſuſcepit." Hanc notam deſcripſi ex MS. Uſſerii in Spelm. Conc. vol. i. vide etiam librum ejus de primordiis, etc. p. 668.

* Carlile.

[a] De hujus loco concilii Johnſonius (vicarius olim eccleſiae Cranbrookiae in Cantio) lib. i. collect. canon. ad ann. ſequentia habet. Baccanceld, now called Babchild, near to Sittingbourn on the Canterbury ſide, being about midway between the coaſt of Kent and London, and therefore a very convenient place for a Kentiſh council. At this place, not many years ſince, were the viſible remains of two chapels, ſtanding very near to one another, on the right hand of the road from Canterbury to Sittingbourn; the preſent church ſtands on the oppoſite ſide; at no great diſtance from them. D^r. Plott, many years ſince, obſerved to me, that this and other circumſtances were good preſumptions, that this was the old Baccanceld, the place for the Kentiſh councils.

[b] Poſt anæld in codice Cotton. unde haec deſcripſimus (clar. editionem chronici Saxon. audis) ſequitur vel acend i. e. natus; de regeneratione nempe agens.

ealmihtiges. ⁊ on ealra halgena se forbeodaþ eallon uron æfterfengengan cingan ⁊ ealdermannum. ⁊ eallan læwedan-mannum. æure ænne hlauordscipe ouer cyrcan. ⁊ ouer eallan heora ðingan. ðe ic oþþe mine yldran on ealdon dagan giuan Criste to loue on ece erfwyrþnesse. ⁊ ure hlæfdian sce. Marian. ðan halgan apostolan:· Ac loc hwenne hit gewurþe þ biscop oþþe abbod. oþþe abbedesse ⁊ gewite of ðysan liue. sy hit gecydd ðan arcebiscop. ⁊ mid his ræde ⁊ gefeahte sy gecoren swilce wurþe beo:· And his lif ðe man sceal to swa gefonne ðynge cysan. asece se arcebiscop.— ⁊ his clænnesse. ⁊ an ane wisan ne wurþe gecoren nan. na to swa gefonan ðingan gehalgod. butan ðes arcebiscop ræde:· Cyngas sceolan settan eorlas. ⁊ ealdras-men. scirreuan. ⁊ domes-menn. ⁊ arcebiscop sceal Godes gelaþunge wissian ⁊ rædan. ⁊ biscopas ⁊ abbodas. ⁊ abbadessan. ⁊ preostas. ⁊ diaconas ceosan ⁊ settan. ⁊ halgian ⁊ getrywman mid godan mynegunga ⁊ forebysene. ðe læste ðe ani of Godes heorde dwelie ⁊ losie:·

omnibus nostris successoribus, regibus, et praefectis, omnibusque laicis in perpetuum dominatione omni in ecclesias, et in omnes earum possessiones, quas ipse aut mei decessores antiquitus dederint, ad Christi gloriam, in sempiternam haereditatem, ac (gloriosae) dominae nostrae sanctae Mariae, et sanctorum apostolorum. Ubi vero contigerit episcopum aut abbatem aut abbatissam hac vita cedere, nuncietur archiepiscopo, atque ejus consilio, et praeceptis eligatur, qui dignus fuerit. Ejus porro vitam qui ad munus tam sacrum eligetur, exploratam habeat archiepiscopus— ejusque castitatem; neque ullo modo electus sit aliquis, aut ad munus tam sacrum consecratus, absque archiepiscopi consilio. Regum est constituere comites, duces, vicecomites, et judices; et archiepiscopi est Dei ecclesiam gubernare, eique consulere, episcopos item et abbates, et abbatissas, et presbyteros, et diaconos eligere, et constituere, consecrare etiam et confirmare bonis praeceptis ac exemplo, ne ullus de Dei grege aberret et pereat.

Papae Rom.	Archiep. Cant.	Anno Christi	Reg. Canc.	Imper.
SERGII I. 5	BIRTHWALD. 1.	692.	[illegible]	JUSTINIAN II. 8.

Aliud exemplar Beccanceldensis istius concilii. E MS. Cant. eccl. A. p. 8 8. a. b. ſumptum.

ANNO dominicae incarnationis 694. Withredus glorioſus rex Cantiae cum reverendiſſimo archiepiſcopo Brythwaldo, praecepit congregari concilium in loco, qui nominatur Bachanchild, praeſidente eidem concilio jam nominato clementiſſimo rege Cantuariorum Withredo et eodem venerando patre primate totius Britanniae, ſimulque Tobia epiſcopo Roffenſis eccleſiae, cum abbatibus, abbatiſſis, presbyteris, diaconibus, ducibus, ſatrapis, pariter tractantes de ſtatu eccleſiarum Dei in Anglia, et de hiis quae a fidelibus regibus, praedeceſſoribus ejus et propinquis, Ethelberto videlicet poſteriſque ejus Deo omnipotenti in propriam haereditatem data fuerunt, qualiter ſecundum veram juſtitiam ſtare et permanere valeant, vel quomodo ea ſervare oporteat a modo, et uſque in finem ſeculi conſtituentes.

Ego, inquit, Withredus rex terrenus, a rege regum compunctus, zelo rectitudinis accenſus, ex antiqua traditione ſanctorum patrum didici (non) licitum eſſe alicui homini in laico habitu conſtituto, uſurpare ſibi quaſi propriam poſſeſſionem quod ante fuerat Domino conceſſum et cruce Chriſti firmatum. Scimus enim et veraciter conſtat; quia quod ſemel acceperit homo donatione alterius in propriam poteſtatem, nullatenus ſine injuria illud iterum demittet.

Horrendum eſt itaque hominibus Deum vivum expoliare, tunicamque ejus et haereditatem ſcindere. Cum ergo Deo aliquid oblatum fuerit de terrenis ſubſtantiis, ad hoc, ut facilius promereri valeant offerentes aeternam retributionem percipere in caelis, manifeſte declaratur, quod quanto incautius homo ſecularis applicuerit ſe in haereditatem regis aeterni, tanto diſtrictius a Deo punietur.

Pro qua re firmiter decernimus, (et in nomine) omnipotentis Dei omniumque ſanctorum praecipimus omnibus ſucceſſoribus noſtris, regibus, principibus, et omnibus in laico habitu conſtitutis, ut nulli unquam liceat alicujus eccleſiae vel monaſterii dominium habere, quae a me vel anteceſſoribus meis, priſcis temporibus tradita ſunt Deo in perpetuam haereditatem et ſanctis ejus.

Magis autem, ſicut in canonibus praecipitur, ſervandum eſt, ut quando aliquis de praelatis defungitur, epiſcopus, abbas, vel abbatiſſa; intimetur archiepiſcopo propriae parochiae, et cum ejus conſilio et conſenſu, vita et munditia ejus examinata, qui dignus invenitur, eligatur, et nullo modo ſine conſenſu et conſultu archiepiſcopi promoveatur. Neque enim de hac re, aliquid pertinet ad decretum vel imperium regis. Illius autem eſt comites, duces, optimates, principes, praefectos, judices ſeculares ſtatuere.

Metropolitani vero eſt archiepiſcopi, eccleſias Dei [a] regere, gubernare, epiſcopos, abbates, abbatiſſas, caeteroſque praelatos eligere, ſtatuere, firmare, admonere [b], ne quis de ovibus Chriſti, ſcilicet aeterni paſtoris, aberret.

Haec lex per eum in regno noſtro in perpetuum permaneat omnibus eccleſiis Dei noſtri pro ſalute animae meae, meorumque praedeceſſorum, proque ſpe caeleſtis regni.

Igitur ex hac die et deinceps concedimus et donamus eccleſias regni noſtri liberas eſſe perpetua libertate ab omnibus difficultatibus ſecularis ſervitutis, ab omni debito vel pulſione

regalium tributorum, ut poſſint pro nobis Deo omnipotenti hoſtias dignas offerre noſtraque peccata abluere immaculatis muneribus.

Si quis autem poſt nos rex levatus in regnum, aut epiſcopus, aut abbas, ſeu aliqua alia perſona contradixerit huic concilio vel ſcripto judicio concilii facto, ſciat ſe a corpore et ſanguine Domini ſequeſtratum, et ſic excommunicatum, ſicut ille qui non habebit remiſſionem in hoc ſeculo, neque in futuro, niſi ante mortem ſecundum judicium archiepiſcopi emendaverit.

Hoc ſcriptum irrefragabile ſua firmitate muniatur, ſervetur, et ſemper habeatur, in eccleſia ſalvatoris, quae ſita eſt in civitate Dorobernia, ubi primas habetur ad exemplum omnium eccleſiarum atque defenſionem, quae in Anglia habentur.

Ego Withredus rex auxilio Dei, hiis legibus conſtitutis pro me et Werburga regina, itemque filio noſtro Alrico, ſubſcripſi.

Ego Brythwaldus gratia Dei archiepiſcopus, hiis legibus conſtitutis ſubſcripſi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
SERGII. I. 6.	BIRTHWALD. I.	693.	WITHRED. et WAEBBERD. 8.	JUSTINIAN. II. 9.

Leges eccleſiaſticae Inae regis occiduorum Saxonum ſeu Gerviſorum in uſum eccleſiae latae, ex aliis ſuis legibus Saxonicis decerptae †. Ex MS. Coll. Corp. Chr. Cantabr. B. 2.

Ines cyninges aſetnysſe:·

IC Ine mid Godes gife Weſtſeaxna cyning mid geþeahte ⁊ mid lære Cenredes mines fæder. ⁊ Heddes mines biſceopes. ⁊ mid eallum minum ealdormannum. ⁊ ðam yldeſtan ƿitum minre ðeode. ⁊ eac mycelre geſomnunge Godes ðeoƿa. ƿæs ſmeagende be ðære hælo ura ſaƿla. ⁊ be ðam ſtaþole ures rices. ꝥ te ryht æƿe ⁊ ryhte cynedomas. ðurh ure folc gefæſtenode. ⁊ getrymede ƿæron. ꝥ te nænig ealdormanna. ne us undergeþeodendra. æfter ðæm ƿære aƿendende ðas ure domas:·

Inae regis ſtatuta.

EGO Ina Dei gratia occiduorum Saxonum rex, cum conſilio et cum doctrina Cenredae patris mei, et Heddae epiſcopi mei, et cum omnibus meis ſenatoribus, et ſenioribus ſapientibus populi mei, et multa etiam ſocietate miniſtrorum Dei, conſultabam de ſalute animae noſtrae, et de fundamento regni noſtri, ut juſtae leges et juſta ſtatuta per ditionem noſtram ſtabilita et conſtituta eſſent, ut nullus ſenator nec ſubditus noſter poſt haec has noſtras leges infringeret.

Be Godes ðeoƿa regole:·

I. Ærest ƿe bebeodaþ. ꝥ te Godes ðeoƿas heora ryht regole gyman. ⁊ on ryht healdan. æfter ðam ƿe beodaþ. ꝥ ealles folces æƿ ⁊ domas ðus synd gehealdene:·

De miniſtrorum Dei regula. Cap. 1.

I. Primo praecipimus, ut Dei miniſtri juſtas ſuas regulas obſervent, et recte teneant: poſt haec injungimus, ut totius populi leges et jura ita teneantur.

Be cildum:·

II. Cild binnan ðrytigum nihta sy gefulƿad. gif hit sƿa ne sy. ðritig ſcillinges gebete:· Gif hit ðonne sy dead butan fulluhte. gebete he hit mid eallum ðæm ðe he age:·

De infantibus. Cap. 2.

II. Infans intra triginta dies baptizetur, ſi hoc non ita fiat, triginta ſolidis compenſet (parens.) Si tunc mortuus ſit abſque baptiſmate, compenſet illud omnibus quae habet.

Be ſunnan dæges ƿeorcum.

III. Gif ðeoƿ mon ƿyrce on ſunnan dæg.

De operibus diei-dominicae. Cap. 3.

III. Si ſervus homo die dominico operetur

† Meminit Inae regis et legum ejus Malmesburius in geſtis regum, lib. 1. ca. 2. Ubi cum de praeliis ejus peroraſſet: "caeterum, inquit, quantus in Dei rebus fuerit, indicio ſunt leges ad corrigendos mores in populo latae: in quibus, vivum ad hoc tempus puritatis ſuae reſultat ſpeculum."

De tempore hujus concilii nil certi ſtatuam. Lambardus Inae ponit regni initium in an. Dom. 712. Florentius Wigornenſis (quem ego libentius ſequor et cujus haerent veſtigiis Saviliani faſti) in an. Dom. 688. Exiiſſe autem faſti anno 726. Lambardus 727. Wigornenſis 728. de exceſſu hic parum refert: ſed quoad ejus ſynchronos (qui in legum praefatione Hedda memorantur et Erkenwaldus) Hedda Wintonienſis ſedit epiſcopus ab an. Dom. 677. uſque an. 705. hoc eſt, Inae regis 18. Erkenwaldus vero Londonienſis epiſcopus a Godwino dicitur obiiſſe circa an. Dom. 685. in quo Inas regiam dignitatem non eſt aſſecutus: et condendis iſtis legibus non tum Erkenwaldus potuit intereſſe. Probabilius igitur faſti, ſediſſe eum referunt uſque ad an. Dom. 696. incluſive, hoc eſt, annum nonum Inae regis; ſic ut in novennali iſto ſpatio condi cenſeam has ejus leges, et incertus anni veri, ad annum (uti ſoleo) medianum tribuo, annum ſcil. Inae 5. id eſt Domini noſtri 692. vel 693. Mihi autem non conſtat qui ſit factum ut epiſcopum Londinenſem, ſuum vocet; cum is proprie regi paruit orientalium Saxonum, non occidentalium, ni Londinum forte jam in ejus abiiſſet dominationem.

Sunt vero qui ex lege hic infra finali contendunt epiſcopos ſub hoc ſeculo fuiſſe conjugatos, quod hic ſit mentio de filio epiſcopi. Sed non intelligendum eſt de filio naturali ſeu conjugali, at de ſpirituali ad fontem ſacrum ſuſcepto. Perſpicuum eſt ex legis rubrica quae inſcribitur Be ðan gif man oþres godſunu ſlea oþþe his godfæder; id eſt: "De eo qui filium luſtricum vel ſuſceptorem ſuum occidit:" cap. 76. vel, ut verbis utar priſcorum ſeculi et interpretis, de occidente patrinum vel filiolum alicujus: veteres enim ſuſceptorem patrinum, ſuſceptum filiolum appellabant: et retinuit morem in ipſa hac lege interpres vetus: "ſi quis (inquit) filiolum alterius occidat vel patrinum, ſit ſimile cognationi, et creſcat emendatio ſecundum Weram ejus regi, manbota domini. Si epiſcopi filiolus ſit, dimidium hoc." Haec SPELM.

be his hlafordes hæse, sy he freo, and se hlaford sylle xxx scillinges to wite. Gif ðonne se ðeowa butan his gewitnysse wyrce, ðolige his hyde, oððe his hydgyldes. Gif ðonne se frigea ðy dæge wyrce butan his hlafordes hæse, ðolige his freotes, oððe sixtig scillinges, and preost sy twyscildig.

Be cyric sceattum.

IV. Cyricsceattas syn agyfene be sanct Martynes mæssan. Gif hwa ꝥ ne gelæste, sy he scyldig feowertig scillinges, and be twelf fealdum agyfe ðonne cyricsceat.

Be cyric socnum.

V. Gif hwa sy deaðes scyldig, and he cyrican geyrne, hæbbe his feorh, and bete swa him riht wisige. Gif hwa his hyde forwyrce, and cyrican geyrne, sy him seo swingle forgyfen.

Be gefeohtum.

VI. Gif hwa gefeohte on cyninges huse, sy he scyldig ealles his yrfes, and sy on cyninges dome, hwæðer he lif age ðe nage. Gif hwa on mynster gefeohte, hund twelftig scillinges gebete. Gif hwa on ealdormannes huse gefeohte, oððe on oðres geðungenes witan, sixtig scillinges gebete he, and oðer syxtig scillinges gesylle to wite. Gif he ðonne on gafolgyldan huse oððe on gebures gefeohte, ðrittig scillinges to wite gesylle, and ðæm gebure syx scillinges. And ðeah hit sy on middan felda gefohten, hund twelftig scillinges to wite sy agyfen. Gif ðonne on gebeorscipe hi geciden, and oðer heora mid geðylde hit forbere, gesylle se oðer ðrittig scillinges to wite.

Be ðam ðe heora gewitnysse beforan biscope geleogaþ.

VII. Gif hwa beforan biscope his gewitnysse, and his wed aleoge, gebete mid hund twelftig scillinges.

Be cyricsceattum.

VIII. Cyricsceat mon sceal agyfan to ðam healme, and to ðam heorðe, ðe se man on bið to middan wintra.

Be ðan gif man oðres godsunu slea oððe his godfæder.

IX. Gif hwa oðres godsunu slea, oððe his godfæder, sy seo mægbot and seo manbot gelic. Weaxe seo bot be ðam were, swa ilce swa seo manbot deð be ðam hlaforde sceal. Gif hit ðonne cyninges godsunu sy, bete be his were ðam cyning swa same ilce swa ðære mæg þe. Gif he ðonne on ðone geonbyrde ðe hine sloh, ðonne æt fealle seo bot ðam godfæder, swa samelice swa ꝥ wite ðam hlaforde deð. Gif hit biscop sunu sy, sy be healfum ðam seo bote.

juſſu domini ſui, liber ſit, et dominus debeat xxx ſolidos pro poena. Si autem ſervus abſque ejus ſcitu operetur, verberibus caedatur, vel cutis pretium ſolvat. Si autem liber eo die operetur abſque domini ſui juſſu, perdat libertatem ſuam, vel ſexaginta ſolidos: et ſacerdos duplum debeat.

De eccleſiae cenſibus. Cap. 4.

IV. Eccleſiae cenſus ſolvantur ad ſancti Martini feſtum. Si quis hoc non praeſtet, ſolvat quadraginta ſolidos, et duodecim vicibus ſolvat tunc eccleſiae cenſum.

De eccleſiae immunitatibus. Cap. 5.

V. Si quis mortis ſit reus, et ad eccleſiam confugiat, habeat vitam ſuam et compenſet, prout jus eum doceat. Si quis verbera promeritus ſit, et ad templum confugerit, verbera ei condonentur.

De pugnis. Cap. 6.

VI. Si quis in regis domo pugnet, perdat omnem ſuam haereditatem, et in regis ſit arbitrio, poſſideat vitam an non poſſideat. Si quis in templo pugnet, centum viginti ſolidis mulctetur. Si quis in ſenatoris domo pugnet, vel in alterius illuſtris ſapientis, ſexaginta ſolidis mulctetur, et alios ſexaginta ſolidos ſolvat poenae loco. Si autem in tributarii domo vel coloni pugnet, triginta ſolidos poenae loco ſolvat, et colono ſex ſolidos. Et licet in medio campi pugnatum ſit, centum viginti ſolidi poenae loco ſolvantur. Si autem in convivio rixati ſint, et unus horum patienter id ſuſtineat, ſolvat alius triginta ſolidos poenae loco.

De iis quorum teſtes coram epiſcopo mentiti ſunt. Cap. 13.

VII. Si alicujus teſtis vel vas coram epiſcopo mentiatur, compenſet centum viginti ſolidis.

De primitiis ſeminum. Cap. 61.

VIII. Primitiae ſeminum dari debent a culmine illo, et a manſione illa, in qua quis fuerit in natali Domini.

De eo qui filium baptiſmalem vel ſuſceptorem ſuum occidit. Cap. 76.

IX. Si quis alterius filium in baptiſmate ſuſceptum occidat, vel ſuſceptorem ejus, cognati occiſio homicidio aequalis ſit. Emendatio creſcat juxta aeſtimationem capitis, ſimiliter ac homicidium quod pro domino ſolvendum. Si autem regis filius luſtricus ſit, aeſtimationem capitis compenſet regi eodem modo ac cognatis ejus: ſi autem ſe illi oppoſuerit, qui eum interfecit, tunc excidat compenſatione patrinus, eodem modo ac mulcta dominus. Si ſit epiſcopi filius, dimidium hujus ſit mulcta.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
SERGII I. 9.	BIRTHWALD. 4.	*696.*	WIGHTRED. 3.	JUSTINIAN. II. 12.

Concilium Berghamſtedenſe *. Ex textu Roffenſi.

Ðis synd Wihtrædes domas Cantwara cyninges:·

ÐAM mildestan cyninge Cantwara Wihtræde rixigendum ðe fiftan wintra his rices. ðy niguþan gebanne. sextan dæge Augustes in ðære stowe ðy hatte Berghamstyde. ðær wæs gesamnad eadigra geþeahtendlic ymcyme:· Ðær wæs Birhtwald Bretone heahbiscop. ⁊ se ærnæmda cyning. eac ðan Hrofesceastre biscop. se ilca Gybmund wæs haten:· And ðær wæs andræde ælc had ciricean ðære mægðe anmodlice mid ðy hersuman folcy:· Ðær ða eadigan fundon mid ealra gemedum ðas domas. ⁊ Cantwara rihtum ðeawum æcton swa hit hyr efter segeþ. ⁊ cwyþ:·

I. Ciricean freols dome ⁊ gafola. ⁊ man for cyning gebidde. ⁊ hine buton neadhæse heora willum weorþigen:·

II. Ciricean mundbyrd sie L scillinges. swa cynges:·

III. Unriht hæmde mæn to rihtum life mid synna hreowe to fon. oþþe of ciricean gemanan ascadene sien:·

IV. Ælþeodige mæn gif hio hiora hæmed rihtan nyllaþ. of lande mid hiora æhtum ⁊ mid synnum gewiten. swa se mæn in leodum ciriclicæs gemanan ungestrædyne ðoligen:·

V. Gif ðæs gefeorþe gesiþcundne mannan ofer ðis gemot ꝥ he unriht hæmed genyme ofer cyninges bebod ⁊ biscopes ⁊ boca ðom. se ðæt gebete his dryhtne C. scill. on ald riht:·

VI. Gif hit ceorlisc man sie. gebete L scill. ⁊ gehwæðer ꝥ hæmed mid hreowe forlæte:·

VII. Gif preost læfe unriht hæmed. oþþe fulwihþe. untrumes forsitte. oþþe to ðon druncen sie ꝥ he ne mæge. sio he scille his ðegnungæ oþ biscopes dom:·

VIII. Gif bescoren man steorlæs gange. him an gestliþnesse gefe him man æness. ⁊ ꝥ ne gefeorþe buton he leafnesse hæbbe. ðæt hine man læng feormige:·

IX. Gif man his mæn an wiofode freols gefe. se sie folc-fry. freols gefa age his erfe ænde wergeld. ⁊ munde ðare hinna. sie ofer mearce ðær he wille:·

X. Gif esne ofer dryhtnes hæse ðeow weorc wyrce an sunnan æfen efter hire setlgange. oþ monan æfenes setlgang lxxx scill. se dryhtne gebete.

Haec ſunt judicia Withraedi regis Cantuariorum.

MITISSIMI Cantuariae regis Withredi regnantis anno quinto regni, indictione nona, ſexto die Auguſti, in loco, qui vocatur "Berghamſtede," congregatum fuit optimorum procerum concilium. Ibi erant Birhtwaldus Britanniae archiepiſcopus, et ante nominatus rex, Roffenſis etiam epiſcopus, idem Gybmundus vocabatur. Et ibi erant praeſentes omnes eccleſiaſtici ordinis dignitates unanimiter cum populo ſibi ſubjecto. Ibi optimates illi omnium aſſenſu haec fecerunt judicia, et juſtis Cantuariorum inſtitutis adjunxerunt, prouti hic infra ſequitur, atque dicitur.

I. Eccleſia fruatur immunitate et tributis; et pro rege preces fiant, et ille non coacte ſed ſponte honoretur.

II. Patrocinium eccleſiaſticum ſit L ſolidi, uti et regis.

III. Adulteri ad vitam probam per poenitentiam ducantur, vel a coetu eccleſiaſtico ſeparentur.

IV. Alienigenae, ſi fornicationem ſuam emendare nolint, ex terra cum poſſeſſionibus et peccatis ſuis exterminentur, ſicuti, qui indigenae ſunt, eccleſiaſticam communionem cum ſcandalo perdant.

V. Si accideret ut praepoſitus paganus, poſt concilium hoc, illicito concubitu ſperneret praeceptum regis et epiſcopi et libri judicialis, Domino ſuo compenſet centum ſolidos, juxta jus vetus.

VI. Si ſit colonus, quinquaginta ſolidos compenſet, et nihilominus fornicationem cum poenitentia deſerat.

VII. Si ſacerdos injuſtum concubitum permiſerit, vel baptiſma infirmi diſtulerit, vel adeo ebrius ſit, ut nequeat "munus obire," miniſterium ejus ceſſet ad arbitrium epiſcopi.

VIII. Si tonſuratus irregulariter vagetur, ſemel ei hoſpitium concedatur, et hoc non fiat, niſi licentiam habeat, ut diutius ſuſtentetur.

IX. Si quis mancipium ſuum ad altare manumiſerit, liber eſto apud plebem; manumiſſor poſſideat haereditatem ipſius, et aeſtimationem capitis, et pacem talis "mancipii," ubicunque fuerit, extra fines regni.

X. Si ſervus ex mandato domini opus ſervile praeſtiterit a veſpera diei ſolis, poſt occaſum ejus, uſque ad occaſum veſperae diei lunae, octoginta ſolidis illud dominus compenſet.

* Concilium Berghamſtedae anno quinto Withraedi regis Cantii, id eſt, Chriſti *696.* ſub Birthwaldo, Cantuarienſi archiepiſcopo, celebratum; praeſentibus Gybmundo epiſcopo Roffenſe, et omnibus ordinibus illius gentis, cum viris quibuſdam militantibus: in quo de moribus cavetur ad eccleſiae cognitionem plerumque pertinentibus.

Codex Saxonicus, unde Withraedi leges iſtas tranſtulimus, celebris ille MS. eſt, qui "Textus Roffenſis" nuncupatur, ab Ernulfo ibidem epiſcopo (qui floruit anno gratiae *1116.*) compoſitus, ſed ſcriptoris vitio, quod interpreti non exiguum facellit negotium, pluries malefidus. Haec SPELM.

XI. Gif

XI. Gif esne deþ his rade ðæs dæges, six scill. wiþ drihten gebete, oþþe sine hyd.

XII. Gif friman ðonne an ðane forbodenan tim ..., sio he healsfange scyldig. ⁊ se man se þ arasie, he age healf þ wite ⁊ ðæt weorc.

XIII. Gif ceorl buton wifes wisdome deofolum gelde, he sie ealra his æhtan scyldig. ⁊ healsfange. Gif butwu deoflum geldaþ, sion hie healsfange scyldigo ⁊ ealra æhtan.

XIV. Gif ðeow deoflum geldaþ, six scill. gebete oþþe his hyd.

XV. Gif mon his ðeowum in fæsten flæsc gefe, ge frigne ge ðeowne healsfange alyse.

XVI. Gif ðeow ete his sylfes rade, six scill. oþþe his hyd.

XVII. Biscopes word ⁊ cyninges sie unlægne buton aþe.

XVIII. Mynstres aldor hine cænne in preostes canne. Preost hine clænsie sylfes soþe in his halgum hrægle æt weofode foran, ðus secgende. Veritatem dico in Christo, non mentior. Swylce diacon hine cleansie.

XIX. Cliroc feowra sum hine clænsie his heafod gemacene. ⁊ ane his hand on weofode oþre æt standen aþ abecgan.

XX. Gest hine clænsie sylfes aþe on weofode swylce cyninges ðeng.

XXI. Ceorlisc man hine feowra sum his heafod gemacene on weofode ⁊ ðissa ealra aþ sie unlegnæ.

XXII. Ðanne is ciricean canne riht. Gif man biscopes esne tihte oþþe cyninges, canne hine an gerefan hand. oþþe hine gerefa cleansie. oþþe selle to swinganne.

XXIII. Gif man Godes ðeowe esne in heora gemange tihte, his drihten hine his ane aþe geclænsie. gif he husl genga sie. gif he husl genga nis, hæbbe him in aþe oþerne awdan godne oþþe gelde oþþe selle to swinganne.

XXIV. Gif folcesmannes esne tihte ciricean mannes esne. oþþe ciricean mannes esne tihte folces mannes esne, his drihten hine ane his aþe geclensige.

XXV. Gif man leud cwelle an ðeofþe, licge buton wyrgelde.

XXVI. Gif man frigne man æt hæbbendre handa gefo, ðonne wealde se cyning ðreora aner. oþþe hine man cwelle. oþþe ofer sæ selle. oþþe hine his wergelde alese. Se ðe hine gefo ⁊ gefange, healfne hine age. Gif hine man cwelle, geselle heom man seofontig scill.

XXVII. Gif ðeow stele ⁊ hine man alese, seofontig scill. oþþe ofer sæ selle, swa hwæþer swa cyning wille. Gif hine man acwelle, ðam agende hine man healfne agelde.

XXVIII. Gif feorran cumen man oþþe fremde buton wege gange, ⁊ he ðonne nawþer ne hryme, ne he horne ne blawe, for ðeof he biþ to profianne, oþþe to sleanne, oþþe to alysenne.

XI. Si ſervus "hoc" faciat proprio motu, eo die ſex (ſolidos) ipſe domino pendat aut cutem ſuam.

XII. Si liber homo autem "id fecerit" tempore vetito, ſit reus colliſtrigii; et qui eum detulit, habeat mulctae et aeſtimationis capitis dimidium.

XIII. Si maritus abſque uxoris ſcitu diabolis immolet, omnibus fortunis ſuis plectitor et colliſtrigio; ſi ambo diabolis immolent, ſint colliſtrigii et omnium poſſeſſionum rei.

XIV. Si ſervus diabolis offerat, ſex ſolidos compenſet vel cutem ſuam.

XV. Si quis ſervis ſuis in jejunio carnem det, tam liberis quam ſervis, colliſtrigium redimat.

XVI. Si ſervus ederit "carnem" ſua ſponte, eligat ſex ſolidos, vel cutem ſuam "poenae loco."

XVII. Epiſcopi et regis verbum ſit inviolabile abſque juramento.

XVIII. Monaſterii praefectus profeſſionem faciat in preſbyteri profeſſione. Preſbyter ſe purget, ſui ipſius aſſertione, in ſacro ſuo veſtitu coram altari, ita inquiens: "veritatem dico in Chriſto, non mentior;" eodem modo diaconus ſe purget.

XIX. Clericus quatuor compurgatoribus ſui ſimilibus ſe purget, et una manu ad altare, altera ad juramentum praeſtandum applicata.

XX. Comes ſeipſum purget juramento in altari, uti regis thanus.

XXI. Colonus quatuor ſociis ſuis "ſe purget" ad altare, et omnia haec juramenta ſunt inviolabilia.

XXII. Eccleſiaſticum cognoſcendi jus autem eſt, cum quis epiſcopi vel regis ſervum accuſat, ad manum praepoſiti eum ducat; praepoſitus illum aut purget, aut tradat ad caedendum.

XXIII. Si Dei ſervitio ſerviens in conventu accuſetur, dominus ipſius cum uno juramento purget, ſi ſacra euchariſtia utatur; ſi ſacra euchariſtia non utatur, habeat in juramento alium fidejuſſorem bonum, vel ſolvat, vel tradat ſe flagellandum.

XXIV. Si plebeii ſervus ſervum clerici accuſet, vel ſervus clerici ſervum plebeii accuſet, dominus ipſius "cum" proprio ſuo juramento purget.

XXV. Si quis laicum occidat in furto, jaceat abſque ſolutione aeſtimationis capitis.

XXVI. Si quis hominem liberum manu furtum tenentem comprehenderit, tunc rex ex tribus unum eligat, vel illum interficiat, vel trans mare vendat, vel ſolutionem aeſtimationis capitis habeat. Qui eum ceperit et comprehenderit, dimidium "aeſtimationis capitis" habeat; ſi illum quis occiderit, ſeptuaginta ſolidis ipſum compenſet.

XXVII. Si ſervus furatus ſit (et) redimatur LXX. ſolidis, vel trans mare vendatur, utrum "horum" regi placuerit. Si quis illum occiderit, domino ejus dimidium ſolvat.

XXVIII. Si peregrinus vel advena devius vagetur, et tunc nec vociferaverit, nec cornu inſonuerit, pro fure habendus eſt "et" vel occidendus vel redimendus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
SERGII I. 9.	BIRTHWALD. 4.	696.	WIGHTRED. 3.	JUSTINIAN. II. 12.

Conſtitutio quomodo damna et injuriae ſacris ordinibus illata ſunt compenſanda †.
Ex textu Roffenſi.

SEOFAN fealde gyfa syndan haliges gastes. ⁊ seofon stæpas syndan cyriclira grada. ⁊ haligra hada. ⁊ seofon syþan Godes ðeowas sceolon God herian dæghwamlice on cyrcan. ⁊ for eall cristen folc ðingian georne. ⁊ eallum Godes freondum gebyreþ swyþe rihte. ꝥ hy Godes cyrcan lufian ⁊ wurþian. ⁊ Godes ðeowas friþian ⁊ griþian. ⁊ se ðe heom gederie mid worde oþþe mid weorce. seofon fealdre bote gebete hit georne. be ðam ðe seo dæd sy. ⁊ be ðam ðe seo had sy. gif he Godes mildse geearnian wille:·

II. For ðam haligdom ⁊ hadas. ⁊ gehalgode Godes husa man sceal for Godes ege wurþian georne. ⁊ to hadbote gif lif lyre wurþe to eacan ðam riht were. ðe ne forman stæpe. bete man mid ane punde. ⁊ mid godre bote ðingie georne:·

III. And to hadbote gif feorh lyre wurþe to eacan ðam riht were æt ðam oþran stæpe twa pund to bote. mid godcundan scrifte:·

IV. And to hadbote gif full bryce wurþe to eacan ðam riht were æt ðam ðryddan stæpe III. pund to bote mid godcundan scrifte:·

V. And to hadbote gif full bryce wurþe to eacan ðam riht were. æt ðam feorþan stæpe IIII. pund:·

VI. And to hadbote gif full bryce wurþe to eacan ðam riht were æt ðam fiftan stæpe V. pund to bote mid godcundan scrifte:·

VII. And to hadbote gif full bryce wurþe to eacan ðam riht were æt ðam syxtan stæpe VI. pund to bote mid godcundan scrifte:·

VIII. And to hadbote gif full bryce wurþe to eacan ðam riht were. æt ðam seofoþam stæpe VII. pund to bote mid godcundan scrifte:·

IX. And to hadbote ðær sambryce wurþe. bete man georne be ðam ðe seo dæd sy:· A man sceal mid rihte dom æfter dæde. ⁊ medemung be mæþe for Gode ⁊ for worulde:·

X. And hadbote mid rihte. an dæl ðam biscope. oþer ðam wigbede. ⁊ ðridde ðam gefærscipe:·

SEPTUPLICIA ſunt dona Spiritus Sancti, et ſeptem gradus ſunt eccleſiaſticorum ordinum et ſacrarum functionum. Septem etiam vicibus Dei miniſtri Deum quotidie laudare debent in eccleſiis, et pro univerſo populo chriſtiano diligenter intercedere. Et ad omnes Dei amicos quam maxime pertinet, ut eccleſiam Dei diligant et honorent, et Dei miniſtros pace ac concordia tueantur. Et ſi quis illis damnum intulerit verbo vel facto, ſeptuplici compenſatione diligenter compenſet, pro ratione facti, et pro ratione ordinis, ſi Dei miſericordiam promereri velit.

II. Sanctuarium etenim et ordines "ſacri," et ſancta Dei domus ex timore Dei ſedulo honorari debent. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi vita damnum patiatur, praeter juſtam capitis aeſtimationem primus gradus compenſetur una libra, et cum pia ſatisfactione veniam ille exoret ſedulo.

III. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi vita damnum patiatur, praeter juſtam capitis aeſtimationem, ſecundus gradus duabus libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

IV. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, praeter juſtam capitis aeſtimationem tribus libris tertius gradus compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

V. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, praeter juſtam aeſtimationem capitis quarto gradui quatuor librae "ſolvantur."

VI. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, praeter juſtam capitis aeſtimationem quintus gradus quinque libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

VII. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, praeter juſtam capitis aeſtimationem, ſextus gradus ſex libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

VIII. Et ad compenſationem ordinis violati, ſi plena pacis violatio fieret, praeter juſtam capitis aeſtimationem, ſeptimus gradus ſeptem libris compenſetur cum eccleſiaſtica confeſſione.

IX. Et ad compenſationem ordinis violati ſi pax ſemifracta fuerit, compenſatio fiat ſedulo pro ratione ejus, quod factum eſt. Jure judicandum eſt juxta factum, et moderandum juxta dignitatem coram Deo et coram ſeculo.

X. Et compenſationis violati ordinis pars una epiſcopo, ſecunda altari, et tertia ſocietati tradatur.

† Haec capitula ſec. veterem verſionem reponuntur poſt leges Aethelſtani regis; quia autem in textu Roffenſi legibus regis Withredi ſubjunguntur, ea illuc remiſi nulli vel auctori vel aetati aſſignata.

Privi-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]	Imperat.
SERGII I. 13	BIRTHWALD. 8.	700.	WIGHTRED. 7.	[illegible]

Privilegium Withraedi regis Cantii, quo eccleſias ſuae ditionis liberas [illegible] tributis, etc. Ex MS. eccleſ. Cant. A. p. 88. b.

IN nomine Domini Dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ego Wythredus rex Cantiae, conſulens animae meae in poſterum, hanc providentiam pro diverſis calamitatibus imminentibus eccleſiis Dei atque monaſteriis, quae in hac Cantia conſiſtunt, una cum conſenſu principum meorum, quorum nomina ſubterſcribenda ſunt, facere curavi, ut ab omni exactione publici tributi atque diſpendio vel laeſione a praeſenti die et tempore liberae ſint; mihique et poſteris meis talem honorem vel obedientiam exhibeant, qualem exhibuerunt anteceſſoribus meis regibus, ſub quibus eis juſtitia et libertas ſervabatur, et ut tam ego quam poſteri mei in hac pia definitione permaneant decerno, nec per quamlibet tergiverſationem quae a nobis et praedeceſſoribus noſtris recte indulta ſunt, concutiantur, ſed ita ut jam dictum eſt, in perpetuum, ab hinc et deinceps, Domino gubernante, cuſtodiantur.

Ad cujus cumulum firmitatis, manu propria ſignum ſanctae crucis [illegible]; et [illegible] reverendiſſimum Brythwaldum archiepiſcopum, atque Semundum ſanctiſſimum epiſcopum, quam etiam venerabiles preſbyteros et religioſos abbates; praeſentibus itidem clariſſimis abbatiſſis, hoc eſt, Hirmehilda, Irninberga, et Ataba reverenda, ut ſubſcriberent rogavi.

Actum die ſexto Aprilis, anno regni noſtri octavo, indictione duodecima, in loco, qui appellatur Cilling.

Ego Wythredus rex Cantiae haec omnia ſupraſcripta et confirmavi, atque a me dictata, propria manu ſignum ſanctae crucis pro ignorantia literarum expreſſi ✠

Ego Brythwaldus archiepiſcopus ad omnia ſupraſcripta rogatus a Wythredo regis teſtis ſubſcripſi ✠

Semundus epiſcopus rogatus teſtis ſubſcripſi ✠, cum aliis pluribus in codicello annotatis.

*Epiſtola Sergii papae ad Ceolfridum abbatem monaſterii BB. Petri et Pauli [illegible] eſt ad Wirimutham et Gyrwum, de Beda Romam tranſmittendo**. Ex MS. clar. Uſſerii in Spelm. apud rever. epiſc. Aſſaven.

SERGIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ceolfrido religioſo abbati preſbyteroque ſalutem. Quibus verbis ac modis clementiam Dei noſtri atque inenarrabilem providentiam poſſumus effari, et dignas gratiarum actiones pro immenſis ejus circa nos beneficiis perſolvere? Qui in tenebris et umbra mortis poſitos ad lumen ſuae ſcientiae perducit, errantes etiam in viam veritatis convertit, incipientes perficit rectum propoſitum gerere, atque circa commiſſorum ſolicitudinem tribuit amoris dilectionem; ut tam ille, qui in eis eſt, quamque etiam ipſe, qui pro eis excolitur, piae ſedulitatis conſonantiam reddant, et ne iterum (quod abſit) in labe ſeculi devolvantur, cuſtodit. Ut expedire ſaluti noſtrae praeſcivit, miſeratus diſpenſat; et quos nimirum in ſeculo, ut ſubſiſterent, condidit, ad vitam eos aeternam poſſidendam invitat. Hac de re, religioſiſſime fili, Domini atque ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti doctrinam, qua beatos apoſtolos ſuos ad ſeculi contemptum inſtituit puro corde aſſequere, inquientis: "[a] ſi quis diligit patrem aut matrem, fratres vel ſorores, plus quam me, non eſt me dignus." Et iterum: "[b] ſi quis dereliquerit patrem aut matrem, fratres aut ſorores propter nomen meum, centuplum accipiet, et caetera uſque poſſidebit." Poſſeſſura itaque vitam aeternam non diffidat religio tua obedientiam, quam per noſtram exhortationem aſſumpſit, et in ſanctis ſuis evangeliis dicit: "[c] qui vos audit, me audit:" per quam proculdubio et confidentiam magnam habemus, eam eſſe uſque in finem ſervaturam. In hoc etenim Dominus noſter Jeſus Chriſtus conlaudatur, ubi chriſtianitatis concordia fratrum comprobatur, et fides illibata monſtratur; et dum glorificatur

* "Quod Beda Romae fuerit, ſolide non affirmo, [illegible] rum faciet, ſimul et quam pendent eam Ro[illegible] geſtis regum, cap. [illegible] monaſterio ſuo [illegible]

"In extremo quidem mundi angulo vivens latuit, ſed poſt mortem per univerſas mundi partes omnibus in libris ſuis vivens innotuit. In quibus terrarum regionumque diverſarum ſitus, naturas, qualitates ſubtiliter, ac ſi cuncta ipſe peragraſſet, plerunque deſcribit; cum ab infantia in monaſterio nutritus, totam ibidem uſque evocationis ſuae diem vitam tranſegerit." Quod et ex ipſius Bedae verbis [illegible] confirmat in [illegible] ſuae [illegible] "Cum [illegible] pinquorum datus ſum educandus [illegible] abbati Be[illegible] [illegible] ejuſdem monaſterii habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dedi." Unde etiam poſtremo pontificatus ſui anno qui Chriſti 701 [illegible] a Sergio [illegible] perlatum Bedae occaſionem intermittendi Romani itineris dediſſe, conjicimus.

Quod autem in editis epiſtolae hujus excerptis Bedam presbyterum dictum inveniamus; ſciendum eſt ab antiquiſſimo Cottonianae bibliothecae [illegible] Anglo-Saxonic[illegible] abeſſe penitus, nec ſine c[illegible] Nam poſt Sergii [illegible] ipſum locupletiſſimum te[illegible] dare [illegible] ad annum aetatis ſuae quinquageſimum nonum, quo eccleſiaſticam abſolvit hiſtoriam, ſcripturam ſanctam expoſuiſſe ſe ſignificat. Inde enim [illegible] ante annum 702 preſbyterum illum factum [illegible] 731. hiſtoriam illam a ſe [illegible] in fine operis clare [illegible]

[a] Matth. x. 37. [b] Matth. xix. 29. [c] [illegible]

ac

I

ac benedicitur Deus per fidelium ſuorum ſtudia, haec facientem, ſicut ſcriptum eſt, conſequatur. Dicit enim: "benedictus homo per quem Deus benedicitur."

Benedictionis interea gratiam, quam nobis per praeſentem portitorem tua miſit devota religio, libenti et hilari animo, ſicuti ab ea directa eſt, nos ſuſcepiſſe cognoſce; et pro ejus nimirum conſcientiae puritate Dominum ejuſque apoſtolos deprecamur, ut per cujus praedicationem ad lumen veritatis acceſſimus, tribuat pro parvis magna et caeleſtis regni perpetua beneficia condonari concedat. Opportunis ergo ac dignis amplectendae ſolicitudinis tuae petitionibus arctiſſima devotione faventes, hortamur Deo dilectam bonitatis tuae religioſitatem, ut quia exortis quibuſdam eccleſiaſticarum cauſarum capitulis, non ſine examinatione longius innoteſcendis, opus nobis ſunt ad conferendum artis literatura imbuti; ſicut decet devotum auxiliatorem ſanctae matris univerſalis eccleſiae, obedientem devotionem huic noſtrae exhortationi non deſiſtas accommodare; ſed abſque aliqua immoratione religioſum famulum Dei Bedam venerabilis monaſterii tui [preſbyterum] ad veneranda limina apoſtolorum principum dominorum meorum Petri et Pauli, amatorum tuorum ac protectorum, ad noſtrae mediocritatis conſpectum non moreris dirigere. Quem favente Domino, tuiſque ſanctis precibus non diffidas proſpere ad te redire; peracta praemiſſorum capitulorum cum auxilio Dei deſiderata ſolennitate. Erit [enim] ut confidimus et cunctis tibi creditis profuturum, quicquid eccleſiae generali [d] devoto ſancto collegio claruerit praeſtantiſſime impertitum.

Privilegium ſupradicto BB. Petri et Pauli monaſterio a Sergio papa conceſſum, et ab Anglicana ſynodo confirmatum.

HUJUS in hiſtoria abbatum coenobii ſui ita meminit Beda, de Ceolfrido (ad quem ſuperior a Sergio ſcripta eſt epiſtola) verba faciens: "miſſis Romam monachis tempore beatae recordationis Sergii papae, privilegium ab eo pro tuitione ſui monaſterii inſtar illius, quod Agatho papa Benedicto dederat, accepit. Quod Britannias perlatum et coram ſynodo patefactum, praeſentium epiſcoporum ſimul et magnifici regis Aldfridi ſubſcriptione confirmatum eſt; quomodo etiam prius illud ſui temporis regem et epiſcopos in ſynodo publice confirmaſſe non latet." Quo et illud referendum in praecedente Sergii ad Ceolfridum epiſtola: "opportunis ergo ac dignis amplectendae ſolicitudinis tuae petitionibus arctiſſima devotione faventes," etc.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
JOHANN. VI. 1.	BIRTHWALD. 9.	701.	WIGHTRED. 8.	JUSTINIAN. II. 17.

*Concilium ſub Alfrido rege Nordanhymbrorum, et Birtwhaldo archiepiſcopo Cantuariae habitum**. Ex Malmeſb. de geſt. pontif. lib. iii.

JAM Egfridus in bello Pictorum occubuera: jam Theodorus in mortem vergebat, qui de peccato in Wilfridum commiſſo ſauciatus conſcientiam, ipſum et Erkenwaldum epiſcopum evocavit Londoniam: ipſis omnia peccata confeſſus, illo ſe potiſſimum permoveri ſcrupulo dixit, quod in ſanctum commiſiſſet, paſſus eum contra regulas ſpoliari, vel aperta inſtantia, vel occulta patientia. Et quia, inquit, finis mihi futuro anno imminet, ſicut Deo praenunciante cognovi, et frequens aegritudo admonet, rogo te, ſanctiſſime pontifex, ut benignus mihi commiſſum indulgeas, et ſedem archiepiſcopatus mei ſubeas; quippe qui ſis omnium Anglorum in Romanis legibus peritiſſimus: ego Deo donante conabor, ut veteres offenſas recenti officiorum ſedulitate deleam, reges et auctoritate et precibus amicos facturus. Placide ad haec et ut virum ſanctum decebat, reſpondit Wilfridus; ſed ut archiepiſcopatum ſine majoris definitione concilii ſuſciperet, non conſenſit. Totis ergo viribus Theodorus exſurrexit, ut Wilfridus epiſcopatum reciperet, miſſis legatis et ſcriptis ad Alfridum regem Northumbrorum, qui Egfrido ſucceſſerat, et ſororem ejus Elfledam abbatiſſam de Streneſhalh, ut ſimultatibus retropoſitis incunctanter charitatem ejus complecterentur. Cujus ſtudii ut fervor pateſcat, epiſtolam, quam regi Merciorum Ethelredo direxit, hic ponam.

Glorioſiſſimo et excellentiſſimo regi Merciorum, Theodorus Dei gratia archiepiſcopus, in Domino perennem ſalutem. Cognoſcat, fili dilectiſſime, tua miranda ſanctitas, pacem me habere cum venerando epiſcopo Wilfrido, et ideo chariſſime te admoneo, et in Chriſti charitate praecipio tibi, ut ejus ſanctae devotioni, quantum vires ſuppetunt patrocinium, ſicut ſemper feciſti, quamdiu vivas, indulgeas, quia longo tempore propriis orbatus ſubſtantiis, multum inter paganos in Domino laboravit. Et idcirco ego Theodorus humilis epiſcopus, decrepita aetate, hoc tuae beatitudini ſuggero, quia apoſtolica hoc, ſicut ſcis, commendat auctoritas, et vir ille ſanctiſſimus in patientia ſua poſſedit animam ſuam, et injuriarum ſibi irrogatarum mitis et humilis, caput ſuum ſequens medicinam expectavit; etſi inveni gratiam in conſpectu tuo, licet tibi pro longinquitate itineris grave videatur, oculi mei jucundam faciem tuam videant, et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Age ergo, fili mi, taliter de illo praefato ſanctiſſimo, ſicut te deprecatus ſum. Quod ſi patri tuo non longe de hoc ſeculo receſſuro obedieris, multum tibi proficiet ad ſalutem. Vale.

[d] *al.* claruerit per ejus praeſtantiam (vel praeſentiam) [illegible]

* Hoc concilium habitum tempore Johannis VI. papae, anno Chriſti 701. [illegible] no- [illegible] Ille denuo appellans ad Johannem papam, [illegible]

[illegible]i-

Venienti ergo ad regem cum epiſtolis archiepiſcopi Wilfrido, ſalutatio impenditur, indultus favor. Alfridus, qui cum quondam probe noſſet, ad ſe ſponte invitato prius coenobium Heguſteldeim, hinc definitione concilii Eboracenſem epiſcopatum, et Ripis monaſterium liberaliter indulſit; ſtetit haec amicitia inter eos vix anni quinque, quoad viroſa conſilia, in finibus quorundam confota, eruperunt in publicum: quibus praeventus rex Alfrithus, monaſterium Ripenſe poſſeſſionibus propriis mutilans, epiſcopatum ibi conſtituere meditabatur, aſſerens decretis Theodori archiepiſcopi conſentiendum non primo et ultimo tempore prolatis, ſed illis, quae mediis diebus edicta diſcordiam agitare noſcuntur. Quibus infenſus, Wilfridus ad regem Merciorum Ethelredum amicum ſuum diſceſſit: ſub eo plurimo converſatus tempore, Sexwlfo Licetfeldenſi epiſcopo defuncto, epiſcopatum illum rexit, omnibus provincialibus amandus juxta et reverendus: plurima [illegible] rege Alfrido et Berthwaldo archiepiſcopo, qui Theodoro ſucceſſerat, in Wilfridum ſtruentibus et deterentibus.

Hoc tandem ſedit, ut eum ſpe pacis praetenta vocarent ad concilium, ibi vel blandimentis ad libitum ſuum inflecterent, vel, ſi non conſentiret, opprimerent. Ille doli neſcius, et alios ex rectitudine animi ſui metiens, ad concilium perrexit; ſed longe aliud, quam ſperaverat, expertus eſt: ſiquidem cum eum convitiis et falſis objectionibus criminum diu fatigaſſent, ad ultimum eum interrogarunt, ſi Theodori archiepiſcopi decretis obedire vellet: quorum ille nequitiam perſentiens, callido reſponſo fruſtratus eſt, dicens; ſe libenter illis Theodori definitionibus obediturum, quae ſanctis canonibus conſonarent. Deinde longa diſputatione in ipſos invectus, acriter et vere quod jam per 22. annos praeceptis trium apoſtolicorum, Agathonis, Benedicti, [a] Sergii, increduli Theodori archiepiſcopi decreta per diſſenſionem acta diligerent, quievit, et jam Alfrido ſurgebant criſtae, adeo ut archiepiſcopo diceret: ſi praecipis, pater, opprimam eum per violentiam: quod cum etiam inimicis diſplicuiſſet, ut tanti nominis vir, et qui eorum fiducia captus ad concilium veniſſet, ſuſtineret oppreſſionis praejudicium, alio itinere gradiendum putarunt; itaque quaſi pacifice ſuadere adorſi ſunt, ut quia frequentiſſimae diſſenſiones in eccleſia Dei ejus cauſa pullulabant, ipſe voluntate ſua poſſeſſionibus et epiſcopatu cederet, et hanc renunciationem ſcripto firmaret; hoc ejus commendaret famam, hoc accumularet gloriam, ſi privatus mallet ſub quiete degere, quam pro ſuo pontificatu vel per ſe vel per alios procellas ſeditionum movere.

Senſit pater in his minis implicitum negotium, et reſpondit: nihil aeque ad cumulum infamiae homini valere, quam ſi ſe ſua damnaret voce. Se primum fuiſſe, qui verum Paſcha in Northanimbria Scotis ejectis docuerit, qui cantus eccleſiaſticos antiphonatim inſtituerit, qui ſanctiſſimi Benedicti regulam a monachis obſervari juſſerit, pro quibus omnibus [illegible] et ſeptuaginta fere annorum [illegible] munere recipere, ut [illegible] ſcripto damnare. Noluit ergo [illegible], quod eſſet ſibi dedecus, calamitas ſubjectis, incommodum cunctis; quin potius ſedem apoſtolicam appellare, et, ſi qui eorum [illegible] conflictum praeſumeret, eo provocare.

Jam ergo ſeptuagenarius iterum labores, iterum Romam meditabatur, nec diu moratus mare tranſiit, viamque permenſus urbem introiit, ſuſtinuitque aliquantis diebus accuſatores dum venirent; qui, cum veniſſent, illi cauſam ſuam epiſtolis, ipſe quod ad ſe attinebat, hoc allegavit modo.

Domino beatiſſimo univerſali papae Johanni, Wilfridus ſupplex et humilis [illegible] Dei epiſcopus. Cognoſcat ſanctitas veſtra, quod perturbationibus nuper in Britannia ortis ex parte eorum, qui contra decreta beatiſſimi Agathoni atque illius [illegible] patrum ſibimet epiſcopatum, et monaſteria, terraſque cum omnibus facultatibus meis uſurpabant, compulſus hanc ſacroſanctam apoſtolicam ſedem appellavi, conteſtans eos per omnipotentem Dominum, et beatum Petrum apoſtolum, ut ſi quis aliquam accuſationem contra me haberet, ad veſtram praeſentiam veniret, ſicut beatiſſimi Sergii praedeceſſoris veſtri ſcripta decernebant: et ideo petitionem humilitatis meae glorioſae praeſentiae veſtrae offerendam curavi, ut vos largiflua pietatis benevolentia confirmare dignemini, quae a beatiſſimis anteceſſoribus veſtris erga meam parvitatem decreta ſunt; et ſi quis contra me accuſator advenerit, per veſtram juſſionem productus in medium, quod voluerit, [illegible] et ſi quislibet [illegible] non probabiliter caſſavero, paratus ſum ſeveritatem canonum experiri. Deinde rogo, ut literas commendatorias de veſtra celſitudine ad Ethelredum regem Merciorum adipiſcar, ut omnia monaſteria mea, quae in ejus ſunt provincia, quietem habeant; ad Alfridum regem Northanimbrorum epiſtolam habeam, ut omnia mea mihi reddat. Quod ſi forte ſibi grave videbitur, ut epiſcopatum Eboracenſem habeam, praevideat apoſtolica ſedes, quis ibi habeatur epiſcopus; ego tamen monaſteria duo in ea provincia poſita Ripis et Haguſtaldeiae, quae fundavi, non amittam. In fine quoque ſpondeo me omnibus decretis Brethwaldi archiepiſcopi pariturum, quae contra praedeceſſorum veſtrorum fundatiſſima decreta erga meam parvitatem non fuerint. His cum accuſatores a Berthwaldo archiepiſcopo miſſi reſpondere juſſi eſſent, hoc primum dixerunt: eſſe crimen capitale, quod in concilio in Britannia congregato decretis Birthwaldi archiepiſcopi ſe non obediturum Wilfridus contumaciter dixiſſet. De hoc ſtans in medio pontifex ſe expurgavit, ut diceret; ſe ſic non indefinite reſpondiſſe, ſed his tantummodo pariturum, quae contra canonum decreta non eſſent: eſſe autem contra regulas, ut ipſe ſe ſine ullo criminis objectu adjudicaret.

[a] Sergii increduli, id eſt, non obtemperantes [illegible]
[illegible]

Haec

Haec tam probabilis et facilis reſponſio cum laetum plauſum Romanis excitaſſet, juſſi ſunt accuſatores domum redire, dicentibus epiſcopis, quod quamvis canonibus cautum eſſet, ut accuſator primo accuſationis capitulo decidens, ulterius ad aliorum tentamentum non aſſurgeret; ſe tamen pro reverentia Brithwaldi archiepiſcopi non defuturos, quin omnia per ordinem diſcuterent; factumque eſt ut quatuor menſibus, ſeptuaginta conciliabula coacta vel propter hoc ſolum vel hoc praecipuum finem glorioſum Wilfrido, ignominioſum accuſatoribus habuerint; Romanis maxima impenſa mirantibus illorum impudentiam, illius eloquentiam, dum quicquid accuſationum objeciſſent, ille nullo excogitato reſponſo, ſed Dei et veritatis fultus auxilio, quaſi caſſes aranearum primo motu labiorum diſcuteret et ſubrueret; hoc pronius epiſcopi mirabantur cauſidicorum audaciam, quomodo eccleſiaſticorum graduum immunes (niſi quod unus eorum diaconus eſſet) praeſumerent accuſare venerandum ſenem ſeptuaginta annorum pontificem, torrentem eloquentiae; inter ſe ergo multum diuque Graecizantes, tandem ad noſtra verba converſi, damnarunt miſſos dignos carcere, miſſorem arguerunt ſtultitiae, Wilfridum pronunciarunt exſortem ab omni crimine.

Hic ſubjicerem quantum emolumenti cauſae illius attulerit ſynodus Agathonis papae lecta, ſed et illud, quod in Meldis civitate Franciae ab oriente Pariſii poſita, cum domum rediret infirmitate preſſus, viſione ſanatus ſit angelica; niſi Beda venerabilis hiſtoricus dignus pro ſermonum ſobrietate cui debeat credi, narrationem praevertiſſet. Nos ab ipſo omiſſa ſcripturae perſtrictae inſerimus. Quamvis igitur antiſtes rem obtinuiſſet, ambiebat tamen Romae remanere, ſenilem ſpiritum ſub dominorum apoſtolicorum pedibus effuſurus. Reſtitit pio voto pontificis Johannis ratio, qua diceret eum Angliae neceſſarium, ideoque juſſit, ut quod ſupererat aevi, non in peregrinis auris conſumeret, ſed patriae commodis impenderet, etc,

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
JOHANN. VII. 1.	BIRTHWALD. 13.	705.	WIGHTRED. 12.	JUSTINIAN. II. 21.

*Synodus Merciana, in qua Aldhelmo abbati monaſterii Mailduſi urbis (i. e. Malmesburiae) praeceptum eſt ut librum ſcribat adverſus errorem Britonum in Paſchate celebrando**. Ex Bed. hiſt. eccl. lib. v. cap. 18.

DE hac ſynodo nudam ſolummodo mentionem facit Beda, cum Heddae epiſcopi occidentalium Saxonum interitum retulerit. "Quo," inquit, "defuncto, epiſcopatus provinciae illius in duas parochias diviſus eſt; una data eſt Danieli, quam uſque hodie regit; altera Aldhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſſime praefuit: ambo et in rebus eccleſiaſticis et in ſcientia ſcripturarum ſufficienter inſtructi. Denique Aldhelmus, cum eſſet adhuc preſbyter et abbas monaſterii, quod Maildufi urbem nuncupant, ſcripſit, jubente ſynodo ſuae gentis, librum egregium adverſus errorem Britonum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura eccleſiaſticae caſtitati, et paci contraria gerunt; multoſque eorum qui occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Britones, ad catholicam dominici Paſchae celebrationem hujus lectione perduxit," etc.

* De tempore hujus ſynodi incertum eſt, et de loco non perſpicue liquet. Quoad tempus vero, habita dicitur dum Aldhelmus eſſet abbas, non epiſcopus, hoc eſt, ante annum Chriſti 705. tunc enim ex abbate Mailduiurbis [in antiquiſſimis Bedae MSS. exemplaribus Maildubi vel Maildufi urbem nuncupatam hanc invenio, dicit Uſſerius in MSS. notis ad hunc locum, qua de re conſulenda ejus Hibernicarum epiſtolarum recenſio, pag. 127 et 128.] (quod legendum cenſeo Maildmurbis, id eſt, Maldmesburiae, *ui* pro *m* ſurrepto) factus eſt epiſcopus Shireburnenſis. Quoad locum, e Bedae deprehenditur verbis, fuiſſe in eo tractu quo ſitum fuit monaſterium (cui praeerat) Mailduiurbs, hoc eſt, in agro Wiltonienſi, et ſub ditione regum Merciorum, ex quo et ipſam ſynodum Mercianam appellamus. Haec SPELM.

Sed audiatur hac de re (clar. Uſſerium in MSS. notis ad locum audis) Faricius Tuſcus; in vita Aldhelmi ſuperiorem illum Bedae locum ſatis loquace paraphraſi hunc in modum amplificans, atque dilatans. "Dum ſanctus vir in Meldunenſi eccleſia et temporali pace et angelorum ſolatio frueretur, regnante Anglorum rege Osredo, anno dominicae incarnationis ſeptingenteſimo ſexto; quidam Britonum nominetenus praeſules, haeretizabant de paſchali termino, et de aliis alii pluribus eccleſiaſticae orthodoxitatis inſtitutionibus. Quorum Saxonum orientalis plagae ſancta ſynodus venerabilem Aldelmum abbatem et adhuc tantum presbyterum (nondum enim et ſanctus vita et moribus in ordine ponebatur pontificum) pro ſanctitatis ſuae reverentia rogavit librum componere egregium, quo maligna, quae tunc ſupra modum pullulabat haereſis Britonum deſtrueretur. Quem ſanctus, ut erat ſermone nitidus, ſapientia refertus, et ſanctitate conſpicuus, argumentis plenus et ſyllogiſmis praeditus, liberalibus inſuper ſcripturis et eccleſiaſticis ſententiis eruditiſſimus, et (ut Beda narrat) in omnibus prudentiſſimus; Iſraelitarum repletus inſtitutionibus, Aegyptiorumque de hoc multis inventionibus, et ſanctorum patrum auctenticis traditionibus; ſed et carmine, Pacomio abbati ab Angelis tradito, et aliorum religioſorum dogmate ſatis aperto; et ſupradictis haereticis tranſmiſit per quoſdam domeſticos fidei et ſatis ad hoc fideles miniſtros. Ipſe vero ſolus in afflictione poſitus orabat aſſidue, ut Deus ab tantae haereſeos implicatione mentis illos dignaretur eripere; ſicque ad dominicae verae fidei regulam et ipſos praeſules et innumeram populi revocavit multitudinem. Qua in re omnipotentis Dei magnam poſſumus conſiderare pietatis miſericordiam; quae ſic ſanctos ſuos, ubi et quando, et quomodo vult, plene juſtificat, ut per eos etiam abſentes corpore tanta operetur virtutum inſignia. Iſte enim ſanctus iter illud pedibus haudquaquam fecerat, ſed egregio enchiridione monitos, ſedulaque oratione ſublevatos, ad veritatis reduxerat viam. Imitabatur iſte nimirum gratia Dei plenus et in hoc facto apoſtolum; qui Corinthios et Galathas, Coloſſenſes etiam a pſeudo apoſtolis praeventos, ad verae fidei ſtatum, per epiſtolas revocat. Apoſtolus ſiquidem et in hoc negotio pater Aldelmus extitit, quia, ut Petrus cum caeteris, Sancto Spiritu monente, Paulum et Barnabam ad Domini opus ſegregavit; ita ſancta ſynodus ad ſupradicta negotia hunc eligendo admovit." Haec Tuſcus ille medicus; non minus in theologia peccans, dum Britones magnae inſimulat haereſis, quam in chronologia quum anno 706. ſcriptam hanc epiſtolam aſſerit, et tamen ab Aldhelmo nondum pontificatum adepto exaratam fuiſſe confitetur. Haec USSER. in notis MSS. ad hunc locum, apud rev. epiſc. Aſſaven.

Archiep. Cantuar. BIRCHWALDUS. [illegible] — Anno Christi [illegible] — Reg. Saxon [illegible] — [illegible]

Concilium Niddense †. Ex Malm. de gest. pontif. lib. [illegible]

REDIIT igitur (Wilfridus) et apoſtolicas epiſtolas regi Merciorum jam monacho, Ethelredo attulit; humiliter ille et genu flexo dignationem ſalutationis apoſtolicae ſuſcepit, et perlectis chartis, quod tenor earum jubebat a Kenredo filio fratris Wlfarii, quem ſibi regem ſuffecerat, compleri non gravate obtinuit. Erat enim et ille timore Dei plenus, ſicut poſt quadriennium voluntaria regni abrenunciatione mundo probatum eſt. Nec ſegnius Brithwaldus archiepiſcopus pacem non aſpernanter ambiens in unanimitatem fraternae concordiae accurrit. Exterritum minis apoſtolicae ſedis aiunt, legatis [illegible] rentibus, quamvis Wilfridus eos jam adjudicatos [illegible].

Solus Alfrithus rex Northanimbrorum obſtinatioris animi ſententiam terens, pervicaciam tenuit. Nunciis enim ad ſe ex parte Wilfridi [illegible] retulit. [illegible] depravatus (ut creditur) malevolorum conſiliis, quibus extra ſuam dignitatem nimis indulgebat, redeuntes ad ſe die condicto, tali ſententia contriſtavit: ſe quidem legatorum perſonis, quod eſſent et vita graves, [illegible] legationi omnino abnuere, quod eſſet contra rationem homini jam bis a toto Anglorum concilio damnato propter quaelibet apoſtolica ſcripta communicare. Sed nec ipſe multo poſt in vita moratus eſt tempore. Statim enim, illis abeuntibus, acerba correptus valetudine, ad mortem exercebatur, amaritudo tormenti rationem olim in animo regali ſopitam elicuit, et ſecundum prophetam, "vexatio dedit intellectum auditui". Intelligens enim ſe merito inobedientiae plexum, promiſit omnem emendationem facti Wilfrido exhibiturum, ſi ſibi viventi adduci potuiſſet, nec ceſſavit quantum ante praecluſam vocem loqui potuit, idem promittere, et ſi ipſe voti effectu careret, haeredem ſuum, ut faceret, adjurare; et ille quidem mature defunctus, apoſtolicae [illegible] quarum minas effugere non meruit: quas quia crebro commemoravi, hic abbreviatas ponere fert animus, ut palam ſit quanta miſeria involvat mortales, quod illi viri, quos ſanctiſſimos celebrat antiquitas, Theodorus, Bertwaldus, Johannes, Boſa, nec non et Hilda abbatiſſa digladiabili odio impetierint Wilfridum Deo, ut ex ante dictis probatur, acceptiſſimum.

Heddius in vita Wilfridi cap. 58. quem Malmeſburienſis ſequitur, longiore filo acta hujus ſynodi produxit, quem hic adjicere lubet.

In primo anno Oſredi regis Berthvaldus Cantuariorum eccleſiae et pene totius Britanniae archiepiſcopus [illegible] apoſtolicae ſedis aquilonalium regem cum omnibus epiſcopis ſuis et abbatibus, et totius regni [illegible] B. Wilfridi [illegible] factum eſt. Nam in unum locum juxta fluvium "Nid" [illegible], et tres epiſcopi ejus cum abbatibus, nec non et beata Aelfleda abbatiſſa, ſemper totius provinciae conſolatrix, optimaque conſiliatrix; Berchtvaldus quoque archiepiſcopus et Wilfridus epiſcopus [illegible] ſedentibus rege et epiſcopis cum principibus eorum in loco ſynodali, tali modo archiepiſcopus loqui incipiebat. Oremus Dominum Deum noſtrum ut [illegible] depoſcimus. Quibus venerabiles domini licentiam dederunt, et coram ſynodo, omnibus audientibus, [illegible] nem legebantur. Poſt lectionem autem cunctis tacentibus Berectfridus, ſecundus a rege princeps, ad archiepiſcopum dixit: nos qui interpretatione indigemus, quid apoſtolica auctoritas [illegible] go circuitu et ambagibus verborum unum tamen [illegible] quorum brevi ſermone ſententiam tantum explicabo. Apoſtolica namque poteſtas, quae primum Petro apoſtolo et principi apoſtolorum ligandi ſolvendique donata eſt, ſua auctoritate de beato Wilfrido cenſuit, ut in praeſentia mea, licet indignus et omnis conventus, praeſules eccleſiarum hujus provinciae, antiquam inimicitiam pro ſalute animarum relinquentes, beato Wilfrido epiſcopo in bono reconcilientur. Nam his coepi[illegible] optio datur, utrum voluerint eligant; ut aut [illegible] regebat, ſicut ſapientes mecum judicaverint, reſtituant; aut ſi hoc optimum noluiſſent, omnes ſimul ad apoſtolicam ſedem pergerent, ibique majori conſilio dijudicentur. Si quis vero contemnens (quod abſit) neutrum ex his duobus implere voluerit, ſciat ſe, ſi rex ſit aut laicus, a corpore et ſanguine Chriſti excommunicatum; ſi vero epiſcopus aut presbyter (quod eſt execrabilius et dictu horrendum) ab omni gradu eccleſiaſticae dignitatis degradari. Haec ſunt ju[illegible]

[illegible] ſcopatu ſuo Eboracenſi confirmatur.
[illegible]

Epiſcopi vero reſiſtentes dixerunt: quod praedeceſſores noſtri olim Theodorus archiepiſcopus ab apoſtolica ſede emiſſus et Ecfridus rex cenſuerunt, et poſtea in campo qui "Eſtrefeld" dicitur, una nobiſcum pene totius Britanniae epiſcopi, ſuaque archiepiſcopali praeſentia excellentiſſima cum rege Alfrido judicavimus; quomodo immutare quis valeat? Interea autem beatiſſima Aelfleda abbatiſſa benedicto ore ſuo dixit: vere in Chriſto dico teſtamentum Alfridi regis in ea infirmitate, qua vitam finivit, qui votum vovit Deo et ſancto Petro dicens; ſi vixero, omnia judicia apoſtolicae ſedis, quae antea renui audire, de beato epiſcopo Wilfrido implebo. Si tamen diem obiero, dicite tamen haeredi meo in nomine Domini, ut pro remedio animae meae judicium de Wilfrido epiſcopo apoſtolicum repleat. Haec ea loquente Berectfridus praefatus regis princeps, reſpondens dixit: haec eſt voluntas regis et principum ejus ut mandatis apoſtolicae ſedis et praeceptis Alfridi regis in omnibus obediamus. Nam quando in urbe quae "Bebbanburg" dicitur obſeſſi et undique circumcincti in hoſtili manu anguſtiaque rupis lapideae manſimus; inito conſilio inter nos, ſi Deus noſtro regali puero regnum patris ſui conceſſiſſet, quae mandavit ſancta apoſtolica auctoritas de S. Wilfrido epiſcopo adimplere Deo ſpoſpondimus: et ſtatim poſt vota mutatis animis inimicorum concito curſu omnes cum juramento in amicitiam noſtram converſi ſunt, apertis januis de anguſtia liberati ſumus, fugatis inimicis noſtris regnum accepimus.

Poſtquam haec verba finita ſunt epiſcopi ſibi mutuo ſeparati ab aliis inire conſilium coeperunt; aliquando cum eis archiepiſcopus, aliquando vero ſapientiſſima virgo Aelfleda: et hujus ſancti concilii talis finis exſtitit; ut omnes epiſcopi et rex cum ſuis optimatibus purae pacis concordiam cum ſancto Wilfrido epiſcopo inierint, quam inter ſe uſque ad finem vitae conſervaverunt, reddentes ei duo optima coenobia quae in HRypis et in Haguſtaldeſe cum omnibus redditibus ſuis. Et illa die omnes epiſcopi ſe invicem oſculantes et amplexantes, panemque frangentes communicaverunt; et gratias agentes Deo omnis hujus beatitudinis in pace Chriſti ad ſua loca remearunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
JOHANN. VII. 1.	BIRTHWALD 13.	705.	WIGHTRED. 12.	JUSTINIAN. II. 21.

Concilium Adderbournenſe, congregatum juxta fluvium Noddre vel Nodderum. Ex W. Malmeſb. lib. v. de geſtis pontif.

HUJUS concilii mentio fit in charta ſive donatione ab epiſcopo Aldhelmo monaſteriis Malmeſburienſi, Fromenſi et Bradfordenſi conceſſa apud Will. Malmeſburienſem l. c. "Nec multo poſt in ſacroſancto concilio, quod juxta fluvium, qui dicitur Noodr, congregatum eſſe dignoſcitur, idem omnis Saxonicae gentis archimandritarum, cum regalis potentatus aſſenſu, et pontificalis prioratus nutu, conſenſit auctoritas." In monaſt. Anglic. tom. 2. p. 859. in charta regis Athelſtani fluvius hic Noddre et Nodderus, hodie Adderbourn vocatur.

*Epiſtola Johannis * papae* VII. *ad Ethelredum regem Merciorum, et Alfridum regem Deirorum, etc.* Ex Malm. de geſt. pontif. lib. iii.

DOMINIS eminentiſſimis Ethelredo regi Merciorum, et Alfrido regi Deirorum, et Berniciorum, Johannes papa. De veſtrae quidem religionis exceſſibus, gratia Dei cooperante, gaudemus, fervorem fidei cernentes in vobis, quam ex praedicatione principis apoſtolorum, Deo veſtros animos illuminante, percepiſtis, et efficaciter tenetis; et utinam gaudium noſtrum meliorum exceſſus amplificet: inextricabilis vero quorundam diſſenſio noſtros animos afficit quam oportet corrigi, ne non apoſtolicorum praeceptorum praevaricatores, ſed cuſtodes eſſe inveniamini. Dudum enim ſub apoſtolicae memoriae Agathone papa, cum Wilfridus epiſcopus, pro ſua cauſa ſedem hanc appellaſſet, et accuſatores a Theodoro ſanctae Cantuariorum eccleſiae archiepiſcopo hinc illuc mandato, et ab Hilda religioſae memoriae abbatiſſa miſſi veniſſent, epiſcopi tunc hic de diverſis partibus congregati, rem regulariter quaeſierunt, et definierunt, eandemque ſententiam ſucceſſores ejuſdem pontificis praedeceſſores noſtri tenuerunt; ſed neque Theodorus archiepiſcopus obviaſſe cognoſcitur, qui nunquam poſtmodum aliquam huc accuſationem demandavit: nunc quoque eorum accuſationes, qui contra Wilfridum epiſcopum huc de Britannia advenerunt, et ejus excuſationes apud conventum reverendiſſimorum epiſcoporum, [a] qui hic inventi ſunt, per dies aliquot fieri procuravimus, tam de epiſtolis anterioribus et modernis, quam quae verbialiter partes detulerunt, dum principales perſonae, de quibus con-

* In hac epiſtola Birthwaldum archiepiſcopum Cantuariae commonet ut ſynodum convocet, Wilfridumque et adverſarios ſuos aut convenire faciat, aut Romam accurrere.

[a] Locum hujus concilii tacet Malmesburienſis: meminit Beda, (hiſt. eccl. l. 5. cap. 19.) et rem breviter. "Coepto," inquit, "itinere, Britanniam venit Wilfridus epiſcopus. Lectis autem epiſtolis, quas ab apoſtolico papa advexerat, Berctwaldus archiepiſcopus, et Edilredus quondam rex, tunc autem abbas, libentiſſime faverunt. Qui videlicet Edilredus, accitum ad ſe Coinredum quem pro ſe regem fecerat, amicum epiſcopo fieri petiit et impetravit. Sed Aldfridus Nordanhymbrorum rex, eum ſuſcipere contempſit, nec longo tempore ſuperfuit. Unde factum eſt ut regnante Oſredo filio ejus, mox ſynodo facta juxta fluvium Nidd, poſt aliquantum utriuſque partis conflictum, tandem cunctis faventibus, in praeſulatum ſit ſuae receptus eccleſiae. Sicque quatuor annis, id eſt, uſque ad diem obitus ſui, vitam duxit in pace, etc.

tentio

tentio omnis exorta eſt, hic non affuerint: quas neceſſe eſt, ut contentio finem accipiat, advenire.

Idcirco commonemus Birthwaldum archiepiſcopum fratrem noſtrum, ut ſynodum convocet una cum Wilfrido epiſcopo, et Boſam atque Johannem in ſynodum faciat convenire, voceſque partium audiat, et conſideret quid ſibi invicem partes valeant approbare. Et ſiquidem apud illam ſynodum potuerit rem determinare, gratum erit nobis. Sin autem, moneat eos ad ſedem apoſtolicam accurrere, ut majori concilio decidatur, quod hactenus terminari non potuit. Sciat autem quod quicunque venire contempſerit, ſeipſum dejectioni ſubmittit, nec hic, nec ibi pro epiſcopo amplius ſuſcipiendus; veſtra proinde regalis ſublimitas faciat concurſum, ut ea, quae, Chriſto aſpirante, perſpeximus, perveniant ad effectum; quicunque autem cujuſlibet perſonae audaci temeritate contempſerit, non erit a Deo impunitus, neque ſine damno caelitus alligatus evadet.

Defuncto ergo Alfrido, Edulſus quidam tyrannidem meditatus, furorem quoque maleſanae mentis in Wilfridum evomuit, quaſi in vecordiam Alfridi juratus eſſet. Cum enim eum pontifex quondam recordatus amicum eſſe, non inconſultum aeſtimaret adire, adeo ſtultus efferbuit, ut cum continuo de regno ſuo exire juberet, ni omnibus ſuis expoliatus cum dedecore ejici vellet. Sed enim poſt duos menſes vita et regno privatus captivo diademate moribundus humum pulſavit, proceribus regni filium Alfredi, Oſredum ſolio reſtituentibus; quorum qui maximus fide et auctoritate Berthfridus ſummonitus a Birthwaldo archiepiſcopo concilium in Northanimbria fieri conſenſit, ut tandem juſta Wilfridi cauſa placabilem terminum acciperet. Ibi ex praeceptis apoſtolicis data eſt optio epiſcopis, ut aut Wilfrido in ſua epiſcopatus ſede cederent, aut Romam pro ſua defenſanda cauſa pergerent, qui his reſultandum putaret exors a communione fieret. Epiſcopis ſuo more obnitentibus beatiſſima virgo Elfleda ſoror Alfridi abbatiſſa poſt Hildam de Streneſhalh, terminum negotio fixit, dicens: dimiſſis ambagibus teſtamentum fratris mei, cui praeſens interfui, profero; quo, ſi convaleſceret, juſſa ſe apoſtolicae ſedis incunctanter facturum promiſiſſe, vel quod morte interveniente facere nequiret, haeredi ſuo faciendum tranſmiſiſſe cognoſcitur. Tum Berthfridus verbis virginis conglutinans ſua: ego juſſionibus papae obediendum cenſeo, inquit, praeſertim cum eorum robori accedat, et regis noſtri juſſio et noſtrae neceſſitatis ſponſio; namque dum nos poſt mortem ejus inimicis urgentibus in "Bebaburh" incluſi eſſemus, in obſeſſionis anguſto, in vitae periculo, vovimus Deo impleturos nos juſſionem papae, ſi potuiſſemus evadere. Vix votum finieramus, et fateor, ſacratiſſime archipraeſul, ſtatim certant obſequcia, omnis in noſtrum aſſenſum accurrit provincia. Puer regius in regem [illegible] igitur regiae voluntatis, ut epiſcopus Wilfridus reveſtiatur. His dictis, emotae diſſenſionum nebulae, ſerenitas pacis infuſa; cucurrit epiſcopalis gravitas in amplexum, et concordibus animi [illegible]

[illegible] quatuor reditus annos, ut Michael archangelus praedixerat, tentatus eſt eadem infirmitate, qua quondam in Meldis, tam valide, ut ſubito ſenſu et voce careret. Sed ſuis ad Deum orantibus, ut ſaltem ad diviſionem rerum ſuarum loquelam mereretur, reſumpſit ingenue, ut et loqueretur continuo, et poſt dies ſalutis vigore refuſo cuncta loca ſua obiret; tum pro frequentibus morbis vicinae mortis non dubius, quicquid ante in aliquibus bonis tepidius feciſſe videbatur, ſupplevit: praepoſitos omnibus coenobiis ordinavit; gazas in quatuor diviſit; unam et eam optimam portionem Romanae dandam eccleſiae, cujus auctoritate cunctis ſemper injuriis exemptus, et honoribus reſtitutus fuerit; quod et per ſe implere quamvis annis gravis meditaretur, niſi ferrea quies cogitantem anticiparet; ſecundam pauperibus; tertiam coenobiorum praepoſitis delegavit, qua potentiorum amicitiam redimerent, qua contrariorum impetum refringerent; quartam illis, qui laborum ſuorum individui comites, nec dum terras, quibus ſe ſuſtentarent, acceperant. Sic accepta licentia a Ripenſibus, quos praecipuo ſemper amore coluerat, et caeteris Northanhymbris ad colloquium Celredi regis Merciorum quo invitabatur, ſimul ut et monaſteriorum ſuorum, quae in illa regione plurima per indulgentiam regum inſtituerat, quietem procuraret, profectus eſt. Ibi ergo cunctis circuitis et auctis, exacto anno et ſemis poſtquam ſecundo proximi obitus fuerat admonitus, apud inſulam Inundalum * languore irruente agitatus, extremum diem ſibi ſenſit adeſſe; pauciſque quantum vires ſuppetebant, allocutus filios, ſacramque benedictionem impertiens, omnis ut videbatur expers angoris, finem inivit; recenſito jam a monachis pſalterio uſque ad illum verſum: "emitte ſpiritum tuum, et creabuntur," etc. Exceſſit anno aetatis 76. 46. epiſcopatus: vir pro juſtitiae merito multis jactatus periculis, quique in ipſis exiliis non otio deditus, ſed coenobiis et epiſcopatibus fundandis induſtrius eſſet; egregie factus ad promerendam gratiam principum, apud quos exularet, idemque pro rigore juſtitiae compatriotis regibus odioſus: reliquit coenobia quot nullus, quae ſolus aggregaverat, multis dividens haeredibus; corpus ejus in Ripis portatum, et multa reverentia conditum. Haec et hucuſque Malmeſburius.

* [illegible] c. 20. [illegible] p. 129.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
JOHANN. VII. 1.	BIRTHWALD. 13.	705.	WIGHTRED. 12.	JUSTINIAN. II. 21.

Synodus ſub Ina rege occidentalium Saxonum habita †, *in qua epiſcopatus occidentalium Saxonum in duas dividitur paroecias.* Ex Faricio Tuſco in vita Aldhelmi, et Malmeſb. de geſt. pontif. l. iii.

HUJUS ſynodi meminerunt in vita Aldhelmi Faricius Tuſcus et Gulielmus Malmeſburienſis. Prioris verba haec ſunt: " tempore Oſredi praeclari Anglorum regis Hedda ſanctiſſimus antiſtes (cujus vitam laudabilem Beda venerabilis preſbyter in hiſtoria narrat eccleſiaſtica) defunctus vita caeleſtem migravit ad gloriam. Cujus parochia prae circuitus ſui magnitudine, quia ab uno gubernari non poterat, eccleſiaſticorum patrum regum conſilio diviſa eſt in duas; cujus unam partem Daniel gubernavit, vir in multis ſtrenuiſſimus, ad regimen vero alterius dioeceſis primates cleri, et copioſa multitudo populi quaſi una voce concordes, juxta canonum antiqua praecepta, ſanctum elegerunt Aldhelmum." Poſterioris iſta: " Hedda totius Weſtſaxoniae pontifex, apud Wintoniam ſedem habens, exceſſit mundo. Gratiſſimus fuit hic obitus caeleſtibus; quod pro ſanctitate praeteritae vitae numerum eorum ampliaret; luctuoſus mortalibus; quod vix parem poſſent invenire, qui tantae dioeceſeos circuitum vellet regere. Quicquid enim nunc quatuor epiſcopi gubernant, unus ille fraenabat; rebelles auctoritate premens, ſupplices ſimplicitate demulcens. Synodali ergo conſilio dioeceſis ultra modum protenſa, in duas ſedes diviſa; quarum altera Sciréburniae, altera eſſet Wintoniae. In qua et impar fuit ea diviſio; ut unus duos tantum pagos, alter totum regeret quicquid Weſtſaxonici tractus immenſitas continet. Singulis ſedibus ſuffecti pontifices, pro ſcientiae merito et natalis ſui confinio: Wintoniae praelatus Daniel, qui eſſet ejuſdem regionis oriundus et ſtaterarum non egenus; Sciréburniam ſortitur Aldhelmus, cui ſapientiae praerogativa et aevi maturitas ad majus culmen aſpiraret, tum etiam genitalis terrae charitas ſuffragaretur, quod ejus provinciae indigena eſſet."

Anno incerto.

Synodus alia ſub Ina occidentalium Saxonum rege habita. Ex Willibaldo.

HUJUS ita meminit Willibaldus, in vita Bonifacii Moguntini archiepiſcopi: " regnante Ina Weſtſaxonum rege, ſubitanea quaedam incubuerat, nova quadam ſeditione exorta, neceſſitas; et ſtatim ſynodale a primatibus eccleſiarum cum conſilio praedicti regis, ſervorum Dei factum eſt concilium. Moxque omnibus in unum convenientibus ſaluberrima de hac recenti diſſenſione concilii quaeſtio inter ſacerdotales eccleſiaſtici ordinis gradus exoritur; et prudentiori inito conſultu, fideles in Domino legatos ad archiepiſcopum Cantuariae civitatis, nomine Berechtwaldum, deſtinandos deputarunt; ne eorum praeſumptioni aut temeritati aſcriberetur, ſi quid ſine tanti pontificis agerent conſilio. Cumque omnis ſenatus et univerſus clericorum ordo tam providenti peracta collatione conſentiret; confeſtim rex cunctos Chriſti famulos allocutus eſt, et cui hujus praefatae legationis nuncium imponerent, ſciſcitatus eſt. Tum repente ſummus in Chriſto archimandrita, qui praedicto praeerat monaſterio (" Nutſcellenſi " ſcilicet) nomine " Witnreth " (al. " Winbercht ") et " Wintra ", qui monaſterio quod dicitur " Tiſſelburg " praeſidebat; et Beorwald qui divina coenobium gubernatione, quod antiquorum nuncupatur vocabulo " Gleſtingaburg regebat, nec non et alii multi hujus ſancti propoſiti patres, ſanctum hunc virum (Winfredum Bonifacium poſtea dictum) accitum adduxerunt ad regem. Cui et nuncium rex et legationis notitiam impoſuit, et adhibitis ſecum ſociis direxit cum pace. Qui etiam nuncio ſibi impoſito juxta mandatum ſeniorum, proſpero itinere pervenit ad Cent, et archiepiſcopo ſummi pontificatus infula praedito, ſapienter cuncta quemadmodum edoctus erat a rege per ordinem revelavit. Et ſic ſpontaneo accepto reſponſo, poſt non multos dies reverſus eſt ad patriam; praefatoque regi, praedictis ſervis Dei ſecum aſſiſtentibus, a venerabili archiepiſcopo ſpontaneum ſcienter detulit reſponſum, et magnum univerſis contulit gaudium. Ac ſic deinceps, mira diſpenſationis Dei benevolentia, nomen ejus diffamatum eſt, et celebre apud omnes tam ſeculares dignitates, quam etiam eccleſiaſtici officii ordines habebatur; ita ut a modo ita proficiens in futurum, ſynodali ſaepiſſime eorum intereſſet inſtituto."

† Synodi hujus ampliorem quam antea a Spelmanno factam mentionem debemus clar. Uſſerio, qui in notis MSS. ad locum ſequentia addit. Henricus Huntingtonienſis libro iv. hiſtor. diviſionem hanc ab Ina factam refert viceſimo anno regni ſui, qui in annum Domini 708. incurrit. Beda vero libro v. hiſtor. c. 19. Aldfridum Nordanhymbrorum regem defunctum anno dominicae incarnationis 705. (et quidem die ut Florentius Wigornienſis addit 19. kalend. Januar.) atque in ſucceſſoris ipſius " Oſredi regni principio antiſtitem occidentalium Saxonum Heddi caeleſtem migraviſſe ad vitam aſſerit. Quo defuncto, inquit, epiſcopatus provinciae illius in duas parochias diviſus eſt; una data Danieli, quam uſque hodie regit; altera Aldhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſſime praefuit." Cum quo et Florentius Wigornienſis conſentit, et Guilielmus Malmesburienſis de geſtis regum lib. i. cap. 2. ubi Aldhelmum ait, " vix annis quatuor epiſcopatu functum, animam caelo thurificaviſſe anno dominicae incarnat. 709. in vigilia S. Auguſtini Anglorum apoſtoli octavo kalendarum Junii." Atqui in duobus praecedentibus privilegiis anno 704. datis ab Ina praeſulem Aldhelmum appellatum invenimus; quod, niſi honoris cauſa clariſſimum ſibique chariſſimum abbatem a rege ita compellatum fuiſſe dixerimus, cum jam poſita temporum ratione aegre conciliare poterimus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi.	Reg[illegible]	[illegible]
CONSTANTIN. 2	BIRTHWALD. 17	709.	[illegible]	[illegible]

Bulla Conſtantini papae Birthwaldo archiepiſcopo Cantuar[illegible], de [illegible] celebrando, et de coenobio inſtituendo †. Ex MS. reg. Cant. A. fol. 10. b.

CONSTANTINUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Birthwaldo Britanniarum eccleſiae primati, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Venerabilem virum Ecgwinum epiſcopum, quem bis tua fraternitas ad apoſtolicam ſedem miſit; etiam nunc ſecundo manipulis juſtitiae refertum tibi mittimus, monentes quatenus ſic ſuos effectus adjuvando proſequaris, ſicuti illum a Deo incepiſſe, et in via Dei cucurriſſe cognoviſti.

Porro de viſione illa, immo aperta oſtenſione, qua ſe beata virgo Maria ei manifeſtavit, aeque ita certum eſſe tenemus, quemadmodum de viri bonitate non dubitamus. Denique vigilantiam tuam admonemus, quatenus illis in partibus, in quibus manifeſtatio habita fuiſſe refertur, concilium totius Angliae cogas, epiſcopos, ſacrique ordinis religioſas perſonas illuc convenire facias, optimateſque regni cum proceribus ſuis adeſſe praecipias. Quibus in nomine Domini congregatis denunciamus, quod duo reges Angliae, Kenredus et Offa, cum quibus jam dictus epiſcopus ad limina apoſtolorum venit, in loco oſtenſae viſionis plurima de ſuis beneficiis in praeſentia noſtra regia libertate confirmati contulerunt, quatenus ibidem congregatio monachorum ſecundum regulam memorandi patris Benedicti, quae minus in illis partibus adhuc habetur, poſſit inſtaurari, et indeſinenter Chriſto famulari. Ipſas autem donationes et beneficia praefati regis in ipſorum privilegio nominatim determinaverunt, et a nobis approbari fecerunt.

Igitur, frater dilecte, quoquo modo Chriſtus annuncietur, lucrum Chriſti inquire, opus Chriſti exerce, promulgatiſque in concilio undique ſententiis, tum a Deo oſtenſae viſionis, tum apoſtolicae auctoritatis, tum regiae libertatis et donationis, tum tui ipſius, clerique et populi aſſenſus et favoris; conſtitue ovile Chriſto divinitus oſtenſum, apoſtolica auctoritate fultum, regia libertate donatum, cleri et populi benedictione ſancitum. Tibi autem et ſucceſſoribus tuis, memorato epiſcopo Ecgwino aſſentiente, curam animarum praecipue injungimus, ut ſi, quod abſit, aliquo diaboli impulſu quiſquam pervaſor aut tyrannus ſacrum locum minuere aut impugnare praeſumpſerit, tibi a Deo conceſſae poteſtatis ſententia, et anathematis verbere percuſſus, complere non audeat. Si quid vero ſiniſtrae partis inibi compertum fuerit oriri, auribus ſummi pontificis patriae potius deferatur, quam per alicujus occultam ſententiam ſanctus locus depravetur. Ipſum ergo locum, quem regia poteſtas regiae libertati donavit, et nos auctoritate Dei, et ſanctorum apoſtolorum, et noſtra donamus, ut nullus cujuſcunque ordinis homo hoc quod conſtituimus depravare aut minuere praeſumat. Qui hoc deſtruxerit, aut male contaminaverit, ſit ille maledictus; qui vero ſervaverit et adauxerit, benedictionibus repleatur.

Scripta eſt haec epiſtola anno dominicae incarnationis ſeptingenteſimo nono in eccleſiae ſalvatoris Lateranenſi, praecipiente et confirmante Conſtantino apoſtolicae ſedis antiſtite; aſtantibus et confirmantibus regibus Angliae Kenredo et Offa, rogante venerabili viro Ecgwino epiſcopo coram pluribus archiepiſcopis et epiſcopis, et principibus et nobilibus diverſarum provinciarum, cunctis clamantibus et dicentibus: quicquid in hac conſtitutione veſtra ſanctitas exercet, laudamus, concedimus et confirmamus.

✠ Ego Conſtantinus Romanae [illegible] pus per ſignum ſanctae crucis [illegible] et libertatem confirmavi.

Ego Ecgwinus humilis epiſcopus confirmavi.

Ego rex Kenredus corroboravi.

Ego rex Offa conſenſi.

[Bullam hanc papalem alio tamen modo finit Capgravius, recitante Spelmanno.]

Scripta eſt haec epiſtola anno gratiae ſeptingenteſimo nono, et conſecrato loco per ſanctum Wilfridum epiſcopum, idem Wilfridus et Ecgwinus coram omnibus ſic locuti ſunt. Domine Deus, qui in caelis habitas, et omnia creaſti, conſerva illum, qui locum iſtum pacificabit et conſervabit. Nos etiam praecipimus in Dei omnipotentis, et omnium virtutum caeleſtium no-

† [illegible] Conſtantini adeſſe tenebantur. De loco igitur jam ſolicitus, reperio ſub hac tempeſtate ejuſmodi plane ſynodum, qualem papa praecipit, [illegible] odum ſatis opportunum fuiſſe oſtendit. "Erat namque, ait, juxta Eveſham ad octo miliaria caſtrum Aluaceſtre, regale tunc manſum, cujus loci habitatores quanto rerum opulentia et temporalium abundantia affluebant, tanto magis gulae et luxuriae dediti, ſtudentes avaritiae et cupiditati, miſericordia Dei ſe indignos efficiebant. Ad hunc locum accedens beatus Ecgwinus, praedicavit illis regnum Dei," &c.

Praeſ-

mine, ut neque rex, neque princeps, neque ullius ordinis homo locum iſtum ſanctum diminuat; ſed ſit (ut optamus) gregibus et Dei paſtoribus murus bene diſpoſitus in poteſtate proprii abbatis ſecundum regulam Dei et ſancti Benedicti. Si autem aliquis, quod abſit, avaritiae ſpiritu arreptus, vertere velit, judicetur ante tribunal Dei, et nunquam in Chriſti veniat memoriam, ſed nomen ejus deleatur in aeternum de libro viventium; et ligetur aeternarum poenarum nodis in inferno, niſi in hac vita poenitens emendet. Hujus eccleſiae dedicatio facta eſt anno gratiae ſeptingenteſimo-quarto decimo. Capgravius.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
CONSTANTIN. 2.	BIRTHWALD. 17.	709.	WIGHTRED. 16.	JUSTINIAN. II. 25.

Synodus Alnenſis †. Ex Birthwaldo Glaſcon. in vita S. Egwini apud Godwin. p. 501. citante Spelm.

ECGWINUS regali ortus proſapia, Wigornenſis patria, temporibus Adelredi et Kenredi regum Merciorum, fit Wigornenſis epiſcopus [an. Dom. 693] unde paulo poſt ejectus eſt. Romam profectus, a papa (coram quo miſſas ſolenniter celebravit) epiſcopatui reſtituitur. Tum paucis interjectis, poſt reditum, inquit, a Roma, impetravit locum qui Aethamme dicitur, et poſtea Eoveſham, a nomine cujuſdam bubulci (Eoves) B. Ecgwini, qui in ſylva quadam porcam perditam, et ſeptenum foetum parituram, invenit. Ab illo igitur omine, locus Eoveſham dicitur, et monaſterium nomen inde tulit. Sed primo Ethelredus rex dedit ei antiquum monaſterium dictum Fledamburch, quod Ecgwinus dedit ſubregulo provinciae Huicces pro alio coenobio, quod Stratford dicitur. Paulo poſt ab Oſwardo regis fratre, alias Edwinus terras obtinuit, viz. 30 manſas apud Twiford. Poſt Kenred affinis Ecgwini, dedit ei 48 alias manſas in ambitu loci, qui Cotham dicitur. Deinde Romam proficiſcitur cum Offa et Kenredo, ad impetranda pro monaſterio ſuo privilegia.

Quibus impetratis, ad Angliam redierunt, et congregata ſynodo generali in loco, qui Alne dicitur, cui interfuerunt Birthwaldus Cantuarienſis et Wilfridus Eboracenſis; donationes illae omnes confirmatae ſunt, miſſo Wilfrido ad locum conſecrandum. Quo facto, Ecgwinus ibi Benedictinos monachos conſtituit. Poſtea obiit 3. kalend. Januarii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
CONSTANTIN. 5.	BIRTHWALD. 20.	712.	WIGHTRED. 19.	JUSTINIAN. II. 28.

Concilium Londinenſe *. Ex centur. Magdeburg. centur. 8. et Balaeo.

CUM mota eſſet controverſia de cultu imaginum, diabolus, ad idololatriae confirmationem, omnem lapidem movit; utens opera ſuorum mancipiorum, nimirum pontificum Romanorum et monachorum. Inter alios autem Ecgwinum monachum Benedictinum, nuper

† Synodus Alnenſis generalis in loco, qui Alne dicitur, ſub Birthwaldo archiepiſcopo Cantuarienſi, et Wilfrido Eboracenſi celebrata. In qua confirmantur donationes naſcenti jam monaſterio Eveſhamiae collatae.

Quo anno habita fuit iſta ſynodus non reperio, verba ſunt Spelmanni. In catalogo monaſteriorum (a Gulielmo Burton ut accepi, collecto, et apud Spedum edito) fundari dicitur Eveſhamia anno Chriſti 700. ſtatim autem non ſecuta eſt haec ſynodus. Wilfridus enim Eboracenſis archiepiſcopus (qui in eadem conſedit, et a ſynodo ad conſecrandum monaſterium delegatur) non reſtitutus eſt archiepiſcopatui ante annum Dom. 705. Et Kenredus rex Merciorum, et Offa rex auſtralium Saxonum, cum quibus Ecgwinus Romam profectus eſt, privilegia monaſterii ſui comparandi gratia, iter hoc non ingreſſi ſunt ante annum quintum regis Kenredi, id eſt, Chriſti 708. Reges vero terrena deſerentes ſolia pro caeleſti regno, Romae permanent, et in monachos ſunt detonſi. Ecgwinus ſolus Angliam rediens, congregari facit iſtam ſynodum, quam nos igitur ſub anno 709 vel 710. repoſuimus. Quid praeterea actum ſit in ea, non liquet. Tacetur quippe in hoc paragrapho ipſa viſio, et de adorandis imaginibus, nihil proditum vel in eo, vel inter omnia quae retulimus.

* Concilium Londinenſe ſub Bonifacio legato ſedis Romanae, et Birthwaldo archiepiſcopo Doroberniae. In quo ſtatui dicitur de adorandis imaginibus, et de ſacerdotum uxoribus abdicandis.

Cogor iſta Magdeburgenſium et Balaei verbis exhibere, cum non habeam e veteribus, quem adducam. Audi quid de hoc concilio notat Binius. "Referunt" inquit, "Urſpergenſis et alii recentiores hiſtorici, Ecgwinum monachum deſignatum epiſcopum Wicceis, divinitus admonitum, ut Dei genitricis imaginem in ſua eccleſia collocaret; rem autem in controverſiam deductam, fuiſſe delatam ad apoſtolicam ſedem; juſſumque Ecgwinum ſiſti coram pontifice, et juratum de viſione quam viderat, aliiſque teſtatum eſſe. Tunc vero Conſtantinum legatum miſiſſe Bonifacium in Britanniam, qui Londini ſynodum celebraret. Celebrataque ſynodo, fuiſſe in ea probatas viſiones Ecgwini, et de cultu ſacrarum imaginum promulgatum eſſe decretum. Quae cum majorum teſtimonio deſtituantur, ſcriptiſque Bedae omnino adverſentur illis, quibus ait Anglos una cum ſancto evangelio, uſum ſacrarum imaginum ab Auguſtino apoſtolo ſuo ſuſcepiſſe, facile inducimur, ut commentum eſſe putemus. Nam ſi cultus imaginum jamdiu ante in Anglia receptus fuerat, ad earum receptionem non erat opus alia viſione; niſi dicas Anglos primo ſeculo ſuae converſionis a fide recepta (quod non eſt veriſimile, neque ab ullo hactenus demonſtratum) aliqua ex parte receſſiſſe." Beda de Auguſtino in Angliam veniente, uſumque imaginum cum ſancti evangelii primordiis introducente, haec ait: "at illi (Auguſtinus videlicet et ſocii) non daemoniaca, ſed divina virtute praediti veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, et imaginem Domini ſalvatoris in tabula depictam, litaniaſque canentes, pro ſua ſimul et eorum propter quos et ad quos venerant, ſalute aeterna Domino ſupplicabant." Haec Beda de uſu ſacrarum imaginum ante centum annos in Anglia recepto; quibus ea, quae de hac Londinenſi ſynodo a recentioribus ſcripta ſunt, non parum redarguuntur." Vide Baron. an. 714. num. 3, 4.

Haec Binius: quae Baronius paulo fuſius et (pace utriuſque dixerim) neuter ſatis candide. Aſſerunt enim Magdeburgenſes, imaginum adorationem ab Anglis non ſuſceptam eſſe ante hoc concilium Londinenſe. Referunt illi ex Beda Auguſtinum (Romanarum ceremoniarum protomyſtam) et ſocios ſuos, longe antea cruce uſos eſſe, et imagine Chriſti. Quis non

Wicciis deſignatum epiſcopum, hominem ex ſuperſtitionum colluvie compactum excitat; eique in ſomnis inſtillat, per illuſiones et praeſtigias ſuas, quaſi a Maria virgine jubeatur in eccleſia ſua collocare imaginem ejus, et populo venerationem atque adorationem iſtius idoli perſuadere. Is vero quieſcere non poteſt, ſed rem in actum deducere inſtituit; librumque de ſuis viſionibus conſcribit. Res defertur ad pontificem Romanum Conſtantinum, qua vero id factum ſit occaſione, non eſt annotatum; forte quia aliqui boni ſeſe impietati illi et vanitati oppoſuerunt; quos Satan apoſtolica auctoritate refringendos cenſebat: pontifex prius hominem accerſit; et jurejurando obteſtatur, ut veritatem dicat. Videbat enim ipſe ſcripturam ſacram imaginum cultui refragari; et opus eſſe novis revelationibus, ad eam idolomaniam ſtabiliendam. Ille vero in ſua ſententia conſtanter perſeverat, atque pontifici fidem facit. Ergo apoſtolica ſua auctoritate approbat viſiones Egwini: ac Bonifacio legato ſuo imperat; ut in Britanniam abeat, atque Londini, cum conſenſu Brithwaldi archiepiſcopi Anglorum, ſynodum celebret. Iſti autem pontifici obſequentes, epiſcopos et reges ſub anathematis poena convenire Londinum jubent. In eo congreſſu non datur locus diſputationi et collationi, ut par erat; ſed viſiones Wiccii proponuntur, de cultu imaginum; et indicatur, eas a pontifice maximo eſſe comprobatas. Denique promulgatur decretum, de imaginibus in templa collocandis, miſſarumque celebratione et adoratione honorandis; ac denique de abdicandis ſacerdotum uxoribus. Tali modo cultus imaginum Anglicanis eccleſiis, auctoritate antichriſti, et illuſionibus diabolicis, atque approbatione ſuperſtitioſae vanitatis, eſt obtruſus; paucis piis fruſtra gementibus, et contradicentibus, circiter annum Domini 712 aut 714.

[illegible] minotaurum, et imperatorum imagines. Num perinde dixeris? Chriſtiani crucem, et characteres nominis Chriſti? nam in [illegible] Prudentius, contra Symmachum l. i.

> Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro,
> Signabat labarum: clypeorum inſignia Chriſtus
> Scripſerat: ardebat ſummus crux addita criſtis.

"Chriſtus," inquit, intellige nomen "Chriſtus" Graecis deſignatum literis in hunc modum ☧, non imago Chriſti. Et ubi poſtea dicit:

> Hinc ſignat cherubin, hinc labara ſancta triumphum
> [illegible] —

[illegible] ethnici vetus illud: non dicam cultu divino, ſed (ut Tertulliani in Apologetico, verbo utar) caſtrenſi religione; quod (ut habent Sozomenus l. i. c. 4. et alii) totius imperii praeſtantiſſimum eſſet ſignum, ipſumque imperatorem antecederet: nam [illegible]

Id demum eſt certiſſimum: ſi primi illi religionis apud Anglo-Saxones ſatores crucem et imagines adoraſſent, et adorandas docuiſſent; haberetur ejus aliqua mentio in auctore aliquo coaetaneo, manſiſſetque traditionis uſus apud poſteros ſuos. Sed ne Beda quidem ipſe, inter tot quae de cruce refert miracula, piorumque varias et ferventes devotiones; ne unius (quod ſciam) meminit, qui vel crucem adoravit, vel imaginem, vel alterutram edidit adorandam. Non indigne igitur ferat Binius aut Baronius, cultui iſti adeo recentem ut in Londinenſi hoc concilio originem deſignari; ſatis enim probabile videatur, nequaquam recipi in Britanniam ante ſecundum Nicenum concilium generale. Nam cum eo tempore Carolus magnus exemplar concilii illius ad Offam regem Merciorum delegaſſet, ita diſplicuiſſe perhibetur principibus et epiſcopis Angliae, ut ab eccleſia Dei id omnino execrari dicebatur. Scripſit itaque Albinus, alias Alcuinus, vir illius ſeculi in ſacris ſcripturis longe eruditiſſimus (Caroli quippe magni inſtitutor et literarum apud Gallos reſtitutor) contra hoc epiſtolam "ex auctoritate divinarum ſcripturarum mirabiliter affirmatam" (verba ſunt auctorum veterum Ceſtrenſ. an. 801. Hoved. par. poſt. an. 793. Florileg. in an. Dom. 792.) "illamque cum eodem libro ex perſona epiſcoporum et principum noſtrorum, regi Francorum attulit:" de quo plura hic inferius in ſuo loco.

Sed ut uſum intelligas, quem ex imaginibus ſanctorum atque ipſius ſalvatoris noſtri ſibi cooptabant Saxones noſtri, et etiam [illegible] templo Salomonis ca. 19. tom. 8. "Si enim licebat ſerpentem exaltari aeneum in ligno, quem aſpicientes filii Iſrael, viverent; cur non liceat exaltationem Domini ſalvatoris in cruce, qua mortem vicit, ad memoriam fidelibus depingendo reduci, vel alia ejus miracula et ſanationes, quibus de eodem mortis auctore mirabiliter triumphavit, cum horum aſpectus ſaepe multum compunctionis praeſtaret contuentibus, et eis quoque qui literas ignorant, quaſi vivam dominicae hiſtoriae panderet lectionem? Nam pictura Graece ζωγραφία, *i.* viva ſcriptura vocatur. Si licuit XII. boves aeneos facere, qui mare ſuperpoſitum ferentes, quatuor mundi plagas reſpicerent; quid prohibet XII. apoſtolos depingere, quomodo "euntes docerent omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti:" viva, ut ita dixerim, prae oculis omnium deſignare ſcriptura?" *etc.* Hic imaginum uſus apud Auguſtinum et ſocios ſuos, (de quo loco illo ſuperiori Beda) et quem magnus Auguſtini magiſter Gregorius regiſtr. lib. ix. ca. 9. indict. 4. (ipſe magnus) in epiſtola ad Serenum epiſcopum Maſſilienſem praedicavit, imaginibus loquens, quas idem ille epiſcopus ideo fregerat, quod eas populus adoravit. "Frangi vero," inquit Gregorius, "non debuit, quod non ad adorandum in eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum," *etc.* Aliter Bellarminus. tom. i. par. 2. l. 2. de imaginibus, ca. 12. *etc.*

Nec mirum quidem ſi noſtrates tarde adeo et tam pigre ad ſanctorum imagines adorandas venerint, cum parcius ſub hoc ſeculo ad eoſdem ipſos preces effudiſſe videantur. Eſt enim mihi pſalterium Davidis ſub temporibus Niceni concilii II. vel mox inde ut conjicitur, exaratum; in quo ad finem uniuſcujuſque pſalmi, et ſingularum ſectionum pſalmi CXIX. habetur oratio (numero ſcil. 171.) nec inter eas omnes reperitur una aliqua ad ſanctorum aliquem deſignata, nec qua nomen divae virginis vel apoſtolorum alicujus, aut inferioris alterius ſancti meminit. Haud nego tamen veteres ipſos Saxones noſtros, [illegible] pietatis exhibuiſſe. Haec SPELM.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
CONSTANTIN. 5.	BIRTHWALD. 20.	712.	WIGHTRED. 19.	JUSTINIAN. II. 28.

Concilium omnium epiſcoporum et principum, procerum, comitum, et omnium ſapientum, ſeniorum, et populorum totius regni, per praeceptum regis Inae habitum, cum jam Gualam filiam Cadwaladri regis Britonum, in uxorem cepiſſet, unaque Cambriam totam et coronam Cadwaladri adeptus eſſet ‡. Ex leg. Edw. Confeſ. cap. 35. in auctar.

REX Ina cepit in uxorem ſuam Gualam nomine, propter quam vocata eſt Wallia illa terra, quae quondam vocabatur Cambria; bigamus enim fuit. Cepit autem cum ultima uxore ſua Cambriam, et Cornubiam, et coronam benedictam Britanniae, quae fuerat ultimo Cadwaladro regi Britanniae. Et univerſi Angli, qui tunc temporis extiterunt, uxores ſuas ceperunt de Britonum genere, et Britones uxores ſuas de illuſtri ſanguine et genere Anglorum, hoc eſt, de genere Saxonum. Hoc enim factum fuit per commune conſilium et aſſenſum omnium epiſcoporum, et principum, procerum, comitum, et omnium ſapientum, ſeniorum et populorum totius regni, et per praeceptum regis Inae praedicti. Multi vero Angli ceperunt uxores ſuas de ſanguine et genere Anglorum Germaniae, et quidam Angli ceperunt uxores ſuas de ſanguine et genere Scotorum; proceres vero Scotorum, et Scoti fere omnes ceperunt uxores ſuas de optimo genere et ſanguine Anglorum Germaniae, et ita fuerunt tunc temporis per univerſum regnum Britanniae duo in carne una: et taliter conſtituit rectum conjugium, et delevit fornicationem et immunditiam a regno, et recta judicia pro ſtabilitate regni, et confirmatione populorum, benigna ſedulitate; et tali modo effecti fuerunt gens una, et populus unus per univerſum regnum Britanniae, miſeratione divina.

Deinde univerſi vocaverunt regnum Anglorum, quod antea vocatum fuit regnum Britanniae. Univerſi praedicti ſemper poſtea pro communi utilitate coronae regni inſimul, et in unum circiter contra Danos et Norvegienſes ſemper ſteterunt, et atrociſſime unanimi voluntate contra inimicos pugnaverunt, et bella atrociſſima geſſerunt. Erat enim praedictus rex Ina optimus, largus, ſapiens, prudens, moderatus, ſtrenuus, juſtus, animoſus, et bellicoſus pro loco et tempore; et in divinis legibus, et in ſecularibus inſtitutis, ſcriptis, et bonorum operum exhibitionibus irradiavit glorioſus, rexitque regnum, confoederavit et conſolidavit, et in unum pacificavit ſapientia et prudentia magna, et ubi locus adfuit, vi et manu armata.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
CONSTANTIN. 6.	BIRTHWALD. 21.	713.	WIGHTRED. 20.	PHILIPP. 1.

Bulla Conſtantini papae de privilegiis eccleſiae Cantuarienſis. Ex originali in MS. Cott. Cleop. A. 1. fol. 61, 62. et reg. Cant. A. fol. ii. a.

CONSTANTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Brithwaldo Britanniarum primati ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Divina diſpenſatione ad hoc promoti, ut apoſtolica auctoritate paci eccleſiarum inſiſtamus, tuae fraternitati denunciamus, quatenus eccleſias Dei per Britanniam diſpoſitas tua ipſius et ſanctorum apoſtolorum auctoritate protegas, ne quis pervaſor cujuſcunque ordinis a Deo et nobis conſtituta privilegia ſubruat. Inter quas eam, quae nuperrime a venerabili viro Ecguino noſtra et regia auctoritate conſtituta eſt, tuae ditioni praecipue ſubmittimus, ut tibi et poſteris tuis poteſtate divinitus conceſſa ab omni eam adverſariorum impugnatione liberam in perpetuum reddas. Juſtum enim nobis videtur, ut quum [a] idem venerabilis Ecguinus exemplum Domini ſecutus ſe humiliando inibi effectus eſt abbas; idcirco haec eccleſia ſecundum quod per legatum ſuum Aethelwaldum expetiit, ampliorem dignitatem a noſtra ſede ſui merito obtineat. Conſtituimus ergo in nomine Domini, ut [b] idem locus ſub monarchia proprii abbatis ſit liber ab omni tyrannica exactione, et nullus cujuſcunque ordinis homo aliquod gravamen ibi inferre audeat. Defuncto autem abbate ſecundum canonicam auctoritatem, vel de ipſo monaſterio, vel de parochia Huvicciorum abbas a fratribus ejuſdem loci eligatur, qui in eadem eccleſia libere et canonice ſine aliqua exactione conſecratus ob re-

‡ In hoc concilio de mutuis connubiis habendis inter Anglo-Saxones, Britones et Scotos, tum ad delendam fornicationem et immunditiam, tum ad concordiam publicam promovendam, ſtatuitur.

De ſecundo ſeu ultimo hoc conjugio Inae regis occidentalium Saxonum cum Guala filia (ut praeſumitur) Cadwaladri regis Britonum, et mutato inde Cambriae nomine in Walliam, nulla mihi apud hiſtoricos probatos occurrit mentio. Nec Inam aliam habuiſſe uxorem quam Ethelburgam (Saxonem, ut ex nomine cognoſcas, non Britonem) atque eam proculdubio ultimam. Nam cum ille Romae monachatum iniit, ipſa hic in Anglia facta eſt monialis, et deinde abbatiſſa Barkingenſis; quo utrique habitu uſque ad mortem permanſerunt. De tempore etiam et auctoritate iſtius concilii nihil affirmaverim: Cadwaladrum enim alii ferunt tres tantummodo regnaſſe annos, alii 5. Monumetenſis 12. ſic ut quando Cambriae regnum aſſequeretur Inas, incertum ſit. Quin et Inam ille nepotem facit Cadwaladri, H. Lhuid filium, concilium iſtud generum. Haec SPELM.

[a] [b] MS. Cott. *iſdem.*

verentiam venerabilis Ecguini annulo in celebratione miſſarum ſolummodo utatur, primumque locum poſt Huvicciorum praeſulem noſtra auctoritate jugiter obtineat. Si quis igitur hoc privilegium infringere voluerit, ſive in loco monachorum clericos immittere temptaverit, coram Deo et angelis ejus in perpetuum ſit anathema. Si quis vero hanc noſtram auctoritatem ſervaverit, conſervet eum Deus in aeternum. Scripta eſt haec epiſtola anno dominicae incarnationis ſeptingenteſimo tertio decimo, praeſidente apoſtolicae ſedi papa Conſtantino; et hoc ✠ ſignum ſanctae crucis * propria manu faciente.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	Re[illegible]	[illegible]
Constantin. 7.	Birthwald. 22.	[illegible]	W[illegible]	[illegible]

Epiſtola Ceolfridi abbatis ad Naitanum regem Pictorum, pro catholico Paſch[illegible] [illegible] Romana tonſura. Ex Bed. hiſt. eccl. lib. v. cap. 21.

Eo tempore Naitanus rex pictorum (qui ſeptentrionales Britanniae plagas inhabitant) admonitus eccleſiaſticarum frequenti meditatione ſcripturarum, abrenunciavit errori quo eatenus in obſervatione Paſchae cum ſua gente tenebatur, et ſe ſuoſque omnes ad catholicum dominicae reſurrectionis tempus celebrandum perduxit. Quod ut facilius et majori auctoritate perficeret, quaeſivit auxilium de gente Anglorum, quos jamdudum ad exemplum ſanctae Romanae et apoſtolicae eccleſiae ſuam religionem inſtituiſſe cognovit. Siquidem miſit legatarios ad virum venerabilem Ceolfridum abbatem monaſterii beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, quod eſt ad oſtium Uiuri amnis, et juxta amnem Tinam, in loco qui vocatur "Ingirvum," cui ipſe poſt Benedictum (de quo ſupra diximus) glorioſiſſime praefuit, poſtulans ut exhortatorias ſibi literas mitteret, quibus potentius confutare poſſet eos, qui Paſcha non ſuo tempore obſervare praeſumerent, ſimul et de tonſurae modo vel ratione qua clericos inſigniri deceret. Excepto quod etiam ipſe in his non parva ex parte eſſet imbutus. Sed et architectos ſibi mitti petiit, qui juxta morem Romanorum, eccleſiam de lapide ingente ipſius facerent, promittens hanc in honorem beati apoſtolorum principis dedicandam; ſe quoque ipſum cum ſuis omnibus morem ſanctae Romanae et apoſtolicae eccleſiae ſemper imitaturum, in quantum duntaxat tam longe a Romanorum loquela et natione ſegregati hunc ediſcere potuiſſent. Cujus religioſis votis ac precibus favens reverendiſſimus abbas Ceolfridus, miſit architectos, quos petebat, et literas ſcriptas in hunc modum.

Domino excellentiſſimo et glorioſiſſimo regi Naitano, Ceolfridus abbas in Domino ſalutem. Catholicam ſancti ‡ Paſchae obſervantiam, quam a nobis, rex Deo devote, religioſo ſtudio quaeſiſti, promptiſſime ac libentiſſime tuo deſiderio, juxta quod ab apoſtolica ſede didicimus, patefacere ſatagimus. Scimus namque caelitus ſanctae eccleſiae donatum, quotiens ipſi rerum Domini diſcendae, docendae, cuſtodiendae veritati operam impendunt. Nam et vere omnino dixit quidam ſecularium ſcriptorum, quia feliciſſimo mundi ſtatu ageretur, ſi vel reges philoſopharentur, vel regnarent philoſophi. Quod ſi de philoſophia hujus mundi, vere intelligere de ſtatu hujus mundi, merito diligere potuit homo hunc mundum; quanto magis civibus patriae caeleſtis in hoc mundo peregrinantibus optandum eſt, et totis animi viribus ſupplicandum, ut quo plus in mundo quique valent, eo amplius ejus, qui ſuper omnia eſt, judicis mandatis auſcultare contendant, atque ad haec obſervanda ſecum eos quoque qui ſibi commiſſi ſunt, et exemplis ſimul et auctoritate inſtituant?

Tres ſunt ergo regulae ſacris inditae literis, quibus Paſchae celebrandi tempus nobis praefinitum nulla prorſus humana licet auctoritate mu[illegible] ſtatutae, tertia in evangelio per effectum dominicae paſſionis et reſurrectionis adjuncta eſt. Praecepit enim lex, ut Paſcha primo menſe anni, et tertia ejuſdem menſis ſeptimana, id eſt, a quinta decima die uſque ad viceſimam primam fieri deberet. Additumque eſt per inſtitution[illegible] tertia ſeptimana diem dominicam expectare, [illegible] debeamus. Quam videlicet regulam triformem quiſquis rite cuſtodierit, nunquam in adnotatione feſti paſchalis errabit. Verum ſi de his ſingulis enucleatius ac latius audire deſideras, ſcriptum eſt in Exodo, ubi liberandus de Aegypto populus Iſrael, primum Paſcha facere jubetur; quia dixerit Dominus ad Moyſen et Aaron: "[a] menſis iſte vobis principium menſium primus erit in menſibus anni. Loquimini ad univerſum coetum filiorum Iſrael, et dicite eis: decima die menſis hujus tollat unuſquiſque agnum per familias et domos ſuas." Et paulo poſt: "[b] et ſervabitis eum uſque ad quartamdecimam diem menſis hujus. Immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam." Quibus verbis manifeſtiſſime conſtat, quod ita in obſervatione paſchali mentio fit diei quartaedecimae, ut non tamen in ipſa die quartadecima Paſcha fieri praecipiatur, ſed adveniente tandem veſpera diei quartaedecimae, id eſt, quintadecima luna, quae initium tertiae ſeptimanae faciat, in caeli faciem prodeunte, agnus immolari jubeatur. Et quod ipſa ſit nox quintaedecimae lunae, in qua percuſſis Aegyptiis, Iſrael eſt a longa ſervitute redemptus: "[c] ſeptem, inquit, diebus azyma comedetis." Quibus item

* MS. Cant. addit *in eadem carta*

‡ f. *Paſchatis.* [a] Exod. xii. 2. [b] ver. 6. [c] [illegible] 15.

verbis

verbis tota tertia ſeptimana ejuſdem primi menſis decernitur ſolennis eſſe debere. Sed ne putaremus eaſdem ſeptem dies a 14ª. uſque ad 20ᵃᵐ. eſſe computandas, continuo ſubjecit: "[d] in die primo non erit fermentum in domibus veſtris. Quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael. A die primo uſque ad diem ſeptimum," et caetera, uſque dum ait: "[e] in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Aegypti." Primum ergo diem azymorum appellat eum, in quo exercitum eorum eſſet educturus de Aegypto. Conſtat autem, quia non 14ª. die, in cujus veſpera agnus eſt immolatus, et quae proprie Paſcha ſive Phaſe dicitur, ſed 15ª, ſunt educti ex Aegyto, ſicut in libro numerorum apertiſſime ſcribitur. "[f] Profecti igitur de Rameſſe quintadecima die menſis primi, altera die fecerunt Phaſe filii Iſrael in manu excelſa." Septem ergo dies azymorum, in quarum prima eductus eſt populus Domini ex Aegypto, ab initio (ut diximus) tertiae ſeptimanae, hoc eſt, a quintadecima die menſis primi uſque ad viceſimam primam ejuſdem menſis diem completam computari oportet. Porro dies quartadecima extra hunc numerum ſeparatum, ſub Paſchae titulo praenotatur, ſicut Exodi ſequentia patenter edocent: ubi cum dictum eſſet, "[g] in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Aegypti," protinus additum eſt: "et cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. Primo menſe quartadecima die menſis comedetis azyma uſque ad diem viceſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus veſtris." Quis enim non videat, a quartadecima uſque ad viceſimam primam, non ſeptem ſolummodo, ſed octo potius eſſe dies, ſi et ipſa quartadecima annumeretur? Sin autem (ut diligentius explorata ſcripturae veritas docet) a veſpera diei quartaedecimae uſque ad veſperam viceſimae primae computaverimus, videbimus profecto, quod ita dies quartadecima veſperam ſuam in feſti paſchalis initium porrigat, ut non amplius tota ſacra ſolennitas quam ſeptem tantummodo noctes cum totidem diebus comprehendat. Unde et vera eſſe probatur noſtra diffinitio, qua tempus paſchale primo menſe anni, et tertia ejus hebdomada celebrandum eſſe diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada, quod a veſpera 14ᵃᵉ. diei incipit, et in veſpera 21ᵃᵉ. completur.

Poſtquam vero Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, diemque nobis dominicam, quae apud antiquos una vel prima ſabbati ſive ſabbatorum vocatur, gaudio ſuo reſurrectionis fecit eſſe ſolennem, ita hanc nunc apoſtolica traditio feſtis paſchalibus inſeruit, ut nil omnimodis de tempore Paſchae legalis praeoccupandum, nihil minuendum eſſe decerneret; quin potius ſtatuit, ut expectaretur juxta praeceptum legis idem primus anni menſis, expectaretur quartadecima dies illius, expectaretur veſpera ejuſdem. Et cum haec dies in ſabbatum forte incideret, "tolleret unuſquiſque agnum per familias et domos ſuas, et immolaren eum ad veſperam," id eſt, praepararent omnes eccleſiae per orbem, quae unam catholiam faciunt, panem et vinum in myſterium carnis et ſanguinis agni immaculati, qui abſtulit peccata mundi, et praecedente congrua lectionum, orationum, et ceremoniarum paſchalium ſolennitate, offerrent haec Domino in ſpem futurae ſuae redemptionis. Ipſa enim eadem nox, in qua de Aegypto per ſanguinem agni Iſraelitica plebs erepta eſt, ipſa eſt, in qua per reſurrectionem Chriſti liberatus eſt a morte aeterna populus omnis Dei. Mane autem illuceſcente die dominica, primam paſchalis feſti diem celebrarent. Ipſa eſt enim dies, in qua reſurrectionis ſuae gloriam Dominus multifario piae revelationis gaudio diſcipulis patefecit; ipſa prima dies azymorum, de qua multum diſtincte in Levitico ſcriptum eſt: [h] "menſe primo quartadecima die menſis hujus ad veſperam Phaſe Domini eſt, et quintadecima die menſis hujus ſolennitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit celeberrimus ſanctuſque." Si ergo fieri poſſet, ut ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in lunam quintamdecimam dominica dies incurreret, uno ſemper eodemque tempore cum antiquo Dei populo, quanquam ſacramentorum genere diſcreto, ſicut una eademque fide Paſcha celebrare poſſemus. Quia vero dies ſeptimanae non aequali cum luna tramite procurrit, decrevit apoſtolica traditio, quae per beatum Petrum Romae praedicata, per Marcum evangeliſtam et interpretem ipſius Alexandriae confirmata eſt, ut adveniente primo menſe, adveniente in eo veſpera diei quartaedecimae, expectetur etiam dies dominica a quintadecima uſque ad viceſimam primam diem ejuſdem menſis. In quacunque enim harum inventa fuerit, merito in ea Paſcha celebrabitur; quia nimirum haec ad numerum pertinet illarum ſeptem dierum, quibus azyma celebrari jubetur. Itaque fit ut nunquam Paſcha noſtrum a ſeptimana menſis primi tertia in utramvis partem declinet, ſed vel totam eam, id eſt, omnes ſeptem legalium azymorum dies, vel certe aliquos de illis teneat. Nam etſi ſaltem unum ex eis, hoc eſt, ipſum ſeptimum apprehenderit, quem tam excellenter ſcriptura commendat: "dies autem [i]," inquiens, "ſeptimus erit celebrior et ſanctior, nullumque ſervile opus fiet in eo:" nullus arguere nos poterit, quod non recte dominicum Paſchae diem, quem de evangelio ſuſcepimus, in ipſa, quam lex ſtatuit, tertia primi menſis hebdomada celebremus.

Cujus obſervantiae catholica ratione patefacta, patet e contrario error irrationabilis eorum, qui praefixos in lege terminos, nulla cogente neceſſitate, vel anticipare vel tranſcendere praeſumunt. Namque ſine ratione neceſſitatis alicujus anticipant illi tempus in lege praeſcriptum, qui dominicum Paſchae diem a quartadecima menſis primi uſque ad viceſimam putant lunam eſſe ſervandum. Cum enim a veſpera diei tertiaedecimae vigilias ſanctae noctis celebrare incipiunt,

[d] Exod. xii. 15. [e] ver. 17. [f] Num. xxxiii. 3. [g] Exod. xii. 17. [h] Levit. xxiii. 5. [i] ver. 8.

cipiunt, claret quod illum in exordio ſui Paſchae diem ſtatuunt, cujus nullam omnino mentionem in decreto legis inveniunt. Et cum viceſima prima die menſis Paſcha dominicum celebrare refugiunt, patet profecto quod illam per omnia diem a ſua ſolennitate ſecernunt, quam lex majore prae caeteris feſtivitate memorabilem ſaepenumero commendat. Sicque diem Paſchae ordine perverſo, et aliquando in ſecunda hebdomada totam compleant, et nunquam in hebdomadae tertiae die ſeptimo ponant.

Rurſumque qui a ſextadecima die menſis ſaepe dicti uſque ad viceſimam ſecundam Paſcha celebrandum magis autumant, non minore utique errore (tametſi altero latere) a recto veritatis tramite divertunt, et veluti naufragia Scyllae fugientes, in Charybdis voraginem ſubmergendi decidunt. Nam cum a luna decima ſexta primi menſis oriente, id eſt, a veſpera diei quintaedecimae Paſcha incipiendum doceant, nimirum conſtat quod quartamdecimam diem menſis ejuſdem, quam lex primitus et praecipue commendat, a ſua prorſus ſolennitate ſecludunt; ita ut quintaedecimae, in qua populus Dei ab Aegyptiaca ſervitute redemptus eſt, et in qua Dominus ſuo mundum ſanguine a peccatorum tenebris liberavit, in qua etiam ſepultus ſpem nobis poſt mortem beatae quietis tribuit, vix veſperam tangant. Idemque poenam erroris ſui in ſemetipſos recipientes, cum in viceſima ſecunda die menſis Paſchae diem ſtatuunt dominicum, legitimos utique terminos Paſchae aperta tranſgreſſione violant, utpote qui ab illius diei veſpera Paſcha incipiunt, in qua hoc lex conſummari et perfici debere decrevit. Illam in Paſcha diem aſſignent primam, cujus in lege mentio nulla uſquam reperitur, id eſt, quartae primam ſeptimanae. Qui utrique non ſolum in diffinitione et computo lunaris aetatis, ſed et in menſis primi nonnunquam inventione falluntur. Quae diſputatio major eſt, quam epiſtola hac vel valeat comprehendi, vel debeat.

Tantum hoc dicam, quod per aequinoctium vernale ſemper inerrabiliter poſſet inveniri, qui menſis juxta computum lunae primus anni, qui eſſe debeat ultimus. Aequinoctium autem juxta ſententiam omnium orientalium, et maxime Aegyptiorum, qui prae caeteris doctoribus calculandi palmam tenent, duodecimo kalendarum Aprilium die provenire conſuevit, ut etiam ipſi horologica inſpectione probavimus. Quaecunque ergo luna ante aequinoctium plena eſt, quartadecima videlicet vel quintadecima exiſtens, haec ad praecedentis anni noviſſimum pertinet menſem, ideoque Paſchae celebrando habilis non eſt. Quae vero poſt aequinoctium, vel in ipſo aequinoctio ſuum plenilunium habet, in hac abſque ulla dubietate, quia primi menſis eſt, et antiquos Paſcha celebrare ſolitos, et nos, ubi dominica dies advenerit, celebrare debere, noſcendum eſt. Quod ita fieri oportere illa nimirum ratio cogit, quia in Geneſi ſcriptum eſt, quod Deus "fecit duo magna luminaria; luminare majus ut praeeſſet diei, et luminare minus ut praeeſſet nocti." Vel ſicut alia dicit editio: "luminare majus in inchoationem diei, et luminare minus in inchoationem no[illegible]." Sicut [illegible] a medio procedens orientis, aequinoctium vernale ſuo praefixit exortu, deinde luna, ſole ad veſperam occidente, et ipſa plena a medio ſecuta eſt orientis; ita omnibus annis idem primus lunae menſis eodem neceſſe eſt ordine reſervari, ut non ante aequinoctium, ſed vel ipſo aequinoctii die (ſicut in principio factum eſt) vel eo tranſcenſo plenilunium habere debeat. At ſi uno ſaltem die plenilunium tempus aequinoctii praeceſſerit, non hanc primo menſe anni incipientis, ſed ultimo potius praeteriti, lunam eſſe adſcribendam, et ideo feſtis paſchalibus inhabilem, memorata ratio probat.

Quod ſi myſticam [illegible]tionem audire delectat, primo menſe anni, qui etiam menſis novorum dictus eſt, Paſcha facere jubemur; quia renovato ad amorem caeleſtium ſpiritu mentis noſtrae, ſacramenta dominicae reſurrectionis et ereptionis noſtrae celebrare debemus. Tertia ejuſdem menſis ſeptimana facere praecipimur, quia ante legem et ſub lege promiſſus, tertio tempore ſeculi cum gratia venit ipſe, qui Paſcha noſtrum immolaretur, Chriſtus; quia tertia poſt immolationem ſuae paſſi[illegible] reſurrectionis voluit feſta celebrare; quia nos quoque ita ſolum veraciter ejus ſolennia celebramus, ſi per fidem, ſpem et charitatem Paſcha, id eſt, tranſitum de hoc mundo ad patrem cum illo facere curamus. Poſt aequinoctium veris plenilunium menſis praecipimur obſervare paſchalis, ut videlicet primo ſol longiorem nocte faciat diem, deinde [illegible] mundo praeſentet: quia primo quidem ſol juſtitiae, in cujus pennis eſt ſanitas, id eſt, Do[illegible] cunctas mortis tenebras ſuperavit, ac ſic aſcendens in caelos, miſſo deſuper ſpiritu, eccleſiam ſuam, quae ſaepe lunae vocabulo deſignatur, internae gratiae luce replevit. Quem videlicet ordinem noſtrae ſalutis propheta contemplatus aiebat: [illegible] ſuo." Qui ergo plenitudinem lunae paſchalis ante aequinoctium provenire poſſe contenderit, talis in myſteriorum celebratione maximorum a ſanctarum quidem ſcripturarum doctrina diſcordat, concordat autem eis, qui ſine praeveniente gratia Chriſti ſe ſalvari poſſe confidunt. Qui etſi vera lux tenebras mundi moriendo ac reſurgendo nunquam viciſſet, perfectam ſe habere poſſe juſtitiam dogmatizare praeſumunt. Itaque poſt aequinoctialem ſolis exortum poſt plenilunium primi menſis hunc ex ordine ſubſeque[illegible], id eſt, poſt completum [illegible] menſis quartamdecimam, [illegible] obſervanda accepimus, expectamus adhuc, monente evangelio, in ipſa hebdomada tertia tempus diei dominicae, et ſic demum votiva Paſchae noſtri feſta celebramus. Ut indicemus nos non cum antiquis excuſſum Aegyptiae ſervitutis jugum venerari, ſed redemptionem totius mundi, quae in antiqui Dei populi liberatione praefigurata, in Chriſti autem reſurrectione completa eſt, devota fide ac dilectione colere, ut de reſurre-

ſurrectionis etiam noſtrae, quam eadem die dominica futuram credimus, ſpe nos certiſſima gaudere ſignemus.

Hic autem, quem vobis ſequendum monſtramus, computus Paſchae decennovenali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc eſt, ipſis apoſtolorum temporibus jam ſervari in eccleſia coepit, maxime Romae et Aegypti, ut ſupra jam diximus. Sed per induſtriam Euſebii, qui a beato martyre Pamphilo cognomen habet, diſtinctius in ordinem compoſitus eſt, ut quod eatenus per Alexandriae pontificem ſingulis annis per omnes eccleſias mandari conſueverat, jam deinde congeſta in ordinem ſerie lunae quartaedecimae, facillime poſſet ab omnibus ſciri. Cujus computum paſchalis Theophilus Alexandriae praeſul in centum annorum tempus Theodoſio imperatori compoſuit. Item ſucceſſor ejus Cyrillus ſeriem nonaginta et quinque annorum in quinque decennovenalibus circulis comprehendit. Poſt quem Dionyſius exiguus totidem alios ex ordine pari ſchemate ſubnexuit, qui ad noſtra uſque tempora pertingebant. Quibus termino appropinquantibus tanta hodie calculatorum exuberat copia, ut etiam in noſtris per Britanniam eccleſiis plures ſint, qui mandatis memoriae veteribus illis Aegyptiorum argumentis facillime poſſint in quotlibet ſpatia temporum paſchales protendere circulos, etiamſi ad quingentos uſque et triginta duos voluerint annos. Quibus expletis, omnia quae ad ſolis et lunae, menſis et ſeptimanae conſequentiam ſpectant, eodem quo prius ordine recurrunt. Ideo autem circulos eoſdem temporum inſtantium vobis mittere ſuperſedimus, quia de ratione tantum temporis paſchalis inſtrui quaerentes, ipſos vobis circulos Paſchae catholicos abundare probaſtis.

Verum his de Paſcha ſuccincte, ut petiſtis, ſtrictimque commemoratis, tonſuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluiſtis) hortor, ut eccleſiaſticam et chriſtianae fidei congruam habere curetis. Et quidem ſcimus, quia neque apoſtoli omnes uno eodemque ſunt modo attonſi, neque nunc eccleſia catholica ſicut una fide, ſpe, et charitate in Deum conſentit, ita etiam una atque indiſſimili totum per orbem tonſurae ſibi forma congruit. Denique ut ſuperiora, id eſt, patriarcharum tempora reſpiciamus, Job exemplar patientiae dum ingruente tribulationum articulo caput totondit; probavit utique, quia tempore felicitatis capillos nutrire conſueverat. At Joſeph et ipſe caſtitatis, humilitatis, pietatis, caeterarumque virtutum executor ac doctor eximius, cum eſſet ſervitio abſolvendus, attonſus eſſe legitur: patet profecto, quia tempore ſervitutis intonſis in carcere crinibus manere ſolebat. Ecce uterque vir Dei diverſum ab altero vultus habitum foris praemonſtrabat, quorum tamen intus conſcientia in parili virtutum ſibi gratia concordabat. Verum ſi profiteri nobis liberum eſt, quia tonſurae diſcrimen non noceat, quibus pura in Deum fides et charitas in proximum ſincera eſt, maxime cum nunquam patribus catholicis ſicut de Paſchae vel fidei diverſitate conflictus, ita etiam de tonſurae differentia legatur aliqua fuiſſe controverſia. Inter omnes tamen quas vel in eccleſia, vel in univerſo hominum genere reperimus tonſuras, nullam magis ſequendam nobis amplectendamque jure dixerim ea, quam in capite ſuo geſtabat ille, cui ſe confitenti Dominus ait: " tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam, et portae inferi non praevalebunt adverſus eam; et tibi dabo claves regni caelorum." Nullam magis abominandam, deteſtandamque merito cunctis fidelibus crediderim ea quam habebat ille, cui gratiam Sancti Spiritus comparare volenti dicit idem Petrus: " pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non enim eſt tibi pars neque ſors in ſermone hoc." Neque vero ob id tantum in coronam attondemur, quia Petrus ita attonſus eſt; ſed quia Petrus in memoriam dominicae paſſionis ita attonſus eſt, idcirco et nos, qui per eandem paſſionem ſalvari deſideramus, ipſius paſſionis ſignum cum illo in vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte, geſtamus. Sicut enim omnis eccleſia, quia per mortem ſui vivificatoris eccleſia facta eſt, ſignum ſanctae crucis ejus in fronte portare conſuevit, ut crebro vexilli hujus munimine a malignorum ſpirituum defendatur incurſibus, crebra hujus admonitione doceatur, ſe quoque carnem ſuam cum vitiis et concupiſcentiis crucifigere debere, ita etiam oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiae fraenis aſtringere; formam quoque coronae, quam ipſe in paſſione ſua ſpineam portavit in capite, ut ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, id eſt, exportaret et auferret a nobis, ſuo quemque in capite per tonſuram praeferre. Ut ſe etiam irriſiones et opprobria pro illo libenter ac prompto animo ſufferre ipſo etiam frontiſpicio doceant. Ut coronam vitae aeternae, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſe ſemper expectare, proque hujus perceptione et adverſa ſe mundi et proſpera contemnere deſignent. Caeterum tonſuram eam, quam magum ferunt habuiſſe Simonem, quis rogo fidelium non ſtatim cum ipſa magia primo deteſtetur et merito exſufflet? Quae aſpectu in frontis quidem ſuperficie coronae videtur ſpeciem praeferre, ſed ubi ad cervicem conſiderando perveneris, decurtatam eam, quam te videre putabas, invenies coronam. Ut merito talem ſimoniacis, et non chriſtianis habitum convenire cognoſcas, qui in praeſenti quidem vita a deceptis hominibus putabantur digni perpetuae gloria coronae, ſed in ea quae hanc ſequitur vitam, non ſolum omni ſpe coronae privati, ſed aeterna inſuper ſunt poena damnati. Neque vero me haec ita proſecutum aeſtimes, quaſi eos qui hanc tonſuram habent condemnandos judicem, ſi fide et operibus unitati catholicae faverint, imo confidenter profiteor plurimos ex eis ſanctos ac Deo dignos extitiſſe. Ex quibus eſt Adamnanus abbas et ſacerdos Columbienſium egregius, qui cum legatus ſuae gentis ad Aldfridum regem miſſus, noſtrum quoque monaſterium videre voluiſſet, miramque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem oſtenderet,

[illegible]tenderet, dixi illi inter alia colloquens: obſecro, ſancte frater, qui ad coronam te vitae quae terminum neſciat, tendere credis, quid contrario tuae fidei habitu terminatam in capite coronae imaginem portas? Et ſi beati conſortium Petri quaeris, cur ejus quem ille anathematizavit tonſurae imaginem imitaris, et non potius ejus, cum quo in aeternum beatus vivere cupis, etiam nunc habitum te, quantum potes, diligere monſtras? Reſpondit ille: ſcias pro certo, frater mi dilecte, quia et ſi Simonis tonſuram ex conſuetudine patriae habeam, ſimoniacam tamen perfidiam tota mente deteſtor ac reſpuo; beatiſſimi autem apoſtolorum principis, quantum mea parvitas ſufficit, veſtigia ſequi deſidero. At ego: credo, inquam, vere quod ita ſit, ſed tamen indicio ſit, quod ea quae apoſtoli Petri ſunt, in abdito cordis amplectimini, ſi quae ejus eſſe noſtis etiam in facie tenetis. Namque prudentiam tuam facillime dijudicare reor, quod aptius multo ſit ejus, quem toto corde abominaris, cujuſque horrendam faciem videre refugis, habitum vultus a tuo vultu Deo jam dicato ſeparare; et e contra ejus, quem apud Deum habere patronum quaeris, ſicut [illegible] mente cupis [illegible] etiam morem habitus te imitari [illegible]. [illegible] Adamnano dixi, qui quidem quantum conſpectis eccleſiarum noſtrarum ſtatutis profeciſſet, probavit, cum reverſus ad Scotiam multas poſtea gentis ejuſdem turbas ad catholicam temporis paſchalis obſervantiam ſua praedicatione correxit. Tametſi [illegible] qui in Hii [illegible] monachos, quibuſque ſpeciali rectoris jure praeerat, nec dum ad viam ſtatuti melioris reducere valebat. Tonſuram [illegible] auctoritatis ſubeſſet, emendare meminiſſet.

Sed et tuam nunc prudentiam rex admoneo, ut ea quae unitati catholicae et apoſtolicae eccleſiae concinunt, una cum gente, cui te Rex regum et Dominus dominorum praefecit, in omnibus ſervare contendas. Sic enim fit, ut poſt acceptam temporalis regni potentiam ipſe beatiſſimus apoſtolorum princeps caeleſtis quoque regni tibi tuiſque cum caeteris electis libens pandat introitum. Gratia te regis aeterni longiori tempore regnantem ad noſtram omnium pacem cuſtodiat incolumem, dilectiſſime in Chriſto fili.

Papae Rom.	[illegible]	[illegible]	[illegible]
CONSTANTIN. 7.	[illegible] 22.	[illegible]	[illegible]

Decretum Naitani regis Pictorum pro catholico Paſchate et R[illegible]. [illegible] Bed. hiſt. eccl. lib. v. cap. 21.

HAEC epiſtola cum praeſente rege Naitano multiſque viris doctioribus eſſet lecta, ac diligenter ab his, qui intelligere poterant, in linguam ejus propriam interpretata, multum de ejus exhortatione gaviſus eſſe perhibetur, ita ut ſurgens de medio optimatum ſuorum conſeſſu genua flecteret in terram, Deo gratias agens, quod tale munuſculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidem et antea novi, inquit, quia haec erat vera Paſchae celebratio, ſed in tantummodo rationem hujus temporis obſervandum cognoſco, ut parum mihi omnino videar de his antea intellexiſſe. Unde palam profiteor, vobiſque qui aſſidetis praeſentibus proteſtor, quia hoc obſervare tempus Paſchae cum univerſa mea gente perpetuo volo, et hanc accipere debere tonſuram, quam plenam eſſe rationis audivimus, omnes qui in meo regno ſunt, clericos decerno. Nec mora, quae dixerat regia auctoritate perfecit. Statim namque juſſu publico mittebantur ad tranſcribendum, diſcendum, obſervandum, per univerſas Pictorum provincias circuli Paſchae decennovenales, obliteratis per omnia erroneis octoginta et quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam miniſtri altaris ac monachi. Et quaſi novo ſe diſcipulatui beatiſſimi apoſtolorum principis Petri ſubditam, ejuſque tutandam patrocinio gens correcta gaudebat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	Reg. Sax.	[illegible]
GREGOR. II. 10.	B[illegible] 22	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Charta Inae regis occidentalium Saxonum Glaſten[illegible] praedia, immunitates, et exemptiones ab epiſcop[illegible]. [illegible] de antiquitate Glaſton. eccleſ. p. 32. et ſeq. edit. Tho. Gale.

ADJUVA nos, Deus ſalutaris noſter. Quaecunque ſecundum decreta canonum, atque eccleſiaſtica inſtituta ſalubri conſilio definiuntur, quanquam ſermo tantum abſque textu ſufficeret; tamen quoniam plerumque noſtris temporibus tempeſtates et turbines ſecularium rerum etiam portas eccleſiae pulſant, idcirco operae pretium cenſuimus ob cautelam futurorum ea quae definita ſunt, paginis ſcripturarum annectere, ne in poſterum oblivioni tradita ignorent.

* Cum ſub an. Dom. 709 nonnulla retuliſſet B[illegible] Naitanus rex," etc. Incerte: [illegible] annum 710 Huntingd. hiſt. lib. 4 ait: "Ina 26 anno regni ſui [illegible] Ceolred regem [illegible] ſequente idem rex Merciae Ceolred mundo exiit, etc. Eo tempore Naitan rex Pictorum [illegible] literis inſtructorum a Ceolfrido abbate directis," etc. [illegible] Savilium annum 26 Inae regis, [illegible] ſequentem regni ejus annum, ad an. Dom. 714. Ceolfridi regis exitum ad an. Dom. 715 vel 716 [illegible] Ego dubius circa annum Domini 714. colloco. Haec Spelm[illegible]

Qua-

Quapropter ego Ina regali fretus dignitate, a Domino, cum concilio Edelburgae reginae, et licentia Beorthwaldi Dorobernenſis eccleſiae pontificis, et omnium ſuffraganeorum ſuorum, nec non etiam hortatu Baldredi et Athelardi ſubregulorum eccleſiae vetuſtae, quae eſt in loco, qui dicitur "Glaſtein," quam magnus ſacerdos ac pontifex ſummus angelorum obſequio, ſibi ac perpetuae virgini Mariae, et beato David, multis et inauditis miraculis olim ſe ſanctificaſſe innotuit: ex his quae paterna haereditate poſſideo, et in dominium peculiare teneo, locis continuis et congruentibus concedo, ad ſupplementum vitae regularis, et ad uſum monachorum, Brente decem hidas, Sowi duodecim hidas, Pilton viginti hidas, Dulting decem hidas, Bledeni unam hidam, cum his omnibus, quae anteceſſores mei eidem eccleſiae contulerunt; Kenewalchius qui ſancto Theodoro archiepiſcopo interveniente, Ferlingmere, Beokeri, Godeni, Martineſeie, Edredeſeie. Kenwinus rex qui Glaſtingeiae matrem ſanctorum vocare ſolitus fuerat, et eam ab omni ſeculari et eccleſiaſtico obſequio immunem ſtatuit, et hanc privilegii dignitatem conceſſit, ut habeant fratres ejuſdem loci poteſtatem eligendi et conſtituendi ſibi rectorem, juxta regulam ſancti Benedicti. Hedde epiſcopus qui Cedwalle annuente et propria manu, licet paganus, confirmante Lantokay Baltrec qui Pennard ſex hidas, Athelard qui Preld ſexaginta hidas, me annuente et confirmante, dederunt. Quorum ego devotioni et benignae petitioni aſſentio, et contra malignantium hominum, et oblatrantium canum inſidias, regalium munimine literarum invigilo, quatenus eccleſia Domini noſtri Jeſu Chriſti et perpetuae virginis Mariae, ſicut in regno Britanniae eſt prima et fons, et origo totius religionis, ita et ipſa ſupereminentem privilegii obtineat dignitatem, nec ulli omnino hominum ancillare obſequium faciat in terris, quae ſuper choros Angelorum dominatur in caelis.

Igitur ſummo pontifice Gregorio annuente, et ut matrem Domini ſui in ſinum et protectionem ſanctae Romanae eccleſiae me, licet indignum, cum ipſa ſuſcipiente; conſentientibus etiam omnibus Britanniae regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, ducibus atque abbatibus, ſtatuo ego atque confirmo, quatenus omnes terrae, et loca, poſſeſſiones beatae Mariae Glaſteiae, ſint quieta et ab omnibus regiis exactionibus et operibus, quae indici ſolent, videlicet expeditione et pontis arciſve conſtructione, et ab omnium archiepiſcoporum et epiſcoporum promulgationibus et perturbationibus, ſicut in antiquis ejuſdem eccleſiae chartis ratum eſſe invenitur, et a praedeceſſoribus meis Kenewalchio, Kenwino, Cedwalla, Baldredo confirmatum eſſe dignoſcitur, inconcuſſa, et illibata permaneant: et quaecunque emerſerint cauſae in homicidiis, ſacrilegiis, veneficiis, furtis, rapinis, in diſpoſitione eccleſiarum, et deſcriptione et ordinatione clericorum, in conventiculis ſynodalibus, et in omnibus judiciariis examinationibus, abſque ullius hominis praejudicio, abbatis et conventus diſpoſitione diffiniantur. Sed et omnibus regni mei regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, ducibus et principibus, ſuper honorem ſuum et amorem meum praecipio, et omnibus tam meis, quam eorum miniſtris ſuper ſalutem corporis ſui praecipio, ne ullus eorum in inſulam Domini noſtri Jeſu Chriſti, et perpetuae virginis Mariae Glaſteiae, nec ejuſdem eccleſiae poſſeſſiones cauſa placitandi, perſcrutandi, rapiendi, praecipiendi, interdicendi, vel aliquid faciendi, quod ibidem Deo famulantibus poſſit eſſe in ſcandalum, audeat intrare.

Illud autem omnipotentis Dei et perpetuae virginis Mariae, et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, et omnium interceſſione ſanctorum interdictione interdico, ne in ipſam Glaſtoniae eccleſiam, nec in eccleſiis ſibi ſubditis, viz. Sowy, Brent, Merlinge, Schapwike, Stretae, Shudecaleth, Pilton, nec in earum capellis; ſed nec in inſulis, aliqua interveniente occaſione, epiſcopus cathedram ſibi epiſcopalem ſtatuere, nec miſſas ſolennes celebrare, nec altaria conſecrare, nec eccleſias dedicare, nec ordines facere, nec aliquid omnino diſponere praeſumat, niſi ab abbate vel a fratribus invitatus fuerit. Quod ſi ad haec invitatus fuerit, nihil de rebus eccleſiae, ſed nec de ipſis oblationibus ipſe ſibi aliquid uſurpet.

Duobus in locis ex ipſius eccleſiae poſſeſſionibus duas ei delegamus manſiones, unam in Pohelt, alteram in villa quae Piltona dicitur, ut habeat ubi adveniens hoſpitetur, vel inde veniens ſeſe recipiat; neque enim eum ibi niſi importunitate temporis, aut moleſtia corporis detentus fuerit, aut ab abbate vel a fratribus rogatus fuerit, nec amplius quam cum tribus, aut quatuor clericis pernoctare licet.

Hoc etiam provideat idem epiſcopus, ut ſingulis annis cum clericis ſuis qui Fontanetum ſunt, ipſam matrem ſuam Glaſtonienſem viz. eccleſiam, feria ſecunda poſt aſcenſionem Domini cum letania recognoſcat; quod ſi ſuperbia inflatus eam diſtulerit, et quae ſuperius dicta et confirmata ſunt praevaricaverit, manſiones ſibi ſuperius delegatas amittat.

Abbas vel monachi a quocunque voluerint epiſcopo, qui Paſcha canonicum celebret, eccleſiaſtica ſacramenta in Glaſtonienſi eccleſia, aut in eccleſiis ſibi ſubjectis, aut in earum capellis percipiant. Quiſquis autem hujus meae munificentiae et liberalitatis teſtamentum quovis deinceps tempore, aliqua occaſione cujuſlibet dignitatis vel profeſſionis, vel gradus, pervertere, vel in irritum deducere tentaverit, ſciat ſe cum Juda proditore aeterna confuſione, edacibus ineffabilium tormentorum periturum flammis.

Scripta eſt autem hujus donationis et privilegii pagina anno dominicae incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo quinto, indictione quarta, ſub praeſentia Inae regis, et Beorthwaldi Dorobernenſis pontificis, venerandorumque antiſtitum Danielis, atque Fordredis, et aliorum quorum nomina inferius annotantur.

Ego Ina rex propriae manus ſubſcriptione hanc donationem, et libertatem ſub ſigillo ſanctae crucis ratam fieri decerno ✠. Ego Edelburga regina conſenſi. Ego Baldredus rex confirmavi.

firmavi. Ego Adelard frater reginae conſenſi. Ego Beorthwaldus, Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopus, Inae regis donationem et libertatem ſub ſigillo ſanctae crucis corroboravi ✠. Ego Daniel plebis Dei inſpector adquievi. Ego Fordredus epiſcopus ſignum crucis impreſſi. Waldhere praefectus, Bruta praefectus, Ethelhearde Vinmingae praefectus, Winchelni comes, cum praeſentia populationis conſenſerunt et firmaverunt.

Dehinc (inquit Malmeſburienſis) praedictus rex Ina literas legali ſignaculo ſignatas ſummo pontifici direxit, in quibus omnia praedicta continebantur ſimul cum quodam cipho aureo, ac aliis donis regalibus, ſupplicans ut Glaſtonienſem eccleſiam cum pertinentiis et libertatibus ſuis in protectionem ſanctae Romanae eccleſiae ſuſciperet, et ipſam auctoritate apoſtolica in perpetuum confirmaret. Eodem etiam anno idem rex Romam perſonaliter adiit; et privilegium apoſtolico ſignaculo corroboratum, in redeundo Glaſtoniam apportavit.*

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	[illegible]
GREGOR. II. 15.	BIRTHWALD. 38.	[illegible]	ETHELRED. II. 4.	LEO. III. 15.

Gregorii papae II. *epiſtola epiſcopis Angliae de Tatwino archiepiſcopo Doroverniae.*
Ex MS. Cott. Fauſt. B. 6. fol. 97. a. b.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, epiſcopis Angliae ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dei omnipotentis immenſae pietatis magnitudinem collaudamus, qui ſuae majeſtatis gloriam ſic dilatare dignatus eſt, ut in omnem terram exierit jam ſonus praedicatorum ſuorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Cujus ineffabili pietatis gratia ſicut noſcimur procreati, ita quoque ſumus adoptati, ſanctae regenerationis portantes myſterium in ſpem gloriae filiorum Dei, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Reverentiae itaque veſtrae fratris chariſſimi dicato collaetantes collegio hortamur, ut in fide ſtabiles, et in opere efficaces inveniamini, honore invicem praevenientes, et alter alterius onera portantes, quia ſic adimplebitis legem Chriſti; charitatem continuam habentes in dilectione Dei et proximi, ſine qua impoſſibile eſt Deo placere. Fratris noſtri Tatwini, qui beatae memoriae Auguſtini praedicatoris veſtri cathedrae pontificatus ſubrogatus eſt, adventus nos admodum laetificavit, quia virum religionis et magnae probitatis ſub ipſo tempore, quo apud nos ſtetit, eum cognovimus. Proinde ejus auditis petitionibus anteceſſorum ejus jura dignitatis perquiri in ſacro ſcrinio fecimus, et invenientes eum juſta poſtulaviſſe, ſacrum pallium cum venerabili Dalmaticae uſu ei apoſtolica auctoritate tradidimus, annuentes quoque jura dignitatis omnia, quae praedeceſſores ſui a tempore beatae memoriae Auguſtini cognoſcuntur habuiſſe. Sicut ergo ſancti patris noſtri Gregorii Romani pontificis decretum praefato Auguſtino, ſincello ſuo, praedicatori veſtro, omnes epiſcopos Angliae ſubjecit; ſic nos, Deo auctore et beato Petro apoſtolorum principe, licet indigni ejus vicem gerentes, tibi, Tatwine Doroverniae civitatis archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus legitimis omnes eccleſias Britanniae, earumque rectores ſubjicimus; apoſtolica auctoritate praecipientes, ut omnis homo totius Angliae [illegible] bus obediat, et [illegible] primatem totius inſulae [illegible] omnia in regione illa [illegible]. Tuam autem eccleſiam Doroverniae conſtitutam ut propriam et primam ſobolem regionis veſtrae in Chriſto ſpecialiter ſub tuitione manus noſtrae tenemus, quam volumus in pacis tranquillitate et religione vigere, ejuſque jura et dignitatis privilegia in perpetuum immutilata ſervari; quia prima et mater eſt aliarum omnium, primitus in veſtra regione conſtituta in honore ſancti ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. Scriptum eſt enim: non eſt ſanctus ut eſt Dominus, et ubi caput eſt vegetum, reliqua membra validius vegetantur. Vos itaque fratres, haec apoſtolicae auctoritatis mandata cum alacritate et ſubjectionis reverentia audite, et ſuſcipite, et cum praefato fratre noſtro archiepiſcopo veſtro in meſſe Dei laborate, ſcientes vos inde mercedem bonam habituros. Si autem quis haec perturbare voluerit, et noſtrae diffinitionis ſtatuta divellere contenderit ac violare, ſciat ſe contra ipſum mundi ſalvatorem et beati Petri auctoritatem niti, et ideo, niſi reſipuerit, aeternae damnationis ſententiam incurrere. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi fratres.

* Non conveniunt in hac charta (ut in [illegible] crebe[illegible] accidit) annus Domini, et [illegible]. Saſcrivit autem jam e pulvere Ina rex nobile hoc Glaſtoniae monaſterium, quod [illegible] vetuſtate tertio pri[illegible] inſtauratum [illegible] ſplendidiuſque non ſolum privilegiis communivit, ſed et [illegible] monaſterium reddidit. Capellam [illegible] credibile eſt, aureis et argenteis obductam [illegible] conſtituiſſe [illegible], [illegible] metallorum 2640 pondo [illegible] contuliſſe. Altari inſuper 246 pondo auri. Calicem cum patina 10 auri pondo dependentem. Thuribulum 8 pondo auri, et praeterea aurei numiſmatis 8 (quas vocant) mancas. Duo Candelabra 12 pondo et dimid. argenti. Cooperculum ad evangeliorum codicem, 20 pondo et 60 mancas auri. P[illegible] pondo. Vas ad aquam benedictam 20 pondo argenti. Imagines ſalvatoris noſtri, beatae virginis, et xii. apoſtolorum, 175 pondo argenti, et 28. pondo auri. Pallium etiam ad altare, et pro monachis ornamenta auro et lapidibus pretioſis exquiſite compoſita: theſaurum hunc ingentem largitus eſt rex Ina Glaſtenburiae monaſterio. Haec SPELM.

Papae Rom. GREGOR. III. 4.	Sede Cantuar. vacante.	Anno Chriſti 734.	Reg. Saxon. ETHELBERT. II. 8.	Imperat. LEO. III. 19.

Incipit ſuccinctus dialogus eccleſiaſticae inſtitutionis a domno Ecgberto archiepiſcopo Eburacae civitatis compoſitus †. Ex MS. Cott. Vitel. A. xii. i.

PRIMA fronte praeſentis paginae tuam venerabilem petimus ſanctitatem, ut ea, quae ſacrorum apicum atteſtatione, ad pontificalem providentiam a nobis directa ſunt, grato animo cum charitate ſuſcipias, charitas enim aedificat, et ſi qua in eis acceptione videntur digna, fraternitatis tuae chirographo firmentur; ſi qua vero minus apte prolata noſcuntur, tu quaſi ſubtiliſſimus interpres utiliora interſerere non dedigneris: et poſt informationem eorum, quae ad te miſſa ſunt verborum, beatitudinis tuae conſilia nobis literarum characteribus inſinuare cupimus, quatenus viciſſim membranis diſcurrentibus unum atque id ipſum ſentiamus vinculis charitatis innexi. Ut autem fraternitas tua certius de ſupradictis judicare poſſit, proponimus utraque ſimul, conſulta videlicet et reſponſa.

Interrogatio.

Si neceſſitas coegerit, in quantum valet juramentum epiſcopi, preſbyteri, vel diaconi, ſive monachi?

Reſponſio.

Ordines ſupradicti ſecundum gradus promotionis habeant poteſtatem proteſtandi. Preſbyter ſecundum numerum cxx. tributariorum; diaconus vero juxta numerum lx. manentium; monachus vero ſecundum numerum xxx. tributariorum: ſed hoc in criminali cauſa. Caeterum ſi de terminis agrorum oritur altercatio, preſbytero liceat juramenti ſui adteſtatione terram videlicet unius tributarii in jus transferre eccleſiae. Duobus quoque diaconis id ipſum conceditur. Teſtificatio vero trium monachorum in id ipſum ſufficiat.

Interrogatio.

Preſbyter, diaconus, ſi poſſunt teſtes fieri verborum noviſſimorum, quae a morientibus fiunt de rebus ſuis?

Reſponſio.

Adſumat etiam ſecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum; ne forte ſub praetextu avaritiae propinqui defunctorum his contradicant, quae ab eccleſiaſticis dicuntur, ſolo preſbytero vel diacono perhibente teſtimonium.

Interrogatio.

Preſbyter, diaconus, ſive monachus, ſi in nefandis accuſantur facinoribus, nullo exiſtente evidenti argumento; qua ratione, ſi inculpabiles ſunt, poſſunt expiari?

Reſponſio.

Dum conſtat fidele teſtimonium eſſe in ore duorum vel trium teſtium; nos ne forte videamur anguſto judicio eum, qui ſine peccato eſt, opprimere, et facta teſtium difficultate obruatur innocentia, liceat accuſato ſub regula conſtituto cuilibet ex his tribus gradibus, preſbyteri ſcilicet, diaconi, vel monachi, teſtes producere ad purificandum ſe. Sat enim ſatis eſt, exinde duos vel tres, quos poterit ſecum educere ad defenſionem ſui. Cui vero deſunt excuſatores, vel propter terrorem accuſantium, ipſe ſolus ſibi ſufficiat in defenſione innocentiae ſuae, quem nec viſus teſtium nec filii procreati produnt culpabilem. Inhoneſtum eſt enim ut aut per negligentiam ſacerdotum iniquitas cumuletur, aut per inopiam virium opprimatur puritas. Pro

† Quid de Ecgberto ejuſque dialogo eccleſiaſticarum inſtitutionum ſtatuendum ſit, verbis clar. Johnſonii in praefat. ad eundem vol. i. collect. eccleſ. leg. exponam. "In the year 734. Ecgbriht was conſecrated to the ſee of York, and procured the pall, though not without conſiderable difficulty, and exerciſed the authority of a metropolitan for above thirty years together. His brother "Eadbyrht" reigned king of Northumberland during a conſiderable part of this time. Yet there is reaſon to believe, that his ſuperiority in knowledge gave him a greater reputation, than the eminency of his birth. "Bede" indeed, though but a monk and prieſt, very much exceeded him in this reſpect, but he died ſoon after Ecgbriht's acceſſion to the ſee of York, though he lived long enough to write him a letter of advice, upon his advancement to the metropolitical chair; and then there was none, probably, in England, that equall'd him in learning. And indeed all orders of men were ſcandalouſly illiterate, which made Ecgbriht ſeem a prodigy. "Alcuin," one of the greateſt men in the next age, calls him his maſter, and deſires Charles the great, then emperor, to ſend young men to York, to tranſcribe the MSS. left there by him.

It cannot with any certainty be ſaid, what was the occaſion of his writing and publiſhing the following dialogue. What ſeems moſt probable, is, that ſome one or more biſhops had drawn up the queſtions, with a deſign to propoſe them to a provincial ſynod, or rather to a national one, as one would think by the laſt queſtion. Theſe were put into Ecgbriht's hands, to the end that he might procure a publick, authoritative anſwer to them, in a council aſſembled for this purpoſe. But he either not being able to obtain a council, or thinking it to little purpoſe to ask the advice of other biſhops in points, which they ſo little underſtood, reſolves to anſwer them himſelf, and return'd the anſwers, with the queſtions prefix'd, to the hands from which he had receiv'd the enquiries: and this he did, probably, before he had obtained his pall from Rome; for he does not ſpeak with the authority of a primate, for which reaſon I place them in the firſt year of his conſecration. If theſe queſtions had actually been laid before a ſynod, there is little reaſon to doubt, but the anſwers would have been much the ſame with thoſe of Ecgbriht. For one or two ſuch extraordinary perſons carried all as they pleaſed in the eccleſiaſtical aſſemblies of this age. Therefore I look on this dialogue and his excerptions, to be of little leſs authority, than if they had received a ſynodical ſanction. However the anſwers will give us conſiderable light into the notions and practices of a very dark age. And we have no reaſon to doubt, but that they are genuine; though they ſuffered much through the injuries of time and tranſcribers."

idcirco ſancimus eum, cui crimen impingitur, ut ponat ſuper caput ſuum crucem Domini, et teſtetur per viventem in ſecula, cujus patibulum eſt crux, ſeſe immunem eſſe a peccato hujuſmodi. Et ſic omnia dimittenda ſunt judicio Dei.

Interrogatio.

Preſbyter vel diaconus, ſi examinati corrupti inveniuntur, qua vigilantia paſtorum praecavendum eſt, ne ab officio quidem remoti in alia dioeceſi praetemptent miniſtrare, ac per hoc nonnulli ſcandalizentur?

Reſponſio.

Preſbyter vel diaconus, ſi clareſcentibus culpis a proprio epiſcopo ejectus * in eccleſia alia miniſtrare pertemptaverit; mox ut cognitum fuerit, ab epiſcopo, cujus eſt dioeceſis, expellatur. Et ſic per omnes ſedes eccleſiarum nunquam ſtabilis, ſemper vagus et profugus verſetur, donec longa affictione humiliatus redeat ad ſuſtinenda jura eccleſiaſtica.

Interrogatio.

Quid habemus de ſacris miniſteriis, quae ante damnationem preſbyter corruptus peregit, vel quae poſtea damnatus inconſulte uſurpavit?

Reſponſio.

Miniſteria vero, quae uſurpato nomine ſacerdotis non dicatus ignorante populo peregit, minime credimus abjicienda. Is enim male bona miniſtrando ipſe ſibi reus, aliis non nocuit. Scienti autem cauſas minime deterſas, et qui tamen particeps factus eſt damnati, quomodo tribuitur ei perfectio, quae in dante non erat, quam ipſe accipere poteſt damnationem, utique qui per quod habuit per prava officia dedit, ut ejus particeps ſimilem ſortiatur excommunicationis ſententiam. Sed hoc de baptiſmo accipi fas non eſt, quod iterari non debeat. Reliqua vero miniſteria per indignum data, minus firma videntur.

Interrogatio.

Preſbyter, diaconus, ſine nutu prioris ſui tranſiliens in alia ſi liceat dioeceſi miniſtrare?

Reſponſio.

Deſertorem vero propriae eccleſiae interdictum habemus in alia miniſtrare; miniſtrantem vero taliter a ſuo ſubmoveri officio, donec reconcilietur eccleſiae ſuae.

Interrogatio.

Si quis cujuſcunque dignitatis transfugam clericum vel monachum auſu improbo ſub ſe habere praeſumpſerit; quid de his, chariſſimi, decernitis?

Reſponſio.

Quiſquis vero fratrum contra interdicta venerabilium canonum transfugam clericum vel monachum ſine lit[illegible] ventus in hac obſtinatione perduraverit, reddat quod ſtatutum eſt, xxx. quidem ſiclos, xv. vero epiſcopo loci, xii. abbati, cujus monachum ſine nutu prioris ſui ſuſceperat, et fugitivum dimittat, aut amplius excommunicatus periclitetur. Quicunque vero ex laicis qui monaſteriis praeeſſe noſcuntur, taliter aliquem ad ſe minime pertinentem ſuſceperit, reddat debitum ſtatutum, regi quidem x. ſiclos, x. vero epiſcopo loci, x. vero abbati, cujus domeſticum ſine conſenſu eccleſiae ſuſceperat, et deſertorem relinquat, aut tantam adhuc reddat pecuniam, quantam et ante dediſſe cognoſcitur. Jam poſtea excommunicetur uſque ad ſatisfactionem, quatenus obſtinati quique qui Deum minime timentes cenſuram excommunicationis omnino ſpernunt, ſaltem amiſſione rerum ſuarum ex parte damnati minime praeſumant ſtatutis contraria. Haec autem definitio maneat erga monaſteria virginum, quae ſub regula eſſe probantur.

Interrogatio.

Si quis monachorum ſacrilega ſe contagione miſcuerit, vindicta ſiquidem ſceleris ſi pertinet ad laicos, qui ſunt eorum propinqui, nunc perquirendum?

Reſponſio.

De his qui intra eccleſiam in gravibus vel in levibus commiſſis delinquunt, nihil vindictae pertinet ad eos, qui foris ſunt; maxime cum apoſtolus dicat, omnes cauſas eccleſiae debere apud ſacerdotes dijudicari. Si qui vero eccleſiaſtici crimen aliquod inter laicos perpetraverint, homicidium, vel fornicationem, vel furtum agentes, hos placuit a ſecularibus, in quos peccaverunt, omnimodo occupari; niſi animo fuerit eccleſiae pro talibus ſatisfacere. Laici vero qui ſacrilega ſe contagione miſcuerint velatis, non eodem modo quo lex publica fornicarios puniri percenſuit, ſed duplicata xxx. ſiclorum pecunia, hoc eſt, lx. argenteos volumus dare eccleſiae adulterat[illegible] viores et acriores quaerunt curas.

Interrogatio.

Si permittendum eſt preſbyteris ſive peregrinis, ſive noſtri generis, paſſim miniſtrare abſque conſcientia epiſcopi loci, in cujus dioeceſi interim demorantur, maxime ſub laicis, nuſquam ſtabiles, nec loco nec auctoritate pontificali primitus fundati?

Reſponſio.

Preſbyteros peregrinos, vel abſolute ordinatos ſine literis commendatitiis circumeuntes provincias, nuſquam eos miniſtrare patimur, vel ſacramenta tradere abſque conſcientia epiſcopi loci. Quae vero neceſſaria ſunt, placuit eos adminiſtrari. Ad miniſteria tamen ſacrorum tales nolumus admitti ſine grandi diſcretione.

Interrogatio.

Si quis frater vel ſoror aliqua ad ſe pertinentia.

* MS. lege *electus*

tia, ut aeſtimat, non ita repetit, ut judicantibus eccleſiarum praeſulibus ei pacifice reſtituantur, ſed contempto proprio epiſcopo irrationabiliter rerum properat obtinere ea, quae ſibi juſte vel injuſte vindicat. Quid ad haec dicitis?

Reſponſio.

Quicunque frater vel ſoror rem aliquam ad ſe, ut aeſtimat, pertinentem non ita repetit, ut judicantibus eccleſiarum ſacerdotibus; ſed per exteras poteſtates vim faciens obtineat, etiam hoc quod violentus evicit, omnino perdat, aut ab eccleſia expellatur. Nec tamen eccleſiae ſuae praejudicium imponimus, ſed poſt obitum anathematizati integris omnibus in ſtatu ſuo manentibus, partibuſque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat, diligenter requiratur. Et ſic dimittendum eſt judicio epiſcoporum.

Interrogatio.

Quid ad haec dicitis? quoniam quidem nonnulli propria habentes monaſteria, ita ea inconſulte diſponunt, ut poſt obitum illorum, duo ſimul utriuſque ſexus unum poſſideant monaſterium, aut aequali ſorte dividant, ſi intereſſe non convenerint?

Reſponſio.

Venerabilis congregatio unum ex duobus eligat, quem ſibi praeeſſe deſiderat; et hic cum conſilio epiſcopi loci conſtituatur abbas. Eo vero defuncto qui praelatus eſt, iſte ſecundus qui connumeratus eſt initio haeres, accipiat regimen totius monaſterii, quod ante non ex toto ſed ex parte ſibi conceſſum gaudebat: ſi tamen dignus inveniatur ſuo epiſcopo judicante. Quod ſi aliter factum fuerit, hujuſmodi votum inefficax atque irritum judicetur; ſitque faciens, vel conſentiens accipienſque anathema.

Interrogatio.

Quod ſi quis ex laicis clericum vel monachum occiderit, utrum pretium ſanguinis ſecundum legem natalium parentum propinquis ejus reddendum ſit, an ampliori pecunia ſenioribus ſuis ſatisfaciendum ſit, veſtra unanimitas ſanciat?

Reſponſio.

Quicunque vero ex laicis occiderit epiſcopum, preſbyterum, vel diaconum, aut monachum, agat poenitentiam ſecundum gradus poenitentiae conſtitutos, et reddat pretium eccleſiae ſuae pro epiſcopo ſecundum univerſalis concilii, pro preſbytero octingentos ſiclos, pro diacono ſexingentos, pro monacho vero quadringentos argenteos; niſi aut dignitas natalium vel nobilitas generis majus repoſcat pretium. Non enim juſtum eſt, ut ſervitium ſanctae profeſſionis in meliori gradu perdat, quod exterior vita ſub laico habitu habuiſſe jure parentum dignoſcitur. Cui vero non eſt ſubſtantia, ut redimat ſe a perpetrato homicidio, regi dimittendus eſt ad puniendum, ne interfectores ſervorum Dei ſe putent impune poſſe peccare. Haec vero vindicta, quam de homicidiis preſbyterorum percenſuimus, maneat erga abbates, qui ſunt ſine ordine, niſi aliquem ex his ſynodale collegium altiori conſilio aut ſuperiorem aut inferiorem judicaverit.

Interrogatio.

Quod ſi ex convenientia amborum legitimum diſſolvitur conjugium propter infirmitatem viri vel uxoris; ſi liceat ſano incontinenti ſecundum inire connubium, infirmo conſenſum praebente, et promittente ſeſe continentiam in perpetuo ſervaturum, veſtra ſanctitas quid de hoc judicat?

Reſponſio.

Nemo contra evangelium, nemo contra apoſtolum ſine vindicta facit, idcirco conſenſum minime praebemus adulteris; onera tamen quae ſine periculo ortari non poſſunt, nemini imponimus, ea vero, quae Dei ſunt mandata, confidenter indicimus. Quem autem infirmitas implendi praepedit, uno profecto multum reſervamus judicio Dei. Igitur ne forte videamur ſilentio fovere adulteros, aut diabolus qui decipit adulteros de adulteris exultet, ulterius* audi "quod Deus conjunxit, homo non ſeparet." Et item "qui poteſt capere, capiat." Saepe namque temporum permutatione, neceſſitas legem frangit. Quid enim fecit David, quando eſuriit? Et tamen ſine peccato eſt. Ergo in ambiguis non eſt ferenda ſententia. Sed conſilia neceſſe eſt periclitari pro ſalute aliorum, hac conditione interpoſita, ut ei qui ſe continentiae devovit, nullo modo concedatur ſecundas inire nuptias, vivente priore.

Interrogatio.

Quid ad haec dicimus? ſi quis de laicis clericum vel monachum obnoxium eſſe pronunciat, pro cauſis aliquibus, jam pridem ſub laico habitu perpetratis, ſed necdum finitis; ſive quia minime praevaluit, ſive quod ante diſſimulando tacuit uſque nunc, et modo eccleſiae moleſtus et importunus inſiſtit?

Reſponſio.

Quiſquis vero ſecularis ſervitium ſanctae profeſſionis ſubire deſiderat; ſi interrogatus reſpondeat, conditionis ſervilis ſeſe non eſſe obnoxium, nec homicidium palam perpetraſſe inemendatum, neque res alieni juris modo ſub ſe habere dicat; iſte profecto nemini quicquam debeat, niſi Deo, cujus eſt ſervus, propter offenſam peccati. Quod ſi fefellit eccleſiam Dei, et crimen ſuum doloſe celaverit, placuit eccleſiam habere poteſtatem dimittendi eum, vel ſatisfacere pro eo, ſi voluerit. Eos vero, qui tales inveniuntur, ab eccleſiae limine per vim volumus abſtrahi, neque a die conventionis tempus eccleſiae concedi reos deinceps ad occultandos, ſed ut Deo agatur reverentia, abſque ulla laeſione veriuſque relinquendi ſunt; quod eccleſia domus propitiationis eſt, non ſpelunca latronum. Lege dedicationem templi Salomonis·

* MS. *ultoribus.*

nis. Res vero ſi quas eccleſiae obtulerat, eas ſacerdos reddat, ut habeat unde ſe redimat.

Interrogatio.

Pro quibus criminibus nullus ſacerdos poteſt fieri, vel pro quibus jampridem ordinatus deponitur?

Reſponſio.

Hujuſmodi tunc ordinatio epiſcopi preſbyteri vel diaconi rata eſſe dicetur, ſi nullo gravi facinore probatur infectus. Si ſecundam non habuit uxorem, nec a marito relictam. Si poenitentiam publicam non geſſit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet. Si ſervilis aut ex origine non eſt conditionis obnoxius. Si curiae probatur nexibus abſolutus. Si adſecutus eſt literas. Hunc elegimus ad ſacerdotium promoveri. Pro his vero criminibus nullum licet ordinari, ſed promotos quoſque dicimus deponendos. Idola ſcilicet adorantes. Per aruſpices et divinos atque incantatores captivos ſe diabolo tradentes. Fidem ſuam falſo teſtimonio expugnantes. Homicidiis vel fornicationibus contaminatos. Furta perpetrantes. Sacrum veritatis nomen perjurii temeritate violantes. Eos tamen niſi per poenitentiam publicam non oportet admitti ad promerendam communionis gratiam, non ad recuperandum priſtinae dignitatis honorem. Alienum eſt enim ab eccleſia poenitentes ſacroſancta miniſtrare, qui dudum vaſa fuerant vitiorum.

Interrogatio de jejunio quatuor temporum.

Legitima jejunia menſis primi, quarti, ſeptimi, et decimi, utrum initio ipſorum menſium, an aliter celebranda ſint; et quo auctore, aut quomodo, aut pro quibus cauſis inſtituta, conſona ſententia exponite; ut uniformiter ab omnibus celebrentur per univerſas dilectionis veſtrae ſedes et Anglorum eccleſias?

Reſponſio.

Quia igitur mundus quatuor plagis continetur, orientis, occidentis, meridiei; et aquilonis: et homo quatuor elementis conſtat, id eſt, igne, aere, aqua et terra; et interior ſenſus ex quatuor continetur virtutibus, prudentia, temperantia, fortitudine atque juſtitia; et quatuor flumina paradiſi ad irrigandam univerſam terram, in typo quatuor evangeliorum profluunt; et quatuor temporibus annus, vere, aeſtate, autumno et hyeme convertitur; et ex omni parte quadratus numerus perfectus dignoſcitur. Idcirco autem quatuor temporum jejunia veteres patres inſtituerunt, ſecundum Dei legem, et nunc in novo teſtamento ſancti viri atque apoſtolici doctores.

De primo jejunio.

De primo menſe Dominus ait ad Moyſen. "Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni." Et iterum Dominus ad Moyſen: "Obſervate menſem novarum frugum, quando egreſſi eſtis de terra Aegypti, legitimum erit in generationibus veſtris:" quod jejunium ſancti patres in prima hebdomada menſis primi ſtatuerunt, quarta et ſexta feria et ſabbato, exceptis diebus quadrageſimalibus. Nos autem in eccleſia Anglorum idem primi menſis jejunium, ut noſter didaſcalus beatus Gregorius in ſuo Antiphonario et Miſſali libro per paedagogum noſtrum beatum Auguſtinum tranſmiſit ordinatum et reſcriptum, indifferenter de primae hebdomadae computatione in prima hebdomada quadrageſimae ſervamus.

De ſecundo jejunio.

Secundum jejunium quarti menſis a veteri lege exortum eſt, quando lex data eſt Moyſi in monte Sinai, et praeceptum eſt a Domino ut ſit populus paratus ad audiendam vocem in diem tertium, et ne appropinquent uxoribus ſuis. Et iterum Dominus ad Moyſen: "Tolletis de cunctis frugibus veſtris primitias, et offeretis ea Domino Deo veſtro." Quod et in novo teſtamento conſtitutum eſt, juxta id quod Dominus ait: "Non poſſunt filii ſponſi jejunare quamdiu cum illis eſt ſponſus," et reliqua. Quod juxta congruentiam temporum poſt aſcenſionem Domini ad caelos, praeſentia corporali ſubtracta, tunc indictum eſt jejunium quarti menſis ſecundo ſabbato. Hoc autem jejunium idem beatus Gregorius per praefatum legatum in Antiphonario ſuo et Miſſali, in plena hebdomada poſt Pentecoſten Anglorum eccleſiae celebrandum deſtinavit. Quod non ſolum noſtra teſtantur Antiphonaria, ſed et ipſa quae cum Miſſalibus ſuis conſpeximus apud apoſtolorum Petri et Pauli limina.

De tertio jejunio.

Tertium jejunium ſeptimi menſis a Domino per Moyſen praecipitur dicente: "Loquere filiis Iſrael, et dices ad eos. Decimus dies menſis ſeptimi vocabitur ſanctus, humiliabitis animas veſtras in jejunio. Omnis anima quae afflicta non fuerit die hoc, peribit de populo ſuo." Idcirco autem in eccleſia hoc jejunium celebratur ſecundum antiquam conſuetudinem, vel quia decreſcunt dies, et nox augetur, quia ad defectum ſolis et noctis augmentum vita noſtra deficere adveniente morte oſtenditur, quae mors in judicio Dei et reſurrectione reparabitur ad vitam. Et ſi vitae noſtrae terminus in defectione dierum exprimitur, mortiſque adventus in augmento noctis, neceſſarium duximus, ut ob memoriam et recordationem tanti myſterii, omni anno humiliemus animas noſtras, ut filios Iſrael hoc in tempore feciſſe legimus, in jejunio et afflictione non ſolum a cibis, ſed ab omnibus vitiorum contagiis, attendentes ſermonem evangelii: "Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebrae vos comprehendant; veniet autem nox, quando nemo poteſt operari." Hoc Anglorum eccleſia in plena hebdomada ante aequinoctium, neglecta tertiae hebdomadae computatione, ſolet celebrare.

De quarto jejunio.

Quartum jejunium menſe Novembrio a veteribus colebatur juxta praeceptum Domini ad Jeremiam dicentis: "Tolle volumen libri et ſcribe in eo omnia verba, quae locutus ſum adver-

ſus Iſrael et Judam. Et factum eſt in menſe nono, praedicaverunt jejunium in conſpectu Domini omni populo in Jeruſalem." Hac ergo auctoritate divinarum ſcripturarum eccleſia catholica morem obtinet, et jejunium atque obſervationem menſe celebrat decimo, ſabbato quarto propter advenientem venerabilem ſolennitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti; ubi ante plures dies et continentia carnis et jejunia exhibenda ſunt, ut unuſquiſque fidelis praeparet ſe ad communionem corporis et ſanguinis Chriſti cum devotione ſumendam. Quod et gens Anglorum ſemper in plena hebdomada ante natale Domini conſuevit non ſolum quarta et ſexta feria, et ſabbato; ſed et juges xii. dies in jejuniis, et vigiliis; et orationibus, et eleemoſynarum largitionibus, et in monaſteriis et in plebibus, ante natale Domini quaſi legitimum jejunium exercuiſſe perhibetur. Nam haec, Deo gratias, a temporibus Vitaliani papae et Theodori Dorobernenſis archiepiſcopi inolevit in eccleſia Anglorum conſuetudo, et quaſi legitima tenebatur, ut non ſolum clerici in monaſteriis, ſed etiam laici cum conjugibus et familiis ſuis ad confeſſores ſuos pervenirent, et ſe fletibus a carnalis concupiſcentiae conſortio his duodecim diebus cum eleemoſynarum largitione mundarent, quatenus puriores dominicae communionis perceptionem in natali Domini perciperent. Praeter haec namque conſtituta jejunia quarta et ſexta feria propter paſſionem Chriſti, et ſabbato, propter quod ipſo die jacuit in ſepulchro, plerique jejunaverunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
GREGOR. III. 8.	NOTHELM. 4.	738.	ETHELBERT. II. 12.	LEO. III. 23.

Concilium Wigornienſe. Ex MS. Cott. Tiber. A. 13. in Monaſt. Anglic. tom. i. pag. 121.

IN hoc concilio negotium coenobii de Wudiandun in agro Wigornienſi tractabatur, cujus ſit mentio in regiſtro eccleſiae Wigorn. in bibl. Cottoniana adſervato: ubi inter alia. "Quo tandem omni negotio ad ſanctam ſacerdotalis concilii ſynodum perlato, decrevit omne venerabile concilium, cum reverendiſſimo archiepiſcopo Nothelmo, hanc cartulam donationis— praefatae abbatiſſae Hrotwari reddi, ejuſque poſſeſſionem monaſterii firmiſſimam eſſe; damnato nimirum eo, atque anathematizato ſynodi ſacratiſſimae decreto, qui cartam illam— ſubripere praeſumpſerit. Atque hoc decrevit ſacra ſynodus, ut poſt obitum ejus, ſicut ante ſtatutum fuit a ſenioribus ejus, ad epiſcopalem ſedem caſtrum Uvegrin liber hic cum terra reddatur." Decretum hoc ſynodale archiepiſcopus Nothelmus, et novem alii epiſcopi ſubſcripſerunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
ZACHAR. 1.	CUTHBERT. 3.	742.	ETHELBERT. II. 16.	CONSTANT. VI. 2.

Concilium Cloveſhovienſe †. Ex MS. Cott. Claud. D. 2. f. 30. b. et MS. Cant. citante Spelmanno.

ANNO dominicae incarnationis 742. congregatum eſt magnum concilium apud Cloveſho, praeſidente eidem concilio Aethelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiſcopo Doroberniae, caeteriſque epiſcopis ſimul aſſidentibus; diligenter examinantes circa neceſſaria totius religionis, et de ſymbolo ex antiquis ſanctorum patrum inſtitutionibus tradito, ſtudioſeque perquirentes qualiter in primordio naſcentis eccleſiae hic in Anglia jubebatur haberi, aut ubi honor coenobiorum ſecundum normam aequitatis ſervaretur.

Haec et hiis ſimilia anxie inquirentes, antiquaque privilegia recitantes, tandem pervenit ad manus libertas eccleſiarum, et inſtitutio vel praeceptum Withraedi glorioſi regis, de electione et auctoritate coenobiorum in regno Cantiae, quomodo et qualiter ſecundum imperium et electionem Cantuarienſis metropolitani fieri [et] ſtare praecipitur. Ex praecepto itaque regis Aethelbaldi, lectum eſt coram omnibus privilegium praefati Withraedi glorioſi regis, et placuit cunctis hoc audientibus, pariterque dixerunt: nullum aliud tam nobile, tamque prudenter conſtitutum decretum inveniri potuiſſe ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam, et ideo hoc ab omnibus firmari ſanxerunt.

Igitur ego Aethelbaldus rex Merciorum, pro ſalute animae meae, et ſtabilitate regni mei, proque reverentia venerabilis archiepiſcopi Cuthberti, propria manu mea munifica ſubſcribens confirmo; ut per omnia libertas, honor, auctoritas, et ſecuritas Chriſti eccleſiae a nulla perſona denegetur, ſed ſit libera ab omnibus ſecularibus ſervitiis, et omnes terrae ad illam pertinentes, exceptis, expeditione, pontis et arcis conſtructione. Et ſicut ſaepe praefatus rex Withraedus pro ſe ſuiſque conſtituit ſervandum, ita per omnia irrefragabiliter et immutabiliter perdurare praecipimus.

Si quis autem regum ſucceſſorum noſtrorum, ſeu epiſcoporum, ſeu principum hoc ſalubre decretum infringere temptaverit, reddat rationem Deo omnipotenti in die tremendo.

* Concilium magnum apud Cloveſho celebratum anno Domini 742. praeſidente eidem Aethelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiſcopo Doroberniae, caeteriſque epiſcopis ſimul aſſidentibus; in quo inclytum regis Withraedi privilegium de libertate eccleſiarum Cantii, ab Aethelbaldo confirmatur per regnum Merciorum obſervandum.

Si

Si autem comes, preſbyter, diaconus, clericus, vel monachus huic conſtitutioni reſtiterit, ſit ſuo gradu privatus, et a participatione corporis et ſanguinis Domini ſeparatus, et alienus a regno Dei, niſi ante placita ſatisfactione emendaverit, quod malo ſuperbiae inique geſſit. Scriptum eſt enim: "Quaecunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata et in caelo; et quaecunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta et in caelo."

† ✠ Ego Aethelbald rex divino [illegible] fultus, gentis Merciorum regens imperium ſignum ſanctae crucis ſubſcribo.

✠ Ego Cuthbertus archiepiſcopus [illegible] manu ſubſcripſi.

✠ Ego Unita epiſcopus [illegible] et ſubſcripſi.

✠ Ego Torhthelm epiſcopus [illegible] et ſubſcripſi.

✠ Ego Wilfred epiſc. conſ. [illegible]

✠ Ego Cuthberht epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Huetlae epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Eegulaf epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Alunig epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Hunwald epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Daniel epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Aldwulf epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Aethelfrith epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Herewald epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Sigega epiſc. conſ. et ſubſ.

✠ Ego Redwulf epiſc. conſ. et ſubſcr.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſcr.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego Cyne[illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego Cuth[illegible] conſ. et ſubſ.

✠ Ego [illegible] conſ. et ſubſ.

Papae Rom. Zachar. 4. [illegible]

Epiſtola Bonifacii Moguntinenſis archiepiſcopi, ad Aethelbaldum regem Merciorum *.
Ex centur. Magdeburg. centur. 8. vide Baron. in ann. [illegible] epiſt. Bonifacii per Nic. Serar. edit. p. 22. et ſeq.

DOMINO chariſſimo, et in Chriſti amore caeteris regibus praeferendo, inclyta Anglorum imperii ſceptra gubernanti, Aethelbaldo regi, Bonifacius archiepiſcopus, legatus Germanicus Romanae eccleſiae, et [a] Wera, et Burgard, et Wicberth, et Abel, et Wibald coepiſcopi, perennem in Chriſto charitatis ſalutem.

Confitemur coram Domino et ſanctis angelis, quia [b] quandocunque proſperitatem veſtram et fidem in Domino, et opera bona coram Deo et hominibus per nuncios fideles audivimus; quod inter gaudentes, et pro vobis orantes, laeti gratias agimus Deo; poſtulantes et obſecrantes ſalvatorem mundi, ut vos ſoſpites et in fide ſtabiles, et in operibus coram Deo rectos, in principatu chriſtiani populi longo tempore cuſtodiat. Quando autem aliqua dilectionis veſtrae injuria, de ſtatu regni veſtri, vel eventu bellorum, facta, aut, quod majus eſt, de ſalute animae periculoſum damnum perpetratum, per auditum ad nos uſque pervenerit; moerore et triſtitia nos cruciat, quia gaudio veſtro in Dei voluntate congaudemus, et adverſitate contriſtamur.

Audivimus enim quod eleemoſynas plurimas facias, et in hoc congratulamur; quia qui eleemoſynas minimis fratribus indigentibus tribuunt, juxta veritatem evangelicam, in die judicii clementem ſententiam a Domino audituri ſunt dicente: "[c] Quantum feciſtis uni ex minimis [illegible] exordio mundi." Audivimus quoque, quod furta et [illegible] dignoſcaris; et pacem ſtabilitam in regno tuo habeas. Et in hoc quoque laudantes Deum, gaviſi ſumus, quia ipſa veritas et pax noſtra, [illegible] quoniam filii Dei vocabuntur."

Sed interim, una malae aeſtimationis fama, de vita pietatis veſtrae, ad auditum noſtrum pervenit, qua audita, contriſtati ſumus, et illam optamus non fuiſſe veram. Multis enim narrantibus, compertum eſt nobis, quod nunquam legitimam in matrimonium uxorem duxiſſes; quod a Domino Deo, ab ipſo mundi primordio, conſtitutum eſt [illegible] orem habeat, et unaquaeque virum ſuum." [illegible] et amore Dei, abſtinuiſſes, et hoc verum et impletum pro Deo comprobaveris, et in hoc gaudemus, quia non eſt reprehenſibile, ſed magis laudabile. Si autem (quod abſit! ut multi dicunt) nec legitimam accepiſti uxorem; nec caſtitatis abſtinentiam pro Deo ſervaſti, ſed libidine do-

† Ex archivorum Cantuarienſis eccleſiae [illegible] ſynodi Cloveſhovienſis [illegible] nomina confirmantium [illegible]

* Epiſtola Bonifacii Moguntinenſis archiepiſcopi [illegible] coepiſcoporum, ad Aethelbaldum regem Merciorum [illegible] conjugis, adulterium, et cum monialibus, ſacrilegium [illegible]

[a] Cod. Caeſ. [illegible] et Wera, et Birckard, et [illegible] veſtram video, et opera bona Deo coram et hominibus. — [illegible]

[c] 1 Cor. vii. 2.

minante, in ſcelere luxuriae et adulterii, famam gloriae tuae coram Deo et hominibus confuderis: in hoc valde contriſtamur, quia et in conſpectu Dei flagitium, et coram hominibus famae veſtrae confuſio eſſe dignoſcitur. Et adhuc, quod pejus eſt, qui nobis narrant, adjiciunt: quod hoc ſcelus [f] ignominiae maxime cum ſanctimonialibus, et ſacratis Deo virginibus, per monaſteria commiſſum ſit. Nam hoc peccatum duplex eſſe, non dubium eſt: et ut verbi gratia dicamus, [g] cum vindictae reus ſit puer apud dominum ſuum, qui uxorem domini ſui adulterio violaverit; quanto magis ille, qui ſponſam Chriſti, creatoris caeli et terrae, putredine ſuae [h] libidinis commaculaverit, dicente B. Paulo apoſtolo: "[i] An neſcitis quia corpora veſtra templa ſunt Spiritus Sancti?" Et alibi: "[k] Neſcitis, quia templum Dei eſtis; et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos." Et iterum, idololatricae ſervituti adulteros et fornicatores, in ſermone et numero peccatorum jungit, dicens: "[l] An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt." Apud Graecos enim et Romanos judicatur, quaſi blaſphemiam Deo irrogaſſet, qui hujus reus ſit; ut proprie de hoc peccato ante ordinationem interrogatus, ſi reus inventus fuerit, et cum velata vel conſecrata Deo nonna concubuiſſet, ab omni gradu Dei ſacerdotii prohibeatur.

Propter hoc, fili chariſſime, ſolicite conſiderandum eſt, quanti ponderis hoc peccatum eſſe judicetur ante oculos aeterni judicis, quod facientem inter idololatriae ſervos conſtituit, et a divino miniſterio altaris abjicit; licet ante peracta poenitentia reconciliatus ſit Deo. Corpora enim, per votum propriae ſponſionis, et per verba ſacerdotis Deo conſecrata, templa Dei eſſe, per ſanctam ſcripturam dicuntur; et ideo violatores illorum, juxta apoſtolum, filii perditionis eſſe dignoſcuntur. Princeps autem apoſtolorum Petrus luxurioſos libidine prohibens, dixit: "[m] ſufficit enim praeteritum tempus," etc. Et Salomon: "[n] pretium ſcorti vix unius eſt panis: mulier autem viri pretioſam animam capit." Et alibi: "[o] non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim, ut eſurientem impleat animam; deprehenſus quoque reddet ſeptuplum. —Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam, perdet animam ſuam." Longum eſt enim enumerare, quanti ſpirituales medici hujus peccati venenum horrendum vituperabant, et ut terribile prohibebant: quia pene omnibus peccatis gravior et deterior eſt talis fornicatio; et veraciter dici poteſt laqueus mortis, et puteus inferni, et vorago perditionis.

Propterea obſecramus et obteſtamur, fili chariſſime, clementiam tuam, per Chriſtum filium Dei, et per adventum ejus et regnum ipſius; ut, ſi hoc verum ſit, quod in iſto ſcelere verſaris; et vitam tuam poenitendo corrigas, et purificando emendes. Et memor ſis, quia indecens eſſe comprobatur, ut imaginem Dei, quae in te creata eſt, per luxuriam in imaginem et ſimilitudinem maligni diaboli convertas. Ut tu quem non propria merita, ſed larga pietas Dei regem ac principem multorum conſtituit, teipſum ſervum maligno ſpiritui per luxuriam conſtituas; quia, juxta dictum apoſtoli, "[p] quodcunque peccatum fecerit homo, hujus ſervus eſt." Non ſolum a chriſtianis, ſed etiam ab ipſis paganis, in opprobrium et verecundiam deputatur. Quia ipſi pagani verum Deum ignorantes, naturaliter, quae legis ſunt, et quod ab initio Deus conſtituit, cuſtodiunt in hac re; quia propriis uxoribus matrimonii foedera ſervantes, fornicatores et adulteros puniunt. Nam in antiqua Saxonia, ſi virgo paternam domum cum adulterio maculaverit; vel ſi mulier maritata, [q] fracto foedere matrimonii, adulterium perpetraverit, aliquando cogunt eam, propria manu per laqueum ſuſpenſam, vitam finire; et ſuper buſtum illius incenſae et concrematae, corruptorem ejus ſuſpendunt; aliquando congregato exercitu foemineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis caedentes, et veſtimenta ejus abſcindentes juxta cingulum, et cultellis ſuis totum corpus ejus ſecantes et pungentes, minutis vulneribus cruentatam et laceratam, de villa ad villam mittunt; et occurrunt ſemper novae flagellatrices, zelo pudicitiae adductae, uſquequo eam aut mortuam, aut vix vivam derelinquant, ut caeterae timorem adulterandi et luxuriandi habeant. Et [r] apud Perſas, quod eſt foediſſimum et deterrimum genus hominum, tam magno zelo matrimonii amorem mutuum [s] obſervant; ut mulier, viro proprio mortuo, vivere recuſet: et laudabilis mulier inter illos eſſe judicatur, quae propria manu ſibi mortem intulit; ut in una ſtrue pariter ardeat cum viro ſuo. Cum ergo "gentiles, qui Deum neſciunt, et legem non habent," juxta dictum apoſtoli [t], "naturaliter ea, quae legis ſunt, faciunt; et oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis." [v] Propterea, fili chariſſime, cum tu chriſtianus et veri Dei cultor eſſe cognominaris, ſi in juventute adoleſcentiae tuae putredine luxuriae inquinatus, et foetore adulterii involutus, et voragine libidinis, quaſi puteo inferni, demerſus fueris; jam tempus eſt, ut, memor Domini tui, a diaboli laqueis reſipiſcas, et a foetore luxuriae ſordidatam animam laves. Jam tempus eſt, ut pro timore creatoris tale tui, piaculum iterare et maculare ultra non praeſumas. Tempus eſt, ut multitudini pereuntis populi parcas, quae ſequendo exempla peccantis principis, cadebat in puteum mortis, quia quantoſcunque, vel per bona exempla, ad vitam caeleſtis patriae [w] trahimus, vel per mala

[f] *ignominiae* deeſt in cod. Caeſareo. [g] *cujus* ibid. [h] *luxuriae et* cod. Caeſar. addit. [i] 1 Cor. vi. 15.
[k] ibid iii. 16. [l] ibid. vi. 9. [m] 1 Pet. iv. 3. [n] Pro. vi. 26. [o] ibid. ver. 30, etc. [p] Joh. viii. 34.
[q] *perdito* cod. Caeſ. [r] *Winedi* ibid. pro *apud Perſas.* [s] *ſervant* ibid. [t] Rom. ii. 14.
[v] *Praeterea* cod. Caeſ. [w] *contrahimus* cod. Caeſ.

exem-

z

exempla, ad perditionem ſequentes praeimus, de tantis proculdubio ab aeterno Judice vel poenas, vel praemia accepturi ſumus. Si enim gens Anglorum, (ſicut per iſtas provincias divulgatum eſt, et nobis in Francia et in Italia improperatur, et ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus connubiis, adulterando et luxuriando ad inſtar Sodomitanae gentis, foedam vitam vixerit, de tali commixtione meretricum aeſtimandum eſt, degeneres populos, et ignobiles et furentes libidine fore procreandos: et ad extremum univerſam plebem ad deteriora et ignobiliora vergentem; et noviſſime nec in bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, et nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam; ſicut aliis gentibus Hiſpaniae et Provinciae, et Burgundiorum populis contigit: quae ſic a Deo recedentes fornicatae ſunt, donec judex omnipotens talium criminum ultrices poenas, per ignorantiam legis Dei, et per Saracenos venire et ſaevire permiſit. Et notandum, quod in illo ſcelere aliud immane flagitium [x] ſubterjacet, id eſt, homicidium; quia, dum illae meretrices, ſive ſeculares, ſive monaſteriales, male conceptas ſoboles in peccatis genuerint, eas ſaepe maxima ex parte occidunt; non implentes Chriſti eccleſias filiis adoptivis, ſed tumulos corporibus, et inferos miſeris animabus ſatiantes.

Praeterea nunciatum eſt nobis, quod multa privilegia eccleſiarum et monaſteriorum fregiſſes, et abſtuliſſes inde quaſdam facultates. Et hoc, ſi verum eſt, peccatum grande eſſe dignoſcitur, teſtante ſacra ſcriptura, quae ait: "[y] Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, et dicit, hoc non eſt peccatum; homicidae particeps eſt." Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit; mater noſtra eccleſia, quae nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit. Ergo, qui Chriſti pecunias et eccleſiae fraudabit vel rapiet, homicida ante conſpectum juſti judicis eſſe deputabitur. De quo quidam ſapientum dicebat: "Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit; qui autem pecuniam eccleſiae abſtulerit, ſacrilegium facit." Et quoque dicitur, quod praefecti et comites tui, majorem violentiam et ſervitutem monachis et ſacerdotibus irrogant, quam caeteri ante chriſtiani reges fecisse. Igitur poſtquam apoſtolicus pontifex, ſanctus Gregorius, ab apoſtolica ſede miſſis praedicatoribus catholicae fidei, gentem Anglorum ad Deum verum convertit; privilegia eccleſiarum in regno Anglorum, intemerata et inviolata permanſerunt, uſque ad tempora Ceolredi regis Merciorum, et Oſredi regis Deirorum et Berniciorum. Hi duo reges haec duo peccata maxima in provinciis Anglorum, diabolico inſtinctu, ſuis exemplis ſceleratis, contra praecepta evangelica et apoſtolica ſalvatoris noſtri, publice facienda monſtraverunt; et in iſtis peccatis commorantes, id eſt, in [z] ſtupratione et adulterio nonnarum, et fractura monaſteriorum, juſto judicio Dei damnati, de culmine regali hujus vitae abjecti, et immatura et terribili morte praeventi, a luce perpetua extranei, in profundum inferni, et tartarum abyſſi demerſi ſunt. Nam Ceolredum, praeceſſorem venerandae celſitudinis tuae (ut teſtati ſunt, qui praeſentes fuerant) apud comites ſuos ſplendide epulantem, malignus ſpiritus arripuit, qui eum ad fiduciam damnandae legis Dei ſuadendo pellexit, * potantem ſubito in inſaniam mentis convertit; ut ſine poenitentia et confeſſione [a] et viatico furibundus et amens, cum diabolis ſermocinans, et Dei ſacerdotes abominans, de hac luce, ſine dubio ad tormenti inferna migrarit Oſredum quoque, ſpiritus luxuriae fornicantem, et per monaſteria nonnarum ſacratas virgines ſtuprantem et furentem, agitavit; uſquequo ipſe regnum [b] Anglorum, et juvenilem vitam, et ipſam luxurioſam animam contemptibili, et deſpecta morte perdidit.

Quapropter, fili chariſſime, cave tibi a fovea, in quam vidiſti coram te alios cecidiſſe; cave tibi a jaculis antiqui hoſtis, per quae propinquos proprios coram te vulneratos cadere vidiſti. Attende tibi a laqueo inſidiatoris, in quo notos, et commilitones tuos videbas ſtrangulatos, et praeſentem vitam, et futuram perdere. Noli talium ad perditionem exempla ſequi. Tales enim, juxta prophetiam ſanctae ſcripturae ſunt, "qui anguſtiaverunt juſtos, et qui abſtulerunt labores eorum," in die judicii dicturi ſunt: "[c] Erravimus a via veritatis, et juſtitiae lumen non luxit nobis; et ſol non eſt ortus in nobis; et viam Domini ignoravimus. Et quid nobis profuit ſuperbia? aut quid divitiarum jactatio contulit nobis? Tranſierunt omnia illa, tanquam umbra, et tanquam nuncius praecurrens; et tanquam navis quae pertranſit, cujus non eſt veſtigium invenire; aut tanquam avis tranſvolans in aere." Et poſt pauca: "ſic et nos nati continuo deſivimus eſſe, et virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere: in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus (talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt,) quia ſpes impii, tanquam lanugo eſt, quae a vento tollitur; et tanquam ſpuma gracilis quae a procella diſpergitur; et tanquam fumus, qui a vento diffuſus eſt; et tanquam memoria hoſpitis unius diei praetereuntis." Et alias: "[d] Numerus dierum vitae hominis, ſi multum, centum anni, quaſi parvula gutta de magno mari deputatus eſt. Haec omnia, ſecundum auctoritatem ſanctae ſcripturae, rerum collatione ſimillima ſunt. Sic et Jacobus, frater Domini, et apoſtolus, de impio divite diſputans, dixit: "[e] Sicut flos foeni tranſibit: exortus eſt enim ſol cum ardore, et areſcit foenum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperit; ita et dives in itineribus ſuis marceſcet." Et ipſa veritas, in evangelio proponens, dixit: "[f] Quid enim proderit homini, ſi lucretur totum mundum, animae vero ſuae detrimentum patiatur[g]?

Quapropter, fili chariſſime, paternis te et ſubnixis precibus deprecamur, ut non deſpicias conſilium patrum tuorum, qui pro Dei amore tuam appellare celſitudinem ſatagunt. Nihil bono regi ſalubrius, quam ſi, commiſſa cum ar-

[x] ... cod. Caeſ. [y] Prov. xxviii. 24. [z] Ita legit Walkerus. Cod. Caeſar. ... [illegible]
[illegible] cod. C... [a] [illegible]
[illegible] [d] Eccl. xviii. 10. [e] Jac. i. 10, 11. [f] [illegible]

guuntur, libenter emendentur; quia per Salomonem [h] dicitur: "Qui diligit diſciplinam, diligit ſapientiam."

Ideo, fili chariſſime, oſtendentes conſilium juſtum, conteſtamur et obſecramus per viventem Deum, et ejus Filium Jeſum Chriſtum, et per Spiritum Sanctum, ut recorderis, quam fugitiva ſit vita praeſens, et quam brevis et momentanea delectatio ſpurcae carnis, et quam ignominioſum ſit, ut brevis vitae homo mala exempla in perpetuum poſteris relinquat. Incipe ergo melioribus moribus vitam componere, praeteritos errores juventutis corrigere; ut hic coram hominibus laudem habeas, et in futuro aeterna gloria gaudeas. Valere celſitudinem tuam, et in bonis moribus proficere, optamus *.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.	Imperat.
ZACHAR. 4.	CUTHBERT. 6.	745.	ETHELBERT. II. 19.	CONSTANT. VI. 5.

Epiſtola Bonifacii ad Heresfridum presbyterum. Ex Baron. annal. in h. ann.

DILECTISSIMO ac reverendiſſimo fratri Heresfrido preſbytero, Bonifacius ſervus ſervorum Dei, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem. Almitatis tuae clementiam intimis obſecro precibus, ut in tuis ſacroſanctis orationibus mei memor eſſe digneris; ut etiam a ſic narrantibus, et a te venientibus jam feciſſe fraternitatem tuam, et facturam eſſe non dubito, ut ſancti Jacobi apoſtoli ſententia in nobis impleatur, qua dixit: "[a] Orate pro invicem, ut ſalvemini: multum enim valet deprecatio juſti aſſidua." Praeterea nos octo epiſcopi, qui ad unam ſynodum convenimus, quorum nomina ſubter annotavimus, in commune te, frater chariſſime, deprecamur, ut verba admonitionis noſtrae Aethelbaldo regi Merciorum interpretando, et recitando annuncies eo ordine, et eo modo, quo ad te ſcripta tranſmittimus, ſolicite enumerando, et praedicando illi indicares. Audivimus enim quia pro timore Dei perſonam hominis non timeas, et quod ſupradictus rex aliquantulum, quibuſdam temporibus, audire dignetur tua monita. Et notum ſit charitati tuae, quia haec verba admonitionis noſtrae ad illum regem propter nihil aliud direximus, niſi propter puram charitatis amicitiam, et quod de eadem Anglorum gente nati et nutriti, hic per praeceptum apoſtolicae ſedis, peregrinamur, bonis et laudibus gentis noſtrae laetamur et gaudemus; peccatis autem ejus et vituperationibus tribulamur et contriſtamur.

Opprobrium namque gentis noſtrae patimur, ſive a chriſtianis, ſive a paganis, quod gens Anglorum ſpreto more caeterarum gentium, et deſpecto apoſtolico praecepto, imo Dei conſtitutione, legitimas uxores dedignetur habere, et hinnientium equorum conſuetudine, vel rudentum aſinorum more, luxuriando, et adulterando, omnia turpiter foedet et confundat. Igitur ſi hoc ſcelus maximum verum ſit, frater chariſſime, rogemus omnes communiter ſupradictum regem, ut ſemetipſum cum populo corrigat, ne tota gens cum principe hic et in futurum pereat, ſed ut vitam propriam emendando et corrigendo, exemplis ſuis item gentem propriam ad viam ſalutis dirigat: et unde peccatum ante contraxit, inde mercedem mereatur aeternam. Praeterea partem thymiamatis, et ſabanum pro benedictione, et ſigno purae charitatis tibi direximus. Sanctis operibus florentem, et probatis moribus proficientem fraternam dilectionem tuam atque benevolentem ſancta trinitas aeternaliter cuſtodiat.

Epiſtola Bonifacii archiepiſcopi Mogunt. ad Cuthbertum archiepiſcopum Cantuariae, de corrigendis vitiis Anglorum, et adhibenda ſynodo. Ex exemplari Spelm. collat. cum epiſtola Bonifacii per Nic. Serar. p. 143. et ſeq.

SPIRITALIS adfinitatis neceſſitudine copulando fratri, archipontificatus inſula ſublimato coepiſcopo Cuthberto, Bonifacius legatus Germanicus catholicae et apoſtolicae Romanae eccleſiae, optabilem in Chriſto intimae charitatis ſalutem. Scriptum enim eſt in libro Salomonis: "[a] beatus homo qui invenit amicum, cum quo loqui poſſit quaſi cum ſemetipſo." Cum muneribus munificentiae veſtrae dulciſſimas literas veſtras fraterna charitate interlitas. Magnas Deo et vobis gratias agentes, filio veſtro diacono, Cynebertho offerente ſuſcepimus. Vivae vocis quoque melliflua colloquia veſtra, de fraternis conſiliis per illum nobis charitas veſtra mandavit, quae conſiliorum ſpiritalia colloquia optamus, ut Deo volente, quamdiu in hac mortali vita vivamus, inter nos jugiter inſinuentur; illo praeſtante, a quo ſolo ſancta deſideria, recta conſilia, et juſta ſunt opera, vos melius et plenius, quibus Deus donavit multis, et prudentius

[h] Prov. 13.

* Vide hanc epiſtolam a Malmesburio perfunctorie recitatam, de geſtis regum, lib. i. cap. 14. Sed habentur apud Baronium in hoc anno numero xiv. et ſeq. tres aliae epiſtolae ejuſdem Bonifacii ad Aethelbaldi negotium pertinentes. Prima brevis admodum, qua ſe refert miſiſſe regi accipitrem unum, duos falcones, duo ſcuta, et duas lanceas. Altera ad Herbertum archidiaconum data; qua praefatae admonitoriae ſuae epiſtolae ad Aethelbaldum regem meminit, et ipſius obtutibus offerri jubet perpendendam, tacite ſtringens Anglorum vitia. Tertia ad Heresfridum presbyterum, quam tuis oculis hic offerimus.

[a] Jac. v. 16.

[a] Eccleſ. xxv. 12.

noſſe,

noſſe, et melius et plenius poſſe; nos quaſi in paucis fideles veſtri et devoti, ſtudeamus inſtrui aureo caeleſtis amoris vinculo, quod rumpi non poteſt, invicem catenari. Nam labor noſtri miniſterii unius et ejuſdem cauſae eſſe dignoſcitur; et aequalis ſpeculatio in curis eccleſiarum, ſive populorum nobis credita eſt, ſive in docendo, ſive in artando et monendo, ſive in defendendo canonicos gradus, vel plebeios. Idcirco humillima [b]prece depoſco, ut dum vobis ſalubre conſilium Deus inſpiraverit, vel ſuo Spiritu, vel colloquio ſynodalium conſultuum nobis inſinuare non pigeat; et nos ſimiliter, ſi parvitati noſtrae Deus aliquid tale vobis quod neceſſarium vel amabile inſinuaverit, ſimilia faciemus. Major enim nobis ſolicitudo eccleſiarum, et cura populorum propter pallia credita et recepta, quam caeteris epiſcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. Propterea chariſſime, non quia veſtrae prudentiae opus ſit ruſticitatis noſtrae ſtatuta audire vel legere, ſed propter bonam, et humilem, et ſanctam voluntatem veſtram putamus vos libentius ſcire velle, quam neſcire quae hic ſacerdotes nobiſcum ſervanda decreverunt, et vobis emendanda atque corrigenda deſtinamus.

Decrevimus autem in noſtro ſynodali conventu, et confeſſi ſumus fidem catholicam et unitatem, et ſubjectionem Romanae eccleſiae finetenus vitae noſtrae velle ſervare; ſancto Petro et vicario ejus velle ſubjici; ſynodum per omnes annos congregare; metropolitanos pallia ab illa ſede quaerere, et per omnia praecepta ſancti Petri canonice ſequi diſiderare, ut inter oves ſibi commendatas numeremur. Et iſti confeſſioni univerſi conſenſimus et ſubſcripſimus; et ad corpus ſancti Petri principis apoſtolorum direximus, quod gratulando clerus Romanus et pontifex ſuſcepit.

Statuimus ut per annos ſingulos canonum decreta, et eccleſiae jura, et norma regularis vitae in ſynodo legantur, et recuperentur[c].

Decrevimus ut metropolitanus, qui ſit pallio ſublimatus, hortetur caeteros, et admoneat, et inveſtiget quis ſit inter eos curioſus de ſalute populi, quiſve negligens ſervus Dei.

Venationes et ſilvaticas vagationes cum canibus, et ne accipitres et falcones habeant, prohibuimus.

Statuimus ut per annos ſingulos unuſquiſque preſbyter epiſcopo ſuo in quadrageſima rationem miniſterii ſui reddat, ſive de fide catholica, ſive de baptiſmo, ſive de omni ordine miniſterii ſui.

Statuimus ut ſingulis annis unuſquiſque epiſcopus parochiam ſuam [d]ſolicite circumeat, populum confirmare, et plebem docere et inveſtigare, et prohibere paganas obſervationes, [e]divinos vel ſortilegos, auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes ſpurcitias gentilium.

Interdiximus ſervis Dei, ne pompatico habitu vel ſago, vel armis utantur.

Statuimus quod proprium ſit metropolitano, juxta canonum ſtatuta ſubjectorum ſibi epiſcoporum inveſtigare mores, et ſolicitudinem circa populos qualis ſit.

Et moneat ut epiſcopi a ſynodo venientes in propria parochia cum preſbyteris et abbatibus conventum habentes, praecepta ſynodi ſervare inſinuando praecipiant: et unuſquiſque epiſcopus ſi quid in ſua dioeceſi corrigere vel emendare nequiverit, itidem in ſynodo coram archiepiſcopo, et palam omnibus ad corrigendum inſinuet, eodem modo quo Romana eccleſia nos ordinatos cum ſacramento conſtrinxit; ut ſi ſacerdotes vel plebes a lege Dei deviaſſe viderim, et corrigere non potuerim, fideliter ſemper ſedi apoſtolicae, et vicario ſancti Petri ad emendandum indicaverim. Sic enim, niſi fallor, omnes epiſcopi debent metropolitano, et ipſe Romano pontifici, ſi quid de corrigendis populis apud eos impoſſibile eſt, notum facere, et ſic alieni fient a ſanguine animarum perditarum.

De caetero, frater chariſſime, quia nobis aequalis labor, et majus periculum imminet, quam caeteris ſacerdotibus, quia canones antiqui praecipiunt, ut omnes metropolitani ſciant ſolicitudinem totius provinciae gerere; et ut verbi gratia dicam, ſicut timeo, navem gubernandam inter fluctus feri maris ſemel ſuſcepimus, quam nec caute regere, nec ſine peccato dimittere valemus, quia ut quidam ſapientium dicit: ſi periculoſum eſt navem inter fluctus caute non regere, quanto periculoſius eſt eam undis tumeſcentibus, fluctuantem in tempeſtate relinquere: et idcirco eccleſia, quae velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, quae diverſis tentationum fluctibus in hac vita tunditur, [illegible] eſt tamen relinquenda, ſed regenda. Cujus rei in exemplo priores patres habemus Clementem, et Cornelium, et caeteros complures in urbe Roma, Cyprianum in Carthagine, Athanaſium in Alexandria, qui ſub paganis imperatoribus navem Chriſti, immo chariſſimam ſponſam ejus, eccleſiam ſcilicet, docendo, defendendo, laborando et patiendo, uſque ad ſanguinis effuſionem gubernabant: poſſum enim de memetipſo pro certo juxta vocem Cantici Canticorum dicere: "[f]Filii matris meae pugnaverunt contra me; poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi." Vinea enim ſecundum prophetam Domini Sabaoth, domus Iſrael eſt; nunc videlicet eccleſia catholica eſſe comprobatur. Cujus ſynodum congregandam et hortandam juſſu pontificis Romani, et rogatu principum Francorum et Gallorum ſub ſpe reſtaurandae legis Chriſti: "ſuſcepi, circumfodi, cophinum ſtercoris adportavi, ſed non cuſtodivi; quia cum expectarem, ut faceret uvas, fecit labruſcas:" et juxta alium prophetam, "[g]mentietur opus olivae, et campi non facient eſcas." Sed proh dolor! officium laboris mei rerum collatione ſimillimum eſſe videtur cani latranti, et videnti fures et latrones frangere et ſubfodere, et vaſtare domum domini ſui; et quia defenſionis auxiliatores non habeat, ſubmurmurans in-

[b] *humiliore, ut illa inſinuaverit.* [illegible] legit Serarius, omittendo [illegible] Walkerus, *ne* [illegible] [d] [illegible] decſt [illegible] Caeter. [illegible] [e] [illegible] [f] C[illegible]
[g] Habac. iii. 17.

gemiſcat

gemiſcat et lugeat. Nunc autem quod mihi, in tali periculo poſito, juſtum et cautum eſſe videtur, ſalubre conſilium veſtrum quaerens et ſcire deſiderans, inſinuo libertatem praedicandi: dico, ut in actibus [h] apoſtolorum Paulus apoſtolus ſacerdotibus intimavit, dicens: "Conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum ab omnium ſanguine; non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis omne conſilium Dei. Attendite vobis et univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam adquiſivit ſibi ſanguine ſuo: regnum, inquit, Dei inter vos ambulans praedicavi, ut me alienum ab omnium perditione ſervarem." Nam apoſtolus [i] epiſcopum, propheta [k] ſpeculatorem, ſalvator mundi [l] paſtorem, eccleſiae ſacerdotem appellat; et omnes tacentem peccata populi doctorem reum ſanguinis animarum perditarum ſuo ſilentio eſſe comprobant.

Propter hoc horribilis et maxima neceſſitas cogit, ut juxta dictum apoſtoli, nos formam debeamus exhibere fidelibus; hoc eſt, niſi me fallat opinio, ita juſte vivendum eſt ſacerdoti, ne dicta ſua repugnantibus factis evacuet, et ne cum ſibi de proprio caute vivat, tacens alieno damnetur peccato: quia ad hoc eſt eccleſiae Dei praepoſitus, ut non ſolum bene vivendo alios exemplo inſtituat, ſed etiam fiducialiter praedicando, ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat, et quae poena maneat duros, quae gloria obedientes, oſtendat; quia juxta verbum Domini ad Ezechielem, cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſancte vivat, et tamen perdite viventes arguere aut erubeſcat aut metuat, cum omnibus qui, eo tacente, perierint, perit; et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato? Taciturnitatem quidem ſacerdotis Dominus ad Ezechielem loquens, terribiliter prohibet, et ſpeculatorem ſacerdotem appellat; et ſicut ſpeculatoris eſt de loco [m] editiori plus omnibus contemplari, ita ſacerdos debet eſſe meritorum ſublimitate celſior, et majoris ſcientiae habere gratiam, qua poſſit caeteros inſtruere. "Audiens," inquit divinus [n] ſermo, "ſermonem, annunciabis eis ex me." Indicat ut hoc dicat ſacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inſpiraverit, non quod humani ſenſus invenerint. Annunciabis eis, inquit, ex me, non ex te, mea verba loqueris; non eſt quod ex his tanquam de tuis inflêris: "[o] ex me, inquit, ei annunciabis. Si me dicente ad impium, impie, morte morieris, non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat impius a via ſua; ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem vero ejus de manu tua requiram." Ac ſi aperte dixiſſet, ſi ei peccata ſua non annunciaveris, et ſi eum non argueris, ut convertatur et vivat; et te, qui eum non increpaſti, et ipſum, qui, tacente te, peccavit, flammis perennibus tradam. Non ſimus tam ſaxei, vel tam ferrei pectoris, ut nos iſta verba Domini non terreant. Non ſimus tam alienati a fide, ut his verbis Domini non credamus; ſed excitemus et exhortemur fratres noſtros verbis venerandis ſancti Petri apoſtoli: "[p] Sobrii eſtote, et vigilate, et excitamini, quia adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret; cui reſiſtite fortiter in fide, ſcientes eandem paſſionem, quae in mundo eſt, veſtrae fraternitati fieri." Et epiſcopos ſynodis noſtris ſubjectos, adjuratione ſancti Pauli apoſtoli admoneamus Timotheo [q] dicentis: "Teſtificor coram Deo et Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos ac mortuos per adventum ipſius, et regnum ejus, praedica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia et doctrina." Eſt enim jam praedicatum ab apoſtolo: "Tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros," etc. Clamemus in fortitudine, juxta dictum prophetae [r]: "Qui annunciamus pacem in terris hominibus bonae voluntatis." Ille namque in fortitudine clamat, quem nec metus, nec verecundia praedicare verbum vitae impedit. Contendamus, auxiliante Domino, ut non ſimus inter illos falſos paſtores ovium, quos propheta accuſat [s], dicens: "Haec dicit Dominus Deus: Vae paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges paſcuntur a paſtoribus? lac comedebatis, et lanis operiebamini; quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis; quod infirmum fuit non conſolidaſtis; quod aegrotum non ſanaſtis; quod fractum eſt non alligaſtis, et quod abjectum eſt non reduxiſtis, et quod perierat, non quaeſiſtis; ſed cum auſteritate imperabatis eis, et cum potentia. Et diſperſae ſunt oves meae, eo quod non eſſet paſtor, et factae ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri."

Vae, quod propheta dicit pro maledicto poſuit; per paſtores, epiſcopos ſignificat; greges Domini, id eſt, fideles populos ad paſcendum; ſed ſemetipſos paſcunt; [t] quaſi diceret, non populi ſalutem, ſed ſuas voluntates attendunt. Lac et lanam ovium Chriſti, oblationibus quotidianis ac decimis fidelium ſuſcipiunt, et curam gregis Domini deponunt. Non ſanant ſpirituali conſilio infirmum peccatis; non ſolidant ſacerdotali ope diverſis tribulationibus fractum; non revocant erroneum ad viam ſalutis; non requirunt ſolicitudine paſtorali veniae jam deſperatione perditum; nec afflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more deſaeviunt, defendunt; nec divites peccantes vel potentes non ſolum non arguunt, ſed etiam venerantur. Et ideo minaciter ſuperbiam talium ſermo divinus contundit, dicens: "Vae paſtoribus Iſrael:" et iterum [u]: "Propterea paſtores, audite verbum Domini. Haec dicit Dominus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, et ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant gregem, nec paſcant amplius ſemetipſos." Quod, quid eſt aliud quam paſtores qui ſemetipſos, non greges paſcunt, de ſublimitate honoris, inter reprobos et inter ma-

[h] Act. xx. 26, 27. [i] Ibid. xx. [k] Ezech. iii. et xxxiii. [l] Johan. x. [m] *altiori*, cod. Caeſ.
[n] Ezech. iii. 17. [o] Ibid. xxxiii. 8. [p] 1 Petr. v. 8. [q] 2 Tim. iv. 1, 2. [r] Eſai. lii. 7. Luc. ii.
[s] Ezech. xxxiv. 2, et ſeq. [t] pro *quaſi diceret* cod. Caeſ. legit *qui*. [u] Ezech. xxxiv. 7, 8

ledictos proficiens? ad haec omnia quis non tremiſcat, niſi qui futura non credit? Sed [illegible] quae Deus voluit obſervari, tam [illegible] [illegible] et ſui nominis auctoritate firmavit, ut ea [illegible] (quod dictu quoque nefas eſt) [illegible], quam nos non intelligere tam aperte [illegible] mentiendo fingamus. Quando [illegible], "Haec dicit Deus;" quis futurum eſſe non credat quod dicit Deus, niſi qui Deo non credit? Horum, et his ſimilium conſideratione perterritus ſum, et timor et tremor venerunt ſuper me, et pene contexerunt me peccatorum meorum tenebrae, et ſemel ſuſceptum gubernaculum navis eccleſiae libuiſſet, [w] ſi licuiſſet, mihi omnino dimittere, ſi valerem, vel exempla patrum, vel ſcripturas ſacras conſentaneas invenire.

Idcirco, frater chariſſime, quia haec omnia ita ſe habent, et veritas fatigari poteſt, vinci autem et falli non poteſt; fatigata mens noſtra confugiat ad illum, qui per Salomonem [x] dicit: "Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiae tuae. In omnibus viis tuis cogita illum, et ipſe diriget greſſus tuos:" et alibi dixit [y]: "Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam confugit juſtus, et ſalvabitur." Stemus in juſtitia, et praeparemus animas noſtras ad tentationem, ut ſuſtineamus ſuſtentationem Dei, et dicamus ei [z]: "Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie:" confidamus in eum, qui nobis onus impoſuit. Quod per nos portare non poſſumus, portemus per illum, qui eſt omnipotens, qui dicit [a]: "Jugum enim meum ſuave eſt, et onus meum leve." Stemus in praelio in die Domini, quia dies tribulationis et anguſtiae venerunt ſuper nos. Moriamur, ſi Deus voluerit, pro ſanctis legibus patrum noſtrorum, ut haereditatem cum illis aeternam conſequi mereamur. Non ſimus canes muti, non ſimus taciti ſpeculatores, non ſimus mercenarii lupum fugientes; ſed paſtores ſolicite vigilantes ſupra gregem Chriſti, praedicantes majori et minori, diviti et pauperi omne conſilium Dei, omnibus gradibus vel aetatibus, in quantum Deus donaverit poſſe, opportune, importune, eo modo quo ſanctus Gregorius in libro Paſtorali conſcripſit. Propterea non taceo charitati veſtrae, quia omnibus ſervis Dei, qui hic vel in ſcriptura vel in timore Dei probatiſſimi eſſe videntur, diſplicet, quod bonum et honeſtas et pudicitia veſtrae eccleſiae illuditur, et aliquod levamentum turpitudinis eſſet, ſi prohiberet ſynodus et principes veſtri mulieribus et velatis foeminis illud iter, et frequentiam, quam ad Romanam civitatem veniendo et redeundo faciunt, quia magna ex parte pereunt, paucis remanentibus integris. Perpaucae enim ſunt civitates in Longobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in quibus non ſit adultera vel meretrix generis Anglorum, quod ſcandalum eſt et turpitudo totius eccleſiae veſtrae.

Ille autem qui laicus homo, vel imperator, vel rex, aut aliquis praefectorum vel comitum ſeculari poteſtate fultus, ſibi per violentiam rapiat monaſterium de poteſtate epiſcopi, vel ab[illegible] [illegible] et [illegible] ſub [illegible] monachos, et [illegible] [illegible] fuit Chriſti ſanguine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] et [illegible] [illegible], et lupum [illegible] [illegible] Chriſti, et maximo anathemate [illegible] [illegible] ante tribunal Chriſti. [illegible] ſancti Pauli apoſtoli ad Timotheum dicentis [b]: "[illegible] ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo [illegible] qui [illegible] omnia." [illegible] eccleſiae correptionem non recipiunt, quia ethnici et publicani ſunt. [illegible] communicat eccleſia Dei. Talibus, quia hic et ibi reperiuntur, cum tuba Dei clangamus, ne [illegible] [illegible].

Supervacuam autem et Deo odibilem veſtimentorum ſuperſtitionem, omni intentione prohibere ſtude, quia illa ornamenta veſtium (ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur) latiſſimis clavis et vermium imaginibus clavata, adventum antichriſti ab illo tranſmiſſa praecurrunt, illius calliditate, per miniſtros ſuos introducere intra clauſtra monaſteriorum, fornicationem et luxuriam [c] clavatorum juvenum, et foeda conſortia, et taedium lectionis et orationis, et perditionem animarum. Haec indumenta nuditatem animae ſignificantia, ſigna in ſe oſtendunt arrogantiae, et ſuperbiae, et luxuriae, et vanitatis; de quibus Sapientia dicit: "Arrogantiam, et ſuperbiam, et viam pravam, et os bilingue deteſtor."

Fertur quoque in parochiis veſtris ebrietatis malum nimis adſuetum eſſe, ut non ſolum epiſcopi quidam non prohibeant, ſed etiam ipſi nimis bibentes inebrientur, et alios porrectis poculis majoribus cogant ut inebrientur, quod abſque dubio nefas eſt omni ſervo Dei facere vel feciſſe; quod canones patrum ebrium epiſcopum vel preſbyterum aut ceſſare aut degradare jubent, et ipſa veritas dixit [d]: "Attendite, ne graventur corda veſtra in crapula et ebrietate." Et Paulus apoſtolus [e]: "Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria." Et Eſaias propheta [f]: "Vae vobis, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miſcendam ebrietatem:" hoc enim malum ſpeciale eſt paganorum, et noſtrae gentis; hoc nec Franci, nec Galli, nec Longobardi, nec Graeci faciunt. Et hoc ſcelus ſimiliter ſynodali decreto, et interdictu ſcripturarum compeſcamus, ſi poſſumus; ſin autem, vitantes et interdicentes, abſolvamus animas noſtras a ſanguine perditorum.

De violenta quoque monachorum ſervitute, operibus et aedificiis regalibus, quae in toto mundo chriſtianorum non auditur facta, niſi tantum in gente Anglorum; quod ſacerdotibus Dei non tacendum nec conſentiendum eſt, quod inauditum malum eſt praeteritis ſeculis. Venerandam fraternitatis veſtrae dilectionem contra omnia adverſa, illaeſam pro nobis intercedentem, dextra Dei cuſtodire dignetur.

[illegible] [x] [illegible] [illegible], 6. [y] [illegible] [z] Pſal. xc. 1. [a] [illegible]
[illegible] [b] [illegible] [c] [illegible] [f] Eſai. v. 2[illegible].

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
ZACHAR. 6.	CUTHBERT. 8.	747.	ETHELBERT. II. 21.	CONSTANT. VI 7.

Concilium Cloveſhovienſe.

CONCILIUM celebre Cloveſhoviae [vulgo Clyff] habitum ſub Cuthberto Doroberniae archiepiſcopo, praeſentibus (praeter epiſcopos, ſacerdotes et eccleſiaſticos plurimos) Aethelbaldo Merciorum rege, cum ſuis principibus et ducibus, anno Domini 747. regni ejuſdem Aethelbaldi 32. in quo decernitur de unitate eccleſiae, de ſtatu chriſtianae religionis, et de concordia et pace promovendis. Epiſcopi praeſentes erant; Cuthbertus archiepiſcopus Doroberniae, Dunnus epiſcopus Roffenſis, Totta epiſcopus Legeceſtriae, Huita (al. Witta) epiſcopus Lichfeldienſis, Podda epiſcopus Herefordiae, Humfredus epiſcopus Wintoniae, Herewaldus epiſcopus Shireburniae, Heardulfus epiſcopus Dunmoc. et Helmam. Ecgulfus (al. Egwulfus) epiſcopus Londonienſis, Milredus epiſcopus Wigorniae, Aluuihus epiſcopus Lindesferniae, Sicga epiſcopus Selienſ. †

Cujus ſynodi actionem Cuthbertus archiepiſcopus ſtatim per Kinebertum diaconum ſuum Bonifacio Moguntino archipraeſuli miſit: ipſe congratulans eleganter reſcripſit. Sic Gulielmus Malmeſburienſis lib. i. de geſtis pontificum.

*Synodus Cuthberti archiepiſcopi**. Ex codice MS. literis Saxonicis, citante Spelmanno.

REGNANTE in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cuncta patris imperio, ac pariter Spiritus Sancti gratia vivificante diſponit, haec quae ſubter habentur ſynodalia geſta Septembris menſis initio, prope loca quae vocantur Clobeſhoas, peracta ſunt; praeſentibus his Deo dilectis praeſulibus eccleſiarum Chriſti: hoc eſt, honorabili archiepiſcopo Cuthberto, et venerabili Roffenſis eccleſiae antiſtite, Dunno, atque reverendiſſimis epiſcopis Merciorum, Totta et Huita, ac Podda; ſed et probatiſſimis praeſulibus occidentalium Saxonum, Humfredo et Herewaldo, venerabilibuſque ſacerdotibus, Heardulfo orientalium Anglorum, atque Ecgulfo orientalium Saxonum, et Milredo Wicciorum; ſed et honorabilibus quoque epiſcopis Aluuiho Lindiſſae provinciae, atque Sicga auſtralium Saxonum. Anno dominicae incarnationis 747. indictione 15. anno autem regni Aethelbaldi regis Merciorum (qui tunc aderat cum ſuis principibus ac ducibus) ‡ 32.

Prooemium, in quo literae Zachariae pontificis Romani praeleguntur, et praeſules ſeſe mutuo exhortantur.

Cum igitur ex diverſis Britanniae provinciis ſacri ordinis praefati praeſules, cum plurimis ſacerdotibus Domini, et minoribus quoque eccleſiaſtici gradus dignitatibus, ad locum ſynodalem, cum praedicto venerabili archiep. Cuthberto convenerunt, et de unitate eccleſiae, ac ſtatu chriſtianae religionis, et concordia pacis tractanda, confirmandaque pariter confederunt; tum etenim poſt devotam ad invicem ſalutationem inprimis a praeſidente praefato metropolitano ſcripta, toto orbe venerandi pontificis domini apoſtolici papae Zachariae, in duabus chartis in medium prolata ſunt; et cum magna diligentia, juxta quod ipſe apoſtolica ſua auctoritate praecepit, et manifeſte recitata, et in noſtra quoque lingua apertius interpretata ſunt. Quibus namque ſcriptis idem praeclarus pontifex Za-

† Vide nomina paulo aliter recitata in antiq. Brit. eccleſ. ex archivis ſub Cuthberto.

* Balaeus, et hunc ſecuti Magdeburgenſes, ſynodum iſtam Cuthberti archiepiſcopi Cantuariae (quem Mageſetum cognominant) ſub anno gratiae 744. repoſuerunt. Matthaeus Weſtmonaſterienſis in anno 748. Nos (auctori antiq. Britan. eccleſiae, et Savilianis faſtis, aliiſque adhaerentes) anno 747. tribuimus. Haberi enim non potuit anno 744. quod epiſcopi, qui in ipſa nominantur conſediſſe, nondum potiti erant ſuis cathedris; ſcilicet Humfredus Wintonenſi, non ante annum 745. Eguulfus Londinenſi, non ante annum Domini 746.

Crebra fit iſtius ſynodi apud auctores mentio, recitanturque a quibuſdam capitulorum rubricae; mihi tamen nunquam datum eſt vidiſſe aliud ejus exemplar, praeter hoc quod jam expreſſimus. Vetuſtum ſane et Saxonicis interſtinctum characteribus; ſtilo autem ſaepe maleſano et perplexo, qui etiam (ut mendoſam taceam ſcriptionem) nec in ſententiis diſtinguendis, nec in punctis, majoribuſve literis diſponendis, ullam tenuit legem. Idem intelligendum eſt de epiſtola Bonifacii ad Cuthbertum data, lectorique notum cupio, ut quae male nos diſtinximus, ſuo reddat arbitratui.

Finito Cloveſhovienſi hoc concilio, Cuthbertus archiepiſcopus Cantuariae acta in eo omnia, mira celeritate, per Kinebertum diaconum ſuum, Bonifacio archiepiſcopo Moguntino miſit, ut intelligeret quid in executione literarum Zachariae papae et ipſius Bonifacii (quas ſupra memoravimus) hic in Anglia ſit decretum. Bonifacius grato animo rem accepit, et literas ſeu epiſtolam, quam nos (Baronium ſecuti) in anno gratiae 745. collocavimus, ad regem Aethelbaldum jam dediſſe ſcribit auctor antiq. Britan. eccleſiae; ejuſdemque argumenti alias literas ad Cuthbertum archipraeſulem Cantuariae, ac ſi ea etiam epiſtola (quam nos poſuimus fuiſſe in occaſionem iſtius ſynodi) non exarata eſſet ante ejuſdem conſummationem. Fateor has utraſque in manuſcripto codice locum (uti crebro ſolet) poſt concilium tenuiſſe, cum tamen eas tempore atque ordine praeceſſiſſe animadverteremus, nos hiſtoricae conſulentes rationi, Baroniique ducti auctoritate, primores eas conſtituimus. Nec indebite ſine dubio, cum e canonibus Auguſtanae ſynodi, quos in epiſtola ſua ad Cuthbertum miſit Bonifacius, Cuthbertus in hanc ſuam ſynodum multa tranſtulit, et verbatim aliquot quae hic habentur in cap. iii. et xxv. quod fieri minime potuit, ſi epiſtola illa Bonifacii non praeceſſiſſet Cuthberti hanc ſynodum. Haec SPELM.

‡ Malmesb. geſt. pont. lib. i. ait 33.

charias

charias Britanniae hujus insulae nostri generis accolas, diversae videlicet dignitatis et conditionis et gradus familiariter praemonebat, et veraciter conveniebat, ac poſtremo amabiliter exorabat; et haec omnia contemnentibus, atque in sua pertinaci malitia permanentibus, anathematis inter caetera ſententiam proculdubio proferendam inſinuabat, uti in eis legentibus liquido clareſcit. Unde nimirum poſt illarum recitationem, et tremendae invectionis admonitionem, ipſi praeſules, qui caeteris magiſterii loco a Deo praelati ſunt, ad ſeipſos verba mutuae exhortationis verterunt, ac ſeſe ſuumque officium quo caeteri ad Dei famulatum inſtrui quotidie debent, in homiliis quoque beati patris Gregorii, et ſanctorum patrum canonicis decretis, quaſi in ſpecula ſplendiſſima conſiderantes.

CANONES.

I. *Ut epiſcopi curam ſuam paſtoralem, et canonicas inſtitutiones, non negotia ſecularia proſequantur.*

Atque deinde primo ſuorum loco decretorum, hoc rata ſanctione condixerunt: ut unuſquiſque epiſcoporum curam ſibi paſtoralem creditam, canonicaſque Chriſti eccleſiae inſtitutiones, ſummo conamine, contra diverſa ac prava tentamenta, Deo patrocinante et adjuvante, defendere ſit promptus; nec ullatenus deinceps negligenter vivendo, ſegniter docendo, negotiis ſecularibus plus quam Dei ſervitiis, quod abſit, ſubditus exiſtat, ſed bonis utique moribus, abſtinentiae virtutibus, juſtitiae operibus, doctrinae ſtudiis adornatus, ut ſecundum apoſtolum, populum Dei ſuis exemplis bene corrigere, et ſanae quoque doctrinae ſermonibus inſtruere praevaleat.

II. *De unitate pacis.*

Secundo loco ſub teſtificatione quadam confirmaverunt: ut pacis intimae et ſincerae charitatis devotio ubique inter eos perpetuo permaneat, atque ut una ſit omnium concordia in omnibus juribus eccleſiaſticae religionis; in ſermone, in opere, in judicio, ſine cujuſquam adulatione perſonae; utpote unius Domini miniſtri, uniuſque miniſterii conſervi: ut licet ſedibus ſint diviſi per diverſa loca, tamen mentibus conjuncti in uno ſpiritu, Deo in fide, et ſpe, et charitate deſerviant, orantes diligenter pro invicem, ut ſui certaminis curſum fideliter unuſquiſque conſummare poſſit.

III. *Ut omni anno epiſcopi parochias ſuas peragrent.*

Tertio ſanxerunt loco: ut ſingulis annis unuſquiſque epiſcopus parochiam ſuam pertranſeundo et circumeundo, ſpeculandoque viſitare non praetermittat; populumque diverſae conditionis ac ſexus per competentia ad ſe convocet loca, aperteque doceat, utpote eos qui raro audiunt verbum Dei, prohibens, et inter caetera peccamina, paganas obſervationes, id eſt, divinos, ſortilegos, auguria, auſpicia, phylacteria, incantationes, ſive omnes ſpurcitias impiorum, gentiliumque errata.

IV. *Ut epiſcopi [illegible]*

Quarto definitur conditione: ut epiſcopi in ſuis parochiis abbates atque abbatiſſas moneant, quatenus ſeipſos primo ponant exemplum bene vivendi, deinde ſubjectos ſibi ut regulariter conve[illegible]tur, diligenti cura exerceant; ita tamen ut familias ſuas meminerint digne in Domino diligere, et non in vice ſervorum, ſed in vice filiorum habere, et neceſſaria eis ſecundum morem monaſticae vitae, prout poſſibilitas rerum ſubminiſtrat, ſtudeant impendere; et ut praepoſiti praepoſitaeque monaſteriorum curam ſibi injunctam in rebus monaſterii fideliter diſpenſent, caveantque omni modo ne aliquis ſub[illegible]piat illas.

V. *De monaſteriis ſecularium.*

Quinto diſputatum eſt loco: ut epiſcopi monaſteria, ſi tamen ea fas eſt ita nominare, quae utique temporibus iſtis propter vim quandam tyrannicae avaritiae, ad religionis chriſtianae ſtatum nullatenus immutari poſſint, id eſt, quae a ſecularibus, non divinae ſcilicet legis ordinatione, ſed humanae adinventionis praeſumptione, utcunque tenentur; tamen pro ſalute animarum in eiſdem commorantium, adire debeant, ſit [a] neceſſe, et ut inter caetera exhortamenta praevideant, ne ſine ſacerdotis miniſterio aliquod illorum deinceps debilitatum periclitetur, juvantibus ad hoc eorum poſſeſſoribus.

VI. *De examinatione eorum qui ordinandi ſunt.*

Sexto ſtatuitur decreto: ut epiſcopi nullum de clericis ſeu monachis ad ſacrum preſbyteri gradum ordinent, niſi prius ejus vitam, qualis extiterit, vel tunc quae morum probitas, ac ſcientia fidei exiſtat, manifeſte perquirant. Qua namque poteſt ratione aliis integritatem fidei praedicare, ſermonis ſcientiam conferre, peccantibus diſcretionem poenitentiae indicare, niſi prius vigilanti intentione, haec pro viribus ingenioli ſui ſtudeat ediſcere? ut juxta apoſtolum, "[b] potens ſit exhortari in doctrina ſana."

VII. *De lectionis ſtudio per ſingula monaſteria.*

Septimo decreverunt condicto: ut epiſcopi, et abbates atque abbatiſſae omni conatu ſtudeant et diligenti cura provideant, ut per familias ſuas lectionis ſtudium indeſinenter in plurimorum pectoribus verſetur, et ad lucrum animarum laudemque regis aeterni multorum vocibus innoteſcat: nam dictu dolendum eſt, quod his temporibus perpauci inveniantur, qui ex intimo corde ſacrae ſcientiae rapiantur amore, et vix aliquid elaborare in diſcendo voluerint; quin potius a juvenili aetate vanitatibus diverſis, et inanis gloriae cupiditatibus occupantur, atque praeſentis vitae inſtabilitatem plus quam ſacrarum ſcripturarum aſſiduitatem vagabunda mente ſequuntur. Proinde coerceantur et exerceantur in ſcholis pueri ad [c] dilectionem ſacrae

[a] Cl. Wilkinſius "ſit neceſſe" delendum eſſe putat.

[b] Tit. i. 9. [illegible]

ſcien-

4

ſcientiae, ut per hoc bene eruditi, inveniri poſſint ad omnimodam eccleſiae Dei utilitatem; nec ſint rectores terrenae tam avidi operationis, ut domus Dei deſolatione ſpiritalis ornaturae vileſcat.

VIII. *Ut preſbyteri diligenter conſiderent officium ſuum.*

Octavo monuerunt capitulo: ut preſbyteri indeſinenter reminiſcant, ad quod divina ordinatione prae caeteris promoti ſint; quod Dei videlicet miniſtri et diſpenſatores myſteriorum Chriſti vocantur; et tunc "[d] quaeritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur:" unde ſciant ſe neceſſario pro Dei intuitu debere a ſecularibus negotiis cauſiſque, in quantum praevaleant, vacare; altaris officium divinique cultus obſequium ſumma intentione perſolvere; oratorii domum, et cuncta ad cultum ipſius pertinentia, ſub ſua cura conſervare; lectioni, orationi, miſſarum celebrationi, pſalmiſque canendis invigilare; abbatibuſque ſuis ſive abbatiſſis diligenter ac fideliter, ubicunque opus videatur, auxilium praebere, pro injuncto ſcilicet ſibi divinitus officio reminiſcant: id eſt, in admonendo et corripiendo, atque exhortando ſubjectos; ut pariter et exemplis et hortamentis illorum alii, ut decet, ad Dei famulatum ſemper incitentur.

IX. [e] *Ut preſbyteri baptizent, et in ſuos evangelicae praedicationis officium diligenter exerceant.*

Nono conſequenter addiderunt capitulo: ut preſbyteri per loca et regiones laicorum, quae ſibi ab epiſcopis provinciae inſinuata et injuncta ſunt, evangelicae atque apoſtolicae praedicationis officium in baptizando, et docendo, ac viſitando, ſub legitimo ritu ac diligenti cura, ſtudeant explere; ut, ſecundum apoſtolum, "duplici honore digni habeantur;" caveantque omnino, ut decet Dei miniſtros, ne aliqua contemnendae ac pravae converſationis exempla de ſe ſecularibus ſive monaſterialibus praebeant, id eſt (ut caetera taceantur) vel in ebrioſitate, vel turpis lucri gratia, ſeu turpi eloquio, et his ſimilibus.

X. *Ut preſbyteri quoque ſymbolum et miſſarum verba in ſua lingua diſcant ſcire.*

Decimo docuerunt decreto: ut preſbyteri omne ſui gradus officium legitimo ritu per omnia diſcant exhibere poſſe; deinde ut ſymbolum fidei ac dominicam orationem, ſed et ſacroſancta quoque verba, quae in miſſae celebratione, et officio baptiſmi ſolenniter dicuntur, interpretari atque exponere poſſe propria lingua, qui neſciant, diſcant; nec non et ipſa ſacramenta quae in miſſa, ac baptiſmate, vel in aliis eccleſiaſticis officiis viſibiliter conficiuntur, quid ſpiritaliter ſignificent ediſcere ſtudeant. Ne vel in ipſis interceſſionibus, quibus pro populi delictis Deum exorare noſcuntur, vel miniſterii ſui officiis, inveniantur quaſi muti et ignari, ſi non intelligant, nec verborum ſuorum ſenſum, nec ſacramenta quibus per eos alii ad aeternam proficiunt ſalutem.

XI. *Ut omnes preſbyteri uno modo ſua miniſteria peragant*

Undecimo proſecuti ſunt mandato: ut cuncti preſbyteri omne ſacerdotale ſuum miniſterium uno eodemque modo ac ratione in baptizando, et docendo, ac judicando ubique ſtudeant agere; et quod primum eſt, de fide ſacrae trinitatis recte ac ſincere ſapiant, omneſque ad ſe venientes, de ſua vita conſulentes, hanc primitus doceant, quia "ſine fide impoſſibile eſt placere Deo." Symbolum quoque eis diligenter inſinuent, ut intelligant quid credere, quid ſperare debeant; infantibuſque illud vel eis, qui eos in baptiſmate ſuſcipere voluerint, tradant, abrenunciationemque doceant diabolicis pompis atque auguriis, divinationibuſque dicere, et poſt haec legitimas profeſſiones profiteri ſolerter inſtruant.

XII. *Item ut preſbyteri ſimplici voce et modeſta ſancta canant in eccleſiis.*

Duodecimo adjunxerunt edicto: ut preſbyteri ſecularium poetarum modo in eccleſia non garriant, nec tragico ſono ſacrorum verborum compoſitionem ac diſtinctionem corrumpant vel confundant, ſed ſimplicem ſanctamque melodiam, ſecundum morem eccleſiae, ſectentur; qui vero id non eſt idoneus adſequi, pronunciantis modo ſimpliciter legendo, dicat atque recitet quicquid inſtantis temporis ratio poſcit, et quae epiſcopi ſunt, non praeſumat. Interea quoque preſbyteri de his, quae propria ſunt epiſcoporum, in quibuſdam eccleſiaſticis officiis, nihil omnino tentent et praeſumant agere.

XIII. *Ut uno eodemque tempore ubique feſtivitates dominicae, ſeu martyrum nativitates peragantur.*

Tertio decimo definitur decreto: ut uno eodemque modo dominicae diſpenſationis in carne ſacroſanctae feſtivitates, in omnibus ad eas rite competentibus rebus, id eſt, in baptiſmi officio, in miſſarum celebratione, in cantilenae modo, celebrentur, juxta exemplar videlicet quod ſcriptum de Romana habemus eccleſia. Itemque ut per gyrum totius anni natalitia ſanctorum uno eodemque die, juxta martyrologium ejuſdem Romanae eccleſiae, cum ſua ſibi convenienti pſalmodia ſeu cantilena venerentur.

XIV. *De honore et obſervatione dominici diei.*

Quarto decimo ſtatuitur loco: ut dominicus dies legitima veneratione a cunctis celebretur; ſitque divino tantum cultui dedicatus, omneſque abbates ac preſbyteri iſto ſacratiſſimo die in ſuis monaſteriis atque eccleſiis maneant, miſſarumque ſolennia agant; omiſſiſque exterioribus negotiis, ac ſecularium conventibus, atque itineribus, niſi inexcuſabilis quaelibet cauſa urgeat, religioſae converſationis, ac bene vivendi normulam, de ſacrae ſcripturae eloquiis ſubjectis [f] familiis praedicando inſinuent: ſed et hoc quo-

[d] 1 Cor. iv. 2.

[e] Spelmannus male: *Ut presbyteri baptizent [et] in ſuos evangelii officium diligenter praedicarent.*

[f] Lego cum Wilk. *familiis* pro Spelmanni *famulis*; ſic ſupra num. 7. "provideant ut per familias ſuas lectionis ſtudium verſetur." Et num. 4. "ita tamen ut familias ſuas meminerint."

que

que decernitur, quod eo die ſive per alias feſtivitates majores, populus per ſacerdotes Dei ad eccleſiam ſaepius invitatus, ad audiendum verbum Dei conveniat; miſſarumque ſacramentis, ac doctrinae ſermonibus frequentius adſit.

XV. *De ſeptem canonicis horis.*

Quinto decimo definierunt capitulo: ut ſeptem canonicae orationum diei et noctis horae, diligenti cura, cum pſalmodia et cantilena ſibimet convenienti obſerventur, et ut eandem monaſterialis pſalmodiae parilitatem ubique ſectentur, nihilque quod communis uſus non admittit, praeſumant cantare aut legere, ſed tantum quod ex ſacrarum ſcripturarum auctoritate deſcendit, et quod Romanae eccleſiae conſuetudo permittit, cantent vel legant; quatenus unanimes, uno ore laudent Deum. Sed et hoc quoque condixerunt, ut non ſolum pro ſe eccleſiaſtici ſive monaſteriales, ſed etiam pro regibus, et totius populi chriſtiani incolumitate divinae pietatis clementiam exorare, per competentes orationum reminiſcant horas.

XVI. *De diebus litaniarum.*

Sexto decimo condixerunt capitulo: ut litaniae, id eſt, rogationes a clero omnique populo his diebus cum magna reverentia agantur; id eſt, die ſeptimo kalendarum Maiarum, juxta ritum Romanae eccleſiae: quae et litania major apud eam vocatur. Et item quoque ſecundum morem priorum noſtrorum, tres dies ante aſcenſionem Domini in caelos, cum jejunio uſque ad horam nonam, et miſſarum celebratione venerentur; non admixtis vanitatibus, uti mos eſt plurimis, vel negligentibus, vel imperitis, id eſt, ludis et equorum curſibus, et epulis majoribus; ſed magis cum timore et tremore, ſigno paſſionis Chriſti, noſtraeque aeternae redemptionis, et reliquiis ſanctorum ejus coram portatis, omnis populus genu flectendo divinam pro delictis humiliter exoret indulgentiam.

XVII. *De feſtivitate colenda* [illegible] *Auguſtini.*

Septimo decimo conſtitutum eſt praecepto: ut dies natalitius beati papae Gregorii, et dies quoque depoſitionis, qui eſt 7. kal. Junii, ſancti Auguſtini archiepiſcopi atque confeſſoris, qui genti Anglorum miſſus a praefato papa, et patre noſtro Gregorio, ſcientiam fidei, baptiſmi ſacramentum, et caeleſtis patriae notitiam primus attulit, ab omnibus, ſicut decet, honorifice venerentur. Ita ut uterque dies ab eccleſiaſticis et monaſterialibus feriatus habeatur, nomenque ejuſdem beati patris et doctoris noſtri Auguſtini, in litaniae decantatione, poſt ſancti Gregorii invocationem ſemper dicatur.

XVIII. *De jejunio quarti, ſeptimi, et decimi menſis.*

Octavo decimo ſtatutum eſt mandato: ut jejuniorum tempora, id eſt, quarti, ſeptimi, et decimi menſis nullus negligere praeſumat. Sed ante horum initia per ſingulos annos admoneatur plebs, quatenus legitima univerſalis eccleſiae ſciat atque obſervet jejunia, concorditerque univerſi id faciant; nec ullatenus in ejuſmodi diſcrepent obſervatione, ſed ſecundum exemplar, quod juxta ritum Romanae eccleſiae deſcriptum habemus, ſtudeant celebrare.

XIX. D[illegible]

Nono decimo praeceptum eſt loco: ut monachi ſeu nunnones ſuo majori regulariter conſtituto humiliter ſubjecti ſint, et quietam ac regularem vitam agant, et ſine diſſenſionibus, quae habitus ſui propoſito competent, firmiter conſervent; nec pompaticis, et quae ad inanem gloriam more ſecularium pertineant, utantur indumentis, ſed ſimplici, propoſitoque congruenti eorum, veſtiantur habitu.

XX. *Item de* [illegible]

Viceſimo ſancitur decreto: ut provideant vigilanti perſpectione epiſcopi in ſuis parochiis, ut ſint monaſteria juxta vocabulum nominis ſui, id eſt, honeſta ſilentium, quietorum, atque pro Deo laborantium habitacula; et non ſint ludicrarum artium receptacula, hoc eſt, poetarum, cithariſtarum, muſicorum, ſcurrarum; ſed orantium, legentium, Deumque laudantium habitationes; et ut non habeant ſeculares quique vagandi licentiam per inconvenientia ſibi loca, vel diſcurſus per interiora monaſterii domuncula, ne materiam aliquando reprehendendi inde ſumant, ſi aliquid intra clauſtra monaſterii aliter, quam decet, videant vel audiant. Nam ſatis nociva atque vitioſa conſuetudo eſt illa laicorum familiaritas, et maxime in nunnarum minus regulariter converſantium monaſteriis; quia ob hoc ſaepius diverſorum ſive nefandorum ſuſpicionum cauſae non ſolum oriuntur, ſed et perpetrantur ac diffamantur ad infamiam profeſſionis noſtrae. Unde ne ſint ſanctimonialium domicilia, turpium confabulationum, commeſſationum, ebrietatum, luxuriantiumque cubilia; ſed continentium ſobrieque viventium, ac legentium, pſallentiumque habitacula, magiſque legendis libris, vel canendis pſalmis, quam texendis et plectendis vario colore inanis gloriae veſtibus ſtudeant operam dare.

XXI. *D*[illegible]

Viceſimo primo conſtituitur loco: ut monaſteriales, ſive eccleſiaſtici ebrietatis malum non ſectentur aut expetant, ſed velut mortiferum vitent venenum, apoſtolo denunciante[g], quod "ebrioſi regnum Dei non poſſident:" et alibi[h]: "Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria." Sed neque alios cogant intemperanter bibere; ſed pura ac ſobria ſint eorum convivia, non luxurioſa neque deliciis vel ſcurrilitatibus mixta; ne habitus ſui reverentia contemptibilis apud ſeculares habeatur, et inter eos merito valde infametur; et ut ſi nulla neceſſitas infirmitatis cogat, ante canonicam horam, id eſt, diei tertiam completam, potationibus, ebrioſorum more, non ſerviant.

[g] 1 Cor. vi. 10

[h] Eph. v. 18

XXII. *De communione corporis et ſanguinis Chriſti monaſterialibus.*

Viceſimo ſecundo decretum eſt capitulo: ut monaſteriales quique, ſive eccleſiaſtici admoneantur ſacroſanctae communioni corporis et ſanguinis Domini, dignos ſe indeſinenter praeparare; et ut ipſi rectores diligenti circumſpectione conſiderent, ne aliquis de ſubditis tam negligenter tamque perdite vivat, ut culpis exigentibus, nec altaris participatione ſocietur, nec ſua curet confiteri et emendare vitia; quod ſi aliquis talis inveniatur, acrius corripiatur.

XXIII. *Item de communione laicorum.*

Viceſimo tertio adjunctum eſt loco: quod laici pueri ſimiliter hortandi ſint, qui nec dum videlicet laſcivientis aetatis corruptela ſint vitiati, ut ſaepius communicent, nec non et provectioris quoque aetatis, ſeu coelibes, ſeu etiam conjugati, qui peccare deſinunt, ad hoc ipſum admonendi ſint, quatenus frequentius communicent, ne ſalutaris cibi potuſque inopia deficiant, dicente Domino: "[i] Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis manentem."

XXIV. *Ut ſeculares prius probentur, et ſic ſanctae converſationis tonſuram accipiant.*

Viceſimo quarto ſancitum eſt capitulo: ut ſi quis ſecularium ſanctae profeſſionis famulatum ſubire deſiderat, non antea tonſurae habitum ſuſcipiat: quam illius converſatio ac morum qualitas, ſecundum monaſticae regulae definitionem manifeſtius probetur, juxta apoſtolicum praeceptum: "Probate," inquiens, "ſpiritus ſi ex Deo ſint:" niſi aliqua rationabilis cauſa, ut antea ſuſcipiatur in congregationem, rite perſuadeat. Caeterum ſciant epiſcopi eccleſiarum ſive rectores monaſteriorum, eo diligentius unumquemque ante coenobialem converſionem, adhuc in laico habitu conſtitutum, tentare ac perſcrutare ſe debere, quo (poſt ſuſceptionem ſi diſplicet, et indoctus exiſteret) eum talem tolerare, qualem antea tentaverant ac decet, nec ullo modo eum ſtatim abjicere qualibet ex cauſa, ut per laicorum domunculas ad infamiam neceſſariae converſationis criminoſae vagetur; niſi talis quaedam exiſtat cauſa, qualis ſynodali decreto ſi contingat, definitum eſt eum dimittere, et anathematizatum eſſe ab omnibus in omni loco, niſi ad ſatisfactionem redeat.

XXV. *Ut epiſcopi ſynodi praecepta per parochias ſuas omnes ſcire faciant.*

Viceſimo quinto definitum eſt capitulo: ut epiſcopi a ſynodo venientes, in propria parochia cum preſbyteris, et abbatibus, et praepoſitis conventum habentes, praecepta ſynodi ſervare inſinuando praecipiant; et unuſquiſque epiſcoporum, ſi quid in ſua dioeceſi corrigere et emendare nequiverit, idem in ſynodo coram archiepiſcopo, et palam omnibus ad corrigendum inſinuet.

XXVI. *De eleemoſynis.*

Viceſimo ſexto loco de utilitate eleemoſynae patrum ſententiae prolatae ſunt: quod eleemoſynae neceſſario ad hoc quotidie a fidelibus eſſent agendae, ut delinquentibus ac dein per debitum jejunium poenitentiam agentibus, peccata praeterita citius ac plenius a Deo, quem offenderunt, remittantur; et ne eadem iterentur, vel alia ſimilia inſuper agantur; divinae per eas adipiſcendum ſit protectionis patrocinium. Sed et religioſe quoque viventibus, ut pro temporalium rerum largitione in terris, et conſervata hic in praeſenti clementius a Deo puritate innocentiae illorum, et in futuro aeternarum rerum remuneratione compenſentur in caelis. Sed non ad hoc ſine dubio dandae, ut quaelibet vel minima ſaltem peccata eo licentius cuiquam agere liceat, quo vel ipſe, vel alius quilibet pro eo eleemoſynas faciat, ſed eo videlicet quo praedictum eſt modo. Eleemoſyna quippe nomen et opus eſt miſericordiae: unde quiſque animae ſuae jam veraciter miſereri deſiderat, non ſit eleemoſyna illius ex injuſta aliorum rapina, ſed ex propria ac probe acquiſita facultate; quia ſi ex crudelitate, vel violenter ab aliquo expetita porrigatur, per hanc magis offenditur, quam placatur divina juſtitia; quia juxta ſcripturam: "[k] Eleemoſyna quae fit ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui mactat filium in conſpectu patris ſui." Non ſit quoque eleemoſyna ullius ad hoc eſurienti data, ut ſeipſum commeſſationibus, ebrietatibuſque illicitis ſupra modum ingurgitet; ne per hoc quod venalem Dei juſtitiam ponat, ab eadem non ſolum acrius, ſed citius, juxta merita illius judicetur. Non ſint item, ut generaliter dicatur, eleemoſynae quorumlibet quotidie pro Deo ad hoc datae, ut eo magis quaſi impune ſuas eis quaſlibet corporis voluptates liceat perficere, quia fruſtra ſuas tantum eleemoſynas, et non intermixta flagitia ſupernum penſare judicem caeco ſuo libitu volunt et optant; hoc enim modo facientes ſive aeſtimantes ſua Deo dare videntur, ſeipſos diabolo per flagitia dare non dubitantur.

Poſtremo igitur (ſicuti nova adinventio juxta placitum ſcilicet propriae voluntatis ſuae, nunc plurimis periculoſa conſuetudo eſt) non ſit eleemoſyna porrecta ad minuendam vel ad mutandam ſatisfactionem per jejunium, et reliqua expiationis opera, a ſacerdote Dei pro ſuis criminibus jure canonico indictam; ſed magis ad augmentandam emendationem ſuam, ut eo citius placetur divinae indignationis ira, quam ſuis provocavit ſibi propriis meritis: et inter haec ſciat quod quanto magis illicita perpetravit, tanto magis a licitis ſe abſtinere debet; et quanto majora mala fecit, tanto majores fructus bonorum operum exhibere Deo debet; et non alia per alia quaelibet omittere, vel imminuere bona debet. Nam bonum eſt omnino pſalmodiae inſiſtere; bonum eſt genua ſaepius veraci flectere intentione; bonum eſt eleemoſynas quotidie dare: ſed pro his non eſt abſtinentia remit-

[i] Joh. vi. 53.

[k] Eccleſ. xxxiv. 20.

tenda,

I

renda, non eſt jejunium impoſitum ſemel juxta eccleſiae regulam, ſine qua non remittuntur ulla peccata, relaxandum. Sed haec, et his ſimilia, fiunt augmenta ad majorem expiationem peccatorum, quia neceſſe eſt, ut caro quae nos laeta per incontinentiam traxit ad culpam, afflicta per jejunium reducat ad veniam; feſtinanter etenim, quibuſcunque praevaleat piis actibus homini expianda ſunt talia piacula, quae videlicet regnum Dei claudere, ſi non corrigantur, aperte deſcribuntur; quia indubitanter latet quid ei pariet ſuperventura dies, atque quanto tempore ei liceat pro malis ſuis actibus bona quaelibet agere, quia qui veniam peccanti ſpoſpondit, craſtinum diem non promiſit.

XXVII. *De ſanctae pſalmodiae utilitate.*

Viceſimo ſeptimo: multa ſive de his, qui ſanctam pſalmorum ac ſpiritalem cantilenam utiliter, ſive de his, qui negligenter praeſumunt agere, multa differentes in hunc modum: "Pſalmodiae, inquiunt, opus divinum ſpiritu et mente agentibus, magnum eſt ac multiplex animarum medicamentum ſuarum." Voce autem ſine ſenſu cordis canentibus, ſonitum alicujus rei facere ſimillimum eſt, unde quamvis pſallendo Latina quis neſciat verba, ſuas tamen cordis intentiones, ad ea, quae in praeſenti poſcenda ſunt a Deo, ſuppliciter referre, ac pro viribus detinere debet. Nam pſalmi a Sancto Spiritu jam olim ad ſolatium generi humano per os prophetae prolati, cum intima intentione cordis et corporis congrua humiliatione; ad hoc canendi ſunt; quatenus per divinae laudis oracula, et noſtrae ſalutis ſacramenta, et humillimam quoque confeſſionem delictorum, ſive eorundem ſuppliciter imploratam remiſſionem, de quacunque re digna divinae pietatis exorantes pulſaverint aures, eo digniores exaudiri mereantur, quo ipſi Deo appropinquare vel placere geſtiunt, per ea quae praedixi tam ſacroſancti ac divini ſpecialiter famulatus officii ſervitium; ſive dum pro ſe ut faciant in illa ſancta modulatione, Deum multiplici modo et laudant et orant; ſive etiam pro aliis, viventibus ſeu mortuis, cum expleta quantalibet pſalmodia, genu flectentes in orationem, et lingua Latina, vel, qui eam non didicerunt, ſua Saxonica dicunt: "Domine miſerere illi, et parce peccatis illius, et converte illum, ut faciat voluntatem tuam:" ſive id pro mortuis: "Domine ſecundum magnam miſericordiam tuam, da requiem animae illius, atque ei pro tua immenſa pietate, gaudia lucis aeternae donare cum tuis ſanctis dignare." At vero petitores pro ſe, pſalmodiae fidem cum magna reverentia adhibeant, ſibi magnopere eam juxta praedictum modum prodeſſe; ſi tamen ipſi in expiatione debita ſuorum facinorum, et non in paſſione conſiſtunt adhuc vitiorum, hoc eſt, ut per orationes et interceſſiones Deo digne pſallentium atque orantium, facilius ac citius pervenire mereantur ad divinae reconciliationis gratiam; ſive ut ad meliora proficiant, ſive ad ea quae inpraeſentiarum juſte petantur obtinenda. Non ſcilicet ut eo licentius, ac quaſi liberius, vel ad momentum peccare, vel bona aliqua praeterire, vel jejunium pro peccatis indictum relaxare, vel eleemoſynas minus largiri, ullo modo liceat, quia pro ipſis alios pſalmos cantare putant, vel jejunare. Quia ſine dubio ſciat unuſquiſque, quod ipſa illius caro, quae illicita ac nefanda contraxit deſideria, ipſam a licitis quoque abſtinere debet, ipſamque hic in praeſenti punire juxta modum reatus ſui debet, ſi non vult in futuro ab aeterno judice eſſe punitam.

Ipſe inprimis cum gemitu cordis pro ſui reſtauratione divinam inceſſanter exorare clementiam debet; et deinde quoque quoſcunque poteſt fideles famulos Dei, ut pro ſe communiter cum eo Deum exorent, adhibere. Nam ſi aliter inter eos quam praedictum eſt, vel promittitur, vel creditur, ſive agitur, hinc non minuunt, ſed addunt peccata peccatis; quia per hoc (inſuper alia) ſuperni judicis iracundiam provocant; quod ejus quotidie juſtitiam inter ſe quaſi venalem ſtatuere, immenſa adulatione atque illecebroſo exceſſu luxurioſae converſationis audent. De hoc prolixius ideo diſputandum eſt, quia nuper quidam dives ſecundum hoc ſeculum, petens reconciliationem pro magno quodam facinore ſuo, citius ſibi dari; affirmans in ſuis literis idem nefas juxta multorum promiſſa, in tantum eſſe expiatum, ut ſi deinceps vivere poſſit trecentorum [l] annorum numerum, pro eo plene his ſatisfactionum modis, per aliorum ſcilicet pſalmodiam, et jejunium, et eleemoſynas perſolutum eſſet, excepto illius jejunio, et quamvis ipſe [m] utcunque vel parum jejunaret. Ergo ſi ita placari per alios poteſt divina juſtitia; cur divites, o ſtulti promiſſores, qui pro ſuis flagitiis aliorum innumera ſuis poſſunt praemiis jejunia redimere, "[n] difficilius" (voce veritatis) "regnum intrare caelorum, quam per foramen acus camelum tranſire" dicuntur? Utinam vos ſoli pereatis perſuaſores peccatorum, et nomine portarum inferni merito vocati, antequam plures veſtra errabunda adulatione implicentur, ſive deducantur ad perniciem perpetuae indignationis Dei. Homo ſe non fallat, Deus neminem fallit, dicendo per apoſtolum ſuum: "[o] omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti:" et reliqua.

XXVIII. *Ut nemo* [illegible]

Viceſimo octavo praeceperunt mandato: ut nemo ſuſcipiat majorem congregationem, quam ſuſtentare poſſit, et eis neceſſaria praeſtare. Si quis autem vel ſi qua antehac incaute ſuſciperet, minus proinde operis ab eis violenter exigeret, antequam illis victum ac veſtimentum juxta habitum profeſſionis ſuae poſſit concedere, et ut inter alias regularis vitae obſervantias, veſtibus conſuetis juxta formam videlicet priorum, ſive clerici, ſive monachi deinceps utantur; nec imitentur ſeculares in veſtitu crurum per faſciolas, nec per coculas in circumdatione capitis

[l] Mendoſam Spelmanni locum ex Walk. reſtituo. Laeta pro Spelmanni [illegible] [m] Pro utcunque Spelm. habet [illegible] Laet. [illegible] [n] Matt. xix. 24. [o] Rom. xiv. 10.

pitis modò pallii laicorum contra morem eccleſiae.

Similiter, quod non debeant ſanctimoniales a ſacerdote velatae poſt ſuſceptum ſanctae profeſſionis habitum, iterum habere indumenta ſecularia, et ornatis ac nitidis veſtibus incedere, quibus laicae puellae uti ſolent; ſed ſtudeant accepta pudicitiae veſtimenta, humilitatem videlicet cordis, et contemptum mundi ſignificantia, jugiter conſervare; ne aſpectu illarum, aliorum corda polluantur, et ipſae illius pariter contaminationis ex praedictis rebus reae coram Deo inveniantur.

XXIX. *Ut nullus ſervorum Dei inter laicos habitet.*

Viceſimo nono decreverunt regulari edicto: quod poſt hanc ſynodum non liceat clericos, vel monachos, vel ſanctimoniales ulterius apud laicos habitare in domibus ſecularium, ſed repetant monaſteria ubi primitus habitum ſanctae profeſſionis ſumpſerant; de quibus, ſive voluntate propria exierint, ſive aliorum violentia diſturbati eſſent, ut in plurimis locis factum eſſe conſtat; nec eis redeuntibus pro qualibet culpa jam ante perpetrata, aditus introeundi denegetur. Si autem aliqui vel aliquae non ſub maledicto, ſed accepta licentia et benedictione, poſtea ab aliis pacifice adſumpti fuerunt in conſortium familiaritatis; ſed inde tamen poſt paululum recedentes inter laicos, huc illucque diſcurrunt ſemper vagi, et nunquam ſtabiles, quorum ſiquidem imperata et praedicta reverſio non pertinet ad locum, unde regulariter egreſſi ſunt, ſed ad eum locum ubi ex convenientia amborum licenter ſuſcepti ſunt in contubernium familiaritatis.

XXX. *De modo cohibendi ſimultates inter eccleſiaſticos et laicos, et de orando pro regibus, etc.*

Triceſimo capitulo ſermo diutius inter ſacerdotes Dei atque minoris gradus dignitatis, in medio prolatus eſt, quaerentes: quomodo ſub ſtatu praeſentis temporis, quorundam de ſe malam ſuſpicionem, vel malae ſuſpicioni ſimilia verba, ſedare funditus praevalerent, cum ſibi internus arbiter ſecretorum teſtis eſſet, talem de ſe fruſtra ac falſo aeſtimare opinionem; hoc eſt quod reges cum ducibus et principibus ſuis, ac deinde minoris poteſtatis perſuaſi plurimi de eis dicere ſoleant, quod non tantum ſincero eos non diligant affectu, ſed inſuper eorum bonis praeſentibus, ac proſperitatibus quibuſque felicioribus magis invideant animo nimis infeſto, quam devoto ſatis congaudeant corde, eorumque converſationis ſtatum odibili quadam detractione dilacerare non deſinant. Haec etenim et his ſimilia pro nonnullis cauſis ſatis indignum de ſe aeſtimare vel dicere quemlibet potioris vitae ac dignitatis virum dijudicabant; quia non ſolum hoc propoſito habitus ſui, ſed etiam evangelicae atque apoſtolicae (quam generaliter cunctis praedicare debuerant) ſatis doctrinae contrarium eſſet, hoc eſt, ut praedicator pacis et charitatis in Deum et homines, qui ad imaginem Dei conditi ſunt, fomitem in ſe odii vel invidiae aliquando praeſumeret, vel ad momentum ſuſcipere. Ut igitur immunes eos per omnia ab hoc deteſtando vitio, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus certius ipſi accuſatores agnoſcerent; ſtatuerunt, ut deinceps per canonicas orationum horas non ſolum pro ſe eccleſiaſtici ſive monaſteriales, ſed etiam pro regibus ac ducibus, totiuſque populi chriſtiani incolumitate, divinam inceſſanter exorarent clementiam, quatenus quietam ac tranquillam vitam ſub eorum pia defenſione mereantur agere. Et ut ita poſt haec unanimes exiſterent in Deum fide, ſpe, et charitate; et ſeipſos invicem diligerent, ut etiam poſt hujus peregrinationis curricula, ad ſupernam pervenire pariter mereantur patriam: et pro illis quicunque nunc pium frequentius patrocinium Chriſti protenderint eccleſiis, diligentius, et ut pro viventibus divina precaretur clementia, et pro mortuis piae placationis celebratio ſaepius pro illarum requie animarum, per plurimorum officia ſacerdotum Chriſti ageretur: ſi tamen ipſi hoc munere dignos viventes praeparare meminerint.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
ZACHAR. 8.	CUTHBERT. 10.	749.	EADBERT. 1.	CONSTANT. VI. 9.

Privilegium Aethelbaldi regis eccleſiis conceſſum †. Ex clar. Spelmanno.

Donatio Aethelbaldi regis.

PLERUMQUE contingere ſolet pro incerta temporum viciſſitudine, ut ea, quae prius multarum fidelium perſonarum teſtimonio conſilioque roborata fuerunt; fraudulenter per contumaciam plurimorum, et machinamenta ſimulationis, ſine ulla conſideratione rationis periculoſe diſſipentur, niſi auctoritate literarum et teſtimonio cyrographorum aeternae memoriae inſerta ſint.

Quapropter ego Aethelbaldus rex Merciorum, pro amore caeleſtis patriae, et pro remedio animae meae, hoc maxime agendum eſſe praevidi, ut eam per bona opera liberam efficerem ab omni vinculo peccatorum. Dum enim mihi omnipotens Deus per miſericordiam clementiae, abſque ullo antecedente merito, ſceptra regiminis honorifice largitus eſt; ideo ei libenter et voluntarie ex eo, quod accepi, iterum retribuo.

Hujus rei gratia hanc donationem, Deo teſte, me vivente concedo, ut omnia monaſteria et eccleſiae regni mei a publicis vectigalibus, et ab

* Privilegium Aethelbaldi regis Merciorum monaſteriis et eccleſiis conceſſum; in quo memor praedictae epiſtolae S. Bonifacii, et vitae anteactae poenitens, monaſteria et eccleſias regni ſui libera facit a vectigalibus, operibus, oneribus, munuſculis, etc.

omnibus operibus, oneribusque abſolvantur, niſi ſola quae communiter fiuenda ſ[illegible], omnique populo edicto regis facienda jubentur, id eſt, inſtructionibus pontium, vel neceſſariis defenſionibus arcium contra hoſtes, non ſunt renuenda. Sed nec hoc praetermittendum eſt, cum neceſſarium conſtat eccleſiis Dei; quia Aethelbaldus rex pro expiatione delictorum ſuorum, et retributione mercedis aeternae famulis Dei propriam libertatem in fructibus ſilvarum, agrorumque, ſive in caeteris utilitatibus fluminum, vel captura piſcium habere donavit; et ut munuſcula ab eccleſiis in ſeculare convivium regis vel principum a ſubditis minime exigantur, niſi amore et voluntate praebentur: ſed cunctas tribulationes quae nocere vel impedire poſſunt in domo Dei, omnibus principibus ſub ejus poteſtate degentibus, dimittere et auferre praecipit; quatenus ſublimitas regni ejus proſperis ſucceſſibus polleat in terris, et meritorum manipuli multipliciter matureſcant in caelis.

Qui vero haec benigna mentis intentione atque illaeſa cogitatione cuſtodierit, aeterna claritate coronetur, ornetur, glorificetur. Si quis autem, quod abſit, cujuſlibet perſonae tyrannica cupiditate inſtinctus, contra hanc donationis chartulam, ſeculari potentia fretus, venire nititur, ſit ſub anathemate Judae proditoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ad confirmandum vero hoc noſtrae beneficentiae munus, hii teſtes adſuerunt; [illegible] magiſtratu, optimates et [illegible], fideliſſimique amici conſenſerunt et ſcripſerunt.

✠ Ego Aethelbald [illegible] divino [illegible] ſuffragio hiis ſtatutis conſentiens confirmandoque ſignum crucis exaravi.

✠ Ego Huita Mer[illegible] eccleſiae [illegible] epiſcopus ſubſcripſi.

✠ Ego Torhthelm gratia Dei epiſcopus ſignum crucis infixi.

✠ Ego Headberht [illegible] ſubſcripſi.

✠ Ego Eada his ſtatutis conſentiens ſubſcripſi.

✠ Ego Cyneberht his geſtis conſentiens ſubſcripſi.

✠ Ego Bercul patricius his donis conſentiens ſubſcripſi.

✠ Ego Friothuric conſentiens ſubſcripſi.

✠ Ego Eopa his ſtatutis conſentiens ſubſcripſi.

✠ Ego Eadbal ſubſcripſi.

✠ Ego Byrnhelm ſubſcripſi.

✠ Ego Mocca ſubſcripſi.

✠ Ego Aldceorl ſubſcripſi.

✠ Ego Alhmund ſubſcripſi.

Hujus ſchedulae ſcriptio dominicae incarnationis an. DCCXLIX. indictione ſecunda in loco celebri, cujus vocabulum eſt "Godmundeſleech," [illegible] anno Aethelbaldi regis [illegible] eſt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	R[illegible]	[illegible]
ZACHAR. 9.	C[illegible] 11	[illegible]	EADBERT. 2.	CONSTANT. VI. 10.

Excerptiones D. Ecgberti Eboracenſis archiepiſcopi e dictis et canonibus ſanctorum patrum concinnatae, et ad eccleſiaſticae politiae inſtitutionem conducentes †. Ex MS. Cotton. Nero A. 1. fol. 131. verſo.

PRAEFATIO.

Incipit de canonibus.

CANONES dicimus regulas quas ſancti patres conſtituerunt, in quibus ſcriptum eſt quomodo canonici, id eſt, regulares clerici vivere debent.

Auguſtinus Aurelienſis epiſcopus dicit.

Ut nulli ſacerdotum ſuos liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod patrum poſſit regulis obviare. Et ne excuſatio de ignoratione naſcatur, vel per oblivionem aliquid negligatur, frequenter in hoc libello quaſi in ſpeculo proſpiciant, quod canonum eſt regulis defi-

† [illegible] arch. Ebor. [illegible] eccleſ[illegible] "The [illegible] of his being the [illegible] made not long after the age of Ecgbriht [illegible] the ſucceſſors of Ecgbriht, or [illegible] made a collection of canons for [illegible] an [illegible] biſhop for his own dioceſe [illegible] compiled by Iſidore of Sevile, hath been [illegible] decretal epiſtles, inſerted them into this [illegible] ſtems of canons with approbation [illegible] the Levite [illegible] deacon, I ſuppoſe [illegible] veral canons upon the ſame head, in this collection, and theſe ſometimes ſcarcely conſiſtent with each other, when he con[illegible] even when contrary to them. So the [illegible] the old obſolete laws and canons, in order to give his reader the true aim and intent of thoſe now in force. And further in Ecgbriht's age, primates [illegible] acted at diſcretion. It was the pope's canon law, [illegible] reſtrictions, and this was not compiled till about 400 years after this time. Therefore, [illegible] they would act, according to the various circumſtances of the perſons, and cauſes which were brought before them." [illegible] "Sir H. Spelman dates the excerptions of Ecgbriht [illegible] placing them in that year, than in any other of the thirty two of his adminiſtration [illegible] when the date was uncertain, to take the middle year, [illegible]

nitum

nitum. Veruntamen non omnes clerici judicia canonicae conſtitutionis uſurpare aut legere debent, ſed ſolummodo preſbyteri. Sicut enim ſacrificium offerre non debent, niſi epiſcopi et preſbyteri, ſic nec judicia iſta alii uſurpare debent.

Incipiunt Excerptiones [a] *Domini Ecgberti archiepiſcopi Eburacae civitatis de ſacerdotali jure.*

I. *Item jus ſacerdotale.*

Ut unuſquiſque ſacerdos eccleſiam ſuam cum omni diligentia aedificet; et reliquias ſanctorum cum ſummo ſtudio vigiliarum noctis, et divinis officiis conſervet.

II. *Item.*

Ut omnes ſacerdotes horis competentibus diei et noctis ſuarum ſonent eccleſiarum ſigna, et ſacra tunc Deo celebrent officia; et populos erudiant, quomodo aut quibus Deus adorandus eſt horis.

III. *Item.*

Ut omnibus feſtis et diebus dominicis unuſquiſque ſacerdos evangelium Chriſti praedicet populo.

IV. *Item.*

Ut unuſquiſque ſacerdos cunctos ſibi pertinentes erudiat, ut ſciant qualiter decimas totius facultatis eccleſiis divinis debite offerant.

V. *Item.*

Ut ipſi ſacerdotes a populis ſuſcipiant decimas, et nomina eorum quicunque dederint ſcripta habeant, et ſecundum auctoritatem canonicam coram [b] Deum timentibus dividant; et ad ornamentum eccleſiae primam eligant partem; ſecundam autem ad uſum pauperum atque peregrinorum, per eorum manus miſericorditer cum omni humilitate diſpenſent; tertiam vero ſibimet ipſis ſacerdotes reſervent.

VI. *Item.*

Ut unuſquiſque ſacerdos, orationem dominicam et ſymbolum populo ſibi commiſſo curioſe inſinuet, ac totius religionis ſtudium, et chriſtianitatis cultum eorum mentibus oſtendat.

VII. *Item.*

Ut cuncti ſacerdotes precibus aſſiduis pro vita et imperio domini imperatoris, et filiorum ac filiarum ſalute orent.

VIII. *Item.*

Ut unuſquiſque ſacerdos quotidianis aſſiſtat orationibus pro pontifice, cujus gubernatur regimine.

IX. *Item.*

Ut nullus ſacerdos in domibus vel aliis locis, niſi in eccleſiis dedicatis, celebrare miſſas audeat.

X. *Item.*

Ut a cunctis ſacerdotibus jus et tempus baptiſmatis temporibus congruis, ſecundum canonicam inſtitutionem, cautiſſime obſervetur.

XI. *Item.*

Ut omnes ſacerdotes quibuſcunque horis, omnibus indigentibus baptiſmum infirmitatis cauſa diligentiſſime tribuant.

XII. *Item.*

Ut nullus preſbyter ſacrum officium, ſive baptiſmatis ſacramentum, aut aliquid donorum ſpiritualium pro aliquo pretio vendere praeſumat; ne vendentes et ementes in templo columbas imitentur; et pro his quae adepti ſunt per gratiam divinam, non pretia concupiſcant terrena, ſed ſolam regni caeleſtis gloriam promereantur accipere.

XIII. *Item.*

Ut nullus preſbyter a ſede ſanctae eccleſiae ſub cujus titulo ordinatus fuit ambitionis [c] cauſa ad alienam pergat eccleſiam, ſed ibidem devotus, uſque ad vitae permaneat exitum.

XIV. *Item.*

Ut nullus ex ſacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per ſuam juſſionem inebriari.

XV. *Item.*

Ut nullus ſacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem, nec in ſua domu, in qua ipſe habitat, ullam mulierem unquam permittat habitare.

XVI. *Item.*

Ut nulli ſacerdotum liceat fidejuſſorem eſſe, neque de relicta propria lege ad ſecularia judicia accedere.

XVII. *Item.*

Ut nemo ſacerdotum ex numero arma pugnantium unquam portet, nec litem contra proximum ullam excitet.

XVIII. *Item.*

Ut nullus preſbyter edendi aut bibendi cauſa gradiatur in tabernas.

XIX. *Item.*

Ut nullus ſacerdos quicquam cum juramento juret, ſed ſimpliciter cum puritate et veritate omnia dicat.

XX. *Item.*

Ut cuncti ſacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina, dignam poenitentiam cum ſumma vigilantia ipſis judicent, et omnibus infirmis ante exitum vitae viaticum et commu-

[a] In Oxonienſi MS. priores iſtae 21. excerptiones ante lib. poenitential. Ecgberti inſeruntur ſub titulo: "Haec ſunt jura ſacerdotum quae tenere debent." [b] Walkerus *Deum* addit. Ita et num. lxiii. "et caeteris Deum timentibus:" et num. xiv. "aliorumque monachorum Deum timentium." [c] Ita lego cum Walk. MS. habet *ammonitionis*, ſed male.

nionem corporis Chriſti miſericorditer tribuant.

XXI. *Item.*

Ut ſecundum diffinitionem ſanctorum patrum ſi quis infirmatur, a ſacerdotibus oleo ſanctificato cum orationibus diligenter ungatur.[d]

XXII. *Item.*

Ut preſbyter euchariſtiam habeat ſemper paratam ad infirmos, ne ſine communione moriantur.

XXIII. *Item.*

Ut ſine auctoritate vel conſenſu epiſcoporum preſbyteri in quibuslibet eccleſiis nec conſtituantur, nec expellantur.

XXIV. *Item.*

Ut eccleſiae antiquitus conſtitutae, nec decimis, nec alia ulla poſſeſſione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

XXV. *Item.*

Ut unicuique eccleſiae vel una manſa integra abſque alio ſervitio attribuatur, et preſbyteri in eis conſtituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, nec de domibus, neque de atriis vel hortis juxta eccleſiam poſitis, neque de praeſcripta manſa aliquod ſervitium faciant praeter eccleſiaſticum; et ſi aliquid amplius habuerint, inde ſenioribus ſuis ſecundum patriae morem debitum ſervitium impendant.

XXVI. *Item.*

Ut epiſcopi et preſbyteri non longe ab eccleſia hoſpitiolum habeant.

XXVII. *Item.*

Ut epiſcopus in eccleſia conſeſſu preſbyterorum ſublimior ſedeat, intra domum vero collegam ſe preſbyterorum eſſe cognoſcat.

XXVIII. *Item.*

Ut unuſquiſque epiſcopus in ſua parochia diligenter provideat, ut eccleſiae Dei bene conſtructae, et reſtauratae, et ornatae fiant, tam in aedificio[e], et luminaribus, quamque in reliqua reſtauratione; et, ut ſervi Dei, regulariter vivant unuſquiſque ſecundum ſui ordinis gradum, maxime epiſcopus curam habeat, ſed et canonicas horas ut tempore ſtatuto ſimul celebrent, ipſe praecaveat.

Septem igitur ſynaxes ſancti patres canendas conſtituerunt, quas omni die clerus ſingulis horis canere debet; quarum prima eſt nocturnalis ſynaxis, ſecunda prima hora diei, tertia ipſa hora eſt quam tertiam vocamus, quarta vero ſexta hora eſt, quinta nona hora eſt; ſexta autem ſynaxis veſpera hora eſt: ſeptimam namque ſynaxim completoriam vocitamus. Has ergo ſeptem ſynaxes omni die debemus ſolicite reddere Deo pro nobis et pro omni populo chriſtiano, ſicut pſalmiſta teſtatur, dicens: "Septies in die laudem dixi tibi ſuper judicia juſtitiae tuae." Et inſuper miſſas non omittere, ſicut fecerunt ſancti patres, quos confeſſores nuncupamus, id eſt, epiſcopi et preſbyteri, qui in caſtitate ſervierunt Deo.

XXIX. *De epiſcopis Paulus dicit:*

Oportet enim epiſcopum per omnia irreprehenſibilem eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum; ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, ſanctum, etc.

XXX. *Item apoſtolus:*

Oportet igitur epiſcopum teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt, ut doctrinam Dei noſtri ornet in omnibus.

XXXI. *De magna ſynodo.*

Interdicit per omnia magna ſynodus, non epiſcopo, non preſbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam mulierem habere.

XXXII. *Et item.*

Canones quoque docent; ut ſi quis acceperit viduam aut dimiſſam mulierem, aut qui bis duxerit uxorem, nunquam fiat diaconus, nunquam ſacerdos.

XXXIII. *Itemque.*

Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto, aut homicidio captus eſt, deponatur.

XXXIV. *Inſtitutiones ſanctorum patrum.*

Obſervandum itaque eſt epiſcopis, ut in charitate radicati et fundati, veram pacem et concordiam integram invicem habeant; ita ut ſit in omnibus quaſi cor unum et anima una, et in ore omnium verae fidei integra doctrina.

* * * * * * * * * *

XXXV.

Non oportet aliquid ponere in eccleſia, niſi quae ad miniſteria eccleſiaſtica pertinent: in Deuteronomio ſcriptum eſt: "Non plantabis lucum nec ſtatuam juxta ſanctuarium Domini."

XXXVI. *Incipit de ſabbato.*

Deus creator omnium creavit hominem in ſexta feria, et in ſabbato requievit ab operibus ſuis, et ſanctificavit ſabbatum propter futuram ſignificationem paſſionis Chriſti, et quietis in ſepulchro. Non ideo requievit, quia laſſus eſſet, qui omnia ſine labore fecit, cujus omnipotentia non poteſt laſſari; et ſic requievit ab operibus ſuis, ut non alias creaturas quam antea fecerat, poſtea feciſſet. Non fecit alias creaturas poſtea, ſed ipſas quas tunc fecit, omni anno uſque in finem ſeculi facit. Homines creat in animabus et corporibus, et animalia et beſtias

[d] Hucuſque conveniunt codex noſter et Oxonienſes manuſcripti; poſt haec vero in Oxonienſi codice ſequuntur tituli de capitalibus criminibus uſque ad finem libri primi, et noſter codex progreditur in hunc modum.

[e] MS Cott. legit *officio.*

ſine

4

ſine animabus; omnis anima hominis a Deo datur, et ipſe renovat creaturas ſuas, ſicut Chriſtus in evangelio ait: "Pater meus uſquemodo operatur, et ego operor." Chriſtus pro nobis paſſus eſt in ſexta aetate mundi, in ſexta feria; et reformavit perditum hominem paſſione ſua, et operatis miraculis ſuis. Requievit in ſepulchro per ſabbatum, et ſanctificavit dominicam diem reſurrectione ſua: nam dominica dies prima dies ſeculi eſt, et dies reſurrectionis Chriſti, et dies Pentecoſtes, et ideo ſancta eſt; et nos ipſi debemus eſſe ſpiritaliter ſabbatum ſabbatizantes, id eſt, vacantes ab operibus ſervitutis, id eſt, peccatis, quia, "qui facit peccatum, ſervus eſt peccati." Sed quia non poſſumus eſſe ſine peccatis, caveamus in quantum poſſumus, et emendemus quicquid peccaverimus. Demus bona exempla ſubditis nobis, et corrigemus noſmet ipſos et ſubditos, et exhortemur ad meliora jugiter. Amen.

XXXVII. *Item ſanctorum patrum.*

Paſcha certis temporibus celebrare omnibus generaliter ſatagendum, id eſt, poſt quartam decimam lunam primi menſis.

XXXVIII. *Synodus Agatenſis.*

Seculares, qui in natale Domini et Paſcha et Pentecoſten non communicaverint, catholici eſſe non credantur.

XXXIX. *Canon Africanenſis.*

Poenitentes ſecundum canones non debent communicare ante conſummationem poenitentiae, nos autem pro miſericordia miſerantis Dei, poſt annum, vel duos, vel tres, aliquibus licentiam damus.

XL. *Item ſanctorum patrum.*

Baptiſmatis ſacramenta indifferenter preſbyteri indigentibus tribuant, et poenitentiam quaerentibus citiſſime ſuccurrant, nullum exinde pretium requirentes, niſi ipſi, aut parentes eorum, ſeu eleemoſynarii ſponte aliquid dederint.

Si quis vero his inſtitutionibus contraire tentaverit, aut excommunicationis ſentiet poenam, aut carceris aerumnam diu ſuſtineat.

XLI. *Canon patrum.*

Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe teſtentur, neque ipſi ſunt per aetatem idonei de traditis ſibi ſacramentis reſpondere, abſque ullo ſcrupulo hos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione privari.

XLII. *Item.*

Sunt quidam qui miſcent vinum cum aqua baptiſmatis non recte; et Chriſtus non juſſit baptizari vino, ſed aqua.

XLIII. *Canon Calcedon.*

Ut nullus preſbyter ſine chriſmate proficiſcatur.

XLIV. *Canon apoſtolorum.*

Si quis epiſcopus aut preſbyter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur et ipſe et ordinator ejus, et a communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon magus a Petro.

XLV. *Canon Africanus.*

Epiſcopus abſque concilio preſbyterorum clericos non ordinet.

XLVI. *Canon.*

Epiſcopus nullius cauſam audiat abſque praeſentia clericorum ſuorum, excepta cauſa confeſſionis.

XLVII. *Canon Carthag.*

Nihil rector ſine fratrum ſuorum conſilio faciat: ſcriptum eſt enim: "Omnia fac cum conſilio, et poſt factum non poenitebis."

XLVIII. *Cyprianus epiſcopus dicit:*

Firmum decretum eſſe non poteſt, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum.

XLIX. *Canon Rom.*

Si in qualibet provincia ortae fuerint quaeſtiones, ad majorem ſedem vel ſynodum, ſeu etiam ad apoſtolicam ſedem Romae referantur.

L. *Canon epiſcoporum.*

Non temere quemquam communione privet epiſcopus, et ne quem alius epiſcopus ab eccleſia expulerit, ſive clericum ſive laicum, ſuſcipiat alius.

LI. *Canon Nicen.*

Nemo eum, qui ad alium pertinet ſubripiens, in ſua eccleſia ordinet abſque conſenſu illius, ad quem pertinet.

LII. *Canon Calcedonenſis.*

Ut nullus abſolute ordinetur et ſine pronunciatione loci, ad quem ordinandus eſt.

Altaria niſi lapidea chriſmatis unguine non conſecrentur.

LIII. *Canon Epaonenſis.*

Non oportet in domibus non dedicatis oblationes celebrari ab epiſcopis vel preſbyteris.

LIV. *Canon ſanctorum.*

Nemo in precibus, vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet; ſed cum altari aſſiſtitur, ſemper ad patrem dirigatur oratio.

LV. *Item.*

Et ſufficit ſacerdoti unam miſſam in una die celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, et totum mundum redemit. In Levitico [f] quoque ſcriptum eſt: "Non debere Aaron ingredi aſſidue interius in ſancta."

LVI. *Canon Aurelianenſis.*

Epiſcopus pauperibus et infirmis, qui debilitate faciente non poſſunt ſuis manibus laborare, victum et veſtimentum, in quantum poſſibilitas fuerit, largiatur.

[f] Cap. xvi. 1, 2.

LVII. *Theo-*

LVII. *Theodorus dicit:*

Statutum eſt, ut ſine auctoritate vel conſenſu epiſcoporum preſbyteri in quibuſlibet eccleſiis non conſtituantur, nec inde expellantur; et ſiquis hoc facere temptaverit, ſynodali ſententia feriatur.

LVIII. *Canon epiſcoporum.*

Epiſcopi nullatenus ſecularibus negotiis, pluſquam Dei ſervitiis (quod abſit) ſubditi exiſtant, ſed maxime curam animarum habeant, ut ſecundum apoſtolum populum Dei ſuis exemplis bene corrigant, et ſanae quoque doctrinae ſermonibus inſtruant.

LIX. *Canon.*

Clerici omni ſubjectione epiſcopis ſubjecti illis debitam praebeant obedientiam, et nullo jactantiae ſuae ſtudio ſemetipſos attollant.

LX. *Canon Calcedon.*

Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes epiſcopis, gradu proprio penitus abjiciantur.

LXI. *Canon Nicen.*

Si quis alicujus epiſcopi clericum vel monachum ſuſceperit abſque conſenſu illius, ſacrilegus judicetur, et a communione ſuſpendetur, quoaduſque clericum vel monachum proprio epiſcopo reſtituat, quo etſi clericus contumax redire noluerit, anathema ſit.

LXII. *Canon Hibern.*

Qui levaverit manum cum haſta aut gladio ad percutiendum aliquem juxta epiſcopum, redimat manum vel perdat; quod etſi vulneraverit, tondeat caput cum barba et Deo ſerviat; primo tamen epiſcopo, ſed et cui laeſit, ſatisfaciat. Si quis autem clericum vulneraverit, vel alicui ex eccleſiaſtico ordine nocuerit, ſecundum ordinis quantitatem ſeptempliciter emendet, et ſecundum ordinis dignitatem poeniteat, aut extorris propria patria exulet; Dominus enim per prophetam dicit: "Nolite tangere chriſtos meos," etc.

LXIII. *Canon Aurelian.*

Abbates pro humilitatis religione in epiſcoporum poteſtate conſiſtant, et ſi quid extra regulam fecerint ab epiſcopis corrigantur; qui ſemel in anno in loco, ubi epiſcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni ſe obedientiae devotione ſubjiciant. Quod ſi quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid habere praeſumpſerit, omnia, quae adquiſierit ab abbatibus, auferantur, ſecundum regulam monaſterio profutura. Ipſi autem qui fuerint pervagati, (ubi inventi fuerint) cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia revocentur, et reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat, qui hujuſmodi perſonas non regulari animadverſione † diſtrinxerit, vel etiam qui monachum ſuſceperit alienum.

LXIV. *Canon Aurelian.*

Si quis autem abbas cautus in regimine, et humilis, caſtus, ſobriuſque, miſericors, et diſcretus non fuerit, ac divina praecepta verbis et exemplis non oſtenderit, ab epiſcopo, in cujus conſiſtit territorio, et a vicinis abbatibus, et caeteris Deum timentibus, a ſuo arceatur honore, etiamſi omnis congregatio vitiis ſuis conſentiens, abbatem eum habere voluerit.

LXV. *Canon* [g] *epiſcoporum.*

Si extiterit abbas divinis juſſionibus praevaricator, regulaeque ſanctae contemptor, ab epiſcopo civitatis cum conſenſu abbatum, aliorumque monachorum timentium Deum, honore abbatis privetur.

Convenit enim epiſcopum civitatis, ut ſancta et magna ſynodus Calcedonenſis decrevit, competentem monaſteriorum providentiam gerere.

LXVI. *L[illegible]:*

Propoſitum monachi deſeri non poteſt aliquo pacto; quod enim quis vovit Deo, reddere debet. [illegible] reddite Domino Deo veſtro."

LXVII. *Theodorus dicit:*

Monachi non migrent de loco ad locum, ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuae converſionis promiſerunt.

LXVIII. *Fructuoſus dicit.*

Monachus ſanctae regulae violator ſive contemptor, vel parvulorum inceſtuoſe aut adoleſcentium ſectator, publice verberetur, coronam capitis, quam geſtat, amittat, decalvatuſque turpiter opprobria patiatur, vel vinculis arctatus ferreis carcerali anguſtia maceretur.

LXIX. *Canon Agaten[illegible]s.*

Si quis monachus adulterium aut furtum fecerit, quod potius ſacrilegium dici poteſt, id cenſuimus ordinando, ut virgis caeſus, tanti criminis reus, nunquam officium clericatus ſuſcipiat. [h] Si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehenſus, nominis ipſius dignitate privetur.

LXX. [illegible]

Carnes in cibo monachi nunquam ſumant: pulli vero vel altilia cuncta in congregatione non miniſtrentur; infirmis tantum provideantur, et accipere liceat.

LXXI. [i] *Iſidorus epiſc. dicit.*

Abbati vel monacho, monaſterii ſervum non licet facere liberum. "Impium eſt, ut qui res eccleſiae non contulerit, damnum inferat."

LXXII. *Canon.*

Si quis epiſcoporum aut preſbyterorum, vel miniſtrorum, ex rebus eccleſiae, quae in quibuſcunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid au-

† MS. male *adverſione.* [g] MS [illegible] ſed male [h] MS [illegible]

fert; et male rapta cum confuſione reſtituet, et excommunicationis annuae ſententiam ſubibit.

LXXIII. *Canon Hibern.*

Pecunia eccleſiaſtica furata ſive rapta reddatur quadruplum, popularia dupliciter.

LXXIV. *Item canon Hibern.*

Si quis furatus fuerit pecuniam ab eccleſia, mittatur ſors, ut aut illius manus abſcindatur, aut in carcerem mittatur, diu jejunans et gemens; et reddat integrum quod abſtulit, aut peregrinus abjiciatur, et reſtituat duplum; et ſi in patria permanſerit, quadruplum reſtituat, et ſemper poeniteat.

LXXV. *Canon Toletan.*

Si clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, a clericatus ordine pro ſacrilegio ſubmoveatur. Si quis ſepulchrum violaverit, ſeptem annos poeniteat; tres ex his in pane et aqua.

LXXVI. *Canon* [i] *Hebritan.*

Eos, qui ad eccleſiam confugerint trahi non oportet, ſed eos domini ſui promiſſa interceſſione [hanc exire] perſuadeant. Quod ſi ab eccleſia exeuntibus poenale aliquid dominus intulerit, ut eccleſiae inimicus habeatur excommunicatus.

LXXVII. *Canon Hibern.*

Si quis alicui aliqua ratione nocuerit ſub confugio eccleſiaſtico, vel ſub aliquo ſanctimonii ſignaculo, ſeptempliciter emendet, reddat, et reſtituat, ſed et ſeptem annos in dura poenitentia permaneat; ſin aliter, excommunicandus eſt ab omni eccleſia catholica.

LXXVIII. *Hieronimus dicit.*

Eccleſia defendit quos in ſinu ſuo recepit, more gallinae, quae pullos proprios et alienos nutrit et defendit; ita et eccleſia cunctos fugientes in ſe defendere debet.

LXXIX. *Canon Hibern.*

Qui occiderit hominem intra ſepta monaſterii, exul cum damnatione exeat, vel projectis armis, raſo capite et barba, reliquum vitae ſuae tempus Deo ſerviet, primo tamen eccleſiae et parentibus ſatisfaciens.

LXXX. *Hieronimus dicit.*

Qui peccant in loco ſancto, in eodem quoque occidendi ſunt; in loco caſtrorum Phinees interfecit virum et meretricem; Mathathias Judaeum, qui immolabat ſimulacro. Quicunque enim maculaverit ſanctum, ſancta non defendent eum. Chriſtus malefacientes in templo flagris compeſcuit.

LXXXI. *Hieronimus dicit.*

Qui percuſſerit malos, eo quod mali ſunt, miniſter Domini eſt.

LXXXII. *Item Hieronimus dicit.*

Homicidas et ſacrilegos punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium; nocet itaque bonis, qui parcit malis.

LXXXIII. *Canon Arauſican.*

Amentibus quaecunque [opera] pietatis ſunt conferenda.

LXXXIV. *Canon Cartagin.*

Omni die exorciſtae inerguminis manus imponant.

LXXXV. *Canon Arauſican.*

Qui palam aliquando arrepti ſunt, non ſolum non aſſumendi ad ullum ordinem clericatus, ſed ſi jam aliqui ordinati ſunt, ab impoſito officio repellendi.

LXXXVI. *Canon Cartag.*

Sacerdote verbum in eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur.

LXXXVII. *Canon Cartag.*

Laicus praeſentibus clericis, niſi ipſis rogantibus, [k] docere non audeat.

LXXXVIII. *Iſidorus dicit.*

Omnis mundialis ſapiens, ſi ſapiens ſit, non judicet judicia eccleſiae.

LXXXIX. *Canon Cartag.*

Mulier, quamvis docta et ſancta ſit, viros in conventu docere non audeat.

XC. *Canon Cartag.*

Sponſus et ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus aut paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipſius benedictionis, in virginitate permaneant.

XCI. *Canon dicit.*

Preſbyterum convivio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maxime cum petatur ſecundis nuptiis poenitentiam tribuere.

XCII. *Gelaſius papa.*

Devotis Deo virginibus [l] (vel viduis) niſi aut in Epiphania, aut in albis paſchalibus, aut in apoſtolorum natalitiis ſacrum minime velamen imponant, niſi forſitan ſicut de baptiſmate dictum gravi languore correptis, ne ſine hoc munere de ſeculo tranſeant, implorantibus non negetur.

XCIII. *Canon Cartag.*

Placuit ut ante annos quinque et viginti aetatis, nec diaconus ordinetur, nec virgines conſecrentur, niſi rationabili neceſſitate cogente.

XCIV. *Baſil. epiſcopi.*

Oportet tamen infantes cum voluntate et conſenſu parentum, immo ab ipſis parentibus oblatos ſub teſtimonio plurimorum ſuſcipi.

[i] MS legit *Hibritan.* : forte *Elibertan.* [k] Male MS. habet *provocandis*, pro *rogantibus*. [l] Incluſa ab antiqua manu ſuperimpoſita.

XCV.

XCV. *Iſidor.*

Quicunque a parentibus propriis in monaſterio fuerit delegatus, noverit ſe ibi perpetuo manſurum. Nam Anna Samuel puerum natum et ablactatum Deo obtulit, qui in miniſterio templi permanſit.

XCVI. *Canon Roman. et Francorum.*

Parvulus uſque annos XV. pro delicto corporali diſciplina caſtigetur; poſt hanc vero aetatem, quicquid deliquerit, vel ſi furatur, retribuat, ſeu etiam ſecundum legem exſolvat.

XCVII. *Canon Neocaeſarienſis.*

Ut nullatenus preſbyter ordinetur ante triceſimum aetatis annum, niſi rationabili neceſſitate cogente, quia Dominus Jeſus non praedicavit ante XXX. aetatis annum.

XCVIII. *Canon Nicen.*

Ut epiſcopus, ſi fieri poteſt, a totius provinciae epiſcopis ordinetur, et ſi hoc difficile eſt, certe non minus a tribus. Epiſcoporum autem ordinationes fieri oportet dominicis diebus, non in agris vel in villulis, ſed in urbibus praecipuis, pro tanti nominis dignitate.

XCIX.

Preſbyterorum vero et diaconorum in quatuor, temporum, ſabbatis ſcilicet, ut dum haec ordinatio coram populo agitur, ſub omnium teſtificatione electorum ordinatorumque opinio diſcutiatur.

C. *Canon ſanctorum.*

Sacerdotes Dei diligenter ſemper procurent, ut panis, et vinum, et aqua, ſine quibus nequaquam miſſae celebrantur, pura et munda fiant; quia ſi aliter agatur, cum his, qui acetum cum felle mixtum Domino obtulerunt, niſi vera poenitentia ſubvenerit, punientur.

CI. *De decimis.*

In lege Domini ſcriptum eſt: "Decimas et primitias non tardabis offerre." Et in Levitico: "Omnes decimae terrae, ſive de frugibus, ſive de pomis arborum, Domini ſunt; boves et oves, et caprae, quae ſub paſtoris virga tranſeunt, quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino." Non eligetur nec bonum nec malum, nec alterum commutabitur.

CII. *Auguſtinus dicit.*

Decimae igitur tributa ſunt eccleſiarum et egentium animarum. O homo, inde Dominus decimas expetit, unde vivis. De militia, de negotio, de artificio redde decimas. Non enim eget Dominus noſter, non praemia poſtulat, ſed honorem.

CIII. *Item in lege.*

"Cum meſſueris ſegetem terrae tuae, non tondebis uſque ad ſolum ſuperficiem terrae, nec remanentes ſpicas colliges, neque in vinea tua racemos et grana decidentia congregabis; ſed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes."

CIV. *Et in lege.*

"Si intraveris in ſegetem amici tui, frange ſpicas, et manu contere; falce autem non metas." Hoc et diſcipuli ſalvatoris fecerunt, ſpicas videlicet manibus fricantes et manducantes ſabbatis, ut evangelium dicit.

CV. *Item in lege.*

"Ingreſſus itaque vineam proximi tui, comedes uvas quantum tibi placuerit; foras autem ne feras tecum."

CVI. *Inſtitutio patrum.*

Die dominico nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum in hymnis, et psalmis, et canticis ſpiritalibus. Dies quoque paſchalis hebdomadae omnes aequali religione colendi ſunt.

CVII. *Canon Aurelian.*

Id etiam miſerationis intuitu aequum duximus cuſtodire, ut qui pro quibuſcunque culpis [illegible] deputantur ab [illegible] ſeu a praepoſito eccleſiae, ſingulis dominicis diebus requirantur, ut neceſſitas vinctorum ſecundum praeceptum divinum miſericorditer ſublevetur, [illegible] eccleſiae tribuatur.

CVIII. *Item.*

Qui dominica nocte nupſerit, [m] VII. dies poeniteat.

Qui quarta vel ſexta feria, III. dies poeniteat.

Qui in quadrageſima ante Paſcha, I. annum poeniteat.

CIX. *Item.*

Indicta jejunia nullus praeſumat infringere vel violare, ne iram Dei incurrat.

CX. *Ex concilio Bracarenſ.*

Non oportet homines religioſos ante ſacram horam diei III. cibum ſumere, nec convivia inire; neque clericos aliquando, niſi hymno dicto, edere panem, et poſt cibos gratias auctori referre.

CXI. *Can.* [illegible]

Qui in matrimonio ſunt, abſtineant ſe III. noctes antequam communicent, et unam poſtquam communicaverint. Inde ait apoſtolus: "Nolite fraudare invicem, niſi ex conſenſu, ut vacetis orationi ad tempus."

CXII. *Gregorius dicit.*

Si quis conjugem ſuam, ſi fieri poteſt, non cupidine voluntatis, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur, iſte profecto ſive de ingreſſu eccleſiae, ſeu de ſumendo dominici corporis ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus judicio, quia a nobis prohiberi non debet, cum ei juxta praefinitam ſententiam, etiam eccleſiam licuerit intrare: [illegible]

[m] [illegible] in MS. [illegible]

ipſa licitâ admixtio conjugis ſine voluntate carnis fieri non poteſt, ideo aliquando a ſacri loci ingreſſu abſtinendum eſt, quia voluntas ipſa eſſe ſine culpa nullatenus poteſt.

CXIII. *De conjugio ſcriptum eſt in lege.*[n]

"Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam et habebit eam uxorem."

CXIV. *Auguſtinus dicit.*

Qui uxorem optat accipere, ſicut illam virginem invenire deſiderat, ita et ipſe uſque ad nuptias virginitatem cuſtodiat.

CXV. *Synodus Rom. dicit.*

Filii cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri; ſic et filiae eadem aetate debent eandem legem ſervare.

CXVI. *Paulus apoſtolus dicit*[o].

"Propter fornicationem unuſquiſque ſuam propriam uxorem habeat, et unaquaeque virum ſuum." Legitimum quoque conjugium nullus ſeparare praeſumat: "quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet."

CXVII. *Paulus dicit*[p].

"Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir; ſimiliter et vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier."

CXVIII. *Synodus dicit.*

Muliere mortua, licet viro poſt menſem accipere alteram; poſt annum vero licet mulieri accipere alterum virum.

CXIX. *Paulus apoſtolus dicit*[q].

"Mulier alligata eſt legi quanto tempore vivit vir ejus, quod ſi dormierit vir ejus liberata eſt; cui vult, nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit."

CXX. *Item canon Africanenſis.*

Legitimum igitur conjugium non licet ſeparari ſine conſenſu amborum, poteſt tamen alter alteri cum conſilio epiſcopi licentiam dare ad ſervitutem Dei accedere. Quidam etiam dicunt, ſi vir, ſive mulier ex conſenſu religionem ceperit, licet alterum accipere novum conjugium, ſed puellam vel puerum, ſi continens eſſe non poterit. Quod non laudo. Sed ſi quis vult conjugatus converti ad monaſterium, non eſt recipiendus, niſi prius a conjuge, caſtimoniam profitente, fuerit abſolutus. Nam ſi, illo vivente, per incontinentiam alteri nupſerit, proculdubio adultera erit, et qui eam dimiſit, particeps erit peccati illius.

CXXI. *Item de legitimo conjugio.*

Legitimum enim conjugium nullus ſeparare praeſumat, niſi ex amborum conſenſu, et propter amorem Chriſti, qui ait: "[r]qui reliquerit uxorem, et reliq. centuplum accipiet, et vitam aeternam poſſidebit." Et nemo aliter uxorem dimittat niſi propter fornicationem, quia "[s]Phariſaei temptantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, interrogaverunt eum, ſi licet hominem dimittere uxorem ſuam pro quacunque cauſa: reſpondit Jeſus et ait eis: Non legiſtis, quia qui fecit ab initio maſculum et foeminam, fecit eos, et dixit: propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori ſuae, et erunt duo in carne una? Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, et dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, et aliam duxerit, moechatur:" unde et apoſtolus dicit: "[t]praecipio, non ego, ſed Dominus, uxorem a viro non diſcedere:" et iterum: "[v]Alligatus es uxori? noli quaerere ſolutionem: ſolutus es ab uxore? ne quaeſieris uxorem:" alibi namque de adulterio vel fornicatione ſcriptum eſt: "[w]qui adulteram tenet, ſtultus et impius eſt." De filiis quoque adulterarum ejiciendis cum matribus ſuis, et Ezechiel dicens: "[x]ejicite matrem fornicariam et filios fornicationis, et reliq." Et Auguſtinus dicit: "ſi mulier fornicata fuerit, relinquenda eſt, ſed illa vivente altera non eſt ducenda." Ubicunque igitur eſt fornicatio, et fornicationis vera ſuſpicio, libere uxor dimittitur; aliter ergo, etiamſi ſterilis eſt, ſi deformis, ſi foetida, ſi temulenta, ſi iracunda, ſi malis moribus, ſi luxurioſa, ſi fatua, ſi guloſa, ſi vaga, ſi jurgatrix[y], ſi maledica, tenenda erit, velis nolis, et qualiſcunque accepta eſt, tenenda[z] erit. [a]Apoſtolus enim dicit: "cum enim eras liber, ſponte ſervituti te ſubjeciſti.

CXXII. *Canon Africanenſis.*

Secundum evangelicam diſciplinam, nec uxor a viro dimiſſa, alium accipiat virum, vivente viro ſuo, nec vir aliam accipiat uxorem, vivente uxore priore; ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur.

CXXIII. *Auguſtinus dicit.*

Si mulier fornicata fuerit, relinquenda eſt; ſed illa vivente, altera non eſt ducenda.

CXXIV. *Canon dicit.*

Si mulier diſceſſerit a viro ſuo, deſpiciens eum, nolens revertere, et reconciliari viro, poſt quinque vel ſeptem annos, cum conſenſu epiſcopi, ipſe aliam accipiat uxorem, ſi continens eſſe non poterit; et poeniteat tres annos, vel etiam quamdiu vixerit, quia juxta ſententiam Domini, moechus comprobatur.

[n] Exod. xxii. 16. [o] 1 Cor. vii. 2. [p] Ibid. vii. 4. [q] Ibid. vii. 39. [r] Mat. xix. 29. [s] Ibid. xix. 4. [t] 1 Cor. vii. 10. [v] Ibid. vii. 27. [w] Prov. xviii. 23. [x] forte Gal. iv. 30. [y] Ita lego cum Walk. ex canonibus S. Patricii ſupra. MS. Cott. *nugatrix*. [z] MS. *habenda*, rectius *tenenda*. [a] forte Gal. v. 1.

CXXV. Si

2

CXXV. *Item.*

Si cujus uxor in captivitatem ducta fuerit, et ea redimi non poterit, poſt annum ſeptimum alteram accipiat; et ſi poſtea propria, id eſt, prior mulier de captivitate reverſa fuerit, accipiat eam, poſterioremque dimittat. Similiter autem et illa, ſicut ſuperius diximus, ſi viro talia contigerint, faciat.

CXXVI. *De matrimonio ſervorum.*

Si ſervum et ancillam dominus amborum in matrimonio conjunxerit, poſtea liberato ſervo vel ancilla, ſi non poteſt redimi, qui in ſervitio eſt, libero licet (ſicut quibuſdam placet) ingenuo conjungere; ſed tamen juxta ſententiam Domini moechus probatur. Qui vero taliter egerit, id eſt, ut primam uxorem propter ſervitium humanum dimittat, et poſtea liberam ducat uxorem, tres annos poeniteat, unum in pane et aqua; ſed et quamdiucunque vixerit, ſemper aliquid poeniteat. Similiter quoque et mulier poeniteat, ſi taliter ſecerit. Si quis liber ancillam aut ſuam aut alterius in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittere eam, ſi ante cum conſenſu amborum conjuncti ſunt; ſi vero dimiſerit eam, et aliam ducit uxorem, ſive ancillam ſive liberam, ut ſupraſcriptum eſt, poeniteat.

CXXVII. *De concubinis.*

Auguſtinus dicit: quale eſt quod multi virorum ante nuptias concubinas ſibi adhibere non erubeſcunt, quas poſt annos dimittant; et ſic poſtea legitimas uxores accipiant? Unde coram Domino et coram angelis ejus teſtor atque denuncio, Deum iſta conjugia ſemper prohibuiſſe, et nunquam placuiſſe, et præcipue temporibus chriſtianis concubinas habere nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit.

CXXVIII. *Item ex lege.*

Nemo inceſtis conjunctionibus ſe inquinet, quia in Levitico[b] ſcriptum eſt: "Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus." Et iterum[c]: "Anima quae fecerit quippiam ex iſtis, peribit de medio populi ſui." Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

CXXIX. *Synodus dicit.*

Quicunque illicito matrimonio fuerint commixti, poſt poenitentiam non debent fieri in una domu, ne ſe invicem cauſa amoris copulent.

CXXX. *Item ſynodus de thoro fratris defuncti.*

Audi decreta ſynodi. Superſtes frater thorum defuncti fratris non aſcendat, Domino dicente[d]: "Erunt duo in carne una." Ergo uxor fratris tui ſoror tua eſt.

CXXXI. *Gregorius dicit.*

Si quis monacham, vel commatrem ſpiritalem, vel fratris uxorem, vel neptam, vel novercam, vel conſobrinam, vel de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, concupierit in uxorem, anathema ſit.

CXXXII. [illegible]

Quaedam terrena lex in Romana republica permittit, ut ſive fratris et ſororis, ſeu duorum fratrum germanorum, vel duarum ſororum filius et filia miſceantur. [illegible], ex tali conjugio [illegible] creſcere; et ſacra lex Moſaica prohibet cognationis turpitudinem revelare: unde neceſſe eſt, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium, licenter jungi debeat; nam ſecunda, quam praediximus, a ſe omnimodo abſtinere debet.

CXXXIII. *Item de rationabili cauſa.*

Vere poſt multum temporis a Felice Meſanae Siciliae praeſule requiſitus Gregorius[f], utrum Auguſtino ſcripſiſſet, ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime ſolverentur. Humillimus pater, inter caetera, talem reddidit rationem. Quod ſcripſi Auguſtino Anglorum gentis epiſcopo, noſtro alumno, videlicet de conſanguinitatis conjunctione, ipſi et Anglorum genti, quia nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat, metuendo auſteriora, recederet, ſpecialiter et non generaliter certiſſime ſcripſiſſe cognoſcas. Unde et mihi omnis Romana civitas teſtis exiſtit, nec ea intentione haec illis ſcriptis mandavi, ut poſtquam firma radice in fide fuerint ſolidati; ſi infra propriam conſanguinitatem inventi fuerint, non ſeparentur, aut infra affinitatis lineam, id eſt, uſque ad ſeptimam generationem conjungantur. Sed adhuc illos neophitas exiſtentes, coepiſſe eos prius illicita docere, et verbis et exemplis inſtruere, et quae poſt de talibus egerint, rationabiliter et fideliter excludere oportet; nam juxta apoſtolum, qui ait[g]: "Lac vobis potum dedi, non eſcam:" iſta illis modo, non poſteris, ut praefixum eſt, temporibus tenenda indulſimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur; ſed aliquantulum firmaretur, et uſque ad perfectionem cuſtodiretur.

CXXXIV. *Canon Roman.*

Laicus maculans ſe cum ancilla Dei, vel cum ſpiritali commatre, vel cum propinqua, aut forte cum illa, quam antea cognatus habuit, primitus anathematizetur; poſtea ſeptem annos poeniteat, tres in pane et aqua. Similiter et illa poeniteat: quia chriſtiana religio fornicationem in utroque ſexu pari ratione condemnat.

CXXXV. *Item.*

Gregorius apoſtolicus papa ante corpus beatiſſimi Petri in ſynodo reſidens, dixit: "Si quis preſbyteram duxerit in conjugium, anathema ſit."

CXXXVI. *Item.*

Si quis monacham, quam Dei ancillam appellant,

[b] Lev. xviii. 6. [c] Ibid. ver. 29. [d] Gen. [illegible] [e] [illegible] Neque enim hoc velut Gregorius ſtatuit et [illegible] [f] [illegible] [g] 1 Cor. iii. 2.

pellant, duxerit in conjugium, anathema ſit.

CXXXVII. *Item.*

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema ſit; ad quod reſpondentes omnes dixerunt, Amen.

CXXXVIII. *Item.*

Si quis cum duabus cognatis fornicationem fecerit, primitus anathematizetur, deinde ſeptem vel decem annos poeniteat.

CXXXIX. *Item Gregorius Felici epiſcopo*[h].

Progeniem ſuam unumquemque uſque ad ſeptimam ſervare decernimus generationem, et quamdiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos in conjugium ducere, nulli profecto chriſtianorum licet vel licebit. Et nolumus nos in hac re a vobis ſive a caeteris fidelibus reprehendi, quia in his Anglorum genti indulſimus, non formam dando, ſed conſiderationem; ne chriſtianitatis bonum, quod coeperant, imperfectum dimitterent, egimus.

CXL. *De ſtemmatibus*[i].

Stemmata dicuntur ramuſculi in genere, cum gradus cognationum partiuntur; utputa ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, et caeteri, quorum figurae in ſubſequentibus apparent.
Et haec conſanguinitas dum ſe paulatim propaginum ordinibus dirimens, uſque ad ultimum gradum ſubtraxerit, et propinquitas eſſe deſierit, eam rurſus lex matrimonii vinculo repetit, et quodammodo revocat fugientem; ideo autem uſque ad ſextum generis gradum conſanguinitas conſtituta eſt, ut ſicut ſex aetatibus mundi generatio et hominis ſtatus finitur, ita et propinquitas generis tot gradibus terminaretur. Inter hos itaque propinquitatis gradus, ad conjugalem copulam nemini accedere convenit; nec eam quam aliquis ex propria conſanguinitate conjugem habuit, in conjugium ducere nulli* profecto chriſtianorum licet vel licebit: quia inceſtuoſus talis coitus abominabilis eſt Deo. Inceſtuoſos vero nullo [k] conjugii nomine deputandos a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſſe legimus.

CXLI. *Vigilius papa.*

Si motum fuerit altare, denuo conſecretur eccleſia. Si parietes tantum mutantur, et non altare, ſale et aqua exorcizetur. Si homicidio vel adulterio fuerit violata, diligentiſſime expurgetur, et denuo conſecretur.

CXLII. *Ex concilio Cartaginenſi Gregorius.*

Quis cum ad judicium venerit, ſi voluerit clericus, et neceſſe fuerit, induciae ei petenti a patribus conſtitutae abſque impedimento concedantur, et judices a ſe electi tribuantur a patre. Si ibi vim aliquam temerariae multitudinis metuerit, locum is congruum eligat, quo abſque timore ſuos, ſi neceſſe fuerit, teſtes habere, et abſque impedimento ſuam canonice ſententiam finire valeat, quia multa pro ſurreptione evenire ſolent. Sententiam fratris, quae miſericordiam vetat, non ſolum tenere, ſed et audire refugite; quia potior eſt, omnibus holocauſtis, miſericordia. Non ita agendum eſt in eccleſiaſticis negotiis, ſicut in ſecularibus; nam in ſecularibus priuſquam, qui legibus eſt coactus, venerit et decertaverit, et reſponſum dederit, ante peractam cauſam non poteſt recedere. In eccleſiaſticis vero dicta cauſa licet recedere, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe praegravari viderit.

CXLIII. *In Nicena ſynodo.*

Statutum eſt quod judices alii non deberent eſſe, niſi quos ipſe, qui impetitur elegerit, aut quos conſenſu ſuo ejus primates auctoritate hujus ſacrae ſedis conſtituerunt; quia indignum eſt ut externis judicetur, qui provinciales et a ſe electos debet habere judices.
Irrita erit donatio epiſcopi, vel venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticae, abſque collaudatione et ſubſcriptione clericorum.

CXLIV. *Romanum concilium.*

Tempore Conſtantini Auguſti, congregavit Silveſter papa ſynodum Romae cum lxxiii epiſcopis, quorum conſenſu et ſubſcriptione conſtitutum eſt: "Ut nullus laicus clerico crimen audeat inferre:" teſtimonium ergo laici adverſus clericum non recipiatur. Accuſatores conſanguinei, nec familiares, nec domo prodeuntes adverſus extraneos teſtimonium non dicant; nec accuſatores, nec teſtes ſuſpecti recipiantur; quia propinquitatis, ac dominationis, ac familiaritatis affectio, plerumque veritatem impedire ſolet: ſed ſi voluerint, et invicem conſenſerint, inter ſe parentes teſtificentur, non in alios; amor enim carnalis, atque timor, et amaritudo plerumque ſenſus hebetant humanos, et pervertunt opiniones.

CXLV.

Nullus monachorum praeſumat judicare, nec accuſationem ſecularem in clericum audeat accipere. Quod ſi quis probatur admittere; velut exactor foenoris, aut uſurarum poſſeſſor ſecundum ſtatuta patrum ſe ſentiat degradandum. In gravibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit.

CXLVI. *De conjugio antiquo.*

Satis igitur manifeſtum eſt, non poſſe filios Adam in primordio ſeculi uxores accepiſſe, niſi proprias ſorores aut propinquas conſanguineas; ſed ſemper erat illicitum ab initio uxorem aut concubinam patris violare. Unde Jacob patriarcha dixit filio ſuo Ruben: "[l] Effuſus es ſicut aqua, non creſcas; quia aſcendiſti cubile patris tui, et maculaſti ſtratum ejus." Unde et Paulus apoſtolus doctor gentium de tali ſacrilego ſcripſit dicens: "[m]Auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes; ita ut uxorem patris aliquis habeat: et vos inflati eſtis, et non magis luctum habuiſtis; ut tolleretur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit." Ecce apoſtolus judicavit de medio chriſtianorum auferri, qui novercam

[h] Regiſt. lib. xii. indict. vii. epiſt. 31. [i] MS. *ſcematibus.* * rectius *ulli.* [k] MS. legit *conjugis.*
[l] Gen. xlix 4. [m] 1 Cor. v. 1

violare

violare praeſumpſit, dicens, nec inter gentes, id eſt, paganos, tale ſcelus fieri. Verum itaque eſt, et ſatis late patet, Deum omnipotentem in lege Moyſis prohibuiſſe uxorem patris, et fratris, et proximi accipere, aut cum ea concumbere; ſed et hoc quod in Deuteronomio ſcriptum eſt, ut "[n] frater ſcilicet accipiat uxorem defuncti fratris, et ſuſcitet ſemen fratri ſuo," non carnaliter intelligendum eſt, ſed ſpiritaliter tenendum: et valde caecus doctor eſt, qui neſcit diſcretionem inter vetus teſtamentum et novum, ſed adhuc errat caecatus umbra antiquae caliginis, neſciens veritatem gratiae Chriſti, et neſcit legem et prophetas uſque ad Johannem baptiſtam prophetaſſe; nam ipſe Dominus ait: "[o] Lex et prophetae uſque ad Johannem; a diebus autem Johannis baptiſtae uſque nunc regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud:" et quicunque caecatus corde, adhuc ſolam literam ſequitur cum Judaeis, ſine ſpiritu vivificante, et gratia Chriſti perdurat manducans cruſtas panis, et non micas internas.

Magna diſtantia eſt inter literam occidentem et ſpiritum vivificantem; et valde ignarus, et ignavus, et inſipiens doctor eſt, qui poſt tot annos et poſt tot tractatores, qui libros de lege Moyſis tractaverunt, a Deo inſpirati, adhuc judaizare vult, contemnendo Chriſtum et omnes ſanctos doctores. In Deuteronomio [p] enim legimus, ut " quando habitaverint fratres, ſimul, et unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri; ſed accipiet eam frater ejus, et ſuſcitabit ſemen fratris ſui, et primogenitum ex ea filium nomine ejus appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Iſrael. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris ſui, quae ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, et interpellabit majores natu, et dicet: Non vult frater viri mei ſuſcitare nomen fratris ſui in Iſrael, nec me in conjugium ſumere: et ſtatim accerſiri eum facient, et interrogabunt eum. Si reſponderit, nolo eam uxorem accipere: accedet mulier ad eum coram ſenioribus, et tollet calceamentum de pede ejus, ſpuetque in faciem ejus, et dicet: Sic fiet homini, qui non aedificat domum fratris ſui: et vocabitur nomen ejus in Iſrael domus decalceati."

De hoc enim quod in Deuteronomio ſcriptum eſt, et in evangelio, quod " frater accepit uxorem defuncti fratris, ut ſuſcitaret ſemen fratri ſuo;" non eſt chriſtianis tenendum carnaliter, ſed ſpiritaliter. Chriſtus ait in evangelio: "[q] omnes autem vos fratres eſtis, et unus eſt pater veſter, qui in caelis eſt." Et cum habitaverint fratres ſpirituales ſimul, et ille frater, qui praeeſt eccleſiae Dei, tranſierit de ſeculo ad Chriſtum; accipiat tum frater ejus eccleſiam Dei regendam, et ſuſcitet ſpiritales filios Deo, ne deficiente uno doctore, mortali conditione ſterilis fiat ſponſa Chriſti, quae eſt mater omnium noſtrum. Et ſi quiſpiam doctor non vult regere eccleſiam, poſt obitum alterius doctoris, non curans de ſalute aliorum, ſed de ſua propria, erit tunc diſcalceatus contra hoc, quod Paulus dixit: "[r] et calceati pedes in praeparatione evangelii pacis:" et iterum: "[s] quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona." Si non vult verbum Dei ſeminare, ſi poteſt, ſed talentum Chriſti in ſudario, hoc eſt, torpore ignaviae ſuae abſcondere, erit conſputus ab eccleſia in facie confuſione dignus: "[t] projectus in tenebras exteriores, ubi erit fletus et ſtridor dentium." Sed accipiat ſemper doctor poſt doctorem eccleſiam Dei regendam uſque in finem ſeculi, ut ſuſcitentur ſpiritales filii Chriſto de ſponſa ſua virgine, ſicut ipſe inſtituit: quia " qui non vult laborare pro Deo, non eſt dignus mercede."

CXLVII. *Canon Laodicenſis.*

Ut nullus chriſtianus judaizare praeſumat, ſed nec conviviis eorum participare.

CXLVIII. *Item.*

Ut nullus chriſtianus paganas ſuperſtitiones intendat, ſed gentilium inquinamenta omnia omnimodo contemnat.

CXLIX. *Canon Bracharen.*

Si quis paganorum conſuetudinem ſequens, divinos et ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel luſtrationibus paganorum ſerviant, v. ann. poeniteant.

CL. *Canon ſanctorum.*

Si quis chriſtianus chriſtianum hominem in manum Judaeorum vel gentilium vendiderit, anathema ſit; in Deuteronomio enim ſcriptum: " Si deprehenſus fuerit homo ſolicitans aliquem de genere Iſrael, et vendito eo, acceperit pretium, interficietur."

CLI. *Item canon ſanctorum.*

Nefas igitur eſt, ut quos Chriſtus ſanguinis ſui effuſione redemit, Judaeorum vel gentilium vinculis ſint irretiti.

CLII. *De tonſura.*

Exordium tonſurae a Nazaraeis incepit, qui crine ſervato poſt vitae magnae continentiam caput radebant, ut devotionem Domino conſecrarent. In canonibus quoque ſanctorum patrum ſcriptum invenimus: ſi quis catholicus capillos totonderit more barbarorum, ab eccleſia Dei alienus habeatur, et ab omni chriſtianorum menſa, donec delictum emendet.

CLIII. *De tonſura Petri.*

Petrus itaque apoſtolus clericali tonſura primo uſus eſt, geſtans in capite imaginem coronae ſpinae Chriſti. Unde canon Africanus praecipit, ut clericus nec comam nutriat, nec barbam.

CLIV. *E can. Rom. dic.*

Quicunque clericus viſus fuerit in eccleſia ſine colobio vel cappa; et ſi non more Romano

[n] Deut. xxv. 5. [o] Matt. xi. 12. [p] Deut. xxv. 5. [q] Matt. xxiii. 8, 9. [r] Eph. vi. 15. [s] Rom. x. 15. [t] Matt. xxv. 30.

capillos

4

capillos et barbam totonderit, excommunicetur. Non debet etiam clericus indui ſe monachico habitu, nec laicorum veſtibus uti; et vir, ſi utetur veſte muliebri, excommunicetur; aut mulier, ſi virili utetur indumento.

CLV. *Item.*

Clericus quoque non debet armis uti, nec ad bellum procedere; quia canones docent ut quicunque clericus in bello aut in rixa mortuus fuerit, neque oblatione neque oratione poſtuletur pro eo; ſepultura tamen non privetur. Apoſtolus quoque dicit: "Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus:" unde non eſt liber a laqueis diaboli, qui ſe militiae mundanae voluerit implicare. Et ideo omnimodis dicendum eſt preſbyteris et diaconibus, ut arma non portent, ſed magis confidant in defenſione Dei, quam in armis.

CLVI. *Item.*

Cavendum quoque eſt clericis, ut non ſint judices in condemnatione hominis.

CLVII. *Item.*

Canonum auctoritas prohibet, ne quis epiſcopus aut clericus aſſenſum praebeat in morte cujuſlibet hominis ſive latronis, ſive raptoris, ſeu homicidae.

CLVIII. *Item.*

Statutum eſt, ut preſbyteri indiſcrete per diverſa non mittantur loca, nec ab epiſcopis nec ab aliis praelatis, nec etiam a laicis; ne forte propter eorum abſentiam animarum pericula (oriantur) maxime (mors) infantum abſque chriſmate, et eccleſiarum (in quibus) conſtituti ſunt, negligantur officia.

CLIX. *Canon Africanus.*

Omnes clerici, qui ad operandum ſunt validi, et artificiola et literas diſcant.

CLX. *Canon Caeſarien.*

Duo igitur ſunt genera clericorum; unum eccleſiaſticorum ſub epiſcopali regimine, alterum acephalorum, id eſt, ſine capite; de quibus Gregorius dicit: ſi qui clerici vulgares ſunt, extra ſacros ordines conſtituti, id eſt, nec preſbyteri nec diaconi, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri uxores debent, et ſtipendia ſua exterius accipere. Sacerdotes autem nequaquam uxores ducant, ſed eccleſiam diligant, nec utantur bellicis armis, ſed ſpiritalem militiam exerceant.

CLXI. *Item de militia.*

Fratres, ſcitote quia diviſa eſt poteſtas ſecularis et poteſtas ſpiritalis. Bonis enim ſecularibus decet, ut ſint defenſores eccleſiae, et propugnatores gregis Chriſti; ſpiritalibus autem convenit, ut ſint interceſſores pro omni populo Dei: miles quidem Chriſti armis humanis uti non debet, ut teſtimonia multa declarant. Incipiamus teſtimonium a Deo et Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui dum pro humano genere crucis vellet ſubire tormentum, et a militibus eſſet tentus, Petro prohibuit ne gladio pugnaret. Quodſi ille non habuit licentiam pugnandi pro injuria Domino ſuo illata; quid rectius nobis eſt, quam ut ejus imitemur exempla? Intelligite ergo, quia non in haſta ſolummodo et gladio ſalvat Deus, ſed potius in aſſiduis orationibus et caeteris divinis ſervitiis. Dictus quoque Chriſti confeſſor Martinus, dum a Juliano apoſtata juſſus fuiſſet militaria ſuſcipere indumenta, dixit ſe Chriſti eſſe militem, et ideo non poſſe pugnare. De libro quoque Exodi utile habemus exemplum; ſcilicet dum pugnaret Joſue adverſum Amalech, Moyſes non armis pugnabat; ſed extenſis palmis ad caelum Deum orabat, et vincebat Iſraeliticus populus; ut autem remittebat manus, invaleſcebat Amalech. His et aliis multis declaratur exemplis epiſcopum, preſbyterum, diaconum vel monachum nulla portare arma in praelio, niſi tantum ea, de quibus legitur: "In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere; et galeam ſalutis aſſumere, et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei." Contrarium itaque omnino eſt eccleſiaſticis regulis poſt ordinationem redire ad militiam ſecularem.

CLXII. *De homicidio inſtitutio ſanctorum.*

Si preſbyter vel diaconus homicidium fecerit, degradetur, et uſque ad exitum vitae poeniteat.

CLXIII. *Item.*

Si quis clericus homicidium fecerit, x annos exul poeniteat; iii. ex his in pane et aqua; poſt haec recipiatur in patria. Si bene egerit poenitentiam, teſtimonio comprobatus epiſcopi, vel ſacerdotis, vel cui commiſſus fuerit, quod bene poenituit; et ſatisfaciat parentibus ejus quem occidit. Si autem non ſatisfecerit parentibus illius, nunquam recipiatur in patriam, ſed more Cain vagus et profugus ſit ſuper terram. Si vero homicidium caſu fecerit, id eſt, non volens, v. annos poeniteat, iii. ex his in pane et aqua. Si ad homicidium conſenſerit, et factum fuerit, vii. annos poeniteat; iii. ex his in pane et aqua. Si voluerit, et non perfecerit; i. ann. poeniteat. Si quis percuſſerit, et ſanguinem fuderit; xl. diebus in pane et aqua poeniteat; ſi diaconus, vi. menſes; ſi preſbyter, annum unum. Si laicus laicum occiderit, xl. dies abſtineat ab eccleſia, et jejunet in pane et aqua; et poſt, ut ſacerdos judicaverit, poeniteat*.

* Sexdecim ultima capitula a clar. Spelmanno omiſſa, ex MS. Cottoniano reſtitui, commentariumque ipſius de Ecgberto et excerptionibus ejus his adjicere placet. Ita enim ait: "Ecgbertus (ex *Faſt. Savil.*) frater Eadberti regis Northumbrenſium factus eſt Eboracenſis praeſul anno gratiae 735. et ſedem tenuit 36. annos. Cui autem anno, aut quo ſub luſtro has reponam ejus excerptiones, conjectura ſolum aſſequendum eſt. Videtur concinnaſſe cum ad animam propriam informandam, tum praecipue ad provinciam ſuam Eboracenſem (quae ſub hoc ſeculo praeter borealem Angliae partem, Scotiam integram, et adjacentes inſulas continebat) gubernandam. Defuit autem ſuae poteſtati plenitudo, uſque dum canonicum inſigne ejus, pallium, a Romana percepiſſet cathedra. Arduum id et operoſum, ut apud Malmesburium (de *geſt. pont.* l. iii.) videas. Paulinus namque, inquit, ejuſdem [eccleſiae] primus antiſtes, qui hoſtilitatis loco pulſus, apud Roveceſtriam, diem

Poeni-

Pontif. Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	Reg. Saxon.	[illegible]
ZACHAR. 9	CUTHBERT. 11.	[illegible]	[illegible]	CONSTANT. [illegible]

Poenitentiale Egberti archiepiſcopi Eboracenſis. Ex MS. Coll. Corp. Chr. Cantabr. l. xii. 13. p. 365.—417.

Her onginnaþ ðisse boce capitulas ðe ƿe hataþ ſcrift boc.

Hic incipiunt capitula libri, quem [illegible] vocamus.

Ðas capitulas Ecgbyrht arcebiſceop on Eoforwic awende of Ledene on Englisc. þ ða ungelæredan hit mihton ðe eþ underſtandan:

Capitula Ecgbrihti [illegible] archiepiſcopus Eboracenſis tranſtulit ex Latino in Anglicum, ut indocti ea facile intelligere poſſent.

I. Be ðæs mæſſepreoſtas geſceadwiſnyſſe:

I. De preſbyteri prudentia.

II. Dom be manegum ſynnum:

II. Jus de variis peccatis.

III. Be biſceopes forligre:

III. De epiſcopi adulterio.

IV. Be mæſſepreoſtes forligre:

IV. De preſbyteri adulterio.

V. Be ðam ſacerde. ðe hine ſylfne beſmat ðurh unſyfre ſpræce. oþþe ðurh ænige oþre unluſtas:

V. De ſacerdote, qui ſeipſum impuris ſermonibus, vel aliquibus aliis vitiis polluit.

VI. Be ðam preoſte ðe forſyrnþ fulwihte for neode his fare:

VI. De preſbytero, qui baptizare detrectat ob itineris ſui neceſſitatem.

VII. Be unfulledon mæſſepreoſte. ⁊ be ðam ðe he fullode:

VII. De nonbaptizato preſbytero, et de eo, quem ipſe baptizat.

VIII. Be biſceope ⁊ mæſſepreoſte ðe hyra had forleoſaþ:

VIII. De epiſcopo et preſbytero, qui ordinem ſuum perdit.

IX. Be ðam ſacerde ðonne he mæſſaþ hwæt he on him hæbbe:

IX. De iis, quibus indutus eſſe debet ſacerdos, cum miſſam celebrat.

X. Be ſacerde gif he hit calic agyt. ⁊ be æte ær huſlgange:

X. De ſacerdote, cum calicem effundit, et de cibo ante euchariſtiam.

XI. Be preoſte gif he hwæt myceles forſtele:

XI. De preſbytero, ſi aliquid magni pretii auferat.

XII. Be diacone ⁊ munuce gif hig hi forlicgon:

XII. De diacono et monacho, ſi fornicentur.

XIII. Be munuce ⁊ be mynecenon gif hi hi forlicgon:

XIII. De monachis et monialibus, ſi fornicentur.

XIV. Be læwedum mannum gif hig hi forlicgon:

XIV. De laicis, ſi fornicentur.

XV. Be unrihtum dædum geongra manna:

XV. De injuſtis operibus juniorum.

XVI. Be monaþ adles hæmede ⁊ be oþrum unriht hæmede:

XVI. De menſtruae conſuetudinis fornicatione, et de alia injuſta fornicatione.

XVII. Be hæþenra manna hæmed ðingce. ⁊ be ðam ðe unwitende beoþ twiwa gefullode. ⁊ be ðam ðe beoþ gefullode fram unriht hæmendum mæſſepreoſte. ⁊ be ðam ðe beoþ twiwa hyra ſylfwilles gefullode:

XVII. De ethnicorum fornicatione, et de eo, qui neſciens bis eſt baptizatus; et de eo, qui ab illegitime fornicante preſbytero baptizatus eſt, et de eo qui [illegible] ſponte baptizatus eſt.

[illegible] num in bibliotheca publica Oxonienſi; aliud Cantabrigiae in bibliotheca S. Benedicti; tertium, quo nos utimur, [illegible]

XVIII. De eo quod vir mulierem in baptiſmate ſuſcipere debet, et mulier virum.
XIX. De viri et mulieris promiſſis.
XX. De eo quod virum non deceat uxorem ſuam nudam videre, et de eo quod cum ipſa rem habere nequeat.
XXI. De injuſta fornicatione.
XXII. De diverſis homicidiis.
XXIII. De epiſcopi, et presbyteri, et monachi occiſione.
XXIV. De variis homicidiis.
XXV. De fratribus quomodo cognatam uxorem ſumere poſſunt, et de variis rebus aliis.
XXVI. De viri lotione poſt coitum.
XXVII. De adoleſcentibus et puellis, in qua aetate ſeipſos gubernare poſſunt.
XXVIII. De eo quod cognati coeant, et quamdiu mulier gravida a viro abſtinere debet.
XXIX. De uxore, quae artem magicam exercet.
XXX. De muliere ſi infantem ſuum recens natum arte magica occidit.
XXXI. De muliere, quae infantem ſuum occidit, et de euchariſtia ac eſu ſanguinis.
XXXII. De immolatione inimicorum, et de faſcinatione ubi frumentum ardet.
XXXIII. De faſcinatione mulieris, et de eo ſi illa fornicetur, et de voto ejus poſt mariti ſui obitum.
XXXIV. De perjurio.
XXXV. De injuſtis operibus diei ſolis.
XXXVI. De miſſae celebratione pro monacho et laico.
XXXVII. De mulieris perceptione S. euchariſtiae.
XXXVIII. De vulpibus, et de avibus, et equis, ac feris beſtiis, quae comedendae ſunt.
XXXIX. De apibus quae pungunt homines, et de variis rebus.
XL. De violatis porcis, et de aliis impuris animalibus.
XLI. De ſancti Dionyſii et ſancti Auguſtini dictis.

CUM quis ad poenitentiam ſuam abit, tunc cum maximo timore Dei et humilitate coram ipſo ſe extendat; et oret flente voce, ut eum poenitentiam facere doceat omnium eorum delictorum, quae adverſus Dei voluntatem fecerit; et confiteatur illi malefacta ſua, ut ſacerdos ſciat, quam poenitentiam ipſi imponere debeat. Tunc ſacerdos eum interroget, quamnam fidem in Deum habeat; et ipſum vario modo exhortetur ad animae ſuae neceſſitatem, et admoneat, ac ita dicat: Credisne in Deum omnipotentem, et in Filium, et in Spiritum Sanctum? credisne quod omnes homines a mortuis reſurgent in die judicii? num te poenitet omnium eorum, quae tu malefeciſti, dixiſti, et cogitaviſti? viſne remittere omnibus iis, qui unquam in te peccaverunt? Si dixerit, volo: tunc ei dicat: Deus

XVIII. Be ðam ðæt wer mot his wife on fulwihte onfon. ⁊ ꝥ wif ðam were:·
XIX. Be weres ⁊ be wifes gehate:·
XX. Be ðam ðe were ne gedafenaþ ꝥ he his wif nacode geseo. ⁊ be ðam ðe he hæman ne mæge:·
XXI. Be unrihtlicum hæmedum:·
XXII. Be mænigfealdum morþslihtum:·
XXIII. Be biscopes ⁊ mæssepreostes ⁊ muneces slihtes:·
XXIV. Be mislicum manslihte:·
XXV. Be gebroþrum hu gesibbe wif hig habban moton. ⁊ be manegum oþrum ðingum:·
XXVI. Be weres ðweale æfter hæmede:·
XXVII. Be cnihtum ⁊ be mædenum on hwylcere ylde hi moton hyra sylfra wealdan:·
XXVIII. Be ðam hu gesybbe men hæman. ⁊ hu lange wif scyle wer forgan ðonne heo mid cylde biþ:·
XXIX. Be wife gif heo drycræft begæþ:·
XXX. Be wife gif heo hire cyld ðonne hit acenned biþ mid drycræfte acwelþ:·
XXXI. Be ðam wife ðe hire cyld acwelþ. ⁊ be huslgange ⁊ blod ðigene:·
XXXII. Be onsægdnysse feondum. ⁊ be wiccecræfte ðær man corn bærnþ:·
XXXIII. Be wifes wiccecræfte ⁊ be ðam gif heo hig forligþ. ⁊ be hire behate æfter hyre were:·
XXXIV. Be man aþswape:·
XXXV. Be sunnan dæges unriht weorcum:·
XXXVI. Be muneces mæssansange ⁊ læwedra manna:·
XXXVII. Be wifmanna huslgange:·
XXXVIII. Be fixon ⁊ be fugelon ⁊ be horsun ⁊ be wildeoron. hwylce to ðicgenne synt:·
XXXIX. Be beon gif hi mannan ofsticiaþ ⁊ be manegum ðingum:·
XL. Be awidledum swynum ⁊ be oþrum unclænum nytenum:·
XLI. Be sent Dionisius cwydum. ⁊ sent Augustinus cwydum:·

ÐONNE man to his scrifte gange ðonne sceal he mid swyþe mycelum Godes ege ⁊ eadmodnysse beforan him aþenigan. ⁊ hine biddan wependre stefne. ꝥ he him dædbote tæce ealra gylta ðe he ongean Godes wyllan gedon hæbbe. ⁊ he sceal him andettan his misdæda. ꝥ se sacerd wite hwylce dædbote he him tæcan scyle. Ðonne sceal se sacerd hine acsigan hwylcne geleafan he to Gode hæbbe. ⁊ hine mænigfealdlice tihtan to his sawle ðearfe ⁊ myngian ⁊ ðus cweþan:· Gelyfst ðu on God ælmihtigne. ⁊ on ðone sunu ⁊ on ðone halgan gast:· Gelyfst ðu ꝥ ealle menn scylon arisan on domes dæg of deaþe:· Ofþinceþ ðe ealles ðæs ðe ðu to yfele hæfst geworht gecweden ⁊ geþoht. wylt ðu forgyfan ælcon ðæra ðe wiþ ðe æfre agylton:· Gif he cwyþ. ic wylle. cwæþ him ðænne to. God ælmihtig gemilt-

miltsige ðin ⁊ me geunne ꝥ ic mote:· Fæst ælce dæge on ðis lengtene to nones. ⁊ forgang hwit. ⁊ beheorh ðe wiþ ða eahta heafod synna. ꝥ ðu ða ne fremme. ꝥ synt morþur ⁊ stala ⁊ mænaðas ⁊ gytsung ⁊ unriht hæmedu ⁊ gyfernys ⁊ tælnysse ⁊ lease gewitnysse. ⁊ heald ða twelf ymbren dagas ðe on twelf monþum beoþ. ⁊ beheorh ðe wiþ lyblacas. ⁊ attor cræftas. ⁊ dyrne geligeru. ⁊ twyspræcnysse. ⁊ ofermodnysse. ⁊ gyrnysse oþra manna æhta. ðu ðe beheorh wiþ ealle ðas. ⁊ lufa ðinne drihten mid eallum mode ⁊ mid eallum mægene ⁊ eallum mihtum ⁊ ealre innewearde heortan fæstlice. ⁊ beo earmum mannum milde. ⁊ manþwære ⁊ ælmysgeorn ⁊ cyricgeorn ⁊ teoþunggeorn to Godes cyricean ⁊ earmum mannum. ðonne biþ ðe God hold ⁊ milde ⁊ liþe. ⁊ ðu most mid him ðonne ricsian on ealra worulda woruld abutan ende. gif ðu ðus dest. ⁊ ic bidde ðe ꝥ ðu asecge me eall ꝥ ðu to yfele æfre geworhtest. forþan betere is ðe. ꝥ ðe sceamige nu her beforan me anum yrmingce. ðonne eft beforan Gode on ðam myclan dome ðær heofonwaru ⁊ eorþwaru ⁊ helwaru beoþ ealle gesomnode ðær us nerige wealdend user:·

omnipotens tui miſereatur, et mihi concedat, quod debeo. Jejuna quolibet die hoc tempore quadrageſimali ad nonam, et abſtine te ab albo [illegible], et cave tibi ab octo capitalibus vitiis, ne ea committas; quae ſunt homicidium, et furtum, et perjuria, et avaritia, et injuſtus concubitus, et luxuria, et detractio, et falſum teſtimonium; et obſerva duodecim quadrageſimales dies, qui quovis anno occurrunt, et cave tibi a [illegible]baro, et veneficio, et concubitu cum virgine, et biloquio, et ſuperbia, et ambitione aliorum hominum poſſeſſionis: cave tibi ab his omnibus, et dilige Dominum tuum cum toto animo, et cum omni virtute, et omnibus viribus, et toto corde intimo firmiter; et eſto benignus erga pauperes et manſuetus, et libenter eleemoſynas diſtribuens, et diligenter eccleſiam viſitans, et diligenter decimas dans eccleſiae Dei, ac pauperibus: tunc Deus tibi benevolus, et beneficus, et miſericors erit, et tu regnabis cum ipſo in ſecula ſeculorum abſque fine, ſi ita feceris; et oro te, ut mihi dicas omnia, quae unquam male feciſti, quoniam tibi expedit pudefieri nunc hic coram me ſolo miſero, quam deinde coram Deo in magno judicio, ubi caelicolae, et terricolae et inferi omnes erunt congregati.

I. ðæt gedafenaþ ælcum sacerde ðonne he mannum fæsten scrifeþ. ꝥ he wite hwyle se man sig trum ðe untrum. welig ðe ðearfa. hu geong he sig oþþe hu eald hwæþer he sig gehadod ðe læwede. ⁊ hwylce hreowe he habbe. ⁊ hwæþer he sig hægsteald ðe ðe hæmed ceorl. on eallum mannum behofaþ gesceadwisnysse ðeah ðe higelice synne ne fremmen:· Ricum mannum man sceal strangor deman ðonne ðam heanum æfter canones dome:·

I. Convenit cuilibet ſacerdoti, cum poenitentiam jejunii aliquibus imponit, ut ſciat quiſnam ille ſit, an ſanus an infirmus, dives an pauper, quam juvenis vel quam ſenex ſit, utrum ſit ordinatus, an laicus, et qualem poenitentiam faciat, an ſit caelebs, an uxoratus: omnes homines decet diſcretio, licet ſtudio adulterium non committant. Divites ſeverius judicandi ſunt, quam pauperes juxta jus canonicum.

II. ðeodorus se halga ⁊ se goda biscop gesette ðas rædinge to bysne ⁊ to lare ælcum ðæra ðe his gyltas wiþ God betan wylle. ⁊ ðus cwæð:· We rædon on ðam penitentiale ꝥ man sceolde don dædbote for heafodlicum gyltum. gear oþþe twa oþþe ðreo on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ be ðam læssum gyltum wucan oþþe monaþ eall be gelicon:· Ac ðis is mid sumum mannum swyþe gendyne ðing ⁊ earfoþlic. for ðig we wyllaþ tæcean mid hwylcum ðingum hit alysan mot se ðe ðis fæsten gehealden ne mæg. ꝥ is ꝥ he sceal mid sealmsange ⁊ mid ælmysdædum don dædbote swyþe langne fyrst. ⁊ se ðe eall gefyllan mæg ꝥ on ðære bec gecweden is. ꝥ biþ swyþe god ⁊ hit biþ riht endebyrdnys. ⁊ se ðe ne mæg gesinge he fiftig sealma be endebyrdnysse on cyricean. oþþe on oþre digolre stowe. ⁊ se ðe sceal ane wucan on hlafe ⁊ on wætere. singe he ðreo hund sealma cneowigende. oþþe ðreohund ⁊ twentig butan cneowunga. eall swa hit buran gecweden is. ⁊ se ðe scyle monðes fyrst dædbote don on hlafe ⁊ on wætere. synge ðusend sealma ⁊ twahund mid cneowunga. ⁊ butan cneowunge ðusend ⁊ sixhund ⁊ eah-

II. Theodorus ſanctus et pius epiſcopus conſtituit hanc lectionem in exemplum, et doctrinam omnibus illis, qui delicta ſua apud Deum emendare volunt, et ita dixit: Legimus in poenitentiali, quod poenitentia facienda ſit pro capitalibus criminibus annum, vel duos, vel tres (in) pane et aqua; et pro minoribus criminibus [a] hebdomadam vel menſem, omnes eodem modo. Sed hoc apud nonnullos res dura et difficilis eſt, ideo docebimus, quibus rebus hoc redimere debeat, qui jejunium ſuum ſervare nequit; hoc eſt, ut pſalmis [illegible] et [illegible] per longum ſpatium poenitentiam agat, et ſi omnia implere poſſit, quae in hoc libro ſcripta ſunt, valde bonum et legitime ordinatum eſt; et ſi non poſſit, cantet quinquaginta pſalmos juxta ordinem in eccleſia, vel in alio ſecreto loco: et qui unam ſeptimanam [c] jejunat cum pane et aqua, cantet trecentos pſalmos genibus flexis, vel trecentos et viginti abſque genibus flexis, prouti ſupra dictum eſt; et ſi quis per menſis ſpatium poenitentiam agere debet cum pane et aqua, cantet mille et ducentos pſalmos flexis genibus, et abſque genibus flexis, mille ſex-

[a] Juxta Saxon. legerem *mediocribus* [b] forte "omni cibo" [c] [illegible]

centos

centos et octoginta; ac deinde quolibet die ſe reficiat ad meridiem praeter dies Mercurii et Veneris; tunc jejunare debet ad nonam, et abſtineat a carne et vino, hoc eſt, omnis generis potu, quo quis inebriari poſſit, et utatur omnibus aliis cibis, quos Deus ei dederit, poſtquam cantaverit: et ſi nec pſalmos norit, nec jejunare poſſit, diſtribuat quolibet die obolum, vel valorem ejus pauperibus; et qualibet hebdomada jejunet unum diem ad nonam, et alium ad veſperam, et utatur iis, quae habet, prouti ſupra dictum eſt. Et ſi quis annum integrum poenitentiam agere debet, diſtribuat viginti ſex ſolidos ad eleemoſynas, et qualibet hebdomade jejunet duos dies, prouti ſupra dictum eſt; et conſideret in tribus illis quadrageſimis, quid cibus ejus fuerit, dimidiumque ejus ad eleemoſynas diſtribuat. Secundo anno poenitentia inchoanda eſt a nativitate Domini ad Epiphaniam, et a Paſchate ad Pentecoſten; et homo qui non poteſt peccatorum ſuorum poenitentiam agere, uti ſupradictum eſt, diſtribuat primo anno viginti ſex ſolidos ad eleemoſynas, et ſecundo viginti, et tertio octodecim, qui ſunt ſexaginta quatuor ſolidi. Et ſciat dives, quod Deus ipſi multas opes et poſſeſſiones hujus vitae concrediderit, quomodo crimina ſua capitalia emendare debeat. Sumat evangelium, et ibi legat, quomodo Zacheus cum Domino locutus ſit, cum ad prandium eum in domum ſuam ſuſceperit, tunc invocabat eum, ita dicens: "Domine, omnium meorum bonorum trado dimidiam partem pauperibus; et ſi per injuſtam fraudem aliquibus aliquid abſtuli, reddo quadrifariam." Et tunc a Domino promeruit audire: "Hodie domui huic ſalus facta eſt," hoc eſt omnium peccatorum remiſſio. Et ad augenda haec bona opera, de quibus ſupra diximus, liberet et redimat eos, qui in captivitate ſunt, et ab illo die, quo injuſtitiam ſuam derelinquit, non renovet illam deinde, ne forte ſimilis ſit cani qui devorat, quod prius evomuit; neque negligendum eſt, quod apoſtolus dixit: "qui per corpus ſuum peccat, per corpus ſuum hoc compenſet:" hoc eſt, in jejunio, et in vigiliis, et in orationibus, et in precibus ad Deum, in compunctione cordis, et cum effuſione lachrymarum.

Prima abſtinentia eſt baptiſmus ignis, ſecunda eſt amor Dei, tertia eſt deſiderium eleemoſynarum, quarta eſt effuſio lachrymarum in vera poenitentia, quinta eſt confeſſio flagitiorum, ſexta eſt afflictio cordis et corporis in laboribus et jejuniis, ſeptima eſt, ut mores corrigantur coram Deo, octava eſt preces ſanctae pro flagitiis illis, nona eſt miſericordia et bona fides, decima eſt ut alii a flagitiis ad Dei voluntatem ducantur, undecima eſt remiſſio Dei, ut per hoc Deus peccata ipſi condonet, duodecima eſt martyrium, uti fiebat ad Chriſti paſſionem.

tatig. ⁊ syþþan ælce dæge gereordige him to middæges. buton ƿodnesdæge ⁊ frigedæge. ðonne he sceal fæstan to nones ⁊ forgange flæsc ⁊ ƿin. ꝥ is ælces cynnes drinc. ðe man mæge foredruncnigan. ⁊ bruce him oþra metta. sƿylcera sƿylce him God sylle. æfter ðam ðe he gesungen habbe. ⁊ se ðe sealmas ne cunne ne fæstan ne mæge. gedæle he æghƿylce dæge anne peningc oþþe ðæs ƿyrþ ðearfendum mannum. ⁊ on ælcere ƿucan fæste he anne dæg to nones. oþerne to æfenes. ⁊ bruce ðæs ðe he hæbbe eall sƿa hit bufan gecƿeden is:· And se ðe scyle an gear ðylce dædbote don. ðonne gedæle he six ⁊ tƿentig scillinga on ælmyssan. ⁊ on æghƿylcere ƿucan fæste tƿegen dagas. eal sƿa hit bufan gecƿeden is. ⁊ asmeage on ðam ðrim lengctenum hƿæt his bigleofen sy. ⁊ dæle ꝥ healf on ælmyssan:· On ðam oþrum geare man mot lihtan his dædbote fram drihtnes gebyrd tide oþ tƿelftan dæg. ⁊ fram Eastron oþ Pentecosten:· And se man ðe ne mæge dædbote don his synna. sƿa hit bufan gecƿeden is. gedæle he on ðam forman geare six ⁊ tƿentig scillinga on ælmyssan. ⁊ on ðam oþrum tƿentig. ⁊ on ðam ðriddan eahtatyne ꝥ synd feoƿer ⁊ sixtig scyllinga:· And ƿite se rica man ꝥ him God hæfþ micelne ƿelan ⁊ æhta ðyses lifes to forlæten. hu he scyle his heafodlican gyltas betan:· Genime him ꝥ godspell ⁊ ræde ðær on. hu Zacheus ƿiþ drihten spræc ða he hine to gereorde on his hus onfeng. ða clypoþe he to him ⁊ ðus cƿæþ:· Drihten ealra minra goda ic sylle healfne dæl ðearfum. ⁊ gif ic ðurh unriht facn ænigum men aht ætbræd. ꝥ ic forgylde feoƿer fealdlice:· And ða ge earnode he fram drihtene to gehyrenne. to dæg is ðysse hiƿ rædenne hæl geƿorden. ꝥ is ealra synna forgyfennys:· And to eacan ðysum godum ƿeorcum ðe ƿe ær bufan gecƿeden habbaþ. freoge he men ⁊ alyse ða ðe on hæfdnyde synt. ⁊ of ðam dæge ðe he his unrihtan ƿeorc forlæte. ne geedlæce he hig eft na. ðe læs ðe he sig geanlicod ðam hunde ðe fryt ꝥ he ær aspaƿ. ⁊ ðæt nis na to forlætenne ꝥ se apostol cƿæþ. Se ðe ðurh his lichaman gesyngie he each ðurh his lichaman hit gebete. ꝥ is. on fæstene. ⁊ on ƿæcceum. ⁊ on gebedum. ⁊ on halsungum to Gode mid heortan onbryrdnyssum ⁊ mid teara agotenysse:·

Seo ærryste forlætennys is synena fulƿiht. seo æftere is Godes lufu. seo ðridde is ælmyssan lust. seo feorþe is teara agotenys on godre hreoƿe. seo fifte is andetnys synena. seo syxte is gesƿencednys heortan ⁊ lichaman on geƿinnum ⁊ fæstenum. seo sufoþe is ꝥ man his ðeaƿas bete for Gode. seo eahtoþe is haligra gebeda for ðone synen fullan. seo nigoþe is mildheortnys ⁊ God geleafa. seo teoþe is ꝥ man oþerne hƿyrfe fram synenum to Godes ƿillan. seo endlyfte is God forgyfennys ꝥ ðurh ꝥ God his synena him forgife. seo tƿelfte is martyr had. sƿa ðam sceaðan ƿearþ æt Cristes ðroƿunge.

III. Epi-

III. Biscop gif he hine dearnunga forlicge æfter canones dome fæste he twelf winter. ⁊ ælmyssan sylle swyðe ⁊ on teara agotennysse bidde him Godes are:· Sume wyllaþ ꝥ he sig eft unhadod:·

IV. Mæssepreost gif he hine forlicge fæste ðreo winter. ⁊ ðreo æfæstenu on wucan fæste he twegen dagas to æfenes:· Gif he wiþ nunnan hæme sig him his fæsten ðe swyþor geiced. ꝥ is seofon gear.

V. Sacerd se ðe unsyfre spræce. oþþe ðurh gesyhþe oþþe sceawunga wifes hine besmiteþ. ⁊ ne geseormige hine. fæste twentig daga:· Se ðe mid his willan biþ besmiten swyþlice. fæste he c. daga:· Se ðe unwillan his slæpes biþ besmiten. arise he ⁊ asinge saltere sealma. ⁊ on morgen do his hleor ðrittig siðum to eorþan:· Se ðe biþ butan willan besmiten. oþþe se ðe willende on slæpe gefyrenaþ. synge twentigfeower sealma:· Gif man on cyricean slapende his sæd ageote. arise ⁊ asinge saltere:· Sacerd gif he mid his luste wifman cysse. hreowsige ꝥ twentig daga:· Sacerd gif he besmiten sig ðy ðe he wife onhrine. fæste feowertig nihta. sume willaþ ðrittig:· Sacerd gif he mid ðohtes wilnunga sy besmiten. fæste wucan:· Gif he mid handa hrine. fæste ðreo wucan:· Se ðe ðonne gelome dyrne gehigen fremme. canon demeþ. ꝥ he fæste tyn winter. sume wyllaþ gear ⁊ mid geþeahte ðreo:·

VI. Swa hwylc preost swa on his agenre scyre. oþþe on hwylcere oþre farende byþ. ⁊ hine man on his sore fulwihtes biddeð. ⁊ he wyrne forosste his sore. ⁊ se man hæþen swelte. sy he unhadod:·

VII. Swa hwylc mæssepreost se ðe wite ꝥ he unfullod sy. fullige man hine. ⁊ ealle ða ðe he ær fullode:· Papa on Rome sette ðeah ðe se mæssere synfull sy. oþþe hæþen. ꝥ ðæs halgan gastes ðenung wære on ðære gyfe ðæs fulwihtes swa ðeah nalles ðæs mannes:·

VIII. Gif hwa had forleose mæssere oþþe biscop sig he on hreowe oþ deaþ. ꝥ his sawl lybbe:· Sacerd gif he man slea oþþe dearnunga hine forlicge. sig he of his hade aworpen:· Gif he man gewundige. fæste hund daga.

IX. Sacerd ðonne he mæssan singe ne hæbbe he on hedenne cæppan:· Ac gif he godspel ræde lecge him on ða sculdru:·

X. Sacerd gif he his calic ageote ðonne he hæbbe mæssan gesungen. fæste ðrittig nihta:· Se ðe ete ærþam ðe he to husle ga. ⁊ æfter ðam ðe he husl ðicge. fæste seofon niht:·

XI. Gif preost mycele stale forstele. fæste fif winter. oþþe swa him biscop tæce:·

XII. Diacon gif he hine forlicge. fæste ðreo winter. ⁊ eall swa munuc. gif he bearn gestryne. fæste he swyþor. swa him biscop oþþe deman tæcan. ⁊ unhadod man ⁊ ungemunecod gif he hine forlicge. fæste twelf monoþ. gif he bearn begyt. fæste ðreo winter. gif he hit ofslea. fæste seofon winter:·

III. Epiſcopus, ſi adulteretur, juxta jus canonicum jejunet duodecim hyemes, et eleemoſynas reddat multas, et cum effuſione lachrymarum Dei honorem exoret. Aliqui volunt ut ſe deinde ordinibus privet.

IV. Preſbyter cum fornicatus fuerit, jejunet tres hyemes, et tria jejunia per hebdomadam jejunet duobus diebus ad veſperam. Si cum moniali fornicatus fuerit, multum auctum ſit jejunium ejus, hoc eſt ſeptem annos.

V. Sacerdos qui impure loquitur, vel ex viſu aut aſpectu mulieris ſe polluit, et ſe non purgat, jejunet viginti dies; qui propria voluntate admodum pollutus fuerit, jejunet centum dies. Si invitus in ſomno fuerit pollutus, ſurgat et cantet pſalterii pſalmum, et craſtino die maxillam ſuam triginta vicibus ad terram inclinet. Si invitus fuerit pollutus, vel ſi volens in ſomno moechatus ſit, cantet viginti quatuor pſalmos. Si quis in eccleſia dormiens ſemen ſuum effuderit, ſurgat et cantet pſalterium. Si ſacerdos cum cupidine mulierem oſculetur, poeniteat ejus viginti dies. Si ſacerdos polluatur, cum mulierem tetigerit, jejunet quadraginta dies, nonnulli volunt triginta. Si ſacerdos cogitationis voluntate pollutus ſit, jejunet hebdomadam; ſi tactu manus, jejunet tres hebdomadas. Si quis crebro fornicationem commiſerit, canon judicat, ut decem hyemes jejunet, nonnulli volunt annum, et cum diſcretione tres.

VI. Quicunque ſacerdos in propria ſua provincia, vel in aliqua alia proficiſcatur, et ſi in itinere ejus baptiſma ab ipſo exoretur, et ille neget, detineatur in itinere ſuo; et ſi infans ethnicus moriatur, ordine ſuo ſpolietur.

VII. Quicunque preſbyter ſi norit quod non ſit baptizatus, baptizetur, et omnes illi quos antea baptizaverat. Attamen papa Romanus conſtituit, ſi miſſae adminiſtrator vitioſus ſit, vel paganus, quod ſervitium Spiritus Sancti eſſet in dono baptiſmi, non tamen in hominis alicujus.

VIII. Si quis ordinem perdat, preſbyter, vel epiſcopus, poenitentiam agat uſque ad mortem, ut ejus anima vivat. Sacerdos ſi hominem occidat vel fornicetur, ordine ſuo ſpolietur; ſi aliquem vulneret, jejunet centum dies.

IX. Cum ſacerdos miſſam celebrat, non portet caracallam caſſiatam, ſed cum evangelium legit, imponat eam humero.

X. Cum ſacerdos calicem effuderit, poſtquam miſſam celebraverit, jejunet triginta dies; ſi comedat antequam ad euchariſtiam abeat, et poſtquam euchariſtiam acceperit, jejunet ſeptem dies.

XI. Si preſbyter furtum magni pretii commiſerit, jejunet quinque hyemes, vel prouti epiſcopus ipſi adnotaverit.

XII. Si diaconus fornicatus fuerit, jejunet tres hyemes, et monachus totidem; ſi infantem genuerit, jejunet magis, prouti epiſcopus vel jura adjudicaverint ipſi: homo non ordinatus, et qui non eſt monachus, ſi fornicatus fuerit, jejunet duodecim menſes; ſi infantem genuerit, jejunet tres hyemes; ſi eum occiderit, jejunet ſeptem hyemes.

XIII. Monachus vel foemina conſecrata, ſi fornicati fuerint, jejunent ſeptem hyemes, nonnulli volunt tres. Juveni non eſt danda uxor, ſi prius ordinem monachalem in animo habuerit.

XIV. Laicus uxorem habens, ſi alterius viri foeminam foedet, vel virginem, jejunet unam hyemem; ſi infantem habeat, jejunet tres hyemes; ſi autem coelebs ſit, jejunet ſeptem hyemes, aliqui volunt decem. Si quis cum matre ſua, vel ſorore, vel filia coeat, jejunet duodecim hyemes, et videat tamen ſacerdos, in quo ordine ipſe ſit. Quilibet homo cum beſtia rem habens, jejunet decem hyemes, vel ſeptem, aliqui volunt tres hyemes, aliqui unam, aliqui centum dies: videat quid ſit homo, quid beſtia. In omnibus rebus ſacerdoti convenit prudentia, uti antea diximus. Quicunque in os ſemen effuderit, jejunet ſeptem hyemes. Quilibet homo qui cum verna ſua fornicatus fuerit, jejunet unam hyemem; ſi ipſa infantem habuerit, redimat eum, et jejunet tamen unam hyemem.

XV. Si parvus puer a majori opprimatur in coitu, jejunet quinque noctes; ſi eum patiatur, jejunet viginti noctes; ſi furetur, vel animal per ſe mortuum edat, [d] et ipſe hoc norit, jejunet ſeptem dies. Si viginti annos habeat, et tale quid fecerit, jejunet viginti dies. Si idem manu ſua ſe polluat, jejunet viginti dies. Si hoc in viriliaetate accidat, jejunet quadraginta dies, nonnulli volunt centum.

XVI. Quilibet vir, qui cum uxore ſua in conſuetudine ejus menſtrua rem habuerit, jejunet quadraginta dies; et quilibet qui ſanguinem ſuum, vel viri ſemen biberit, jejunet quinque hyemes. Quilibet homo in eccleſia fornicans, judicetur quod epiſcopo juſtum videtur, et juxta hoc puniatur. Si quis cum beſtia, vel cum maſculo coiverit, jejunet decem hyemes. Si pueri inter ſe fornicationem committant, ſuſpendantur. Beſtia ſi a maſculo ſit polluta, occidatur, et detur canibus; ſi dubitetur, vivere permittatur.

XVII. De ethnicorum fornicatione, et de eo, qui invitus bis fuerit baptizatus, et de eo, qui baptizatus fuerit ab injuſte fornicante preſbytero, et de eo, qui ſua ſponte bis baptizatus fuerit. Quilibet ethnicus deſerat uxorem ſuam ethnicam in poteſtate ſua, poſt baptiſma ejus, ſive ipſe "baptiſma" habeat ſive non; ita etiam ſi uter eorum ſit ethnicus vel baptizatus. Ethnicus a baptizato diſcedere debet, uti apoſtolus dicebat: "Infidelis ſi diſcedit, diſcedat." Qui bis baptizatus fuerit, ita ut neſciret, non imponatur ei aliquod jejunium, niſi juxta canonicum jus ſit conſecrandus, licet neceſſitatem ſuam celet. Si vir a preſbytero adultero baptizatus ſit, ſtatim rebaptizetur. Quilibet qui ſciens aliquem ſecunda vice baptizat, hoc eſt, quaſi Chriſtum ſuſpenderet, jejunet ſeptem hyemes; duas dies jejunii per hebdomadam, et tres plenario jejunet.

XVIII. Maſculus foeminam in baptiſmo ſuſcipere debet, et foemina maſculum. Baptiza-

XIII. Munuc oþþe gehalgod fæmne gif hi forlicgon hig. fæston seofon ƿinter. sume ƿyllaþ ðreo:· Ne mot man iungum men ƿif forgyfan gif he hine ær to munuc hade gemynte:·

XIV. Læƿedeman him ƿif agende gif he oþres ceorles ƿif ƿemme oþþe fæmnan fæste an ƿinter. gif he bearn hæbbe fæste ðreo ƿinter. gif he ðonne hegsteald sy. fæste seofon ƿinter. sume ƿillaþ tyn:· Se ðe mid his meder. oþþe sƿyster. oþþe dehter hæme. fæste tƿelf ƿinter. ⁊ sƿa ðeah geseo se sacerd on hƿylcum hade he sig:· Sƿa hƿylc mann sƿa mid nytene hæme. fæste tyn ƿinter. oþþe seofon. sume ƿyllaþ ðreo ƿinter. sume ƿyllaþ ane. sume hund daga:· Geseo he hƿylc se man sig oþþe ꝥ neat. on eallum ðingum behofaþ se sacerd gesceadƿisnysse sƿa ƿe beforan cƿædon:· Sƿa hƿylc man sƿa on muþ sæd forlæte fæste seofon ƿinter:· Sƿa hƿylc man sƿa mid his mennen gehæme. fæste an ƿinter. gif heo bearn hæbbe gefreoge hig. ⁊ fæste ðeah an ƿinter:·

XV. Lytel cniht gif he biþ fram maran ofþricced on hæmede. fæfte fif niht. gif he him geþafige. fæste tƿentig nihta:· Gif he stele oþþe myrten ete. ⁊ he hit ƿite. fæste seofon dagas:· Gif he hæbbe tƿentig ƿintra. ⁊ he aƿiht ðylces do. fæste tƿentig nihta:· Gif ðæs ylca mid his handa hine besmite. fæste tƿentig daga:· Gif men on ƿerlicre ylde ðislices gelimpe. fæste feoƿertig nihta. sume ƿyllaþ hund nihta:·

XVI. Sƿa hƿilc ceorl sƿa mid his ƿife hæme on monaþ adle. fæste feoƿertig nihta. ⁊ sƿa hƿylc sƿa his blod oþþe mannes sæd drince. fæste fif ƿinter:· Sƿa hƿylc man sƿa on cyricean hæme. deme ꝥ se bisceop sƿa him riht ðince. ⁊ ƿitnige be ðam:· Se ðe mid neate hæme. oþþe mid ƿæpnedum men. fæste tyn ƿinter:· Cnihtas gif hi him betƿynan hæmed ðing fremmen. sƿinge hi man:· Nyten gyf hit sig mannes ende besmiten. slea man hit. ⁊ sylle hundum. gif him tƿeoge læte lybban:·

XVII. Be hæþenra manna hæmed ðinge. ⁊ be ðam ðe nytende beoþ tuƿa gefullod. ⁊ be ðam ðe beoþ gefullod fram unriht hæmedum mæssepreoste. ⁊ be ðam ðe beoþ hyra sylfƿilles tuƿa gefullod:· Sƿa hƿylc hæþen man sƿa forlæt hæþen ƿif on his anƿealde æfter hyra fulƿihte. hƿæþer he hæbbe ðe næbbe. sƿa gelice gyf hyra oþer biþ hæþen oþer gefullod:· Se hæþena mot fram ðam gefullodan sƿa se apostol cƿæþ. infidelis ſi diſcedit, diſcedat. Ða ðe ƿæron tuƿa gefullode sƿa hig nyston ne gegæþ him ðær nænig fæsten. butan himan mot halgigan æfter canones dome. ðeah he neadþearf gebyrige:· Mann gif sy fram dyrne forlegerum preoste gefullod. fullige hine man eft sona:· Sƿa hƿylc man sƿa mid his geƿitnysse hine oþre siþe fullaþ. ꝥ is sƿylce he Crist ahenge. fæste he seofon ƿinter. ða tƿegen fæsten dagas on ƿucan. ⁊ ðreo æfæstenu fullice:·

XVIII. Ƿer mot ƿyfe on fulluhte onfon ⁊

[d] *et ipſe hoc norit* juxta Saxon. addidi.

ƿif ðam ƿere. ne mot ʒefullod inne mid ðam ʒecristnedan etan. ne hine cyssan. swa mycele ma swa he ne mot mid ðam hæþenan:·

XIX. Gif ænig ƿer oþþe ƿif ʒehate ꝥ he ƿylle mæden had ʒehealden. ⁊ æfter ðon ƿere on riht hæmed ʒeþeoded byþ. ne forlæte hyra naþor ꝥ he ne fæste ðreo ƿinter. for ðam ða dysegan ʒehat. ⁊ ða unaræfnodan ʒurþaþ to brocenne:· Gif æniʒes mannes ƿif dearnunga hiʒ forliʒe. se ceorl hiʒ mot forlætan. ⁊ oþor niman. ʒif ꝥ ƿæs ꝥ ærwyrste ƿif. ʒif hit ƿæs ðonne ꝥ æftere oþþe ꝥ ðridde. ne mot he ðonne oþrum onfon. ꝥ ƿif ʒif heo hire synena don ƿylle embe fif ƿintre. heo mot oþerne ceorl niman:· Wifes ƿer ʒif he forþfaraþ ymbe tƿelf monaþ ðæs heo mot niman oþerne:· Swa hƿylc man swa forlæte his ƿif ⁊ hine to unriht hæmede ðeodeþ. fæste he seofon ƿinter heardum fæstene oþþe fyftyne leohtlicor:· Swa hƿylc swa fela yfela do on morþre. ⁊ on manslihte. ⁊ on unriht hæmede mid nytenum ⁊ mid ƿifum. ʒa on mynster. ⁊ a fæste oþ his daʒas ende. ʒif he swyþe fela fremede:·

XX. Ceorle ne ʒedafenaþ ꝥ he his ƿif nacode ne ʒeseo:· Wer ⁊ ƿif ʒif hiʒ ʒeþeodde beoþ. ⁊ se ƿer mid hire hæman ne mæʒe ꝥ ƿif hine mot forlætan. ⁊ hire oþerne niman. ʒif ꝥ on ðone ceorl cuþ byþ:· Ða ʒeƿeddodan fæmnan hire yldran hine moton syllan oþrum men. buton heo eallunga ðone ƿiþ cweþe ꝥ heo hine nelle. heo ðonne mot ʒif he ƿile ꝥ forlætan. ⁊ hyre mynster gang ʒeceosan. ʒif heo ƿile:· Gif heo fæmne nele mid ðam ƿere eardigan ðam ðe heo ær beƿeddod ƿæs. aʒife man him eft ꝥ feoh ꝥ he for hiʒ sealde. ⁊ eac ðone ðriddan dæl ðæs yrfes. ⁊ ʒif he ꝥ nelle ðolige ðæs feos. ⁊ seo fæmne ʒa on mynster oþþe ælcor on hire clænnysse hiʒ healde:·

XXI. Man ʒif he hundan hæme mid his ƿife. fæste feoƿertiʒ nihta. ʒif he on hire bæcþearm hæme. fæste tyn ƿinter:· Swa hƿylc man swa hæme sunnan dæʒe oþþe on niht. fæste ðry daʒas:· Wer ne hæme mid his ƿife feoƿertiʒ nihta ær Eastron. ne seofon nihtum ær Pentecosten. ne feoƿertiʒum nihtum ær middan ƿintra:·

XXII. Gif man slyhþ oþerne on morþ on yrrum mode ⁊ mid behydnysse. fæste seoƿer ʒear. sume ƿyllaþ seofon:· Swa hƿylc swa morþor sleʒe ðafaþ. ⁊ hine man ðonne fremmeþ. fæste fif ƿinter. sume ƿyllaþ seofon. ⁊ he feoƿertiʒ nihta on cyricean ne cume:· Swa hƿylc man swa his man ofslea. fæste ane ʒear:· Swa hƿylc man swa onʒecynde oþerne ƿan hal ne do. oþþe hine ƿomlite onʒeƿyrce. forʒylde him ðone ƿomlite. ⁊ his ƿeorc ƿyrce. oþ ꝥ seo ƿund hal siʒ. ⁊ ꝥ læcefeoh ðam læce ʒylde. ⁊ fæste he tƿa æfæstenu oþþe ðreo. ʒif he nyte hu he hit ʒylde fæste tƿelf monoþ:· Swa hƿilc man swa man ofslea. fæste ðreo ƿinter. ʒif he hit eft ðæs mannes maʒum ʒyldan ƿyle. fæste ðonne oþer healf ʒear:· Gif man oþerne ʒeƿundiʒe. for ðæs blodes ʒyte fæste feoƿertiʒ nihta:·

tus non comedat in domo cum baptizatis, nec eos oſculetur, eo magis quia hoc ei non licet apud ethnicos.

XIX. Si aliquis vir, vel foemina coelibatum ſervare voverit, et deinde vir in legitimo matrimonio copulatus ſit, non [illegible] hoc quod jejunet tres hyemes, quoniam ſtultum et impoſſibile votum violatum eſt. Si uxor viri cujuſdam adulteretur, maritus eam poteſt deſerere, et aliam ducere, ſi ea prima fuerit uxor; ſi autem ſecunda vel tertia fuerit, non poteſt aliam ducere: ſi uxor flagitia ſua committere velit intra quinque annos, alii viro nubere debet. Si mortuus maritus ſit, uxor intra annum alium ſumere poteſt. Quicunque maritus uxorem ſuam deſeruerit, et ſe injuſto matrimonio (alii) adjungat, jejunet ſeptem hyemes ſeverum jejunium, vel quindecim leviora. Quicunque multa mala perpetraverit, in homicidium, et occiſionem hominis, et injuſtum concubitum cum beſtiis, et cum mulieribus, eat ad monaſterium, et ſemper jejunet uſque ad finem vitae, ſi valde multa commiſerit.

XX. Non decet virum uxorem ſuam nudam videre. Cum vir et mulier matrimonio juncti ſunt, et vir cum ea coire nequeat, mulier eum deſerere poteſt, et alii nubere, ſi hoc in viro manifeſtum ſit. Parentes debent mulieres matrimonio jungendas viris tradere, excipe ſi ipſa omnino contradixerit, quod eum nolit, tunc illa, ſi ipſe velit, hoc omittere poteſt, et ad monaſterium aditum eligere, ſi ipſa velit. Si foemina cum viro habitare nolit, cui antea nupta erat, reddatur ei pecunia, quam pro illa tradidit, et tertia etiam pars haereditatis ejus; et ſi ipſe hoc nolit, perdat pecuniam, et foemina abeat ad monaſterium, vel alibi in caſtitate ſe contineat.

XXI. Si maritus cum uxore ſua canino more coeat, jejunet quadraginta dies; ſi cum extis ejus coeat, jejunet decem hyemes. Quilibet homo ſolis die vel nocte coiens, jejunet tres dies. Maritus non coeat cum uxore ſua quadraginta dies ante Paſcha, nec ſeptem dies ante Pentecoſten, nec quatuordecim dies ante natale Domini.

XXII. Si quis alterum occidat in homicidio in ira et in ſecreto, jejunet tres annos, nonnulli volunt ſeptem. Quicunque homicidio conſentit, et illud deinde committat, jejunet quinque hyemes, nonnulli volunt ſeptem, et quadraginta dies eccleſiam non ingrediatur. Quicunque ſervum ſuum occiderit, jejunet unum annum. Quicunque in genitalibus alteri imbecillitatem intulerit, vel ei vulnus inflixerit, compenſet ei vulnus illud, et opus ejus operetur, uſque dum vulnus ſanetur, et praemium medico tradat, et jejunet duo vel tria jejunia; ſi neſciat quomodo ſolvat, jejunet duodecim menſes. Quicunque aliquem occiderit, jejunet tres hyemes; ſi autem cognatis ejus ipſum compenſare voluerit, jejunet annum et dimidium. Si quis alterum vulneret, pro ſanguinis effuſione jejunet quadraginta dies.

XXIII. Si quis epiſcopum vel preſbyterum occiderit, hoc ad regis vel epiſcopi jus pertinet; quicunque preſbyterum vel monachum occiderit, hoc ſit juris epiſcopalis, an arma deponat, et ad monaſterium abeat, vel ſeptem hyemes jejunet.

XXIV. Si quis alterum in pugna publica occiderit, vel ex neceſſitate, cum domini ſui mercem eriperet, jejunet quadraginta dies. Si quis alterum occiderit, nequaquam in homicidio duodecim menſes jejunet. Si quis patrem ſuum, vel matrem, ſororem, vel fratrem, filium, vel filiam occiderit, hoc eſt juris epiſcopalis; nonnulli volunt ut poenitentiam agat in terra peregrina decem hyemes. Homo, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, uti Johannes evangeliſta dicit.

XXV. Duo fratres duas ſorores in uxores ducere poſſunt; et pater ac filius matrem et filiam. Si ſervus et ſerva mutua voluntate ſe conjungant, et ſi deinceps aliquis eorum manumittatur, et nequeat ſervam redimere, quocunque modo liber ſit, ſervae libertatem lucrari debet. Quicunque homo liber ſervam in uxorem duxerit, non debet illam deinde relinquere, ſi mutuo conſenſu antea ſerva fuerat. Quicunque parturientem uxorem liberam fecerit, infans tamen eſt ſervus. Qui in legitimo matrimonio eſt, tres dies ante jejunium quadrageſimale non congregetur: ita etiam quadraginta dies totos uſque ad nonum diem in Paſchate. Quicunque maritum vel uxorem habuerit licet illegitime, attamen quomodocunque poteſt cibos illi coemere debet, quoniam propheta ait: "Domini eſt terra." Maritus et foemina ſi in matrimonio conjuncti ſunt, ſi alter velit Dei ſervus eſſe, et alter nolit, vel alteruter eorum ſit infidelis, vel ſit ſanus, attamen cum conſenſu mutuo ſeparentur, ſi velint.

XXVI. Si maritus cum propria ſua uxore coeat, lavet ſe antequam ad eccleſiam abeat; ſi mulier maritum ſuum a ſe rejiciat, et dein nolit reſipiſcere, et cum eo in quinque annis pacem inire, maritus, cum conſenſu epiſcopi, aliam uxorem ducere poteſt. Si maritus uxoris in captivitatem ducatur, expectet eum ſex annos; et ita vir uxori faciat, ſi ei captivitas accidat; ſi maritus aliam uxorem ducat, et captiva poſt quinque annos redeat, deſerat poſteriorem, et captivam ſumat, quam antea eodem modo duxerat. Cum vir in adulterio conjunctus ſit uxori ſuae familiae, poſt uxoris ſuae mortem, legitimo jure uxori illi conjungatur.

XXVII. Puella quatuordecim annorum corporis ſui poteſtatem habere poteſt. Adoleſcens cum quindecim eſt annorum, in propria ſua poteſtate ſit; deinde ſe monachum poteſt facere, ſi velit, et non ante. Foemina uſquedum ſit tredecim vel quatuordecim annorum, ſit in parentum ſuorum poteſtate; poſt hanc aetatem, dominus ejus illam capere poteſt, cum ſua voluntate. Pater filium ſuum, ſi valde pauper ſit,

XXIII. Se ðe bisceop slea oþþe mæsse-preost. ꝥ sceal gan on cyninges dom oþþe bisceopes:· Swa hƿylc man swa preost oþþe munuc ofslea. ꝥ biþ bisceopes dom hƿæþer he wæpn forlæte ⁊ on mynster ga. ðe he seofon winter fæste:·

XXIV. Gif mann ofslea oþerne on folc gefeohte. oþþe for neode. ðær he his hlafordes ceap werige. fæste he feowertig nihta:· Man gif he oþerne ofslea nalles on morþ. twelf monoþ fæste he:· Gif man ofslea his fæder oþþe his modor. swystor oþþe broþor. sunu oþþe dohtor. ꝥ is bisceopes dom. sume wyllaþ ꝥ he hreowsige on elþeodigum lande tyn winter:· Se man biþ myrþra se ðe his broþor hataþ. swa Iohannes se godspellere cwæþ: qui odit fratrem ſuum homicida eſt.

XXV. Twegen gebroþru moton swa geswystru to wife habban. ⁊ fæder ⁊ sunu modor ⁊ dohtor:· Gif ðeowa ⁊ ðeowen hyra begra willes hig gesamnigon. ⁊ æfter ðam gif hyra aþor freoh biþ. ⁊ ne mæge ðone ðeowan alysan. hyra swa hƿæþer swa freoh biþ mot ðam ðeowan freot gewinnan:· Swa hƿylc freoh man swa him genimþ ðeowne wimman him to wife. ne mot he hig eft lætan. gif hig ær ðeowe wæron mid hyra begra willan:· Swa hƿylc man swa cennende wif freo gedeþ. ꝥ bearn biþ swa ðeah þeow:· Ða ðe on rihtum hæmede beoþ ðrym nihton ær ðam feowertiges nihta fæstene. hig ne gesamnigen hig. ⁊ swa ꝥ feowertig nihta ealle oþþa nigoþan niht on Eastron:· Swa hƿylc se ðe hafaþ mannan oþþe wif gifte unalifedlice. swa ðeah he mot swa hƿylcne mete ðycgan swa he hæfþ. for ðam se witega cwæþ: Domini eſt terra. Wer ⁊ wif ða ðe him on hæmede geþeodde wæron. gif oþer wyle Godes ðeowa beon. ⁊ oþer nele. oþþe hyra oþer byþ untrum. oþer biþ hal. swa ðeah mid hyra begra geþafunge hi hig gedælon gif hi wyllon.

XXVI. Ceorl gif he mid his agenum wife hæme ðwea hine ær he on cyrcean ga. wif gif heo forsƿyþ hire wer hyre fram. ⁊ nele eft gehwyrfan ⁊ him wiþ ðingian ymb fif winter ðær. se ceorl mot be bisceopes ðafunga oþrum wife onfon:· Gif wifes wer sig on hæft nyde gelæded onbyde heo his six winter. ⁊ swa do se wer ðam wife gif hire hæftnyd gelympe. gif se wer onfo oþrum wife. ⁊ ꝥ gehæfte ymbe fyf winter cume. forlæte he ꝥ æftere ⁊ ðam gehæftan onfo. ðam ðe he ær nime hand swa gelice:· Wer gif he geþeoded biþ on hæmede ðam wife ðe his cynnes sig. æfter his wifes deaþe geþeode eft ðær wifes on ealriht:·

XXVII. Feower tyne winter mæden mot agan hire lichaman geweald:· Cniht oþ ꝥ he sig fiftyne winter eald sig he syþþan on his gewealdum. syþþan he hine mot munecian gif he wyle ⁊ na ær:· Fæmne oþ ꝥ heo sig ðreotyne oþþe feowertyne winter. sig heo on hyre yldrena mihtum. æfter ðære ylde hire hlaford hi mot gefon mid hire wyllan:· Se fæder his sunu. gif him mycel neod byþ.

he

I

he hine mot on ðeowet gesyllan oþ þæt he biþ seofon wintre ofer þæt butan ðæs suna willan he hine ne mot syllan:· Gif feond æniges mannes wif him on genime. ⁊ he hit eft begytan ne mæge. he mot him oþer niman forþan hit is swa selre. ðonne he dyrne gehgres leahtor fremme:·

XXVIII. On ðære fiftan cneowysse geleofe men hig moton gesamnigan. ⁊ on ðære feorþan gif hig gemette sin ne twæman hi man. æt ðriddan cneowe to twæman hi man:· Forgange þæt wif hire wer seofon monþas ærþam ðe heo cenne. ⁊ æfter hire beorþre feowertig nihta:· Swa hwylc man swa mid his wife on ðysum hæme fæste twentig oþþe feowertig nihta:· Wif on hire monaþadle cyrccean ne sece. ne heo tu husle ne ga nawþor ne nunne ne læwede wif. gif hi hit don fæston hi twentig nihta:·

XXIX. Gif wif drycræft ⁊ galdor ⁊ unlibban wyrce ⁊ swylc bega. fæste twelf monaþ. oþþe ðreo æfæstenu. oþþe feowertig nihta. gewite hu mycel seo fyren sig:· Gif heo mid unlybban man acwelleþ. fæste seofon winter:· Wif þæt gæþ on cyrccean ærþan heo clæne sig hire blode. fæste feowertig daga:· Wif seoþe mengþ weres sæd on hire mete. ⁊ ðone ðigþ. þæt heo ðam wæpned men ðe leofre sig. fæste heo ðreo winter:·

XXX. Wif seo ðe to awyrpe gedo hire geeacnunga on hire hrife. ⁊ cwelle ymb feowertig nihta. ðæs ðe heo ðam sæde onfo. ærþam ðe hit gesawlod wære. swa se myrþra. fæste ðreo winter. ⁊ æghwylcere wucan ða twegen dagas to æfenes. ⁊ ðreo æfæstenu:· Gif heo beorþor forleose an gear oþþe ðreo æfæstenu:·

XXXI. Modor gif heo ofslea hire bearn. fæste fyftyne winter. butan blinnysse butan sunnan dagum:· Gif heo ðearfende sig. fæste seofon winter:· Gif heo mid oþrum hæme. fæste tyn winter:· Wif gif heo mid hwylcum cræfte hire hæmed gewenaþ swa heo sylf wat. fæste twa gear. forðan þæt hire biþ besmitennys:· An fæsten gegæþ wudewan ⁊ fæmnan:· Mare gegæþ wife ðam ðe wer hafaþ gif heo dyrne gehgru gyrneþ. Ne mot wif hire ceorl forlætan. ðeah he dearnunga forliege. wif mot to husle gan ærþan heo cenne. gif hire nyd ðearf biþ. wif gif heo ðigþ hire weres blod for hwylcum læcedome. fæste feowertig nihta:·

XXXII. Gif man med myceles hwæt hwega deoflum onsægþ. fæste an gear:· Gif he myceles hwæt onsecge. fæste tyn winter:· Swa hwilc man swa feondum gesenode mete onsægþ. ⁊ eft preoste geandet. sceawige se sacerd hwylces hades se man sig. oþþe on hwylcere ylde. hu getyd se man beo. ⁊ ðonne swa deme swa him rihtlicost ðince:· Swa hwilc man swa corn bærne on ðære stowe. ðær man dead wære. lyfigendum mannum to hæle ⁊ on hyse. fæste fif winter.

XXXIII. Wif gif heo set hire dohtor ofer hus. oþþe on ofen. for ðam ðe heo wylle

ad ſervitium tradere poteſt, uſquedum ſeptem anni praeterierint, abſque filii voluntate tamen non tradat ipſum. Si inimicus vir aliquem uxore privet, et ipſe eam deinde obtinere nequeat, aliam ſibi ſumat, quoniam in hoc melius eſt quam adulterii flagitium committere.

XXVIII. In quinto gradu permittantur homines matrimonium inire, et in quarto, ſi hoc occurrerit, non ſeparentur; in tertio gradu ſeparentur. Abſtineat mulier a marito ſuo ſeptem menſes, antequam eam cognoſcat; et poſt partum ejus quadraginta dies. Quicunque maritus cum uxore ſua in illo tempore coeat, jejunet viginti vel quadraginta dies. Mulier in conſuetudine ſua menſtrua ad eccleſiam non confugiat, nec ad euchariſtiam accedat, nec monialis nec mulier laica; ſicubi hoc fecerint, jejunent viginti dies.

XXIX. Si mulier artem magicam, et incantationem, et veneficium, et ſimile quid committat, jejunet duodecim menſes, vel tria jejunia, vel quadraginta dies; ſciat, quantum flagitium ſit. Si illa cum venefico coeat, jejunet ſeptem hyemes. Mulier quae eccleſiam intrat, antequam a ſanguine ſuo ſe purgat, jejunet quadraginta dies. Mulier ſi ſemen viri cum cibo ſuo miſcet, et hoc facit ut maſculis eo charior ſit, jejunet tres annos.

XXX. Si mulier abjectum promoveat conceptus ſui in utero, et in quadraginta diebus occidatum id, quod ſemine conceptum eſt, antequam animatum ſit, quaſi pro homicidio jejunet tres annos, et qualibet hebdomada duos dies ad veſperam, et tres jejunium legale; ſi ipſa abortiat, annum, vel tria jejunia legalia.

XXXI. Si mater infantem ſuum occidat, jejunet quindecim hyemes abſque ceſſatione, exceptis diebus Solis. Si pauper ſit, jejunet ſeptem annos; ſi ea cum aliis fornicetur, jejunet decem annos. Si mulier aliqua arte coitum ſuum adjuvat, uti ipſa novit, jejunet duos annos, quoniam ipſius eſt pollutio. Unum jejunium competit viduis et foeminis. Majus competit uxori maritum habenti, ſi adulterium committat. Uxor non deſerat maritum ſuum, licet adulteretur. Uxor ad euchariſtiam accedat, antequam pariat, cum maxime ei neceſſarium ſit. Mulier qui mariti ſui ſanguinem pro aliquo medicamento tradit, jejunet quadraginta dies.

XXXII. Si quis praemium aliquod magnum ſaltem diabolis immolet, jejunet per annum; ſi aliquid magnum ſacrificet, jejunet decem hyemes: quicunque inimicis aſſignatum cibum ſacrificat, et deinde ſacerdoti confiteatur, videat ſacerdos cujus ordinis homo ſit, vel cujus aetatis, quam peritus ſit; et deinde ita judicet, prouti ipſi juſtiſſimum videbitur. Quicunque frumentum urit in loco, ubi mortuus eſt, in ſalutem vivorum, et maſculi[e], jejunet quinque hyemes.

XXXIII. Si mulier filiam ſuam ſuper domum vel fornacem collocet, ideo ut febrim ejus cura-

[e] Saxon. on hyſe in domo vertendum eſſet

re velit, jejunet ſeptem annos. Si ea in illegitimo adulterio ſit, et maritus illius cum ipſa habitare nolit, abeat ea ad monaſterium, ſi velit; ſi nolit, ſumat quartam partem haereditatis. Si foemina aliqua injuſtum adulterium committat, poena ejus ſit in poteſtate mariti ſui. Uxor quae pro uno marito eſt, ſi Deo promittat, quod poſt mariti ſui mortem alium nolit, et ipſa alium ſumat, tunc poeniteat ipſam, quod promiſſum ſuum non impleverit; emendare deinde velit circa undecimum annum, poſtquam in mariti ſui poteſtatem pervenerit; hoc eſt, utrum ipſa id impleat, vel utrum cum neceſſitate cum viro, quocum eſt, vivere debeat. Si quis abſque conſenſu epiſcopi promittat, promiſſum ſit in epiſcopi poteſtate; hoc eſt, utrum illud mutet, vel non.

XXXIV. Si quis perjurium faciat in eccleſia, vel in libro Chriſti, vel ſuper ſanctas reliquias, jejunet quatuor hyemes. Si quis perjurium faciat in manu epiſcopi, vel ſacerdotis, vel diaconi, vel ad ſanctificatam Chriſti crucem, jejunet annum unum. Si quis ad juramentum ducatur, et neſciat aliud jus praeter hoc, et ille tamen cum aliis juret, et ita decipiatur, et deinde ſciat, quod falſum eſſet, jejunet tria jejunia legalia. Quicunque ſua ſponte pejeret, et norit deinde quod perjurus ſit, jejunet tres vel duas hyemes. Si quis in laici manibus juret, nihil obſtat, an cum aſtutia, [f] jejunet juxta jus canonicum, antequam ad euchariſtiam abeat, antequam jejunium ſuum fixerit: nonnulli volunt, ut ſtatim circa duodecim menſes, vel circa ſeptem menſes adeat; nonnulli volunt, ut cum jejunium ſuum fixerit.

XXXV. Graeci eum qui die Solis laborat, prius verbis minantur; ſi deinde faciat, tunc aliquid operis ejus illi ſaltem adimitur; tertia vice ſuſpenditur, vel jubent jejunare ſeptem dies. Graeci volunt, ut quolibet die Solis ad euchariſtiam abeant tam laici, quam ſacerdotes; et qui tribus diebus dominicis non abit ad euchariſtiam, excommunicatus eſt juxta jus canonicum. Ita Romanus abit ad euchariſtiam, niſi quod excommunicent eum, qui nequeunt. Diaconi non frangant panem conſecratum cum Graecis, nec legant collectas, nec dicant: "Dominus vobiſcum." In uno eodemque altari quotidie duas miſſas celebrare debes. Qui non adeſt priori miſſae, non debet ad oſculum accedere ante euchariſtiam. Qui ad euchariſtiam accedere non vult, non accedat deinde ad preſbyterum pro pane, vel pro euchariſtia, vel pro oſculo. Non debet quis ad preſbyterum euchariſtiae gratia accedere, qui conſecrationem vel lectionem non poteſt juxta conſuetudinem implere.

XXXVI. Pro mortuo monacho ſtatim tertio die miſſa cantanda eſt, et juxta id, quod abbas voluerit. Pro pio laico tertio die, vel circa ſeptimum diem miſſa cantanda eſt; pro poenitenti homine circa triginta, vel circa ſeptem di-

hig feser-adle gehælan. fæste seofon winter:· Gif heo sig on unrihtum hæmede. ⁊ hire wer mid hire eardigan nelle. ga heo on mynster. gif heo wylle. gif heo nelle nime ðone feorþan dæl ðæs yrfes:· Gif hwylc wif sig ðe unriht hæmed fremme. hyre wite sig on hire weres handum:· Wif ꝥ biþ be anum were ⁊ heo ðonne Gode gehateþ. ꝥ heo æfter hire weres deaþe oþerne nelle. ⁊ heo oþerne onfehþ. ðonne hreoweþ hire ꝥ heo hire behat ne gefylde. wyle eft gebetan ymb endlyfon gear ðæs ðe hig gesamnedon on hire weres anwealde. ꝥ biþ hwæþer heo hit gefylle ðeah hwæþere mid nydnysse hire man mot lyfan ꝥ heo midþam sig:· Gif hwylc man butan bisceopes geþafunge gehat. gehate on ðæs bisceopes anwealde ꝥ biþ hwæþer he hit onwende ðe na:·

XXXIV. Se ðe mænne aþswerige on cyrcean. oþþe on Cristes bec. oþþe on halgan reliquian. fæste feower winter. se ðe mænne aþswerige on bisceopes handa oþþe on mæssepreostes oþþe on diacones oþþe on gehalgedum Cristes mæle. fæste an gear:· Se ðe biþ on aþe gelædd ⁊ he nite ðær on butan riht. ⁊ he swa ðeah mid ðam oþrum man swerige. ⁊ swa byþ beswicen. ⁊ æft wat ꝥ hit les wæs. fæste ðreo æfæstenu:· Se ðe his ðances mænne aþswerige. ⁊ he hit wite ꝥ he mæne biþ æfter ðan. fæste ðreo winter. oþþe twegen:· Se ðe swereþ on læwedes mannes handum nis ꝥ for hwæþer mid Grecum. fæste man æfter canones dome ær he to husle ga. ær ðon hyra fæsten sig afæst. sume wyllaþ ꝥ hi sona ymbe twelf monaþ gan to. oþþe ymb seofon monaþ. sume wyllaþ. ðonne hig habbaþ hira fæsten afæst:·

XXXV. Ða ðe on sunnan dæge wyrceaþ Grecas ða men ærest mid wordum ðreatiaþ:· Gif hi eft doþ. ðonne nimþ him man hyra ceapes hwæt hwega. on ðriddan siþe hig swingaþ. oþþe hatan fæstan seofon niht:· Grecas willaþ æghwylce sunnan dæg to husle gan ægþer ge læwede ge preostas. ⁊ ða ðe ðrym sunnan dagum ne gaþ to husle. ða beoþ amansumode æfter canones dome:· Swa gaþ Romane to husle butan hine amansumiaþ. ða ðe swa ne magon:· Mid Grecum diaconas ne moton brecan gehalgodne hlaf. ne collectan rædan. ne Dominus vobiſcum cweþan. on gehwylcum anum weofode ðu most on tæge gesingan twa mæssan:· Se ðe æt fore weardre mæssan ne biþ. ne mot he æt ðam cosse cuman for husle:· Se ðe nelle to husle gan. ne he eft to mæssepreostes handa to hlafe ne cume. ne to husle. ne to cosse:· Ne mot man to mæssepreostes handa to husle gan. se ða halgunge oþþe ða lectionem ne mæg æfter ðeawe gefyllan:·

XXXVI. For forþferedne munuc man mot sona singan mæssan ði ðryddan dæge. ⁊ wiþ ðam swa se abbod wyle:· For godne læwedne man man mot singan ði ðriddan dæge mæssan oþþe ymb seofon niht. for hreowsigende man mot mæssigan ymb ðrit-

[f] Sax. mid Grecum forte vertendum *apud Graecos*, uti vox Saxonica Grecas vertitur in ſeq. capite.

tyg

tig nihta oþþe ymb seofon niht. gif him fæstaþ his mægas 7 his freond fore. 7 [illegible] for his saule hwæt hwega lacas to ðam weofode:· Mid Romanum is þeaw ꝥ asprungenra manna lic 7 [illegible] manna man byrigeþ on cyr[illegible]an. 7 mid cwyrman [illegible] his breost. 7 man singeþ mæssan ofer 7 ðonne beraþ to byrgenne mid sange ðonne hit biþ on ða byrgenne set ðonne wyrceþ man moldan ofer hit. ðonne ðy æresstan dæge. 7 ðam ðriddan. 7 ði nigoþan. 7 ði ðreotteoþan dæge for hine man singeþ mæssan. 7 syþþan ælc se ðe wile:·

XXXVII. Wif moton under Breostum hrægle to husle gan swa swa Basilius tæhte:· Mid Grecum wifmen moton onsecgan on sacerdnysse moton swa Romane:· Ðreo æfæstenu syndon on geare. an ofer eall folc swa ꝥ feowertig nihta foran to Eastron ðonne we ðone teoþan sceat ðæs geares lysaþ. 7 ꝥ feowertig nihta [illegible] geolum. ðonne gebiddon hine eall ꝥ [illegible] 7 orationes rædaþ. 7 ꝥ feowertig niht ofer Pentecosten:·

XXXVIII. Fixas man mot ðicgean ðeah ðe hi deade sin gemette forþon ðe hig sind oþere gecynde:· Hors flæsc forbeodan ðeah hit fela mægþa ðicgean nellon. Fugelas 7 oþre nytenu ða ðe on nette beoþ aswungene ne synt hig na to etanne. ne ðeah hafuc fugel abite. gif he biþ dead gemet. ne biþ he syþþan to etanne. forþan swa is on actibus apoſtolorum beboden: Abſtinete vos a fornicatione, et a ſuffocato, ſanguine et idololatria. Hæran man mot etan 7 he biþ god wiþ lengten-adle 7 wiþ utsiht gesoden on wætere. 7 his geallan man mæg wiþ pipor mengan wiþ muþ sare:·

XXXIX. Beon gif man acwellaþ. cwelle hig man raþe ær hi to ðam hunige cumon 7 hunig ꝥ hig ofer niht ðær on ne wunigon. 7 ete man ꝥ hunig ꝥ hig worhton:· Gif lytel [illegible] afealle on wætan 7 cucu sig upatogen. sprenge man ðone wætan mid halig wætere. 7 beræce mid recelse. 7 ðicge man ðone wætan. gif hit dead sig. 7 man ne mæge ðone wætan gesyllan. geote hine man ut:· Gif man mid unclænum handum hwylces mettes onhrine oþþe hine hund oþþe catt oþþe mus oþþe hrine oþþe oþer unclæne nyten hwylc. Ðeodorus cwæþ. ꝥ him ꝥ nan uht ne egle:· Gif on hwylcne mycelne wætan mus oþþe wesle on befealle 7 ðær dead sig. sprenge mid halig wætere 7 ðicge:· Se man se ðe unclæne nyten ðigþ for his ðearfum. ne egleþ ꝥ na wiht:· Untrumum men biþ alyfeþ ꝥ he on ælce tid mot mete ðicgan. 7 ðonne hine lysteþ. Gif hwa gebisceopige hine tuwa. 7 he hit wite. fæste seofon winter. gif he hit nyte. fæste ðreo winter:·

XL. Gif swyn etaþ merten flæsc. oþþe mannes blod byrgeþ. we gelyfaþ ꝥ hi swa ðeah ne synt to awurpanne ðeah hi man ðonne gyt etan ne mote oþ ꝥ hi eft clæne syn:· Gif henfugel mannes blod drince. æfter hwæa man mot brucan ymb ðry monaþ. be ðysum swa ðeah we nabbaþ [illegible] ealde gewitnysse:· Gif man awiht blodiges [illegible] ðicge on heal[illegible] [illegible] metes.

es, miſſa celebranda eſt, ſi pro eo cognati et amici ipſius fidejubeant, et pro anima eius ſal- [illegible]
[illegible]
tunc primo, et tertio, et nono, et trigeſimo die pro illo miſſam cantare, et poſtea uti quiſque voluerit.

XXXVII. Mulieres [illegible] eucharistiam accedant, uti Baſilius docebat. Apud Graecos uxores ſacrificium immolare debebant, uti apud Romanos. Tria jejunia legalia ſunt [illegible], unum [illegible] populo, ſcilicet quadraginta dies ante Paſcha; deinde cum decimum obolum annuum ſolvimus, et hoc quadraginta dies ante natale Domini; tunc omnes pro exercitu orent, et orationes legant, et quadraginta dies poſt P[illegible].

XXXVIII. Piſces emi poſſunt, licet mortui occurrant, quoniam alius ſpeciei ſunt. Caro equina [illegible]
[illegible] inveniantur, non ſunt edendae; quoniam ita extat in actibus apoſtolorum injunctum: "Abſtinete vos a fornicatione, et a ſuffocato, ſanguine, et idololatria." Halices comedi poſſunt, et boni ſunt in febre et in diarrhaea, elixi in aqua; et fel eorum cum pipere miſceri poteſt ad ſcabiem oris [ſanandam].

XXXIX. Si apes hominem occiderint, ita occidantur antequam ad mel perveniant; et [illegible] mel, quod fecerunt. Si procellus ceciderit in a- [illegible] illam, aqua conſecrata, et ſuffiatur cum thure, et vendatur aqua illa; ſi tunc mortuus ſit, et tunc aqua vendi nequeat, effundatur. Si quis impuris manibus cujuſcunque generis tangat, vel canem, vel catum, vel murem, vel purum aut impurum aliquod animal, Theodorius dicebat, quod nihil ei doleat. Si in parvam aliquam aquam mus vel muſtela inciderit, et ibi moriatur, aſpergatur cum conſecrata aqua, et vendatur [aqua]. Quicunque impurum animal pro ſua neceſſitate vendit, nihil ei doleat. Infirmis hominibus permiſſum eſt [illegible] iis placuerit, cibum ſumere. Si quis bis confirmetur, et hoc ſciat, jejunet ſeptem hyemes; ſi hoc [illegible].

XL. Si ſus edat carnem mortuam, vel ſanguinem humanum abſorbeat, permittimus tamen ut non abjiciatur, licet comedi non debeat, uſquedum purus ſit. Si gallina hominis ſanguinem bibat, poſt tres menſes in uſum converti poteſt, licet vetus de hoc non habeamus teſtimonium. Si quis aliquid cruentum edat in di- [illegible] jejunet ſeptem [illegible];

ii

ſi hoc neſciat, jejunet tres dies, vel pſalterium cantet. Qui proprium ſanguinem in ſaliva neſciens devoret, non eſt hoc aliquod damnum. Qui aliquid edit ejus, quod canis vel mus comedit, vel cui muſtela adjacuit, et ipſe hoc ſciat, cantet centum et decem pſalmos; ſi neſciat, cantet quinquaginta pſalmos. Qui alteri aquam vendit, in qua mus vel muſtela fuerint ſubmerſi, ſi ſit ruſticus, jejunet tres dies, ſi ſit religioſus, cantet trecentos pſalmos; ſi ante neſciverat, et poſtea ſciat, cantet pſalterium.

gif he hit ƿite. fæste seofon dagas. gif he hit nyste. fæste ðreo dagas. oþþe saltere singe:· Se ðe his sylfes blod on spatle mid ungeƿisse forsƿelge. nys ꝥ ænig pleoh:· Se ðe aƿiht ðicge ðær ðe hund oþþe mus ete oþþe ƿesle ƿiþ licge. ⁊ he hit ƿite. singe hundteontig sealma. gif he hit nite. singe fiftig sealma:· Se ðe oþrum sylle ðone ƿætan ðe mus oþþe ƿesle ƿære on adruncen. gif hit folces man sig. fæste ðry niht. gif hit mynster man sig. singe ðreo hund sealma. se hit ær nyste. ⁊ eft ƿite singe saltere:·

XLI Dionyſius Areopagita dicebat, quod cantus apud Deum odioſus eſſet, ſi quis pro malis hominibus miſſam celebret; at Auguſtinus dicebat, quod pro omnibus hominibus celebranda ſit, ſive id in commodum fiat hominibus mortuis, ſive orantibus, et hoſtiam liberaliter immolantibus. Qui pro mortuo jejunat, hoc ei ipſi ſit ſolatium, ſi mortuum non adjuverit; Deus ſolus ſcit, quid mortuus commiſerit.

XLI. Dionysius Areopagita cƿæþ. ꝥ ꝥ yfel sang ƿære on God. se ðe for yfelne man mæssan sunge. ðonne cƿæð Augustinus. ꝥ hit ƿære for ealle cristene men to ðonne. oþþe hyt ðam mannum to Gode ƿære ða ðe ðær deade ƿæron. oþþe hit ðam biddendum. ⁊ ðam onsecgende ðære onsægdnysse fremode:· Se ðe for deadne man fæsteþ. hit biþ him sylfum frofor. gif hit ðam deadan ne hylpþ God ana ƿat. hƿæt his deadan gegæþ:·

Sanctus Sylveſter[g] dicebat, acolitus non diffamet ſubdiaconum aliquem, nec exorciſta diffamet aliquem acolitum, nec oſtiarius lectorem aliquem aliquo jure; et nolumus, ut ſubdiaconus, vel acolitus, vel exorciſta, vel oſtiarius, vel lector, licet infantes habeant, ejiciantur, et legem conjugalem ac Chriſti recte annuncient; niſi excipe, ſi omnia non ſint quam certiſſime pura, loquatur ſeptem linguis; nec diaconus aliquis ejici poteſt, niſi triginta et ſex [teſtium] numero, et preſbyter quadraginta et quatuor numero ſint.

Seint Silvester cƿæþ. ne sceal nan acolitus. ꝥ is huslþen forsecgan nanne subdiacon. ne nan exorcista. ꝥ is halsere forsecgan nanne acolitum. ne nan duruƿerd nanne rædere mid nanre ƿrohte. ⁊ nelle ƿe na ꝥ man geƿægnige subdiacon ne huslþen ne halsere ne duruƿerd ne rædere ðeah hi bearn habbon. ⁊ ƿif ⁊ Cristes æ rihtlice bodigan. butan eall sƿa seo gerynlice soþfæst nys. cƿyþ mid seofon tungon. ⁊ ne mæg man nanne diacon geƿægnigan butan six ⁊ ðritig sum. ⁊ mæsseƿreost feoƿer ⁊ feoƿertig sum.

I. Hic incipit primum caput [quomodo] aliquem deceat ſibi praecavere juxta peccatorum rationem.

II. De eo, qui in extremo [vitae] ſuae die ad poenitentiam peccatorum ſuorum ſe convertere velit, ut hoc illi non negetur.

III. De eo, qui deſiderat poenitentiam agere, et viaticum, hoc eſt Chriſti corpus ex timore mortis; et de eo, cui ſermo ademptus eſt, antequam confeſſarius venerit.

IV. De eo, qui peccatorum ſuorum confeſſionem meditatur.

V. De eo, quod quis in multis rebus a deſiderio vitae ſuae abſtinere debeat, ſi peccatorum ſuorum emendationem facere velit.

VI. De eo, quod poenitentiam agenti non eſt licitum aliquam mercaturam exercere.

VII. De eo, quod poenitens poſt poenitentiae ſuae contritionem non debeat reverti ad eam.

I. Her onginþ se forme capitul hu hit gebyreþ to foresceaƿigenne be ðære synne mæþe[h].

II. Be ðam men ðe on his ytemestan dæge his synna gecyrran ƿyle to dædbote ꝥ him man ðær ne ƿyrne:·

III. Be ðam men ðe gyrneþ dædbote ⁊ ƿegnyste ꝥ is Cristes lichama for deaþes ege. ⁊ be ðam ðe him his spræc ofnimþ ær him his scrift to cume:·

IV. Be ðam men ðe smeaþ ymbe his synna andetnysse:·

V. Be ðam ðe se man hine forhabban sceal on manegum ðingum his lifes lusta gif he ƿile his synna bote habban:·

VI. Be ðam ðe ðam dædbetan nis alyfed nænige cypinge to drifenne:·

VII. Be ðam ðe se dædbeta æfter his dædbote hreoƿnysse ne sceal gecyrran to ðysse:·

[g] In Theodori, archiepiſcopi Cantuar. poenitentiali capitulo 39. edit. Jac. Petit. p. 33. ex concil. Roman. vulgo dicto ii. ſub Silveſtro cap. 3. longe melius decretum Silveſtri exprimitur his verbis: "Presbyter non adverſus epiſcopum, non diaconus adverſus presbyterum, non ſubdiaconus adverſus diaconum, non acolytus adverſus ſubdiaconum, non exorciſta adverſus acolytum, non lector adverſus exorciſtam, non oſtiarius adverſus lectorem det accuſationem aliquam. Et non condemnabitur praeſul, niſi in triginta duo; neque ſummus judicabitur a quoquam, quoniam ſcriptum eſt: "non eſt diſcipalus ſuper magiſtrum." Presbyter autem in cardine conſtitutus, niſi in quadraginta et quatuor teſtibus damnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorciſta, lector, oſtiarius, niſi ſicut ſcriptum eſt, in ſeptem teſtibus non condemnabitur. Teſtes autem ſine aliqua ſint infamia, uxores et filios habentes, et omnino Chriſtum praedicantes."

[h] Habetur hoc etiam in MS. Junii 121. bibl. Bodl. fol. 69. b.

VIII. Be

VIII. Be ðam ðe se dædbeta ne gehealt þæt his scrift him tæcþ:

IX. Be ðam ðe ðam dæd[illegible]tan ne mæg beon geseald ðurh biscopes ðingunga forgyfennys:

X. Be ðam men ðe gyrneþ husles æt ofrenum life ⁊ eft of ðam yfele ariseþ:

XI. Be ðam ðe se mæssepreost ðæne dædbetan underfon ne mot butan biscopes leafan. butan he ðonne biscop geræcean ne mæge:

XII. Be ðam dædbetendum on hwylcum timan him man forgifnysse don sceyle:

XIII. Be ðam men ðe biþ husl forboden. ⁊ under ðam forðfareþ:

XIV. Be ðam ðe for mislicum his synna bote gecyrran wyle mid fulre anbryrdnysse:

XV. Be Iacobes ærend gewrite ðæs halgan apostoles. on ðam segþ hu man sceal for ðone seocan man gebiddan. ⁊ hine mid ele smyrigean:

VIII. De eo, quod poenitens non obſervet id, quod confeſſarius ipſi adnotat.

IX. De eo, quod poenitenti per epiſcopi interceſſionem remiſſio non detur.

X. De eo, qui ſacramentum deſiderat in extremitate vitae, et de malo, quod inde oritur.

XI. De eo, quod presbyter poenitentem non debeat ſuſcipere abſque venia epiſcopi, niſi cum epiſcopum adire nequit.

XII. De poenitentibus, quibus temporibus illis remiſſio danda eſt.

XIII. De eo, cui euchariſtia prohibita eſt, et ſub hoc [interdicto] obit.

XIV. De eo, qui pro diverſis peccatis ſuis ad poenitentiam convertere velit, cum plena compunctione.

XV. De Jacobi ſancti apoſtoli epiſtola, in qua dicit, quomodo pro aegroto homine orandum, et ipſe oleo ungendus ſit.

I. Hyt gebyreþ þæt se sacerd smeage synfullra manna bote be biscopes dome. ⁊ ne sceawige he na ne for ricum ne for heanum. þæt he him tæce swa seo boc him tæcþ. forþan se hælend cwæþ. gif se sacerd nolde ðam synfullan his synna bote tæcean. þæt he eft ða sawle æt him secan wolde:

II. Sanct Isidorus cwæþ. þæt wen wære þæt ðas mannes soþe andetnys ⁊ gecyrrednys Gode andfenge wære on his ytemystan dæge. for ðon se hælend cwæþ. on swa hwylcum dæge swa se man gecyrþ to Gode. life he lyfaþ. ⁊ na ne swylteþ. forðig nis na to onscunienne seo soþe gecyrrednys on swa swylcum timan swa hit sig. forðam nah se sacerd nane ðearfe þæt he forwyrne ðam men rihtre andetnysse. forðam God besceawaþ ælces mannes inngeþanc. ⁊ wat eallra manna heortena digolnysse:

III. Þyfes is ðearf þæt se sacerd swa geradne man frefrige. ⁊ his andetnysse gehyre ⁊ him huru ðinga husles ne wyrne. ⁊ ðeah he mid ðære untrumnysse swa gehefegod sig. þæt he sprecan ne mæge swa he ær mihte. ðonne gif he gewitnysse hæfþ ðara manna ðe him mid beoþ þæt he scriftes gyrnde ⁊ husles. ðonne do se sacerd him forgifennysse ⁊ his gerihto:

IV. Mænig man wilnaþ dædbote to underfonne for his synnum. ðonne twynaþ him eft for ðæra synna manigfealdnysse. ⁊ biþ orwene þæt he ne mæge ða bote aberan ðe his scrift him tæcþ ⁊ forlæt hit. ðonne biþ him seo orwennys to maran synne geteald. ðonne ða synna ðe he geþohte to andette. ⁊ þæt ða forlæt: Ac se ðe wylle mid andbryrdnysse his synna andettan. onfo se sacerd hine. ⁊ him ða bote tæce ðe ðærto gebyreþ. þæt seo gewundode sawl ðe mid synnum biþ gebunden ⁊ gewundod mote becuman to ðam soþan læce dome. þæt is Godes forgyfennys:

V. An is. þæt se rihtwisa man hreowsige hine sylfne swylce he wiþ God forwyrht sig.

I. Debet ſacerdotem [illegible] peccatorum [illegible] juxta [illegible] epiſcopale, et non reſpicere divites nec pauperes, ut eis [illegible]; quoniam ſalvator dicit, ſi ſacerdos nelit peccatori emendationem [illegible] praeſcribere, quod animam illam ab ipſo deinde requiret.

II. Sanctus Iſidorus dicit, quod opinio eſſet hominis veram confeſſionem et converſionem Deo acceptam fore in extremo ejus die; quoniam ſalvator dicit: "Quocunque die homo ad piam vitam revertitur, vivet, et non morietur:" ideo non eſt rejicienda vera reſipiſcentia, quocunque tempore [illegible] neceſſitatem illis hominibus veram confeſſionem denegandi, quia Deus contemplatur cujuſlibet hominis cogitationes interiores, et novit ſecreta cordium omnium hominum.

III. Furi neceſſe eſt, ut ſacerdos hujus conditionis hominem conſoletur, et confeſſionem ejus audiat, et ei ſaltem euchariſtiam non deneget; et licet cum illa infirmitate adeo labefactatus ſit, ut loqui nequeat, uti ante poterat; tamen ſi teſtimonium habeat illorum, qui cum ipſo ſunt, hominum, quod confeſſionem fecerit et euchariſtiam perceperit, tunc ſacerdos ei remiſſionem det, et judicium ipſius [illegible].

IV. Multi homines poenitentiam aggredi vellent, aſt dubitant deinde de peccatorum ſuorum multiplicitate, et deſperant poſſe ſe portare id, quod confeſſarius ipſis praeſcribit, et relinquunt eam; tunc deſperatio haec gravius peccatum eſſe putatur, quam peccata, quae confiteri cogitabat, et quod jam negligit. Aſt qui cum compunctione peccata ſua confiteri velit, ſuſcipiatur a ſacerdote, et aſſignet ei poenitentiam, quae ad id pertinet, ut anima vulnerata, quae per peccata vincta et vulnerata eſt, pervenire poſſit ad verum medicamentum, hoc eſt, remiſſionem Dei.

V. Unum eſt, ut juſtum hominem poeniteat omnium, quae erga Deum deliquit; et alteram eſt,

eſt, ut omittat illa, quae corpori ſuo chariſſima ſunt, ex amore vitae aeternae; quoniam Paulus apoſtolus dicit: "omnia mihi licita ſunt, ſed non mihi expediunt omnia:" hoc eſt, deſiderium mundi, quod nihil iis conducat, qui plenario illud committunt; omnibus etenim hominibus valde neceſſarium eſt, ut non omittant peccata ſua confiteri vel emendare, quia omnibus hominibus expedit peccata ſua hic corrigere, quam in aeternis tenebris permanere.

VI. Sanctus Iſidorus, qui librum hunc compoſuit, dicit de eo, qui poenitentiam auſpicatur, pro capitalibus criminibus, et qui ad tempus terra expulſus eſt; et ait, quod illi non ſit permiſſum in loco mercatorio, mercaturam aliquam exercere, nec occupari circa aliqua mundana negotia, antequam impleverit id, quod confeſſarius ejus illi praeſcripſit.

VII. Sacra ſcriptura dicit, quod indecorum ſit, poenitentem, poſtquam emendaverit, uti confeſſarius ipſi praeſcripſit, ſe aliquo modo mundanis rebus adjungere, et nunquam cogitare de poenitentia, quam antea poenituit; quoniam ſanctus Paulus dicit, qui Deo vult ſervire, non debet occupari in mundanis negotiis.

VIII. Sanctus apoſtolus Petrus dicit, quod qui poſt poenitentiam peccatorum ad mundi hujus vanitatem convertitur, ſimilis ſit omnino cani, qui vomit, et deinde devorat. Hae ſunt vanitates hujus mundi; primo ſuperbia, et nequitia, et invidia, et durities cordis, et furtum, et ebrietas, et ira, et adulterium, et ſacrificium ethnicum, et avaritia, et praeda, et incantatio, et homicidia, et multae aliae his ſimiles: certe homo qui haec committit, non eſt dignus aliqua communione cum honeſtis hominibus, et licet cum aliis ad eccleſiam abeat, non praeſumat [tamen] Dei altare appropinquare, vel Chriſti corpus accipere, antequam ad poenitentiam ſe converterit; deinde faciat, prouti confeſſarius ipſi praeſcribit et oſtendit.

IX. Epiſcopo et ſacerdoti non convenit illis confeſſionem denegare, qui eam deſiderant, licet multifariam in peccatorum negotiis occupati ſint; quoniam Dei miſericordia tanta eſt, ut nullus homo eam aſſequi non poſſit; et propheta per Spiritum Sanctum dixit: cum peccator a peccatis ſuis ad poenitentiam convertatur, tunc ſanus erit: et deinde dicit: confitere injuſtitiam tuam, ut ſis juſtificatus: et pſalmiſta dicit: quod cum Domino ſit innumerabilis miſericordia: ita epiſcopus et ſacerdos miſericorditer peccatorem judicare debent, quoniam nemo vitiorum expers eſt.

X. In ſanctorum apoſtolorum doctrina dictum eſt: ſi homo, in extremo ſuo die deſiderat Chriſti corpus accipere, non denegetur ei; ſi tamen in contritione antea fuerit, et licet hoc non plenario emendaverit; quoniam hoc eſt viaticum ejus, et omnium illorum, qui ad regnum Dei perveniunt. Et ſi deinceps ad hanc

⁊ oþer is. ꝥ he forhicge ða ðing ðe his lichaman leofoste syn for lufan ðæs ecan lifes. for ðon Paulus se apostol cƿæþ. ealle ðing me synd alyfede. ac hig ne fremiaþ me ealle. ꝥ is ƿorldlic ƿilnung. ꝥ hit nan ðæra manna ne fremeþ ðe hit fullice begæþ. forþon is ælcum men mycel ðearf. ꝥ he his synna ne forhogige to andette oþþe to betanne. for ðan æghƿylcum men is betere ꝥ he his synna her bete. ðonne he on ðam ecum tintregum ðurhƿunian scyle:·

VI. Seint Isidorus ðe ðas boc sette spricþ ymbe ða men ðe dædbote underfoþ for heafodlicum gyltum. ⁊ hƿilum earþ forboden byþ. ⁊ segþ. ꝥ him na alyfed ne byþ ꝥ he on ceap stope ænige cypinge bega. ne hine sylfne ne abysgige ymbe nane ƿorldlice abysgunge. ærþam ðe he gefylled hæbbe ꝥ him his scrift tæhte:·

VII. Halige gewritu cweþaþ. ꝥ hit ungedafenlic sig. ꝥ se dædbeta æfter ðam ðe he hæfþ gebet sƿa him his scrift tæhte. ꝥ he hyne na on ða ƿyrsan ƿorldlicra ðinga ne underþeode. ꝥ he æfre ne beþence ymbe ða hreoƿsunge ðe he ær hreoƿsade. for ðon seint Paulus cƿæþ. ꝥ se ðe gode sceal ðeoƿigan ne sceal hyne na abysgian ƿorldlicra bysgunga:·

VIII. Se halga apostol cƿyþ seint Petrus. ꝥ se man ðe gecyrþ æfter his synna bote to ðysse ƿorulde idelnysse. eall sƿa ðam hunde biþ ðe spiþ ⁊ eft fryt:· Ðis synt ða idelnyssa ðisse ƿorlde. ærest is ofermetta. ⁊ niþ. ⁊ æfesta. ⁊ hat heortnys. ⁊ stala. ⁊ druncennys. ⁊ galscipe. ⁊ dyrne geligru. ⁊ lyblac. ⁊ gytsung. ⁊ reaflac. ⁊ scincræft. ⁊ manslihtas. ⁊ fela oþre ðysse gelican. forlice se man se ðe ðas ðing begæþ ne biþ he na ƿyrþe ænigre gemænnysse mid earfæstum mannum ⁊ ðeah he to cyrican gange mid oþrum mannum. ne geþristlæce he ꝥ he hine to Godes ƿeofode gehnigie. oþþe Cristes lichaman underfo. ærþam ðe he to dædbote gecyrre. ⁊ syþþan do sƿa him his scrift tæce ⁊ ƿisige:·

IX. Nis ðam biscope ne ðam sacerde ðam men to forƿyrnanne scriftes ðe him ðær togyrnþ. ðeah he mænigfealdnysse ðære synne bysgunge abysgod sig. for ðon Godes mildheortnys is sƿa mycel. sƿa ꝥ nis nan eorþlic man ꝥ mæge his mildheortnysse areccan. ⁊ eac se ƿitega cƿyþ ðurh ðone Halgan Gast. gif se synfulla man gehƿyrfþ fram his synnum to bote. ðonne biþ he hal. ⁊ eft he cƿyþ. andette ðe sylf ðine unrihtƿisnysse. ꝥ ðu beo gerihtƿisod. ⁊ se sealmsceop cƿæþ. ꝥ mid drihtne sig unarimedlicu mildheortnys. ðis sceal se biscop ⁊ se sacerd mildheortlice ðam synfullum deman. forþon nis nan man leahtorleas:·

X. On ðæra halgena apostola lare is gereht. gif se man on his ytemestan dæge gyrneþ Cristes lichaman to underfonne. ne ƿyrne him man na. ðeah he on hreoƿsunge ær ƿære ⁊ hit fullice gebet næbbe. forþon ꝥ biþ his ƿegnyst ⁊ ælces ðæra manna ðe to Godes rice becymþ. ⁊ gif he eft to ði-

ſum lif [illegible] 7 þ [illegible] þ he Gode behet 7 his ſcrifte [illegible] 7 wunige mid ðeawfæſtum mannum:·

XI. Ðam ſacerde geriſt [illegible] þ he geornlice aſmeage ymbe ðæs [illegible] mannes ſawla ðearfe. ðe him bote ſecaþ. hu he hig rihtlicoſt gerihtan mæge to Godes willan. 7 to his ſawla ðearfe. 7 him [illegible] tæcan a be ðæs gyltes mæþe. 7 gif ða gyltas to ðam heafodlice [illegible] þ he to biſcopes tæcan ðurfe. tæce hine ðyder. forðam ſanct Auguſtinus cwæþ on oþre ſtowe. 7 gif hwa mid heafodleahtrum ſwiðe gebunden wære. þ hine man to biſcopes ſcrifte tæcan ſceolde. 7 gif he biſcop geræcan ne mihte. þ ſe mæſſepreoſt æt ðam ðingum ðone biſcop aſpelian mote:·

XII. Ðas ðeawas man healt begeondan ſæ mid criſtenum folce. þ is. þ ælc biſcop biþ æt his biſcopſtole on ðone wodnes dæg. ðe we cweþaþ caput jejunii. ær lenctene. ðonne ælc ðara manna ðe mid heafodleahtrum beſmiten biþ on ðære ſcire. ſceal on ðone dæg him to cuman. 7 his ſynna him andettan. 7 he ðonne him tæcþ hyra ſynna bote. ælcum be ðæs gyltes mæþe. 7 ſwa ðonne be his leafe ham hwyrfaþ. 7 eft on ðone ðunres dæg ær Eaſtron to ðære ylcan ſtowe ealle geſomniaþ. 7 him ſe biſcop oferſingþ. 7 forgyfennyſſe deþ. 7 hig ſwa ham hwyrfaþ mid ðæs biſcopes bletſunge:· Ðis is ðus to healdenne eallum criſtenum folce. 7 ðeah hwæþere ſceal ſe ſacerd geornlice ſmeagean mid hwylcere anðryſnyſſe. 7 mid hwylcere fulfremednyſſe ſe dæde ða gebet hæbbe. þ him getæht wæs. 7 ſwa him be ðam forgyfennyſſe do:·

XIII. Gif hwylcum men biþ huſl forwoden 7 he under ðam forþferþ. be ðiſum ðingum ne cunne we ſmegean nan oþer ðing. buton hit ſig on Godes dome gelang. forðon on Godes anwealde wæs. þ he butan huſle gewat:·

XIV. Se man ſe ðe mid manigfealdum leahtrum gebunden biþ. 7 ða mid abryrdum mode. 7 for lufe ðæs ecean lifes andettan wylle his ſcrifte. 7 betan. ſwa he him tæce. we gelyfaþ. þ he æt Gode forgyfenyſſe hæbbe:·

XV. Her tæcþ ſanct Iacobus. þ gif hwa geuntrumod beo. þ he gelaþige him his ſacerd to. 7 oþre Godes ðeowas. þ hig him ofergrædon. 7 ſe untruma his ðearfa him ſecge 7 hig hine ſmyrigeon on Godes naman mid ðam halgan ele 7 ðurh ðara geleaffullra manna bene. 7 ðurh ða ſmyrenyſſe he mæg beon gehealden. 7 drihten hine araraþ. 7 gif he ſynful biþ. hi beoþ him forgyfene. Ðis ſceal ælc geleafful man. gif he mæg. ða ſmyrenyſſe begytan. 7 ða gerihto ðe ðærto gebyrigeaþ. forðon ðon hit is awriten. þ ælc ðæra manna ðe ðas gerihto hæfþ. þ his ſawl biþ gelice clæne æfter his forþſiþe eal ſwa þ cild biþ ðe æfter his fulluhte ſona gewit:·

vitam revertatur, ut hoc obſervet, quod Deo et confeſſario ſuo promiſit, poenitentia bona utatur, et habitet cum morigeris hominibus.

XI. Sacerdotem quam maxime decet diligenter conſiderare neceſſitatem animae illius, qui poenitentiam agere quaerit, quomodo juſtiſſime eum praeparare poſſit ad Dei voluntatem, et ad animae illius commodum; ipſi etiam poenitentiam ſemper praeſcribat, juxta delicti rationem: et ſi delictum adeo capitale ſit, ut ab epiſcopo praeſcribi debeat, illuc ducatur; quoniam ſanctus Auguſtinus dicit in alio loco: quod ſi quis per capitalia crimina vinctus eſſet, ut ad jus epiſcopale ducatur; et ſi ad epiſcopum pervenire nequeat, ut preſbyter in illis rebus epiſcopi vicario munere fungatur.

XII. Hi mores trans mare apud Chriſtianos obſervantur, nempe: quod quilibet epiſcopus ſit in ſede epiſcopali die Mercurii, quem caput jejunii vocamus ante Quadrageſimam; tunc quilibet eorum, qui capitalibus criminibus pollutus eſt, in provincia illa eo die ad ipſum accedere debet, et peccata ſua ipſi confiteri; et ipſe tum praeſcribit peccatorum ſuorum emendationem cuilibet, pro ratione delicti ſui; et ita, cum ipſius venia, domum redit. Ac deinde, die Jovis ante Paſcha ad eundem locum omnes congregat, et epiſcopus ſuper eos cantat, et remiſſionem dat [illis] et illi ita domum redeant cum epiſcopi benedictione. Hoc ita obſervandum eſt omnibus chriſtianis, et diligenter ſacerdos conſiderare debet, utrum cum aliqua compunctione, et [illegible] emendaverit id, quod ipſi praeſcriptum erat, et ita ei juxta illud remiſſionem det.

XIII. Si aliquis eucharistia [illegible] interea moriatur, de his rebus nihil aliud edicere poſſumus, [illegible] quoniam in Dei poteſtate erat, quod abſque euchariſtia obierit.

XIV. Quicunque per [illegible] et ea, cum animi compunctione, et [illegible] aeternae vitae, confeſſario ſuo confiteri, et prout ipſi praeſcribit, emendare velit; permittimus, ut a Deo remiſſionem habeat.

XV. Hic notat ſanctus Jacobus: quod ſi quis infirmatus ſit, ut invitet ad ſe ſacerdotem ſuum, et alios Dei miniſtros, ut eum admoneant, et infirmus neceſſitatem ſuam ipſi indicet, et illum ungant in Dei nomine ſancto oleo, et per fidelium preces, ac per unctionem conſervari poteſt, et Dominus ipſum erigit; et ſi plenus peccatorum eſt, illa ipſi remittentur. Hanc unctionem quilibet fidelis, ſi poſſit, acquirere ſibi debet, et ſtatuta quae ad eam pertinent; quoniam ſcriptum eſt, quod quicunque hanc diſciplinam habuerit, anima ejus aeque pura ſit poſt obitum, ac infantis, qui ſtatim poſt baptiſma moritur.

Hic incipit ſecundus liber, cum capitulis ſuis, et cum ſequentibus ſententiis.

I. De eo, qui ſponte hominem occidit.
II. De muliere, quae fornicata eſt, et deinde ex timore infantem ſuum occidit.
III. De eo, qui ſervum ſuum furti cauſa occidit, abſque hundredi ſui teſtimonio.
IV. De eo, quod mulier ex rancore occidat ſervam ſuam.
V. De eo, qui ſeipſum occidit ex incuria aliqua; et de eo, qui pro peccatis ſuis eſt punitus.
VI. De eo, qui indecenter fornicatur, hoc eſt, cum beſtiis, vel ſe cum juvenibus polluit, vel maſculus cum maſculo.
VII. De eo, qui adulteratur, vel adulterium commiſerat.
VIII. De marito, qui conjugem ſuam deſerit; et de uxore, quae maritum ſuum deſerit, et alium eligit.
IX. De marito, qui uxorem et pellicem habet.
X. De eo, qui legitimam uxorem habet, et adhaeret extraneis mulieribus.
XI. De viro, qui duas ſorores in matrimonium ducit; vel de uxore fratrem unum poſt alium ſumente.
XII. De eo, ſi aliqua uxor deſponſata ſit, quod non permiſſum ſit alteri unquam viro rebus ſuis eam ſpoliare.
XIII. De viro, qui uxorem vel puellam aſſumit cum injuſtis rebus.
XIV. De viro, qui ob injuſtum concubitum ſervam procuratricem a domino ſuo allicit.
XV. De eo, ſi puella viro deſponſata ſit, et alius vir illam ſpoliet invitam.
XVI. De eo, ſi puella conſecrata ad fornicationem alliciatur. De non conſecrata puella, quae ad injuſtum concubitum allicitur.
XVII. De viro cognatam in uxorem ducente.
XVIII. De eo, quod ſanctus Gregorius de injuſto concubitu dicit.
XIX. De viro crebros coitus committente.
XX. Prior et poſterior ſententia eadem eſt, licet ita diviſa appareat.
XXI. De eo, quomodo conjuges ſe gerere debeant coram Deo.
XXII. De eo, qui rem ſeducentem committit.
XXIII. Et de eo, cui permiſſum non eſt vanam divinationem exercere.
XXIV. De perjurio, quomodo emendari debeat.
XXV. De furto.
XXVI. De falſo teſtimonio.
XXVII. De diſcordia cum proximo ſuo.
XXVIII. De furore.
XXIX. De eo, qui juramentum praeſtat, quod in gratiam cum proximo ſuo redire nolit.
XXX. De eo, cui permiſſum non eſt, ut aliquis pecuniam ſuam ad injuſtum tributum tradat.

Her onginþ seo oþer boc mid hire capitulon. ⁊ mid ðam æfter fylgendan cwydan[1].

I. Be ðam men ðe willes man ofslihþ:·
II. Be ðam ƿifmen ðe hig forligþ. ⁊ ðonne for ege hire bearn fordeþ:·
III. Be ðam men ðe his ðeowan ofslihþ for ðyfþe. butan his hundredes geƿitnysse:·
IV. Be ðam gif ƿif slihþ hire ƿifman for andan:·
V. Be ðam men ðe hine sylfne ofslihþ for hƿylcere gymeleaste. ⁊ be ðam men ðe for his gyltum biþ geƿytnod:·
VI. Be ðam men ðe ungedafenlice hæmþ. ꝥ is ƿiþ nytenum. oþþe hine mid geonglingum besmiteþ. oþþe ƿæpnedman ƿiþ oþerne:·
VII. Be ðam ðe æƿe brecaþ. oþþe æƿbræce habbaþ:·
VIII. Be ðam men ðe his æƿe forlæt. ⁊ be ðam ƿife ðe hire ƿer forlæt. ⁊ oþerne gecyst:·
IX. Be ðam men ðe hæfþ his æƿe ⁊ eac cyfese:·
X. Be ðam men ðe hæfþ his riht æƿe. ⁊ geƿærst on ælþeodigum ƿifmen:·
XI. Be ðam men ðe ƿifaþ on tƿam gesƿystrenum. oþþe ƿif nimþ broþur æfter oþrum:·
XII. Be ðam gif hƿilc ƿifman beo beƿeddod. nis hit na alyfed. ꝥ hine ænig oþer man æt ðam ðingum bereafige:·
XIII. Be ðam men ðe ƿif oþþe mæden ofernimþ mid unrihtum ðingum:·
XIV. Be ðam men ðe ðone ƿifman fram his hlaforde aspaneþ ðe his ƿicnere biþ for unrihtum hæmede:·
XV. Be ðam gif mæden man beƿeddod biþ. ⁊ hine oþer man ðær bereafige hire unƿilles:·
XVI. Be ðam gif gehadod mæden to hæmed ðinge geƿærst:· Be ungehadedan mædene ðe to unrihtum hæmede geƿærst:·
XVII. Be ðam men ðe on his magan ƿifaþ:·
XVIII. Be ðam hu sancte Gregorius spræc be unrihtum hæmede:·
XIX. Be ðam men ðe gelomlice ƿif ðing begæþ:·
XX. Ðæs ærra cƿide ⁊ ðes æftra is eal an. ðeah he ðus todæled sy:·
XXI. Be ðam hu ge sinhiƿan hyra ðeaƿas healdan scylon for Gode:·
XXII. Be ðam men ðe dƿellice ðing begæþ:·
XXIII. And be ðam ðe alyfed nys idele hƿatunga to begange:·
XXIV. Be ðam mansƿare. hu man ꝥ gebetan scyl:·
XXV. Be stale:·
XXVI. Be leasre geƿitnysse:·
XXVII. Be undƿærnysse ƿiþ his nehstan:·
XXVIII. Be hat heortnysse:·
XXIX. Be ðam men ðe aþas sylð. ꝥ he to sybbe fon nelle ƿiþ his nehstan:·
XXX. Be ðam ðe alyfed nys ꝥ ænig man his feoh to unrihtum gafole sylle:·

[1] Habetur hoc etiam in MS. Junii 121. bibl. Bodl. fol. 69. b.

I. Se

2

I. SE læweda man þe oþerne ofslihþ butan gylte. fæste seofon gear. ða ðreo on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða feower swa him his scrift tæce. ⁊ æfter ðara seofon geara bote æfre he geornlice hreowsige his misdæda. be ðam dæle ðe he mæge. gif he wylle æt Gode forgifennysse habban. for ðam him is uncuþ. hu andfenge Gode wæron his bota. gif he hit dide unwilles. fæste fif gear. Se man se ðe wylle oþerne ofslean. ⁊ ne mæg his willan þurhteon. fæste ðreo gear. an gear on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða twa swa him his scrift tæce. Gif læwede man unwitinga man ofslea. fæste ðreo gear. an gear on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða twa swa him his scrift wisige. Gif hit biþ subdiacon. fæste fif gear. gif hit beo diacon. fæste seofon gear. gif hit beo mæssepreost. fæste tyn gear. gif hit beo biscop. fæste twelf gear. Gif hwa his cild ofslihþ to deaþe ungewealdes. fæste fif gear. ða ðreo on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða twa swa him his scrift tæce. Gif hwilc biscop oþþe mæssepreost man ofslea. ðolige his hades.

II. Gif hwilc wif hyre cild amyrþ innan hire. mid drence. oþþe mid oþrum misliecum ðingum. oþþe eft forðamþe [illegible] wyllan hit forþcymþ. fæste tyn gear. ða ðreo gear on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða seofon swa hire scrift hire mildheortlice tæcan wille.

III. Gif hwylc man his æht ofslyhþ ⁊ he nane gewitnysse næbbe. þ he for worht wæs butan he hine for his hatheortnysse ⁊ for gymeleaste ofslihþ. fæste twa gear.

IV. Gif hwylc wif for hwylcum lyþrum andan hire wifman swingþ. ⁊ heo ðurh ða swingle swylt dead ⁊ heo unscyldig biþ. fæste seo hlæfdige seofon gear. Gif heo ðonne gewitnysse hæbbe. þ heo scyldig wære. fæste heo ðeah ðreo gear.

V. Se man ðe hine sylfne ofslihþ. mid wæpne. oþþe mid hwylcum wisan deofles onbryrdinge. nis hit na alyfed. þ man for swylcum men mæssan singe. oþþe mid ænigum sealmsange þ lic eorþan befæste. ðone ylcan dom man sceal don ðam ðe for his gylta witunga his lif alæt.

VI. Se man ðe hine wiþ nytenu bewæt. oþþe wæpned man wiþ oþerne mid ungesceadlicum ðingum. gif he biþ twentig wintra ealdman. þ he understandan mæg. þ he ða sceamlican ðing. ⁊ ða manlican begæþ. gerpice. ⁊ andette. ⁊ fæste fyftyne winter. ⁊ gif se man his gemæccan habbe. ⁊ he beo feowertig wintre. ⁊ swylce ðing begæþ. geswice ⁊ fæste ða hwile ðe his lif beo. ⁊ ne geþristlæce he þ he drihtnes lichaman underfo ær his ende dæge. Geonge men ⁊ unwytlease man sceal ðearle swingan. ðe swylce ðing begaþ.

VII. Gif se man æwe bricþ. fæste seofon gear. ðry dagas on wucan on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ gif wif ofer hire rihte hlaford oþerne man habbe. beo heo ðæs ylcan wyrþe.

VIII. Se man ðe his rihte æwe forlæt. ⁊ oþer wif nimþ. he biþ æwbreca. ne sylle him nan preost husl ne nan ðæra gerihta ðe

I. LAICUS, qui aliquem absque culpa occidit, jejunet ſeptem annos: tres in pane et in aqua, et quatuor, prouti confeſſarius ipſi praeſcripſerit, et poſt ſeptem annorum poenitentiam, ſemper diligenter delictorum ipſum pigeat, qua ratione poſſit, ſi a Deo remiſſionem habere velit; quoniam ipſi incognitum eſt, quam accepta Deo futura ſit poenitentia ejus: ſi invitus hoc fecerit, jejunet quinque annos. Qui alium interficere voluerit, et voluntatem ſuam perficere nequit, jejunet tres annos; unum annum in pane et in aqua, et duos, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit. Si laicus aliquem invitus occiderit, jejunet tres annos; unum annum in pane et in aqua, et duos, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit. Si ſit ſubdiaconus, jejunet quinque annos; ſi ſit diaconus, jejunet ſeptem annos; ſi ſit presbyter, jejunet decem annos; ſi ſit episcopus, jejunet duodecim annos. Si quis infantem ſuum occiderit invitus, jejunet quinque annos; tres in pane et aqua, et duos, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit. Si episcopus aliquis, vel preſbyter hominem occidat, perdat ordinem ſuum.

II. Si mulier quaedam infantem intra ſe occidat potu, vel aliis variis rebus, vel deinde poſtquam genitus ſit, occidat, jejunet decem annos; tres in pane et in aqua, et ſeptem, prouti confeſſarius miſericorditer ei praeſcribere velit.

III. Si quis [hominem] poſſeſſionem ſuam occidat, et ſi nullum teſtimonium habeat ejus, quod commiſſum eſt, niſi quod ex furore et incuria illum occiderit, jejunet duos annos.

IV. Si uxor aliqua ex aliquo levi furore ſervam ſuam ſuſpendit, et ea per ſuſpenſionem moriatur, et ſit innocens, jejunet domina ſeptem annos. Si autem teſtes habeat, quod nocens eſſet, jejunet tamen tres annos.

V. Si quis ſeipſum occidit armis, vel aliis rebus diverſis diaboli inſtinctu; non eſt permiſſum, ut pro tali homine miſſa cantetur, vel cum aliqua pſalmodia corpus terrae committatur. Idem jus faciendum eſt illi, qui pro delictorum ſuorum tormento vitam ſuam amittit.

VI. Vir qui ſe cum beſtia polluit, vel maſculus cum maſculo in rebus indiſcretis, ſi habeat viginti annos, ut intelligere poſſit, quod rem turpem et indecoram commiſerit, reſipiſcat, confiteatur, et jejunet quindecim annos; et ſi maritus uxorem ſuam habeat, et quadraginta annos habeat, et tale quid perpetret, reſipiſcat, et jejunet quamdiu vivit, et non praeſumat Domini corpus accipere, ante finem dierum ſuorum. Juvenes et imprudentes omnino ſuſpendendi ſunt, qui tale quid commiſerint.

VII. Qui adulterium committit, jejunet ſepem annos, tres dies per hebdomadam, in pane et aqua; et ſi mulier praeter verum ſuum dominum alium virum habeat, eodem ſit digna.

VIII. Vir, qui veram conjugem ſuam deſerit, et aliam uxorem ducit, eſt adulter; non tradat preſbyter ei eucharistiam, nec [illegible]

rum jurium, quae christianos decet; et ſi obire illum contingat, non ſcpeliatur cum chriſtianis. Et ſi uxor verum ſuum maritum deſerat, et alium eligat, ſit eodem jure digna, uti ſupra dictum eſt; et cognati, qui ad hoc diſpoſiti erunt, perdant idem jus, niſi prius ad poenitentiam ſe convertere velint, prouti confeſſarius eorum ipſis praeſcripſerit.

IX. Viro, qui legitimam uxorem, et pellicem etiam habet, non tradat ei preſbyter aliquis euchariſtiam, nec aliquod illorum jurium, quae chriſtianis fiunt, niſi ad poenitentiam ſe convertat. Et ſi pellicem, et non legitimam uxorem habeat, illud quod ipſi videtur, faciendum eſt; ſciat tamen, quod uni earum alligatus ſit, ſive ſit pellex, ſive conjux.

X. Si vir aliquis cum alterius legitima uxore coit, vel uxor cum alterius vero conſorte, jejunet ſeptem annos; tres in pane et in aqua, et quatuor, prouti confeſſarius ejus ipſum docuerit.

XI. Si uxor aliqua duos fratres, unum poſt alium in conſortium ſibi ſumat, [k] judicio obnoxii ſint, et ſint in poenitentia quamdiu vixerint, prouti confeſſarius eorum ipſis praeſcripſerit; et poſt obitum illorum, ſacerdos iis faciat jus illud, quomodo chriſtianis faciendum eſt, ſi promittant, quod ſi diutius vixerint, ſe emendaturos eſſe. Si quis, in aliquo nefando delicto permanſerit, uſque ad finem ſuum, non poſſumus ei aliquam poenitentiam praeſcribere, niſi quod ad jus Dei ſpectet.

XII. Si uxor aliqua deſponſata ſit, non eſt permiſſum, ut aliquis alius homo eam ſpoliet; ſi quis hoc fecerit, ſit excommunicatus.

XIII. Si quis per fraudem uxorem, vel puellam ſervam invitam ad injuſtum concubitum coegerit, ſit excommunicatus.

XIV. Si quis per verſutias alterius hominis pediſſequam ab eo propter fornicationem alliciat, et cum ea invita coeat, ſi ſit vir ordinatus, perdat ordinem ſuum; ſi laicus ſit, ſit excommunicatus.

XV. Si puella aliqua deſponſata ſit, et interea vaſtetur, [l] vel aliquibus caſibus pellatur, ſit ejus, cui diſponſata erat; et ſi deinde accidat, ut proximi fiant, cum venia conjungantur, quoniam ipſa invita ab eo fuerat [ſeparata].

XVI. Si uxor aliqua ordinetur communi ordine, et ea deinde deſpiciat ſponſum, cui antea deſponſata erat, hoc eſt Chriſtus, et ad mundanas vanitates revertatur, et familiam ſuſcipiat, et cogitet poſſeſſionibus ſuis et mundi ſubſtantiis iram Dei, quam excitavit, placare; aſt non poteſt aliquid eorum facere, quae corpore pio digna ſunt, nec ullus preſbyter ab ea confeſſionem poſtulare poteſt, antequam peccatum ſuum deſeruerit, et ad Chriſtum reverſa ſit, ac deinde vivat vitam, prouti confeſſarius ipſius illi praeſcripſerit.

Si puella quaedam in ſocietate cum ordinatis habitet, et ad eundem ordinem tendat, et interea per diaboli tentationem ad fornicationem inſti-

criſtenum men gebýreþ. ⁊ gif him forþſiþ getimaþ. ne lecge hine man na mid criſtenum mannum:· And gif ƿif hire riht ƿer forlæt. ⁊ cyſt oþerne. beon hig ðær ýlcan domes ƿýrþe. ðe her bufan ſegþ. ⁊ ða magas ðe æt ðam dihte ƿæron. ðolien ðone ýlcan dom buton hig ær to bote gecýrran ƿýllan. ſƿa hira ſcrift him tæcþ:·

IX. Se man ðe riht æƿe hæfþ ⁊ eac cýfeſe. ne ſýlle him nan preoſt huſl ne nane gerihto ðe man criſtenum mannum deþ. buton he to bote gecýrre. ⁊ gif he cýfeſan hæbbe ⁊ nane riht æƿe. he ah ðær to ðonne ſƿa him geþincþ. ƿite he ðeah ꝥ he beo on anre gehealden. beo hit cýfeſe. beo hit æƿe:·

X. Gif hƿýlc man ƿiþ oþres riht æƿe hæmþ. oþþe ƿif ƿiþ oþres gemæccan. fæſte ſeofon gear. ða ðreo on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða feoƿer ſƿa him his ſcrift tæce:·

XI. Gif hƿýlc ƿif tƿegen gebroþru nimþ hire to gemæccan oþerne æfter oþrum. to doman hig. ⁊ beon hig on dædbote ða hƿile ðe hig lýbbon. ſƿa hira ſcrift him tæce. ⁊ æt hira forþſiþe do ſe ſacerd him ða gerihto ſƿa man criſtenum mannum don ſceal. gif hig ꝥ gehaton ꝥ hi leng betan ƿoldon. gif hig leng lýbban moſton:· Gif hƿa on ſƿýlcum manfullan ſinſcýpe ðurhƿunaþ oþ his ende. ne cunne ƿe him nane bote tæcan butan hit is æt Godes dome gelang:·

XII. Gif hƿýlc ƿif beƿeddod beo. nis hit na alýfeþ. ꝥ hƿýlc oþer man hine ðær bereafige. gif hit hƿa do. beo he amanſumad:·

XIII. Gif hƿa mid his orencræfte ƿif oþþe mæden nýdinga nimþ to unriht hæmede hire unƿýlles. beo he amanſumad:·

XIV. Gif hƿa mid his lotƿrencum oþres mannes folgere fram him aſpæce for hæmed ðinge. ⁊ hire unƿilles ƿiþ hig hæme. gif hit biþ gehadod man. ðolige his hades. gif he beo læƿede beo he amanſumad:·

XV. Gif hƿýlc mæden beƿeddod biþ. ⁊ under ðam biþ gehergod. oþþe mid ſumum intingum afýrred. biþ ðam ðe heo beƿeddod ƿæs. ⁊ hit eft gelimpe. ꝥ hig on neaƿýſte becumen. be leafe hi moton togædere. forþon heo ƿæs hire unƿýlles fram him:·

XVI. Gif hƿýlc ƿifman biþ gehadod gemænes hades. ⁊ heo ſýþþan forhogige ðone brýdguman. ðe heo ær beƿeddod ƿæs. ꝥ is Criſt. ⁊ to ƿoruldlicre idelnýſſe gecýrþ. ⁊ hiƿ-rædenne underfehþ. ⁊ ðencþ ꝥ heo mid hire æhtum ⁊ ƿorloſpedon. ða æbýlgnýſſe gebete ðe heo Gode abýlgþ. ac ne mæg heo nan ðæra ðinga gedon ðe gode licƿýrþe beo. ne hire nan preoſt ſcrifan ne mot. ær heo ðone ſinſcipe forlæte. ⁊ to Criſte gecýrre. ⁊ ſýþþan hire lif lýbbe ſƿa hire ſcrift hire tæce:·

Gif hƿýlc mæden man on geferrædenne mid gehadodum ƿunaþ. ⁊ heo to ðam ýlcan hade ðence. ⁊ under ðam ðurh deofles

[k] Sax. to doman hig Cod. legi *fiat hoc*; quia autem hoc ſenſui legis male convenit, verti *judicio obnoxii ſint*. [l] Sax. gehergod [illegible] hoc vertendum fuiſſet *ad bellum arcatur*.

he

costnunga on hæmed ðing [illegible] he na ƿiþ [illegible] ungehatedo [illegible] Godes bryd [illegible] cel [illegible] te. and [illegible]

XVII. Gif hƿylc man [illegible] magan. oþþe on his [illegible] broðor [illegible] he [illegible] num. and gif he [illegible] ðeaƿe [illegible] hƿile ðe he leo. [illegible]

XVIII. Gif [illegible] biþ gehaten [illegible] cosтnunga on [illegible] beo hira [illegible] brserceorþ [illegible]

XIX. Nis na alyſed nanum cristenum men. þ oftor ƿif [illegible] ðonne [illegible] Paulus hit [illegible] on his [illegible] men hu he [illegible] ces ƿeres forme ƿif biþ dead. þ he be leafe oþer ƿif niman [illegible] and gif he ða [illegible] ƿunige he a syððan ƿif[illegible]

XX. [illegible] ƿiþ gebyrig [illegible] heo þ ceorl [illegible] ƿunige heo a syððan [illegible] ðe hire [illegible] ðas ðing [illegible] mildheortnysse [illegible] hyra scrift [illegible]

XXI. [illegible] geleaffullum men to donne ys. ðonne he his [illegible] tæcinge. þ hi [illegible] hyra clænnysse healdan scylon. and ðonne on done ðryddan dæg [illegible] and hig butu husl [illegible] scipe healdon for Gode and for ƿorlde sƿa hyra ðearf ys. [illegible] þ hig hyra [illegible] ga and [illegible] ster ƿucan. and ærre sunnan nihte. and ƿodnes nihte. and [illegible] healde hyre clænnysse ðry monþas ær [illegible] beorþre. and æfter [illegible] tig nihta and dæga beo he hyse cild beo hit mæden cild.

XXII. Gif hƿylc man gehate. oþþe bringe to hƿylcon ƿylle. oþþe to stane. oþþe to treoƿe oþþe to ænigum oþrum gesceaftum. butan on Godes naman to Godes cyrican. fæste ðreo gear on hlafe and on ƿætere. and ðeah he gehirst-

[illegible]; non ſit [illegible] quoniam [illegible] Dei [illegible] tunc ipſi [illegible] ut peccata ſua [illegible] [illegible] illam [illegible].

XVII. Si quis [illegible], vel [illegible] vel [illegible] convertat, prouti neceſſe habet, compenſet ſem- [illegible]

XVIII. Si quis [illegible] nicata ab omnium fidelium [illegible]. Sacri libri dicunt, quod eodem modo [illegible] inciderit, ſeparentur illi, et uterque eorum ſemper poenitentiam agat, et precetur quamdiu in [illegible].

XIX. [illegible] nis, ut plus quam bis matrimonium contrahant, [illegible] Paulo [illegible] doctrina ſua, et docet omnes homines, quomodo circa hoc ſe gerere debeant; hoc eſt, ſi pri- [illegible] aliam [illegible] eam ſuperſit, habitet ſemper poſtea abſque uxore.

XX. Ita etiam mulier, ſi primum maritum ſuum mortuum ſepeliverit, cum venia ſumat a- [illegible] violaverit, non diffidant Dei miſericordiae, ſed [illegible] rum illis praeſcripſerit et oſtenderit.

XXI. [illegible] libus faciendum ſit, cum legitimam ſuam conju- [illegible] ſtitatem ſuam ſervent, et tunc tertio die miſſa eorum fiat, et abſque euchariſtia ſumatur; ac deinde conjugium ſuum teneant, coram Deo et coram mundo, uti ipſis neceſſe eſt. Et omnes familias decet caſtitatem ſuam ſervare quadraginta dies et noctes ante Paſcha, et totam hebdo- [illegible] lis, et diei Mercurii, et diei Veneris; quaelibet [illegible]

XXII. Si aliquis voveat, vel offerat ad torrens aliquod, vel ad lapidem, vel ad arborem, vel ad alias aliquas creaturas, praeter ad eccleſiam Dei, in Dei nomine, jejunet tres annos in pane et in aqua. Et licet [illegible]

juſmodi] loco edere vel bibere, et nullam hoſtiam offerre, nihilominus tamen jejunet unum annum in pane et in aqua.

XXIII. Certe non eſt permiſſum chriſtianis, vanas divinationes committere, uti ethnici faciunt; hoc eſt, quod credant in Solem, et Lunam, et in curſum ſtellarum, et conſtituant divinationes temporum res ſuas ordiendi. Non fiat congregatio cum aliqua incantatione, niſi cum "Pater noſter," et cum "Credo," vel cum aliquibus precibus, quae ad Deum pertinent. Si quis hanc rem vanam committat, reſipiſcat, et confiteatur, et jejunet quadraginta dies; et ſi deinde ſe vanitati illi rurſus adjunxerit, jejunet tres Quadrageſimas.

XXIV. Si laicus aliquis pejeret, et ſciat, quod perjurus ſit, jejunet quatuor annos; ſi ſit communis conditionis homo, jejunet quinquennium; ſubdiaconus ſex annos, diaconus ſeptem, preſbyter decem, epiſcopus duodecim. Et ſi quis coactus ſit pejerare, vel ſi neſciat, jejunet tres annos; unum in pane et aqua, et duos, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit; et ſi non ſit ordinatus libertati reſtituat aliquem ex amore Dei. Et ſi quis ex timore alicujus, vel amore, vel pro uſura aliqua pejeret, diſtribuat poſſeſſionem ſuam pauperibus, et abeat ad monaſterium, et emendet, prouti confeſſarius ejus ipſi adnotaverit, et poenitentiam agat ſemper quamdiu in vivis eſt.

XXV. Si aliquis rem pretioſam furetur, ſi ſit laicus, jejunet quinque annos, ſubdiaconus ſex, diaconus ſeptem, preſbyter decem, epiſcopus duodecim. Et ſi quis rem mediocrem auferat, reddat furtum ei, qui illud poſſidebat, et jejunet annum in pane et in aqua; et ſi non habeat unde furtum reddat, jejunet tres annos in pane et in aqua.

XXVI. Si quis in falſo teſtimonio [inventus] fuerit, non eſt ei permiſſum euchariſtiam accipere, antequam confiteatur et emendet, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit.

XXVII. Certe nulli chriſtiano licitum eſt, in eccleſia Dei munus Deo offerre, quamdiu invidiam, vel furorem, vel aliquam diſcordiam habeat in corde ſuo erga proximum ſuum; quoniam munus ejus non eſt acceptum Deo, antequam ſeipſum reconciliet, et emendet apud proximum ſuum. Quoniam ſalvator, in evangelio ſuo dicit: "Si munus offeras ad altare Dei, et ibi recorderis, quod frater tuus" hoc eſt, quilibet chriſtianus, "inimicitiam foveat tecum; deſere ibi munus tuum, et abi ad fratrem tuum, et reconcilieris cum eo, et deinde veni ad altare, et offer Deo acceptum munus."

XXVIII. Si quis adeo furioſus et duro corde ſit, ut ad nullum jus mundi, et pacem redire nolit cum eo, qui erga ipſum deliquit, ſit excommucatus

XXIX. Quicunque pro aliqua diſcordia inimicus fiat proximi ſui, et adeo rigidus ſit, ut juramentum praeſtet, ſe in gratiam aliquam cum eo, qui erga ipſum deliquit, non eſſe rediturum, ſit excommunicatus. Si autem reverti velit, et in gratiam redire, jejunet unum annum pro-

læce ꝥ he æt swylcum stowe ete. oþþe drince. ⁊ nane lac ne bringe. fæste he ðeah hwæþere an gear. on hlafe ⁊ on wætere:·

XXIII. Nis na soþlice alyfed nanum cristenum men. ꝥ he idele hwatunga bega. swa hæþene men doþ. ꝥ is. ꝥ hig gelyfon on Sunnan. ⁊ on Monan. ⁊ on steorrena ryne. ⁊ secon tida hwatunga hyra ðing to begynnanne. ne wyrta gaderunge mid nanum galdre. butan mid Pater noster. ⁊ mid Credan. oþþe mid sumon gebede. ðe to Gode belimpe:· Gif hwa ðas idelan ðing bega. geswice. ⁊ andette. ⁊ fæste feowertig daga. ⁊ gif he eft to ðære idelnysse eft gehwyrfe. ðonne fæste he ðreo lengtenu:·

XXIV. Gif hwylc læwede man hine forswerige. ⁊ he wite ꝥ he manswerige. fæste feower gear. gif he biþ gemænes hades man fæste fif gear. subdiacon six gear. diacon seofon. mæssepreost tyn. biscop twelf. ⁊ gif hwa biþ genydd. ꝥ he manswerige. oþþe ꝥ man nyte. fæste ðreo gear. an gear on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ twa swa his scrift him tæce. ⁊ gif hine onhagige gefreoge ænne man for Godes lufon. ⁊ gif hwa for æniges mannes ege oþþe lufe. oþþe for ænigum scette hine forswerige. dæle his æhta ðearfendum mannum. ⁊ fare to mynstre. ⁊ bete swa his scrift him tæce. ⁊ hreowsige a ða hwile ðe he on life beo:·

XXV. Gif hwylc man forstele deorwurþe ðing. gif he biþ læwede man. fæste fif gear. subdiacon six. diacon seofon. mæssepreost tyn. biscop twelf. ⁊ gif hwylc man medeme ðing stele. agyfe ða stale ðam ðe hig ahte. ⁊ fæste an gear. on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ gif he næbbe ða stale to agyfanne. fæste ðreo gear. on hlafe ⁊ on wætere:·

XXVI. Gif hwa on leasere gewitnysse beo. nys him alyfed. ꝥ he husles onfo ær he andette. ⁊ bete swa his scrift him tæce:·

XXVII. Soþlice nis nanum cristenum men alyfed. ꝥ he on Godes cyrcean gode lac offrige ða hwile ðe he nyþ. oþþe andan. oþþe ænige ungeþwærnysse hæbbe on his heortan wiþ his ðone nehstan. forþon his lac ne beoþ andfenge Gode ærþam ðe he hine sylfne geþwærige. ⁊ gelaþige wiþ his nehstan:· Forþon se hælend cwæþ on his godspelle. gif ðu lac bringe to Godes weofode. ⁊ ðu ðær gemanst. ꝥ ðin broþor. ꝥ is. ælc cristen man. sig unþwære wiþ ðe. forlæt ðær ðine lac. ⁊ ga to ðinum breþer. ⁊ geþwære ðe wiþ hine. ⁊ syþþan cum to ðam weofode. ⁊ offra Gode gecweme lac:·

XXVIII. Gif hwylc man to ðam hatheort sig. ⁊ stranmod ꝥ he to nanum worldrihte. ⁊ sybbe fon nelle wiþ ðæne ðe wiþ hine agylt hæfþ. beo he amansumad:·

XXIX. Se man ðe for hwylcere ungeþwærnysse winþ wiþ his nehstan ⁊ to ðon stiþ biþ ꝥ he aþas sylþ. ꝥ he to nanre sybbe fon nelle æt ðam. ðe wiþ hine agylt hæfþ. beo he amansumod:· Gif he ðonne gecyrran wyle ⁊ to sybbe fon. fæste an gear for

ðæs

ðæs æfter ðingum. ⁊ ðreo lengtenu on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ðæs geares ofer eacan fæste swa him his scrift tæce:·

XXX. Ælcu geleaffullum men ys forboden. ꝥ he his feoh ne his æhta to nanum unrihtum gafole ne læne. ꝥ is. ꝥ he hine mare ne bidde to agyfanne ðonne he him ær lænde:· Ac for lufe ⁊ for ðearfe læne gehwa oðrum his feoh. ⁊ his æhta swa he wylle ꝥ man him do:· Gif hwa for hwylcere gytsunge ðis do. halige bec him tæceaþ ðreo geara. fæsten. an gear on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða twa swa him his scrift tæce:·

pter juramentum, et tres Quadrageſimas cum pane et aqua; et illo anno praeterea jejunet, prouti confeſſarius ejus illi praeſcripſerit.

XXX. Cuilibet fideli prohibitum eſt, pecuniam vel poſſeſſionem ſuam ad aliquod injuſtum tributum mutuo dare, hoc eſt, ut non offerat plus reddere, quam antea mutuo acceperat; ſed ex amore, et propter neceſſitatem quiſque mutuo det aliis pecuniam ſuam, et poſſeſſionem, prouti velit, ut ipſi fiat. Si quis hoc ex avaritia quadam faciat, ſacri libri ei praeſcribunt triennale jejunium; unum annum cum pane et aqua, et duos, prouti confeſſarius ipſi praeſcripſerit.

I. Her onginneþ se forma capitul be gehadodra manna wifunge.
II. Be ðam men ðe gyrneþ sacerdhades:·
III. Eft be mæssepreostum:·
IV. Eft be Godes ðeowum:·
V. Be ðam hu se sacerd hine healden sceal. ⁊ se diacon:·
VI. Be biscopum ⁊ be oðrum Godes ðeowum:·
VII. Be ðam gehadedum mannum ðe hyra feoh lænaþ to hyre:·
VIII. Be gehadodra manna wicnungum:·
IX. Be ðam ðe gehadod man geworht rædene nimþ wiþ wifman:·
X. Eft be ðam ylcan:·
XI. Be munecess misheald(s)umnysse ⁊ mynecyne:·
XII. Be wifmannes ðenunge on Godes weofode. ðe hyre to ne gebyreþ:·
XIII. Be ðam ꝥ ælc sacerd sceal cunnan his gerihto:·
XIV. Be ðam ðe sanct Augustinus sende to Rome to sanct Gregorie. ⁊ sanct Gregorius him andsware sende:·
XV. Be ðam ꝥ ðam sacerde naht ne fremaþ. ꝥ he rihtwis beo. gif he ðam unrihtwisan nele hyre unrihtes styran:·
XVI. Be mæssepreosta drohtnunge:·

I. Hic incipit primum caput, de ordinatorum hominum matrimonio.
II. De iis, qui ordinem ſacerdotalem rite ſervare deſiderant.
III. Deinde, de preſbyteris.
IV. Deinde, de miniſtris Dei.
V. De eo, quomodo ſacerdos et diaconus ſe gerere debeant.
VI. De epiſcopis, et de aliis Dei miniſtris.
VII. De hominibus ordinatis, qui poſſeſſionem ſuam mercede aliis exponunt.
VIII. De ordinatorum procurationibus.
IX. De eo, quod ordinatus complacitum ſumat cum muliere.
X. Deinde, de eodem.
XI. De monachi et monachae delictis.
XII. De mulieris miniſterio ad altare, quod ad eam non pertinet.
XIII. De eo, quod quilibet ſacerdos ſtatuta ſua noſſe debeat.
XIV. De eo, quod ſanctus Auguſtinus Romam miſerit ad S. Gregorium, [illegible] ei reſponſum miſerit.
XV. De eo, quod ſacerdoti nihil proſit, quod juſtus ſit, ſi [illegible] ab injuſtitia ſua deducere nolit.
XVI. De converſatione preſbyterorum.

I. Gif mæssepreost. oþþe diacon wifige ðoligon hyra hades:· ⁊ gif hig æfter ðam hæmed ðing begaþ na ꝥ hig gehadod synt. ac eac swylce fæston seofon gear. be biscopes dome:·

II. Gif mæssepreost geleahtrod wæs mid heafodlicum gyltum. ær he gehadod wære. ⁊ ꝥ ær andette ⁊ bette swa his scrift him tæhte:· Gif he eft syþþan he gehadod biþ ða ylcan leahtras begæþ. ne mot he ænige ðenunge æt Godes weofode do. ac wunige him elles mid gemænes hades mannum. ⁊ gif he cyrran wyle. bete swa se biscop him tæce:·

III. Gif mæssepreost. oþþe diacon manslea. oþþe hig forswerigen. ðoligon hira hades. ⁊ gif hig to bote gecyrran wyllon. beton be ðæs biscopes dome:·

IV. Godes sacerdas. ⁊ diaconas. ⁊ oþre Godes ðeowas ðe on Godes temple Gode ðenigan sceolon. ⁊ haligdom. ⁊ halige bec handligan. ða sceolon symble hyra clænnysse heal-

I. Si preſbyter vel diaconus uxorem ducat, perdat ordinem ſuum; et ſi poſtquam ordinati ſunt, fornicationem committant, praeter haec jejunent etiam ſeptem annos juxta jus epiſcopale.

II. Si preſbyter accuſatus ſit capitalium criminum, antequam ordinatus eſſet, et ea prius confeſſus ſit, et correxerit, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit; ſi deinde, poſtquam ordinatus ſit, eadem vitia committat, non debet ſervitium aliquod ad altare Dei facere, ſed maneat alias cum communis conditionis hominibus; et ſi reverti velit, emendet, prouti epiſcopus ipſi praeſcripſerit.

III. Si preſbyter vel diaconus hominem occidat, vel pejeret, perdat ordinem ſuum, et ſi ad poenitentiam ſe convertere velint, emendent juxta jus epiſcopale.

IV. Sacerdotes Dei, et diaconi, et alii Dei miniſtri, qui in Dei templo Deo ſervire debent, et ſanctuarium ac ſacros libros manu tractare, ſemper caſtitatem ſuam ſervent. Aſt ſi aliquis

hujus generis homo in fornicationem inciderit, confiteatur confeſſario ſuo, et emendet prouti ipſi praeſcripſerit; quia ſalvator dicit: “ Eſtote ſancti, quoniam ego Dominus Deus et Dominus veſter ſum ſanctus.”

V. Sacerdotes, et diaconi, et Dei miniſtri, qui ipſi nolunt, nec poſſunt coram Deo caſtitatem ſervare, quae ipſis injuncta eſt, detrudantur a miniſterio ſuo, quod homines puri in domo Dei Deo praeſtant; et ſi deinceps reverti et confiteri velint, emendent, prouti confeſſarius eorum ipſis praeſcripſerit.

VI. Certe omnibus prohibitum eſt in ſacris libris ſingulis epiſcopo, et abbati, et preſbytero, ut nullius uxoris proximam ſecum habeant; ita etiam cuilibet miniſtro Dei, qui in caſtitate Deo ſervire debet, prohibitum eſt, ut neque cognatam ſuam, neque aliam uxorem propter alicujus rei negotium intus ſecum habeant, ne forte per diaboli tentationem cum illis peccent.

VII. Si epiſcopus, vel abbas, vel preſbyter, vel ſimilis Dei miniſter pecuniam ſuam ad injuſtum tributum mutuo dederit, et non recordetur ejus, quod ſalvator per Davidem pſalmiſtam dicit: “ Tunc divitiis ejus uti debetis, qui pecuniam ſuam ad nullum injuſtum tributum tradit.” Si quis contra hoc fecerit, non eſt dignus, ut euchariſtiam accipiat, antequam hoc emendaverit, prouti hic ſupra dictum eſt, hoc eſt, per triennale jejunium.

VIII. Nulli preſbytero permiſſum eſt, nec diacono, ut ſint praefecti vel procuratores, vel circa negotia quaedam mundana occupati, niſi circa ea ad quae intitulati ſunt.

IX. Verum Dei miniſtrum, qui circa Dei ſervitia occupatus eſt, non decet de loco in locum, de domo in domum proficiſci, proximi uxorem deſiderans, abſque doctoris ſui venia. Aſt ſi quis hanc conſuetudinem habeat, reſipiſcat, et emendet, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit.

X. Monachum, qui ſeipſum Deo vovit, et ſanctas regulas ſuſcipit, non decet aliquem mundanum honorem deſiderare, vel illud, quod Deo vovit, violare; ſi hoc fecerit, reſipiſcat, et emendet, prouti epiſcopus ei praeſcribit.

XI. Si monachus, et monialis, qui Deo ſeipſos conſecraverunt, et votum ſuum Deo voverunt, per diaboli tentationem hoc violent, ſeparentur ab omnibus ordinatis hominibus; et ſi ad Deum reverti velint, prius cum lachrymis confiteantur, et emendent, quamdiu in vivis ſunt, prouti epiſcopus provinciae iis praeſcripſerit.

XII. Saepe legimus in ſacris libris, non eſſe juſtum, quod aliqua laica uxor impura Dei myſteria in altari Chriſti tractet, nec ſacros libros, nec ſanctuarium, quod conſecrati homines manu verſari debent, quoniam ſanctus Paulus hoc admodum prohibuit.

XIII. Quemlibet ſacerdotem decet noſſe doctrinam, quae ad ſanctum ejus ordinem pertinet, et eam populum docere, et praeparare illum ad Dei judicium, et ad animae ſuae commodum.

dan. ðonne gif ænig swa gerad man on hæmed ðing befealle. andette his scrifte. ⁊ bete swa he him tæce. forþon se hælend cwæþ. beon ge halige forþon ðe ic drihten God ⁊ eower hlaford eom halig:·

V. Þa sacerdas. ⁊ ða diaconas. ⁊ ða Godes ðeowas. ðe hig sylfe nellaþ ne ne magon for Gode ða clænnysse healdan ðe him beboden ys. ascyrige man hig fram ðære ðenunge. ðe clæne men on Godes huse Gode ðenigaþ. ⁊ gif hi ðonne gecyrran ⁊ andettan wyllaþ. beton swa hyra scrift him tæce:·

VI. Soþlice eallunga is forboden on halgum bocum. ælcon bisceop. ⁊ abbode. ⁊ mæssepreoste. ꝥ hig nanes wifmannes neawiste mid him næbbon:· Ge eac swylce ælcon Godes ðeowe ðe on clænnysse Gode ðeowigan scyle. ys forboden. ꝥ he naþor ne his magan ne oþerne wifman for nanes weorces ðingon inne mid him næbbe. ðilæs he ðurh deofles costnunge ðær on gesingige:·

VII. Gif bisceop. oþþe abbod. oþþe mæssepreost. oþþe hwylc Godes ðeow lænþ his feoh to unrihtum gafole. ⁊ ne geman hwæt se hælend cwæþ. ðurh Dauid ðone sealmsceop he cwæþ. ða scylon his wites brucan ðe hyra feoh to nanum unrihtum gafole ne syllaþ. gif hwa ðis abricþ ne biþ he wyrþe ꝥ he husl underfo. ær ðam he hit gebete. swa hit her bufan awriten ys. ꝥ is. ðreo geara fæsten:·

VIII. Nys nanum mæssepreoste alyfed. ne diacone. ꝥ hi gerefan beon ne wicneras ne ymbe nane worldbysgunga abysgode beon. buton mid ðære ðe hig to getitolode beoþ:·

IX. Se riht Godes ðeow. ðe mid Godes ðeowdome abysgod byþ. ne gebyreþ him na to farenne fram stowe to stowe. ne fram huse to huse. wifmannes neawiste gyrnende. butan his lareowes leafe. ðonne gif hwa ðysne gewunan hæbbe geswice ⁊ bete swa his scrift him tæce:·

X. Se munuc ðe hine sylfne Gode behæt. ⁊ ðone halgan regol underfehþ. ne gedafenaþ him na ꝥ he æniges worldlices wyrþmyntes gyrne. oþþe ꝥ abrece. ꝥ he Gode behet. gif he ðis deþ. geswice ⁊ bete swa him bisceop tæce:·

XI. Munuc ⁊ mynecenu ðe Gode sylfum beoþ gehalgode. ⁊ hyra gehat Gode gehatan habbaþ. gif hi ðurh deofles costnunge ꝥ abrecaþ. beon hig ascyrede fram eallum gehadodum mannum. ⁊ gif hig to Gode gecyrran wyllaþ. ðe hig ær wiþ socon andetton. ⁊ beton ða hwyle ðe hig on life beon. swa him ðære scire bisceop tæce:·

XII. Gelomlice we habbaþ geræd on halgum bocum. ꝥ hyt nys riht. ꝥ ænig læwede wif unsyfre Godes geryno on Cristes weofode handligan scyle. ne ða halgan bec. ne ðone haligdom. ðe gehalgode men handligan scylon. forþon seint Paulus hit hæfþ swyþe forboden:·

XIII. Ælcon sacerde gebyraþ. ꝥ he cunne ða lare ðe to his halgan hade belimpþ. ⁊ folc mid læran. ⁊ trymman sceal to Godes rihte. ⁊ to hyra sawle ðearfe:·

XIV. Sona swa seint Augustinus on Engla ðeode fulluht gebroht hæfde. ⁊ Godes ðeowas gehwær gesett. ⁊ geendebyrd hæfde. ða sende he ærend gewrit to Rome to seint Gregorie ðe ða wæs papa. ⁊ bæd hine ꝥ he him sende on gewrite. hu him to donne wære ymbe ða nihtlican besmitennysse ðe for oft mannum on slæpe gelimpþ. hwæþer he ðæs on morgen to husle moste gan oþþe husl halgian. gif he mæssepreost wære. ⁊ he him wislice andswære sende. ⁊ cwæþ. ꝥ ælc Godes ðeow geornlice smeade fram hwylcum ðingum seo nihtlice besmytenys cume. for ðam of ðrym ðingum cymþ ðam slæpendan mode. hwylum for ðære gecyndelican untrumnysse ⁊ tyddernysse. hwylum for oferflowennysse ætes ⁊ drinces. hwylum eac ꝥ se man geþencþ. ⁊ smeaþ on dæg idele ðing. ⁊ unalyfedlice ðonne ꝥ he on dæg ðencþ wacigende ꝥ him becymþ slæpende on niht:· Donne gif hwa besmyten beo on swefne for ðære flæsclican tyddernysse. nah he ðæs geweald. ðingie him georne wiþ God. ⁊ him æt Gode forgyfennysse bidde:· And gif hit gelimpþ for oferflowennysse metes oþþe drinces. he byþ gyltig. ⁊ nys ðeah husl to forbeodanne ne mæsse to singanne. gif he mæssepreost byþ. gif hit oferneod beo. ⁊ ðær oþer sacerd ne beo. ꝥ ða ðenunga forþ do:· Gif ðær ðonne oþer beo. ꝥ ða ðenunga don mæge. betere him is. ꝥ he ðæs dæges hit forga. ⁊ him georne mid his sealm sange. ⁊ mid ælmyssan forgyfennysse bidde:· Gif hit ðonne on ða ðriddan wisan gelymþ. ꝥ se man on dæg geseo. oþþe geþence. oþþe smeage ymbe unalyfedlice ðing. ⁊ idele lufe ðær to nimþ. ⁊ lust bærnysse. ⁊ ðonne ðurh ꝥ ⁊ ðurh deofles hiwunga besmyten biþ on slæpe. nys ðam alyfed husl to nimanne ðæs morgenes ðe him on niht swa gelimpþ. ac he ah ðearfe. ꝥ he andette. ⁊ bete swa him his scrift tæce:·

XIV. Simulac S. Auguſtinus in Anglorum natione baptiſma introduxiſſet, et Dei ſervos ubique conſtituiſſet, et ordinaviſſet, mittebat epiſtolam Romam ad S. Gregorium, qui papa ibi erat, et rogabat eum ut per epiſtolam ipſi mitteret, quid faciendum ſit circa nocturnam pollutionem, quae ſaepe hominibus in ſomno accidit; utrum craſtino die ad euchariſtiam abire, vel euchariſtiam conſecrare poſſit, ſi preſbyter eſſet. Ille etiam ei prudens reſponſum miſit, et dixit, ut quilibet miniſter Dei ſedulo inquirat, de quibus rebus nocturna pollutio oriatur, quoniam ex tribus cauſis ſuboritur animo dormienti; interdum ex naturali infirmitate et imbecillitate, interdum ex ſuperfluitate cibi et potus, interdum etiam cum quis die cogitat et meditatur inania et prohibita, quae cum vigilans die cogitat, haec dormienti noctu obveniunt. Itaque, cum quis in ſomno pollutus ſit ex carnali imbecillitate, non fuit hoc in ejus poteſtate; oret ſedulo ad Deum, et a Deo remiſſionem petat. Et ſi hoc ex ſuperfluitate cibi vel potus oriatur, ſit obnoxius; attamen non eſt ei euchariſtia deneganda, nec miſſae celebratio, ſi preſbyter ſit, ſi maxime neceſſarium ſit, et alius non adſit ſacerdos, qui hoc miniſterium peragat; ſi autem alius adſit, qui hoc miniſterium praeſtare queat, melius ei eſt, ſi eo die hoc omittat, et diligenter pſalmodia et eleemoſynis remiſſionem petat. Si autem tertio modo accidat, quod homo die videat, vel cogitet, vel meditetur rem prohibitam, et noxius amor accidat, et cupido ardens, et tunc per hoc, ac per diaboli ſimulationem polluatur in ſomno, non eſt ei permiſſum euchariſtiam ſumere craſtino die, poſtquam hoc ei acciderit; ſed opus habet illud confiteri et emendare, prouti confeſſarius ejus ipſi praeſcripſerit.

XV. Her segþ. hu se halga apostol Paulus lærþ ælcum mæssepreoste. ðe Godes folce to lare byþ gesette. ꝥ hyra nan ne sandige for nanes mannes ege ne for nanum sceatte. ꝥ hig ne bodigan ælcum men hwæt him sig to donne. ⁊ hwæt to forganne. gif hig sylfe wyllaþ. ꝥ him beo geborgen on domes dæg beforan Gode sylfum:·

XV. Hic dicitur, uti S. apoſtolus Paulus docet quemlibet preſbyterum, qui ad populum Dei docendum conſtitutus eſt, ut nullius eorum parcat ex alicujus hominis timore, nec pro pecunia aliqua, ita ut non praedicet omnibus hominibus, quid illis faciendum, et quid omittendum ſit, ſi ipſe velit eſſe ſalvus in die judicii coram Deo ipſo.

XVI. Ælc mæssepreost sceal beon swa he gehaten is. sacerdos ꝥ is grecisc word. ⁊ ys on leden sacrum dans. ⁊ on urum geþeode halig syllend. he sceal syllan halignysse ðam folce ðe he to lareowe ⁊ to hyrde biþ geset. ꝥ is. ꝥ he sceal halige ðeawas. ⁊ bysena mannum ætywan. warnige hine ꝥ be him ne beo gecweden ꝥ egeslice word. ꝥ se hælend cwæþ be Israhela folces hyrdum. ða he cwæþ. wa eow hyrdum ðæra ewena meolc gebrucon. ⁊ mid hyra wulle ge eow scrydon. ⁊ ða ðe fætte wæron ða gesnidon. ⁊ ða ðe unstrange wæron. ða ge ne gestrangedon. ne ða sann halan ge ne lac ne don. ⁊ ða ðe forbrocene wæron ða ge ne wriþon. ⁊ ða ðe to sceadene wæron ða ge ne sammedon. ⁊ ða forlorenan ða ge ne sohton:· Nu is eall

XVI. Quilibet preſbyter ſit, uti vocatus eſt. Sacerdos eſt vox Graeca, et Latine ſignificat "ſacrum dans;" ipſe ſacrum dare debet populo, cui doctor et paſtor conſtitutus eſt, hoc eſt, ut ſanctos mores et exempla illis oſtendat; admoneat illos, ne de iis dicatur verbum terribile, quod ſalvator dicebat de paſtoribus populi Iſraelis, inquiens: "Vae vobis paſtoribus, qui gregis lacte utimini, et eorum lana vos veſtitis, et cum pingues eſſent, eos diſſecatis, et cum infirmi eſſent, eos non corroboratis, neque aegros medemini, et cum fracti eſſent, eos non reſtituitis, et cum diſperſi eſſent, eos non colligitis, et perſos non quaeritis. Nunc omnis grex meus

ſeditioſus eſt, quoniam non habent paſtorem aliquem, et cibus facti ſunt omnibus beſtiis feris." Omne hoc dicitur de epiſcopis et de preſbyteris, qui Dei populum in die judicii ad judicium ducere debent quemlibet ad portionem, quae ei antea in vita aſſignata erat.

min heorð to sceaceroð. forþon hig næfdon nanne hyrde. ⁊ synd geworðene eallum wildeorum to mete:· Eall ðis is gecweden be biscopum ⁊ be mæssepreostum ðe Godes folc on domesdæg to ðam dome lædan scylon. ælc ðone dæl ðe him ær on life betæht wæs:·

Attamen ſciendum eſt, quomodo hic quartus liber non ſit diviſus in capita, cum priores libri ſunt in capita diviſi; hoc eſt, quoniam hic quartus liber deſumptus eſt ex tribus: ſi quis cito aliquid in tribus [libris] invenire nequit, hoc in quarto invenitur tam de majoribus, quam minoribus rebus, manifeſtius et et quantocyus.

Hyt is ðeah to witanne hwi ðeos feorþe boc sig uncapituloð nu ða ærran bec synt gecapituloð. þ is. forþon ðe ðeos feorþe boc genumen of ðam ðrim. gif hit man raþe ys findan ne mæg on ðam ðrim. hit man fint on ðære feorþan ægðer ge be maran ðingon ge be læsson. openlicor ⁊ hrædlicor:·

SI epiſcopus aliquis hominem occidat, perdat ordinem ſuum, et jejunet duodecim annos; ſeptem in pane et aqua, et quinque [annis] tres dies per hebdomadam, et reliquis utatur cibo ſuo.

GIF hwylc biscop man ofslea. ðolige his hades. ⁊ fæste twelf gear. ða seofon on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða fif ðry dagas on wucan. ⁊ ða oþre bruce his metes:·

Si preſbyter, vel monachus hominem occidat, perdat ordinem ſuum, et jejunet decem annos; quinque cum pane et aqua, et reliquos quinque tribus diebus per hebdomadam, et reliquis cibo ſuo utatur.

Gif mæssepreost. oþþe munuc man ofslea. ðolige his hades. ⁊ fæste tyn gear. ða fif on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða oþre fif ðry dagas on ðære wucan. ⁊ ða oþre bruce his metes:·

Si diaconus hominem occidat, perdat ordinem ſuum, et jejunet ſeptem annos; quatuor cum pane et aqua, et tres [annos] jejunet tribus diebus per hebdomadam, et reliquis cibo ſuo utatur.

Gif diacon man slea. ðolige his hades. ⁊ fæste seofon gear. ða feower on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða ðreo fæste ðry dagas on wucan. ⁊ ða oþre bruce his metes:·

Si clericus hominem occidat, jejunet ſex annos; tres cum pane et aqua, et tres jejunet tribus diebus per ſeptimanam, et reliquis cibo ſuo utatur.

Gif cleric man ofslea. fæste six gear. ða ðreo on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða ðreo fæste ðry dagas on wucan. ⁊ ða oþre bruce his metes:·

Si laicus aliquem occidat, jejunet quinque annos; tres in pane et aqua, et duos jejunet tribus diebus per ſeptimanam, et reliquis cibo ſuo utatur.

Gif læwedeman man ofslea. fæste fif gear. ða ðreo on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða twa fæste ðry dagas on wucan. ⁊ ða oþre bruce his metes:·

Si quis ordinatum hominem occidat, vel cognatum ejus, deſerat patriam, et poſſeſſionem ſuam, et abeat Romam ad papam, et faciat poſtea, prouti papa ei praeſcripſerit,

Gif hwa gehadodne man ofslea. oþþe his neahsitan mæg. forlæte his eard ⁊ his æhta. ⁊ fare to Rome to ðam papan. ⁊ do syþþan swa se papa him tæce:·

Si epiſcopus aliquam fornicationem committat, vel adulteretur, jejunet duodecim annos; preſbyter, et monachus decem annos; et diaconus ſeptem; et clericus ſex annos; et laicus quinque annos, uti hic ſupra de homicidio ſcriptum eſt.

Gif hwylc biscop hæmed ðing drihþ. oþþe ære bricþ. fæste twelf gear. ⁊ mæssepreost ⁊ munuc tyn gear. ⁊ diacon seofon. ⁊ cleric six gear. ⁊ læwedeman fif gear. swa her bufan awryten is be manslihte:·

Si aliquis ordinatus, epiſcopus, vel preſbyter, vel monachus, vel diaconus conſortem ſuam habuerit, antequam ordinatus eſſet, et eam ex amore Dei deſerat, et ordinem ſuſcipiat, et deinde per fornicationem invicem conjungatur, quilibet jejunet juxta ordinem ſuum, uti ſupra de homicidio ſcriptum eſt.

Gif hwylc gehadod man. biscop oþþe mæssepreost. oþþe munuc oþþe diacon his gemæccan hæfde. ær he gehadod wære. ⁊ ða for Godes lufon hig forlet. ⁊ to hade feng. ⁊ hig ðonne eft syþþan togædere hwyrfdon ðurh hæmed ðing. fæste ælc be his endebyrdnysse. swa hit bufan awriten ys be manslihte:·

Si quis cum moniali fornicetur, quae Deo ipſi in ſponſam deſponſata eſt, ſi ſit epiſcopus, jejunet duodecim annos; ſeptem cum pane et aqua, et quinque [annis] tres dies per hebdomadam in pane et aqua, et reliquos utatur cibo ſuo, excepta carne ſola; et quilibet juxta ordinem ſuum jejunet, ſimiliter uti hic ſupra de homicidio dictum eſt. Et monialis jejunet de-

Gif hwa hæme wiþ mynecyne ðe Gode sylfum beweddod biþ to bryde. gif hit biscop biþ. fæste twelf gear. ða seofon on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða fif fæste ðry dagas on ðære wucan on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða oþre bruce his metes butan flæsce anum. ⁊ fæste ælc be his endebyrdnysse. eall swa her bufan awriten ys be manslihte. ⁊ seo mynecynu

necynu

neátum. fæste tyn gear, eall swa her beforan be mæssepreostum awriten ys.

Gif hwylc man wolde hæman wiþ mynecyne, ⁊ heo geþafigan nolde, fæste an gear for ðam unrihtan willan on hlafe ⁊ on wætere.

Gif hwa wolde hæman wiþ oþres mannes rihtæwe, ⁊ heo geþafigan nolde, fæste for his unrihtan willan ðreo lengtenu, foran to middan sumera ⁊ oþer foran to hærfestes emnihte, ⁊ ðridde to middan wintra.

Gif hwa wille wiþ wifman unrihtlice hæman, ⁊ heo geþafigan nelle, fæste feowertig daga ⁊ feowertig nihta on hlafe ⁊ on wætere.

Gif hwylc man reafige oþerne æt his dohter, bete wiþ ða frynd, ⁊ fæste hyra ægþer an gear on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða oþre dagas brucon hyra metes buton flæsce ⁊ nime hig syððan on æwe gif ða frynd wyllaþ.

Gif hwylcne man deoful to ðam swyþe underfangen hæbbe, þ he wiþ nytenu hæme, andette hit his scrifte, ⁊ fæste fiftyne gear, ða seofon on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða seofon fæste ælce geare ðreo lengtenu on hlafe ⁊ on wætere, an lengten ær Eastron, ⁊ oþer ofer Pentecosten, ⁊ ðridde ær middan wintra. ⁊ fæste symle Wodnesdagum ⁊ Frigedagum ða hwile ðe he lybbe.

Gif hwa on gewunan hæbbe þ he hine sylfne besmite his agenes willes, fæste ðreo gear, on ælcon ðæra geara ðreo lengtenu on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða oþre dagas forgange ælce dæge flæsc, buton Sunnondæge anum.

Gif ænig man oþerne mid wiccecræfte fordo, fæste seofon gear, feower on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða ðreo ðry dagas on wucan on hlafe ⁊ on wætere.

Gif hwa drife stacan on ænigne man, fæste ðreo gear on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða twa fæste on wucan ðry dagas on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ gif se man for ðære stacunge dead biþ, ðonne fæste he seofon gear, eall swa hit her buforan awriten ys.

Gif hwa wiccige ymbe æniges mannes lufe, ⁊ him on ete sylle, oþþe on drince, oþþe on æniges cynnes galdorcræftum, þ hyra lufu forþon ðe mare beon scyle, gif hit læwede man do, fæste healf gear Wodnesdagum ⁊ Frigedagum on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða oþre dagas bruce he his metes buton flæsce anum. Gif hit biþ cleric, fæste an gear twegen dagas on wucan on hlafe ⁊ on wætere. Gif hit beo mæssepreost, fæste fif gear, þ an on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða feower ælce Frigedæg on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ælce ðæra oþra daga forgange flæsces.

Gif hwa hlytas oþþe hwatunga bega, oþþe his wæccan æt ænigum wylle hæbbe, oþþe æt ænigre oþre gesceafte buton æt Godes cyrican, fæste he ðreo gear, þ an on hlafe ⁊ on wætere, ⁊ ða twa Wodnesdagum ⁊ Fri-

cem annos, omnino uti ſupra de presbyteri ſcriptum eſt.

Si quis cum moniali fornicari vellet, et ea conſentire nollet, jejunet unum annum pro illa injuſta voluntate in pane et aqua.

Si quis cum alterius legitima uxore fornicari vellet, et ipſa conſentire nollet, jejunet pro injuſta ſua voluntate tres Quadrageſimas; primam ad mediam æſtatem, ſecundam ad æquinoctium autumnale, et tertiam ad natale Domini.

Si quis cum foemina fornicari velit, et ea conſentire nolit, jejunet quadraginta dies et quadraginta noctes in pane et aqua.

Si quis alterum filia ſua ſpoliet, compenſet apud amicos, et jejunet quilibet eorum annum unum in pane et aqua, et reliquos dies cibo ſuo utantur, excepta carne; et ſumat eam deinde in uxorem, ſi amici velint.

Si aliquem diabolus adeo obſederit, ut cum mutis beſtiis coeat, confiteatur confeſſario ſuo, et jejunet quindecim annos; ſeptem in pane et aqua, et ſeptem quolibet anno jejunet tres Quadrageſimas in pane et aqua; unam Quadrageſimam ante Paſcha, et ſecundam poſt Pentecoſten, et tertiam ante natale Domini; et ſemper jejunet diebus Mercurii et Veneris, quamdiu vixerit.

Si quis conſuetudinem habeat ſeipſum ſua ſponte polluere, jejunet triennium; quolibet horum annorum tres Quadrageſimas in pane et aqua, et reliquos dies omittat quotidie carnem, exceptis dominicis diebus ſolis.

Si aliquis alterum incantationibus perdat, jejunet ſeptem annos; quatuor in pane et aqua, et tres tribus diebus per hebdomadam in pane et in aqua.

Si quis [n] fuſte percutiat aliquem, jejunet tres annos in pane et aqua, et duos jejunet tribus diebus per hebdomadam in pane et in aqua; et ſi homo ex fuſtibus moriatur, jejunet ſeptem annos, omnino uti hic ſupra ſcriptum eſt.

Si quis incantationibus utatur ad alicujus amorem ſibi conciliandum, et ei in cibo, vel in potu, vel in alicujus generis incantationibus tradat, ut amor illius exinde augeatur; ſi hoc laicus faciat, jejunet dimidium anni diebus Mercurii et Veneris in pane et in aqua; et aliis diebus utatur cibo ſuo, excepta carne ſola. Si ſit clericus, jejunet unum annum, duobus diebus per hebdomadam in pane et in aqua, et reliquis diebus a carne abſtineat. Si ſit presbyter, jejunet quinque annos; unum in pane et aqua, et quatuor quolibet die Veneris in pane et aqua, et quolibet alio die a carne abſtineat.

Si quis ſortilegium vel divinationem adhibeat, vel vigilias ſuas ad aliquod torrens, vel ad aliam aliquam creaturam praeterquam ad Dei eccleſiam faciat, jejunet tres annos; unum in pane et aqua, et duos diebus Mercurii et Veneris

[n] Q[illegible]

in pane et aqua; et reliquis diebus utatur cibo ſuo, excepta carne ſola.

Uxor eodem modo obnoxia ſit, ſi cum aliquibus incantationibus procreat infantem, vel [eum] ad compita et per terram trahit: omne hoc magnus eſt paganiſmus.

Si uxor quaedam potu ſuo infantem in ſeipſa ſua ſponte perdat, vel aliquibus rebus eum corrumpat, jejunet ſeptem annos; tres in pane et aqua, et reliquos utatur cibo ſuo, excepta carne ſola.

Si quis laicus alium vulneret, compenſet ei vulnus, et ſolvat pro medicamentis, et jejunet unam Quadrageſimam ante natale Domini in pane et aqua.

Si quis clericum vulneret, jejunet duas Quadrageſimas; unam ante mediam aeſtatem, et aliam ante natale Domini, ſecundo ſemper die in pane et aqua.

Si quis Dei eccleſiam infringat furti cauſa, reddat furtum, et jejunet ſeptem annos, prouti hic ſupra ſcriptum eſt de homicidio.

Si quis furetur cibum vel pannum, et fames ac nuditas ipſum ad hoc coegerit, jejunet tres hebdomadas in pane et aqua; ſi autem furtum reddere poſſit, non cogatur ad jejunium, ſed ex amore Dei ipſi remiſſio detur.

Si quis chriſtianus infantem ſuum vel proximi ſui pro aliquo pretio vendiderit, non habeat conſortium aliquod cum chriſtianis, antequam eum e ſervitute redemerit; ſi autem ipſum obtinere nequeat, tradat tantum pecuniae, quantum prius per ipſum acceperat, et redimat eum e ſervitute, ac liberet illum, et jejunet ſeptem ſeptimanas in pane et aqua: et ſi facultates non habeat, ut eum redimere poſſit, jejunet octo et viginti hebdomadas in pane et aqua.

Si quis ſanguinem vel carnem mortuam edat, et hoc ex neceſſitate uon faciat, jejunet duodecim hebdomadas, ſecundo ſemper die in pane et aqua.

Si quis ſagitta feram tetigerit, et ea tamen aufugerit, et poſt tertium diem mortua inveniatur, et canis, vel lupus, vel vulpes, vel urſus, vel alius generis fera eam aggreſſa ſit, non tangat illam aliquis chriſtianus.

Si lupus alicujus generis pecus dilaceret, et illud exinde moriatur, non tangat illud ullus chriſtianus; ſi quis autem hoc fecerit, jejunet quatuor hebdomadas in pane et aqua: ſi vixerit, et deinde occidatur, utantur eo cum venia.

Si fera quaedam in rete ſit ſuffocata, non eſt ulli permiſſum ea uti; ſi quis illa utatur, jejunet quatuor hebdomadas, ſecundo ſemper die in pane et in aqua.

Si quis piſcem mortuum in piſcina inveniat, et eum edat, jejunet quatuor hebdomadas diebus Mercurii et Veneris in pane et aqua, et reliquis diebus a carne abſtineat; et ſi quis in flumine mortuum piſcem inveniat, edatur.

Si quis ordinatus ad venationem abeat, ſi ſit clericus, abſtineat duodecim menſes a carne;

gedagum on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða oþre dagas bruce his metes. buton flæsce anum:·

Wifman beo ðæs ylcan wyrþe. gif heo tilaþ hire cilde mid ænigum wiccecræfte. oþþe æt wega gelæton. ⁊ ðurh ða eorþan tihþ. eala þæt ys mycel hæðenscype:·

Gif hwylc wif mid hire drince hire bearn on hire sylfre fordo hire agenes willes. oþþe mid ænigum ðingum hyt amyrre. fæste heo seofon gear. ða ðreo on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða oþre bruce his metes. buton flæsce anum:·

Gif hwylc læwedeman oþerne wundige. gebete wiþ hine ða wunde. ⁊ begyte him ða lacnunge. ⁊ fæste an lengten foran to middan wintra on hlafe ⁊ on wætere:·

Gif hwylc clericman gewundige. fæste twa lengtenu. an to foran middan sumera. ⁊ oþer foran to middan wintra. a on oþerne dæg on hlafe ⁊ on wætere:·

Gif hwa Godes cyricean brece for stale. agyfe ða stale. ⁊ fæste seofon gear. swa hit her bufan awriten ys be manslihte:·

Gif hwylc man stele mete oþþe claþas. ⁊ hine hungor oþþe næced to drife. fæste ðreo wucan on hlafe ⁊ on wætere. gif he ðonne ða stale agyfan mæge ne neadige hine man to fæstanne. ac do him man forgifnysse for Godes lufon.

Gif hwylc cristen man his agen bearn. oþþe his nehstan mæg wiþ ænigum wurþe sylle. næbbe he nanne gemanan mid cristenum mannum ær he hine alysed hæbbe of ðam ðeowdome. gif he ðonne hine begytan ne mæge. dæle swa mycel feoh for hyne swa he ær mid him nam. ⁊ alyse oþerne of ðeowdome. ⁊ freoge ðone. ⁊ fæste seofon wucan on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ gif he ðær gestreones næbbe þæt he alysan mæge. fæste ðonne eahta ⁊ twentig wucena on hlafe ⁊ on wætere:·

Gif hwa blod ete. oþþe styrfig flæsc. ⁊ he hit for neode ne do. fæste twelf wucan a oþerne dæg on hlafe ⁊ on wætere:·

Gif hwylc man mid arwan deor ofsceote. ⁊ hit ðeah ær berste. ⁊ hit man ðonne ymbe ðreo niht dead finde. ⁊ ðær hund. oþþe wulf. oþþe fox. oþþe bera on befangen hæbbe. oþþe ænig oþer deorcyn. ne anbite his nan cristen man:·

Gif wulf æniges cynnes orf to slite. ⁊ hit for ðon dead beo. ne onbite his nan cristen man. gif hit ðonne hwa do. fæste feower wucan on hlafe ⁊ on wætere. gif hit alyfaþ. ⁊ hit man syþþan ofslyhþ. bruce his man syþþan beleafe:·

Gif hwylc deor byþ on nette awyrged. nis hit nanum men alyfed to brucanne. gif his hwa bruce. fæste feower wucan a oþerne dæg on hlafe ⁊ on wætere:·

Gif hwa finde deadne fisc on fiscpole. ⁊ he his bruce. fæste feower wucan Wodnesdagum ⁊ Frigedagum on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða oþre dagas forga flæsc. ⁊ gif man on ea deadne fisc fint. bruce his man:·

Gif hwylc gehadod man on huntaþ fare. gif hit beo cleric forga twelf monaþ flæsc.

diacon

diacon twa gear. mæssepreost þreo. ⁊ biscop seofon:·

Gif hwylc biscop. oþþe ænig gehadod man hine oft wacollice oferdrince. oþþe he ðæs geswice. oþþe his hades dolige. is munuc for oferdruncennysse spiwe. fæste ðrittig daga:·

Gif mæssepreost oþþe diacon for oferdruncennysse spiwe. fæste feowertig daga. gif læwedeman þurh gelyfed for oferdruncennysse spiwþ. fæste feowertig daga. se ðe ðurh facen oðerne oferdrenceþ. fæste feowertig daga:·

Gif mus on wætan befealle do hig man aweg. ⁊ sprenge mid halig wætere. ⁊ gif heo cwicu sig. ðicge man ðone wætan. gif heo ðonne dead sig. geote hit man ut. ⁊ ðwea þ fæt:·

Eft hit cwyþ on oþre stowe. gif ðær mete mycel sig æt gaderne. stregde man hit mid halig wætere. ⁊ ðicge gif hit ðearf sig. ⁊ þ ðonne for neod ðearfe:·

On ðære fiftan cneowysse geleafe men hig moton gesamnigan ⁊ on ðære feorþan. gif hig gemette sin. ne sceade hi man. æt ðam ðriddan cneowe sceade hi man:·

Wif on hire monaþ adle cyrcean ne sece. ne to husle ne ga. nawþer ne nunne ne læwedewif. ⁊ gif hig hyt don. fæste twentig daga:·

Se ðe awiht ðicge ðær ðe hund oþþe mus oþþe wesle awidlige oþþe of ete. ⁊ he hit wite singe C. sealma. gif he hit nyte. singe fiftig sealma:·

Gif hwa on his gymeleaste husl forleose. fæste ðreo lengtenu ælce Frigedæg on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða oþre dagas bruce his metes butan flæsce:·

Gif seo unhalgod on eorþan fealle for gymeleaste. singe fiftig sealma:·

Se ðe forgymeleasige gehalgod husl on ðam þ hit to lange lege þ him sig unwyrþnys on. oþþe hit nabbe his hiw. fæste feowertig daga:·

Gif man husl aspiwe for druncennysse. oþþe for oferfylle. fæste feowertig daga:·

Gif he for untrumnysse his husl aspiwe. fæste seofon dagas. oþþe twa saltera singe:·

Gif man husl wyrpe on fyr oþþe on streame. ðonne hit molsaþ to ðicgenne. singe C. sealma:·

Gif hund ðone spiwe þan frete. fæste he an hund daga. gif he hit nyste. fæste feowertig daga:·

Gif hwylc husl ðe biþ unwyrþe. oþþe on ylde. forbærne man hit:·

Gif mus ete husl forgymeleaste ðæs ðe hit healdan sceolde. fæste feowertig daga. se ðe husles ænigne dæl forleose. fæste twentig daga.

Se ðe on folces gewitnysse his crysman forleose. ⁊ hine eft ne finde. fæste ðreo lengten. oþþe an gear:·

Se ðe his calic ageote amang his mæssan. fæste ðrittig daga:·

diaconus duos annos; preſbyter tres; epiſcopus ſeptem.

Si epiſcopus aliquis, vel ordinatus ſemet ipſe conſulto inebrietur; vel ab hoc deſinat, vel ordinem ſuum perdat: ſi monachus, ex ... ebrietate vomat, jejunet triginta dies.

Si preſbyter, vel diaconus ex ebrietate vomat, jejunet quadraginta dies; ſi laicus, ... ex ebrietate vomat, jejunet quadraginta dies; ſi per fraudem alium inebriet, jejunet quadraginta dies.

Si mus in aquam ceciderit, extrahatur, et ſpargatur cum aqua conſecrata, et ſi vivus ſit, vendatur aqua; ſi autem in ea mortuus ſit, effundatur, et vas lavetur.

Deinde dictum eſt in alio loco, ſi [ibi] multum cibi ſit collectum, ſpargatur aqua conſecrata, et vendatur [cibus] ſi neceſſe ſit, et quis eo admodum indigeat.

In quinta generatione fideles ſe conjungere poſſunt; et in quarta, ſi inveniantur, non ſeparentur; in tertia generatione ſeparentur.

Mulier in conſuetudine ſua menſtrua eccleſiam non adeat, nec euchariſtiam accipiat; nec monialis; nec mulier laica; et ſi hoc fecerit, jejunet viginti dies.

Si quis aliquid vendat, quod canis vel mus vel muſtela violavit, vel edere incepit, et ipſe hoc ſciat, cantet centum pſalmos; ſi neſciat, cantet quinquaginta pſalmos.

Si quis ex incuria ſua euchariſtiam perdat, jejunet tres Quadrageſimas quolibet die Veneris in pane et aqua; et reliquis diebus utatur cibo ſuo, praeter carnem.

Si ea non conſecrata ex incuria in terram cadat, cantet quinquaginta pſalmos.

Si quis negligat conſecratam euchariſtiam, ut nimis diu ſervetur, et aliqua impuritas in ea ſit, vel non habet formam ſuam, jejunet quadraginta dies.

Si quis hoſtiam evomat ex ebrietate vel ex luxurie, jejunet quadraginta dies.

Si quis ex infirmitate euchariſtiam evomat, jejunet ſeptem dies, vel duo pſalteria cantet.

Si quis hoſtiam in ignem projiciat, vel in flumen, ut putrefiat [p] ad comedendum, cantet centum pſalmos.

Si canis alicujus vomitum devoret, jejunet [vomens] centum diebus; ſi hoc neſciret, jejunet quadraginta diebus.

Si hoſtia quaedam impura vel nimis vetuſta ſit, comburatur.

Si mus edat hoſtiam ex incuria ejus, qui illam conſervare deberet, jejunet quadraginta dies; qui hoſtiae aliquam partem perdat, jejunet viginti dies.

Qui in teſtimonio populi chriſma ſuum perdit, et illud deinde non inveniat, jejunet tres Quadrageſimas vel unum annum.

Qui calicem inter miſſam ſuam effundat, jejunet triginta dies.

[o] Saxon. [illegible] requirit. [p] [illegible]

Qui

Qui comederit, antequam ad euchariſtiam eat, et poſtea euchariſtiam comedat, jejunet ſeptem dies.

Si maritus et uxor in matrimonio conjuncti eſſent, et alter eorum Dei miniſter eſſe velit, et alter nolit; vel alter horum ſit infirmus, alter ſanus; cum mutuo conſenſu tamen, ſi velint, ſeparari poſſunt, et hoc ſit cum teſtimonio epiſcopi.

Dei miniſter, qui in ſomno pollutus eſt, ſurgat, et cantet ſeptem pſalmos, et flectat genu ſuum ad terram in cujuſlibet verſiculi fine, et jejunet craſtino die in pane et aqua; vel cantet triginta eorum pſalmorum, qui optimi ei videntur, et in cujuſlibet verſiculi fine genua ſua ad terram flectat.

Si ſus, vel gallina, vel alicujus generis animal de corpore hominis edat, vel ſanguinem ejus bibat, occidatur animal, et detur canibus.

Si quis alterius domum comburat, jejunet tres annos, ſecundo ſemper die in pane et aqua; et reliquos dies jejunet contra, et a carne abſtineat.

Si alicujus generis animal in foſſam aquae cadat, et mortuum ibi inveniatur, purgetur fovea illa, et ſpargatur in ea aqua conſecrata; et ſi quis de ea guſtet antequam foſſa conſecrata ſit, jejunet unam ſeptimanam in pane et aqua; ſi hoc neſciret, jejunet unum diem in pane et aqua.

Si quis propter infirmitatem ſuam vel mollitiem, jejunium et ſeveritatem hanc ſufferre nequit, quam confeſſarius ei praeſcribit, ei permiſſum eſt, jejunium ſuum redimere cum pietate, et cum facultatibus mundi; hoc eſt igitur, ſi quis ſit dives, det pro duodecim menſium jejunio triginta ſolidos; ſi non adeo dives ſit, tunc ſolvat viginti ſolidos; ſi nec adeo dives ſit, det decem ſolidos. Si autem pauper ſit, ut nec decem habeat, det tres ſolidos, quoniam dives facilius tradere poteſt triginta ſolidos, quam pauper tres: verus ſolidus ſit ſemper duodecim obolorum. Hujus generis eleemoſynae in tres partes dividendae ſunt; una eſt, quae altari Dei imponatur; altera, qua homines ex ſervitute redimuntur; et tertia deinde ſervetur, ut eccleſiaſticis neceſſitatibus diſtribuatur.

Unius diei jejunium uno obolo redimi poteſt, vel ducentis pſalmis, et alio modo, quis cantet " Miſerere mei Deus " duodecies, et duodecim " Pater noſter," et in cujuſlibet verſiculi fine in terram ſe proſternat coram altari Dei; et ſi quis pſalmodiam neſciat, tunc pro unius diei jejunio cantet quinquaginta " Pater noſter," et toties ſe in terram proſternat. Et ſeptem annorum jejunium in duodecim menſibus quis redimere poteſt, ſi quolibet die cantet pſalterium, et aliud noctu, et quinquaginta [pſalmos] veſperi.

Cum una miſſa ſeptem dierum jejunium redimi poteſt; et cum decem [miſſis] quatuor menſium jejunium redimi poteſt; et cum viginti miſſis ſeptem menſium jejunium redimi po-

ðe ðe ete ærþam ðe he to husle ga. ⁊ æfter ðam ꝥ husl ðicge. fæste seofon dagas:·

Ƿer ⁊ ƿif ða ðe him geþeodde ƿæron on hæmede. gif ðær ƿyle oþer Godes ðeoƿa beon ⁊ oþer nele. oþþe hyra oþer byþ untrum oþer hal. sƿa ðeah be hyra begra geþafunge hig dælon hig. gif hig ƿyllon. ⁊ ꝥ beo be bisceopes geƿitnysse:·

Se Godes ðeoƿ ðe on slæpe besmyten byþ arise. ⁊ singe seofon sealmas. ⁊ bige his cneoƿ to eorþan æt ælces fersses ende. ⁊ fæste ðæs on morgen on hlafe ⁊ on ƿætere. oþþe singe ðrittig ðæra sealma ðe him betste ðingcon. ⁊ æt ælces fersses ende bigge his cneoƿu to eorþan:·

Gif sƿyn oþþe hennu oþþe æniges cynnes yrfe ete of mannes lichaman. oþþe his blod drynce. slea man ꝥ yrfe. ⁊ sylle hundum:·

Gif hƿa bærne oþres hus. fæste ðreo gear a oþerne dæg on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða oþre dagas fæste togeanes. ⁊ forga flæsc:·

Gif æniges cynnes yrfe fealle on ƿæter pyt. ⁊ hit man ðæron dead finde. feormige man ðone pyt clæne. ⁊ stregde ðæron halig ƿæter. ⁊ gif hƿa his onbyrige ær se pyt gehalgod sig. fæste ane ƿucan on hlafe ⁊ on ƿætere. gif he hit nyste. fæste anne dæg on hlafe ⁊ on ƿætere.

Gif hƿa for his untrumnysse. oþþe for his hnescnysse ꝥ fæsten. ⁊ ða stiðnysse aberan ne mæg ðe his scrift him tæcþ. him ys alyfed ꝥ he mot his fæstan alysan mid godcundnysse. ⁊ mid his ƿoruld æhton. ꝥ is ðonne. gif he byþ ƿelig sylle for tƿelf monþa fæstene triginta ſolidos. ꝥ is on ure geþeode ðrittig scillinga:· Gif hine to sƿa mycelum ne on hagige. ðonne sylle he tƿentig scillinga:· Gif hine ðonne to sƿa mycelum ne on hagige. sylle tyn scillingas:· Gif hit ðonne ðearfigende mann beo ꝥ him to tyn ne on hagige. sylle ðreo scillingas forþon se ƿelega mæg eaþor syllan ðrittig scillinga ðonne se ƿædla ðry. se riht scylling byþ a be tƿelf penegum. sƿa gerade ælmyssan man sceal on ðreo ƿisan dælan. an ys ꝥ hig man uppan Godes ƿeofod legte. oþer ꝥ man gebicge man of ðeoƿdome. ⁊ hine syþþan gefreoge. ðrydde ꝥ hig man Godes ðearfum dæle:·

An dæges fæsten man mæg mid anum penige alysan. oþþe mid ðƿam hund sealmum. ⁊ on oþre ƿisan singe miſerere mei Deus tƿelf siþon. ⁊ tƿelf Pater noſter. ⁊ æt ælces fersses ende hine on eorþan astrecce ætforan Godes ƿeofode. ⁊ gif se man sealmsang ne cunne. ðonne singe he for anes dæges fæsten fyftig Pater noſter. ⁊ sƿa oft hine on eorþan astrecce. ⁊ seofon ƿintra fæsten man mæg on tƿelf monþum alysan. gif he ælce dæg asingeþ saltere. ⁊ oþerne on niht. ⁊ an fiftig on æfen:·

Mid anre mæssan man mæg alysan seofon daga fæsten. ⁊ mid tyn man mæg alysan feoƿer monþa fæsten. ⁊ mid tƿentig mæssan man mæg alysan seofon monþa fæsten. ⁊ mid

⁊ mid ðrittig mæssan man mæg alysan twelf monða fæsten. Gif he wyle mid soðre Godes lufe him sylfum ðingian. on halgum gewritum ys gesæd. ꝥ se ælmihtiga God ðurh twelf ðing syleþ mannum forgyfennysse his synna. seo ærryste synna forgyfennys ys. ðurh fulwihtes bæþ. seo æftere forgyfennys ys ðurh Godes lufu ⁊ manna. ꝥ gehwa lufige God of ealre heortan ⁊ ðonne his nehstan. ꝥ ys ælc cristen man. swa hine sylfne. seo ðrydde forgyfennys ys ðurh ælmyssan sylene. forðon hit ys awriten. ꝥ eall swa man mid wætere fyr adwæsceþ swa adilegaþ seo ælmyssa ðæs mannes synna. seo feorþe forgyfennys ys ðurh sealmsang ⁊ teara agotennys. ꝥ gehwa for his synnum hreowsige. ⁊ wepe swa gehwa deþ for his freondes forþsiþe. seo fifte forgyfennys ys ðurh synna andetnysse ꝥ gehwa his synna andette his scrifte. ⁊ him his digolnysse onwreo. ⁊ syþþan bete swa he him tæce. seo sixte forgyfennys ys ꝥ gehwa for Godes lufon. ⁊ for his sawle ðearfe winne wiþ his lichaman unriht lustas ⁊ hine sylfne. swa gewylde mid fæstene ⁊ mid oþrum mægene ꝥ se inra man ꝥ is seo sawl beo for Gode gehealden. seo seofonde forgyfennys ys. ꝥ gehwa his æhta ⁊ his bearn ⁊ his eard forlæte for Godes lufon. ⁊ on ælþeodignysse fare. ⁊ ðær hys lif geendige. seo eahtoþe forgyfennys ys. ꝥ se man of ðis life fare to wite. ⁊ his frynd ðonne ðe on his life beoþ hine magon alysan. ⁊ him forgyfennysse æt Gode geearnigan mid godcundum ðeowdome. ⁊ mid hyra worold æhton. seo nigoþe forgyfennys ys mildheortnys ⁊ God geleafa. seo teoþe forgyfennys ys ꝥ man oþerne gehwyrfe fram his synnum to Godes wyllan. seo endlyfte forgyfennys ys. ꝥ gehwa for Godes lufon forgyfe ðæs mannes gyltas ðe wiþ hine agylton. forþon se hælend cwæþ on his godspelle. forgyfaþ ⁊ eow byþ forgyfen. seo twelfte forgyfennys ys martyr had swa ðam sceaþan gewearþ æt drihtnes ðrowunge. ða se hælend him to cwæþ. soþ is. ꝥ ic ðe secge. nu to dæg ðu byst mid me on mines fæder rice.

Ðys syndon ða godcundan bebodu ðe we sceolon healdan. ꝥ ys ærest seo soþe lufu Godes ⁊ manna. ⁊ clænnysse. ⁊ fæsten ⁊ soþfæstnysse. ⁊ beon eaþmode. ⁊ gemetfæste. ⁊ fremsume. ⁊ geþyldige. ⁊ manþwære. ⁊ cumliþe. ⁊ ælmys fulle. ⁊ halig wæccan. ⁊ beon mildheorte. ⁊ gesybsume. ⁊ ðas ðing we sceolon forgan. ꝥ ys oferhyd. ⁊ gytsunge. ⁊ æfest. ⁊ ydelne gylp. ⁊ stala. ⁊ reaflac. ⁊ unriht hæmed. ⁊ oferdruncennys. ⁊ morþor. ⁊ mæneaþas. ⁊ leasunga. ⁊ wyrignyssa. ⁊ gecyd:· Ðeostiþ cymþ ymbe twelf monaþ. ꝥ ælc man sceal his scrift gesprecan. ⁊ be his scriftes leafan on his fæsten fon. ⁊ Gode ⁊ his scrifte his gyltas andettan ða ðe he geworhte. oþþe on manslihte. oþþe on morþre. oþþe on unriht hæmede. oþþe on ænigum ðara ðinga ðe man wiþ God agyltan mæg. ðonne hafa ðu rihtne geleafan to Gode. ⁊ to ðysse

teſt; et cum triginta miſſis duodecim menſium jejunium redimi poteſt. Si quis cum vero Dei amore pro ſeipſo intercedere velit, in ſacris ſcripturis dictum eſt, quod omnipotens Deus duodecim modis hominibus dat remiſſionem peccatorum. Prima remiſſio peccatorum eſt per lavacrum baptiſmi. Secunda remiſſio eſt per Dei et hominum amorem; ut quis diligat Deum ex toto corde, et tunc proximum ſuum, hoc eſt, quemlibet chriſtianum, uti ſeipſum. Tertia remiſſio eſt per diſtributionem eleemoſynarum; quoniam ſcriptum eſt, quod ſicuti cum aqua ignis extinguitur, ita eleemoſyna delet hominum peccata. Quarta remiſſio eſt per pſalmodiam et lachrymarum effuſionem; ut qui peccatorum ſuorum poenitentiam agat, et fleat, prouti quis facit propter amici ſui obitum. Quinta remiſſio eſt, per confeſſionem peccatorum; ut quis peccata ſua confiteatur confeſſario ſuo, et ei ſecreta ſua revelet, et deinde compenſet, prouti ipſi praeſcripſerit. Sexta remiſſio eſt, ut quis ex amore Dei, et propter animae ſuae ſalutem, corporis ſui injuſtas cupiditates ſuperet, et ſe ipſum adeo ſubjuget per jejunium et per alias virtutes, ut homo interior, hoc eſt anima, pro pia habeatur. Septima remiſſio eſt, ut quis poſſeſſionem ſuam, et infantes ſuos, ac patriam ſuam ex amore Dei deſerat, et in terram externam abeat, et ibi vitam ſuam finiat. Octava remiſſio eſt, cum quis ex hac vita decedit per ſupplicium; et amici ipſius, cum in vivis eſſet, eum redimere poſſunt, et ipſi remiſſionem apud Deum obtinere per pia ſervitia, et per poſſeſſiones ſuas mundanas. Nona remiſſio eſt miſericordia, et bona fides. Decima remiſſio eſt, cum aliquem a peccatis ſuis ad Dei voluntatem convertimus. Undecima remiſſio eſt ut quis ex amore Dei remittat iis omnia delicta, qui in eum deliquerunt, quoniam Salvator in evangelio ſuo dixit: "Remittite, et remittetur vobis." Duodecima remiſſio eſt martyrium, uti fiebat latroni ante paſſionem Domini, cum Salvator ipſi diceret: "Verum eſt, quod tibi dico, nunc hodie tu eris mecum in patris mei regno."

Haec ſunt divina praecepta, quae nobis obſervanda ſunt; hoc eſt, primo verus Dei et hominum amor, et caſtitas, et jejunium, et conſtantia: et ſimus humiles, et moderati, et benigni, et patientes, et manſueti, et liberales et eleemoſynarum ac ſanctitatis [illegible] pleni, et ſimus miſericordes, et pacifici; et haec omittamus, nempe ſuperbiam, et avaritiam, et invidiam, et vanam gloriam, et furtum, et rapinam, et fornicationem, et crapulam, et homicidium, et perjuria, et mendacium, et maledictum, et controverſiam. Tempus ſervitiorum quovis anno advenit, ut quilibet cum confeſſario ſuo loquatur, et cum confeſſarii ſui venia jejunium ſuum ordiatur, et Deo ac confeſſario ſuo delicta ſua confiteatur, quae perpetravit; vel homicidium, vel occiſionem hominis, vel fornicationem, vel ullum aliquod eorum, quae adverſus Deum delinquere poſſumus: deinde habeas [O homo!] veram fidem erga Deum, et de-

voto hoc tempore diligenter ores (quoniam ſcis, quid feceris) cum jejuniis tuis, et cum eleemoſynis tuis, et cum precibus tuis, quas quam optime noris; et quovis die dominico ad eccleſiam venias, et ibi diligenter pro teipſo ores, et pro omni populo baptizato, et pro confeſſario, et tunc pro nobis omnibus oraveris. Dilecte mi, ego te doceo, ut cogites, quomodo in hunc mundum progenitus fueris; et quomodo, et quid tu mundo huic mutuo des; et quomodo corpus ac anima tua ſeparanda ſint; et poſtea in quo commorationis loco anima tua expectare debeat diem judicii; et etiam tempus cum anima et corpus tuum congreganda ſunt, et deinde ad Dei judicium ducenda: et tum tu, ac quilibet homo pro operibus ſuis juſte compenſabitur et accipiet a judicio illo; et deinde cum anima et corpore obtinebit vitam aeternam, vel aeternam mortem, prouti antea deliqueris, tam vitam aeternam, quam infinitam poenam. Tunc cum mane primum ſurrexeris, ſigna te quam diligentiſſime, et Deum ora; cum cubitum te contuleris, idem; ut tibi per Deum peccata tua remittat, et poſt moſt mortem aeternam quietem et miſericordiam ſuam det. Agedum, dilecte mi, cogita, quid parentes noſtri antea fuerint, et quales nos nunc ſimus; vel quinam illorum nunc appareant, qui ante centum annos pulvere terrae obtegebantur; quales nos mox futuri ſumus,cum anima ex corpore exceſſerit. Agedum, chare mi, quandoquidem Deus nobis [tempus] concedit, caveamus nobis a peccatis et a vitiis illis, quae diabolus nobis ſuggerit: omnis furor venit a diabolo, et omnis controverſia, et omne infortunium. Agedum ergo reſiſtamus ei, et mitigemus animum noſtrum, et imploremus Dei miſericordiam et auxilium ejus, ut praecepta ipſius obſervare poſſimus. Agedum frequentemus eccleſias noſtras diebus Solis et feſtis, et ſaepe inter haec tempora, quo ſaepius eo melius, et caveamus nobis ab invidia, et ab ira, et a verbis inutilibus, et a crapula, et a blaſphemia, et a biloquio, et a falſo teſtimonio, et ab homicidio, et a perjuriis, et a crebris fornicationibus, et a qualibet impuritate corporis noſtri. Et agedum cogitemus, quomodo praeparare debeamus animam noſtram, et corpus noſtrum, quandoquidem Deus nobis [gratiam] concedit, ut in eo occupemur, quo ſaltem poſt hunc mundum quietem habeamus ex Dei miſericordia. Domine mi, ego te rogo, qui in evangelio tuo ad omnes vere fideles dicis: “Petite, et dabitur vobis:” ego te, Domine mi, humiliter rogo, ut mihi condones id, quod obſecro, ſi tibi placuerit, et animae meae ſalus in aeternum cum mundanae vitae meae benedictione perſiſtat.

Si quis juret inter manus epiſcopi, vel preſbyteri, vel diaconi, vel in altari, vel in conſecrata Chriſti cruce, et ſit perjurium, jejunet tres annos. Si quis in non conſecrata Chriſti cruce pejerat, jejunet unum annum; qui perjuria committit, jejunet tres annos. Si aliquis cum foemina fornicetur, jejunet tres annos, vel duos plenario. Si quis cum alterius viri uxore adulteretur, jejunet quatuor annos; duos integros, duos

godan tide. ⁊ georne beo betende ðæs ðu wite ꝥ ðu geworht hæbbe mid ðinum fæstene. ⁊ mid ðinre ælmyssan. ⁊ mid ðinum gebedum ðe ðu betst cunne. ⁊ ælce Sunnandæg to cyrcan cum. ⁊ ðær georne for ðe sylfne gebide. ⁊ for eall gefullod folc. ⁊ for ðonne scrift. ðonne byst ðu on ure eallra gebed rædene:· Min leof ic ðe lære. ꝥ ðu ðence hu ðu hider on worold acenned wære. oþþe ðurh hwæt. oþþe on hwon ðu ðas lænan worold. ⁊ hu ðin lichama. ⁊ ðin sawl hi gedælan scylon. ⁊ syþþan on hwylcere anbid stowe ðin sawl bidan mote domes dæges. ⁊ eac ða tid ðonne ðin sawl. ⁊ ðin lichama gegaderode beon scylon. ⁊ eft to Godes dome gelædd. ⁊ ðonne ðu scealt. ⁊ ælc man for his agenum geworhtum riht agyldan. ⁊ onfon æt ðam dome. syþþan mid sawle ⁊ mid lichaman onfon. swa ecum life. swa ecum deaþe. swa ðu ær geworhtest swa ecum life swa ungeendodon wite:· Ðonne ðu on morgen ærest arise. sena ðe swyþe georne. ⁊ Gode bebeod. ðonne ðu ðe restan wylle. do ꝥ ylce ðinga ðe wiþ God ðurh ðinra synna forgyfe. ⁊ æfter worlde ece reste. ⁊ his mildheortnysse:· Uton min leof geþencan hwylce ure yldran ær wæron. ⁊ hwylce we synd nu. oþþe hwylce ða synd nu to sceawigenne ða ðe for hund wintrum mid eorþan moldan bewrogene wæron. swylce ðonne we beoþ sona swa us seo sawl of ðam lichaman slyþþ. Uton ðonne min leof. ða hwile ðe us God unne. beorgan us wiþ synna. ⁊ wiþ ða unþeawas ðe us deoful læreþ. ælc gramfærnys cymþ of deofle. ⁊ ælc geflit. ⁊ ælc ungelimp:· Ðonne uton wiþstandan him. ⁊ liþegian ure mod. ⁊ biddan us Godes miltse ⁊ his fultumes. ꝥ we magon his bebodu healdan:· Uton secan ure cyrcean Sunnandagum ⁊ mæssedagum. ⁊ betweoh ðam tidum symble swa betere swa oftor. ⁊ beorgon us wiþ æfest. ⁊ wiþ yrre. ⁊ wiþ unnytte word. ⁊ wiþ oferdruncennysse. ⁊ wiþ tælnysse. ⁊ wiþ twyspræcnysse. ⁊ wiþ lease gewitnysse. ⁊ wiþ morþor. ⁊ wiþ mæneaþas. ⁊ wiþ oft rædlic hæmed. ⁊ wiþ ælce unclænnysse ures lichaman. ⁊ uton geþencan hu be sceawigende we scylon beon ure sawle. ⁊ ures lichaman. ða hwyle ðe us God unne ꝥ we her beon. ꝥ we huru æfter ðysse worlde reste habbon mid Godes mildse:· Min drihten ic ðe bidde ðu ðe cwæde on ðinum godspelle to eallum rihtgelyfedum mannum. petite, et dabitur vobis. biddaþ ⁊ eow biþ geseald. ic ðe ðonne min drihten eaþmodlice bidde. ꝥ ðu me forgyfe ꝥ ic ðæs bidde ðæs ðe ðin willa sig. ⁊ minre sawle ræd on ecnysse. ⁊ mines worold lifes bletsungan stande:·

Gif hwa swereþ on biscopes handa. oþþe on mæssepreostes. oþþe on diacones. oþþe on weofode. oþþe on gehalgedon cristes mæle. ⁊ se aþ beo mæne. fæste ðreo gear:· Gif he on unhalgoden cristes mæle manswerige. fæste an gear. se ðe mæne aþas bega. fæste ðreo gear. gif hwylc man hine wiþ fæmnan forlicge. fæste ðreo gear. oþþe twa be ðam fullan:· Se ðe mid oþres ceorles wife

hæme,

hæme. fæste feoƿer. tƿa on ƿealh. tƿa elles on ðam ðrim feoƿertigum. ⁊ ðrẏ dagas on ƿucan:· Se ðe mid bædlinge hæme. oþþe mid oþrum ƿæpned men. oþþe mid nẏtene. fæste tẏn ƿintra:· On oþre stoƿe hit cƿẏþ. se ðe mid nẏtene hæme. fæste fẏftẏne ƿintra. ⁊ sodomisce seofon gear fæston:· Gif se bædling mid bædlinge hæme tẏn ƿinter bete hi. beoþ hƿeþelice sƿa forlegene se ðe his unƿærlice teþ æne. fæste feoƿer gear. gif hit geƿuna biþ sƿa Basilius cƿæþ. gif hig beoþ butan hade fẏftẏne ƿinter. an gear eall sƿa ƿif. gif hit cniht biþ. æt ðam ærestan cẏrre tƿa gear. gif he hit eft do. fæste feoƿer gear. gif he betƿẏh hiþum teþ. an gear. oþþe ðreo feoƿertige. gif he hine sẏlfne besmite. feoƿer dagas fæste butan flæsce. se ðe hine gẏrne to forlegenne ⁊ ne mæg. fæste feoƿertig daga oþþe tƿentig. gif hit cniht biþ. ⁊ gelomlice do. oþþe hine man sƿinge. oþþe fæste tƿentig daga:· Gif ƿif hæmed. ðreo gear bete. gif heo sẏlf sig mid hire sẏlfre hæmed onhẏrigende on ða ẏlcan ƿisan an gear hreoƿsige:· An hreof ẏs ƿẏdeƿan. ⁊ fæmnan mare geearnaþ seo ðe ƿer hæfþ. gif heo hig forlijþ:· Se ðe sæd on muþ sendeþ. fæste seofon gear. ðam is þ ƿẏrreste. sƿam sumum hẏt ƿæs demed. þ hi butu oþ hẏra lifes ende hit betton:· Se ðe mid his meder hæme. fæste fẏftẏne ƿinter. ⁊ næfre ne onƿendon. butan Sunnandæge ⁊ halighe tide. ⁊ eac hi faron on elþeodig land ⁊ ðær ƿeston seofon gear:· Se ðe mid his sƿẏster hæme. fæste seofon ƿinter. on sumon canone hit cẏþ tƿelf gear. forðam ðære meder belimpaþ. ða ðe her beforan standaþ:· Se ðe oft hæmeþ. se ærresta canon demed. þ he tẏn ƿinter. bete. ⁊ se æftera canon demeþ. seofon gear. gif hit for mannes tẏdernẏsse biþ. sume cƿedaþ. ðreo gear:· Gif broþor mid broþer hæme ðurh his lichaman gemengnẏsse fẏftẏne ƿinter fæste butan flæsce:· Gif modor mid hire lẏtlan suna hæme. fæste ðreo gear þ heo flæsces ne onbite ⁊ anne dæg on ƿucan oþ æfen:· Se ðe gebẏsẏmreð sig sƿam gelẏpa gesance do hreoƿe oþ þ se gesanc sig ofersƿẏðed:· Se ðe lufige fæmnan on his mode bidde him forgẏfennẏsse æt Gode. gif he secge. þ he hæbbe hire freondscipe. þ ys belufe. ⁊ he hi næbbe. fæste seofon dagas:· Gif hƿẏlc man for his mæges ƿræce man ofslea. do he sƿa mẏrþra seofon gear oþþe tẏn. gif he gẏlde. fæste be healfan:· Se ðe man ofslea on his modor ƿrace. ðreo gear. oþþe tẏn. se mẏrþra. tẏn. oþþe seofon:· Gif hƿẏlc man munuc oþþe cleric ofslea. forlæte his ƿæpn. ⁊ ðeoƿige Gode oþþe fæste tẏn gear. ⁊ þ bẏþ biscopes dom:· Se ðe biscop oþþe mæssepreost ofslea. þ bẏþ cẏninges dom:· Se ðe be his hlafordes hæse man ofslea. feoƿertig daga fæste. gif he hit ðurh ẏrre do. ðreo gear bete. gif he hit hlinga

alios in tribus Quadragesimis, et tres dies in hebdomada. Qui cum homine delicato, vel cum alio masculo, vel cum bestia coit, jejunet decem annos. In alio loco dictum est, qui cum bestia coit, jejunet quindecim [illegible]; et Sodomitae septem annos jejunent. Si delicatus cum delicato coit, decem annos poenitentiam agant; si delicatus ita formatus fuerit [illegible], jejunet quatuor annos; si ex consuetudine sit, uti Basilius dicebat: si sit non ordinatus, quindecim annos; [illegible] unum annum omnino uti mulier; si puer fuerit, prima vice duos annos; si rursus hoc faciat, jejunet quatuor annos; si [illegible] fecerit, unum annum, vel tres Quadragesimas; si [illegible] quatuor dies absque carne [illegible], et non potuit, jejunet [illegible] dies, vel viginti; si sit puer, et hoc [illegible], vel [illegible], vel jejunet [illegible] dies. [illegible] poenitentiam agat. [illegible] annum poenitentiam agat. [illegible] poenitentia est [illegible]; et [illegible] habet, [illegible]. Qui semen [illegible] septem annos. Hoc [illegible] est [illegible] [illegible], ut [illegible] poenitentiam agant. Qui cum matre sua coit, jejunet quindecim annos, et [illegible] die Solis, et [illegible] etiam in [illegible], et ibi [illegible] septem annos. Qui cum sorore sua coit, jejunet [illegible] annos; in nonnullis [illegible] duodecim annos [illegible], quoniam [illegible]. Qui saepe [illegible], [illegible] jejunet; qui [illegible] [illegible]; si [illegible] nonnulli dicunt [illegible] annos. [illegible] jejunet absque carne. Si [illegible] jejunet [illegible] [illegible] Qui [illegible] nibus, agat poenitentiam, [illegible] praeteriit. Qui amat [illegible] animo suo, roget remissionem [illegible] tiam earum, hoc est, amorem, et non obtineat eum, jejunet ſeptem dies. Si quis in ultionem cognati ſui hominem occidit, faciat, uti homicida, per ſeptem annos, vel decem; ſi ſolvat, jejunet dimidiam partem temporis. Si quis hominem occidat in ultione matris ſuae, tres annos vel decem [jejunet;] homicida decem vel ſeptem. Si quis monachum vel clericum occidat, deponat arma ſua, et ſerviat Deo, vel jejunet decem annos: et hoc ſit juris epiſcopalis. Qui epiſcopum vel preſbyterum occidit, hoc ſit juris regii. Qui domini ſui juſſu hominem occidit, jejunet quadraginta dies; ſi per iram hoc faciat, [illegible]; ſi hoc fruſtra fecerit.

[a] Mallem lege [illegible]

rit, jejunet unum annum; ſi ex ebrietate vel aliqua imperitia hominem occidat, tres annos jejunet; ſi in inutili lite hominem occidat, jejunet decem annos.

do. fæſte an gear. gif he hit ðurh gedrinc oþþe ðurh oþerne uncræft man acƿelle. ðreo gear fæſte. gif he ðurh unnytte ceaſte man ofslea. fæſte tyn gear:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
STEPHAN. III. 5.	CUTHBERT. 17.	756.	EADBERT. 8.	CONSTANT. VI. 16.

Synodus generalis ſub Cuthberto, archiepiſcopo Cantuariae, qua decernitur de natalitiis S. Bonifacii &c. annuo celebrandis †. Ex Magdeburg. cent. VIII. c. ix. p. 315.

IN generali quadam ſynodo, Cuthbertus et alii ſacerdotes, preſbyteri et abbates, inter alia decreverunt, ut natalitius Bonifacii, et eorum, qui cum ipſo interfecti ſunt, anniverſario die ſolenniter celebretur, ob ejus apud Deum patrocinium, et interceſſionem. Epiſtola Cuthberti ad Lullum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
PAULI I. 1.	CUTHBERT. 18.	757.	EADBERT. 9.	CONSTANT. VI. 17.

Pauli Romani pontificis ad Eadbertum, Nordanhumbrorum, regem epiſtola *. Ex MS. clar. Uſſer. ad hunc locum inter codd. MSS. rev. epiſc. Aſſavenſis.

DILECTISSIMO fratri Ecgberhto, archiepiſcopo, ſed et Eadberchto excellentiſſimo filio regi, Paulus papa ſalutem. Arbiter rerum et opifex, qui ſolo verbo cuncta ex nihilo fingens, humanam [de] limo creavit naturam, trinus et unus Dominus Deus noſter, cui machinae poli ac telluris materia perenni lege famulantur, ad hoc prudentiſſimam nobilitatem veſtram dominicae plebis ſuae curam inſtituit exequi, ut ea, quae ad ejus divinae majeſtatis cultum reſpiciunt, ſolerti cura inhianter perficere ſtudeatis, quatenus veſtrae induſtriae praeſidio protegatur eorum ſalus, qui hujus mundi latebroſis inſidiis [non] carent. Etenim, nobis dilectiſſimi, multorum relatione affatim comperimus, efficaci ſolertia vos pollere. Et quia attentius de illa florigera vita, quae nullo terminorum ſucciditur fine, mente devota cogitare anhelatis, ideo libentiſſime ea, quae ad veſtrae animae reſpiciunt ſalutem, per noſtram apoſtolicam admonitionem, dilectionem, atque excellentiam veſtram poſtulare aptum proſpeximus. Itaque veniens ad limina protectorum veſtrorum beatorum principum apoſtolorum, Petri ac Pauli, praeſens Forthredus religioſus abbas retulit nobis, inquiens: Quod tria monaſteria illi conceſſa fuiſſent a quadam abbatiſſa, id eſt, monaſteria, quae "Staningagrave" ſeu "Cuchawalda" et "Donaemuthe" dicuntur. Quae videlicet monaſteria per vim ab eo tua abſtulit excellentia, et cuidam Patricio, fratri ejus, "Moll" nomine tribuit. De qua re nimis triſtes effecti ſumus, excellentiſſime fili, quoniam extra praeceptum Dei hoc omnino egiſti. Et liquet profecto, quod ad excidium animae tuae pertinet, dum eadum monaſteria ab eo, qui in officio divini cultus perſeverat, abſtuliſti, et qui in hujus mundi curis deſudat, concedere ſtuduiſti. Neque enim fas eſt, excellentiſſime fili, ut humani favoris magis intuitum, quam Dei timorem prae oculis tuis adhibeas. Debuerat enim excellentiſſima prudentia tua de ſuis propriis opibus, locis atque amoenis eiſdem venerabilibus praerogativa ſubſidii adminicula impertiri. Quoniam ſcriptum eſt[a]: "Honora Dominum de tua propria ſubſtantia." Quapropter hortamur ſolertiam veſtram, et per apoſtolicam ſedem admonemus, ut ſibi vere obedientes, prout debetis, ob amorem protectoris veſtri praelato Forthredo abbati ipſa tria monaſteria reſtituatis; quatenus juxta quod a praefata abbatiſſa illi conceſſa ſunt, ſine qualibet ambiguitate aut infeſta moleſtia perfrui mereatur, et ſecundum praeditam et inſitam vobis ſolertiam cuncta venerabilia loca pio intuitu fovere, et in omnibus protegere maturate. Atque quod ab eis ablatum eſt, modis omnibus eiſdem ſanctis

† Erat Bonifacius iſte Anglus genere; eruditione, prudentia, pietate, et ſcripturarum ſcientia adeo inter coaevos ſuos emicans, ut Moguntinus evaſerit archiepiſcopus. A Gregorio etiam III. (ut habet Malmesburius de reg. lib. ii. cap. 4. ſed alii Greg. II.) legatus conſtituitur Germaniae: "Sacramentoque" inquit "aſtrictus, ne conterminarum gentium mores apoſtolicae notitiae ſubtraheret; quapropter, blandis admonitionibus non ſuccedentibus, acturum ſe, ne hujuſmodi vitia papam laterent." Hinc epiſtolarum et neceſſitudinis ratio, quae ei cum Cuthberto, archiepiſcopo Cantuariae (ut in ſuperioribus videas) interceſſit; et quae Cuthbertum jam adduxit, ut fidem Chriſti apud Friſios praedicantem, martyrioque coronatum, anniverſarii honoraret celebritate. Paſſus autem eſt cum ſociis ſuis nonis Junii, anno Domini DCCLIV. hoc eſt, die 5. ejuſdem menſis, quem in Romano calendario adhuc retinet; et Cuthbertus obiit, ut quidam volunt, anno DCCLVIII. vel ut alii, DCCLX. Nos ſub medio inhaerentes, circa annum DCCLVI. collocamus ſynodum. Vid. Marian. et Sigeb. et Balaeum. Haec SPELMAN.

* Clar. Uſſerius epiſtolam hanc ſequenti illuſtrat notula, loco citato. Primo pontificatus Pauli anno ſcriptam hanc fuiſſe putamus epiſtolam; quia vel eodem illo anno (qui Chriſti fuit DCCLVII.) juxta Florentium Wigornienſem et Matthaeum Florilegum, vel ſaltem proxime ſequente, ut epitomae hiſtoriae Bedae continuator, et Rogerus Hovedenus volunt, Eadbertus regno ſe abdicavit. Ad regem vero ſolum ſpectat totius argumentum epiſtolae; ad fratrem vero ipſius Egbertum, Eboracenſem archiepiſcopum, omnino nihil. Quia tamen nomen ipſius in duobus antiquiſſimis Cottonianae bibliothecae codicibus inſcriptioni additum invenimus, id praetermittere non libuit. H. I.

[a] Prov. iii. 9.

reſti-

reſtituendum veſtrae adhaereat curae; ut ex hoc prava vitiorum uſurpatione amputata, nulli laicorum vel aliae cuilibet perſonae denuo licentia admittatur piorum pertinentia locorum invadendi, ſed magis veſtro ſtudio ea, quae reſpiciunt ad religioſitatis propoſitum, impenſius propagentur. Ex hoc enim, excellentiſſime fili, divinum adſumes remunerationis adminiculum, et contra hoſtis ferocis verſutiam praevalebis, et aeternam proculdubio conſequi promereberis vitam.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]	Imperat.
PAUL. I. 4.	BREGWIN. 2.	760.	[illegible]	[illegible]

Kinewulfi, occidentalium Saxonum regis, ad Lullum, [illegible] epiſtola. Ex MS. clar. Uſſer. ad hunc locum.

DOMINO beatiſſimo et ſpeciali amore venerando Lullo epiſcopo, ego Cineuulf, rex occidentalium Saxonum, una cum epiſcopis meis, necnon cum caterva ſatraparum, aeternam ſoſpitatis in Domino ſalutem. Tibi teſtificamur, quod juxta modum noſtrae poſſibilitatis quicquid tua ſanctitas deſideraverit, ſive juſſerit, libenter agere parati ſumus, ut cum reverendiſſimo et ſanctiſſimo viro Dei, praedeceſſore tuo, Bonifacio pepigimus, ſive in orationibus Deo devotis, ſeu in aliis quibuſlibet rebus, in quibus humana fragilitas, Deo diſponente, mutuis alterutrum ſolatiis egere comprobatur; te pariter obſecrantes, ut pro noſtra parvitate, proque pace congregationis noſtrae Domino ſupplicare cum eis, qui tecum invocant nomen Domini Jeſu, memineris. Iſtarum vero literarum portitorem a vobis ante deſtinatum veſtrae almitati committimus, quia fideliter vobis obedire in omnibus curavit. Omnipotens Deus, qui diſperſa congregat, et congregata cuſtodit, ipſe vos pro ſua gratia protegat, et veſtri laboris fructum in aeterna patria nos videre concedat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]	Imperat.
STEPHAN. IV. [illegible]	JEAMBERT. 7.	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Alhredi, Nordanhumbrorum [illegible], ad Lullum, [illegible] epiſtola. Ex MS. clar. Uſſer. ad hunc locum.

ALHREDUS rex, et Oſgeofu regina Lullo venerabili epiſcopo nobis perpetuali amicitia copulato in Chriſto ſalutem. Scripta beatitudinis tuae ſimul cum muneribus literis aſſignatis debitae gratulationis reverentia ſuſcepimus, maximaſque omnipotenti Deo egimus gratias, quod te in tam longa peregrinatione deſudantem, et in Chriſti agonibus decertantem, optatae conſervavit ſoſpitati; et ideo revertentibus venerabilibus viris, gaudium noſtrum, ſacrorum apicum atteſtatione, ſignamus, ac petimus, uti quotidianis orationibus epiſcopatus tuus ſtudium ac votum ſuum circa ſalutem noſtram dignetur impendere. Nos quoque ſimul cum omnibus noſtrorum amicorum et propinquorum, quae hic ſubſcripta ſunt, literarum cuſtodia facias contineri, orationibuſque et miſſarum celebrationibus, perpetuis Dei patrociniis commendemur. Eodemque modo de vobis et de nominibus ad vos delatis, ſecundum veſtram petitionem, facere curabimus, ut in cunctis monaſteriis noſtris ditionibus ſubjunctis, perpetuis literarum monumentis commendentur, et orationum ſubſidiis Deo quotidie praeſententur. Illudque pietati noſtrae ſatis placuiſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de eccleſiarum aut populi perturbatione ſolicita eſt, quae etiam ut fierent, Dei aliquo diſpenſationis conſilio credimus eſſe proviſa. Noſtris quoque, dilectiſſime frater, legationibus ad dominum veſtrum glorioſiſſimum regem Carl obſecramus conſulendo ſubvenias, ut pax et amicitia, quae omnibus conveniunt, facias ſtabiliter inter nos confirmari.

✠ Divina majeſtas indefeſſo certamine pro Chriſti eccleſia deſudantem te conſervare dignetur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]	[illegible]
ADRIAN. I. 14.	JEAMBERT. 22.	785.	EGBERT. 8.	CONSTANT. VII. 6.

Concilium Calchuthenſe †. Ex Magdeburg. cent. viii. c. 9. p. 575.

Prooemium ad Adrianum papam I.

NOS, faventibus ſanctis orationibus veſtris, hilari vultu veſtris juſſionibus obtemperantes perreximus: ſed impedivit nos is, qui tentat, vento contrario; ille vero qui mitificat fluctus, exaudita veſtra deprecatione, mitificavit coerulea freta, et tranſvexit nos ad portum ſalutis; ac licet multis periculis afflictos, tamen illaeſos Anglorum appulit oris. Igitur ſuſcepti primum ab archiepi-

† Concilium Calchuthenſe legatinum, a Gregorio Oſtienſi et Theophylacto Tudertino [illegible] et [illegible] Hadriani papae, anno gratiae DCCLXXXV. Calchuthae celebratum; in quo 1. Decernitur de fide [illegible] ſuſcepta [illegible] eccleſiae regimen pertinentibus. 2. De conferenda parte archiepiſcopatus Cantuariae ad eccleſiam [illegible] in archiepiſcopatum promovendam.

Habebatur in duabus ſeſſionibus (rectius forte concilia dicendis) quarum prima fuit in regno Northanhymbrorum coram Alfwoldo illic rege, et magnatibus ſuis, praeſidenti e legatis Gregorio, Oſtienſi epiſcopo (quem Hovedenus et alii Gregorium nuncupant) aſſidentibus vero Eanbaldo, Eboracenſi archiepiſcopo, caeteriſque illius provinciae epiſcopis. [illegible]

ſcopo Jaenbarcho ſanctae Dorovernenſis eccleſiae, quae alio vocabulo Cantia vocitatur, ubi ſanctus Auguſtinus in corpore requieſcit; inibi reſidentes admonuimus ea, quae neceſſaria erant. Inde peragrantes pervenimus ad aulam Offae, regis Merciorum. At ille cum ingenti gaudio, ob reverentiam beati Petri, et veſtri apoſtolatus honorem ſuſcepit tam nos, quam ſacros apices a ſumma ſede delatos.

Tunc convenerunt in unum concilium Offa, rex Merciorum, et Chuniulphus, rex Weſt Saxonum; cui etiam tradidimus veſtra ſyngrammata ſancta; ac illi continuo promiſerunt, ſe de his vitiis corrigendos. Tunc inito conſilio cum praedictis regibus, pontificibus, et ſenioribus terrae, perpendentes quod angulus ille longe lateque protenditur; permiſimus Theophylactum, venerabilem epiſcopum, regem Merciorum et Britanniae partes adire. Ego autem aſſumpto mecum adjutore, quem filius veſter excellentiſſimus rex Carolus ob reverentiam veſtri apoſtolatus nobiſcum miſit, virum probatae fidei, Wighodum, abbatem preſbyterum, perrexi in regionem Northanhymbrorum ad [a] Aelfwoldum regem, et archiepiſcopum ſanctae eccleſiae Eboracae civitatis Eanbaldum. Sed quia praefatus rex longe in borealibus commorabatur, miſit jam dictus archiepiſcopus miſſos ſuos ad regem, qui continuo omni gaudio ſtatuit diem concilii, ad quem convenerunt omnes principes regionis tam eccleſiaſtici, quam ſeculares. Sed audientibus nobis relatum eſt, quod reliqua vitia non minima ibi neceſſaria erant ad corrigendum. Quia, ut ſcitis, a tempore ſancti Auguſtini pontificis, ſacerdos Romanus nullus illuc miſſus eſt, niſi nos.

Scripſimus namque capitulare de ſingulis rebus, et per ordinem cuncta diſſerentes, auribus illorum pertulimus; qui cum omni humilitatis ſubjectione, et clara voluntate tam admonitionem veſtram, quam parvitatem noſtram amplexantes, ſpoſponderunt ſe in omnibus obedire. Tunc nos epiſtolas veſtras eis tradidimus perlegendas, conteſtantes eos tam in ſe, quam in ſubditis ſacrata decreta cuſtodire. Haec namque ſunt capitula, quae illis pertulimus conſervanda eſſe.

I. *Ut fides Nicaena teneatur, et de ea preſbyteri annuo examinentur: omnes etiam teneant ſex univerſales ſynodos.*

Primo omnium admonentes, ut ſancta et inviolata fides Nicaeni concilii ab omnibus, qui ſacro cultui mancipantur, fideliter ac firmiter teneatur; et omni anno in ſynodalibus conventibus ab epiſcopis ſingularum eccleſiarum preſbyteri, qui populum erudire debent, de ipſa fide diligentiſſime examinentur, ita ut apoſtolicam fidem et univerſalem ſex ſynodorum per Spiritum Sanctum probatam, ſicut tradita eſt nobis a ſancta Romana eccleſia, per omnia confiteantur, teneant et praedicent; et ſi opportunum venerit, pro ea mori non pertimeſcant: et quoſcunque ſancta univerſalia concilia ſuſceperunt, ſuſcipiant; et quos illa damnaverunt, eos et corde rejiciant, et condemnent.

II. *Baptizandum juxta canones: quid ſuſceptoris ſit officium.*

Secundo capitulo docuimus, ut baptiſmus ſecundum canonica ſtatuta exerceatur, et non alio tempore, niſi pro magna neceſſitate; et ut omnes generaliter ſymbolum et orationem dominicam ſciant; et illi qui parvulos de ſacro fonte ſuſcipiunt, et pro non loquentibus reſpondent [b], ob renunciationem ſatanae, et operum ac pomparum ejus, ſeu fidei credulitatem, ſciant ſe fidejuſſores ipſorum eſſe ad Dominum pro ipſa ſponſione: et dum ad perfectionem aetatis pervenerint, doceant eos praedictam orationem dominicam et ſymbolum; quia, niſi fecerint, diſtricte ab eis exigetur, quod pro non loquentibus Deo promittitur. Ideo generaliter omni vulgo praecipimus, haec memoriae mandari.

III. *Ut epiſcopus bis in anno ſynodum cogat, et parochiam ſuam ſemel circumeat, peccata corripiens, et cohibens.*

Tertio ſermone perſtrinximus omni anno, ſecundum canonicas inſtitutiones, duo concilia; ut, ſicut boni agricultores, ſurculos, naſcentes ſpinas de cordibus delinquentium radicitus amputare valeant: et unuſquiſque epiſcopus parochiam ſuam omni anno ſemel circumeat, diligenter conventicula per loca congrua conſtituendo, quo cuncti convenire poſſint ad audiendum verbum Dei; ne aliquis per incuriam paſtoris per devia cujuſlibet ignorantiae errans, rugientis leonis morſibus invadatur: et vigilanti cura gregem ſibi commiſſum praedicet, confirmet, inceſtuoſos ſeparet; augures, aruſpices, et incantatores, divinos, veneficos, ſortilegos coerceat, et cuncta vitia demat. Et ne quis turpis lucri gratia, ſed ſpe mercedis aeternae gregem ſibi commiſſum paſcere quaerat: et quod gratis accepit, omnibus gratis praeſtare ſtudeat, ut apoſtolus proteſtatur, dicens [c]: "Teſtificor coram Domino et Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos et mortuos, et per adventum ipſius, et regnum ejus, praedica verbum; inſta opportune, importune; argue, obſecra, increpa, in omni patientia et doctrina:" ſicut propheta dicit [d]: "Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion?" ſcilicet, ut ita praeemineat merito, ſicut et gradu. Et ne forte debeat a docendo timore reſtringi, audiat: "Exalta in fortitudine

in regno Merciorum fuit, coram Offa rege ibidem, et ſuis magnatibus, praeſidenti etiam in eadem Gregorio ipſo Oſtienſi, et jam aſſidentibus Jambertho, alias Lambertho, Cantuariae archiepiſcopo, caeteriſque ſuae provinciae epiſcopis. Seſſionis locus, cui hoc aſcribitur concilium, varie apud auctores appellatur, Chalchuth, Calchuth, Celchyth, Cealtide, etc. ponitque eum auctor antiqq. Britan. eccl. in Northumbria, Hollinſhedus vero rectius in regno Merciorum.

Canones in utraque ſeſſione iidem erant: concipi enim videntur, vel ab ipſo papa, vel a legatis ſuis; prolatique poſtea in utramque ſeſſionem, primo ab epiſcopis unius provinciae, deinde ab alterius rati habentur et confirmati. Quod vero ad vellicationem Cantuarienſis metropolis attinet, et Lichefeldenſis archiepiſcopatus erectionem, ſolummodo actum eſt in ſecunda ſeſſione, modo quo inferius dicemus, cum ad eam pervenerimus.

[a] Magdeburg. centuriatores legunt *Oſwaldum*, auctoritate tamen clar. Spelmanni et Nicolſonii lego *Aelfwoldum*.

[b] Walker. *ſpondent abrenunciationem* legere mavult. [c] 2 Tim. iv. 1. [d] Eſai. xl. 9.

titudine

I

titudine vocem tuam, et noli timere." Hieremias quoque dicit[e]: "Accinge lumbos tuos, et ſurge, et loquere ad eos: ne formides a facie eorum; nec enim timere te faciam vultum eorum." Heu proh dolor, et nimis flenda tepiditas! quod multi aeſtimantes dicunt, quid vel amore rerum ſecularium implicemini, vel aliquo facinore territi verbum veritatis aperiri confundemini? Si praeſules eccleſiarum ſilent propter timorem, aut amicitiam ſecularem, et peccantes non arguunt, ut pravi paſtores non habentes curam de ovibus, et videntes lupum, fugiunt; cur magis non pertimeſcunt Principem principum, Regem regum, Dominum dominantium, qui per prophetam paſtores increpat, dicens[f]: "Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum, ut ſtaretis in praelio in die Domini." Denique ſicut pervigil paſtor contra beſtiam oves cuſtodire ſolet; ita Dei ſacerdos ſuper gregem Chriſti ſolicitus eſſe debet, ne inimicus vaſtet, ne perſecutor infeſtet, ne potentioris cujuſque cupiditas vitam pauperum inquietet, dicente propheta[g]: "Si non annunciaveris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem ejus de manu tua requiram; ſi autem annunciaveris, et non egerit poenitentiam, tuam animam liberaſti, ipſe in peccato ſuo morietur." Paſtor namque bonus animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Haec namque recolentes, patres mei et fratres, operam date, ne de vobis dicatur, ut paſtoribus Iſrael: "Qui paſcunt ſemetipſos," etc. ſed audire mereamini[h]: "Euge bone ſerve et fidelis, intra in gaudium Domini."

IV. *Ut vita et habitus canonicorum, etc. ſint de more orientalium, et juxta canones et decreta pontificum Romanorum.*

Quartus ſermo: ut epiſcopi diligenti cura provideant, quo omnes canonici ſui canonice vivant, et monachi ſeu monachae regulariter converſentur tam in cibis, quam in veſtibus, ut diſcretio ſit inter canonicum et monachum vel ſecularem; et illo habitu vivant, quo orientales monachi degunt: et canonici exemplo orientalium, et non tinctis Indiae coloribus, aut veſte precioſa; ſed epiſcopi, abbates, et abbatiſſae, ſubjectis ſibi in omnibus exemplum bonum praebeant, ut Petrus ait[i]: "Eſtote forma facti gregis, ſecundum Dominum," etc. Qua de re ſuademus, ut ſynodalia edicta univerſalium ſex conciliorum cum decretis pontificum Romanorum ſaepius lectitentur, obſerventur, et juxta eorum exemplar eccleſiae ſtatus corrigatur, ut ne quid novi ab aliquibus introduci permittatur, ne ſit ſchiſma in eccleſia Dei.

V. *Ut praefecti monaſteriorum eligantur vitae probatae.*

Quintum caput admonet; ut ſi (quod ſaepe evenire ſolet) abbas aut abbatiſſa de hac luce migraverint, tunc cum conſilio epiſcopi, cujus in parochia ipſum monaſterium ſitum eſt, probatae vitae, et religioſi ſecundum Dominum, ex ipſis eligantur paſtores, qui ſolicite animarum ſibi commiſſarum curam gerant; ſin autem in coenobio illo talis vir minime reperitur, de alio eis coenobio talis mittatur, qui eos ſecundum Dominum gubernare queat; ut votum, quod Deo voverunt, in omni humilitate et obedientia die noctuque implere ſatagant: "Parati ſemper praecinctis lumbis, ardentibuſque lucernis, patremfamilias expectantes, ut dum vigilantes invenerit, faciat eos aeterni convivii eſſe participes."

VI. *De preſbyterorum et diaconorum ordinatione.*

Sextum decretum: ut nullus epiſcoporum preſbyterum aut diaconum ordinare praeſumat, niſi probatae vitae fuerint, et officium ſuum recte implere poſſint; et in illo titulo perſeverent, ad quem conſecrati ſunt, ita ut nullus de alterius titulo preſbyterum aut diaconum ſuſcipere praeſumat abſque cauſa rationabili et literis commendatitiis.

VII. *Ut curſus fiat in horis canonicis.*

Septimo capitulo: ut omnes eccleſiae publicae canonicis horis curſum ſuum cum reverentia habeant.

VIII. *Ut privilegia a ſede Romana conceſſa obſerventur.*

Octavo ſtatuto: ut privilegia antiqua a ſancta Romana ſede delata, eccleſiis omnibus conſerventur. Si qua autem propter aſſenſum pravorum hominum contra canonica inſtituta conſcripta ſunt, avellantur.

IX. *Ut eccleſiaſticus cibum in ſecreto non ſumat.*

Nono capite: ut nullus ex eccleſiaſticis cibum in ſecreto ſumere audeat, niſi prae nimia infirmitate, quia hypocriſis haec Saracenorum eſt. Ideo hortamur[k], "Ut non ſimus forinſecus ſepulchra dealbata, intus autem pleni cadaveribus mortuorum;" maxime cum ſalvator dicit[l]: "Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in caelis eſt." Unde intueri libet, ſi bona opera in abſconditis fieri jubentur, ut pro cujus nomine haec facimus, ab ipſo [illegible]: quid pertinet ad rem, ut coram hominibus jejunantes aut abſtinentes ſimulemur, in ſecretis vero noſtris bovem aut equum glutiamus?

X. *Ut [illegible], [illegible] admittantur, [illegible] ſecularia. Orandum pro eccleſia.*

Decimo capitulo: ut ne quiſlibet ex miniſtris altaris nudis cruribus ad miſſam celebrandam accedere audeat, ne turpitudo ejus appareat, et offendatur Deus; ſcientes, quod ſi hoc in lege prohibitum eſt, nunc in ſacramento Chriſti diligentius obſervari debet. Oblationes quoque fidelium tales fiant, ut panis ſit, non cruſta. Vetuimus etiam, ne de cornu bovis calix aut patina fieret ad ſacrificandum, quod de ſanguine ſunt.

[e] Jer. i. 17. [f] Ezek. xiii. 5. [g] Ibid. iii. 18. [h] Matt. xxv. 21. [i] 1 Petr. v. 3. [k] Matt. xxiii. 27. [l] Ibid. vi. 1.

Vidimus

Vidimus etiam ibi epiſcopos in conciliis ſuis ſecularia judicare, prohibuimuſque eos voce apoſtolica[m]: " Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, ut ei militet cui ſe probavit." Obſecravimus etiam ut aſſidue preces fierent pro eccleſia Dei, ut Deus et Dominus noſter Jeſus Chriſtus exaltet, corroboret, protegat, defendat, et conſervet immaculatam ad laudem et gloriam nominis ſui in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

XI. *De officio regum, et excellentia ſacerdotum.*

Undecimus ſermo fuit ad reges et principes: ut regimen ſuum cum magna cautela et diſciplina peragant, et cum juſtitia judicent, ut ſcriptum eſt[n]: " Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, et pereatis," etc. Denique ſicut ſuperius epiſcopis intimavimus, auctoritate divina fiducialiter et veraciter abſque ullo timore vel adulatione loqui verbum Dei regibus, principibus, omnibuſque dignitatibus, nunquam veritatem ſubterfugere, nulli parcere, neminem injuſte damnare, neminem ſine cauſa excommunicare, omnibus viam ſalutis tam verbis, quam exemplis demonſtrare; ita quoque reges et principes admonuimus, ut obediant ex corde cum magna humilitate ſuis epiſcopis, quia illis claves caeli datae ſunt, et habent poteſtatem ligandi atque ſolvendi, ut ſcriptum eſt[o]: " Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi; preſbyteros tuos, et dicent tibi." Et alibi apoſtolus[p]: " Obedite praepoſitis veſtris tanquam Domino; ipſi enim vigilant pro vobis, quaſi pro animabus veſtris rationem reddituri." Dominus ipſe doctoribus ait[q]: " Qui vos audit, me audit; qui autem vos ſpernit, non ſpernit vos, ſed eum qui miſit vos." Item per prophetam[r]: " Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, et legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum eſt." Igitur ſi angeli ſacerdotes appellantur, a ſecularibus judicari non poſſunt, ut apoſtolus ait[s]: " Mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die; qui autem me judicat, Dominus eſt." Item per pſalmiſtam[t]: " Et corripuit pro eis reges, ita dicens: Nolite tangere chriſtos meos, et in prophetis meis nolite malignari." Item apoſtolus[u]: " Neſcitis, quoniam angelos judicabimus? quanto magis ſecularia!" quia ſicut reges omnibus dignitatibus praeſunt; ita et epiſcopi in his, quae ad Deum attinent.

Ideo omni niſu hortamur: ut eccleſiam Dei, quae eſt ſponſa Chriſti, omnes honorent in facto, nec injuſtum ſervitutis jugum ei imponant, nec ſuperbiant in ſeculari potentia, nec alios vi opprimant, ut ſcriptum eſt[w]: " Et honor regis judicium diligit." Perpendat unuſquiſque, qualiter a ſuis ſubjectis ſponſam ſuam honorari velit; et in hoc terreno exemplo conſideret, quantum caeleſtis regis ſponſam oporteat venerari, ne (quod abſit) de eis dicatur[x]: " Ipſi regnaverunt, ſed non ex me; principes extiterunt, et non cognovi." Sed audire mereantur[y]: " Inveni virum ſecundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas; ideo poſui adjutorium ſuper potentem, et odientes eum in fugam convertam, ut longaevitatem felicitatemque regni ſibi ſuiſque nepotibus diſtribuat," et aeternam futuri regni gloriam concedat: habeantque reges conſiliarios prudentes, Dominum timentes, moribus honeſtos, ut populus bonis exemplis regum et principum eruditus et conformatus, proficiat in laudem et gloriam omnipotentis Dei.

XII. *De ordinatione et honore regum.*

Duodecimo ſermone ſanximus, ut in ordinatione regum nullus permittat pravorum praevalere aſſenſum; ſed legitimi reges a ſacerdotibus et ſenioribus populi eligantur, et non de adulterio vel inceſtu procreati: quia ſicut noſtris temporibus ad ſacerdotium ſecundum canones adulter pervenire non poteſt; ſic nec chriſtus Domini eſſe valet et rex totius regni, et haeres patriae, qui ex legitimo non fuerit connubio generatus, dicente propheta[z]: " Scitote, quia Dominus dominator eſt in regno hominum, et ipſius eſt regnum, et cuicunque voluerit, dabit illud." Ideo omnes generaliter admonuimus, ut conſona voce et corde Dominum rogent, ut, qui eum eligit in regnum, ipſe ei tribuat regimen diſciplinae ſanctae ſuae, ad regendam plebem ſuam. Honor quoque eis ab omnibus impendatur, dicente apoſtolo[a]: " Regem honorificate:" et alibi[b]: " Sive regi quaſi praecellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum." Item apoſtolus[c]: " Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, quia non eſt poteſtas data niſi a Deo. Quae autem ſunt, a Deo ordinatae ſunt. Igitur qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt." Nullus regi detrahat, dicente Salomone[d]: " In ore tuo ne detraxeris regi, et in corde tuo ne maledixeris principi; quia aves caeli portant illud, et qui habet pennas, annunciabit verbum." In necem regis nemo communicare audeat, quia chriſtus Domini eſt; et ſi quis tali ſceleri adhaeſerit, ſi epiſcopus eſt, aut ullus ex ſacerdotali gradu, ex ipſo detrudatur, et a ſancta haereditate dejiciatur, ſicut Judas ab apoſtolico gradu ejectus eſt: et omnis quiſquis tali ſacrilegio aſſenſerit, aeterno anathematis vinculo interibit, et Judae traditori ſociatus, ſempiternis cremabitur incendiis, ut ſcriptum eſt: " Non ſolum qui faciunt, ſed et qui conſentiunt facientibus, judicium Dei non effugiunt." Duo namque eunuchi Aſuerum regem interficere cupientes, in patibulum ſuſpenſi ſunt. Animadvertite quid fecerit David praefecto, cum ei Dominus dixerit[e]: " Ego tradam Saul in manus tuas:" dum invenit dormientem, et hortatus a milite ut occideret eum, dixit[f]: " Abſit a me hoc peccatum, ut extendam manum meam in chriſtum Domini." Illum autem militem, qui poſt mortem ejus venit ad eum, proteſtans quod

[m] 2 Tim. ii. 4. [n] Pſal. ii. 12. [o] Deut. xxxii. 7. [p] Heb. xiii. 17. [q] Luc. x. 16. [r] Mal. ii. 7.
[s] 1 Cor. iv. 3. [t] Pſal. cxliii. 15. [u] 1 Cor. vi. 3. [w] Pſal. xcv. 7. [x] Oſe viii. 4. [y] Pſal. lxxxix. 20. ſeq.
[z] Dan. iv. 25. [a] 1 Petr. ii. 17. [b] Ibid. v. 13. [c] Rom. xiii. 1. [d] Eccleſ. x. 20 [e] 1 Reg. xxiv. 5.
[f] Ibid. v. 7.

ipſe occiderat Saul, capite truncavit; et reputatum eſt illi ad juſtitiam, et ſemini ejus poſt eum. Exemplis namque [illegible] ſaepe probatum eſt, quod quicunque [illegible] dominorum [illegible] cauſa, in ſpatio vitam finierunt, et utroque jure caruerunt.

XIII. *De judiciis juſte [illegible].*

Decima tertia admonitio fuit, ut potentes et divites juſta judicia ſtatuant, nec perſonam divitis accipiant, nec pauperes contemnant, neque a rectitudine judiciorum devient, nec munera ſuper innocentes accipiant, ſed in veritate et juſtitia, dicente propheta[g]: "Juſte judicate, filii hominum." Item alibi[h]: "Non facies, quod iniquum eſt, nec injuſte judicabis: non ſtabis contra ſanguinem proximi tui." Item ait Iſaias[i]: "Quaerite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam, et venite, et arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur; et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, ut lana alba erunt." Item alibi[k]: "Solve omnem nodum iniquitatis, ſolve faſciculos deprimentes: demitte eos, qui confracti ſunt, liberos, et omne onus diſrumpe. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, et ſanitas tua citius orietur:" dicente Domino in evangelio[l]: "In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: menſura, qua menſi fueritis, metietur vobis." Nec vi alicui rapietis, quod ſuum eſt, ut dictum eſt[m]: "Non concupiſces rem proximi tui, nec deſiderabis uxorem ejus, non villam, non bovem, non ovem, non agrum, nec omnia, quae illius ſunt." Propheta namque comminatur, dicens[n]: "Vae, qui conjungitis domum ad domum, et agrum ad agrum copulatis uſque ad terminum loci: nunquid ſoli vos habitabitis in medio terrae? in auribus meis ſunt haec, dicit Dominus exercituum." Rurſum clamat propheta, dicens[o]: "Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate." Mementote quid mereatur, qui ſcandalizaverit unum de puſillis; qui autem ſuſceperit unum de his, Chriſtum ſuſcipit, a quo in judicio mereamini audire[p]: "Venite, benedicti, poſſidete paratum vobis regnum ab origine mundi."

XIV. *De [illegible] fraude, [illegible], et tributis eccleſiae injuſte impoſitis.*

Decimum quartum caput. Fraus, violentia, et rapina vetatur, et ne injuſta vel majora tributa eccleſiis Dei imponantur, quam lex Romana, et antiqua conſuetudo priorum imperatorum, regum, et principum habeat; omninoque qui ſanctae Romanae eccleſiae et beato Petro principi apoſtolorum communicare cupit, ab hoc vitio violentiae immunem ſe ſervare ſtudeat. Sit concordia ubique, et unanimitas inter reges et epiſcopos, eccleſiaſticos et laicos, omnemque populum chriſtianum; ut ſit unitas ubique eccleſiarum Dei, et pax in una eccleſia, in una fide, ſpe, et charitate permanens, unum caput habens, quod eſt Chriſtus, cujus membra ſe invicem adjuvare, mutuaque charitate diligere debeant, ſicut ipſe [illegible]: "In hoc [illegible] ſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem."

XV. *De injuſtis et [illegible] prohibendis.*

Decimum quintum caput. Interdicuntur omnibus injuſta connubia, et inceſtuoſa tam cum ancillis Dei, vel aliis illicitis perſonis, quam cum propinquis et conſanguineis, vel alienigenis uxoribus: et omnino anathematis mucrone perfoditur, qui talia agit, niſi correctus reſipiſcat a tam nefanda praeſumptione; et ſuo epiſcopo obtemperans, ſeipſum ad aequitatis normam corrigat et revocet.

XVI. *Ut ſpurii et [illegible] in haereditatem.*

Decimum ſextum caput. Decreto abdicitur [illegible] haereditas. Adulterinos namque filios, ac ſanctimonialium auctoritate apoſtolica ſpurios et adulteros judicamus. Virginem namque, quae ſe Deo voverit, et ad inſtar ſanctae Mariae veſtem induerit, ſponſam Chriſti vocitare non dubitamus. Ideo manifeſtum eſt, ſive in caeleſtibus rebus, ſive terreſtribus [illegible] ſuo ſibi eam matrimonio copulaverit, nunquam impunitus evadet. Unde et apoſtolus ait[s]: "Si quis templum Dei [illegible] Dominus. Templum enim Dei ſanctum eſt," etc. et idem apoſtolus[t]: "Hoc namque ſcitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, [illegible] haereditatem in regno Chriſti et Dei." Perpendite [illegible] res erit filius ancillae cum filio liberae." Sed dicet aliquis adulterinus: meretrix mea non eſt ſerva, ſed libera. His auctoritate apoſtolica re[illegible] exhibuiſtis ad obediendum, ſervi ejus eſtis, cui obediſtis? ſive peccati ad mortem, ſive juſtitiae ad ſanctificationem." Idcirco imperavimus apoſtolicis verbis[y], ut, "propter fornicationem fugiendam, unuſquiſque [laicus] ſuam uxorem legitimam habeat, et unaquaeque ſuum virum habeat," ut ſecundum Dominum inde haeredes legitimos habeant, fiantque haeredes Dei, cohaeredes autem Chriſti. Caeterum ſicut in canone, vel in evangelica doctrina, et decretis apoſtolicorum dogmatum de legitimis matrimoniis, vel ſtatuto tempore nubendi vel abſtinendi ſcriptum eſt; his decretis nihil addere praeſumimus, aut demere[z]: "Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei."

XVII. *Ut decimae [illegible] aequa pondera, et menſurae prohibentur.*

Decimum ſeptimum caput. De decimis dandis, ſicut in lege ſcriptum eſt[z]: "Decimam

[g] Pſal. lviii. 1. [h] Levit. xix. [illegible] [i] Eſai. i. 1[illegible] [k] [illegible] iii. 6. [l] [illegible] [illegible]
[n] Eſai. v. 8 [o] Pſal. lxxxi. 4. [p] Matt. xxv. 34. [illegible] [illegible] praetextu
ſe ſponſam. [s] 1 Cor. iii. 17. [t] Eph. v. 5. [illegible] [illegible] [illegible] 1 Cor. [illegible]
[y] 1 Cor. xi. 16. [z] Exod. xxiii. 19

partem ex omnibus frugibus tuis ſeu primitias deferas in domum Domini Dei tui." Rurſum, per prophetam[a]: "Adferte," inquit, "omnem decimam in horreum meum, ut ſit cibus in domo mea: et probate me ſuper hoc, ſi non aperuero vobis cataractas caeli, et effudero benedictionem uſque ad abundantiam: et increpabo pro vobis devorantem, qui comedit et corrumpit fructum terrae veſtrae; et non erit ultra vinea ſterilis in agro, dicit Dominus." Sicut ſapiens ait: "Nemo juſtam eleemoſynam de his, quae poſſidet, facere valet, niſi prius ſeparaverit Domino, quod a primordio ipſe ſibi reddere delegavit." Ac per hoc plerumque contingit, ut, qui decimam non tribuit, ad decimam revertatur. Unde etiam cum obteſtatione praecipimus, ut omnes ſtudeant de omnibus, quae poſſident, decimas dare, quia ſpeciale Domini Dei eſt; et de novem partibus ſibi vivat, et eleemoſynas tribuat; et magis eas in abſconditis facere ſuaſimus, quia ſcriptum eſt[b]: "Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te."

Uſuras quoque prohibuimus, dicente Domino ad David[c]: "Dignum fore habitatorem tabernaculi ſui, qui pecuniam ſuam non dederit ad uſuram." Auguſtinus quoque ait: "Quis habet injuſtum lucrum ſine juſto damno?" Ubi lucrum, ibi damnum; lucrum in arca, damnum in conſcientia.

Statuimus etiam, ut menſuras aequas et pondera aequalia ſtatuant omnibus, dicente Salomone[d]: "Pondus et pondus, menſuram et menſuram odit Deus:" id eſt, ne alio quis vendat pondere, vel menſura alia emat; quia "ubique Deus juſtitiam diligit, et aequitatem videt vultus ejus."

XVIII. *Ut vota fideliter reddantur.*

Decimum octavum caput. De voto chriſtianorum, ut impleant illud. Antiqui namque patriarchae et prophetae per hoc placuerunt Domino. Abel namque juſtus votum fideli animo obtulit de adipibus ſuis; et grata magis erant Domino, quam illius parricidae. Idcirco divino igne Deus abſumpſit holocauſta accepta, non bono autem animo oblata contempſit; et idcirco cum maledictione damnatus, iram meruit; junior autem felici martyrio coronatus eſt. Recordamini Enoch, qui votum vovit et reddidit, et vivens in corpore tranſlatus eſt. Noe namque juſtus votum vovit et reddidit, et ſolus omnium hominum, cum ſeptem ſibi conjunctis, de diluvio mundi liberatus eſt. Quid loquar de Abraham, qui caetera vota vovit et reddidit, et decimas ſacerdoti Melchiſedec dedit? de hoſtibus namque triumphavit: ideo meruit Dominum in trinitate non ſolum adorare, verum etiam in hoſpitium ſuſcipere, et promiſſionis filium de nonagenaria habere; et quem promiſſionis filium ſuſcipere meruit (maxime dicente Domino[e]: "In Iſaac vocabitur tibi ſemen, et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terrae)" ipſum promiſſionis filium mactare non renuit, quem proculdubio tamen victurum non diffidebat. Ideo fides cooperabatur operibus illius, et reputatum eſt illi ad juſtitiam, et amicus Dei appellatus eſt. Jacob namque votum vovit, et reddidit. Recordamini Jephthae de filia ſua, et memoria illius in ſempiternum erit. David propheta implens votum, nobis praecipit, dicens[f]: "Vovete et reddite Domino Deo veſtro, omnes, qui in circuitu ejus ſunt: afferte munera terribili, et ei, qui aufert ſpiritum principum, terribili apud omnes reges terrae." Salomon quoque ait[g]: "Cum feceris votum, feſtina reddere illud, ne forte Dominus iraſcatur tibi." Item: "Melius eſt non vovere, quam votum non reddere." Unde obſecramus, ut unuſquiſque ad mentem ſuam revocet, quicquid in proſperitate, et anguſtia Deo vovit; nec tardet reddere illud, ne forte iterum in anguſtiis implicati audire mereamini: "Quod ductum pollicitus eſt mihi, mentitus eſt: ad ſervandam duritiem tuam et cor impoenitens, theſaurizaſti tibi iram in die irae, et revelationis juſti judicii Dei. Ideo in interitu veſtro ridebo, et ſubſannabo, cum vobis, quod timebatis, advenerit." Nihil namque damus aut promittimus, niſi quod prius nobis dedit. Unde propheta compunctus ait[h]: "Quid retribuam Domino [pro omnibus] quae retribuit mihi?" Si quis autem voverit, et reddere diſtulerit, veremur, ne unquam illaeſus evadat, ut dictum eſt[i]: "Horrendum eſt incidere in manus Domini viventis," etc.

XIX. *Ut reliquias paganorum rituum quiſque abjiciat.*

Decimum nonum caput. Annexuimus, ut unuſquiſque fidelis chriſtianus a catholicis viris exemplum accipiat; et ſi quid ex ritu paganorum remanſit, avellatur, contemnatur, abjiciatur. Deus enim formavit hominem pulchrum in decore et ſpecie; pagani vero diabolico inſtinctu cicatrices teterrimas ſuperinduxerunt, dicente Prudentio[k]:

Tinxit et innocuum maculis ſordentibus Adam.

Domino enim videtur facere injuriam, qui creaturam foedat et deturpat.

Certe ſi pro Deo aliquis hanc tincturae injuriam ſuſtineret, magnam inde remunerationem acciperet. Sed quiſquis ex ſuperſtitione gentilium id agit, non ei proficit ad ſalutem, ſicut nec Judaeis circumciſio corporis ſine credulitate cordis.

Veſtimenta etiam veſtra, more gentilium, quos, Deo opitulante, patres veſtri de orbe armis expulerunt, induitis: miranda res, et nimis ſtupenda; ut quorum vitam ſemper odiſtis, exempla imitemini.

Equos etiam veſtros turpi conſuetudine detruncatis, nares finditis, aures copulatis, verumetiam et ſurdas redditis, caudas amputatis; et quia illos illaeſos habere poteſtis, hoc nolentes cunctis odibiles redditis.

Audivimus etiam, quod dum inter vos litigium verſatur, ſortes more gentilium mittitis;

[a] Malach. iii. 10. [b] Matt. vi. 2. [c] Pſal. xiv. 5. [d] Prov. xx. 10. [e] Gen. xxi. 12. [f] Pſal. lxxv. 12.
[g] Eccl. v. 4. [h] Pſal. cxv. 3. [i] Heb. x. 31. [k] In Enchirid.

quod

[illegible] gum illi [illegible]

[illegible] etiam pleique in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] evitate. Cont[illegible] [illegible] ſta et ſecu[illegible]dum D[illegible] ſi[illegible].

§ X. *De* [illegible], [illegible], *et* [illegible].

[illegible] ſimum caput. [illegible] generaliter in[illegible], ut juxta propheti[illegible] vocem [illegible] [illegible], quae ait: "Nolite tardare converti ad Dominum, nec differatis de die in diem." [illegible]: "[illegible] ad me in toto corde veſtro, in jejunio, et fletu, et planctu." Item: "[illegible] ad me, et ego [illegible] ad vos." Et juxta apoſtolum [n]: "Confitemini alter alteri peccata veſtra, et orate pro invicem, ut ſalvemini; ne ullum [quod abſit] ſubitanea mors imparatum inveniat." Et juxta judicium ſacerdotum, et modum culpae, euchariſtiam ſumite, et fructus dignos poenitentia facite; fructuoſa [illegible] poenitentia eſt, admiſſa deflere, et [illegible]ta in poſtmodum non admittere.

Si quis autem (quod abſit) ſine poenitentia aut confeſ[illegible] de hac luce diſceſſit, [illegible] nime orandum eſt. Nullus enim noſtrum abſque peccato eſt, nec infans unius diei, dicente apoſtolo [o]: "Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, et veritas in nobis non eſt; poenitemini igitur et convertimini, quia mors non tardat, ut deleantur veſtra peccata; et illa vita ſine ſine manſura, cum angelis ſanctis perfrui mereamini per eum, qui vivit et regnat in ſecula ſeculorum.

Haec decreta, beatiſſime papa Hadriane, in concilio publico coram rege Aelſwaldo, et archiepiſcopo Eanbaldo, et omnibus epiſcopis et abbatibus regionis, ſeu ſenatoribus, et ducibus, et populo terrae propoſuimus; et illi, ut ſuperius fati ſumus, cum omni devotione mentis, juxta poſſibilitatem virium ſuarum, adjuvante ſuperna clementia, ſe in omnibus cuſtodire devoverunt; et ſigno ſanctae crucis in vice veſtra, in manu noſtra confirmaverunt; et poſtea ſtylo diligenti in charta hujus paginae exaraverunt, ſignum ſanctae crucis infigentes.

Ego [p] Aelfwaldus, Tranſhumbranae gentis rex, conſentiens, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego [q] Dilberchus, Auguſtadenſis eccleſiae praeſul, gaudens, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego Eanbaldus, gratia Dei archiepiſcopus ſanctae Eboracenſis eccleſiae, hujus chartulae piae et catholicae taxationi ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego Hyguvaldus [r], Lindisfarnenſis eccleſiae epiſcopus obediens, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego [s] Aedilberchus, Candenſis Caſae epiſcopus ſupplex, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego Aldulphus, Myienſis eccleſiae epiſcopus, devota voluntate ſubſcripſi.

Ego Aethilwinus, epiſcopus, per legatos ſubſcripſi

[illegible], pat[illegible], [illegible] cido animo ſubſcripſi.

[illegible] preſbyteri, diaconi eccleſiarum, et abbates monaſteriorum, [illegible] pere, uno ore conſentimus et ſubſcripſimus.

Ego Alrich, dux, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego Si[illegible], dux, [illegible] ſcripſi.

Ego Aldberich, abbas, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego E[illegible]t [illegible] ſcripſi.

His peractis, et data benedictione, perreximus, aſſumptis nobiſcum viris illuſtribus, legatis regis et archiepiſcopi, Maluinum videlicet et P[illegible], [illegible] ipſa decreta ſecum deferentes in concilium Merciorum, ubi glorioſus rex Offa, cum ſenatoribus terrae, una cum archiepiſcopo Jaenberchto, ſanctae eccleſiae Dorovernenſis, et caeteris epiſcopis regionum convenerat, et in conſpectu concilii clara voce ſingula capitula perlecta ſunt; et tam Latine, quam Teutonice, quo omnes intelligere poſſent, dilucide reſerata ſunt. Qui omnes conſona voce, alacri animo gratias referentes, apoſtolatus veſtri admonitionibus promiſerunt, ſe, divino adminiculante favore, juxta qualitatem virium promptiſſima voluntate in omnibus ſtatuta haec cuſtodire. Quinetiam, ut ſupra taxavimus, tam rex, quam principes ſui, archiepiſcopus cum ſociis ſuis in manu noſtra, in vice Domini veſtri, ſignum ſanctae crucis firmaverunt, et rurſum praeſentem chartulam ſacrato ſigno roboraverunt.

E[illegible] Jaenberchtus [illegible] Dorovernenſis eccleſiae ſupplex, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Ego Offa, rex Merciorum, conſentiens his ſtatutis, prompta voluntate ſigno crucis ſubſcripſi.

Hugiberchtus [u], epiſcopus Lichtenfelſae eccleſiae, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Edeulfus [w], Lindiſſis Faronenſis epiſcopus, ſubſcripſi.

Unuuona [x], Legorenſium epiſcopus, ſubſcripſi.

Alchardus epiſcopus ſubſcripſi.

Fadberchus epiſcopus ſubſcripſi.

Chumberchus epiſcopus ſubſcripſi.

Harchelus epiſcopus ſubſcripſi.

Acine epiſcopus ſubſcripſi.

Tora epiſcopus ſubſcripſi.

Waremundus epiſcopus ſubſcripſi.

Adalmundus epiſcopus ſubſcripſi.

Adoredus epiſcopus ſubſcripſi.

Edrabodus abbas, Alemundus abbas, Bedwinus abbas, Uttel abbas.

Brorda dux, ſigno ſanctae crucis ſubſcripſi.

Facuualdus dux ſubſcripſi.

Bercoaldus dux ſubſcripſi.

Othbaldus comes ſubſcripſi [y].

[l] Eccl[illegible] 11. [m] Joel ii 12. [n] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *Aethelb*[illegible] [illegible] *Eb*[illegible] [illegible] [illegible] epiſcopus *Lindisfarnenſis*. [illegible]
[y] Haec collect[illegible] [illegible] [illegible]

Liche-

4

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
ADRIAN. I. 14.	JEAMBERT. 22.	785.	EGFERT. 8.	CONSTANT. VII. 6.

Lichefeldenſis epiſcopatus in archiepiſcopatum deſignatur ab Offa rege. Ex codice S. Alban. de vita Offae regis. MS. p. 153. citante clar. Spelm.

ROBORATUS igitur ſuo [id eſt, Caroli magni foedere] rex Offanus nullas formidans hoſtium inſidias vel rebelliones, formam induit praelati religioſi, et paſtoris eccleſiaſtici, curam et ſolicitudinem gerentis de grege dominico; quarundam igitur eccleſiarum cathedralium ſedes in melius ſtudet ordinare, et ſalubriter, ut conſcivit, tranſmutare. Accuſatus eſt autem Lambertus, archiepiſcopus Cant. coram rege Offano accuſationibus pervalidis; quarum una fuit, quod Cantuaria nimis vicina fuit regnis Karoli tranſmarinis, cui etiam ante contracta foedera promiſerat idem Lambertus Karolo, quod ſi hoſtiliter ingreſſurus Britanniam adveniret, liberum in archiepiſcopatum ſuum introitum inveniret, favorem, et adjutorium. Praeterea perſuaſum erat regi Offano, ubi glorioſe de inimicis ſuis triumpharat, ibidem vel prope locum cathedralem archiepiſcopatu et primatu reverenter merito foret ſullimandum.

Miſit igitur ad papam Adrianum tunc praeſidentem, cui rex Offanus fuerat propter ſuam ſupereminentem ſanctitatem amiciſſimus, nuncios diſcretos et facundos, honore atque favore condignos, inſuper donativis conferendis praemunitos: noverat enim rex deſideria Romanorum. Poſtulavit igitur rex inſtanter, et, nonnullis datis muneribus, impetravit, ut contra veterem conſuetudinem approbatam Ealdulphum archiepiſcopum conſtitueret Lichefeldenſem; ut videlicet omnes provinciae Merciorum (quarum provinciarum, et epiſcoporum haec ſunt nomina) antiſtiti ſubjicerentur memorato [a].

Nomina provinciarum et epiſcoporum: Kenebertus, Wigornenſis epiſcopus; Werebertus, Legeceſtrenſis; Eadulphus, Sinaceſtrenſis; Wuluardus, Herefordenſis.

Epiſcopi orientalium Anglorum: Haraldus, Helmamenſis; et Tedfordus [Donmunenſis]. Et ſic per negligentiam diviſa, immo potius diſſipata eſt primatia, ipſo Cantuarienſi tepide reſiſtente regis impetui, ut decuit et expedivit.

Remanſerunt autem antiſtiti Lamberto epiſcopus Londonienſis, Wintonienſis, Roffenſis, Sireburnenſis.

Stetit autem haec regis violentia toto Lamberti praeſulatus tempore, quamvis idem archiepiſcopus nihil vel ſumptibus, vel laboribus parceret, ut priſtina gauderet eccleſia ſua dignitate. Procurante igitur rege Offano efficaciter, Eadulphus, Lichefeldenſis archiepiſcopus, pallium ſuſcepit. Ipſo autem tempore Werebertus, Legeceſtrenſis epiſcopus quartus diem clauſit extremum; et ſubſtitutus eſt Unwona, regis cancellarius, et conſiliarius familiariſſimus; et cito poſt Eadulpho, Lichefeldenſi archiepiſcopo, defuncto, ſubrogatus eſt Humbertus, quem quidam Bertum appellant, ſyllaba ſubtracta. Iſte Humbertus magnae ſanctitatis vir fuit, literaturae et prudentiae ſecularis, regis capellanus, conſcius ejuſdem ſecretorum, et confeſſor, atque morum informator. [Haec codex S. Albani de vita Offae regis MS. qui multo inferius ſic progreditur].

Eiſdem annis Adrianus papa legatos miſit in Britanniam, ad fidem, quam Auguſtinus epiſcopus praedicaverat, renovandam et confirmandam. Qui in verbis et operibus ſanctae doctrinae et virtutum populos adhuc rudes ſalubriter informarent. Ipſi igitur a rege et clero honorifice ac reverenter ſuſcepti, ſuper ſtabile fidei firmamentum ſane et prudenter (Chriſti cooperante gratia) aedificaverunt. Ut haec autem ſapientius rite proſequerentur, tenuerunt concilium apud Chalchuthe, ubi Lambertus, archiepiſcopus Cantuariae, partem ſui epiſcopatus archiepiſcopo Lichefeldae ſponte, quam poſtulaverat, reſignavit.

In illo quoque concilio Offa, rex Merciorum potentiſſimus, in regem fecit ſolenniter coronari filium ſuum primogenitum Egfredum, juvenem ſtrenuum et elegantem, moribuſque decenter redimitum; qui deinceps cum patre idem militans, et in omnibus obſecundans, uſque ad finem vitae ejus conregnavit *.

Lichefeldenſem eccleſiam plurimam in eodem partem archiepiſcopatus Cantuariae deportaſſe. Malm. Floril.

Offam, regem Merciorum, filium ſuum Egfredum in conſortium regni ſui cooptaſſe. Floril.

Higebritum (al. Hugebertum et Humbertum) jam electum eſſe ab Offa rege (inquit Hovedenus, par. i. ſed non adjungit, cui muneri.) Intelligo, ex epiſcopatu Lichefeldenſi (quem ſecundum Faſtos per ſeptennium jam tenuerat) ad ejuſdem eccleſiae archipraeſulatum. Nam ſub hoc ipſo tempore archiepiſcopus dicitur Merciorum, ut infra videris in collatione Verolamii, et concilio ibidem. In ſua tamen ſubſcriptione praeſenti huic Calchuthenſi concilio titulum non aſſumti, recens electus, et pallium alias expectaturus. Sed pallium ipſe omnino non obtinuit, at ſucceſſor ejus Aldulfus ſub triennio poſtea. Haec vero omnia in poſteriori ſeſſione acta ſunt. Accedamus jam ad Lichefeldenſe hoc negotium: de quo praetermiſſis quae ſub typis extant, ſic vetus codex S. Albani manuſcriptus.

[a] Vid. Malm. pontif. lib. i. in Lamb.

* Hactenus Albanenſis coenobita (in vita Offae) ſibi uſquequaque non conveniens. Cum enim Lambertum archiepiſcopum negligenter et tepide reſtitiſſe increpaſſet regis impetui; demulcens protinus, eum refert nihil vel ſumptibus vel laboribus peperciſſe, ut priſtina gauderet eccleſia ſua dignitate. Sed hoc de ſpoliato forte, id de inconcuſſo dixerit. Quin et ait, eum ſponte poſtulata reſignaſſe. Numquid ſponte effeciſſe cenſeatur, in quo papali, regio, legatino et ſynodali decreto volens nolens obſecundavit? Cautior Weſtmonaſterius reſignaſſe ait, non ſponte. Audi de re integra Malmesburium (geſt. reg. l. i. c. 4.) “ Offa, rex Merciorum, in Deum pertinax, ſedem archiepiſcopatus, olim Cantuariae fundatam, in Lichefeldam transferre conatus eſt; invidens ſcilicet Cantuaritis archiepiſcopatus faſtigium. Quapropter Lambrithum archiepiſcopum multis ſudoribus fatigatum, crebraque ſedis apoſtolicae, et nova et vetera edicta proferentem, tandem omnium praediorum, quae intra terminos ſuos erant, et epiſcopatuum ditione privavit. Per Adrianum igitur apoſtolicum, quem veriſimi-

Conci-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. [illegible]	[illegible]
ADRIAN. I 17.	JEAMBERT 25.	788.	EADBERT P[illegible]	[illegible] VII.

Concilium Finchenhalenſe †. Ex Huntington. et aliis.

SOLUMMODO non anonymum eſt hoc concilium, ſed praeter nomen nihil exhibet. Coactum cenſeo, inter alia, ad comprimendum funeſtiſſimas Danorum irruptiones, qui ſuperiori anno Angliam primum jam advenerant. Tractari enim id negotii, et ſecularia alia (ut hic ſupra et inferius videris) in conciliis iſtiuſmodi ſynodalibus, licet in concilio Calchuthenſi dudum praecedente Can. 10. ſit prohibitum. Sed audi, quid de iſto Huntingtonius (hiſt. lib. iv.) ſub Brithrici, regis occiduorum Saxonum, anno 4. id eſt Domini noſtri DCCLXXXVII. His autem diebus venerunt Daci (ſic Danos vocat) cum tribus puppibus in Britanniam praedationis cauſa, etc. Anno ſequenti convenit concilium apud Nordhumbre in Wincenhale. Adde illa Hovedeni (hiſt. par. 1.) Synodus, inquit, congregata eſt in Pyncamhale [Wigornenſis dicit 4. nonas Sept. 12. Septemb.] 4. Septembris; in quo tempore Albert, abbas Hripenſis, deceſſit, et ei Sigred ſucceſſit anno DCCLXXXVIII. Huc etiam ſpectare non redarguam, ſi quis [illegible] affirmaverit, quae a Weſtmonaſterio referuntur in anno DCCXCII. inter auctores enim ſub his ſeculis levis eſt quadriennii differentia. Sic autem ille: Eodem anno [DCCXCII.] congregata eſt ſynodus in loco, qui Finchale dicitur, praeſidente archiepiſcopo, cum ſuis ſuffraganeis epiſcopis, et aliis multis.

Finchale, hodie Finkeley, villa eſt in epiſcopatu Dunelmenſi, qui olim regi Nordhumbrorum paruit, ideoque [illegible] Hunt[illegible] concilium apud Nordhumbre dicitur convenire. Villae ita meminit idem Hovedenus in rege Henrico II. Eodem die paſſio beati Thomae revelata eſt Godrico anachoritae, per Spiritum Sanctum, apud Finkale, qui locus diſtat a Cantuaria plus quam centum ſexaginta miliaria. Haec Spelm.

Synodus Acleenſis. Citante Spelmanno.

IN ſplendido veteri MS. codice bibliothecae publicae Cantabrigienſis, cui titulus eſt, De tempore regum Britannorum (lib. i. cap. 17.) ſic deprehenditur. Anno dominicae incarnationis DCCLXXXVIII. Elfwaldus, rex Nordanhymbrorum, poſtquam decem annos regnavit, conjuratione facta ab ejus Patricio, Siga nomine, miſerabili morte 11. cal. Octobr. occiſus eſt juxta Murum, etc. Quo etiam anno 3. cal. Octobr. ſynodus fuit in loco, qui dicitur Acclech[a]. Nulla de actis mentio. Hanc etiam, ut praecedentem, nota tantum perſtrinxit Hovedenus (hiſt. lib. iv.) Brictrici, inquit, regis anno vi. congregata eſt ſynodus apud Acleam. Wigornenſis etiam: Synodus, ait, apud Acleam celebratur: ſed eam ponit in an. DCCLXXXI. cum utraque forte eadem ſit. Acleam vero ſitam eſſe cenſeo in epiſcopatu Dunelmenſi, ubi duae hodie iſtius nominis reperiuntur villae; una Aclea dicta ſimpliciter, altera ſcholaris Aclea (Schole Acle) nuncupata.

libus aſſertionibus diu [illegible]
ſcopatus Merciorum apud [illegible]
ſunt nomina, repeto, ut librorum [illegible]
ſtrenſis epiſcopus; Eadulphus, Sidnaceſtrenſis epiſcopus; Wlpheardus, Herefordenſis.

Et epiſcopi orientalium Anglorum; viz. Alheardus, Helmanenſis; Tidfrid, Dommucenſis.

Vocabatur autem epiſcopus Lichefeldenſis Aldulphus. Remanſerunt vero archiepiſcopo Cantuarienſi, Lamberto, epiſcopi quatuor; Londinenſis, Roffenſis, [illegible]

Horum epiſcopatuum, inquit [illegible] uniti. Nam Legeceſtrenſis, et Sidnaceſtrenſis, et Dommucenſis (incertum quo eventu) hodie non extant. Nec porro in his rapacitas Offae ſtetit, ſed multarum eccleſiarum (inter quas Malmesburienſis) praedia publicus expilator abraſit. Sed non diu canonicas regulas haec temeravit iniquitas, [illegible] gione impar, miſſa Leoni, Adriani ſucceſſori, epiſtola, Athelardum, ſucceſſorem Lambrithi, in priſtinam dignitatem ſublimavit.

De chronologia hujus concilii dubia ita commentatur clar. Spelmannus: “Haec Gulielmus Malmeſburienſis, et haec utique Matthaeus Florilegus; ſed nullum ille apponit tempus ſynodi: male hic (Huntingtonium lib. iv. in Brithric. ſecutus) annum gratiae DCCLXV. Hadrianus enim papa, a quo haec [illegible] num DCCLXXII. Conjector ergo ſibi poſt [illegible] Alfwoldus, rex Nordanhymbrorum, quem emicuiſſe in hac ſynodo certiſſimum eſt, diem obiit praecedenti anno. Cum Hovedeno igitur et auctore antiq. Britan. eccl. ad an. refero DCCLXXXVII. licet Magdeburgenſes in an. DCCLXXXVI. poſuerint et Wigornenſis in an. DCCLXXXV. ubi ait: In loco, qui lingua Anglorum Cealchithe dicitur, litigioſa facta eſt ſynodus, et idcirco modicam portionem ſuae parochiae archiepiſcopus amiſit Jambertus. Maluiſſem ego tamen (ſi meiipſius arbitrio cederetur) tempus iſtius ſynodi in an. DCCLXXXVIII. determinaſſe; quod Denebertus et Vulpheardus, quorum alter Wigornenſis, alter Herefordenſis epiſcopus in eadem nominatur, hiis non videntur inſigniri titulis ante annum DCCLXXXVIII. Sed id mihi caligat caetera, quod in ſubſcriptionibus multos epiſcopos reperio, quorum nec ſedes novimus, nec ipſa nomina; reliquos etiam ita perperam ſaepe ſcriptos, ut ni legantur juxta emendationes, quas in margine annotavimus, nec de eis certum fuerit. Cenſeo vero eorum aliquos qui in prima ſeſſione ſubſcripſere, e Scotorum partibus adveniſſe.” Haec SPELM. Nos chronicon Saxonicum ſecuti ad A. C. DCCLXXXV. concilium hoc reponimus.

† Concilium Finchenhalae in epiſcopatu Dunelmenſi, regno Northumbriae, ſub Eanbaldo, archiepiſcopo Eboracenſi, 4. non. Septemb. anno Domini DCCLXXXVIII [illegible]

4

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
ADRIAN. I. 22.	ATHELARD. I.	793.	EADBERT. PRAEN. 8.	CONSTANT. VII. 14.

Caroli magni ad Athelardum, Cantuarienſem archiepiſcopum, epiſtola. Ex MS. clar. Uſſer. ad hunc locum.

CAROLUS, gratia Dei rex Francorum et Longobardorum, ac patricius Romanorum, Athilhardo, archiepiſcopo, et Ceolwulfo, coepiſcopo illius, aeternae beatitudinis ſalutem. Nullatenus veſtram terrae longinquitatem, vel procelloſi maris latitudinem foederatae in Chriſto amicitiae jura diſrumpere fas arbitramur. Sed quanto longiore ſpatio humana dividitur converſatio, tanto probatiore fide pietatis pactum ſervari debebit. Quia ſaepe in praeſentia timor, vel erubeſcentia in facie foris oſtendit, quod homo intus in corde non retinet. Igitur ſancta fides in abſentia laudabilis extat, et in praeſentia venerabilis conſiſtit. Unde et in ejus fiducia, quam pia olim allocutione praeſentes pepigimus, hos miſeros patriae ſuae exules veſtrae direximus pietati, deprecantes, ut pro eis intercedere dignemini apud fratrem meum chariſſimum Offanum regem, quatenus pacifice, et abſque alicujus injuſtitiae oppreſſione in ſua liceat converſare patria, et cuilibet deſervire. Nam dominus illorum Umhrinſgſtan diem obiit; qui, ut nobis viſum fuit, fidelis ſuo fuiſſet domino, ſi in patria licuiſſet perſeverare. Sed ut mortis evaderet periculum, ut dicere ſolebat, fugit ad nos, ſemper paratus ſe ab omni purgare infidelitate. Quem propter reconciliationem, non propter inimicitias, aliquantiſper retinuimus apud nos. His vero contribulibus ſuis, ſi pacem precari valeatis, remaneant in patria. Sin vero durius de illis frater meus reſpondeat, illos ad nos remittite illaeſos. Melius eſt peregrinari, quam perire; in aliena ſervire patria, quam in ſua mori. Confido de bonitate fratris mei, ſi obnixe pro illis intercedatis, ut benigne ſuſcipiat eos, pro noſtro amore, vel magis, pro Chriſti charitate, qui dixit: "Dimittite, et dimittetur vobis." Intercedentem pro nobis veſtram ſanctitatem divina pietas incolumem cuſtodiat in aeternum.

Offa, rex Merciorum, decimam omnium rerum ſuarum eccleſiae concedit. Ex chronico Jo. Bromton. abb. Jornal. p. *776*.

ISTE Offa ſanctum Ethelbertum, regem orientalium Anglorum, ad ſe cauſa ducendi filiam ſuam venientem, de pravo conſilio uxoris ſuae proditionaliter fecit mori, in cujus redemptione peccati, ſuperbiam ſuam ad tantam humilitatem et poenitentiam reduxit, quod decimam omnium rerum ſuarum eccleſiae ſanctae dedit, et terras (ut fertur) plurimas eccleſiae Herefordiae, in qua dictus glorioſus martyr Ethelbertus jacet, contulit atque dedit, quas uſque in hodiernum diem eccleſia illa tenet. Monaſterium quoque ſancti Albani conſtruxit, et illud multis modis ditavit, ac oſſa ejuſdem ſancti Albani cum ſumma devotione tranſtulit, et honore. Et ſic demum Romam profectus, limina apoſtolorum Petri et Pauli humiliter viſitavit, deditque vicario beati Petri, Romanae urbis pontifici, reditum unius denarii ſtatutum in perpetuum de ſingulis domibus regni ſui. Et primus fuit, ut dicitur, qui hoc dedit. De iſto martyrio ſancti Ethelberti, Herefordenſis eccleſiae patroni, ac contritione et poenitentia dicti regis Offae, ſuperius inter reges Eſtangliae ſatis diffuſe et plene eſt tractatum. Offa rege defuncto, Egfridus, filius ſuus, ſibi ſucceſſit, etc. †

*Collatio * Verolamii ſub Offa, rege Merciorum, de exquirendo S. Albani protomartyris ſepulturae loco.* Citante Spelmanno.

REX Offa viſione, uti dicitur, admonitus, ut de ſepulchro et reliquiis S. Albani protomartyris exquirendis, et coenobio eidem extruendo, curam adhiberet: "Accito," inquit auctor vitae Offae regis manuſcriptus, p. 166. "Humberto, Merciorum archiepiſcopo, cujus ſedes apud Lichefeldam, ut praedictum eſt, nuper ab eodem rege fuerat conſtituta, divinam ei voluntatem indicat in praemiſſis. Tunc archiepiſcopus ſupradictus, aſſumptis continuo ſecum Ceolwulfo, Lindeſienſi, et Unwona, Legeceſtrenſi epiſcopis, ſuis ſuffraganeis, cum innumera u-

† Haec Bromtonus, Jornalenſis monachus (vel potius Jervalenſis) in hiſtoria ſua, quae plerumque Jornalenſis nuncupatur. Erat autem Jerval monaſterium in agro Richmundenſi, parte Angliae boreali. Donationem vero iſtam factam refero anno gratiae DCCXCIII. quod in eo anno Ethelbertum, regem orientalium Anglorum, jugulatum perhibent Weſtmonaſterius et Faſti, ab Offa rege; qui, ut auctor vitae ejus oſtendit, profectus eſt Romam poſtea in eodem anno, et intercedenti temporis ſpatio decimationem iſtam fecit, ut hic prae oculis ponit Jornalenſis. Egregia certe ſunt, quae de hoc principe referuntur in utroque genere, pietatis et nequitiae. "Hujus geſta," inquit Malmeſburius (geſt. reg. lib. i.) cum conſidero, animus haeret in dubio, utrum probem, an improbem. Ita in uno eodemque homine modo ſe virtutibus vitia palliabant, modo virtutes vitiis ſuccedebant, ut ambigeres, quo teneres modo ——— "mutantem Protea vultus." Singulorum documenta ſermo percurret," etc. Haec SPELM.

* Collationem proprie, non ſynodum, vocat S. Auguſtinus (contra Donatiſt. et in epiſt.) quorundam aliquot epiſcoporum conventum ad deliberandum de re aliqua; praetermiſſis ſynodali ſolennitate, caeteriſque ſuis comprovincialibus epiſcopis.

triuſque

triu[illegible] ſexus, et diverſae ae[illegible], re[illegible] die ſibi ſtatuto, apud Ve[illegible] [illegible]erunt. Tunc p[illegible] lo in [illegible] ſanctificato, antiſtites ſacri ſacerdotalibus infulis adornati, affore ſibi beati martyris auxilium flagitabant. Fuerat namque locus, et memoria martyris, poſt adventum S. Germani, Altiſſiodorenſis epiſcopi, qui cum beato Lupo, Trecaſinae urbis epiſcopo, ad extirpandam haereſim Pelagianam, in Britanniam venerat, annis circiter ducentis et quadraginta quatuor, omnino deleta. Siquidem gens pagana Saxonum, Jutorum, et Anglorum, Britonibus expulſis, ſibi inſulam ſubjugaverant; qui agros cum horreis feraliter depopulantes, praelatos quoque membratim detruncantes, omnem pene Britannicam inſulam, a mari uſque ad mare, hoſtili exterminio velut in deſertum redegerunt.

Hac itaque tempeſtate eccleſia beati Anglorum protomartyris Albani, quam Beda in Anglorum hiſtoria miro tabulatu lapideo ſcripſit fuiſſe conſtructam, inter caeteras regionis eccleſias funditus eſt ſubverſa: unde ſepulchrum ejus, quod in adventu S. Germani, et ante, a paſſione martyris uſque ad illius patriae deſolationem, et ab omnibus notum propter antiquae famae celebritatem, et miraculorum frequentiam ab omnibus fuerat adoratum compatriotis, et honoratum univerſis, tempore, quo Offae regi invictiſſimo, angelico fuerat miniſterio revelatum; locus autem ſepulchri et loci deſtructi cognitio penitus delebatur, &c. Haec Albanenſis coenobita in vita Offae regis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Saxon.	Imperat.
ADRIAN. I. [illegible]	ATHELARD. 1.	793	EADBERT. PRAEN. 8.	[illegible]

Concilium Verolamienſe.[a] Ibidem.

POST praedictam collationem, et alia multa de inventione reliquiarum S. Albani protomartyris ad noſtrum inſtitutum minime pertinentia, ſic progreditur codex praedictus manuſcriptus de vita Offae regis.

Acta autem ſunt haec a paſſione ſupradicti martyris anno quingenteſimo ſeptimo, ab adventu Anglorum in Britanniam trecenteſimo quadrageſimo quarto, indictione prima cal. Auguſti. Et mox:

Eodem quoque menſe rex [Offa] ibidem provinciale tenuit concilium, cum archiepiſcopo Humberto, ſuis ſuffraganeis, et primatibus ſuis univerſis; ut tractet diligenter et efficaciter de conventu monachorum in loco illo congregando, atque coenobio conſtruendo, et magnifice et regaliter privilegiando, ubi protomartyris regni ſui, imo totius Britanniae vel Angliae reliquias invenit, et quem locum ſuo ſanguine conſecravit. Placet omnibus pium regis propoſitum, eique epiſcoporum conſulit prudentia, ut auctoritate Romani pontificis, etſi alias hoc factum fuerit, quia non iterari inutiliter dicitur, quod non ſcitur perpetratum, canonizetur ſimiliter et privilegietur monaſterium in honorem ejuſdem martyris noviter conſtruendum. Et haec omnia, ut digniorem et firmiorem ſortiantur effectum, conſilium virorum ſanctorum et diſcretorum ſuſcipit et exaudit; ut per legatos ſolennes a latere regis deſtinatos, aut potius in propria rex ipſe ſuper hiis in curia Romana tractet diligenter. Offa igitur rex piiſſimus ſuorum magnatum ſano acquieſcens conſilio, divino ductus ſpiritu, Tranſalpinum valde ſibi laborioſum et ſumptuoſum iter arripit ſine morae diſpendio. Nec eum cura rei familiaris, vel regni cuſtodiendi neceſſitas, vel comminantis ſenii gravitas (regnaverat enim jam triginta et ſex annis) nec laboris immanitas, vel pecuniae inaeſtimabilis effuſio, ipſum poterant retardare. Habemus hic annum iſtius concilii, viz. XXXVI. regni Offae, qui in faſtis plane convenit anno Domini noſtri ſalvatoris DCCXCIII. et eidem igitur nos affiximus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Saxon.	Imperat.
ADRIAN. I. 23.	ATHELARD. 2.	794	CUTHRED. I.	[illegible] VII 15

Denarius annuus ſcholae Anglorum Romae collatus ab Offa rege ex ſingulis familiis regni ſui. Ibid.

[*Cauſa collationis, et collatio: in cujus remunerationem papa concedit, ut nullus Anglus poenitentiae cauſa mittatur in exilium.*]

REX Offa juxta ſententiam praedicti concilii Verolamienſis, iter Romam arripit, ut in noviſſimis praelibatum eſt". Eo tandem perveniens (verba teneo MS. codicis[b]) optata apoſtolorum limina contingit, et diverſorum loca ſanctorum percurrit. Demum Adriano I. ſummo pontifici, ſui cauſam adventus, et de loco ſimul, et beato Albano commemorando et magnificando, coenobioque conſtituendo, devote preces porrigens, petitioni ſuae Romanam de facili curiam inclinavit; praeſertim cum martyris inventio caelitus mortalibus ſit declarata. Augebat quoque devotionem, quod non cuilibet de populo, ſed tanto, talique regi tam magni martyris

[a] Concilium provinciale Verolamii ſub Offa rege Merciorum, et Humberto archiepiſcopo Lichfeldenſi, celebratum menſe Aug. anno Dom. DCCXCIII. indictione prima. In quo deliberatur de coenobio [illegible] protomartyris Britannorum S. Albani inſtituendo.

[b] De vita Offae reg. p. 171.

tyris pignora Deus revelavit. De monaſterio igitur conventuali, videlicet coenobiali, digne et celebriter conſtituendo, et ab omni epiſcoporum ſubjectione emancipando, papam et totam curiam conſulit cum effectu.

Cumque inclytus rex Offa eleganter peroraſſet, Romanus pontifex humiliter et favorabiliter, inclinato capite, ſic reſpondit. O regum chriſtianiſſime, fili Offa! devotionem tuam circa regni tui protomartyrem non mediocriter commendamus. Nec nos, quamvis remotos, latet veſtra ſtrenuitas vel ſincera ſanctitas: vere caelibem vitam agentibus merito mittendus fuit angelus, cum caſtitati cognata ſit puritas angelica. Et cum favorabilis ſit perſona tua, favorabilior eſt cauſa, quam proponis in medio, et labor peregrinationis acceptus eſt altiſſimo. De monaſterio vero conſtruendo et privilegiando, petitioni tuae aſſenſum praebemus gratiſſimum; injungentes tibi in tuorum remiſſionem peccatorum, ut proſpere et feliciter rediens, cum Dei et mea benedictione, in terram et regnum tuum, conſilio epiſcoporum et optimatum tuorum, quas volueris poſſeſſiones ſive libertates beati Anglorum protomartyris coenobio conferas, et tuo privilegio inde facto, nos originale tuum privilegio noſtro inviolabili gratanter roborabimus et confirmabimus conſequenter, et monaſterium illud in ſpecialem Romanae eccleſiae filiam adoptabimus, et noſtro tantum apoſtolatui ſubjicientes, ab omni nocivo cujuſlibet mortalium impetu ſpecialiter, mediante epiſcopo ſive archiepiſcopo, protegemus.

Hiis igitur auditis, rex, quid digne tantae benignitati compenſet, ſtudioſe pertractat. Tandem, divina inſpirante gratia, conſilium invenit ſalubre, et in die craſtina ſcholam Anglorum, quae tunc Romae floruit ingreſſus, dedit ibi ex regali munificentia ad ſuſtentationem gentis regni ſui illuc venientis, ſingulos argenteos de familiis ſingulis omnibus inpoſterum diebus ſingulis annis, quibus videlicet ſors tantum contulit extra domos in paſcuis, ut triginta argenteorum pretium excederet. Hoc autem per totam ditionem ſuam teneri inperpetuum conſtituit, excepta tota terra S. Albani ſuo monaſterio conferenda, prout collata privilegia inde proteſtantur; ut illo denario a generali contributione ſic excepto, et dicto monaſterio ſic collato, memoria donatoris indelebiliter perpetuetur; et hoc tali largitate obtinuit et conditione, ut de regno Angliae nullus publice poenitens pro executione ſibi injunctae poenitentiae ſubiret exilium.

Celebrata igitur donatione praedicta, et de peccatis omnibus, praecipue tamen de praeliorum multorum commiſſione facta confeſſione, et pro praedicta [b] coenobii funda, accepta poenitentia, cum benedictione devota ſummi pontificis rex ad propria proſpere remeavit.

" Sed ut intelligas, e quibus Anglorum provinciis Offa rex hanc conceſſit eleemoſynam, ditionis ſuae limites ſunt cognoſcendi; quos hic idem auctor manuſcriptus, poſt unum atque alterum capitulum, ſic in tertio inferius retulit, ſub rubrica, de amplitudine dominationis regni regis Offae ". Dominabatur, inquit, Offa rex magnus in viginti tribus provinciis, quas Angli SHIRAS appellant, id eſt, in Herefordenſi, cujus epiſcopus ſedem habet in eadem urbe. In provinciis Wigornenſi et Glovernenſi, quarum epiſcopus ſedem habet in Wigornia. In Warwicenſi, Ceſtrenſi, Stafordenſi, Schropeſberienſi, et Derebienſi, quarum epiſcopus habet ſedem in Lichefeld. In Legeceſtri, cujus epiſcopus in eadem urbe ſedem habet. In Lincolnienſi, cujus epiſcopus ſedem habet in Lindeſeia. In Northamtonenſi, Oxonienſi, Buckinghamenſi, Bedefordenſi, Huntingdunenſi, Cantebrigenſi, et dimidia Hertfordenſi, quarum epiſcopus apud Dorkeceſtram ſedem habet. In provinciis Eſſexiae et Middleſexiae, et dimidia Hertfordenſi, quarum antiſtes ſedem habet in civitate Londoniarum. In Northfolc et Suthfolc duo ſunt epiſcopi; unus Helmhamenſis, et alter Domucenſis. Dominabatur etiam [c] Snotingenſi provinciae, cujus chriſtianitas ad archiepiſcopum ſpectat Eboracenſem. Ex hiis omnibus provinciis dedit rex praefatus Offa denarium beati Petri, eo tamen retento et collato poſt receptionem beato Albano per totam ejuſdem martyris terram. Et idcirco beati Peti denarius appellatur, quia ſaepedictus rex Offa die ſancti Petri, qui dicitur ad vincula, ipſum martyrem ipſo die meruit caelitus invenire, et ipſum annuum reditum ipſo die Romanae eccleſiae pro redemptione animae ſuae contulit ad ſuſtentationem, videlicet ſcholae memoratae propter Anglorum rudium, et illuc peregrinantium eruditionem. Feſtivitas tamen inventionis ſancti Albani in craſtino inventionis ejuſdem celebratur, ne ſancti Petri celebritas detrimentum aut diminutionem patiatur [d].

[b] Notand. coenobii funda pro fundatio. Sic compla pro completio. Orna pro ornatura. Vigla pro vigilatione. Et ſimilia ſexcenta. Salmaſ. [c] i. Notinghamenſi.

[d] Hactenus codex MS. de vita Offae, qui tamen anni non meminit, quo denarius iſte ſeu argenteus (nam idem ſunt) conceſſus fuit ſcholae Anglorum; eum igitur tibi exhibet liber MS. Ciceſtrenſis, fuiſſe anno Domini noſtri DCCXCIV. ut infra in append. declaratur, in anno Dom. DCCLX. tit. Scholae ſeu collegii Ang. Romae inſtituti.

Sunt vero, qui ex regia iſta munificentia, et piiſſimo eleemoſynae genere ſat ingrate (ne inſulſe dicam) praedicarunt: regnum Angliae duriori ſono vectigale fieri, et tributarium Romano Pontifici: vocibus certe ſubjectionem, ſervitium, et clientelam vulgariter innuentibus, juxta id apoſtoli ad Romanos, Rom. xiii. 6. " Ideo enim et tributum praeſtatis:" cum e contra in feodali locutione atque ipſa canonica, qui beneficium accipit, beneficiarius; qui eleemoſynam, eleemoſynarius ſit dicendus. Hinc in jure noſtro municipali epiſcopi noſtri ſuis e regum munificentia praediis gaudentes et alimoniis, barones regis eleemoſynarii nuncupati ſunt, non rex eorum tributarius aut vectigalis, licet et annuos quibuſdam reditus et penſiones impendat. " Notandum tamen (inquit Glanvillus de legib. Angliae lib. vii. ca. I.) quod nec epiſcopus, nec abbas, quia eorum baroniae ſunt de eleemoſyna domini regis et anteceſſorum ejus, non poſſunt de dominicis ſuis aliquam partem dare ad remanentiam, ſine aſſenſu et confirmatione domini regis". Sic et pontifex ipſe Romanus legaliter non potuit alio modo diſponere de hoc ſuo vectigali ſeu tributo, quam a regibus Angliae datum fuit primitus et deſtinatum: nam voluntas donatoris obſervanda eſt. Occiſo perfide Ethelberto, rege orientalium Anglorum, direptoque pari iniquitate regno ſuo Offa, rex (inquit Polydorus hiſt. lib. iv.) " Romam ſe contulit veniae conſequendae cauſa, Romanoque pontifici, Hadriano primo, regnum ſuum vectigale fecit impoſito tributo, ex ſingulis nummis argenteis, quos

Conci-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Saxon.	Imperat.
ADRIAN. I. 23.	ATHELARD. 2.	794	CUTHRED. I.	[illegible]

Concilium Calchuthenſe *. Ex Stow in chronico.

De inſigni hoc concilio nulla mihi occurrit mentio, praeter Stoui (in chronico) illam haec de Offa memorantis inter Merciorum reges ſermone Anglico, quem Latine nos ſic damus. "Levari," inquit, "fecit reliquias S. Albani, et in ſcrinio poni auro et lapidibus pretioſis adornato. Condidit etiam in eodem loco regale monaſterium, dotavitque praediis charta ſua, data anno Chriſti DCCXCIII. regni ipſius Offae 33. in loco celeberrimo Celchyth nominato; ſub teſtimonio ſuiipſius (Offae) Egfrido filio ſuo, novem regibus, quindecim epiſcopis, viginti ducibus, etc." Intelligo Offam ipſum, et Egfridum filium ſuum (qui in ſuperiori Calchuthenſi concilio rex cum patre deſignatus eſt) duos fuiſſe e novem regibus; Brithricum, regem occidentalium Saxonum, tertium; Alricum, regem Cantuariorum, quartum; Suthredum, regem ultimum orientalium Saxonum, quintum; Alwoldum, regem Northumbrenſium, ſextum; Dimetiae regem, ſeu auſtralis Walliae, ſeptimum: Venedotiae regem, hoc eſt, borealis Walliae, octavum; et quis nonum ſuppleret, non hariolor, ni de Wallia forte regulus alius, hunc (de more) aſſumens titulum. Regna vero orientalium Anglorum, et auſtralium Saxonum animam jam efflaverant; et Manniae inſulae regem fidem adhuc non ſuſcepiſſe arbitror, nec cum Anglis rem habere.

Mihi autem non contingit vidiſſe hanc, quam Stouus chartam citat; ſed a mendis vereor haud eſſe liberam. Nam juxta Faſtos (qui in aliis Offae annis bene ſe habere ſolent) non hic reſpondet annus ejus 33. anno Chriſti DCCXCIII. ſed anno Chriſti DCCXC. aegre etiam conveniunt iſti anni Offae geſtis ſub hac periodo. Non enim eſt credibile, ut, habito in menſe Auguſto iſtius anni DCCXCIII. concilio magno Verolamienſi, Romam poſtea peregrinaretur; moram apud papam in negotiis promovendis debitam ſuſtineret; rediret lentis ſenum itineribus; reverſuſque, ingens hoc concilium, longa atque aegra ſolicitatione congregandum, in reſidua iſtius anni parte (omnia ſubito) expediret. Conſultius igitur ad annum DCCXCIV. referendum cenſeo (vel eo tardius) nam in Ciceſtrenſi MS. codice expreſſe legitur: "Offam regem anno Domini [illegible] XCIV. pro impetranda canonizatione S. Albani martyris Romam adeuntem tempore Adriani papae I. etc. hanc contuliſſe eleemoſynam." [illegible] Quin et illud agere Offa dicitur in [illegible] concilio Celchythae habito, quod auctor libri, De vita Offae, actum refert in loco, quo incoeptum fuit, ſcilicet Verolamii, in concilio [illegible], poſtquam rex ad propria proſpere remeaſſet, ut ex eodem libro ſupra recitavimus in titulo, de denario annuo ſcholae Anglorum Romae ab Offa rege collato. Conſtat etiam e praedictis, Celchyth locum fuiſſe in regno Merciorum, non Nordanhymbrenſium; Merciorum enim rex non ediceret concilium in alieno regno. Haec SPELM.

Concilium aliud Verolamienſe ſub Offa rege ‡. Citante Spelm. ex MS. Albanenſi.

Tunc congregato apud Verolamium epiſcoporum et optimatum ſuorum concilio, rex unanimi omnium conſenſu et benevola voluntate beato Albano amplas contulit terras, et poſſeſſiones innumeras; conſiderans, quod ibidem eleemoſynariis vigeret hoſpitalitas. Nam ibidem patet via ab aquilone venientibus, et ab auſtro redeuntibus communis, et ſtrata generalis dicta Watlingeſtrate; et pium ei videbatur, ut omnes itinerantes ibidem pium ex ſuis eleemo-

denarios vocant, domeſticatim in annos ſingulos conferendis: [illegible] Quam [illegible] erraverit in anno iſto deſignando e ſupradictis deprehendas, ſed [illegible] quarti illius libri. "Officia autem ejus regis (inquit pa. 80) pietatis plena [illegible] regnum ſuum Romano pontifici vectigale fecerit, ſingulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fecit idem, ejus exemplo, ut opinor, ductus, Offa, Merciorum rex, qui non multo poſt id tempus regnavit. Fuit is annus ſalutis circiter DCCXL. Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſthac Aethulphus rex, qui, ut proximo libro demonſtrabitur, totius fere inſulae imperium obtinuit. Omnis Anglia hoc tempore iſtud vectigal, pietatis et religionis cauſa, Romano pontifici pendit domeſticatim collatum, et nummi illi argentei vocantur vulgo denarii divi Petri, quos pontificius quaeſtor, quem non inſcienter collectorem nuncupant, cogit. Nos hanc olim quaeſturam, aliquot per annos geſſimus, ejuſque muneris obeundi cauſa primum in Angliam venimus". Locum hunc accurate depinxit Baronius anno DCCXLVI. num. 15. notavitque in margine "Anglia tributaria S. Petro", cum nec S. Petro conceſſus eſſet hic denarius, ſed Anglorum ſcholae, peregriniſque illuc venientibus; nec illius aliter honoratus nomine, quam [illegible] quae ad vincula nuncupatur, ideo perſolvendus fuit, ut memoria haberetur diei inventionis reliquiarum S. Albani in eadem feſtivitate contingentis; ut ex ipſo codice de vita Offae jamjam retulimus. Mos in populo [illegible] hodie [illegible] reditum, qui ad feſtum S. Michaelis perſolvendus eſt, reditum Michaelis vocant; qui ad feſtum annunciationis beatae virginis, dominae noſtrae appellant reditum; hunc "our ladies rente", illum "Michaelmaſſe rente". Vide plura huc ſpectantia, in append. in tit. quem dixi de ſchola Anglor. Romae anno DCCLX. infra in conceſſionibus Aethelwulphi regis circa annum DCCCLVII.

* Concilium apud Celchyth in regno Merciae celebratum, praeſentibus novem regibus, quindecim epiſcopis, viginti ducibus, etc. in quo Offa rex regale coenobium S. Albani protomartyris ampliſſimis donat latifundiis.

‡ Concilium Verolamii ſub Offa rege poſt reditum ejus Roma: in quo concedit Offa rex terras innumeras S. Albano, et perpetuum hoſpitium itinerantibus. Conventum inſtituit.

ſynis domicilium invenirent, locum igitur memoratum coenobio addictum, libertatum multiplici inſignivit privilegio. Monachorum quoque conventum ex domibus ordinatae religionis, maxime tamen ex domo Becci in Neuſtria, ad tumbam congregavit, et abbatem eis, nomine Willegodum, ordinavit; quod interpretatur, volens bonum: vere enim fuit bonae voluntatis, et de ſtirpe regia oriundus, regique Offae conſanguinitate propinquus, etc. Forte hoc et praecedens concilium idem fuit, licet de loco non convenit inter auctores. Haec ex MS. de vita S. Albani.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon	Imperat.
LEO. III. 1.	ATHELARD. 4.	796.	CUTHRED. 3.	CONSTANT. VII. 17.

*Synodus ab Aethelardo, archiep. Cantuarienſi coacta**. Ex chron. Saxon. p. 67.

AND Æþelard arcb. of Cantwareb. sette sinoþ. ⁊ getrymde. ⁊ gefæstnode ðurh ðas papan hæse Leones. ealle ða ðing be Godes mynstran. þa wæron gesett be Wihtgares dæge. ⁊ be oðra cinga dæge. ⁊ ðus cwæþ. Ic Aþelard eadmod arcb. of Cantwareberi. mid anmodan ræde ealles sinoþes. ⁊ mid ealra ðare gegaderunga ealra ðara mynstra. ðam be ealdan dagan friðnesse was geauen fram geleaffullan mannum. on Godes naman. ⁊ ðurh his bifigendan dom ic bebeode. swa swa ic hæse habbe of ðan papan Leone. ꝥ heonon-forþ nan ne dyrstlæce ceosan him hlauordas of læwedan mannan ouer Godes erfwyrþnysse. Ac eal swa swa hit ys on ðan gewrite ðe se papa hæfþ giuen. oþþe ða haligan weras gesettan. ðe beoþ ure fæderas. ⁊ ure lareowas. be haligum mynstrum. swa hi beliuan un-awemmed butan ælcre ansæce. Gif æni man ys ꝥ ðis Godes. ⁊ uræs papan. ⁊ ure bebod healdan nelle. ac far seoþ ⁊ far naht healdaþ. witan hi ꝥ hi sculon gifan gescead toforan Godes domsetle. And ic Aþelhard arcb. mid twelf biscopan. ⁊ mid ðrim ⁊ twentigan abbodan. ðys ylce mid rode tacne Cristes getrimmaþ ⁊ gefæstn.

AETHELARDUS item, archiepiſcopus Cantuarienſis, indixit ſynodum, ac ſtabilivit et confirmavit mandato papae Leonis omnia Dei eccleſias [ſpectantia] quae fuerant conſtituta Wihtgari diebus, aliorumque regum diebus, et ſic dixit: Ego, Athelardus, humilis archiepiſcopus de Cantwareberi, cum unanimi conſilio totius ſynodi, et totius congregationis omnium monaſteriorum, quibus ſuperioribus temporibus libertas conceſſa eſt a fidelibus viris; in Dei nomine, et per ejus tremendum judicium praecipio, ſicut mandatum habeo a papa Leone, ne deinceps aliquis audeat ſibi eligere dominos ex laicis hominibus ſuper Dei haereditatem. Verum ſicut eſt in chartis, quas papa conceſſit, aut ſancti viri conſtituerunt, noſtri nempe patres et noſtri domini, de ſanctis monaſteriis; ita illa permaneant inviolata, abſque omni recuſatione. Si quiſpiam fuerit, qui hoc Dei, et noſtri papae, noſtrumque mandatum obſervare noluerit, verum ſpreverit, ac pro nihilo duxerit; ſciat ille, quod redditurus ſit rationem ante Dei tribunal. Ego autem Athelhardus, archiepiſcopus, cum duodecim epiſcopis, et cum tribus et viginti abbatibus, hoc ipſum cum ſigno crucis Chriſti confirmo atque ſtabilio.

*Caroli magni ad Offam, Merciorum regem, epiſtola**. Ex MS. clar. Uſſer. ad h. l.

CAROLUS, gratia Dei rex Francorum et Longobardorum, ac patricius Romanorum, viro venerando ac fratri chariſſimo, Offae, regi Merciorum, praeſentis proſperitatis et aeternae beatitudinis in Chriſto ſalutem. Inter regales dignitates, et ſublimiores ſeculi perſonas foederatae in unanimitate pacis amicitiae jura, et ſanctae charitatis concordiam ex intimo cordis affectu ſervare, multis prodeſſe ſolet; et ſi inimicitiae nodos dominico praecepto diſſolvere jubemur, quanto magis vincula charitatis connectere curandum eſt? Unde et nos, frater dilectiſſime, antiqui memores inter nos pacti, has veſtrae reverentiae literas dirigere curavimus, ut foedus in radice fidei firmatum floreret in fructu charitatis; relectiſque veſtrae fraternitatis epiſtolis, quae diverſis ſiquidem temporibus, per miſſorum veſtrorum manus nobis delatae ſunt, ſingulis competenter veſtrae auctoritatis ſuggeſtionibus reſpondere ſatagentes, primo gratias agimus omnipotenti Deo, de catholicae fidei ſinceritate, quam in veſtris laudabiliter invenimus paginis exaratam; agnoſcentes vos non ſolum terrenae patriae fortiſſimos protectores, ſed etiam et ſanctae fidei devotiſſimos eſſe defenſores. De peregrinis vero, qui pro amore Dei, et ſalute animarum ſuarum beatorum limina apoſtolorum adire deſiderant, ſicut olim perdonavimus, cum pace ſine omni perturbatione vadant, ſuo itineri ſecum neceſſaria portantes. Sed probavimus quoſdam fraudulenter negotiandi cauſa ſe intermiſcere; lucra ſectantes, non religioni ſervientes. Si tales inter eos inveniantur, locis opportunis ſtatuta ſolvant felonea; caeteri abſoluti vadant in pace. De negotiatoribus quoque ſcripſiſti nobis, quos volumus ex mandato noſtro,

* Clar. Spelmannus concilium hoc Baccanceldae celebratum fuiſſe dicit anno Chriſti DCCXCVIII. Nos chronicon Saxonicum ſecuti, ad annum DCCXCVI. referimus, hac inſuper inducti ratione, quod archiepiſcopus Eboracenſis 19. cal. Sept. hujus anni conſecratus, profeſſionem archiepiſcopo Cantuarienſi eo anno fecerit, quo concilium fuit celebratum. Jam praeter hunc oðer Eanbald (quem Whart. tom. i. Angl. Sacr. p. 78. *Eadulfum* vocat) neminem alium in ſede Eboracenſi tempore Athelardi, archiepiſcopi Cantuarienſis, ſucceſſiſſe, hiſtoria docet.

ut

ut protectionem et patrocinium habeant in regno noſtro legitime, juxta antiquam conſuetudinem negotiandi. Et ſi in aliquo loco injuſta affligantur oppreſſione, reclament ſe ad nos, vel noſtros judices, et plenam jubebimus juſtitiam fieri. Similiter et noſtri, ſi aliquid ſub veſtra poteſtate injuſti patiantur, reclament ſe ad veſtrae aequitatis judicium, né aliqua inter noſtros alicubi oboriri poſſit perturbatio. De Odhberhto vero presbytero, qui de Roma rediens, pro Dei amore (ut referre ſolet) peregrinari volens, non vos accuſare veniens; ſciat dilectio veſtra, quod eum cum caeteris exulibus, qui timore mortis ſub noſtrae protectionis confugerunt alas, Romam direximus, ut ſub praeſentia domini apoſtolici, et N. archiepiſcopi veſtri, quo ſe ut veſtri innotuerunt apices, voto conſtrinxerunt, audita cauſa illorum judicentur; ut in quo pietatis interceſſio non profuit, aequitatis indicatio proficiat. Quid nobis cautius eſſe poterit, quam ut apoſtolicae auctoritatis cenſura cauſam diſcernat, in qua aliquorum diſſonat ſententia? Petras vero nigras, quas veſtra flagitabat reverentia, vobis direxi. Veniat miſſus, qui conſideret, quales animus veſter deſideret, et ubicunque inventae fuerint, dari et in vehendo adjuvari libenter mandabimus. Sed ſicut vos de longitudine petrarum deſiderium veſtrum intimaſtis; ita et noſtri de prolixitate ſagarum depoſcunt, ut tales jubeatis fieri, quales antiquis temporibus ad nos venire ſolebant. Cognoſcat quoque dilectio veſtra, quod aliquam benedictionem de Dalmaticis noſtris, vel palliis ad ſingulas ſedes epiſcopales regni veſtri, vel Aethelredi in eleemoſynam domni Adriani, apoſtolici patris noſtri, et amatoris veſtri direximus; deprecantes ut diligenter jubeatis intercedere pro anima illius, nullam habentes dubitationem beatam illius animam in requie eſſe, ſed ut fidem et dilectionem oſtendamus in amicum nobis chariſſimum. Sicut et beatus praecipit Auguſtinus, pro omnibus eccleſiaſticae pietatis interceſſiones fieri debere; aſſerens, pro bono intercedere, facienti proficere. Sed et de theſauro humanarum rerum, quem Dominus Jeſus nobis gratuita pietate conceſſit, aliquid per metropolitanas civitates tranſmiſimus; veſtrae quoque dilectioni, ad gaudium et gratiarum actione Deo omnipotenti, [illegible] ſtuduimus unum baltheum, et unum gladium Huniſcum, et duo pallia ſerica. Quatenus ubique in populo chriſtiano divina praedicetur clementia, et nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti glorificetur in aeternum; pro nobis noſtriſque fidelibus, immo et pro cuncto populo chriſtiano, aſſiduas fieri faciatis interceſſiones, deprecamur; quatenus mitiſſima ſuperni regis [bonitas] regnum ſanctae eccleſiae protegere, exaltare, et dilatare dignetur. Deus omnipotens dignitatis veſtrae excellentiam ad tutelam ſanctae ſuae eccleſiae longaeva proſperitate incolumem conſervare dignetur, deſiderantiſſime frater.

Saepe ſequens agnum lupus eſt a voce retentus,
  Saepe avidum fugiens reſpicit agna lupum.
Saepe canes leporeſque umbra cubuere ſub una,
  Et ſtetit in ſaxo proxima caerulea.
Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix
  Sedit, et accipitri juncta columba fuit.
Saepe tamen vere coepit ſimulator amare;
  Saepe quod inſipiens finxerat eſſe, fuit.
Deceptum riſi qui ſe ſimulabat amare;
  In laqueos auceps decideratque ſuos.
Intrat amor mentes, uſu didiſcitur uſus;
  Qui poterit ſanum fingere, ſanus erit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]	[illegible]
Leo. III. 2.	Athelard. 5.	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Alcuini ad Athelardum, Cantuarienſem archiepiſcopum, epiſtola †. Ex MS. clar. Uſſer. ad hunc locum.

Summae dignitatis viro, atque eccleſiaſticae bonitatis patri Athelhardo, archiepiſcopo, fidelis filius Alcuinus perpetuae bonitatis in Chriſto ſalutem. Dulciſſima charitatis verba filius noſter per vos revertens retulit, ſimul et amabilia benignitatis veſtrae munuſcula habuit in manibus; in quibus laetatus te olim condictam etiam agnovi in memoria habere amicitiam, ſicut in viro perfecto veritas ſemper probata fulgeſcit. Unde tuae bonitati gratias ago, ex toto cordis deſiderio optans te longaeva proſperitate populo praeeſſe chriſtiano, et ſanctam ſedem dignis exaltare honoribus; quam ad tempus, propter impios invaſores regni, dereliquiſti ſecundum conſilia ſacerdotum Chriſti, ut praefatus mihi referebat puer. De qua re quid ſentirem, tua me veneranda per illum auctoritas interrogare ratum putavit. Quid mea parvitas aliud habet dicere, niſi ſanctorum Chriſti ſacerdotum adſentire conſilio? Si tamen tantum habent auctoritatem illius ſuggeſtiones, ut lupo veniente paſtor fugere debeat; quanta eſt evangelica excellentia, quae mercenarium nominat non paſtorem, qui lupi rabiem timidus aufugit! Forte objiciunt, veritate dicente[a]: "Si perſecuti vos fuerint in hac civitate, fugite in aliam." Diſcernendum tamen eſt de cujus temporis fuga, vel de qua perſecutione hoc dictum eſt, et de quibus iterum ipſa veritas dicat[b]: "Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis, mercenarius autem fugit." Quod optime in homiliis beati Gregorii papae, praedicatoris noſtri, per te legens intelligere poteris. Tu tibiipſi conſcius es, pro qua cauſa reliqueris ſedem tuam; ſi timore mortis, aut tormentorum immanitate, aut idololatriae execratione, ſicut olim

† Guil. Malmeſburienſis in Athelardo partem hujus epiſtolae citat, in qua Alcuinus "intercedit pro Mercenorum epiſcopo, ut vivens pallio non exuatur." Nos integram, quia et hactenus inedita eſt, et temporis hujus hiſtoriam non parum illuſtrat, hic appoſuimus. Haec Usser. l. c.

[a] Matth. x. 23   [b] Joh. x. 11, 12

ſanctiſſimus ejuſdem ſedis pontifex Laurentius velle legitur; qui tamen apoſtolica auctoritate caſtigatus, ab incepto reſipuit conſilio. Tamen quaecunque cauſa fuerit, bonum videtur, charitatis meae conſideratione, ut poenitentia inde agatur. Quod, ut videtur, honeſte fieri poterit, ſi communi totius gentis conſenſu jejunium indicatur (tu propter relictam ſedem, illi propter acceptum errorem) ut Deus vobis omnibus propitietur. Orationes quoque, et eleemoſynae, et miſſarum ſolennia fiant diligenter ubique, ut Deus deleat quicquid inde a quolibet veſtrum actum eſt. Tua quoque veneranda ſapientia ſpecialiter deducat in domum Dei lectionis ſtudium; ut ſint ibi legentes juvenes, et chorus canentium, et librorum exercitatio; ut per tuam diligentiam renovetur illius ſanctae eccleſiae dignitas; ut habeant, unde in ſeipſis poſſint eligere ſibi pontificem. Simul et praedicatio tua in omnibus locis fiat, ſive pro epiſcopis omnibus in communi ſynodo, de juſtis ordinationibus, et praedicationis inſtantia, et officiis eccleſiaſticis, et baptiſmi ſanctitate, et eleemoſynarum largitione, ſive pro pauperum cura, per ſingulas eccleſias atque parochias, maxime in veneranda gente, cui te Deus paſtorem praeeſſe voluit. Saepe miles vulneratus fortius pugnat, ſicut bos laſſus, fortius figit ungulam. Sicut diabolus laetatus eſt de fuga, fac, ut gaudeat Chriſtus de multiplici animarum a te profectu; et tua merces major creſcat, dicente ipſa veritate[c]: "Majus gaudium eſt in caelis coram angelis Dei ſuper uno peccatore poenitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem, qui non indigent poenitentia." Haec omnia omnino diligentiſſime conſiderans, in Chriſti charitate ſemper proficias; amans illum ex toto corde, tota virtute, et tota mente, qui te exaltavit, honorificavit, et conſervavit in diem ſalutis tuae. Vaniſſimum vero veſtimentorum cultum, et conviviorum immoderatum uſum omnino, quantum valeas, expellere a te tuiſque conſacerdotibus, vel magis omni clero et eccleſiaſticae dignitatis gradibus diligentiſſime ſtudeas. Beatus Petrus, princeps apoſtolorum, trinam negationis maculam triplici confeſſionis veritate abluit; tu fugam ſimplicis erroris multiplici praedicationis bono ablue, ut maxime ſanctarum ſcripturarum lectio, per tuam ſanctiſſimam curam renovetur, et eccleſiaſtica dignitas ubique exaltetur, et ſancta ſedes, quae prima fuit in fide, prima ſit in omni ſapientia, et ſanctitate, et honore; ut ibi interrogans inveniat, ignorans diſcat, quod cupiat, ſciens videat, quod laudet. Et ut eccleſiae unitas, quae partim diſciſſa eſt, non rationabili (ut videtur) conſideratione, ſed quadam poteſtatis cupiditate, ſi fieri poſſit, pacifice adunetur, et ſciſſio reſarciatur, bonorum videtur eſſe cum conſilio omnium ſacerdotum Chriſti et coepiſcopis [d] Eboracenſis eccleſiae deliberare; ita tamen ut pater pius pallio diebus ſuis non exuatur, licet ordinatio epiſcoporum ad ſanctam et primam ſedem recurrat. Haec omnia tua ſanctiſſima ſapientia conſideret, ut charitatis concordia fiat inter primos paſtores eccleſiarum Chriſti. Si quid ego ſuperflue in his meis literulis dictaverim, tua ſancta patientia benigne, obſecro, ſuſcipiat, nec mihi ſcribenti imputet, ſed tibi jubenti injungat. Nec ego praeſumptuoſa temeritate egi, ſed humili obedientia; conſiderans, quid multis proficere potuiſſet, ſive culpa eſſet, ſive non eſſet in fuga. Tamen quantum mea devotio conſiderare potuit, melius eſt ea facere, quae ſuadeo, quam omittere. Omnino affectuoſa charitate admoneo, ut inſtanter praedices verbum Dei; hoc eſt officium tuum, haec merces tua, hic fructus operis, haec ſacerdotis dignitas, laus et honor; quatenus multiplici laboris fructu in conſpectu Domini Dei ſui appareat, et dignus efficiatur deſiderabilem audire vocem[e]: "Euge ſerve bone et fidelis! quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini Dei tui." Omnipotens Deus paternitatem veſtram ad exaltationem ſanctae ſuae eccleſiae in omni opere perfecto multipliciter florere faciat, ſanctiſſime pater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
LEO. III. 2.	ATHELARD. 5.	797.	CUTHRED. 4.	IRENE. 1.

Leonis papae III. *epiſtola ad Athelardum, archiepiſcopum Cantuar. de jure et privilegiis archiepiſcopatus Cantuarienſis.* Ex MS. Cott. Fauſt. B. 6. fol. 97. b. 98. a.

LEO epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Athelardo, archiepiſcopo Dorobernenſis eccleſiae in perpetuum. Pontificali diſcretioni praecipue congruit praeſulibus eccleſiarum, ſecundum eorum irreprehenſibilem fidem, audientiam praebere, et eorum, quae per beatum Petrum, principem apoſtolorum, et nos gerere deſideraverint, quae canonicis non refragantur ſanctionibus, effectum concedere. Ut cum id, quod deſiderant, obtinuerint, flagrantiores erga eorum religionis amorem exiſtant. Exhortanda itaque nobis viſa eſt, ac precanda tua fraterna almitas pro dioeceſibus Angliae ſibi commiſſis, videlicet epiſcoporum, ſeu monaſteriorum tam monachorum, quam clericorum et puellarum; quae ſicut abolitanis temporibus tua eccleſia tenuit, ut in ſacro ſcrinio noſtro requiſita cognovimus, ita tibi tuiſque ſucceſſoribus tenenda confirmamus. Omnes Anglorum eccleſias ſanctus ac egregius praedicator, papa Gregorius ordinavit, atque catholice confirmavit beato Auguſtino, archiepiſcopo, ſincello ſuo ſubjectas fore in aevum per ſacrum uſum pallii; et ideo tibi ſcribimus ex auctoritate beati Petri, apoſtolorum principis, cu, a Domino Deo poteſtas data eſt, dicente: "Quia tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedi-

[c] Luc. xv. 7. [d] *Coepiſcopi veſtri* legit Guil. Malm. [e] Matth. xxv. 21, 23.

ficabo

ficabo eccleſiam meam; et portae inferi non praevalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum; et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum et in caelis; et quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum et in caelis:" immo et ſecundum inſtitutam ſanctorum canonum cenſuram, licet immeriti, ejuſdem beati Petri, clavigeri regni caelorum, vicem gerentes, tibi, Athelarde, tuiſque ſucceſſoribus omnes Anglorum eccleſias, ſicut a priſcis temporibus fuerunt, in perpetuum in ipſa tua metropolitana ſede, per ſubjectionis cognitionem eas irrefragabiliter jure eſſe concedimus detinendas. Si quis vero, quod non optamus, contra hanc noſtrae diffinitionis, vel apoſtolici privilegii auctoritatem venire temptaverit; ex auctoritate apoſtolica ſtatuimus, ut, ſi archiepiſcopus, vel epiſcopus fuerit, ex ordine praeſulatus ſit dejectus. Similiter preſbyter, vel diaconus, aut alius quilibet miniſter ſacri miniſterii ſi fuerit, ab ordine [illegible] depoſitus. Si autem ex numero laicorum fuerit, tam rex, quam princeps, aut quaelibet magna, ſive parva perſona, a ſacrae communionis participatione ſe noverit alienum. Hanc privilegii paginam, auctoritate beati Petri, apoſtolorum principis, cujus miniſterio fungimur, tibi, Athelarde, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus obtinendam. Ad cujus firmitatem manibus noſtris ſubſcriptionem impreſſimus, illamque nomine noſtro ſignari mandavimus. Quam etiam a Sergio, ſcriniario noſtro, ſcribi praecepimus menſe Januario. Dat. 15. cal. Februarii per manum Euſtachii, primicerii ſanctae ſedis apoſtolicae, imperante domino Carolo piiſſimo, conſule Auguſtino, a Deo coronato, magno, pacificoque imperatore, anno ſecundo poſt conſulatum ejuſdem domini, indictione decima.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Saxon.	[illegible]
Leo. III. 3.	Athelard. 5.	798.	Cuthred 5	[illegible] 2

Synodus Finchenhalenſis †.

EODEM quoque anno [a] (viz. quo captus eſt Eadbertus, rex Cantuariorum, quod ann. DCCXCVIII. vel mox infra accidiſſe refert) qui eſt annus tertius Kenulfi praedicti regis, ſynodo congregata in loco, qui dicitur [b] Phinchanhal, praeſidente Ehanbaldo archiepiſcopo, aliiſque quam plurimis principalibus, et eccleſiaſticis viris, multa de utilitate ſanctae Dei eccleſiae, gentiſque Northanhimbrorum, omniumque provinciarum conſiliati ſunt; et de obſervatione paſchalis feſti, et judiciorum divinorum, et ſecularium; quae diebus juſtorum regum, et ducum bonorum, atque ſanctorum epiſcoporum, aliorumque ſapientum, clericorum ſcilicet atque monachorum, quorum providentia et juſtitia, atque divinis actibus, ſtatus regni Northanhumbrorum ſuaviter redolebat, his temporibus facta ſunt.

Praecepit dominus antiſtes Ehanbaldus recitari quinque ſynodorum fidem, de quibus in hiſtoria Anglorum ſic ſcribitur: Suſcipimus ſanctas et univerſales quinque ſynodos beatorum, et Deo acceptabilium patrum, ſicut praeſentis libri continet textus, etc.

Concilium Cloveſhoviense ſub Athelardo, archiepiſcopo Doroberniae, celebratum
Citante Spelmanno.

QUID in priori iſto concilio Cloveſhoae * actum ſit, videndum eſt in ſecundo concilio ſub Athelardo ibidem habito, mox hic ſequenti. Prius autem nos ideo dicimus, non quod primum fuit ab eodem Athelardo illic celebratum (hoc enim ignoramus) ſed quod nos praecedens aliud nullum deprehendimus.

† Synodus Finchenhalenſis ſub Eanbaldo, archiepiſcopo [illegible] habita anno Domini [illegible] Kenulfi [illegible] regis Merciorum, 3. Northumbrenſium regno jam extincto: in qua [illegible] de Paſchate et canonum [illegible] ſanctae et univerſales quinque ſynodi.

Hovedenus, more ſuo, acta hujus ſynodi breviter perſtringens, lectorem relegat ad hiſtoriam Anglorum, id eſt, Bedae lib. iv. cap. 17. ubi haec, quae antiſtes Eanbaldus innuit, referuntur; ſcilicet in concilio Hedtfeldenſi ſub Theodoro, archiepiſcopo Cantuariae.

[a] Hoveden. part. 1. p. 406. [b] Mat. Weſtmon. *Fincale*. in anno [illegible]

* Cloveſhoa, Clofeſhoch, vulgo Cliff, juxta Hrofes-caeſtir. Somnerus tamen in dictionario [illegible] Abbington, aliam profert opinionem, quae obſervatu non indigna videatur. Notaverat Cambdenus illius loci nomen olim Sheoveſham fuiſſe, et ibi ſedem regiam poſitam; ibi, cum de arduis regni tractaretur negotiis, concilium [illegible] Inde *Somnero* viſum eſt vero non abſimile, loci nomen mendoſe ſcriptum Sheofeſham pro Cleofeſham, unumque et eundem fuiſſe utriuſque nominis loci ſitum. Et ſitus quidem loci plus, quam ſonus huic opinioni favere videatur. Fuit enim non ſolum in ipſo inſulae meditullio, ſed in ea provincia, qua Aedilbaldus, qui concilio Cloveſhoen princeps [illegible] et ad cujus [illegible] gnum a Cantiano canones adaptati ſunt, imperium tenuit. Imo habita ſunt concilia ejus loci, quae reſtant cis temporibus, quibus reges Merciorum ſuperius provinciarum dominium exercebant, dum reges Cantiae in humillimum ſtatum, licet a ſumma inſolentia, redacti ſunt. Sed in his nihil ultra conjecturam, et illam certe valde [illegible] Ex notis Smithii ad Bedae hiſt. eccleſ. lib. iv. c. 5. p. 148.

Vide chron. Saxon. gloſſar. voce *Cloveſhoe*, et Baxteri gloſſar. antiq. Britan. voce *Caleva*; ubi Saxonicum Cleofeſho Calevanorum arcem, i. e. Abbandunum, denotare ait.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
LEO. III. 3.	ATHELARD. 6.	798.	CUTHRED. 5.	IRENE. 2.

Concilium Baccanceldenſe †. Ex MS. Cott. Claudius D. 2. fol. 30. b. 31. a.

ANNO dominicae incarnationis DCCXCVIII. congregatum eſt magnum concilium in loco, qui nominatur Bacanceld, praeſidente eidem concilio Cenulfo rege, necnon reverendiſſimo archiepiſcopo Athelardo, cum epiſcopis, abbatibus, et multis aliis idoneis perſonis. Tunc idem venerabilis pater, et primas totius Britanniae Athelardus, ſic exorſus eſt.

Ego Athelardus, Dei gratia humilis ſanctae Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopus, unanimo conſilio totius ſanctae ſynodi in nomine Dei omnipotentis et per ejus tremendum judicium praecipio, ſicut ego mandatum a Domino apoſtolico Leone papa recepi, ut ex hoc tempore nunquam temerario auſu ſuper haereditatem Domini, id eſt eccleſias, laici praeſumant ſeculares dominium ſuſcipere; ſed ſicut in privilegiis ab apoſtolica ſede datis habetur, ſeu etiam ab apoſtolicis viris in initio naſcentis eccleſiae traditum eſt, per ſanctos canones, vel etiam a propriis poſſeſſoribus monaſteriorum conſtitutum eſt, ea regula et obſervantia diſciplinae, ſua monaſtica jura ſtudeant obſervare.

Si ergo, quod abſit, ipſi hoc noſtrum mandatum et domini apoſtolici praeceptum ſpreverint, et pro nihilo ducunt; ſciant ſe a praeſenti eccleſia juſtorum ſegregatos, et in die judicii ante tribunal Chriſti (niſi ante emendaverint) rationem reddituros.

Haec ſunt nomina ſanctorum epiſcoporum et abbatum, qui, cum totius ſanctae ſynodi conſenſu, pro confirmatione praedictae rei ſignum ſanctae crucis ſubſcripſerunt.

✠ Ego Athelardus, archiepiſcopus Dorobernenſis civitatis, ſignum ſanctae crucis ſubſcripſi. ✠ Ego Wede epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Worr. epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Egnuinus epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Fortherus epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Daniel epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Eadbrith epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Acca epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Inguualdus epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Weardrid epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Northbertus epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Signum Aldulfi epiſcopi Lichifeldenſis. ✠ Ego Eadulf, Siddenſis epiſcopus, ſubſcripſi. ✠ Ego Oſmundus, London. epiſcopus, ſubſcripſi. ✠ Ego Tudfridus, Damocae epiſcopus, ſubſcripſi. ✠ Ego Forthredus abbas ſubſcripſi. ✠ Ego Wernbrithius Legoren. ſubſcripſi. ✠ Ego Ealhmundus, epiſcopus Winton. ſubſcripſi. ✠ Ego Wermundus, Roffen. epiſcopus, ſubſcripſi. ✠ Ego Felogildus abbas ſubſcripſi. ✠ Ego Wilfredus archidiaconus ſubſcripſi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.	Imperat.
LEO. III. 5.	ATHELARD. 8.	800.	CUTHRED. 7.	CAROL. M. I.

Concilium provinciale Cloveſhoveinſe *. Ex MS. Cott. Claudius D. 2 fol. 31.

REGNANTE imperpetuum Deo et Domino noſtro Jeſu Chriſto: Ego Athelardus, larga omnipotentis gratia Dei annuente, Dorobernenſis eccleſiae metropolitanus, cum praeſtantiſſimo rege noſtro Cenulfo convocans univerſos provinciales epiſcopos noſtros, duces et abbates, et cujuſcunque dignitatis viros ad ſynodale concilium in locum, qui vocatur Coveſho. Ibi ſolicito ab eis ſcrutinio, quaeſivimus, qualiter apud eos fides catholica haberetur, et quomodo chriſtiana religio exerceretur.

I. Hiis itaque requiſitis, una omnium voce ita reſponſum eſt. Notum ſit paternitati tuae, quia ſicut primitus a ſancta Romana et apoſtolica ſede (beatiſſimo papa Gregorio dirigente) exarata eſt, ita credimus, et quod credimus abſ-

† Concilium magnum apud Baccanceld anno Dom. DCCXCVIII. Kenulfi, regis Merciorum, ſecundo, praeſidentibus in eodem Kenulfo ipſo, et Athelardo, archiepiſcopo Doroberniae, cum epiſcopis, abbatibus, &c. ſubſcriptis. In quo decretum eſt ex mandato Leonis papae III. ut ſuper eccleſias viri ſeculares non habeant dominium.

Habetur hoc concilium in diverſis MS. nec ſemel tantum in archivis ipſis Cantuarienſis eccleſiae. Neſcio tamen, quid de eo ſtatuam: idem enim videtur, quod Cloveſhoae celebrari dicitur anno Dom. DCCCIII. ejuſdem argumenti, totidem verbis, et magna ex parte ſub iiſdem epiſcopis. Hoc tamen Beccanceldae aſcribitur, illud Cloveſhoae; hoc, anno Dom. DCCXCVIII. illud anno DCCCIII. Cum etiam Athelardus archiepiſcopus mandatum, de quo hic loquitur, a Leone accepiſſe videatur, quando Romae fuerat, Romam adhuc non profectus eſt, niſi (quod haud reperi) ſemul atque iterum Alpes tranſilierit in eundo. Aldulfus quoque, Lichefeldenſis praeſul, hic inter epiſcopos locum tenet inferiorem, cum metropolitana ſua dignitate nondum exutus eſſet; ſed in Cloveſhoae concilio anno DCCCIII. archipraeſulatus locum obtinet a Doroberniae metropolitano proximum, licet in eodem ipſo concilio penitus fuerat abdicatus. Vide ipſum concilium, et ibidem vide decretum Athelardi de libertate eccleſiarum, ſcil. anno Dom. DCCCIII. Haec SPELM. Saepe citatus Johnſonius vol. I. coll. canonum ad ann. DCCXCVI. dicit; exemplar concilii hujus ſpurium certe eſt, quia xvii. epiſcopos ei ſubſcripſiſſe ait, cum tot in Anglia eo tempore non fuiſſe conſtet. H. I.

* Concilium provinciale apud Cloveſho a Cenulfo, rege Merciorum, Athelardo, archiepiſcopo Doroberniae; convocatiſque omnibus ejuſdem provinciae epiſcopis, ducibus, abbatibus, caeteraeque dignitatis perſonis, celebratum; in quo de fide pauca, multa de praediis.

Habitum fuit hoc concilium (ut ex eodem liquet § 4.) poſt ſecundum annum Cenulfi, regis Merciorum, qui fuit annus Chriſti DCCXCVIII. et ante annum Chriſti DCCCIV. nam tunc mortuo Athelardo, Wulfredus tenuit archiepiſcopatum. Cum igitur in hoc ipſo loco concilium unum habuiſſet Athelardus an. Chriſti DCCXCVIII. ut in praecedenti eſt videndum; aliud vero in an. Chriſti DCCCIII. (quod mox hic ſequitur poſt epiſtolam Leonis papae) nobis viſum eſt non incongrue, concilium iſtud ſub an. Chriſti DCCC. quaſi in intermedio collocare. Haec SPELM.

que

que ambiguitate, quantum poſſumus, exercere ſatagimus. Pleniquam autem ſuper hiis uberius tractatum eſt, ita exorſi ſumus.

II. Neceſſarium eſt, fratres chariſſimi, eccleſias Dei et venerabiles viros, qui jam multo tempore terrarum diſpendio et abſumptione chirographorum miſerabiliter laboraverunt, corrigere.

Hiis dictis, prolatae ſunt inſcriptiones monaſterii, quod vocatur Cotham in medium terrarumque ſibi adjacentium. Quod videlicet monaſterium, cum omnibus ad illud pertinentibus terris, rex inclytus Merciorum, Athelbaldus, eccleſiae ſalvatoris, quae ſita eſt in civitate Doroberniа, dedit; utque illius donatio perſeverantior fieret; ex eadem terra ceſpitem et cunctos libellos praememorati coenobii, per venerabilem virum Cuthbertum archiepiſcopum miſit, et ſuper altare ſalvatoris pro perpetua ſua ſalute, poni praecepit. Sed poſt mortem praefati pontificis, eaſdem inſcriptiones Vaeiheah et Oſbertus, quos idem pontifex alumnos nutrivit, maligno acti ſpiritu, furati ſunt, et Cenulfo, regi occidentalium Saxonum, detulerunt. At ille accipiens ſtatim teſtimonia literarum, praedictum coenobium, cum omnibus ad illud rite pertinentibus, ſuis uſibus coaptavit; neglectis praenominatis archiepiſcopi Cuthberti dictis et factis.

III. Item Bregwinus et Jambertus, archiepiſcopi, per ſingulas ſynodos ſuas queſti ſunt de injuria eccleſiae ſalvatoris illata; et apud Cenulfum, regem occidentalium Saxonum, et apud Offam, regem Merciorum; qui videlicet ſaepe memoratum coenobium Cotham, et alias urbes quam plurimas Cenulfo regi abſtulit, et imperia Merciorum ſubegit*.

Tandem Cenulfus rex ſera ductus poenitentia, telligraphia, id eſt, libellos, quos a ſupra hominibus Veihch et Oſberto injuſte perceperat, cum magna pecunia, eccleſiae Chriſti in Doroberniam remiſit; humillime rogans, ne ſub tantae auctoritatis anathemate periclitaretur. Verum rex Offa praememoratum coenobium Cotham ſicut ſine literis accepit, ita quanto tempore vixit, detinuit, et abſque literarum teſtimonio ſuis poſt ſe haeredibus reliquit.

IV. Secundo autem anno regni Cenulfi facta eſt ſynodus, ſicut ſupra eſt praelibatum apud Cloveſho: at ego Athelardus, gratia Dei Dorobernenſis archiepiſcopus, et Cuba primicerius mecum, et multi alii ex illa eccleſia Chriſti ſapientes, libellos praefati coenobii Cotham in concilium detulimus. Cumque coram ſynodo relecti fuiſſent, omnium voce decretum eſt, juſtum eſſe, ut metropolis eccleſia ſaepe praefatum coenobium Cotham (cujus inſcriptiones in ſuo gremio habebat) perciperet, quae ſub tanto tempore tam injuſte ſpoliata fuerat.

V. Tunc autem placuit mihi Athelardo, Dei gratia archiſacerdoti, et Cynedrithae abbatiſſae, quae eodem tempore ſaepedicto coenobio praefuit, ac ſenioribus ex utralibet parte Cantii, ſcilicet a Bedeford ad hoc ibidem congregatis; quatenus ipſa Cynedritha in regione Cantia daret mihi pro commutatione ſaepe praefati coenobii terram centum et decem manſionum, ſexaginta caſſatorum, videlicet in loco, qui dicitur Fleote, et triginta in loco, qui dicitur Tenaham: in tertio quoque loco, ubi dicitur Creges Aennelina, viginti. Quas ſcilicet terras olim rex Offa ſibi viventi conſcribere fecit, ſuiſque haeredibus poſt eum, et poſt eorum curſum vitae, eccleſiae, quae ſita eſt apud Beodford, conſignari praecepit.

VI. Hoc etiam coram omni ſynodo elegimus, ut ipſa Abbatiſſa a me percipiat ſaepe nominatum coenobium cum ſuis inſcriptionibus; et ego terras et libellos terrarum, illarum quas mihi in Cantia reddidit, ab ea acciperem, quatenus nulla impoſterum inter nos, haeredeſque noſtros, et Offae regis ſurgat controverſia; ſed quod ſub tam nobilis ſynodi teſtimonio inter nos confirmatum eſt, indirupto foedere ſervetur imperpetuum.

VII. Ego quoque Athelardus archiepiſcopus, concedo Cynedrithae Abbatiſſae, monaſterium, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Pectanege, ad habendum, quod mihi rex pius Egfridus haereditario jure poſſidendum donavit atque conſcripſit.

Papae Rom.	Archiep Cantuar.	Ann. Chriſti	Reg. Sax.
LEO. III. 6.	ATHELARD. 9.	[illegible]	[illegible]

Epiſtola Kenulfi, regis Merciorum, ad Leonem papam III. *pro reſtituenda Dorobernenſis eccleſiae dignitate, quam Hadrianus papa* I. *et rex Offa ſpoliaverant.* Ex Malm. de geſtis reg. l. i. c. 4.

DOMINO beatiſſimo et vere amantiſſimo Leoni, ſanctae et apoſtolicae ſedis Romano pontifici, Kenulphus, gratia Dei rex Merciorum, cum epiſcopis, ducibus, et omni ſub noſtra ditione dignitatis gradu, ſinceriſſimae dilectionis in Chriſto ſalutem.

Gratias omnipotenti Deo ſemper agimus, qui eccleſiam ſuo pretioſo ſanguine adquiſitam, inter diverſas mundi hujus procellas, novis ſemper prioribus ad vitam ſumptis, ſueſcit ducibus, ad portum ſalutis attrahere, eamque nova luce infundere; quatenus nullo ſit tenebrarum errore fuſcata, ſed viam veritatis inoffenſo pede gradiatur. Unde merito omnis per orbem exultat eccleſia, quia cum omnium verus remunerator bonorum glorioſiſſimum gregis ſui paſtorem Adrianum perpetuo remunerandum ſuper aethera duxiſſet; ſuis tamen ovibus pia erexit providentia praevium, qui ſcit ovile dominicum ad caulas non inferius vitae agitare. Nos quoque merito, quos extremitas orbis tenet, eodem modo prae caeteris gloriamur, quod illius ſublimitas, noſtra ſalus, illius proſperitas, nobis perennis exultatio, quia unde tibi apoſtolica dignitas, inde

* [illegible] 519. b. et 520. a.

nobis fidei veritas innotuit; quapropter opportunum arbitror tuis ſanctis juſſionibus aurem obedientiae noſtrae humiliter inclinari, et quae tuae pietati rite nobis ſequenda videantur, toto niſu implenda. Quae vero rationi contraria deprehenſa fuerint, citius declinanda, ac interim a nobis omnimodo reſecanda.

Sed modo ego Kenulphus, gratia Dei rex, excellentiam tuam humiliter exoro, ut te ſine offenſione animi veſtri de profectu noſtro, ut optamus, liceat alloqui, quatenus in gremium me pietatis tuae tranquilla pace percipias; et quem meritorum nulla facultas erigit, larga benedictionis tuae ubertas ad plebem ſuam regendam locupletet; ut una mecum gentem, quam veſtra apoſtolica auctoritas fidei rudimentis imbuit, per interceſſionem tuam contra impetus exterorum omnipotens erigat, et per ſe regnum, quod ipſe Deus dedit nobis, dilatare dignetur. Hanc benedictionem omnes, qui ante me ſceptro praefuere Merciorum, meruerunt ab anteceſſoribus tuis adipiſci; hanc ipſe humilis peto, et a vobis, O ſanctiſſime, impetrare cupio, quatenus inprimis adoptionis ſorte me tibi filium ſuſcipias, ſicut te in patris perſona diligo, et totis obedientiae viribus ſemper amplector. Decet enim inter tantas perſonas fides ſancta ſervari, et inviolata charitas cuſtodiri; quia paterna pietas filiorum felicitas in Deo eſſe credenda eſt, ſecundum illud Ezechiae: "Pater filiis notam faciet veritatem tuam, Domine." In quibus verbis te, amande genitor, imploro, ut filio tuo, tametſi indigno, veritatem Domini tuis verbis ſacroſanctis notam facere non deneges; ut per tuam ſanam eruditionem, Deo adjuvante, ad melioris vitae propoſitum merear pervenire.

Quinetiam, dulciſſime, cum omnibus epiſcopis noſtris, et cujuſcunque apud nos dignitatis perſona deprecor, ut nobis de multimodis inquiſitionibus, ſuper quibus maximam ſubtilitatem veſtram dignam duximus perquirere, benigne reſpondeas, ne ſanctorum traditio patrum, et ab illis tradita nobis regula, quaſi incognita, per aliqui dvitietur in nobis; ſed ſermo tuus directus nobis in charitate et manſuetudine veniat, ut per Dei miſericordiam profuturum in nobis perficiat fructum. Primum namque eſt, quod pontifices noſtri ac peritiſſimi quique in nobis dicunt, quod contra canones et apoſtolica ſtatuta, quae nobis a patre beatiſſimo Gregorio dirigente ſtatuta ſunt, ſicut vos ſcitis, auctoritas Dorobernenſis metropolitani in duas ſcinditur parochias, cujus (eodem patre mandante) ditioni ſubjacere debent epiſcopi duodecim, ſicut per eccleſias noſtras legitur in epiſtola, quam fratri et coepiſcopo Auguſtino direxit, de duobus Londoniae et Eboracae metropolitanis epiſcopis, quam etiam apud vos haberi non dubitamus. Sed ipſe primum pontificalis apex, qui tunc Londoniae ſub honore et ornamento pallii fuerat conſcriptus, pro eo Dorobernenſi oblatus eſt, atque conceſſus. Nam quia beatae recordationis Auguſtinus, qui verbum Dei, imperante beato Gregorio, Anglorum genti miniſtrabat, et glorioſiſſime eccleſiis praefuit [a] Saxoniae, in eadem civitate diem obiit, et corpus illius in eccleſia beati Petri, apoſtolorum principis, quam ſucceſſor ejus, ſanctus Laurentius ſacravit, conditum fuiſſet; viſum eſt cunctis gentis noſtrae ſapientibus, quatenus in illa civitate metropolitanus honor haberetur, ubi corpus ejus pauſat, qui his partibus fidei veritatem inſeruit. Cujus itaque, ſicut vos ſcitis, dignitatis honorem primum rex Offa, propter inimicitiam cum venerabili Jamberto, et gente Cantuariorum acceptam, avertere, et in duas parochias diſſipare niſus; et piiſſimus coepiſcopus et anteceſſor veſter Adrianus, rogatu praedicti regis facere coepit, quod prius nemo praeſumpſit, et Merciorum praeſulem pallio extulit. Neutrum tamen ex his culpamus, quos Chriſtus, ut credimus, aeterna victoria triumphat.

Sed tamen excellentiam veſtram humiles exoramus, quibus a Deo merito ſapientiae clavis collata eſt, ut ſuper hac cauſa cum ſapientibus veſtris quaeratis, et quicquid vobis videatur, nobis poſtea ſervandum reſcribere dignemini; ne tunica Chriſti inconſutilis alicujus inter nos diſſenſionis ſchiſma patiatur, ſed per veſtram ſanam doctrinam, ut deſideramus, ad verae pacis unitatem dirigatur. Magna enim humilitate, ſimul et dilectione haec tibi ſcripſimus, papa beatiſſime, clementiam tuam profuſius precantes, quatenus ad ea, quae a nobis neceſſario explicita ſunt, benigne et juſte reſpondeas.

Sed et illam epiſtolam, quam Athelardus, archiepiſcopus, coram cunctis provincialibus epiſcopis noſtris multiplicius de ſuis, ac totius Britanniae cauſis et neceſſitatibus tibi ſcripſit, pio amore perſcrutari digneris; et quicquid de rebus, quae in ea ſcriptae ſunt, fidei normula poſcat, pagina nobis veritatis patefacere memineris. Ergo praeterito anno legationem meam etiam et epiſcoporum per Waden abbatem miſimus; ac ille accipiens legationem illam, ſegniter, imo inſipienter deduxit. Sed modo tibi munus modicum amoris gratia per Brine preſbyterum, et Fildas, et Ceolberth, miniſtros meos, pater amande, mitto; quod eſt centum et viginti mancuſas, cum literis, precans te, ut benigne ſuſcipias, et benedictionem tuam nobis donare digneris. Omnipotens Deus te longaevo tempore ad laudem ſuae ſanctae eccleſiae cuſtodiat incolumem.

[a] Quae nunc Anglia, olim dicebatur Saxonia tranſmarina.

Reſponſio
2

Reſponſio Leonis papae III. *ad epiſtolam Kenulfi, regis Merciorum; qua* [illegible] *omnia libens cedit* *. Ex Malm. de reg. geſt. l. i. c. 4.

DOMINO excellentiſſimo filio Kenulpho, regi Merciorum provinciae Saxoniae, Leo papa.

Veniens ad ſanctiſſima limina beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, tam orationis vota fideliter ſolvens, quam noſtrae ſedi apoſtolicae cauſam ſui ſacerdotii ſuggerens, reverendiſſimus et ſanctiſſimus frater noſter Athelardus, archiepiſcopus Dorobernenſis eccleſiae, nobis obtulit veſtrae regalis excellentiae ſyllabas, quibus in duabus epiſtolis a vobis directis, plenis fidei rectae, magnam humilitatem veſtram reperientes, omnipotenti Deo referimus grates, qui veſtram prudentiſſimam excellentiam in omnibus ornavit ac decoravit, erga beatum Petrum, apoſtolorum principem, et nobiſcum habere dilectionem, et in omnibus apoſtolicis humiliter conſentire cenſuris. Porro in una ex illis epiſtolis reperimus, qualiter gratia noſtrae apoſtolicae functionis, ſi juxta fuiſſetis, animam veſtram pro nobis poſuiſſetis benigne; imo et noſtrae proſperitati multum in Domino congaudeatis; et cum noſtrae dulciſſimae admonitionis literae ad veſtrae unanimitatis perveniunt aures, cum omni ſuavitate et cordis gaudio ſpiritali, quaſi filii, paternum munus ſuſcipere fatemini. Fatebatur vero et hoc, quod aliquantulam ex veſtra facultate benedictionem nobis offerri demandaſtis, centum viginti mancuſas, quas cum magno amore pro animae veſtrae ſalute ſuſcepimus.

Et praedictus archiepiſcopus cum ſuis ſociis honorifice ac benigne a nobis ſuſceptus eſt, et adjuvari eum in ſuis neceſſitatibus libenter fecimus. Interea credentes veſtrae prudentiſſimae excellentiae, ubi ferebatur in ipſis tuis regalibus apicibus, quod noſtris apoſtolicis ſanctionibus nullus chriſtianus contraire praeſumit; ideo totis niſibus noſtris ea, quae tuo regno expediunt, emittere, atque praedicare conamur, ut ea, quae nobis praefatus frater noſter Athelardus archiepiſcopus, ſeu tota ſynodus evangelicae atque apoſtolicae doctrinae ſanctorumque patrum, necnon praedeceſſorum noſtrorum ſanctorum pontificum, canonica cenſura praedicante, veſtrae regali excellentiae, ſeu cunctis principibus gentis veſtrae, et univerſo populo Dei ediſſerit, nequaquam in orthodoxa eorum doctrina quippiam reſiſtere debeatis, Domino ac redemptore noſtro in evangelio dicente, ubi ait: "Qui vos recipit, me recipit; et qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae recipiet." Quanto magis pro ipſo fieri [illegible] ſcopo, quem nobis valde nimiſque collaudaſtis, ſicuti et eſt videlicet clariſſimus atque peritiſſimus, et quia illum ſciris prudentem, bonis ornatum moribus, Deo et hominibus dignum; ecce (fili dulciſſime et amantiſſime atque praeſtantiſſime, rex bone) in his tuis aſſertionibus collaudamus Deum omnipotentem, qui talem vobis demonſtravit antiſtitem, qui ſicut verus paſtor, indicere vobis ſecundum doctrinam ſanctarum ſcripturarum dignam poenitentiam valeat, et eruere, qui ſub ditione ſacerdotali ejus exiſtunt, animas eorum ex inferno inferiori, et ab i[illegible] inextinguibili deducens eos, et introducens [illegible] portum ſalutis; et offerre pro illis hoſtiam [illegible] gnam, et immaculatam in conſpectu [illegible] majeſtatis omnipotenti Deo. Et quia [illegible] nobis praenominatus archiepiſcopus in omni ſanctitate ſua et vitae converſatione [illegible] placuit, valde nimis ei credentes ex [illegible]oritate ei beati Petri, apoſtolorum principis, cujus [illegible] vel immeriti, vices gerimus, talem praebuimus [illegible]ſulatum, ut ſi quiſquam ex ſubjectis ſuis, tam regibus et principibus, quam univerſo populo tranſgreſſus [illegible] excommunicet eum uſque poeniteat, et ſi impoenitens fuerit, "Sit vobis ſicut ethnicus et publicanus."

De Athelardo vero jam fato archiepiſcopo Dorobernenſis eccleſiae, ſicut a nobis popoſcit veſtrorum praeſulum excellentia, ut ei juſtitiam faceremus de ipſis dioeceſibus ſuis, tam epiſcoporum, quam monaſteriorum, quibus illicite, ut cognoviſtis, expoliatus eſt, et a venerabili ſede ejus, quas dudum tenuit, ablatae ſunt. Nos per omnia enucleatius trutinantes, in ſacro ſcrinio noſtro reperimus, ſanctum Gregorium, praedeceſſorem noſtrum, in integro ipſam parochiam, numero duodecim, beato Auguſtino ſyncello ſuo archiepiſcopo tradidiſſe, et confirmaſſe epiſcopos conſecrandi. Unde et nos (veritate ipſa reperta) ordinationes, ſeu confirmationes noſtra apoſtolica auctoritate illi in integro, ſicut antiquitus fuerunt, conſtituentes reddidimus, et privilegium confirmationis, ſecundum ſacrorum canonum cenſuram, eccleſiae ſuae obſervandum tradidimus.

* De hac Dorobernenſis ſeu Cantuarienſis eccleſiae [illegible] data: "Audita proſperitate itineris veſtri, et reverſionis in patriam [illegible] fectu gratias egi Domino Deo noſtro, qui magno clementiae [illegible] tiam in conſpectu apoſtolici, utique compotem redire in patriam conceſſit, et [illegible] priſtinam dignitatem per te iterum exaltare dignatus eſt." Tempus [illegible] erat, quo Athelardus Romae fuit, et hoc [illegible] feliciter demonſtravit [illegible] nenſis, inquit, archiepiſcopus, Athelardus, et Kinebertus, Ventanae civitatis [illegible] eſt, quod reſtitutionis iſtius conſummatio, quam non ſolum Athelardus archiepiſcopus, ſed et ipſe rex Kenulphus, caeterique Angliae principes, epiſcopi, magnates, atque populi tantopere cupiebant, [illegible] quadriennium poſtea non ſit executioni data, habita etiam interea de rebus aliis luculenta ſynodo. Mallem igitur anno DCCCI. vel DCCCII. has epiſtolas aſcribi; nam de tempore ſubſequenti [illegible] tur dubitatio; nec injuriam me facturum reor Wigornenſi, ſi circa annum D[illegible] retulit DCCCXIX. Tu quod mavis, ſtatue. Haec SPELM.

Omnium totius Britanniae epiſcoporum et ſacerdotum epiſtola ad Leonem III. *papam, de ſucceſſione archiepiſcoporum Dorovernenſium**. Ex MS. Cott. Veſpaſ. A. 14. fol. 176.

OMNES epiſcopi et ſacerdotes totius Britanniae inſulae venerabili papae Leoni ſalutem in Chriſto. Notum fore cupimus almitati veſtrae, ſicut legimus in hiſtoriis Anglorum, ſcribente Beda, hiſtoriographo et laudabili doctore noſtro, quod non tam ingens labor incumbebat anterioribus noſtris, ſcilicet pallii gratia Romam uſque fatigari, quemadmodum poſtea mos inolevit. Scripſit namque ipſe praefatus doctor, quod beatus papa Gregorius Auguſtinum praedicatorem genti Anglorum direxerit, non epiſcopum ordinatum, ſed monachum, cum aliis ejuſdem religionis cooperatoribus. Ipſe namque Auguſtinus poſt converſionem praedictae gentis ab Aetherio, Arelatenſi archiepiſcopo, archiepiſcopus ordinatus eſt, juxta quod juſſa ſancti patris Gregorii acceperat. Poſtea vero Auguſtinus ſucceſſorem ſibi Laurentium, adhuc vivens, ordinavit, exemplum ſequens beati Petri, principis apoſtolorum, qui Clementem adjutorem et ſucceſſorem ſibi conſecraſſe perhibetur. Poſt Laurentium Mellitus ſedem Dorovernenſis eccleſiae ſuſcepit. Et poſt Mellitum, Juſtus; qui ambo ſuſceperunt ſcripta exhortatoria a pontifice Romanae et apoſtolicae ſedis Bonifacio, data ſibi ordinandi epiſcopos auctoritate; cujus auctoritatis iſta eſt forma. Dilectiſſimo fratri Juſto Bonifacius. Pallium per latorem praeſentium fraternitati tuae benignitatis ſtudiis invitati direximus, concedentes etiam tibi ordinationes epiſcoporum, exigente opportunitate, Domini praeveniente miſericordia, celebrare; ita ut Chriſti evangelium plurimorum adnunciatione in omnibus gentibus, quae necdum converſae ſunt, dilatetur, et caetera. Nam iſte Juſtus antea ab Auguſtino epiſcopus ordinatus eſt, ſicut et Mellitus. Ipſe quoque Juſtus ordinavit Paulinum epiſcopum; et Honorius papa miſit pallium ipſi Paulino, ubi gentem Nordanhymbrorum cum ſuo rege ad fidem Chriſti, Paulino evangelizante, converſam eſſe didicit. Qui Paulinus, poſt obitum praedicti Juſti, Honorium, Dorovernenſi eccleſiae archiepiſcopum ordinavit; cui etiam praefatus papa Honorius miſit pallium et literas, in quibus continentur haec:

Dilectiſſimo fratri Honorio Honorius ſalutem. Juxta veſtram petitionem et filiorum noſtrorum regum vobis, per praeſentem noſtram praeceptionem vice beati Petri, apoſtolorum principis, auctoritatem tribuimus, ut quando unum ex vobis divina ad ſe juſſerit gratia evocari, is, qui ſuperſtes fuerit, alterum in loco defuncti debeat epiſcopum ordinare; pro qua etiam re ſingula veſtrae dilectioni pallia pro eadem ordinatione celebranda direximus, ut per noſtrae praeceptionis auctoritatem poſſitis Deo placitam ordinationem efficere: quia, ut haec vobis concederemus, longa terrarum mariſque intervalla, quae inter nos ac vos obſiſtunt, ad haec nos condeſcendere coegerunt; ut nulla poſſit eccleſiarum veſtrarum jactura per cujuſlibet occaſionis obtentum quoquomodo provenire, ſed potius commiſſi vobis populi devotionem plenius propagare. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.

Item Albinus vel Alquinus maximus librarius ſcripſit ad Offam, regem Anglorum, dicens, quod archiepiſcopus ſemper ab archiepiſcopo debeat ordinari, et pallium ei debet mitti a domno apoſtolico. Sed regum diſſenſiones hanc turbaverunt ordinationem, ita ut non potureit fieri, quod fieri debuit; quamvis ſancti canones firmiſſime decreviſſent, nunquam ob regum diſſenſiones eccleſiaſtica ſtatuta violari debuiſſe. Tunc temporis impleverunt ſancti et apoſtolici viri illud laudabile praeceptum ſalvatoris noſtri, dicentis: "Gratis accepiſtis, gratis date." Tunc ſine viribus elanguit ſimoniaca haereſis, quia non pecunia emebatur donum Dei, ſed gratis, ſicut ipſe juſſerat, donabatur. Timendum eſt tamen vendentibus gratiam Dei, hoc quod Petrus apoſtolus Simoni dicebat: "Pecunia tua tecum ſit in perditione; non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone hoc."

Papae Rom. LEO. III. 8. | Archiep. Cantuar. ATHELARD. 11. | Anno Chriſti 803. | Reg. Saxon. ECGBERT 2.

Concilium Cloveſhovienſe †. Ex originali in biblioth. Cotton. Aug. ii. n. 56.

GLORIA in excelſis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Scimus autem, quod multis in Deum fideliter confidentibus notum et manifeſtum eſt, et nihil tamen illis placabile in eo viſum eſt, qui in gentibus Anglorum commorantur, quod Offa, rex Merciorum, in diebus Jaenberhti archiepiſcopi cum maxima fraude honorem et unitatem ſedis ſancti Auguſtini, patris noſtri in Dorovernenſi civitate, dividere et diſcindere praeſumſit; et quomodo poſt obitum praedicti pontificis Aedelheardus, archiepiſcopus, Dei gratia

* Annus epiſtolae huic in MS. Cotton. praefixus non fuit; retinui tamen annum DCCCI. quo ad Ceonulfum regem papa Leo III. ſcripſerat. An fini epiſtolae hujus aliquid deſit, haud certo ſcio. Qualis in MS. apparet, hic exhibetur.

† Concilium apud Cloveſho ab Athelardo, archiepiſcopo Doroberniae, cum duodecim epiſcopis celebratum; in quo ſedes Cantuarienſis ex praecepto Leonis papae III. priſtino ſuo juri reſtituitur.

donanti

donantie illius ſucceſſor, poſt curricula annorum erga plurima Dei eccleſiarum jura, limina apoſtolorum et apoſtolicae ſedis be[illegible]tiſſimum papam Leonem viſitare contigit. Inter alias neceſſarias legationes [illegible] diſciſſionem [illegible] factam archiepiſcopalis ſedis narravit; et ipſe apoſtolicus papa, ut audivit et intellexit, quod injuſte fuiſſet factum, ſtatim ſui privilegii auctoritatis praeceptum poſuit, et in Britanniam miſit et praecepit [a], ut honor ſancti Auguſtini ſedis cum omnibus ſuis parochiis integerrime redintegraretur, juxta quod ſanctus Gregorius, noſtrae gentis apoſtolus et magiſter compoſuit, et honorabili archiepiſcopo Aedelheardo in patriam pervenienti, per omnia redderetur, et Coenuulfus, rex pius Merciorum, ita complevit cum [illegible] ſuis. Anno vero dominicae incarnationis DCCCIII. indictione II. die 4. [illegible] Octobris. Ego Aedelheardus archiepiſcopus, cum omnibus duodecim epiſcopis ſanctae [b] ſedi beati Auguſtini ſubjectis, per apoſtolica praecepta domni papae Leonis in ſynodo, quae [c] facta eſt in loco celebri, qui vocatur Cloſeſhoas, unanimo conſilio totius ſanctae [d] ſynodi in nomine Dei omnipotenti [illegible]cipientes, et omnium ſanctorum illius, et per ejus tremendum judicium; ut nunquam reges, neque epiſcopi, neque principes, neque ullius tyrannicae poteſtatis homines honorem ſancti Auguſtini, et ſuae ſanctae ſedis diminuere, vel in aliquantula particula dividere praeſumſerint; ſed in eo per omnia dignitatis honore pleniſſime ſemper permaneat, quo utique in conſtitutione beati Gregorii, et in privilegiis apoſtolicorum ſuorum ſucceſſorum habeatur, necnon etiam et in ſanctorum canonum rectum haberi ſanctionibus videatur: nunc etiam, Deo cooperanti, et domno apoſtolico papae Leoni, ego Aedelheardus archiepiſcopus, et alii coepiſcopi noſtri, et nobiſcum omnes dignitates, [e] noſtrae ſynodi cum vexillis crucis Chriſti [f] unanimiter primatum ſanctae ſedis firmantes; hoc quoque praecipientes, et ſigno ſanctae crucis ſcribentes, ut archiepiſcopalis ſedes in Liccidfeldenſi monaſterio nunquam habeatur ex hoc tempore, neque in alio loco aliquo, niſi tantum modo in Dorobernenſi civitate, ubi Chriſti eccleſia eſt, et ubi [g] primum in hac inſula catholica fides renituit, et a ſancto Auguſtino ſacrum baptiſmum [h] celebratum eſt. Inſuper etiam cartam a Romana ſede miſſam, poſt Hadrianum papam, de pallio, et de archiepiſcopatus ſede in Liccedfeldenſi monaſterio, cum conſenſu et licentia domni apoſtolici Leonis papae * praeſcribimus aliquid valere, quia per ſubreptionem et male blandam ſuggeſtionem adipiſcebatur; et idcirco manifeſtiſſimis ſignis caeleſtis regis primatum monarchiae arc[illegible] principatus permanere canonicis et apoſtolicis munitionibus ſtatuimus, ubi ſanctum evangelium Chriſti per beatum patrem Auguſtinum, in provincia Anglorum primum praedicatum, et deinde per gratiam Sancti Spiritus late diffuſum eſt. Si qui[illegible] [illegible] ſtrorum omnium auſus ſit tunicam Chriſti ſcindere, et unitatem ſanctae Dei eccleſiae dividere, ſciat ſe, niſi digne emendaverit, quod inique contra [illegible] aeternaliter [illegible]natum.

Hic ſunt nomina ſanctorum epiſcoporum et [illegible] lam in ſynodo, [n] quae facta eſt ad Cloſeſhoum anno adventus Domini DCCCIII. cum ſigno ſanctae crucis Chriſti firmaverunt.

✠ Aldelheardus archiepiſcopus.
✠ Alduulphus epiſcopus.
✠ Vuerenberhtus epiſcopus.
✠ [illegible]
✠ [illegible]
✠ Alhmundus epiſcopus.
✠ [illegible]
✠ [illegible]
✠ Deneberhtus epiſcopus.
✠ Vuihthunus epiſcopus.
✠ Tidfridus epiſcopus.
✠ Vulfheardus epiſcopus.
✠ Alhmundus preſbyter abbas.
✠ Beonna preſbyter abbas.
✠ Fordred preſbyter abbas.
✠ Vuigmundus preſbyter abbas.

Papae Rom.	[illegible]	[illegible]	
LEO. III. 8.	ATHELARD. 11	[illegible]	ECGBERT. 2

Decretum * *Athelardi archiepiſcopi de libertate [illegible]*

EGO Athelardus, gratia Dei humilis ſanctae Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopus, unanimo concilio totius ſanctae ſynodi, congregationibus omnium monaſteriorum, quae olim a fidelibus Domino Chriſto perpetuam in libertatem dedita fuerant, in nomine Domini omnipotentis, et per tremendum judicium praecipio, ſicut et ego mandatum a Domino apoſtolico Leone papa percepi; ut ex hoc tempore nunquam temerario auſu ſuper haereditatem Domini laicos et ſeculares ſibi praeſumant dominos eligere. Sed ſicut in privilegiis ab apoſtolica ſede datis habetur; ſeu etiam ut ab apoſtolicis viris in initio naſcentis eccleſiae traditum eſt per ſanctos canones, vel etiam a propriis poſſeſſoribus monaſteriorum conſtitutum, ea regula et obſervantia diſciplinae ſua monaſtica jura ſtudeant obſervare. Si ergo (quod

[a] MS. praecipit. [b] Sancto ſede. [c] qui factus. [d] Sancti. [e] [illegible] [f] [illegible] [illegible] *prohibemus*. [i] apoſtoliciis praeceptis. [k] factas. [l] praeſcriptam [m] capitularum. [illegible]

* Editum vides hoc decretum in hoc ipſo concilio Cloveſhovienſi, et in hoc ipſo anno [illegible] ut ſub quinto ſuperiori anno, id eſt, DCCXCVIII. in concilio Baccanceldenſi prodierit, non aſſequimur. Vide, quae ibidem annotavimus. Reperiuntur ambo in archivis Cantuarienſis eccleſiae [illegible] morem uſitatum. Non ſolum enim (ut in aliis) provinciales omnes epiſcopos exhibet ſubſcribentes; ſed, quod vix iterum reperi, epiſcopos ſingulos, cum parochiae ſuae potiori clero (abbatibus ſcilicet et presbyteris [illegible] diaconibus) ſuffraganti. Haec S[illegible]LM.

2

abſit) ipſi hoc noſtrum mandatum, et domini apoſtolici papae ſpreverint, et pro nihilo ducunt; ſciant ſe a ſanctae Dei eccleſiae communione ſequeſtratos, et in tremendo judicio ante tribunal Chriſti, niſi ante emendare voluerint, rationem reddituros.

Haec ſunt nomina epiſcoporum ſanctorum, et venerabilium abbatum, et preſbyterorum, et diaconorum, qui cum totius ſanctae ſynodi conſenſu pro confirmatione praedictae rei ſignum ſanctae crucis Chriſti ſubſcripſerunt.

✠ Ego Athelardus, gratia Domini archiepiſcopus Dorobernenſis civitatis, ſignum ſanctae crucis ſubſcripſi. ✠ Aethilheah abbas. Feologeld ab. Wulfheard preſb. Vuernoth pr'. Beornmod pr'. Vulfraed archidiac.

✠ Ego Alduulfus, Lycefeldenſis eccleſiae epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. ✠ Hygberht ab. Lulla pr'. Monn pr'. Vuigferth pr'. Eadhere pr'. Cuthberht pr'.

✠ Ego Vuerenberhtus, Legorenſis civitatis epiſc. ſignum crucis ſubſcripſi. Ealhmund pr'. ab. Beomia pr'. ab. Forthred pr'. ab Vuigmund pr'. ab. Eadberth pr'.

✠ Ego Eaduulf, Syddenſis civitatis epiſcopus, ſignum ſanctae crucis ſubſcripſi. Eadred pr'. ab. Daeghelm pr'. ab. Plegberth pr'. Eaduulf pr'. Hereberht pr'.

✠ Ego Daenebreht, Wegorarenſis civitatis epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. Hygberth ab. Thineferth ab. Pega ab. Freothomound ab. pr'. Coenferth pr'.

✠ Ego Wlfheard, Herefordenſis civitatis epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. Cuthraed ab. Srygol pr'. Dygoga pr'. Monn pr'. Heathobald diac.

✠ Ego Wigberht, Sciraburnenſis civitatis epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. Muda ab. Eadberth ab. Beorthmund ab.

✠ Ego Alhmund, Wintanae civitatis epiſcopus ſignum crucis ſubſcripſi, Cuthberth ab. Marcus ab. Cumba ab. Lulla ab. Northeard pr'. Wygthe pr'.

✠ Ego Ealheard, Elmhamis eccleſiae epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. Folcberht pr'. Frithobert pr'. Eadberht pr'. Wlflab pr'. Hunfrid diac.

✠ Ego Tidfrith, Dammacae civitatis epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. Vuulfheard ab. Lulla ab. Ceolhelm pr'. Cynuulf pr' Tydberth pr'. Eadberht....

✠ Ego Oſmund, Lundonenſis civitatis epiſcopus, ſignum crucis ſubſcripſi. Heahſtan ab. Plegberht ab. Wigheard pr'. Tidhun pr'. Fithorad pr'. Ethelhelm pr'.

✠ Ego Waermund, Hrofenſis civitatis epiſc. ſignum crucis ſubſcripſi. Lullingo pr'. Tuda pr'. Beagnoth pr'. Heathoberht pr'. Wigheard pr'.

✠ Ego Weothun, Seoleſegiae eccleſiae epiſc. ſignum crucis ſubſcripſi. Ceolmund ab. Dudd pr'. Eadberht pr'. Beorcol pr'. Heathfrid—— Cynebald.

Actum eſt in celebri loco, qui vocatur Clofeſhoas, anno ab incarnatione Chriſti DCCCIII. indictione XI. die 4. id. Oct.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Saxon.
LEO. III. 8.	ATHELARD. II.	803.	ECGBERT. 2.

Conſtitutio in concilio Cloveſhovienſi de paſtu reddendo epiſcopo Wigorn. †. E vet. MS. citante Spelmanno.

ANNO Domini DCCCIII. qui eſt annus ſeptimus Cenulfi, regis Merciorum, factum eſt ſynodale conciliabulum æt Clofeshoum, praeſidente Æþelheardo archiepiſcopo.

Ibi inter alia fit contentio inter Deneberhtum Weogernenſem antiſtitem, Wulfheardumque Herefordenſem praeſulem. Sunt autem monaſteria in parochia Deneberhti Celtenham, Beccanforda, quae olim antiquis diebus ad Herefordenſem eccleſiam ſpectabant, in quibus poſtulabat ſuum paſtum Deneberht ſibi reddi. Wulfheard autem econtra narrabat, quod ei nullum daret, quia ejus anteceſſores nullum unquam habuerunt. Deneberht vero narrabat, quod Weremundus epiſcopus paſtum acciperet at Beccanforda. Haþoredus ſimiliter at Celtanhomne. Convenit tandem, quod Deneberhtus haberet dimidium paſtum altero anno at Beccanforda, et altero at Celtenhomne, rogante archiepiſcopo.

Eodem die ſimili contentione placati ſunt Werenberhtus, mediterraneorum Anglorum epiſcopus, et Adulfus, Hatfeldenſis praeſul, Wigberhtus ſimiliter Scirubunnenſis, et Almundus, Wentanus epiſcopus. Ego Æþilheard, epiſcopus; Werenberhtus, epiſcopus; Deneberht, epiſcopus; Tidferd, epiſcopus; Aldulf, epiſcopus; Eadulf, epiſcopus; Alheard, epiſcopus; Wigberht, epiſcopus.

† Reperio inter analecta plurima libri eccleſiae Wigornenſis hanc notam e charta quadam donationis eidem eccleſiae in hoc concilio corroboratae, viz. fol. 23. Aethelheard archiepiſcopus, Aldulph, Werenberht, Eadulf, Deneberht, Alheard, Tidferth, Wigberht, epiſcopi ſubſcripſerunt ad Cloſeſhoum anno DCCCIII. indictione II. anno VII. Cenwulfi, regis Merciorum, die 4 iduum Octobrium, feria 5. Haec SPELM.

Synodus

2

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
[illegible] III. 16.	WULFREDI 6.	811.	[illegible]

Synodus Merciana apud Winchelcombam. Ex Vol. I. Monaſt. Anglic. p. [illegible]

IN charta regis Kenulphi de Winchelcumbenſis coenobii prima fundatione, mentio fit trium ſynodorum ejus tempore celebratarum, praeter hanc, in qua charta haec confecta eſſe dicitur A. C. DCCCXI. indict. 4. ubi inter alia: "Complacuit autem mihi Kenulpho, ut ad conſecrationem antenominatae eccleſiae univerſos accerciſſem Merciorum optimates, epiſcopos, principes, procuratores; meoſque propinquos, necnon Cuthredum, regem Cantuariorum, atque Siredum, regem orientalium Saxonum, cum omnibus, qui teſtes noſtris ſynodalibus conciliabulis aderunt—pro confirmatione meae haereditatis, quam dominus Leo papa primus affirmabat cum ſuo privilegio, et poſtea Paſchalis, ſummus pontifex, cum praeceptis ſuae auctoritatis et univerſis Merciorum optimatibus in tribus ſynodis, unanimo conſilio etc.—Hoc ego Kenulphus rex, et omnes, qui in noſtris ſynodalibus conciliis teſtes atque conſcii hujus rei praeſentati fuiſſent, dijudicavimus, atque unanimo conſenſu conſtituimus etc.—quaſi in noſtris tribus ſynodisr firmiter decrevimus". Huic ſynodo intererant tres reges, Wulfredus archiepiſcopus, duodecim epiſcopi, et undecim duces.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	[illegible]
STEPHAN. V. 1.	WULFREDI 11.	816.	[illegible]

*Synodus Calchuthenſis**. Ex MS. Cott. Veſpaſ. A. 14. fol. 147.

REGNANTE ac gubernante Deo et Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui diſpenſat orbem terrarum in aequitate, quique caelum et omnem creaturam ſua virtute penetrat, necnon cuncta Patris imperio ac pariter Sancti Spiritus gratia ſurſum atque deorſum mirabilem in modum perficit atque diſcernit; et eodem Domino donante, anno dominicae incarnationis DCCCXVI. indictione 9. haec ſynodus congregata fuerat die 6cal. Auguſti, in loco famoſo, qui dicitur Celichyth, praeſidente vero Wulfredo archiepiſcopo, caeteriſque aſſidentibus auſtralibus Anglorum epiſcopis; id eſt, Beormodo, Hrouenſis eccleſiae, Aetheluulfo, Seleſegae epiſcopo; necnon ƿiȝƿeȝ net Wigberhto, occidentalium Saxonum epiſcopi, [a] Daeneberhto, Huicciorum epiſcopo, Wulfheard quoque Herefordenſi antiſtite, ſimul etiam reverendiſſimis Merciorum epiſcopis, Hereuuino et Raethuno; inſuper Eaduulfo, Lindisfarorum epiſcopo, honorabilibuſque orientalium Anglorum epiſcopis, Sibbano et Tidfritho, ſeu Aethelnotho, Lundoniae civitatis piſcopo. Porro Coenuulfi, regis Merciorum anno XX. qui tunc temporis [b] praeſens adfuit cum ſuis principibus, ducibus, et optimatibus. Tum undique ſacri ordinis praeſides cum abbatibus, preſbyteris, diaconibus pariter, tractantes de neceſſariis, et utilitatibus eccleſiarum.

Cap. I. *De fide et canonibus retinendis* [c].

Primo in loco expoſuimus fidem catholicam, et orthodoxam quoque chriſtianam legem, atque praecepta canonica, quae a ſanctis patribus fuere conſtituta, didicimus, nos velle cum omni diligentia illa [d], illibata et incorrupta cuſtodire fatemur, et alios hoc idem docere, inſtruere, atque firmare, ut per hoc mereamur noſtrorum percipere indulgentiam peccatorum.

Cap. II. *De modo conſecrandi eccleſias.*

Secundo: Ubi eccleſia aedificatur, a propriae dioeceſis epiſcopo ſanctificetur; aqua per ſemetipſum benedicatur, ſpargatur, et ita per ordinem compleatur, [e] ſicut in libro miniſteriali habetur. Poſtea euchariſtia, quae ab epiſcopo per idem miniſterium conſecratur, cum aliis reliquiis condatur in capſula, ac ſervetur in eadem baſilica. Et ſi alias reliquias intimare non poteſt, tamen hoc maxime proficere poteſt, quia corpus et ſanguis eſt Domini noſtri Jeſu Chriſti. Seu etiam praecipimus unicuique epiſcopo, ut habeat depictum in pariete oratorii, aut in tabula, vel etiam in altaribus, quibus ſanctis ſint utraque dedicata.

Cap. III. *Ut concordes omnes invicem diligant.*

Tertio confirmavimus: ut undique inter nos ſtabilis permaneat concordia, et intimae pacis charitatiſque devotio. Ut ſit omnium una voluntas in opere et ſermone, vel in judicio ſine cujuſquam adulatione et diſceptatione; quia unius miniſterii ſumus conſervi, unius fabricationis cooperatores, unius corporis membra, cujus caput eſt Chriſtus. Ideo ſicut conjuncti ſumus in uno ſpiritu per fidem et dilectionem, ita condecet noſtro gradui actus noſtros atque verba ſine ſimulatione ſervare in timore et amore Dei omnipotentis, atque diligenter pro invicem orare; ut per illud mereamur accipere coronam vitae, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Cap. IV. *Ut abbates et abbatiſſae probi eligantur per epiſcopum et conventum.*

Quarto conſideravimus decreto: ut habeat unuſquiſque epiſcoporum poteſtatem in ſua pro-

* Synodus apud Celichyth die ſexto cal. Auguſti, anno Dom. DCCCXVI. indict. 9. Kenulpho, rege Merciorum, qui ibidem interfuit, 20. Praeſidente vero Wulfredo, archiepiſcopo Cantuariae, in quo retinentur fides orthodoxa et praecepta canonica, edunturque novi aliquot canones ad res et mores eccleſiaſticorum gubernandos [illegible]

[a] MS. epiſcopo. [b] tempore MS. [c] Titulum capitum non dantur in MS. Cotton. exhibuit eos Spelmannus, neſcio ex quo codice. [d] MS. inlibata. [e] compleata MS.

4

pria dioeceſi abbatem vel abbatiſſam eligere, et hoc cum conſenſu et conſultu familiae; et ab omnibus diligenter inquiratur et inveſtigetur caſtitas, hujuſcemodi ab omnibus capitalibus delictis immunis habetur. Id eſt, ut nec in occiſione hominis, aut procreandis filiis, vel etiam in graviore et publico furto ſit coinquinatus, ſed intra clauſtra monaſterii regulariter ſuam vitam duxerit: prudens et acutus in ſermone, ne per ejus inſipientiam [f] et taciturnitatem pereat grex ei commiſſus. Et iterum aſpiciat epiſcopus, ut pro nullius amore, vel competenti pecunia, aut ex propinquitate quis plus eligatur, quam decet, nec ullatenus ſine conſenſu familiae, nec familia ſine concordia epiſcopi; ſed in unum conjunctis, et ſecundum ordinem per omnia [g] inceptare permittatur et habeatur.

Cap. V. *Ut Scoti non admittendi ſacra miniſtrare.*

Quinto interdictum eſt: ut nullus permittatur de genere Scotorum in alicujus dioeceſi ſacrum ſibi miniſterium uſurpare, neque ei conſentire liceat ex ſacro ordine aliquod attingere, vel ab eis accipere in baptiſmo, aut in celebratione miſſarum, vel etiam euchariſtiam populo praebere, quia incertum eſt nobis, unde, [h] et an ab aliquo ordinentur. Scimus quomodo in canonibus praecipitur, ut nullus epiſcoporum [vel] preſbyterorum invadere tentaverit alius parochiam, niſi cum conſenſu proprii epiſcopi. Tanto magis reſpuendum eſt ab alienis nationibus ſacra miniſteria percipere, cum quibus nullus ordo metropolitanis, nec honor aliquis habeatur.

Cap. VI. *Ut judicia epiſcoporum, et quae ſignantur vexillo crucis, firma ſint. Et de vocato ad ſynodum.*

Sexto ſancitum eſt: ut non frangantur judicia epiſcoporum, quae a nobis noſtriſque praedeceſſoribus ſynodali decreto conſtituta ſunt, ſed firma et irrefragabilia ita permaneant; ſeu etiam de omni re, quaecunque cum vexillo ſanctae crucis Chriſti roborata eſt, ſic ſtare ſervareque praecipimus, niſi forſan rex vel princeps anteceſſorum ſuorum manuum impoſitiones pro nihilo ducant, et illud non emendare neque caſſare pertimeſcant, idipſum in ſe ſuiſque haeredibus ſuſtineant, ſicut ſcriptum eſt: " In quocunque judicio judicaveritis, judicabimini ". Et iterum, ſi quis ab accuſatoribus ſuis invitatur ad ſynodum, et ei [i] obviam ire non tardaverit, ſemel, ſecundo, tertia vice paratus rationem ponere, et accuſator renuit, et ſuam cauſam movere differt; poſtea judicabimus [k] [ut] nihil ab eo plus exigatur, ſed ſuo proprio ſit contentus.

Cap. VII. *Ut praedia et telligraphia monaſteriorum non alienentur, niſi, &c.*

Septimo conſtitutum eſt: ut nec epiſcopi, neque abbates abbatiſſaeve, quae regimina vel territoria monaſteriorum percipiunt ad ſervandum; ut nulli eorum licitum ſit aliquid de poſſeſſione agrorum eccleſiarum minuere, vel alicui in haereditatem deputare, niſi in dies et ſpatium unius hominis, et hoc cum conſenſu et licentia familiae; et iterum reddatur eccleſiae. Tamen ſerventur libri primordiales cum aliis tellgraffis, ne inpoſterum aliquod ſcrupulum contradictionis immittere conentur. Quia valde periculoſum eſt illis, qui deputantur cuſtodes coenobiorum, et defenſores conſtituti ſunt, illud diſtribuere ac auferre, quod ab aliis, pro ſuarum animarum ſalute, Deo omnipotenti et ſanctorum reliquiis in propriam haereditatem conceditur; niſi rationabilis cauſa popoſcit adjuvari contra invaſionem famis, et depraedationem exercitus, et ad libertatem obtinendam. Alioquin indiſrupta et integre ſerventur, ne inopia deſpoliati periclitentur; ſed magis unuſquiſque ſit ſuo proprio contentus, et illud diſtribuat propinquis vel alienis, ſecundum meritum qualitatis.

Cap. VIII. *Ut Deo dedicata ſic perpetuo maneant, niſi, &c.*

Octavo ſtatutum eſt: [k] [ut] monaſteria, quae ſemel dedicata ſint cum conſilio epiſcoporum, et in quibus ſtatuitur regularis vita, ſeu etiam abbas vel abbatiſſa ab epiſcopo benedicatur, ſic in perpetuo permaneant monaſteria et res, quae ad ea pertinent, ſi cauſa penuriae pro rapacitate ſecularium ita inviolabiles ſtare non poſſunt, indicabimus epiſcopo cum ſua auctoritate magis licuiſſe ovile Chriſti defendere, quam luporum faucibus in praedam dimittere. Et hoc fieri praecipimus pro magna neceſſitate familiae, ne ex cupiditate avaritiae cauſa intelligatur. Attamen ubi inveſtigatur primitus conſtituta regularis vita, et in ea electio abbatum vel abbatiſſarum, et eorum conſecratio a ſuis epiſcopis, nec ultra ullatenus fieri dominium, nec habitatio ſecularium, quia hoc capitulum nullus aeſtimet noviter a nobis conſtitutum; ſed ſi quis deſiderat, in ſynodo * Chalcedonenſi reperire non pigeat. Ideo ex noſtra auctoritate idipſum confirmamus, et in nomine omnipotentis Dei ita ſervare praecipimus, ſicut in antiquis canonicis capitulis conſtitutum reperimus, et ab apoſtolicis viris initio primitivae eccleſiae mandatum eſſe didicimus. Sic ea regula et obſervantia monaſtica ſua diſciplina et eccleſiaſtica jura ſine macula obſervare praecipimus. Sin autem aliquis, quod non optamus, preſbyter aut diaconus, vel aliquis ex numero clericorum, ſeu ancillarum Dei auſi fuerint hoc noſtrum mandatum et apoſtolicorum virorum inſtitutiones ſpernere, et pro nihilo ducere; ſciant ſe ſuo gradu privari, et a ſanctae Dei eccleſiae participatione ſequeſtratos, et a communione electorum omnium eos eſſe anathematizatos, vel etiam in tremendo judicio ante tribunal Domini noſtri Jeſu Chriſti rationem eſſe reddituros, niſi ante cum humili ſatisfactione voluerint emendare.

Cap. IX. *Ut deſcribenda ſint judicia ſynodorum.*

Nono ſanximus in illa praefata ſynodo, ut unuſquiſque epiſcoporum debeat deſcribere judicium

[f] inſtantiam MS. [g] increpare MS. [h] an MS. pro et an. [i] obvianti MS. [k] deeſt. MS. * Vide concil. Chalcedon. confeſſ. 15. can. 16. 23. et al.

cium illud, quod in qualicunque ſynodo conſtitutum eſt, vel ad illius parochiam pertineat. Seu etiam conſtituimus, ut cum ratione et ordine deſcribat, qualis annus Domini computatur, aut a quali archiepiſcopo, et aliis aſſidentibus epiſcopis inveſtigatum et conſtitutum ſit illud judicium; ne forte aliquis homo in ſua parochia, cui rectum ſit judicium conſtitutum, per falſam machinationem et malam verſutiam a recto judicio declinet. Sed ſemper maneat firma atque immobilis in conſcientia illius archiepiſcopi, et iſtius epiſcopi, cujus ſit dioeceſium, et ille habeat aliam cartam ad ſuam ſedem epiſcopalem, aliam ille, ad quem illud judicium pertineat, ne inpoſterum aliquod ſcrupulum iniquitatis applicetur.

Cap. X. *Ut epiſcoporum ſiant exequiae.*

Decimo jubetur: et hoc firmiter ſtatuimus adſervandum tam in noſtris diebus, quamque etiam futuris temporibus, omnibus ſucceſſoribus noſtris, qui poſt nos illis ſedibus ordinentur, quibus nos ordinati ſumus: ut quandocunque aliquis ex numero epiſcoporum migraverit de ſeculo, tunc pro anima illius praecipimus ex ſubſtantia uniuſcujuſque [l] decimam partem dividere, ac diſtribuere pauperibus in eleemoſynam, ſive in pecoribus et armentis, ſeu de ovibus et porcis, vel etiam in cellariis; necnon omnem hominem Anglicum liberare, qui indiebus ſuis ſit ſervituti ſubjectus, ut per illud ſui proprii laboris fructum retributionis percipere mereatur, et indulgentiam peccatorum. Nec ullatenus ab aliqua perſona huic capitulo contradicatur, ſed magis, prout condecet, a ſucceſſoribus augeatur, et ejus memoria ſemper in poſterum per univerſas eccleſias noſtrae ditioni ſubjectas, cum Dei laudibus habeatur et honoretur. Prorſus orationes et eleemoſynas, quae inter nos ſpecialiter condicta habemus; id eſt, ut ſtatim per ſingulas parochias in ſingulis quibuſque eccleſiis, pulſato ſigno, omnis famulorum Dei coetus ad baſilicam conveniat, ibique pariter xxx. pſalmos pro defuncti anima decantent. Et poſtea unuſquiſque antiſtes et abbas DC. pſalmos, et CXX. miſſas celebrare faciat, et tres homines liberet, et eorum cuilibet tres ſolidos diſtribuat, et ſinguli ſervorum Dei diem jejunent, et xxx. diebus canonicis horis expleto ſynaxeos, et VII. [m] beltidum Pater noſter pro eo cantetur; et hoc expleto, triceſima item die obitus ſui tam bene reficiantur, ſicut in cujuſlibet apoſtolorum natali die refici ſoleant, et per omnes eccleſias tam fideliter pro eo agant, ſicut moris habeant pro eorum domeſticis fidei exorando facere. Ut communi interceſſionis gratia, commune cum ſanctis omnibus regnum percipere mereantur aeternum.

Cap. XI. *Ut nec epiſcopi nec preſbyteri alterius parochiam aut munus invadant.*

Undecimo praecipimus, ſicut priſcis temporibus a ſanctis patribus traditum eſſe reperitur: ut nulli epiſcoporum liceat alterius parochiam invadere, vel etiam aliquid alterius miniſterii ad ſe pertrahere in aliqua conſecratione eccleſiarum, vel preſbyterorum, diaconorumque, niſi ſolus archiepiſcopus, quia caput eſt ſuorum epiſcoporum. Sed et alii ſuo proprio ſint contenti, aut cum conſenſu et licentia illius epiſcopi, in cujus dioeceſi eſt, et miniſtrat. Si quis ultra fecerit, emendet judicio archiepiſcopi, niſi ante propriae dioeceſis epiſcopo reconciliari voluerit.

Et idipſum preſbyteris praecipimus, ut nullus majora negotia ad ſe deſideret, quam a proprio epiſcopo concedatur, niſi in ſolo baptiſmo et aegritudine infirmorum tantum. Sed tamen omnibus preſbyteris praecipimus, ut nulli denegetur ubique baptiſmi miniſterium praeſtare; et ſi quis per ſuam negligentiam renuerit, ceſſet a miniſterio uſque ad tempus correctionis, et cum humili ſatisfactione reconciliatus fuerit proprio epiſcopo. Sciant etiam preſbyteri, quando ſacrum baptiſmum miniſtrant, ut non effundant aquam ſanctam ſuper capita infantium, ſed ſemper mergantur in lavacro; ſicut exemplum praebuit per ſemetipſum Dei Filius omni credenti, quando eſſet ter merſus in undis Iordanis. Ita neceſſe eſt ſecundum ordinem ſervari et haberi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
PASCHAL. I. 4.	WULFRED. 16.	821	EGBERT. 20

Concilium ſub Wulfredo, archiepiſcopo Cantuarienſi.

CONCILIUM ſub Wulfredo, archiepiſcopo Cantuariae, anno Chriſti DCCCXX. Beornulfi, regis Merciorum (qui eidem aderat) primo; in quo Cenedritha abbatiſſa, filia et haeres Ceonulfi, regis Merciorum, reconciliationem facit cum praefato archiepiſcopo pro terris, quas pater ejuſdem Cenedrythae injuſte abſtulerat ab eccleſia Chriſti Cantuarienſi. Vide concilium Cloveſhoae mox ſecuturum, num. 4.

Concilium apud Oſlaveſhlen ſub Wulfredo, archiepiſcopo Cantuarienſi.

CONCILIUM apud Oſlaveſhlen ſub Wulfredo, archiepiſcopo Cantuariae, Beornulfi, regis Merciorum, ſecundo; in quo praedicta Cenedrytha abbatiſſa priorem ſuam cum Wulfredo archiepiſcopo reconciliationem redintegrat, addito etiam corollario. Vide concil. Cloveſhoae jam proxime ſequens, num. 7.

[l] rei addit MS. [m] Vox Anglofaxonicae originis Spelmanno in gloſſario, voce *Beltis*, roſarium denotat.

Conci-

4

*Concilium ſynodale Cloveſhovienſe**. Ex codice MS. Wigorn. c. 5. et ex MS. Cott. Claudius D. 2 fol. 32.

I. ANNO dominicae incarnationis DCCCXXII. indictione 3. de diverſis Saxoniae partibus congregatum eſt ſynodale concilium in loco praeclaro, qui nominatur Cloveſho; praeſidente huic venerabili concilio Beornulfo, rege Merciorum, et Wulfredo archiepiſcopo, caeteriſque epiſcopis et abbatibus, omniumque dignitatum optimatibus, eccleſiaſticarum ſcilicet et ſecularium perſonarum, utilitatem et neceſſitatem eccleſiarum, monaſterialiſque vitae regulam, et obſervantiam, ſtabilitatem quoque regni pertractantes.

II. Interea ab omnibus in eadem ſynodo reſidentibus quaeſitum eſt, quomodo quis cum juſtitia ſit tractatus, ſeu quis injuſte ſit ſpoliatus? Inter multa itaque, quae ibi acta et dicta ſunt, monſtratum eſt; quia praefatus archiepiſcopus Wulfredus per delationem, et inimicitiam, et violentiam, avaritiamque Ceonulfi regis multas injurias perpeſſus eſt, et de ſua juſta dominatione injuſtiſſime privatus, tam per ea, quae hic inter nos, ſcilicet in Anglia, illi ſunt illata, quam per illa, quae per juſſionem praenominati Ceonulfi regis ad apoſtolicam ſedem perlata ſunt; nec ille ſolummodo ſaepe nominatus archiepiſcopus, ſed per eaſdem accuſationes et diſcordias tota gens Anglorum per ſex annorum ferme curricula, ſua primordiali auctoritate, ſacrique baptiſmatis miniſterio privata ſit. Super haec omnia quadam vice idem rex Ceonulfus cum ſuis conſiliariis veniens ad villam regalem Lundoniam, conſtituit diem (cum magna indignatione) quo idem archiepiſcopus veniret ad eum. Quo cum veniſſet, praecepit rex, ut, relictis omnibus rebus ſuis, citiſſime de Anglia decederet; nec aliquam ſpem haberet redeundi amplius, nec per praeceptum domini papae, nec pro precibus imperatoris, nec alicujus alterius perſonae, niſi conſentiret voluntati ejus, dimittendo ei villam trecentorum manentium nomine Leogeneſham: inſuper daret ſibi, videlicet regi, centum viginti libras denariorum.

III. Hanc autem reconciliationem praedictus vir Wulfredus, diu recuſans, contradixit. Cumque amici viri Dei et optimates regis, qui illum plurimum dilexerunt, viderent rapacitatem et violentiam regis; inſtigabant archiepiſcopum, ut regiae voluntati eo tenore pareret, quatenus idem rex diſcordiam, quam per nuncios ſuos inter apoſtolicum et archiepiſcopum compoſuerat, diſſiparet; omnem quoque poteſtatem et dignitatem, quae ad primatem ſedem pertinebat, eidem patri, juxta auctoritatem, quam anteceſſores ejus priſcis temporibus excellentius habuerunt, reſtitueret. Quod ſi hoc rex facere nequiviſſet, pecuniam et terram, quam ab archiepiſcopo exigebat, iterum ei redderet. Hac igitur conditione aſſenſum pater reverendus praebuit. Sed nihil hujus praedictae conditionis impletum eſt. Nam tribus integris annis poſt eandem reconciliationem, poteſtate, quam anteceſſores ejus et ipſemet ante illam diſcordiam habuerint ſuper Suthmenſtre, tam in paſtu, pecunia, veſtimentis, quam obedientia, quae ad ſedem metropolitanam pertinebant, privatus remanſit.

IV. Poſt mortem autem Ceonulfi regis, cum Beornulphus rex regnaret, idem pater archiepiſcopus Wulfredus invitabat Cenedrytham abbatiſſam, haeredem filiamque Ceonulfi regis, ad praedictum concilium; quo cum perveniſſet, omnibus in concilio audientibus, conqueritur archiepiſcopus de injuriis et moleſtiis ſibi et Chriſti eccleſiae a patre ſuo illatis, emendationemque ab ea (ſi juſtum eſt) poſtulat. Tunc omne concilium pro juſtitia invenit, et hoc unanimo conſenſu decrevit: ut illa omnia, quae pater ejus archiepiſcopo injuſte abſtulerat, juſte eidem in illo ſpatio pro praefato patre reſtituat. Quod ipſa humiliter ſpoſpondit.

V. Placuit itaque Beornulfo regi cum ſuis ſapientibus, pro amicitia Ceonulfi regis et haeredum illius, praenominato archiepiſcopo ſupradictarum rerum diligentiſſime reconciliationem et emendationem facere. Quia autem hoc praenominato regi Beornulfo placuit, et humili prece id depoſcebat, pro amore et amicitia illius conſenſit. Haeres enim ſaepe nominati regis Ceonulfi, expetiverat eundem patrem, patronum, et interceſſorem habere, deprecabatque eum humili devotione, ut pro plena reconciliatione, ſuſciperet in quatuor locis terram centum manentium, id eſt, Hareghes, Herefordingland, Wambelea, Gedding. Tunc archiepiſcopus pro amore Dei, et amicabili amicitia regis Beornulfi huic reconciliationi conſenſit: ea conditione, ut praefata abbatiſſa praenominatam terram eidem archiepiſcopo, illam terram ſcilicet centum manentium, cum libris, quos Angli dicunt Landboc, et cum eadem libertate, quam ante habuerat, in perpetuam haereditatem traderet. Beornulfus autem rex, cum teſtimonio totius ſynodi, liberam omnino proclamavit.

VI. Iſta quoque reconciliatio nec hac vice rata fuit, quia poſt haec iſta promiſſio XII. menſibus imperfecta remanſit. Retenti ſunt enim tres manentes de praedicta conditione, et libri quadraginta ſeptem manentium; ſcilicet

* Concilium ſynodale in praeclaro loco, qui vocatur Cloveſho, circa annum Chriſti DCCCXXII. Beornulfi, regis Merciorum, ; praeſidentibus in eodem dicto rege, et Wulfredo, archiepiſcopo Doroberniae, cum caeteris epiſcopis, abbatibus, omniumque dignitatum optimatibus; in quo poſt aliquot ad eccleſiarum utilitatem, vitae monaſterialis regulam, et regni ſtabilitatem pertinentia, de injuriis agitur Dorobernenſi eccleſiae, per Ceonulfum, regem Merciorum (jam inde mortuum) illatis.

lib.

lib. de Bockland, lib. de Wambelea, liber etiam de Hereferdin gland.

VII. Sequenti vero anno haec eadem [illegible] flagitabat colloquium cum ſaepe nominato viro, qui tunc temporis erat in regione Hwicciorum expetivit illo in loco, qui dicitur Oſlaveſhlen, ibi enim tenebat concilium; ubi cum virum Dei inveniſſet, conſeſſa eſt inſipientiam tarditatis reconciliationis. Archiepiſcopus vero cum magna dulcedine oſtendebat ſe eſſe omnino liberum de ſaepe nominata reconciliatione; de ſua autem parte (id eſt, abbatiſſae) plura deeſſe, quae reddere debuiſſet. At illa coram poſita concilio ſuffuſa leni pudore omnia, quae deerant, humiliter promiſit ſe reddituram. Libros etiam quarundam terrarum, quos ante non [illegible], cum [illegible], in eodem concilio [illegible] po libenti animo [illegible]. [illegible] quatuor manentium, [illegible] fecit apud Hergum. [illegible] ta manentium, ubi dicitur Cumbe, cum libello ejuſdem terrae, pro emendatione archiepiſcopo dedit, ut firma [illegible] haeredes Ceonulfi regis, et archiepiſcopum ſtabilis permaneret. Archiepiſcopus autem his omnibus aſſentium praebuit [illegible], nomina praedictorum agellorum ſint abraſa de antiquis privilegiis, quae pertinent ad Wincelcumbe, ne in poſterum [illegible] dictetur de hoc, quod [illegible] eſt, et ſi [illegible] firmatum.

Pape Paſch. [illegible] — Archiep. Cantuar. W[illegible]RED[illegible]

Concilium Cloveſhoviense. Ex originali MS. Cott. Aug. 2. n. 73 [illegible].

ANNO vero dominicae incarnationis DCCCXXV. indictione 3. de diverſis Saxoniae partibus congregatum eſt ſynodale concilium in loco praeclaro, qui nominatur æt Cloꝼeſhoum, praeſidente autem huic venerabili concilio Vulfredo archiepiſcopo, anno vigeſimo epiſcopatus ſui,ſeu etiam Beornuulfo, rege Merciorum, anno tertio regni ejus, caeteriſque epiſcopis, et abbatibus, necnon et ducibus, omniumque dignitatum optimatibus, eccleſiaſticarum vel ſecularium perſonarum eccleſiarum Dei utilitatem et neceſſitatem tractantes atque ſcrutantes, monaſterialiſque vitae regulam et obſervantiam, ſeu etiam generoſitatem ſtabilitatemque regni terreſtris conſiliantes, ac quaerentes; inter ea etiam ab omnibus illic in eadem ſynodo reſidentibus trutinatum ac quaeſitum fuerat; quis cum juſtitia et aequitate conſervatus fuiſſet, quis autem cum injuſtitia et violentia fraudatus, diſpoliatuſque in ſua perſona fieret. Tantundem vero inter aliarum allocutionum verba patefactum eſt, quod praefatus archiepiſcopus Vulfredus, per inimicitiam, et violentiam, avaritiamque Coenpulꝼi regis, ſive quae hic in noſtra propria gente peracta ſunt, ſeu etiam ultra mare, ad illam apoſtolicam ſedem per ejus juſſionem et inmiſſionem adlata ſunt. Hoc eſt vero, quod in teſtimonio totius populi omni donatione propria privatus eſt, vel in his liberis monaſteriis æt Suþmynſτρe ⁊ æt Ræculꝼo omnibus rebus ac poſſeſſionibus, quae ad illos pertinebant, cum violentia ac rapacitate ejuſdem praefati regis diſpoliatus eſt; nec ille ſolus epiſcopus his aliiſque rebus perplurimis inhonoratus fuiſſet, ſed per eaſdem ſupradictas accuſationes et diſcordias tota gens Anglorum ſex ferme annorum curricula ſua primordiali auctoritate, ſacrique baptiſmatis miniſterio privata eſt. [illegible] etiam ille praedictus rex Coenpulꝼ, cum ſuis ſapientibus, ad regalem villam Lundoniae perveniens, ad hoc idemque [illegible] archiepiſcopus, cum ſuo foedere foenoreque principum ſuorum invitabat. Tuncque in eodem concilio cum maxima diſtrictione illi epiſcopo mandavit, quod omnibus rebus, quae illius dominationis ſunt, diſpoliatus debuiſſet fieri, omnique de patria iſta eſſe profugus, et nunquam [illegible] domini papae, nec caeſaris, ſeu alterius alicujus gradus huc in patriam iterum recepiſſe, niſi hoc conſentire voluiſſet. Hoc eſt, quod illam terram æt Iognesꝼhomme [illegible], iſtamque pecuniam tradidiſſet cxx. librarum. Sed et ille epiſcopus hanc reconciliationem diu recuſans, ſpontaneaque voluntate omnino inſons nolens conſentire; ſed tamen tantundem prae iſta ſupradicta increpatione rapacitatis et fugae [illegible] onem, ſic invitus conſenſit; ut omni poteſtate obedientiaque quae ad illius epiſcopalem ſedem pertinebant, juxta auctoritatem gradus ejus dignus fuiſſet, ſicut praedeceſſores ejus juxta juſtum ordinem in priſtinis temporibus ante per omnia habuerant. Sed et hocque ille rex Coenpulꝼ illi epiſcopo reconciliavit, ut omnium ſupradictarum ſuggillationum diſcordiarumque inſontem et ſecurum contra dominum papam feciſſet. Aut ſi hoc facere non potuiſſet, illam pecuniam, quae ei dediſſet, iterum epiſcopo omnia reddidiſſet. Sed nihil hujus condictae conditionis impletum eſt; ſed haec continua omnia

[illegible] celebratur." [illegible]

Codex [illegible] multis [illegible] mendis, [illegible]

fallata ſunt, quia poſt eandem reconciliationem tribus annis integris æt Suþmynſtre, tam in paſtu et pecunia veſtimentiſque ac omni obedientia, quae ad illam archiepiſcopalem ſedem pertinebat, ſine omni honore fraudatus eſt, aliiſque in locis perplurimis illius parochiae inhonoratus eſt. Poſtea vero contigit, ut in temporibus praedicti Beornƿulfi regis ad illamque praenominatam ſynodum æt Cloveſhoum ille archiepiſcopus Vulfred Cƿoenþryþam abbatem, haeredem Coenƿulfi cum eadem haereditate illius invitabat, emendationemque ſibi omnium ſupradictarum moleſtiarum injuriarumque poſtulavit; quas ille idem rex Coenƿulf ſibi et eccleſiae Chriſti, ac parochiae ejus iniqua pravitate perpetraſſet. Tunc vero omnis illa ſynodus ad aequitatem invenerunt, hocque judicium unanimo conſenſu conſtituerunt, quod illi epiſcopo reddere omnia debuiſſet, quod violentia abſtulerat in omnibus rebus, quibus cum aliqua injuria in omni ſpatio illa ſpoliata fuerat, et alteram ſimilem partem ad hoc ipſum adjeciſſe, et omnem uſum emendaſſe, quae in ipſo ſpatio confracta fuerat. Poſtea autem placuit Beornƿulfo regi, pro amicitia haereditatis Coenƿulfi regis, haerediſque illius, cum ſuis ſapientibus, illo praenominato archiepiſcopo iſtarum ſupradictarum rerum reconciliationem et emendationem diligentiſſime facere decreviſſet, humilique prece depoſcebat, ut huic reconciliationi pro amore Dei, et amicitia illius adnueret; quia haereditas et haeres ejus ad interceſſorem et patronum eum expetivit. Hoc eſt, ut terram c. manent. in quatuor locis ſuſcipere deprecabat, id eſt æt Hearge Hereſreþing lond ⁊ æt Ƿembalea ⁊ æt Geddineggum. In poſtremo autem ille praenominatus epiſcopus illius regis allegationibus accommodans, non tamen ſpontanea voluntate, ſed pro amore Dei, et amicabili amicitia illius regis, hanc praedictam reconciliationem conſentiendo ſuſcepiſſet, ut illa abbatiſſa Cƿoenþryþ, filia Coenƿulfi, haereſque illius hanc praedictam terram computati c. manent. illi archiepiſcopo, cum propriis et antiquis telligraphis, et cum eadem libertate, quam ante habuerat, in perpetuam haereditatem ad habendum et poſſidendum, poſtque dies ejus, cuicunque ei placuerit, dereliquendum tradiderat. Inſuper etiam ille Beornƿulf rex, cum teſtimonio conſilioque ejuſdem ſynodi illam terram, quae ante non fuerat liberata, hujus praedictae donationis eadem libertate liberabat, ſicut et altera terra æt hearge jamdudum liberata fuerat, et in altera kartula conſcripta habetur. Sed ſtatim iſta praedicta reconciliatio confracta eſt, quia duodecim menſibus iſtius praenominatae terrae iii. manentes abſtractae ſunt librique xlvii. manent. in tribus locis redditi non fuerunt, hoc eſt, æt Boc londe ⁊ æt Ƿemba lea ⁊ æt Hereſreding londe:· Iterumque ſecundo anno, poſtquam haec omnia ita peracta ſunt, haec eadem abbatiſſa illius epiſcopi colloquium flagitabat, eumque in provincia Hƿicciorum expetivit illo in loco, qui nominatur Oſlaveſhlau, eique ſuam inſipientiam confeſſa eſt retardatae reconciliationis, hoc eſt, illius terrae, quod ante negaverat. Tuncque in eodem loco epiſcopus, illa abbatiſſa praeſente, exponebat, quod ille omnium antiquarum cauſarum, quas ante reconciliaverunt, liberatus fuiſſet, cum illa perfecta non fuerunt, quae ante ſpondata habuiſſet. Tum autem illa abbatiſſa cum omni humilitate promiſerat, ut omne, quod ei redditum non fuerat, cum omni devotione diligentiſſime emendare voluiſſet, quoſdamque libros, quos ante non habebat, in eodem concilio illi reddebat; agellum quoque iiii. manent. pro ejus amabili amicitia ad illam praenominatam terram æt Hearge donabit. Similiter etiam et in provincia Cantiae xxx. manent. terram, ubi dicitur æt cumbe cum ejuſdem agellis, ad emendationem illi in ſempiternam haereditatem donaſſet, ut iſta praedicta reconciliatio ſtabilis firmaque permaneret, ut omnis haereditas Coenƿulfi haerediſque illius firmaliter ſit liberata. Tuncque epiſcopus hoc idem conſenſit hac conditione, ut illorum praedictorum agellorum nomina de antiquis privilegiis, quae ſunt æt Ƿincelcumbe, eradata fuerunt, iterumque inpoſterum non ſunt prolata. Si autem iterum aliqua altercatio ab aliquo haerede Coenƿulfi inpoſterum elata fuerit, abſque omni dubitatione ſciat me liberum eſſe, meoſque haeredes et eccleſiam Chriſti juſtitiam ac emendationem ad haereditatem illam requirere, omniaque ſupraſcripta injuria inreconciliata manere.

Haec ſunt autem nomina illorum hominum, qui ex alia parte conſcribuntur, qui cum totius ſynodalis auctoritate hujus reconciliationis teſtes adfuerunt, et ſigno ſanctae crucis Chriſti propriis manibus conſcripſerunt.

✠ Ego Cƿoenþryþ abbatiſſa hanc reconciliationem propriis manibus, cum ſigno ſanctae crucis Chriſti robor. et ſubſcr.

✠ Ego Beornƿulf, rex Merc. ſigno ſanctae crucis Chriſti confirmabo et ſubſcr.

✠ Ego Vulfredus, gratia Dei archiepiſcopus, hanc eandem reconciliationem cum ſigno ſanctae crucis Chriſti rob. et ſub.

✠ Ego Æþelƿald epiſc. conſ. et ſubſ.
✠ Ego Redhun epiſc. conſ. et ſubſ.
✠ Ego Eadƿulf epiſc. conſ. et ſubſ.
✠ Ego Haeberht epiſc. conſ. et ſubſ.
✠ Ego Beornmod epiſc. conſ. et ſubſ.
✠ Ego Beonna epiſc. conſ. et ſub.
✠ Ego Ƿigðægn epiſc. conſ. et ſubſ.
✠ Ego Alhſtan epiſc. conſ. et ſub.
✠ Ego Humberht epiſc. conſ. et ſub.
✠ Ego Ƿillreð electus conſ. et ſub.
✠ Ego Ceolberht epiſc. conſ. et ſub.
✠ Ego Cynred epiſc. conſ. et ſub.
✠ Ego Cudhwulf preſb. abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Willferd preſb. abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Eanmund abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Eanmund preſb. abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Torhthelm prior conſ. et ſub.
✠ Ego Wiohtred abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Wiott preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Beornnodh dux conſ. et ſub.
✠ Ego Eadberht dux conſ. et ſub.
✠ Ego Eadwulf dux conſ. et ſub.
✠ Ego Ecgberht dux conſ. et ſub.
✠ Ego Alchhard dux conſ. et ſub.
✠ Ego Cyneberht dux conſ. et ſub.

✠ Ego

✠ Ego Sigered dux conſ. et ſub.
✠ Ego Mucel dux conſ. et ſub.
✠ Ego Cuthred dux conſ. et ſub.
✠ Ego Eadwulf dux conſ. et ſub.
✠ Ego Wulfred dux conſ. et ſub.
✠ Ego Bynna frater regis conſ. et ſub.
✠ Ego Aldred conſ. et ſub.
✠ Ego Wighelm conſ. et ſub.
✠ Ego Aldred conſ. et ſub.
✠ Ego Bola pediſecus conſ. et ſub.
✠ Ego Alhſtan conſ. et ſub.
✠ Ego Eadbald conſ. et ſub.
✠ Ego Feologeld preſb. abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Oſwulf preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Hunferd preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Coena preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Oſmund preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Tudda preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Brunhard preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Deornodh preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Baegmund preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Hunred preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Cynehard diac. conſ. et ſub.
✠ Ego Wigmund diac conſ. et ſub.
✠ Ego Daegmund diac. conſ. et ſub.
✠ Ego Wihtred preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Waerhard conſ. et ſub.
✠ Ego Eadwulf preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Duda conſ. et ſub.
✠ Ego Coenhard conſ. et ſub
✠ Ego Alhhere conſ. et ſub.
✠ Ego Aelfgyd conſ. et ſub.
✠ Ego Beonne conſ. et ſub.
✠ Ego Baegſwidh conſ. et ſub.
✠ Ego Aloburgh conſ. et ſub.
✠ Ego Eaxburg. conſ. et ſub. †

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
Eugen. II. 1.	Wulfred 19	824	[illegible]

Concilium Cloveſhoviense. * Ex MS. codice eccl. Wigorn. citante Spelmanno.

Regnante inperpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui mundi monarchiam ſua ſemper virtute gubernat in aeternum. Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXXIV. indictione autem ii. regnante Beornwulfo, rege Merciorum, factum eſt pontificale et ſynodale conciliabulum in loco qui dicitur Cloſeſhoas, praeſidente ibi rege praefato, ac venerando viro Wulfredo archiepiſcopo illum conventum regente ac moderante.

Illic omnes epiſcopi noſtri et abbates et univerſi Mercenſium principes, et multi ſapientiſſimi viri congregati aderant, ubi inter alia plura colloquia, aliqua contentio illata eſt inter Heaberhtum epiſcopum, et illam familiam æt Beɼclea de haereditate æthelɼici filii æthelmundi, hoc eſt monaſterium, quod nominatur Weſtburhg. Habuit autem epiſcopus ante nominatus terram illam cum libris, ſicut æðelɼicus ante praecepit, ut ad Weorgernenſem eccleſiam redderetur.

Statuta autem atque decreta ab archiepiſcopo, et ab omni ſancta ſynodo illa conſentienti; ut epiſcopus, qui monaſterium et agellum cum libris haberet, cum juramento Dei ſervorum, preſbyterorum, diaconorum, et plurimorum monachorum ſibi in propriam poſſeſſionem terram illam cum adjuratione adjuraſſet. Et ibi finita et proſcripta illa contentione coram epiſcopo poſt triginta noctes illud juramentum to Weſtmynſtre deductum eſt.

Quapropter ſi quis hunc agrum ab illa eccleſia in Ceaſtre nititur evellere, contra decreta ſanctorum canonum ſciat ſe facere, quia ſancti canones decernunt, quicquid ſancta ſynodus univerſalis cum catholico archiepiſcopo ſuo adjudicaverit, nullo modo fractum vel irritum eſſe faciendum. Haec autem geſta ſunt. Hi ſunt teſtes et confirmatores hujus rei, quorum nomina hic infra notantur, die tertio calend. Novembrium.

Ego Beornwulf, rex Merciorum, hanc cartulam ſynodalis decreti, ſigno ſanctae crucis Chriſti confirmavi.

Ego Wulfred archiepiſcopus hanc ſynodalem ſententiam cum ſigno glorioſae crucis corroboravi.

Ego, Eþelƿalð, Lindisfarnenſis epiſcopus, conſenſi.

Hredhim Eadwulf Heaberht Wigornienſis Beonna Hereford. Wigthegn Winton. Cioberht Wermund Donmoc. Cynred Hunberht Helmham.	epiſc. conſenſi.
Eadmund Cuthwulf Withred Wilfred	abbat. conſenſi
Beornoth Eadberht Sigered Ecgberht Eadwulf Alhheard Mucel Uhtred Ludica	Duces

† *Tit. in* MS. *talis.* Concilium Cloveſho Wlfredi archiepiſcopi in praeſentia Beornulfi, regis Merciorum, quae terras adquiſivit, ſicut in hac carta ſcriptum eſt. Herga, Hereferdhingland, Wambelea, Peddinge, et in Cantia terram xxx manentium ac Cumbe, et in alio loco IV. manentium.

* Synodale Conciliabulum Cloveſhoviae celebratum 3. Cal. Novembrium, anno Dom. 824. ſub Beornwulfo, rege Merciorum, et Wulfredo archiep. Dorobernıae, aſſidentibus epiſcopis, abbatibus, et principibus Merciorum univerſis, in quo contentiones et colloquia plura dirimuntur.

Nothelm

4.

Nothelm, praeco a domino Eugenio papa.	
Bynna frater regis.	Wighelm.
Bola.	Beadheard.
Aldred thelonius conſ.	Cyneberht.
Piot preſbyter.	Eadbald

Æt ðam aþo wæs æt Westmynstre efen fiftig mæssepreosta. ⁊ tyn diaconas. ⁊ ealra oþra preosta sixtig ⁊ hund teontig. "Id eſt, ad praeſtationem iſtius juramenti Weſtmonaſterii adfuerunt miſſales quinquaginta preſbyteri, et decem diaconi, et preſbyteriálii centum et ſexaginta". Poſt haec in calce ſynodi ita ſequitur:

Her syndon ðara mæssepreosta naman ðe on ðam aþe stodon ⁊ on wæron. Fromund abb. Ealberht abb. Ecgberht abb. Wigberht preosta, &c. Id eſt, hic ſunt nomina miſſalium illorum preſbyterorum, qui ad dictum juramentum aderant et extiterunt. Fromundus abbas, Ealberhtus abbas, Ecgbertus abbas, Wigberhtus preſbyter, &c.*

Papae Rom.	Archiepiſc. Cant.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Gregor. IV. 6.	Ceolnoth. 1.	833.	Ecgbert. 32.

Concilium Londinenſe. † Ex Ingulph. Saxon. Hiſt. Croyl.

Witlafius, diſpoſitione divina rex Merciorum, omnibus chriſticolis univerſam Merciam inhabitantibus, ſalutem ſempiternam. Magnalia Dei praedicare et publicare minime mihi verecundum, ſed vere videtur honorificum et glorioſum: unde aperte confiteor Domino, qui in altis habitat, humilia reſpiciens in caelo et in terra, quoniam ad tempus iratus eſt mihi, converſus eſt furor ſuus, et conſolatus eſt me, humilians in ira ſua peccatorem uſque ad terram, detrahens uſque ad pulverem, et iterum in miſericordia ſua ſuſcitans de pulvere egenum, et de ſtercore erigens pauperem, ut ſedeam cum principibus, et ſolium gloriae teneam. In die igitur bonorum ne immemor ſim malorum; "memor ero Rahab et Babylonis ſcientium me;" non Rahab meretricis, ſed Etheldrithae ſanctiſſimae virginis, cognatae meae, pro ſponſi ſui agni immaculati amore Croylandiae recluſae, et in tempore tribulationis meae me in cella ſua quatuor menſium ſpatio diligentiſſime abſcondentis a facie inimici et perſequentis: memor etiam ero Babylonis, non turris confuſionis, ſed ſanctiſſimae eccleſiae Croylandenſis, quae terra turris ad caelum aſcendens vigiliis et orationibus, pſalmis et lectionibus, diſciplinis et afflictionibus, lachrymis et ſingultibus, eleemoſynis, et innumeris aliis devotionibus pietatiſque operibus, pro ſeculo peccatore fortiſſimam violentiam regno caelorum ingerit die ac nocte.

Itaque quoniam venerabilis pater dominus Siwardus, abbas Croylandiae, protexit me in tabernaculo ſuo in die malorum, celans ac ſalvans a facie tribulantis; ultra privilegia meorum anteceſſorum regum Merciorum, qui praedictum monaſterium variis libertatibus et donariis nobiliter illuſtrarunt, offero et ego magno altari praedicti monaſterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream, et tabulam capellae propriae laminis aureis deauratam, me profitens dictae eccleſiae perpetuum pro viribus defenſorem. Inſuper praecipio omnibus miniſtris meis, per univerſam Merciam conſtitutis, quod abbati Croylandiae, monachis, et omnibus fratribus illius ſanctiſſimi monaſterii, cum ad civitates et caſtella regia pro quocunque negotio acceſſerint, tanquam Wymundo filio meo, vel mihi obediant in omnibus et miniſtrent, nihil pro expenſis, quas ipſi, vel ſui fecerint ibidem, ab iis accipientes, ſed cum litera vel ſigno dictorum monachorum arcarius meus omnes expenſas hujuſmodi, cum dicti miniſtri mei annumeraverint, pro fiſco integre acceptabit. Volo etiam et praecipio, quod quicunque in regno meo pro quocunque delicto reus inventus, et legibus obnoxius fuerit, ſi fugerit ad dictum monaſterium, et coram abbate dicti monaſterii, qui pro tempore fuerit, gratiam ſanctiſſimi confeſſoris Guthlaci ibidem corporaliter quieſcentis invocans, fidelitatem ei et ſervitium juraverit ſempiternum; ſalvus et ſecurus ſub protectione abbatis et monachorum ſuorum, in quocunque ſervitio per totam inſulam Croylandiae ipſum poſuerint, ſicut in aſylo, vel in camera mea propria pace mea et impunitate gaudeat; nulluſque miniſtrorum meorum ultra illum inſequi audeat, nec in aliquo moleſtare, ſub poena perditionis dextri ſui pedis, quicunque in meo regno iſtud meum privilegium tentaverit in aliquo violare. Licebitque dicto fugitivo in quinque aquis, quae dictam inſulam ambiunt, navigare et piſcari, ac aliter, quocunque modo a dominis ſuis aſſignatus fuerit, laborare abſque miniſtrorum meorum, vel alicujus alterius calumnia vel gravamine. Quod ſi extra dictas aquas vel metas dicti monaſterii captus aliquando fuerit, poe-

* Haec omnia (praeter verſiones, quas nos dedimus) e veteri habes MS. codice Wigornenſis eccleſiae. Aða autem (id eſt, jusjurandum ſive ſacramentum) appellabant Saxones noſtri litium illud dirimendi genus, quo ex conſacramentalium (uti vocant) aſſertione, de litigatis cognoſcebant et judicabant. Et fuit hoc quidem de more potius juris canonici, et ad compurgatorum ſimilitudinem, quam juris noſtri municipalis, duodecim viralium juratorum. Hinc in privilegiis Edmundi regis, Glaſtonienſi eccleſiae datis: Concedo (inquit inter caetera) Athas et Ordelas, id eſt, poteſtatem decernendi lites per examen ſacramentale, et per ordalium, hoc eſt, per ignitum ferrum, aquam calidam, vel aquam frigidam. Saepe ad hunc modum in antiquis legibus. Haec Spelm.

† Concilium Londoniis habitum in feſto S. Auguſtini Anglo-Saxonum apoſtoli (id eſt, 26. die Maii) anno Dom. 833. praeſentibus Ecgberto, rege Weſt-Saxoniae, et Withlafio, rege Merciorum, utroque archiepiſcopo, caeteriſque Angliae epiſcopis et magnatibus, in quo de cohibendis Danorum irruptionibus agitur, confirmanturque privilegium et conceſſiones Withlafii regis monaſterio Croylandiae facta; prout ſequitur.

nam,

nem, quam quondam meruit, ſive mortem, ſive membrorum ſuorum mutilationem, ſi miniſtri mei, vel quicunque ſui adverſarii per juramentum ſex hominum fide dignorum probare poterunt, quod extra metas ſuas inventus fuerit, abſque ulla gratia ſuſtinebit. Dictas vero metas monaſterii Croyland in quinque ejus aquas praedictas tam miniſtris meis, quam abbati et monachis ſuis pro ſuis dictis fugitivis deſcribere feci et notare.

Dictae namque aquae vocantur iſtis nominibus; videlicet Schepiſhee ad orientem, in cujus ripa occidentali crux lignea ſtat vetuſta, et diſtat ab ipſa aqua per decem pedes, aequaliter poſita in medio inter duos angulos ejuſdem inſulae, ſcilicet Aſwicktoft, qui eſt angulus et meta dictae inſulae contra Vulturnum, et Tedwarſker, qui eſt angulus et meta dictae inſulae contra Subſolanum. Secunda aqua, quae claudit dictam inſulam ad auſtrum, vocatur Southee, in cujus ripa eſt poſita crux lapidea, diſtans a Namanlandhirne per quinque perticatas, et a Southee per ſex perticatas, ubi Southee intrat in aquam de Neene, quae currit ad pontem de Croyland; ſed metae fugitivorum in illa parte diriguntur in mariſcum occidentale per Fynſet contra Africum, et ſic uſque ad Folwardſtakyng contra Corum, et ſic divertendo ad Boream, ubi Southlake intrat in aquam de Weland, ex oppoſito lapideae crucis, quae ſtat in Boreali ripa dictae aquae de Weland, diſtans ab ipſa aqua per quinque pedes, quae currit inde ad praedictum pontem de Croyland; ſed metae fugitivorum ab illa cruce diriguntur in mariſcum boreale directe uſque ad Oggot, qui eſt angulus metarum contra Favonium; et ſic redeundo verſus orientem per Wodelade uſque ad Apynholt, et ibi aſcendendo per aquam de Weland, quae eſt quarta aqua, claudens inſulam in illa parte, ſicut tertia aqua de Neene claudit eam ex altera parte pontis de Croyland, uſque ad Seweram de Aſendyk cadentis in Weland, ubi ſtans fracta crux lapidea, diſtat ab ipſa aqua de Aſendyk per tres perticatas in ejus ripa auſtrali; et ipſa aqua de Aſendyk eſt quinta aqua, claudens ab illo loco inſulam praedictam contra Aquilonem uſque ad Aſwyktoft.

Si extra iſtas quinque aquas et metas praenotatas fugitivus inventus fuerit, tanquam Semei extra Jeruſalem publicis legibus ſubjiciendus, poenam, quam meruit, patietur. Quod ſi infra praedictas metas, et praedictarum aquarum ripas exteriores homicidium, furtum, vel aliam foriſfacturam fecerit, per ballivos dicti monaſterii capiendus, juxta demerita in ipſa inſula, cujus immunitatem perdidit, patietur, et ibidem judicandus in carcere abbatis condemnabitur. Et ut iſtud meum privilegium firmius et fortius ad poſteros perſeveret, per dominum meum Ecgbertum, regem Weſtſaxoniae, et Aethelwulphum, filium ejus, illud obtinui confirmari. Offero etiam ſecretario dicti monaſterii in miniſterium ſanctiſſimi altaris chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad capam inde ſive caſulam faciendam, et in eccleſiae ſanctiſſimae ornamentum, velum meum aureum, quo inſuitur excidium Trojae, in meo anniverſario (ſi ſibi placuerit) in parietibus ſuſpendendum. Offero etiam refectorario dicti monaſterii ad uſum praeſidentis quotidie in refectorio ſcyphum meum deauratum, et per totam partem exteriorem barbaris viniteribus ad dracones pugnantibus caelatum, quem crucibolum meum ſolitus ſum vocare, quia ſignum crucis per tranſverſum ſcyphi imprimitur interius, cum quatuor angulis ſimili impreſſione protuberantibus; et cornu menſae meae, ut ſenes monaſterii bibant inde in feſtis ſanctorum, et in ſuis benedictionibus meminerint aliquando animae donatoris Witlafii. Confirmo etiam dicto monaſterio omnes terras et tenementa, poſſeſſiones et earum peculia, et omnia alia donaria, quae praedeceſſores mei, reges Merciorum, et eorum proceres, vel alii fideles chriſtiani, ſive Judaei dictis monachis dederunt, vendiderunt, vel invadiaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam poſſeſſionem tradiderunt; et ſpecialiter donum Thoroldi, quondam vicecomitis Lincoln, etc.

Iſtas terras et tenementa praedicto monaſterio Croylandiae, et monachis ibidem Deo ſervientibus, in pacificam et perpetuam poſſeſſionem concedo, trado, et confirmo, habenda de me et haeredibus meis quibuſcunque regibus Merciorum poſt me ſucceſſuris, in perpetuam et puram eleemoſynam libere, quiete, et ſolute ab omnibus oneribus ſecularibus, exactionibus, et vectigalibus univerſis, quocunque nomine cenſeantur. Quod ſi quis adverſarius, inſtigante diabolo, in quibuſcunque praedictis terris aut tenementis, tot regum ſpatio pacifice poſſeſſis, et eorum auctoritate confirmatis, calumniam ponere voluerit in futurum, me et ſucceſſores meos, reges Merciorum, profiteor praeſenti chirographo, et polliceor dicti monaſterii futuros in perpetuum defenſores.

Iſtud chirographum domino Siwardo abbati, patri meo, et Etheldrithae ſanctiſſimae virgini, pro Chriſti amore ibidem recluſae, carne quidem cognatae meae, ſed (quod magis eſt) in Chriſto chariſſimae ſorori, quondam promiſſum in praeſentia dominorum meorum Ecgberti, regis Weſtſaxoniae, et Aethelwulphi, filii ejus, coram pontificibus et proceribus majoribus totius Angliae in civitate Londonia (ubi omnes congregati ſumus pro conſilio capiendo contra Danicos piratas, littora Angliae aſſidue infeſtantes) ſigno ſanctae crucis confirmavi ✠.

Ego Ceolnothus, archiepiſcopus Dorobernenſis conſului ✠.

Ego Enbaldus, archiepiſcopus Eboracenſis conſignavi ✠.

Ego Oſmundus, Lundonienſis epiſcopus collaudavi ✠.

Ego Helmſtanus, Wintonienſis epiſcopus aſſenſum praebui ✠.

Ego Herewinus, epiſcopus Lichefeldenſis conſenſi ✠.

Ego Cedda, Herefordenſis epiſcopus aſpiravi ✠.

Ego Adelſtanus, Schireburnenſis epiſcopus procuravi ✠.

Ego Humbrithus, Helman. epiſcopus approbavi ✠.

Ego Wilredus, Dommocenſis epiſcopus annui ✠.

Ego Herferdus, Wigornenſis epiſcopus gratum habui ✠.

Ego Godwinus, Roffenſis epiſcopus favi ✠.

Ego Hedda, abbas de Medeſhamſted ratificavi ✠.

Ego Ambertus, abbas Ripadii interfui ✠.

Ego Kynewinus, abbas de Bardeney aſtiti ✠.

Ego Ecgbertus, rex Weſtſaxoniae conceſſi ✠.

Ego Aethelwulphus, filius regis Weſtſaxoniae conſenſum dedi ✠.

Ego Wulhardus dux affui ✠.

Ego Athelmus dux audivi ✠.

Ego Herenbrichtus dux acceptavi ✠.

Ego Swithinus, preſbyter regis Ecgberti praeſens fui ✠.

Ego Boſa, ſcriba regis Withlaſii manu mea chirographum iſtud ſcripſi ✠.

Ego Withlaſius, Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia rex Merciorum, ad ſanctae matris eccleſiae honorem, et divini cultus exaltationem, anno incarnationis ejuſdem noſtri ſalvatoris octingenteſimo triceſimo tertio, in feſto ſancti Auguſtini confeſſoris, doctoris et apoſtoli noſtrae gentis, haec pauca offero, pluraque offerrem, quin corpus meum in morte mea tam ſancto monaſterio promitterem, niſi antea ſepulturam meam Ripadio devoviſſem. Veruntamen ſpiritus meus permanebit vobiſcum in aeternum †.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
GREGOR. IV. 11.	CEOLNOTH. 6.	838.	AETHELWULPH. 1.

*Concilium Kingſtonenſe**. Ex MS. Cott. Claudius D. ii. fol. 33.

ANNO dominicae incarnationis DCCCXXXVIII. congregatum eſt concilium in loco famoſo nomine Kingſtone; praeſidente eidem concilio Egberto rege, et filio ejus Aethelvulfo; Ceolnotho quoque archiepiſcopo, cum caeteris epiſcopis Angliae et optimatibus.

Inter multa itaque, quae ibi acta atque dicta ſunt, praefatus Ceolnothus archiepiſcopus coram toto concilio oſtendit; quia reges praenominati, Egbertus videlicet ac Aethelvulfus filius ejus, dederunt eccleſiae Chriſti manerium, quod vocatur Mallinges in South Sexan, liberum ab omni ſeculari ſervitio et tributo regio, exceptis iſtis tribus, expeditione, pontis et arcis conſtructione. Iſtam praefatam terram rex Baldredus dedit eccleſiae Chriſti. Sed quia ille rex cunctis principibus non placuit, noluerunt donum ejus permanere ratum. Quapropter jam dicti reges perfecerunt iſtud donum, rogati a jam ſaepe nominato archiepiſcopo Ceolnotho. Si quis hanc violare praeſumpſerit ex parte Dei et noſtra, regum, epiſcoporum, abbatum et omnium chriſtianorum, ſit ſeparatus a Deo; et ſit pars ejus cum diabolo et angelis ejus ‡.

Concilium Kingſtonenſe. [Idem cum praecedente.] Ex orig. MS. Cott. Aug. ii. n. 17.

REGNANTE in perpetuum Domino Deo noſtro Sabaoth, congregatum eſt venerabile in illo famoſo loco, qui appellatur Cyningeſ tune in regione ſuðrege, praeſidente autem huic eidem domino devotae congregationi Ceolnotho archiepiſcopo caeteriſque perplurimis epiſcopis, necnon excellentiſſimis regibus noſtris Ecgberhto et Aethelvulfo, cum omnibus gentis ſuae optimatibus. Omneſque in unum conſona mente ac ſinceriſſima cordis intentione ſpiritualium ſeculariumque rerum neceſſitatibus inter ſemetipſos comuni conſilio ſcrutantibus, quomodo pax et unanimitas eccleſiarum Dei, totiuſque populi chriſtiani, eorum ſeculari ditioni per Dei omnipotentis gratiam ſubjecti, firmiſſimae dilectionis vinculo ſervari potuiſſet. Inter ea vero a praefato venerabili archiepiſcopo Ceolnotho flagitatum eſt, quod a regibus praenominatis Ecgberhto et Aethelvulfo illis in ſempiternam eleemoſynam illum agrum æt Mallingum ad eccleſiam Chriſti, quae ſita eſt in Dorobernia civitate, reddidiſſent, quod ante a Baldredo rege ad eandem eccleſiam perdonata eſt. Sed a quibuſdam dictum eſt, quia cum recta libertate facta non eſſet, quia in fugatu ejus conſcripta, et conceſſa fuiſſet. Tunc vero pro intimae caritatis affectu precibus epiſcopi adnuentes, cum conſilio ac licentia omnium ſapientum eorum ſpiritualium ſeculariumque graduum, qui inibi congregati fuiſſent, hunc praefatum agrum æt Mallingum pro ſempiter-

† Referendum videtur hoc concilium proprie inter ſenatuſconſulta ſecularia (quae parliamenta hodie vocamus) quod praecipue congregatum ſit ad piratas Danicos, littora Angliae infeſtantes, ſupprimendos. Cum in eo tamen inſigne illud privilegium a Witlaſio, rege Merciorum, eccleſiae Croylandenſi conceſſum, examinatum ſit et confirmatum; nos id idem utique hic cenſuimus apponendum. Haec SPELM.

* Concilium Kingſtoniae celebratum anno Domini DCCCXXXVIII. id eſt, Egberti, regis occiduorum Saxonum 39. praeſidente eidem concilio ipſo Egberto rege et filio ejus Aethelwulfo, una cum Ceolnotho archiepiſcopo Doroberniae, caeteriſque Angliae epiſcopis et optimatibus. In quo inter alia, manerium de Mallinges in South-Saxonia, quod Baldredus rex aliquando dederat eccleſiae Chriſti Cantuarienſi, ſubtractumque poſtea, eo quod magnates noluere donationem illam ratam fore; nunc ab Egberto rege filioque ſuo Aethelwulfo conſentientibus demum magnatibus integre conceditur poſſidendum.

Aſcribitur (ut vides) hoc concilium anno Dom. DCCCXXXVIII. cum tamen juxta faſtorum calculum Ecgbertus rex diem obierit circa biennium antea, et Aethelwulfus filius ejus regni ſui annum primum egerit in an. Chr. DCCCXXXVII. ſecundum vero in an. Chr. DCCCXXXVIII. Erratum igitur ab alterutro, reor a faſtorum calculatore (qui tamen ſecutus eſt Florilegum) ſed Stous notat Aethelwulfum non iniiſſe regnum ante an. Chr. DCCCXXXIX. Haec SPELM.

‡ Habetur aliud hujus concilii Kingſtonenſis exemplum in MS. Cott. Aug. 2. n. 17. quod quia autographum, multis licet erroribus ſcatens, hic exprimere ſtatui.

na

na ſalute animarum ſuarum, ac ſpe remunerationis aeternae, ad praenominatam eccleſiam Chriſti, in perpetuam haereditatem, cum omni libertate benivola mente tradidiſſent. Hac vero conditione interpoſita, haec praenominata donatio firma permaneat, quod noſipſi noſtrique haeredes ſemper inpoſterum firmam inconcuſſamque amicitiam ab illo archiepiſcopo Ceolnotho (et) ejuſdem congregatione eccleſiae Chriſti habeamus, et ab omnibus ſucceſſoribus ejus hoc idem patrocinium ac protectionem illius ſedis nos et haereditas noſtra, noſtrique haeredes quicunque Dei voluntatis * fuerit, quod illi ſint in omnibus neceſſitatibus noſtris abſque omni dubitatione * ſpontaneum paratumque amicali amore ſemper inveniant. Seu etiam familiae liberorum monaſteriorum, quae antiquitus ſub jure dominioque abbatum abbatiſſarumque conſtitutae fuerunt, qui me meumque patrem, Ecgberhtum regem, pro ſuis propriis ac maximis neceſſitatibus ſibi ad protectionem et ad dominium elegerunt ſpiritualeſque dominos, id eſt, epiſcopos mecum conſtituti, propria voluntate mecum habuerunt, ut in omnibus libertas et regula monaſterialis vitae rite ac recte ab omnibus illis ſervetur. Sed et poſt dies meos ſuae libertatis electione, abſque omni obſtaculo cuicunque perſonis digni habeantur. Inſuper etiam pro hac noſtra ſuſceptione electioneque nequaquam a cujuſcunque poteſtatis homine ſive regi vel epiſcopo majoris minoriſve perſonis * accurati calumniantur, neque libertas eorum ſemper inpoſterum in aliquo frangatur. Nullaque altercatio alicujus quaeſtionis inter nos, noſtroſque haeredes, et haereditatem noſtram, et illum archiepiſcopum, ſucceſſoreſque ejus, et eccleſiam Chriſti, et familiam ejus ex hac die et deinceps inimicaliter exorta ſit. Sed pax noſtra conglutinata amore vigere, florere, creſcereque inter nos noſtroſque cariſſimos amicos perpetualiter valeat: duaſque ſcripturas per omnia conſimiles hujus reconciliationis conſcribere ſtatuimus; alteram habeat archiepiſcopus cum telligraphis eccleſiae Chriſti; alteram Ecgberht et Aethelvulf reges, cum haereditatis eorum ſcripturis.

Actum eſt autem anno dominicae incarnationis DCCCXXXVIII. indictione I. die 4. feria. His teſtibus conſentientibus, qui hanc noſtram reconciliationem cum ſigno ſanctae crucis Chriſti confirmantes, ſubſcripſerunt.

✠ Ego Ceolnoth, gratia Dei archiepiſcopus, hanc reconciliationem et iſtam confirmationem cum ſigno ſanctae crucis Chriſti rob. et ſub.
✠ Ego Baegmund preſb. abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Vuerhord pr. abb. conſ. et ſub.
✠ Ego Brunhard preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Hyſenoth preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Oſmund preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Hunred preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Wignund pr. conſ. et ſub.
✠ Ego Beornnodh preſb. conſ. et ſub.
✠ Ego Headberht diac. conſ. et ſub.
✠ Badanodh diac. conſ. et ſub.
✠ Ego Vuealhhere diac. conſ. et ſub.
✠ Ego Nodhwulf S. diac. conſ. et ſub.
✠ Ego Ceolwulf S. diac. conſ. et ſub.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
GREGOR. IV. 13.	CEOLNOTH. 8.	[illegible]	[illegible]

Leges eccleſiaſticae Kenethi, regis Scotorum. † Ex Hect. Boeth. l. 10. p. 201. edit. 1574.

Kenethi leges civiles.

CAPITA (inquit Boethius) legum, quae adhuc extant, ſunt hujuſmodi.

I. Singulis in regionibus ſinguli ſint juriſperiti, ut ab initio eſt inſtitutum.

II. Horum filii a primaeva aetate leges diſcant.

III. Legum tabulas, regum magnatumque cartophylacia ſoli hi ſervent.

IV. Si horum quiſpiam criminis falſi convictus fuerit, furca vitam finiat, abjiciaturque inſepultus.

V. Furti convictum ſuſpendito, homicidii capite truncato.

VI. Mulierem capitalis criminis damnatam, aut amne ſubmergito, aut defodito vivam.

VII. Qui Dei nomen, divorumve, regis, aut tribus ſuae ducis, blaſphemia laeſerit; ei linguam abſcindito.

VIII. Qui mendacii in proximi perniciem fuerit convictus, ei gladium adimito, ejuſque congreſſum exinde devitato.

IX. Capitalium inſimulatos, ſeptem ſpectata fide viri aut novem, undecim, tredecim, quindecim, aut numero majori, modo is impar fuerit, ex ſententia judicanto.

X. Latrones, graſſatores, depopulatores agrorum ferro punito.

XI. Fugitivos, ‡ bardos, otio addictos, ſcurras, et hujuſmodi hominum genus loris et flagro caeduntо.

XII. Uxor non luet mariti ſcelus; viro autem fraudi erit, ſi, eo ſciente, quid uxor deliquerit.

XIII. Concubinam viri eadem, cum eo, quicum delinquit, poena torqueto.

XIV. Qui virginis rapuerit honorem, niſi injuriae auctorem vitiata popoſcerit in virum, capitis poenam luito.

* Ita MS. et in aliis locis quamplurimis minus grammatice.

† Kenethi has leges diſtinxit Boethius in civiles et religioſas: inter civiles autem multas poſuit ad eccleſiaſticam etiam cognitionem pertinentes, et noſtro debitas inſtituto, ſed cum ille nobis [illegible], [illegible], ut ſequuntur. Haec SPELM.

‡ *Bardi* nihil hic faciunt. leg. *vargos*, vel *vergos*; ita vocabant erron[illegible]. Salmaſ.

XV. Si

4

XV. Si quis alterius conjugem non invitam vitiaverit, uterque extremo afficiatur ſupplicio. Si vis mulieri fuerit illata, vir injurius proximo, ferro damnabitur, mulier erit innoxia.

XVI. Filium, ſi parentibus injurius fuerit, lingua, pede, manuve, eodem privatum membro in crucem tollito, abjicitoque inſepultum,

XVII. Homicida, mutus, aut parenti ingratus, haeres non eſto.

XVIII. Praeſtigiatores, magos manes invocantes, malis daemonibus familiares, aut ab eis petentes auxilia, ad unum concremato.

XIX. Semina niſi nocivis granis munda, terrae ne condito,

XX. Qui ſua culpa agros ſatiles nocivis herbis labefactari ſiverit, eum ob primam culpam bove uno mulctato, ob ſecundam decem, ob tertiam vero agris ipſis arceto.

XXI. Commilitonem, amicumve praelio forte caeſum, ſepelito, hoſtem ſinito inſepultum.

XXII. Aberrans pecus aut domino, aut furum indagatori (* Tocioderach vulgus appellat) aut ſacerdoti reddito; quod ſi triduum penes te retinueris, furti reus eſto.

XXIII. Qui rem proximi deperditam repererit, praeconis voce denunciet inventam; alioquin furis deputetur ſupplicio.

XXIV. Qui litigantem ſecum in judicio percuſſerit, cauſae reus, pulſato homine abſoluto, dicatur.

XXV. Si coeuntibus bobus, quaevis icta incerto percuſſore interierit caſu, quae earum fuerit incornuta caedis auctorem judicanto. Ejus dominus, mortuo accepto animali, damnum proximo reparabit.

XXVI. Si ſus foetus ſuos ederit, lapidibus obruito, ejuſque carnes ne comedito.

XXVII. Suem ſegetes edentem, aut grunno cultum ſubruentem agrum, occidito impune.

XXVIII. Caetera animantia, quae nobiſcum degunt, ſi tua laeſerint terrae naſcentia, donec eorum dominus damnum reparaverit, te penes ſervato.

Haec civilia et popularia: caetera, quae ad nos devenerunt, religioſa ſunt.

Kenethi leges religioſae.

I. ARAS, templa, divorum ſtatuas, oratoria, ſacella, ſacerdotes, omneſque ſacrae familiae viros ex animo venerator.

II. Feſtos et ſolennes dies, jejunia, vigilias, et omnifarias ceremonias, quas Chriſto regi et ſacratiſſimae ejus militiae decrevit humana pietas, multo honore obſervato.

III. Laedere Chriſti ſacerdotem dicto factove exitiale ſit.

IV. Agrum, quo quis forte occiſus, ſepultus fuerit, ſeptennium incultum relinquito.

V. Sepulchrum omne ſacrum habeto, idque crucis ſigno adornato; quod ne pede aliquando conculces, caveto.

VI. Defuncti funus habita facultatum ratione curato.

VII. Inſignis viri, aut qui de republica optime fuerit meritus, celebri, lugubri tamen, pompa funus efferto.

VIII. Duos huic adhibeto equeſtres: alterum vita functi arma indutum ferentem inſigne candido equo, alterum pulla veſte velata facie nigro equo inſidentem. Hic, poſteaquam uterque ſupplicatoriam deductionem funuſque antecedens ad templum venerit, retroacto equo, ad altare, dominum morte abſumptum vociferans, populo in eum execrante, unde venit, celerius ſe conferat. Ille ad altare recto pergens gradu, depoſita arma equumque offerat ſacerdoti demortui inſigni admoto monumento, ſignificans eo dominum immortali vita patriaque aeternae claritatis frui.

Hujuſmodi ritum virorum inſignium efferendi funera, parum, ut multis eſt viſum, religioſum, poſterior aetas abolevit; ſacerdoti equi armorumque loco quinque ſterlingicis libris in oblationem tributis.

His Kenethus rex inſtitutis longeque pluribus, quorum partem majorem vetuſtas, aut potius regum ſanctiones abrogarunt, populum rite inſtructum magna felicitate uſque ad vitae exitum rexit. Pontificiam ſedem dudum Pictorum ab Abbernethi oppido, eo ferro et igne deleto, ad templum Reguli tranſtulit. Exinde huic oppido ſancti Andreae aedes nomen eſt factum, eoſque, qui illuc per pluſcula inde tempora ſacrum geſſere magiſtratum, maximos Scotorum epiſcopos appellarunt. Nondum enim Scotorum regnum, uti nunc, in dioeceſes diviſum erat; ſed quivis epiſcoporum, quos ea aetate vitae ſanctimonia cunctis reverendos fecerat, quocunque fuiſſet loco, ſine diſcrimine pontificia munera obibat. Hujuſmodi Scotorum eccleſiae adminiſtratio ad Malcolmi tertii tempora perſeveravit, quando ipſe ſuperne admonitus, uti ſuo referetur loco, ſacrum Multhlacenſem inſtituit magiſtratum. Caeterum tanta reverentia inter homines, tantaque vitae innocentia, et erga Deum pietate ſacer divi Andreae pontificatus ab inſtitutione ſui longa epiſcoporum ſerie ad tempus, uſque quo haec commentabamur, eſt continuatus (ſex enim ſupra triginta antiſtites, et eorum complures inter divos relatos illic ſediſſe perhibent) ut nuſquam gentium verae religionis cultus, morum conſentiente probitate, magis effulſerit. Ad Kenethum redeo. Erant termini ejus regni poſt Pictos deletos Northumbria et Hirta (ea eſt ultima Hebridum inſularum) Hibernicus hinc oceanus, et illinc Germanicus. Moritur tandem rex omni vita illuſtris pituitae exundantia apud Forteviotum, anno, quum ſupremum inter Scotos iniverat magiſtratum, viceſimo, Chriſti autem Domini quinquageſimo et quinto ſupra octingenteſimum. E-

* Lib. I. Reg. Majeſt. cap. vi. § 8. vocatur *Toſcheo derach*; et notat Skenaeus, barbarum eſſe nomen priſcis Scotis et Hibernis uſitatum pro ſerjando aut ſerviente curiam; qui literas citatorias mandat executioni.

jus

4

jus funus celeberrima pompa in Ionam eſt elatum; ubi Fergusius, Hirtus, ac fortiſſimi quique Scotorum reges conditi quieſcunt. Suffectus eſt in demortui locum Donaldus, Kennethi germanus, [illegible] multum a fratre ingenio. H. I.

Papae Rom.	[illegible]	[illegible]	[illegible]
LEO. IV. 4.	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Concilium Benningdonenſe.

CONCILIUM apud Benningdon a praelatis et proceribus regni Merciae ſub Bertulpho rege habitum an. circiter DCCCL. vel paulo antea: in quo Aſkillus, commonachus Croylandenſis, graviter queſtus eſt de plurimis damnis et injuriis per vicinos Danos et inſidiatores ſuo monaſterio illatis; in quorum reſartionem Bertulphus rex non ſolum uberrima praedia, ſed et ſple[illegible]diſſimas immunitates iis conceſſit, ut videre eſt e charta [illegible] apud Ingulphum (p. [illegible]) [illegible] in concilio Kingeſburienſi mox ſequenti ſolenniter confirmata eſt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	[illegible]
LEO. IV. 4.	CEOLNOTH 19.	[illegible]	[illegible]

Concilium Kingesburienſe ſub Bertulpho, R. Merciorum †. Ex Ingulph.

BERTULPHUS, rex Merciorum, venerabili patri domino Siwardo, abbati Croylandiae, omnibuſque fratribus ſuis monachis ejuſdem monaſterii praeſentibus et futuris, ſalutem in Domino ſempiternam. Gratias debitas vobis omnibus digniſſime reddo pro pecunia, qua me per vos dudum praetereuntem, in mea maxima indigentia, contra paganorum violentiam gratiſſimo et liberaliſſimo animo refoviſtis. Quo tempore quia de injurioſis damnis vobis per quoſdam veſtros adverſarios malitioſe nimium illatis, mihi graviter conqueſti eſtis, qui nequiter inſidiantes in exterioribus ripis aquarum veſtrarum, ſi dictas ripas aſcenderent in piſcando, qui de fugitivis ſervi veſtri ſunt effecti, et pari modo multotiens cuſtodientes terminos mariſcorum veſtrorum, ſi forte oves et boves, aut caetera animalia veſtra longius errantia revocare dicti ſervi veſtri excederent, ut eoſdem ſervos veſtros extra veſtram inſulam inventos, velut impunitatis ſuae violatores, publicis legibus ſubjicerent et damnarent; ſicque neceſſe fuit frequentiſſime vel dictos ſervos veſtros in manus hoſtium ſuorum incidere et perire, vel eorum labores ad juſtum commodum veſtrum non procedere. Propoſita ergo tali querela veſtra per fratrem Aſkillum, commonachum veſtrum, palam coram praelatis et proceribus totius regni mei Merciae apud Benningdon ultimo congregatis, omnibus tenerrime compatientibus ſuper ejuſmodi vobis illatis injuriis, ad honorem Dei et ſanctae matris eccleſiae relevationem, conſiderantibus etiam et collaudantibus univerſis perfectionem ſanctiſſimae religionis veſtrae, pro majore pace et quiete veſtri ſacri monaſterii complacuit privilegia domini Withlafii regis, fratris, et praedeceſſoris mei, de impunitate vobis conceſſa, declarare et dilatare, in eleemoſynam animae meae, declarataque ac dilatata meo chirographo confirmare. Quapropter praecepi Radboto, vicedomino Lincoln. caeteriſque miniſtris meis in illa parte conſtitutis, inſulam veſtram Croylandiae, ac terminos mariſcorum veſtrorum circumire et deſcribere, mihique, et concilio meo, ubicunque in ultimo Paſchae fuiſſemus, fideliter et lucide demonſtrare; qui juſſa complentes, iſtis nominibus inſulae veſtrae, mariſcorumque veſtrorum circuitum mihi, et concilio meo, ſanctum paſcha noſtrum tunc apud Kyngeſbury tenentibus, aperte deſcriptum obtulerunt.

Claudit enim inſulam veſtram de Croyland ad ejus orientem (prout antiquitus per eam dotavit monaſterium veſtrum inclytus quondam rex Merciae Ethelbaldus, fundator veſter, et caeteri reges Merciorum, ſui ſucceſſores, ſuis chirographis confirmaverunt) ab Aſwyktofthirne uſque ad Tedwarthar aqua de Schepiſhee, etc. prout a fundatione monaſterii veſtri hactenus omnia praetacta pacifice poſſediſtis. Pro ſervis ergo veſtris, quos de fugitivis ſive piſcatores, ſive paſtores vobis facietis, cum communi conſilio totius regni mei concedo ſancto monaſterio veſtro ultra exteriores ripas quinque agrorum claudentium inſulam veſtram, viginti pedes in latitudine ab ipſa aqua, ubicunque aſcenderint ad retia ſua extrahenda, aut ad alia ſua neceſſaria in terra ſolida peragenda. Similiter quocunque protenditur animalium veſtrorum communia in praedictis mariſcis, illuc extenditur etiam fugitivorum veſtrorum licentia, ut ſi forte in agros contiguos ex tempeſtate, vel alio infortunio, vel latrocinio abducta fuerint; conſentientibus omnibus praelatis et proceribus meis, concedo ipſis fugitivis veſtris, quod ſicut alii liberi homines, animalia veſtra praedicta perſequantur, et meliori modo, quo poterunt, repetant et reducant, et quaſi in eccleſia ſua eſſent, pace mea et impunitate per totam viam ſuam gaudeant; ſubque mutilatione membri magis neceſſarii nullus eos audeat moleſtare, vel in aliquo contrariari.

Inſuper pro dicti Withlafii, quondam regis, fratris, et praedeceſſoris mei, proque redemptione meorum peccatorum, cum communi con-

† Concilium Kingesburiense ſub Bertulpho, rege Merciorum, ſexta feria Pa[illegible] anno Chriſti [illegible] tibus Ceol[illegible], Doro[illegible] archiepiſcopo, caeteriſque regni Merciae epiſcopis, et magnatibus [illegible] negotia, amp[illegible] munificentiae charta [illegible] Bertulphi regis monaſterio Croylandiae, cum S. Benedicti regula [illegible].

ſilio gratuitoque conſenſu omnium magnatum regni mei concedo Deo, et beatiſſimo confeſſori ſuo S. Guthlaco, ſacratiſſimoque monaſterio veſtro Croylandiae, quod per totum regnum meum Merciae abbas, monachus, converſuſve ſacri monaſterii veſtri, qui nunc eſtis, vel qui vobis ſuccedent in futurum poſt vos, ibidem Domino ſerviturі, pro quocunque negotio proceſſerint, de dictis fugitivis viae ſuae famulos licenter ſibi faciant et producant; inque praeſentia dicti abbatis, monachi, vel converſi ubique per regnum meum, ſicut in eccleſia ſua Croyland, ſalvi permaneant et ſecuri, ac ab omni periculo immunes penitus et indemnes, ſub mutilatione membri magis dilecti, ſi quis iſtud privilegium meum attentaverit in aliquo temere violare. Quod ſi extra praedictos viginti pedes in ripis exterioribus aquarum veſtrarum, aut extra villatas, quae communia vobiſcum vendicant in occidentalibus mariſcis veſtris, ex utraque parte aquae de Weland, aut alibi, vobis abſentibus, abſque viatica litera abbatis loci veſtri, talis fugitivus repertus fuerit, juxta demerita legali ſupplicio ſubjacebit. Declaratis namque terminis tam inſulae veſtrae, quam mariſcorum veſtrorum; declaratis etiam ad honorem Dei privilegiis domini Withlafii, ac aliorum regum Merciae, praedeceſſorum meorum, vobis magnifice conceſſis, complacuit unanimiter mihi ac univerſo concilio meo, veſtra omnia loca mei auctoritate regii chirographi confirmare.

Confirmo ergo vobis et omnibus ſucceſſoribus veſtris regulam S. Benedicti ſub habitu veſtro tam nunc profeſſis, quam poſt vos profeſſuris, principalem veſtram eccleſiam Croylandiae, in qua venerandae reliquiae ſanctiſſimi Chriſti confeſſoris, et patroni veſtri beati Guthlaci corporaliter tumulati, ultimam reſurrectionem feliciter expectant; totamque inſulam adjacentem, prout per terminos ſuos ſuperius declaratos miniſtrorum meorum diligentia ſufficientiſſime eſt deſcripta, in ſedem ſeparalem abbatiae veſtrae, in ſitum ſpecialem monaſterii veſtri, et in veſtrum plenum dominium ſingulariter et perpetuo poſſidendum, una cum duobus mariſcis jacentibus ad ejus occidentem; viz. Alderlound in auſtrali parte aquae de Weland, et Goggiſlound in ejuſdem aquae parte boreali, per terminos ſimiliter ſuperius declaratos. Haec eſt haereditas Domini, dos eccleſiae Chriſti, ſolum S. Mariae et beati Bartholomaei apoſtoli, S. Guthlaci, monachorumque ſuorum ſanctuarium ſacratiſſimum, et monaſterium ab omni terreno ſervitio liberrimum, illuſtriſſimorum regum eleemoſyna ſpecialis, et in omni tribulatione univerſis locus refugii ſingularis, manſio ſanctorum perpetua, et poſſeſſio viris religioſis communi regni conſilio ſpecialiter appropriata, proque frequentibus miraculis ſanctiſſimi confeſſoris inter vineas Engaddi balſami mater ſemper fertilis, et regum privilegiis Boſor in ſolitudine, omnibus poenitentibus civitas gratiae et ſalutis.

Si quis ſacrarium hoc violaverit, vel in aliquo vexaverit, vindicabit in illum dextra mea, et haeredes mei, quicunque poſt me fuerint hujus regni Merciae perenniter ſceptrigeri ſucceſſores. Confirmo etiam Deo et S. Guthlaco, ſacroque monaſterio veſtro, etc. [donationeſque repetens ait:]

Haec omnia ſupradicta, eccleſias, capellas, terras, tenementa, paſturas, piſcationes, maneria, manſiones, molendina, merſca, et mariſcos, libera et ſoluta ab omni ſervitio ſeculari, et onere terreno, concedo vobis et ſucceſſoribus veſtris in perpetuum; et praeſenti meo chirographo confirmo in regiam eleemoſynam meam, pro anima domini Withlafii, quondam regis, fratris et praedeceſſoris mei, et pro animabus omnium progenitorum, parentum, et amicorum meorum. Et emancipo ab omni debito regis, et omnis alterius domini, et hominis, cujuſcunque fuerit dignitatis, excellentiae, vel honoris, ut nihil a modo de veſtri ſacri monaſterii Croylandiae monachis, literatis, aut laicis, ſervis, aut tenentibus veſtris exigere poterunt, praeter orationes veſtras et beneficia ſpiritualia, quo gratiam beatiſſimi confeſſoris Chriſti, ſancti Guthlaci, apud vos corporaliter quieſcentis, in noſtris adipiſci neceſſitatibus jugiter mereamur.

Cum ergo unanimi conſenſu totius praeſentis concilii hic apud Kyngeſbury anno incarnationis Chriſti Domini octingenteſimo quinquageſimo primo, feria ſexta, in hebdomada Paſchae, pro regni negotiis congregati, iſtud meum regium chirographum ſanctae crucis ſigno ſtabiliter et immutabiliter confirmavi ✠.

Ego Ceolnothus, archiepiſcopus Dorobernenſis, ſanus et incolumis tam mente, quam membris, manu mea conſignavi ✠.

Ego Swithulphus, Londonienſis epiſcopus, in meipſo expertus gratiam Dei, et ſanctiſſimi confeſſoris ſui Guthlaci, humili devotione ad juſſionem domini mei regis iſtud chirographum dictavi, et inter caeteros dominos epiſcopos in ordine meo ſubſcripſi ✠.

Ego Swithunus, Wintonienſis epiſcopus, gaudens et laetus, quoties aliquibus miraculis piiſſimus dominus laetificat civitatem ſuam, ſanctam matrem noſtram eccleſiam, huic regis chirographo ſubnotavi ✠.

Ego Elſtanus, Schireburnenſis epiſcopus, devotus et perpetuus debitor ſancti Guthlaci, privilegio ſanctae eccleſiae ſuae congratulans, ſignum feci ✠.

Ego Orkenwaldus, Lichefelden. epiſcopus, hilaris ac alacer in cunctis ſanctae eccleſiae proſperis ſucceſſibus, prompto animo collaudavi ✠.

Ego Rethunus, Legerecenſis epiſcopus, filius ac famulus ſancti Guthlaci quamdiu vixero, gratanter procuravi ✠.

Ego Godwinus, Roffenſis epiſcopus, honorem Dei per hoc chirographum ardenter affectavi ✠.

Ego Wulfardus, abbas Eveſhamen. approbavi ✠.

Ego Livingus, abbas Winchelcumbae, commendavi ✠.

Ego Hedda, abbas deMedeſhamſted, diligenter procuravi ✠.

Ego Enulphus dux conſenſi ✠.

Ego Oſrithus dux conſului ✠.

Ego Serto comes conſenſum praebui ✠.

Ego Elherus comes annui ✠.

Ego Huda comes aſſenſum dedi ✠.

Ego

Ego Oſlac, pincerna regis Aethelwulphi, et legatus ipſius domini mei, et filiorum ſuorum, nomine illorum et omnium Weſtſaxonum illud chirographum domini Bertulphi regis plurimum commendavi ✠.

Ego Bertulphus, rex Merciorum, palam omnibus praelatis et proceribus regni mei, divinam deprecor majeſtatem, quatenus per interceſſionem ſanctiſſimi confeſſoris ſui, ſancti Guthlaci, omniumque [illegible] ſuorum dimittat mihi omni populo meo peccata noſtra; et ſicut p[illegible] aperta miracula ſua nobis oſtendere dignatus [illegible] miſericordiam ſuam, ſic ſuper paganos hoſtes ſuos dare nobis dignetur in omni certamine victoriam, et poſt praeſentis vitae fragilem curſum in conſortio ſanctorum ſuorum gloriam ſempiternam. Amen.*

Papae Rom. BENEDICT. III. 1.	Archiep. Cantuar. [illegible]	[illegible]	[illegible]

Concilium Wintoniense. Exemplar donationis Aethelwulphi in hoc concilio fa[illegible] juxta Ingulphum Saxonem.

INCLYTUS rex Weſtſaxonum, Aethelwulphus, cum de Roma, ut limina apoſtolorum Petri et Pauli, ac ſanctiſſimum papam Leonem multa devotione, una cum juniore filio ſuo Alfredo peregre viſitaverat, noviter reverتiſſet, omnium praelatorum ac principum ſuorum, qui ſub ipſo variis provinciis totius Angliae praeerant, gratuito conſenſu tunc primo cum decimis omnium terrarum, ac bonorum aliorum ſive catallorum, univerſam dotaverat eccleſiam Anglicanam per ſuum regium chirographum confectum inde in hunc modum.

REGNANTE Domino noſtro in perpetuum, dum in noſtris temporibus bellorum incendia, et direptiones opum noſtrarum, necnon et vaſtantium crudeliſſimas hoſtium depraedationes barbarorum, paganarumque nationum multiplices tribulationes ad affligendum nos pro peccatis noſtris uſque ad internecionem, tempora cernimus incumbere periculoſa.

Quamobrem ego Aethelwulphus, rex Weſtſaxonum, cum conſilio epiſcoporum ac principum meorum conſilium ſalubre, ac uniforme remedium affirmantes, conſenſimus, ut aliquam portionem terrarum haereditariam antea poſſidentibus omnibus gradibus, ſive famulis et famulabus Dei Deo ſervientibus, ſive laicis miſeris ſemper decimam manſionem, ubi minimum ſit, tum decimam partem omnium bonorum in libertatem perpetuam donari ſanctae eccleſiae dijudicavi, ut ſit tuta et munita ab omnibus ſecularibus ſervitutibus, imo regalibus tributis majoribus et minoribus, ſive taxationibus, quae nos dicimus * Winterden; ſitque libera omnium rerum pro remiſſione animarum, et peccatorum noſtrorum ad ſerviendum Deo ſoli, ſine expeditione, et pontis extructione, et arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis ad Deum ſine ceſſatione preces fundant, quo eorum ſervitutem in aliqua parte levigamus. Acta ſunt haec apud Wintoniam in eccleſia ſancti Petri anno dominicae incarnationis DCCCLV. indictione 3. nonas Novembris, ante majus altare, pro honore glorioſae virginis et Dei genitricis Mariae, ſanctique Michaelis archangeli, et beati Petri, apoſtolorum principis, necnon et beati patris noſtri Gregorii papae.

Praeſentibus et ſubſcribentibus archiepiſcopis et epiſcopis Angliae univerſis, necnon Beorredo, rege Merciae, et Edmundo, Eaſtanglorum rege, abbatum, et abbatiſſarum, ducum, comitum, procerumque totius terrae, aliorumque fidelium infinita multitudine, qui omnes regium chirographum laudaverunt; dignitates vero ſua nomina ſubſcripſerunt.

Rex vero Aethelwulphus pro firmitate ampliore obtulit hanc chartulam ſcriptam ſuper altare ſancti Petri apoſtoli; et epiſcopi pro fide Dei illam acceperunt, et per omnes eccleſias poſtea tranſmiſerunt in ſuis parochiis publicandam.

* Hoc concilium (ut caetera [illegible]) ad [illegible] regni concilia, quae parliamenta [illegible] Kingeſbyrig [illegible] in P[illegible] [illegible] tribus maximis feſtivitatibus; C[illegible] [illegible] riam et perſonam ipſius [illegible] Prodiit igitur in diebus illis rex [illegible] factavit rex Henricus II cum W[illegible] poſtea inſignitur. Tepuere [illegible] ab Edwardo III. ſuſcitarentur. Haec Spelm.

† Concilium Wintoniae 5. Non. Novemb. an. gr. DCCCLV. [illegible] Weſtſaxoniae, Beorredo, rege Merciae, et Edmundo, rege Eaſtanglorum, una cum archiepiſcopis Cantuar. et Eborum, caeteriſque totius Angliae epiſcopis et [illegible] [illegible] norum per terram ſuam Deo et eccleſiae facta, confirmatur.

* Sax. [illegible], i. e. [illegible]

Concilium Wintonienſe.

Exemplar hujus donationis juxta Guil. Malmesburium. De geſt. reg. l. 2. c. 2.

POST triumphatos ſcilicet hoſtes, ad Dei cultum converſus (rex Aethelwulfus) decimam omnium hydarum intra regnum ſuum Chriſti famulis conceſſit, liberam ab omnibus functionibus, abſolutam ab omnibus inquietudinibus. Sed quantula eſt haec ejus gloria? Romam compoſito regno abiit, &c. [memoratiſque inſignibus ſuis aliis munificentiis et rebus geſtis, huc ſe tandem recipiens Malmeſburius] apponam (inquit) ſcriptum libertatis eccleſiarum, quod toti conceſſit Angliae. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in perpetuum, dum in noſtris temporibus bellorum incendia, et direptiones opum noſtrarum, necnon et vaſtantium crudeliſſimas depraedationes hoſtium barbararum, paganarumque gentium multiplices tribulationes ad affligendum uſque ad internecionem, cernimus tempora incumbere periculoſa. Quamobrem ego Aethelwulphus, rex Occidentalium Saxonum, cum conſilio epiſcoporum ac principum meorum conſilium ſalubre, atque uniforme remedium affirmavi: ut aliquam portionem terrarum haereditariam antea poſſidentibus omnibus gradibus, ſive famulis et famulabus Dei Deo ſervientibus, ſive laicis, ſemper decimam manſionem, ubi minimum ſit, tamen partem decimam in libertatem perpetuam perdonari dijudicavi, ut ſit tuta ac munita ab omnibus ſecularibus ſervitutibus, necnon regalibus tributis majoribus et minoribus, ſive taxationibus, quod nos dicimus Witereden; ſitque libera omnium rerum pro remiſſione animarum noſtrarum ad ſerviendum Deo ſoli ſine expeditione, et pontis inſtructione, et arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis ad Deum preces ſine ceſſatione fundant, quo eorum ſervitutem in aliqua parte levigamus. Placuit etiam epiſcopis Alhſtano Schireburnenſis eccleſiae, et Swithuno Wintonienſis eccleſiae, cum ſuis abbatibus, et ſervis Dei conſilium inire, ut omnes fratres, et ſorores noſtrae ad unamquamque eccleſiam omni hebdomada die Mercurii, hoc eſt, Weddenſday, cantent L. pſalmos, et unuſquiſque preſbyter duas miſſas; unam pro rege Aethelwulpho, et aliam pro ducibus ejus huic dono conſentientibus, pro mercede et refrigerio delictorum ſuorum: et pro rege vivente dicant, "Oremus. Deus, qui juſtificas"; pro ducibus etiam viventibus, "Praetende Domine". Poſtquam autem defuncti fuerint, pro rege defuncto ſingulariter, et pro principibus defunctis communiter; et hoc ſit tam firmiter conſtitutum omnibus chriſtianitatis diebus, ſicut libertas illa conſtituta eſt, quamdiu fides creſcit in gente Anglorum. Scripta eſt autem haec donationis chartula anno dominicae incarnationis DCCCXLIV. indictione quarta, die quinto nonas Novembris in civitate Wentana, in eccleſia ſancti Petri ante altare capitale; et hoc fecerunt pro honore ſancti Michaelis archangeli, et ſanctae Mariae reginae, glorioſae Dei genitricis, ſimulque et beati Petri, apoſtolorum principis, necnon et ſanctiſſimi patris noſtri Gregorii papae, atque omnium ſanctorum. Et tunc pro ampliore firmitate rex Aethelwulphus poſuit chartulam ſuper altare S. Petri, et epiſcopi pro fide Dei acceperunt, et poſtea per omnes eccleſias tranſmiſerunt in ſuis parochiis, ſecundum quod praedictum eſt.

Exemplar hujus donationis ab Aethelwulpho rege factae, juxta Matthaeum Weſtmonaſterium.

ANNO (inquit) gratiae DCCCLIV. &c. magnificus rex Aethelwulfus decimam regni ſui partem Deo, et beatae Mariae, et omnibus ſanctis contulit, liberam ab omnibus ſervitiis ſecularibus, exactionibus, et tributis. Quam donationem et chartae ſuae confirmationem hic ponere libet, ut ipſius devotio omnibus innoteſcat. Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, in noſtris temporibus bellorum incendia, et direptiones opum noſtrarum, et vaſtantium crudeliſſimas * depraedationes hoſtium barbarorum, paganarumque gentium multiplices tribulationes affligentium uſque ad internecionem, cernimus tempora incumbere periculoſa. Quamobrem ego Aethelwulphus, rex Occidentalium Saxonum, cum conſilio epiſcoporum ac principum meorum, conſilium ſalubre, atque uniforme remedium affirmavi, ut aliquam portionem terrae meae, Deo, et beatae Mariae, et omnibus ſanctis, jure perpetuo poſſidendam concedam, decimam ſcilicet partem terrae meae, ut ſit tuta, munita et libera ab omnibus ſervitiis ſecularibus, necnon regalibus tributis majoribus et minoribus, ſive taxationibus, quae nos Witeredden appellamus; ſitque omnium rerum libera pro remiſſione animarum, et peccatorum meorum, ad ſerviendum ſoli Deo ſine expeditione, et pontis conſtructione, atque arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis preces ad Deum ſine ceſſatione fundant, quo eorum ſervitutem in aliquo levigamus. Placuit autem epiſcopis eccleſiae Scireburnenſis Alſtano, et Winton. Swithuno, cum ſuis abbatibus, et Dei ſervis, viris ſcilicet et foeminis religioſis, quibus ſupradicta collata ſunt beneficia, conſilia inire, ut omnes fratres et ſorores, omni hebdo-

* Vocem hanc inſerit Walkerus noſter ex Ingul. et Malmeſb.

mada

mada die Mercurii, hoc eſt, Wodneſday, in unaquaque eccleſia cantent pſalmos L. et unuſquiſque preſbyter duas miſſas; unam pro rege, et aliam pro ducibus ejus in hoc donum conſentientibus, pro ſalute et refrigerio delictorum ſuorum. Poſtquam autem defuncti fuerint, pro rege defuncto ſingulariter, et pro ducibus communiter. Et hoc ſit tam firmiter conſtitutum omnibus diebus chriſtianitatis, ſicut libertas conſtituta eſt, quamdiu fides creſcit in gente Anglorum. Scripta eſt autem haec donationis charta anno gratiae DCCCLV. indictione quarta, quinto nonas Novembr. in urbe Wentana, ante majus altare beati Petri apoſtoli *.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
BENEDICT. III 1.	CEOLNOTH. 25.	85[illegible]	[illegible]

Diploma Aethelwulphi regis †. Ex Florent. Wigorn. in ann. DCCCLV. Matth. Weſtmon. an. DCCCLVII. Malm. de geſt. reg l. 2. c. 2.

FLORENTIUS Wigornenſis de illis agens, quae ab Aethelwulfo, rege occidentalium Saxonum, acta ſunt in anno Dom. DCCCLV. primo memorat praedictae regni ſui decimationis: Eodem, inquit, anno Aethelwulfus rex decimam totius regni ſui partem ab omni regali ſervitio et tributo liberavit, et in ſempiterno graphio cruce Chriſti, pro redemptione animae ſuae, et anteceſſorum ſuorum, uno et trino Deo immolavit. Sicque magno cum honore Romam perrexit, filiumque ſuum Alfredum, quem plus caeteris dilexit, iterum in eandem viam ſecum ducens, ibi anno integro remoratus eſt. Quo peracto ad patriam ſuam remeavit, etc. Inferius in eodem anno ſic progreditur:

* Factam perhibent celeberrimam hanc donationem Ingulfus [illegible] Malmesburius in an. DCCCXLIV. Weſtmonaſterius DCCCLIV. Veritatem in ore duorum antiquiorum et conſentientium, contra recentiores duos [illegible] annus Domini DCCC[illegible] [illegible] tunc papatum eſt adeptus, aut in biennio poſtea ſubſequenti, ut Ingulphi pater teſtimonio.

Illud etiam obſervandum eſt, Ingulphum [illegible] hanc donationem [illegible] wulfus, Wigornenſis vero ante ejus profectionem.

Triformem vero hujus donationis chartam triplici exhibuimus exemplari, ut trinam una videas differentiam, et quid in aliis expectandum ſit. Coenobitis certe noſtris id in vitio ſaepe fuit, chartas regum, et quae aliunde proferunt exemplaria, non candide et ſimpliciter reddere, ſed [illegible] per [illegible] mesburii de ſe verbo utar) ſaltuatim.

Quaeritur autem, an haec donatio facta ſit de terris ſolummodo ſuis propriis, an totius regni ſui. Chartae verba, quae proferunt, aut Ingulfus aut Malme[illegible] Dom. DCCCLIV. de terris ſuis propriis videtur intelligere. In eodem dicente Aethelwulpho: Portionem terrae meae, non regni mei, ni terrae pro regno (ut ſaepiſſime ſolet) intellexeris. Certe Weſtmonaſterius ipſe ita accepit; nam in praefatione ſua ad hanc chartam: Eodem inquit anno [illegible] et omnibus ſanctis contulit liberam ab omnibus ſervitiis ſecularibus, &c. Nec aliter quidem alii viſum.

Sed quaeritur etiam, ut *vox regni ſui* intelligetur? ſcilicet an de Weſtſaxonia ſolum, quam haereditarie poſſidebat; vel de tota Anglia, qua gaudebat acquiſita. Jornalenſis ait, ſcriptum eſt, quod iſte rex Aethelwulfus decimam hydam terrae totius Weſtſaxiae Deo et eccleſiae contulit. Non dicit, totius Angliae. Aethelwulphus etiam paſſim ſemetipſum regem vocat ſolummodo Weſtſaxonum, non Anglorum. Donationis tamen beneficium porrigunt auctores ad univerſam Angliam. Apponam (inquit Malmesburius) ſcriptum libertatis eccleſiarum, quod Aethelwulfus rex toti conceſſit Angliae, et concurrunt alii in eandem ſententiam. Cognoſcendum igitur eſt, quod eodem hic titulo utitur Aethelwulfus rex, quo Egbertus pater ſuus bellicoſiſſimus acquievit, cum univerſam heptarchiam ſuae ſubjugaſſet ditioni. Ejectis enim Cantiorum et orientalium auſtraliumque Saxonum, etiam et Northymbrorum regibus, eorum regna ſuo annexuit Weſtſaxonico. Merciorum tributarium fecit, et ab Anglis orientalibus ultro in patronum eſt aſcriptus. Nortwallenſes etiam ferro ſubdidit; ita ut Huntingtonius Hiſtoriarum lib. 4. minime dubitaverit, cum regem et monarcham Britanniae nuncupare. In hoc igitur concilio et chartae regiae confirmatione rex Aethelwulphus, filius ſuus et regnorum haeres primogenitus, patris titulum retinet; et ut totius Angliae rex, non ſolum epiſcopos et magnates Weſtſaxoniae, verum etiam alios Angliae univerſos, et eoſdem inter, Merciae pariter et Eaſtangliae reges convocatos habuit, et ſuffragiis ſuis omnia roborantes: ac ſi jam in Weſtſaxoniae titulo Anglia tota mergeretur. Adverſari forte videatur; quod Weſtſaxoniae tantum epiſcopi gratiarum actiones pro inſigni hoc munere, velut ad gentem ſuam ſolummodo pertinenti, in eccleſiis ſuis inſtituerunt, nullis, qua liquet, in caeteris Angliae provinciis id curantibus. Leve hoc: nam eorum rex naturalis fuit Aethelwulphus, apud eos natus et enutritus, monachus etiam floruit et cathedram tenuit epiſcopalem. Sed ne video quidem, ubi collocatum ſit donationis iſtius beneficium, vel per Angliam generaliter, vel per Weſtſaxoniam ſpeciatim, ni ſacerdotis in quavis parochia manſionem, quam rectoriam vocant, cum terra ejuſdem glebali hinc primum ſuſpicarer emanaſſe, licet a canonicis inſtitutis, et patronorum munificentia incrementum ceperit. Haec SPELM.

† Diploma ſeu epiſtola Aethelwulfi, regis occidentalium Saxonum; in qua de ſingulis decem hydis ſeu manſionibus haereditatis ſuae, pauperum unum alendum praecipit, et trecentas mancuſas Romam annuo deportandas.

Jornalenſis videtur duplicem hanc Aethelwulphi regis decimationem de una tantum intelligere, vel rem male enarrare. Primam enim illam, in qua decima hyda totius regni eccleſiae eſt largita indefinite, ille ad paſcendum et veſtiendum pauperes, debiles, et infirmos datam aſſerit ſpecialiter, quod ſine dubio alterius temporis donum fuit, regiaeque pietatis opus alterum, ut palam eſt e Wigornenſis, Malmesburii, et Weſtmonaſterienſis teſtimonio; id nimirum factum an. gratiae DCCCLV. cum Romam proficiſcitur Aethelwulphus; hoc biennium poſtea, id eſt, anno DCCCLVII. cum jam eſſet moriturus. Jornalenſem habe, ſic de ejus eleemoſynis praedicantem: "Scribitur namque (inquit in vita ejus) quod iſte rex Aethelwulfus decimam hydam terrae totius Weſtſaxiae Deo et eccleſiae contulit ab omnibus ſervitiis ſecularibus [liberam] et quietam ad paſcendum et veſtiendum pauperes, debiles, et infirmos.

Poſtea Romam adivit, et contulit Deo et beato Petro, ſingulis annis de qualibet domo totius regni ſui, unum denarium, qui vulgariter denarius ſancti Petri appellatur; unde et ipſemet ob devotionem, quam erga Deum habuit, primum denarium obtulit pura mente.

Poſtea nihilominus ſingulis annis trecenta talenta eccleſiae Romanae contulit; videlicet ad luminaria ſancti Petri centum, ad luminaria ſancti Pauli centum, et ad uſum ſummi pontificis centum fecerat aſſignari. Et cum per annum continuum in curia Romana moram traxiſſet, rediens in Franciam, filiam Caroli Calvi ſibi aſſumpſit in uxorem." Animadverte, talenta hic vocat, quae mancuſas alii. Haec SPELM.

Vixit ergo Aethelwulfus rex duobus annis, poſtquam a Roma rediit. In quibus inter alia multa praeſentis vitae bona ſtudia cogitans de ſuo ad univerſitatis viam tranſitu, ne ſui filii poſt matris obitum indebite inter ſe diſceptarent, haereditariam ſcribere imperavit epiſtolam. In qua et regni inter filios Aethelbaldum et Aethelbertum, et propriae haereditatis inter filios et filiam, et etiam propinquos, pecuniarumque, quae poſt ſe ſupereſſent inter animam et filios, et etiam nobiles ſuos diviſionem ordinabiliter literis mandare procuravit.

Pro utilitate namque animae ſuae, quam a primaevo juventutis ſuae flore in omnibus procurare ſtuduit, per omnem haereditariam terram ſuam ſemper in decem manentibus unum pauperem, aut indigenam, aut peregrinum cibo, potu, veſtimento, ſucceſſoribus ſuis uſque ad ultimum diem judicii poſt ſe paſcere praecepit. Ita tamen ſi illa terra hominibus et pecoribus habitaretur, et deſerta non eſſet; Romae quoque omni anno trecentas mancuſas denariorum portare praecepit, quae taliter ibi dividerentur; ſcilicet centum mancuſas in honore ſancti Petri, ſpecialiter, ad emendum oleum, quo impleantur omnia luminaria illius apoſtolicae eccleſiae in veſpera Paſchae, et in gallicantu aequaliter; et centum mancuſas in honore ſancti Pauli, eadem de cauſa; centum quoque mancuſas univerſali papae apoſtolico.

Defuncto autem illo idibus Januarii, et apud Wintoniam ſepulto, Aethelbaldus filius ejus, contra Dei interdictum, et chriſtianorum dignitatem, nec non et contra omnium paganorum conſuetudinem, thorum patris ſui aſcendens Juthitham Caroli Francorum regis filiam in matrimonium duxit, effraeniſque duobus ac dimidio annis occidentalium Saxonum poſt patrem regni gubernacula rexit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHANN. VIII. 4.	ATHELRED. 5.	876.	AELFRED. M. 5.

Praefatio, ſeu apparatus regis Aelfredi M. ad leges ſuas, tam eccleſiaſticas, quam civiles, e ſacra pagina deſumptus. Ex text. Roffen. et MS. Coll. Corp. Chriſti Cantabrig. S. xi.

Hae ſunt leges, quas Aelfredus rex conſtituit.

I. DOMINUS [a] locutus eſt verbum ad Moyſen, et ita dixit: Ego ſum Dominus Deus tuus: Ego te eduxi ex terra Aegypti, et ex ſervitute ejus. Non diligas alios deos alienos praeter me.

II. Non [b] adhibeas nomen meum ad vanitatem; quoniam tu non es innocens apud me, ſi nomen meum ad vanitatem adhibeas.

III. Recordare diem ſabbathi ſanctificare; operamini ſex dies, et ſeptimo quieſcite, tu et filius tuus, et filia tua, et ſervus tuus, et ancilla tua, et jumenta tua, et qui ingreditur inter portas tuas. Quoniam ſex diebus Chriſtus creavit caelos et terram, maria et omnes creaturas, quae in eis ſunt, et quievit ſeptimo die. Et propterea Dominus illum ſanctificavit.

IV. Honora [c] patrem tuum et matrem tuam, quos Dominus dedit tibi, ut ſis longaevus in terris.

V. Non occidas.

VI. Non fureris.

VII. Non adultereris.

VIII. Non dicas falſum teſtimonium contra proximos tuos.

IX. Non [d] deſideres proximi tui haereditatem injuſte.

X. Non facias tibi aureos vel argenteos deos.

XI. Hae ſunt leges, quas ipſis proponere debes. Si quis emat chriſtianum ſervum; ſex annos ſerviat, ſeptimo ſit liber gratis. [e] Cum qua-

Ðis syndon ða domas ðe Ælfred se Cyning geceas:·

I. DRIHTEN ƿæs sprecende ðæs ƿord to Moyse. ⁊ ðus cƿæþ. Ic eam drihten ðin God. Ic ðe utgelædde of Ægypta lond. ⁊ of heora ðeoƿdome:· Ne lufa ðu oþre fremde godas ofer me:·

II. Ne minne naman ne cigþu on idlenesse. forþon ðe ðu ne bist unscyldig ƿiþ me. gif ðu on idlenesse cigst minne naman.

III. Gemine ꝥ ðu gehalgie ðonne restedæg. ƿyrceaþ eoƿ syx dagas. ⁊ on ðam seofoþan restaþ eoƿ. ðu ⁊ ðin sunu. ⁊ ðine dohter. ⁊ ðin ðeoƿe. ⁊ ðine ƿylne. ⁊ ðin ƿeorcnyten. ⁊ se cuma ðe biþ binnan ðinan durum. forþam on syx dagum Crist geƿorhte heofenas. ⁊ eorþan. sæs. ⁊ ealle gesceafta ðe on him synd. ⁊ hine gereste on ðone seofoþan dæge. ⁊ forþon drihten hine gehalgode:·

IV. Ara ðinum fæder ⁊ ðinre meder. ða ðe drihten sealde ðe. ꝥ ðu sy ðy leng libbende on eorþan:·

V. Ne sleah ðu:·

VI. Ne stala ðu:·

VII. Ne lige ðu dearnunga:·

VIII. Ne sæge ðu lease geƿitnesse ƿiþ ðinum nehstan:·

IX. Ne ƿilna ðu ðines nehstan yrfes mid unrihte:·

X Ne ƿyrc ðu ðe gyldene godas. oþþe seolfrene:·

XI. Ðis synd ða domas ðe ðu him settan scealt:· Gif hƿa gebycge cristenne ðeoƿ. six gear deoƿige he. ðe seofoþan beo he freoh orceapunga:· Mid sƿylce hrægle

[a] Exod. xx. 1. [b] Ibid. *v.* 7. [c] Ibid. *v.* 12. [d] Ibid. *v.* 23. [e] Exod. xxi. 1.

he

he in eode, mid swilce gange he ut. Gif he ƿif sylf hæbbe, gange heo ut mid him. Gif se hlaford ðonne him ƿif sealde, sy heo ⁊ hire bearn ðæs hlafordes. Gif se ðeowa ðonne cweþe, nelle ic fram minum hlaforde, ne fram minum ƿife, ne fram minum bearne, ne fram minum yrfe, breng hine ðonne his hlaford to ðære dura ðæs temples ⁊ ðurhþyrlige his eare mid ale, to tacne ꝥ he sy æfre syþþan ðeow.

XII. Ðeah hwa bebycge his dohtor to ðeowenne, ne sy heo ealles swa ðeowu swa oþru mennenu. Nage he hi ut on ælþeodig folc to bebycganne, ac gif he hine ne recce se ðe hi bohte, læte hi freo on ælþeodig folc. Gif ðonne he alyfe his sunu mid to hæmanne, do hire gyfta, locige ꝥ hio hæbbe hrægle, ⁊ ꝥ weorþ sy hyre mægðhades, ꝥ is se weotuma, agyfe he hire ðone. Gif he hire ðara nan ne do, ðonne sy heo freoh.

XIII. Se mon ðe his gewealdes monnan ofslea, swelte se deaþe. Se ðe hine ðonne neades ofsloge, oþþe unwillum, oþþe ungewealdes, swylce hine God swa sende on his honda, ⁊ he hine ne ymb syrede, sy he his feores wyrþe, ⁊ folc-rihtre bote, gif he friðstowe gesece. Gif hwa ðonne of giernesse ⁊ gewealdes ofslea his ðone nehstan ðurh syrwa, aluc ðu hine fram minum weofode to ðam ꝥ he deaþe swelte.

XIV. Se ðe slea his fæder oþþe his modor, se sceal deaþe sweltan.

XV. Se ðe frione forstæle ⁊ he hyne bebycge, ⁊ hit onbestælen sy ꝥ he hine bereccan ne mæg, swelte se deaþe. Se ðe wyrge his fæder oþþe his modor, swelte se deaþe.

XVI. Gif hwa slea his ðone nehstan mid stane oþþe mid fyste, ⁊ he ðeah utgangan mage be stafe, begyte him læce ⁊ wyrce his weorc ða hwile ðe he sylf ne mæge.

XVII. Se ðe slea his agenne ðeowne esne, oþþe mennen, ⁊ he ne sy ðy dæges dead, ðeah he libbe twa niht oþþe ðreo, ne biþ he ealles swa scyldig, forþon ðe hit wæs his agen feoh. Gif he ðonne sy idæges dead, ðonne sitte seo scyld on him.

XVIII. Gif hwa on ceast eacniende wif gewerde, bete þone æfwyrdlan swa him domeras gereccan. Gif heo dead sy, sylle sawle wiþ sawle.

XIX. Gif hwa oþrum his eage oþ do, sylle his agen for. toþ for toþ. handa for handa. fet for fet. bærning for bærning. wund wiþ wund. læl wiþ læle.

XX. Gif hwa ofslea his ðeowe oþþe his ðeowenne ꝥ eage ut, ⁊ he ðonne hi gedo ænigge, gefreoge hi forþon. Gif he ðone toþ ofslea, do ꝥ ylce.

XXI. Gif oxa ofhnite wer oþþe wif ꝥ hy deade synd, sy he mid stanum ofworpod, ⁊ ne sy his flæsc geeten, ⁊ se hlaford byþ unscyldig. Gif se oxa hnitol wære twam dagum ær oþþe ðrym, ⁊ se hlaford hit nyste. Gif he hit ðonne wiste, ⁊ hine inne

li veſtimento intraverit, cum tali exeat; ſi ipſe uxorem habeat, exeat cum eo. Si dominus autem illi uxorem dederit, ſit ipſa et liberi ejus domini.[f] Si ſervus autem dixerit: Nolo abire a domino meo, nec ab uxore mea, nec a liberis meis, nec ab haereditate mea: tunc dominus ejus ipſum ad templi oſtium adducat, et perforet aurem illius ſubula, in ſignum, quod ſit ſemper inpoſterum ſervus.

XII. Licet quis vendiderit filiam ſuam in famulatum, non ſit ſerva in omnibus, uti aliae famulae. Non habeat poteſtatem eam extraneo populo vendendi; ſed ſi illa non placeat ei, qui ipſam emit, dimittat eam liberam ad extraneam gentem. Si autem permiſerit filio ſuo rem cum ea habere, det ei donum; videat ut illa habeat veſtitum, et pretium pudicitiae ejus, hoc eſt, dotem ei [illegible]. Si ei nihil horum praeſtiterit, tunc ſit libera.

XIII. Si quis ſponte hominem occiderit, moriatur [illegible]. Si quis autem coactus occiderit, vel invitus, vel non ſponte, [illegible] Deus eum in manum ſuam tradiderit, et illi nunquam ſit inſidiatus; [illegible]tium compenſatione, ſi aſylum quaerat. Si quis autem de induſtria, et ſponte occiderit proximum ſuum per inſidias, abſtrahas eum ab ara mea ad morte moriendum.

XIV. Qui patrem ſuum, vel matrem ſuam percuſſerit, morte moriatur.

XV. Qui hominem liberum furetur, illumque vendat, et obreptus ſit, ut ipſum recipere nequeat, morte moriatur. Qui patri ſuo, vel matri ſuae maledixerit, morte moriatur.

XVI. Si quis proximum ſuum percuſſerit lapide, vel pugno, et ille tamen egredi poſſit baculo innixus, adhibeat ei medicum, et opus ipſius operetur, quamdiu ille non poteſt.

XVII. Si quis ſervum ſuum proprium, vel ancillam percuſſerit, et ille eodem die non moriatur, attamen vixerit duos vel tres dies, non ſit in omnibus aequaliter reus, quoniam pecunia ejus erat. Si autem eodem die mortuus ſit, tunc culpa in eo quieſcat.

XVIII. Si quis inter pugnandum gravidae uxori nocuerit, compenſet damnum, ſicut leges judicant. Si illa moriatur, det vitam pro vita.

XIX. Si[g] quis alterius oculum effoderit, compenſet proprio: dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, vimen pro vimine.

XX. Si quis ſervi ſui, vel ancillae ſuae oculum excuſſerit, et ipſe poſt factum hoc monoculus ſit, manumittat ipſum ſtatim. Si dentem ei excuſſerit, faciat idem.

XXI. Si bos cornu petierit virum, vel foeminam, ut moriantur; lapidibus obruatur, et caro ejus non edatur; et dominus ſit innocens, ſi bos petulcus antea fuerit biduum vel triduum, et dominus hoc neſciverit; ſi ille autem hoc ſciverit, et eum intus aſſervare noluerit, atque

[f] Exod. xxi. 4. et ſeqq.

[g] Ibid. 24. [illegible]

is tunc virum vel foeminam occiderit, lapidibus obruatur, et dominus occidatur, vel vita pretio redimatur, prouti ſapientes juſtum invenerint. Si filium vel filiam confoderit, eidem legi ſit obnoxius. Si autem ſervum vel ancillam confoderit, ſolvat domino triginta ſolidos argenti, et bos lapidibus obruatur.

XXII. Si quis foderit aquae puteum, vel clauſum aperuerit, et eum deinde non claudat, compenſet omne jumentum, quod ibi inciderit, et illud mortuum retineat.

XXIII. Si bos alterius bovem vulneraverit, et ille poſtea moriatur, vendatur bos ille (vivus) et dividatur pretium, ac caro etiam ejus, ſicuti et mortui. Si dominus autem ſciverit, quod bos petulcus eſſet, et illum aſſervare noluerit, det ei alium bovem illius loco, et ipſe omnem carnem (mortui) retineat.

XXIV. Si quis alterius bovem furetur, et eum occidat vel vendat, compenſet ipſum duobus: et quatuor ovibus unam. Si non habeat, quo compenſet, ipſe vendatur pro pecunia illa.

XXV. Si fur domum alicujus noctu effringat, et ibi occidatur, ille qui eum occidit, non ſit homicidii reus: ſi deinde poſt ortum ſolis hoc fecerit, ſit homicidii reus; et tunc ipſe moriatur, niſi neceſſitate impulſus fuerit. Si apud eum, vivum aliquid quod antea furatus erat, inveniatur, dupliciter illud compenſet.

XXVI. Si quis damnum intulerit alterius vineae, vel agro ejus, vel alicui ejus terrae, compenſet, ſicut quis illud aeſtimaverit.

XXVII. Si ignis immiſſus ſit ad comburendum ſegetem, compenſet detrimentum illud ille, qui ignem immiſit.

XXVIII. Si quis apud amicum deponat pecuniam, ſi ille eam furetur, dupliciter compenſet. Si autem neſciat, quis eam furtim ſubduxerit, excuſet ſeipſum, quod nullam fraudem in hoc commiſerit. Si hoc vivum animal eſſet, et ipſe dixerit, quod exercitus illud ſumpſerit, vel quod a ſeipſo mortuum ſit, et teſtes habeat, non neceſſe eſt ut illud compenſet. Si autem teſtes non habeat, et ille ei non credat, tunc juramentum praeſtet.

XXIX. Si quis foeminam non maritatam deceperit, et cum ea coiverit, compenſet ei, et poſtea illam in uxorem ducat. Si pater foeminae eam illi dare noluerit, ſolvat pecuniam illam pro dote.

XXX. Foeminam, quae conſuevit excipere incantatores, et magos, et ſagas, ne ſinas vivere.

XXXI. Et ſi quis rem habeat cum beſtia, morte moriatur.

XXXII. Et ſi quis ſacrificium immolaverit praeter Deo ſoli, morte moriatur.

XXXIII. Advenam et peregrinum ne affligas, quoniam fuiſtis peregrini in terra Aegypti.

XXXIV. Viduis et orphanis ne noceatis, neque affligatis eos: ſi horum aliquid feceritis, vociferabunt ad me, et ego illos audiam, et ego

betynan nolde. ⁊ he ðonne ƿere oþþe ƿife ofsloȝe. sy he mid stanum ofƿorpod. ⁊ sy se hlaford ofsleȝen. oþþe forȝolden. sƿa ꝥ ƿitan to riht findan:· Sunu oþþe dohtor ȝif he ofstinȝe. ðæs ylcan domes sy he ƿyrþe:· Gif he ðonne ðeorne oþþe ðeoƿe mennen ofstynȝe. ȝesylle ðæm hlaforde ðrittiȝ scill. seolfres. ⁊ se oxa sy mid stanum ofƿorpod:·

XXII. Gif hƿa adelfe ƿæter pytte. oþþe betynedne untyne. ⁊ hine eft ne betyne. ȝyld sƿylce neat sƿylce ðær on befealle. ⁊ hæbbe him ꝥ dead:·

XXIII. Gif oxa oþres mannes oxan ȝeƿundiȝe. ⁊ he ðonne dead sy. bebycȝȝen ðone oxan. ⁊ hæbben him ꝥ ƿeorþ ȝemæne. ⁊ eac ꝥ flæsc sƿa ðæs deadan:· Gif se hlaford ðonne ƿiste ꝥ se oxa hnitol ƿære. ⁊ hine healdan nolde. sylle him oþerne oxan fore. ⁊ hæbbe him ealle ꝥ flæsc:·

XXIV. Gif hƿa forstæle oþres oxan. ⁊ hine ofslea. oþþe bebycȝe. sylle tƿeȝen ƿiþ. ⁊ feoƿer sceap ƿiþ anum. ȝif he næbbe hƿæt he sylle. sy he sylf beboht ƿiþ ðam feoh:·

XXV. Gif ðeof brece mannes hus nihtes. ⁊ he ƿyrþe ðær ofslæȝen. ne sy he na manslæȝes scyldiȝ ðe him sloȝe. Gif he syþþan æfter sunnan upȝonȝe ðis deþ. he biþ mansleȝes scyldiȝ. ⁊ he ðonne sylfa sƿylte. butan he nyddæda ƿære:· Gif mid him cƿicum sy funden. ꝥ he ær stale. be tƿyfealdum forȝylde hit:·

XXVI. Gif hƿa ȝeƿerde oþres monnes ƿinȝeard. oþþe his æceras. oþþe his landes aƿuht. ȝebete sƿa hit man ȝeeahtiȝe:·

XXVII. Gif fyr sy ontended ryp to bærnenne. ȝebete ðone æfƿyrdelsan se ꝥ fyr ontendeþ:·

XXVIII. Gif hƿa oþfæst his friend feoh. ȝif he hit sylf stæle. forȝylde be tƿyfealdum:· Gif he nyste hƿa hit stæle. ȝeladiȝe hine sylfne ꝥ he ðær nan facn ne ȝefremede:· Gif hit ðonne cucu feoh ƿære. ⁊ he secȝe ꝥ hit here name. oþþe ꝥ hit sylf acƿæle. ⁊ he ȝeƿitnesse hæbbe. ne ðearf he ꝥ ȝyldan:· Gif he ðonne ȝeƿitnesse næbbe. ⁊ he him ne ȝetreoƿe ne sy. sƿeriȝe he ðonne:·

XXIX. Gif hƿa fœmnan besƿice unbeƿeddode. ⁊ hire mid slæpe. forȝyld hi. ⁊ hæbbe hi syþþan him to ƿife:· Gif ðære fœmnan fæder hi ðonne syllan nylle. aȝyfe he ꝥ feoh æfter ðam ƿeotuman:·

XXX. Ða fœmnan ðe ȝeƿuniaþ onfon ȝaldorcræftiȝan. ⁊ scinlæcan. ⁊ ƿiccan. ne læt ðu ða libban:·

XXXI. And se ðe hæme mid nytene. sƿelte se deaþe:·

XXXII. And se ðe godȝeldum onsæcȝe ofer God ænne. sƿelte se deaþe:·

XXXIII. Utan cumene ⁊ ælþeodiȝe ne ȝesƿenc ðu na. forþon ðe ȝeƿæron ælþeodiȝe on Æȝypta lande:·

XXXIV. Ða ƿudeƿan. ⁊ ða steopcilde ne sceaþæþ ȝe hi. ne hi nahƿer deriaþ. ȝif ȝe ðonne elles doþ. hi cleopiaþ to me. ⁊ ic ȝehire hi. ⁊ ic eoƿ ðonne slea mid minum

sƿeorde

sƿeorde. ⁊ ic gedo ꝥ eoƿra ƿif biþ ƿydeƿan. ⁊ eoƿre bearn byþ steopcilde:·

XXXV. Gif ðu feoh to borh gesylle ðinum geferan. ðe mid ðe eardian ƿille. ne nide ðu hine sƿa niðling. ⁊ ne gehine ðu hine mid ðy eacan:·

XXXVI. Gif mon næbbe buton anfeald hrægle hine mid to ƿreonne. ⁊ to ƿerianne. ⁊ he hit to ƿedde sylle. ær sunnan setlgange sy hit agyfen. gif ðu sƿa ne dest. ðonne cleopaþ he to me. ⁊ ic hine gehyre. forþon ðe ic eom sƿiþe mildheort:·

XXXVII. Ne tæl ðu ðinne drihten. ne ðone hlaford ðæs folces ne ƿyrge ðu:·

XXXVIII. Ðine teoþan sceattas. ⁊ ðine frumriþan gangendes. ⁊ ƿeaxendes agyf ðu Gode:·

XXXIX. Ealle ꝥ flæsc ðe ƿildeor læfan. ne etan ge ꝥ. ac syllaþ hit hundum:·

XL. Leases mannes ƿord ne recce ðu. na ðæs to gehyranne. ne his domas ne geþafa ðu. ne nane geƿitnysse æfter him ne saga ðu:·

XLI. Ne ƿend ðu ðe na on ðæs folces unræd. ⁊ on unriht geƿillon hiora spræce. ⁊ gecleps ofer ðin riht. ⁊ on ðæs unƿisestan lare ne him ne geþafa:·

XLII. Gif ðe becume oðres mannes gymeleas feoh on hand. ðeah hit sy ðin feonde. gecyþe hit him:·

XLIII. Dem ðu sƿiþe rihtne dom. ⁊ ne ðu oðerne dom ðæm ƿelegan. oðerne ðam earman. ne oðerne ðam leofran, ⁊ oðerne ðam laþran ne dem ðu:·

XLIV. Onscuna ðu aleasunga:·

XLV. Soþfæstne man. ⁊ unscyldigne ne acƿele ðu ðone næfre:·

XLVI. Ne onfoþ ðu næfre medsceattum forþon hi ablendaþ ful oft ƿisra manna geþoht ⁊ hiora ƿord onƿendaþ:·

XLVII. Ðam ælþeodigan. ⁊ utancumenan. ne læt ðu na uncuþlice ƿiþ hine ne mid nanum unrihtum ðu hine ne drecce:·

XLVIII. Ne sƿerigen ge næfre under hæþene godas. ne on nanum ðingum. ne cleopien ge to him:·

XLIX. Ðis syndon ða domas ðe se ælmihtiga God sylf sprecende ƿæs to Moyse. ⁊ him bebead to healdanne:· And syþþan se ancenneda Godes sunu ure God. ꝥ is. hælend Crist on middan geard come. he cƿæþ ꝥ he ne come. ne ðæs bebodu to brecanne. ne to forbeodanne. ac mid eallum godum to ecanne. ⁊ mildheortnesse. ⁊ eaþmodnesse he lærde:· Ða æfter his ðroƿunge. ærþam ðe his apostolas to farenne ƿæron geond ealle eorþan to læranne. ⁊ ða gyt ða hi ætgædere ƿæron. manega hæþena ðeoda hi to Gode gecyrdon:· Ða hi ealle æt somne ƿæron. hi sendon ærendracan to Antiochia. ⁊ to Syria. ⁊ to Cilicia. Cristes æ to læranne. ða hi ða ongeaton ꝥ him belamp. ða sendon hi ærendgeƿrit to him:· Ðis is ðonne ærendgeƿrit ðe ða apostolas sendon ealle to Antiochia. ⁊ Syria. ⁊ to Cilicia. ða sind nu of hæþenum ðeodum to Criste gecyrde:·

vos gladio meo occidam, et ego faciam uxores veſtras viduas, et liberos veſtros orphanos.

XXXV. Si tu pecuniam mutuo dederis ſocio tuo, qui tecum habitare velit, ne praebeas te illi exactorem, neque humilia [illegible] tua.

XXXVI. Si quis habeat tantum ſimplex veſtimentum ad ſe eo operiendum et defendendum, et ſi illud pignoris loco dederit, ante ſolis occaſum ei reddatur. Si tu ita non feceris, tunc clamabit ad me, et ego ipſum audiam, quoniam ego ſum valde miſericors.

XXXVII. Ne calumnieris dominum tuum, ne maledicas principi populi tui.

XXXVIII. Decimas tuas, et primitias tuas ambulantes, et creſcentes des Deo.

XXXIX. Omnem carnem, quam ferae relinquunt, non edatis; ſed detis illam canibus.

XL. Falſi hominis verbum ne cures, neque illum auſcultes, neque ipſius [illegible] faveas, nec ullum teſtimonium poſt eum dicas.

XLI. Ne ſequaris populi conſilium pravum, et injuſtitiam amantem [illegible], et clamorem contra [illegible] pienti doctrina ei faveas.

XLII. Si offenderis alicujus pecus errans, licet ſit adverſarii tui, reducas illud ipſi.

XLIII. Judica ſemper juſtum judicium, neque facias aliud jus diviti, aliud pauperi, nec aliud jus amico, et aliud inimico facias.

XLIV. Semper evites mendacium.

XLV. Inſontem et innocentem hominem ne affligas unquam.

XLVI. Ne accipias unquam dona, quoniam caecant ſaepiſſime ſapientum virorum conſilium, et verba eorum pervertunt.

XLVII. Peregrinum et extraneum ne patiaris inſcium ulla aliqua injuria affici.

XLVIII. Ne juretis unquam per deos gentilium, neque propter ullam rem invocetis eos.

XLIX. Hae ſunt leges, quas omnipotens Deus ipſe loquebatur ad Moyſem, et juſſit ei, ut cuſtodiret. Et poſtquam unigenitus Dei filius, Deus noſter, hoc eſt, ſalvator Chriſtus in orbem terrarum veniſſet, dicebat, quod non venerit praecepta illa violare, aut interdicere, ſed cum omni bonitate implere. Docebat etiam miſericordiam et humilitatem. Tum poſt paſſionem ſuam, antequam [illegible] ipſius diſcipuli [illegible] in omnes terras docere, et cum adhuc congregati eſſent, multos gentiles ad Deum converterunt. Cum hi omnes congregati eſſent, miſerunt legatos in Antiochiam, et Syriam, et Ciliciam, Chriſti leges docere. Cum hi reſciſcerent, quid illis acciderit, tunc miſerunt epiſtolam ad illos. Haec eſt autem epiſtola, quam apoſtoli mittebant omnibus Antiochiae, et Syriae, et Ciliciae, qui nunc a gentibus ethnicis ad Chriſtum erant converſi.

Apoſtoli, et ſeniores fratres ſalutem vobis optant, et nos vobis nunciamus, quod nos audiverimus, noſtrorum ſociorum aliquos cum noſtris ſermonibus ad vos veniſſe, et vos triſtibus modis juſſiſſe obſervare ea, quae eos haud juſſimus, et vos ſeduxiſſe variis praeceptis, et animas veſtras magis labefactaviſſe, quam inſtruxiſſe. Tunc congregati ſumus propter hoc, et nobis omnibus placuit mittere Paulum et Barnabam, viros, qui parati ſunt vitam ſuam linquere pro nomine Domini. Cum illis mittimus Judam et Silam, ut vobis idem dicant. Spiritui ſancto videbatur et nobis, nullum onus vobis imponere, praeter id, quod vobis neceſſarium erat obſervatu; videlicet hoc, ut caveatis, ne illud, quod diabolo immolatum eſt, adoretis, et ſanguinem ac ſuffocatum ne edatis, et (caveatis) ab occulto concubitu, et quod vultis, ut alii homines vobis non faciant, ne faciatis aliis. Hujus unicae legis homo meminiſſe poteſt, ut quemlibet juſte judicet, nec opus habeat alio ſtatutorum libro. Caveat ut nullum hominem judicet, quia non vult, ut ipſum judicet ille, ſi jus aliquod in eum quaereret. Poſtquam hoc accidiſſet, quod multae gentes Chriſti fidem amplexae ſint, tunc multae ſynodi per totum terrarum orbem congregabantur, et ſimiliter etiam per Anglicam gentem, poſtquam ea Chriſti fidem accepiſſet, ſanctorum epiſcoporum ac aliorum etiam illuſtrium ſapientum. Illi conſtituerunt ex miſericordia, quam Chriſtus docuit pro eo, qui maxime peccabat, quod principes mundi debeant bona cum eorum venia abſque crimine, pro graviſſimo delicto compenſationem pecuniariam facere, quam illi conſtituunt; excepta proditione domini, cui nullam miſericordiam audebant aſſignare, quoniam Deus omnipotens nullam unquam conſtituit ei, qui eum contempſerit, neque Chriſtus Dei filius ullam unquam exhibebit ei, qui ipſum in mortem tradidit. Et juſſit Dominum amare ſicut ſeipſum. Hi igitur in multis ſynodis multis humanis ſceleribus poenas conſtituerunt, et in multis ſynodalibus libris ſcribi juſſerunt, ubi una lex, ubi altera [obtineret.]

Ego Aelfredus rex in unum colligi, et literis conſignari juſſi multa eorum, quae parentes noſtri obſervabant, quae mihi placebant; et multa eorum, quae mihi non placebant, rejeci cum ſapientum meorum conſilio, et alio modo juſſi obſervari. Quoniam non audebam tentare meorum [ſtatutorum] aliqua ſcriptis conſignare. Porro etiam me latuit, quid eorum placuerit illis, qui nobis ſuccederent. Aſt cum deprehenderim ſive in diebus Inae cognati mei, vel in Offae Merciorum regis, vel in Aethelberti, qui primus baptiſma accepit in natione Anglica, ea, quae mihi juſtiſſima videbantur, exinde collegi, et reliqua neglexi. Ego Aelfredus, occiduorum Saxonum rex, omnibus meis ſapientibus hic uſus ſum; et illi dicebant, quod ipſis omnibus bene placuerint, ea ut obſervarentur *.

Ða apostolas. ⁊ ða yldran gebroþera. hælo eoƿ ƿyscaþ. ⁊ ƿe eoƿ cyþaþ. ꝥ ƿe geahsodon ꝥ ure geferan sume mid urum ƿordum to eoƿ comon. ⁊ eoƿ hefigran ƿisan budan to healdanne ðon ƿe him budon. ⁊ eoƿ to sƿiþe gedƿealdon mid ðæm manigfealdum gebodum. ⁊ eoƿra saula ma forhƿerfdon ðonne hi gerihton:· Ða gesomnodon ƿe us ymb ꝥ. ⁊ us eallum gelicode ða. ꝥ ƿe sendon Paulus ⁊ Barnaban. ða men ƿilniaþ heora saula to syllane for dryhtenes naman:· Mid him ƿe sendon Iudam. ⁊ Silam. ꝥ hi eoƿ ꝥ ylce secgan:· Ðam halgan Gaste ƿæs geþuht. ⁊ us. ꝥ ƿe nane byrþene on eoƿ settan noldon. ofer ꝥ ðe eoƿ nedþearf ƿæs to healdanne. ꝥ ðonne. ꝥ ge forberen ꝥ ge deofolgyld. ne ƿeorþigen ne blod. ne ðicgan. ne asmorod. ⁊ fram dyrnum geligerum. ⁊ ꝥ ge ƿillen ꝥ oþre men eoƿ ne don. ne doþ ge ꝥ oþrum mannum:· On ðissum anum dome man mæg geþencean. ꝥ he æghƿelcne on riht gedemeþ. ne ðearf he nanra dom boca oþera:· Geþence he ꝥ he nanum men ne ðeme. ꝥ he nolde ꝥ he him demed. gif he ðone dome ofer hine sohte:· Syþþan ꝥ gelamp. ꝥ ða manega ðeoda Cristes geleafan onfengon. ða ƿurdon maniga seonoþas geond ealne middan geard gegaderode. ⁊ eac sƿa geond on angelcynne. syþþan hi Cristes geleafan onfengon haligra bisceopa. ⁊ eac oþera geþungenra ƿitena:· Hi ða gesetton for ðær mildheortnysse ðe Crist lærde æt mæstra hƿylcra misdæde. ꝥ ða ƿoruld hlafordas moston mid heora leafan butan synne æt ðæm forman gylt ðæra feoh bota onfon ðe hy ða gesetton. buton æt hlaford searƿe. on ðam hi nane mildheortnesse ne dorston gecƿæþan. forþam þe God ælmihtig ðam nane ne gedemde ðe hine oferhogdon. ne Crist Godes sunu ðam nane ne gedemde. ðe hine to deaþe sealde. ⁊ he bebead ðone hlaford lufian sƿa hine sylfne:· Hi ða on manigum synoþum manegra mennisca misdæda bote gesetton. ⁊ on manega seonoþbec hy ƿritan hetton. hƿær ænne dom hƿær oþerne:·

Ic ða Ælfred cyning ðæs togædere gegaderod. ⁊ aƿritan het manega ðara ðe ure foregengan heoldon. ða ðe me licodan. ⁊ manege ðara ðe me ne licodon ic aƿearp mid minra ƿitena geþeahte. ⁊ on oþre ƿisan bebead to healdanne:· Forþam ic ne dorste gedyrstlæcan ðara minra aƿuht feala on geƿrit settan:· Forþan me ƿæs uncuþ hƿæt ðæs ðæm lician ƿolde ðe æfter us ƿæron:· Ac ða ðe ic gemette aþær oþþe on Ines dæge mines mæges. oþþe on Offam Myrcena cyninges. oþþe on Æþelbyrhtes. ðe ærest fulluht onfeng on Angelcynne. ða ðe me rihtost ðuhton. ic ða her on gegaderode. ⁊ ða oþre forlæte:· Ic ða Ælfred Ƿestseaxna cyning eallum minum ƿitum ðæs geeoƿde. ⁊ hy þa cƿæþon. ꝥ him ꝥ licode eallum ƿel to healdenne:·

* Admonendus es, amice lector, nulla aut noſtra, aut librariorum incuria, praetermiſſum ſecundum hoc decalogi, de non fingendis imaginibus, praeceptum, verum conſulto ab iis, qui primi eas leges mandarunt literis relictum. Poſt celebratum enim anno ſalutis humanae DCCXCIV. ſecundum illud Niceae (quod ſimulacrorum confirmavit adorationem) con-

Leges

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Saxon.
JOHANN. VIII. 4.	ATHELRED. 5.	8[illegible]	[illegible]LFRED. M. 5.

Leges eccleſiaſticae Aelfredi M. regis Anglorum, e civilibus ſuis aliis decerptae.

I. Be aþum 7 be weddum:·

ÆT ærestan we læraþ. þ mæst ðearf is. þ æghwylc man his aþ. 7 his wedd wærlic healde:· Gif hwa to hwæðerum ðissum genyd sy on woh. oþþe to hlaford syrwe. oþþe to ænigum unrihtum fultume. þ ðonne rihtre is to aleoganne. ðonne to gelæstanne:· Gif he ðonne ðas weddige ðe him riht sy to gelæstanne. 7 þ aleoge. sylle mid eadmedum his wæpn 7 his æhta his freondum to gehealdanne. 7 beo feowertig nihta on carcerne on cyninges tune. ðrowige ðær swa biscop him scrife:· And his mægas hine fedan. gif he sylf mete næbbe:· Gif he magas næbbe. oþþe ðone mete næbbe. fede cyninges gerefa hine:· Gif hine man to genidan scyle. 7 he elles nylle. gif hine man gebinde. ðolige his wæpna. 7 his yrfes:· Gif hine mon ofslea. licge he orgylde:· Gif he ut oþfleo ær ðam fyrste. 7 hine man gefo. sy he feowertig nihta on carcerne. swa he ær sceolde:· Gif he ðonne losige. sy he aflymed. 7 sy amansumod of eallum Cristes cyricum:· Gif ðær ðonne oþer mennisc borh sy. bete ðone borhbryce. swa him riht wisige. 7 ðone wedbryce. swa him his scrift scrife:·

I. *De juramentis et vadiis.*

INPRIMIS docemus, quod maxime neceſſarium eſt, ut quilibet homo juramentum ſuum et pactum ſuum caute obſervet. Si quis in contrarium hujus coactus ſit per errorem vel ad proditionem domini, vel ad aliqua injuſta auxilia, tunc rectius eſt hoc ementiri, quam implere. Si autem paciſcatur id, quod ei juſtum eſt praeſtandi, et illud tranſgrediatur, det humiliter arma ſua et poſſeſſionem ſuam amicis ſuis tenenda, et ſit quadraginta dies in carcere in regis urbe, ubi paſſurus, ſicuti epiſcopus ei impoſuerit, et cognati ejus nutriant ipſum, ſi ipſe victum non habeat; ſi cognatos non habeat, vel tunc cibum non habeat, regis praepoſitus eum nutriat. Si ad id cogi oporteat, et aliter nolit, ſi vinciatur, perdat arma ſua, et haereditatem ſuam. Si occidatur, jaceat inultus. Si aufugiat ante terminum, et apprehendatur, ſit quadraginta dies in carcere, ut ante debuerat. Si autem evaſerit, ſit exul, et excommunicatus ab omnibus Chriſti eccleſiis. Si tunc alterius hominis fidejuſſor ſit, emendet violatam fidem, ſicuti ei juſtum viſum erit, et pacti fractionem, ſicuti confeſſor ejus ei indicaverit.

II. Be cyricena socnum:·

Gif hwa ðæra mynstera hwelc for hwylcre scylde gesece. ðe ne cyninges feorme to belimpe. oþþe oþerne frione hyred ðe arwyrþe sy. age he ðreora nihta fyrst him to gebeorganne. butan he ðingian wille:· Gif hine mon on ðæm fyrste geyflige. mid slege. oþþe mid bende. oþþe ðurh wunde. gebete ðæra æghwylc mid rihte ðeodscipe ge mid were ge mid wite. 7 ðam hiwum hund twelftig scill. cyricfriþes to bote. 7 hæbbe his agen forfangen:·

II. *De refugiis ad templa.* LL. Sax. ca. ii.

Si quis ad eccleſiae manſionem pro qualicunque culpa confugerit, quae ad regis firmam, vel aliam liberam familiam honoratam non pertinet, habeat trium dierum terminum ſe ibi abſcondendi, niſi reconciliari voluerit. Si quis ipſum in hoc termino infirmaverit verberibus, vel vinculis, vel vulneribus, emendet quodlibet eorum ſecundum jus patriae, tam capitis aeſtimatione, quam poena; et eccleſiae miniſtris centum viginti ſolidos pro infractione pacis eccleſiaſticae compenſet, et bona ejus apprehendantur.

III. Be borhbryce:·

Gif hwa cyninges borha brece. gebete ðone tyhtlan swa him riht wisige. 7 ðæs borges bryce mid v. pundum mærra peninga:· Ærcebisceopes borges bryce. oþþe his mundbyrd. gebete mid ðrym pundum:· Oþres bisceopes oþþe aldormannes borges-

III. *De violatione vadimonii.* LL. Sax. c. iii.

Si quis fidejuſſionem regi factam violaverit, compenſet injuriam hanc, ſicut ei (regi ſc.) rectum videbitur, et violationem fidejuſſionis quinque libris bonae monetae. Violationem fidei archiepiſcopo factam, vel pacis violationem emendet (ille) iii. libris. Alterius epiſcopi vel

cillum, quo major hominum praeceptis (quae erat temporum illorum [illegible]) tribueretur [illegible] de [illegible] Dei ſcriptis aliquid detrahendum exiſtimarunt. Neque vero [illegible] in [illegible] Saxonico [illegible] exemplari reperitur.

Ut Nicaeno II. concilio nihil in ſcriptura diſſonum audiatur, Romana eccleſia praeceptum [illegible], e decalogo ſubtrahit; ſed ut denarius tamen refarciatur numerus, decimum [illegible] praeceptum, [illegible] "Non concupiſces domum proximi tui," locum teneat novenarium, et "Non deſiderabis [illegible]" decimum ſit praeceptum. Saxones igitur noſtri morem tenent Romanum in praetereundo ſecundum hoc apud nos praeceptum; ſed ut Romani contineri aſſerunt ſecundum apud nos praeceptum ſubter primo, ita nonum illi Romanorum contineri opinantur ſub eorundem decimo; ſcilicet, "Non concupiſces domum proximi tui," ſub eo, "Non deſiderabis uxorem vel res proximi tui:" ideoque [illegible] nonum etiam praetereuntes, *Enneadogum*, non *Decalogum* [illegible] [illegible] haberentur ſacrilegii, recurrunt ad omiſſionem primam, et repetitam eam denuo [illegible] in loco ſtatuunt, viz. Ne wyrc ðe gyldene godas. oþþe ſeolfrene; id eſt, "Deos aureos [illegible]." Sic Romanam obſervantes conſuetudinem, praetereunt hoc praeceptum in loco debito; [illegible] majeſtatis, re[illegible] denuum in loco decimo, mancum tamen, et de ſculptili nil [illegible] SPELM.

ſena-

ſenatoris fidem vel pacem violatam emendet ii. libris.

IV. *De pace eccleſiaſtica.* LL. Sax. ca. v.

Ordinamus etiam cuilibet eccleſiae ab epiſcopo conſecratae pacem hanc. Si quis facinoroſus (ad eam) currat, vel confugiat, ut nemo ipſum intra ſeptem dies inde extrahat. Si quis hoc fecerit, reus ſit violationis pacis regiae et eccleſiae (majoris criminis, ſi plures exinde rapuerit) ſi prae fame vivere poſſit, niſi ipſe viam vi aperuerit. Si aeditui magis opus habeant eccleſia ſua, cuſtodiant eum in alio domo, quae non habeat plura oſtia, quam eccleſia. Caveat eccleſiae illius ſenior, ut ei intra hoc ſpatium cibum non praebeat. Si quis capientibus eum arma ſua extradere vellet, cuſtodiant ipſum triginta dies, et illum cognatis ſuis offerant. Pax eccleſiae etiam eſt, ſi quis ad eccleſiam confugerit pro delicto, quod antea tamen patefactum non erat, et illud ibi in Dei nomine fateatur, dimidium (poenae) ei condonetur.

V. *De ſacrilegio.* LL. Sax. ca. vi.

Si quis in templo aliquid furetur, ſolvat valorem, et mulctam, quae ad valorem pertinere poteſt, et manus ei abſcindatur, quacum hoc commiſit. Si manum redimere velit, et hoc ei permittatur, ſolvat id quod ad capitis ejus aeſtimationem pertinet. Si quis furetur die dominico, vel feſto Nativitatis Chriſti, vel Paſchate, vel feſto Aſcenſionis Domini, vel diebus luſtrationis, volumus ut eodem modo duplum ſolvat, ac feſtis Quadrageſimae.

VI. *De ei qui monialem e templo eduxerit.* LL. Sax. ca. viii.

Si quis monialem e templo educit abſque venia regis vel epiſcopi, ſolvat centum viginti ſolidos; dimidium regi, dimidium epiſcopo, ac praepoſito templi, qui monialem habet. Si ipſa diutius vivat, quam ille, qui ipſam eduxit, nihil ea de haereditate ejus habeat. Si infantem procreaverit, non habeat plus de haereditate ipſius, quam mater ejus. Si infans illius occidatur, ſolvatur regi pars poenae, quae maternae cognationi debetur, patris parentibus pars detur altera.

VII. *De fornicatoribus.* LL. Sax. ca. x.

Si quis rem habeat cum duodecies centum [ſolidorum] hominis uxore, centum viginti ſolidos ſolvat pro aeſtimatione capitis. Sexcentum ſolidorum hominis centum ſolidis emendet. Coloni quadraginta ſolidis. Et hoc in viventi poſſeſſione pecunia componatur, et nullus homo propterea vendatur.

VIII. ———.

Si quis coloni uxoris mamillas attrectaverit, quinque ſolidis ei emendetur. Si proſternat eam, nec rem cum illa habeat, decem ſolidis emendet. Si rem cum illa habeat, ſexaginta ſolidis compenſet. Si alius vir cum ipſa prius coivit, dimidium hujus ſit emendatio. Si quis

brýce. oþþe mundbýrd. gebete mid tƿam pundum:·

IV. Be cýricena friþe:·

Eac ƿe settaþ æghƿýlcre cýricean ðe biſceop gehalgode ðis friþ:· Gif hi gefahman geýrne. oþþe geærne ꝥ hine seofan nihtum nan man ut ne teo:· Gif hit ðonne hƿa do. ðonne sý he scýldig cýninges mundbýrde. ⁊ ðære cýricean friþes. mare gif he ðær mare ofgefo. gif he for hungre libban mæge. buton he sylf ut feohte:· Gif hiƿan heora cýricean mare ðearfe hæbben. healde hine mon on oþrum ærne. ⁊ ꝥ næbbe ðonne ma dura ðonne seo cýrice:· Geƿite ðære cýricean ealdor. ꝥ him mon on ðæm fýrste mete ne sýlle:· Gif he sýlf his ƿæpna his gefan utræcan ƿille. gehealdan hi hine ðritig nihta. ⁊ hi hine his magum gebodie:· Eac cýricean friþ is. gif hƿýlce man cýricean gesece. for ðæra gýlta hƿýlcum ðæra ðe ær geýpped nære. ⁊ hine ðær on Godes naman geandette. sý hit healf forgýfen.

V. Be cýricena stale:·

Gif hƿa on cýricean hƿæt geþeofige. forgýlde ꝥ angýlde. ⁊ ꝥ ƿite sƿa to ðæm angýlde belýmpan ƿille. ⁊ slea mon ða hand of. ðe he hit mid gedýde:· Gif he ða hand lýsan ƿille. ⁊ him mon ꝥ geþafian ƿille. gýlde sƿa to his ƿere belimpe:· Se ðe stalaþ on sunnan niht. oþþe on Geol. oþþe on Eastron. oþþe on ðone halgan Ðunres dæge. ⁊ on gang dagas. ðara gehƿýlce ƿe ƿillaþ sý tƿibot. sƿa on Lenctenfæsten:·

VI. Be ðam ðe nunnan of minster ut alædaþ:·

Gif hƿa nunnan of mýnstre ut alæde. butan cýninges leafe. oþþe bisceopes. gesýlle hnndtƿentig scill. healf cýninge. healf bisceope. ⁊ ðære cýricean hlaforde ðe ða nunnan age:· Gif heo leng libbe ðonne se ðe heo ut læde. nage heo ýrfes aƿuht:· Gif heo bearn gestrýne. næbbe ꝥ ðæs ýrfes ðe mare ðe seo modor:· Gif man hire bearn ofslea. gýlde ðam cýninge ðæra medren mæga dæl. fædren mægum heora dæl mon agýfe:·

VII. Be forlegerum:·

Gif mon hæme mid tƿelfhindes mannes ƿife. hund tƿelftig scill. gebete ðæm ƿere:· Syxhýndum men. hund teontig scill. gebète:· Ceorliscum men feoƿertigum scill. gebete:· And ꝥ sý on cƿic æhtum feo godum ⁊ mon nænigne mon on ꝥ ne sýlle:·

VIII. ———.

Gif mon on ceorliscne fœmnan breost gefo. mid fif scill. hire gebete:· Gif he hi ofenƿeorpe. ⁊ mid ne gehæme. mid týn scill. gebete:· Gif he mid gehæme mid lx. scill. hit gebete:· Gif oþer man mid hire læge ær. sý be healfum ðæm ðonne seo bot:·

Gif hi man teo. geladige hi be sixtegum hidum. oþþe ðolige be healfre ðære bote:· Gif æþelborenran ƿifman ðis gelympe. ƿeaxe seo bot be ðæm ƿere:·

illum accuſet, excuſet hoc ſexaginta hydis, vel perdat dimidium emendationis. Si illuſtris familiae marito hoc accidat, emendatio pro capitis aeſtimatione creſcat.

IX. Be gefeohtum:·

Gif mon beforan ærcebisceope gefeohte. oþþe ƿæpne gebrede. mid fiftigum scill. ⁊ hund teontegum gebete:· Gif beforan oþrum bisceope. oþþe ealdorman ðis gelimpe. mid hund teontegum scill. gebete:·

IX. *De pugnis.* LL. Sax. ca. xv.

Si quis coram archiepiſcopo pugnet, vel arma ſtringat, centum quinquaginta ſolidis emendet. Si coram alio epiſcopo vel ſenatore hoc accidat, centum ſolidis emendet.

X. Be nunnena onfeng:·

Gif hƿa nunnan mid hæmed ðinge. oþþe on hire hrægl. oþþe on hire breost. butan hire leafe gefo. sy hit tƿybot sƿa ƿe ær be læƿedum men fundon:·

X. *De contrectatione monialis.* LL. Sax. c. xviii.

Si quis monialem fornicationis cauſa, vel veſtem ejus, vel ubera ejus, abſque ipſius licentia contrectaverit, duplum compenſet, ſicut antea de laicis injunximus.

XI Be ðam ðe munecum feoh befæstaþ:·

Gif mon oþres mannes munuc feoh befæste. buton ðæs munuces hlafordes leafe. ⁊ hit him losige. ðolige his se ðe hit ær ahte:·

XI. *De eo, qui monachis pecuniam concredit.* LL. Sax. ca. xx.

Si quis alterius monacho pecuniam concredat, abſque praepoſiti monaſterii venia, et eam ipſi amiſerit, nihil inde recipiat, qui eam prius poſſedit.

XII. Be preosta gefeohte:·

Gif preost oþerne man ofslea. ƿeorpe man to handa ealle ꝥ he mid him hames bohte. ⁊ hine bisceop unhadige. ðonne hine man of ðæm mynstre agyfe. buton se hlaford ðone ƿere forþingian ƿille:·

XII. *De ſacerdotum pugna.* LL. Sax. ca. xxi.

Si ſacerdos aliquem occidat, capiatur omne, quo manſionem ſibi emit, et epiſcopus ipſum ſacris ordinibus exuat, tunc ab eccleſia extradatur, niſi dominus capitis aeſtimatione veniam illi impetrare voluerit.

XIII. Be nydhæmed:·

Gif man ceorles mennen to nydhæmede geþreataþ. mid fif scill. gebete ðæm ceorle. ⁊ syxtig scill. to ƿite:· Gif ðeoƿ man ðeoƿne to nydhæmed genyde. gebete mid his eoƿende:· Gif man ungeƿintrede ƿifman to nydhæmede geþreatige. sy ꝥ sƿa ðæs geƿintredes mannes bot:·

XIII. *De ſtupro.* LL. Sax. ca. xxv.

Si quis coloni mancipium ad ſtuprum comminetur, quinque ſolidis colono emendet, et ſexaginta ſolidis mulctae loco. Si ſervus ſervam ad ſtuprum coegerit, compenſet hoc virga ſua virili. Si quis puellam tenerae aetatis ad illicitum concubitum comminetur, eodem modo puniatur, quo ille, qui adultae ſervae hoc fecerit.

XIV. Be Godborhgum:·

Gif hƿa oþerne Godborhges oncunne. ⁊ teon ƿille. ꝥ he hƿylcne ne gelæste ðara ðe he gesealde. agyfe ðone foreaþ on feoƿer cyricum ⁊ se oþer gif he hine treoƿian ƿille. innan tƿelf cyricum do he ꝥ:·

XIV. *De eo, qui de aliqua re Deo praeſtanda pro altero fidejuſſerit.* LL. Sax. ca. xxix.

Si quis fidejuſſionis Deo pro altero praeſtandae accuſatus fuerit, et compellare voluerit, quod aliquid eorum, quae ipſi debebat, non praeſtiterit; faciat tunc antejuramentum in quatuor eccleſiis, et ſi alter ipſum culpa eximere voluerit, in duodecim eccleſiis hoc faciat.

XV. Be gefeohte beforan ealdormen:·

Gif mon beforan cyninges ealdormen on gemote gefeohte. bete ƿer ⁊ ƿite sƿa hit riht sy. ⁊ beforan ðæm hund tƿelftig scill. ðæm ealdormen to ƿite:· Gif he folces gemote mid ƿæpnes bryde arære. ðæm ealdormen cxx. scill. to ƿite gesylle:· Gif ðisses hƿæt beforan cyninges ealdormannes gingran gelimpe oþþe cyninges preoste. ðritig scill. to ƿite:·

XV. *De pugna coram ſenatore.* LL. Sax. c. xxxiv.

Si quis coram regis ſenatore in concurſu plebis pugnet, compenſet capitis aeſtimationem et poenam, prouti juſtum eſt, et inprimis ſenatori cxx. ſolidos poenae loco. Si quis concurſum populi extractione armorum concitaverit, ſolvat ſenatori cxx. ſolidos poenae loco. Si hoc coram regii ſenatoris ſubſtituto, vel regis presbytero accidat, ſit poena xxx. ſolidi.

XVI. *De violatione pacis in urbe.* LL. Sax. ca. xxxvi.

Violatae pacis in urbe regia [compenſatio] ſit cxx. ſolidorum; in archiepiſcopali urbe violatio pacis nonaginta ſolidorum; alterius epiſcopi et ſenatoris lx. ſolidorum; hominis MCC. ſolidorum, triginta; ſexcentorum ſolidorum hominis, quindecim; coloni violatio ſepti, quinque ſolidorum. Si horum aliquid accidat, cum exercitus vagatur, vel tempore jejunii quadrageſimalis compenſatio ſit duplex. Si quis tempore Quadrageſimae velamen ſacrum coram populo abſque venia deponat, cxx. ſolidis compenſet.

XVI. Be buꞃhbꞃýce:·

Cýninʒeꞅ buꞃhbꞃýce biþ hunꝺ ꞇƿelꝼꞇiʒ ꞅcill. æꞃcebiꞅceopeꞅ buꞃhbꞃýce hunꝺniʒonꞇiʒ ꞅcill. oþꞃeꞅ biꞅceopeꞅ. ⁊ ealꝺoꞃmanneꞅ. ꞅýxꞇiʒ ꞅcýll. ꞇƿelꝼhýnꝺeꞅ manneꞅ. ðꞃiꞇꞇiʒ ꞅcýll. ꞅýxhýnꝺeꞅ manneꞅ. ꝼiꝼꞇýn ꞅcill. ceoꞃleꞅ eꝺoꞃbꞃýce. ꝼiꝼ ꞅcill:· Ᵹiꝼ ðiꞅꞅeꞅ hƿaꞇ ʒelimp ðonne ꝼýꞃꝺ uꞇ ꞅý. oþþe in lenʒꞇen ꝼæꞅꞇen. ꞅý hiꞇ ꞇƿýboꞇ:· Ᵹiꝼ mon on lenʒꞇen haliʒ ꞃýꝼꞇ on ꝼolce buꞇon leaꝼe aleçʒe. ʒebeꞇe miꝺ hunꝺ ꞇƿelꝼꞇiʒum ꞅcill:·

XVII. *De terra haereditaria.* LL. Sax. c. xxxvii.

Si quis terram haereditariam habeat, quam parentes ejus ipſi reliquerunt, tunc ſtatuimus, ut eam non vendat a cognatis haeredibus ſuis, ſi adſit ſcriptura vel teſtis, quod illi viro prohibitum ſit, qui eam ab initio acquiſivit, et illi, qui eam vendidit, ut ita facere nequeat; et hoc tunc in regis vel in epiſcopi teſtimonio recitetur coram cognatis ſuis.

XVII. Be boclanꝺe:·

Se mon ꞅe ðe boclanꝺe hæbbe. ⁊ him hiꞅ maʒaꞅ læꝼꝺen. ðonne ꞅeꞇꞇon ƿe ꝥ he hiꞇ ne moꞅꞇe ꞅýllan oꝼ hiꞅ mæʒebuꞃʒe. ʒiꝼ ðæꞃ biþ ʒeƿꞃiꞇ. oþþe ʒeƿiꞇnýꞅꞅe. ꝥ hiꞇ ðæꞃa manna ꝼoꞃboꝺ ƿæꞃe ðe hiꞇ on ꝼꞃuman ʒeꞅꞇꞃinꝺon. ⁊ ðaꞃa ðe hiꞇ him ꞅealꝺon. ꝥ he ꞅƿa ne moꞇe. ⁊ ꝥ ðonne on cýninʒeꞅ. ʒe on biꞅceopeꞅ ʒeƿiꞇnýꞅꞅe ʒeꞃecce beꝼoꞃan hiꞅ maʒum:·

XVIII. *De ſolennitate diei feſti.* LL. Sax. ca. xxxix.

Omnibus ingenuis hominibus dies hi ſint remiſſi, exceptis ſervis et operariis. Duodecim dies in natali Domini, et dies ille, in quo Chriſtus diabolum ſuperavit, et ſancti Gregorii dies memorialis, et ſeptem dies ante Paſcha, et ſeptem poſt, et unus dies in feſto S. Petri et S. Pauli, et in autumno plena ſeptimana ante feſtum B. Mariae, et unus dies ante celebrationem Omnium Sanctorum, et quatuor dies Mercurii in quatuor ſeptimanis jejunialibus, omnibus hominibus ſunt remiſſi, pro beneplacito cujuſlibet; illi, qui aliquid in Dei nomine bene fecerit, vel illi, qui cum aliquo ſuo opere [aliquid] promereri poterit. *

XVIII. Be mæꞅꞅe ꝺæʒe ꝼꞃeolꞅe:·

Eallum ꝼꞃeoum mannum ðæꞅ ꝺaʒaꞅ ꞅýn ꝼoꞃʒýꝼenne. buꞇan ðeoƿum mannum. ⁊ eꞅne ƿýꞃhꞇum:· Tƿelꝼ ꝺaʒaꞅ on Ᵹehhol. ⁊ ðone ꝺæʒ ðe Cꞃiꞅꞇ ðone ꝺeoꝼol oꝼeꞃꞅƿiþꝺe. ⁊ ꞅeinꞇuꞅ Ᵹꞃeʒoꞃiuꞅ ʒemýnꝺe ꝺæʒ. ⁊ vii. ꝺaʒaꞅ ꞇo Eaꞅꞇꞃon. ⁊ vii. oꝼeꞃ. ⁊ an ꝺæʒ ꞇo ꞅeinꞇ Peꞇꞃeꞅ ꞇiꝺe. ⁊ ꞅeinꞇ Pauleꞅ. ⁊ on hæꞃꝼeꞅꞇe ða ꝼullan ƿucan æꞃ ꞅeinꞇam Maꞃian mæꞅꞅan. ⁊ æꞇ ealꞃa haliʒꞃa ƿeoꞃþunʒe anne ꝺæʒe:· Anꝺ ꝼeoƿeꞃ Ƿoꝺneꞅꝺaʒaꞅ on ꝼeoƿeꞃ ýmbꞃen ƿucum. mannum eallum ꞅýnꝺ ꝼoꞃʒýꝼen. ðam ðe him leoꝼoꞅꞇ ꞅý ꞇo ꞅýllanne. æʒhƿæꞇ ðæꞅ ðe him æniʒ man ꝼoꞃ Ᵹoꝺeꞅ naman ʒeꞅýlle. oþþe hi on æniʒum heoꞃa hƿilꞅꞇýccum. ʒeæꞃnian maʒen:·

* Inſignem hunc regem Saxones paſſim, et ipſus ſemet, Aelfredum nominant; nonnulli Alfredum et Alfridum; recentiores (litera *f* in *v* conſonantem verſa) Alvredum. Filius erat ſaepius nominati regis Aethelwulphi pientiſſimi; natu certe minimus, e virtute autem et rebus geſtis, Magnus ab auctoribus appellatus. Puerum adhuc a patre Romam delegatum, Leo papa IV. prophetico velut ductus ſpiritu, in Anglorum futurum aliquando regem unxit, dum tres ſui fratres omnes, qui paterno prius fruebantur diademate, ſuperſtites floruere et incolumes. Regnare coepit anno Chriſti DCCCLXXII. deſiit anno DCCCCI. cum annos 28 vel 29 regiminis tenuiſſet gubernaculum, multas interea utriuſque fortunae expertus viciſſitudines.

Qua igitur tempeſtate leges has condiderit, haud certo comperi. Sub primo regni ſui ſeptennio, ſic a Danis procelloſi inſtar turbinis quotidie irruentibus, preſſus et oppreſſus eſt, ut victoriam licet ſaepius reportaret, ſecedere tamen in ſolitudinem eſt coactus, et bubulci demum tigurio aliquantiſper latitare. Nulla jam de condendis legibus cogitatio, rege ſine regno, principe ſine populo exiſtente. Superata vero ipſius tandem fortunae moroſitate, triumphatiſque hoſtibus, ad regni et religionis reſtaurationem, profligataſque leges reducendas, adhibuit animum. Fuit hoc (recte ſi Wigornius) anno Domini DCCCLXXXVII. vel non multum poſtea. In eo enim (inquit ille) ſaepe memoratus Alfredus, Anglo-Saxonum rex, divino inſtinctu, legem et interpretari ſimul uno eodemque tempore primitus inchoavit, in ſancta videlicet beati Martini, Turonenſis epiſcopi, ſolennitate. Locum ex Aſſero verbatim tranſcripſit, ſed mendoſe *legem* pro *legere*; nam et iterum mox Aſſerus: Legere (inquit) et in Saxonica lingua interpretari ſtuduit. Paulo etiam inferius: Sacrae (ait) rudimenta ſcripturae divinitus inſtinctus praeſumpſit incipere in venerabili Martini ſolennitate, quos floſculos undecunque collectos, etc. in libellum redigebat. Sic Aſſerus: et licet aliter quam Wigornius, e collectis tamen his floſculis compoſuiſſe videtur Alvredus apparatum ad leges ſuas; ſed quam propere non definio. Haec SPELM.

Johannis

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti
JOHANNES VIII 5.	ATHELRED 6	877.

Johannis VIII. *Romani pontificis ad Athelredum, Cantuarienſem archiepiſcopum, epiſtola.* Ex MS. Uſſer. ad h. l.

REVERENDISSIMO et ſanctiſſimo confratri noſtro Ederedo, archiepiſcopo gentis Anglorum. Veſtris relectis apicibus, quanta verae dilectionis et ſinceritatis fides, qua Chriſtum Deum veſtrum proximumque diligitis, in vobis conſiſtat, et pia devotione circa ſedem apoſtolicam ferveat, evidenti duntaxat intellectu perſpicimus; cum more anteceſſorum veſtrorum, et cauſas veſtrae eccleſiae neceſſarias noſtro praeſulatui, quaſi ſuo doctori, referre, et a ſede apoſtolica ſuper quibuſdam ſuis, quas patitur, adverſitatibus conſultum, et auctoritatis munimen accipere quaeſiſtis, in qua Deus omnipotens totius eccleſiae poſuit fundamentum. Et quia dura quaedam in praeſentis ſeculi vita, quae vere "[a] tentatio eſt ſuper terram", poſiti, quotidie ſuſtinetis; non ſolum flemus noſtra, quae ſimiliter patimur, ſed condolemus, et vobis talia (proh dolor) patientibus; quoniam omni jam [b] "mundo in maligno poſito", multis ubique adverſariis adverſus Chriſti famulos exiſtentibus, quanto majores et ſupra modum crebriores tentationes quotidie imminuerint circa nos, tanto Chriſti freti ſolatio valentiores eſſe debemus, noſtra ſacra narrante ſerie: [c] "Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam promiſit Deus diligentibus ſe": ipſeque Deus benedictus in ſecula, [d] "qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus" (dicente apoſtolo) "ſed faciet cum tentatione proventum, ut poſſimus ſuſtinere". Nos tamen pro inſtantis temporis neceſſitate hortamur et monemus fraternitatem veſtram, ut omni ſeculi timore poſtpoſito, ſicut idoneus Dei miniſter "[e] opponas te murum pro domo Domini", et zelo ipſius accenſus, non ſolum regioni, ſed omnibus in ea perverſe aliquid agere volentibus, ſtrenue reſiſtere non praetermittas; "[f] honorificans miniſterium tuum", quamdiu divina ſineris voluntate ſummo ſacerdotio fungi, populumque Domini tibi commiſſum ſanctae doctrinae pabulo paſcere, ſacerdotes ſcilicet et eccleſiaſticos viros ac foeminas, necnon viduas et ſanctimoniales, juxta ordinem ſuum, pro viribus regere, tuerique, ut paſtor idoneus coram Domino appareas, prompta mente procures, quoniam nos apoſtolicis [illegible] apicibus admonere exhortarique curavimus regem veſtrum, ut tibi pro Jeſu Chriſti Domini noſtri amore in omnibus, quae ſanctae eccleſiae tibi commiſſae utilia ſunt, obediens et adjutor devotus (ſicut anteceſſores ejus piiſſimi reges Anglorum, narrante hiſtoria, fuiſſe recolimus) exiſtere non praetermittat; ſi et regnum ſibi temporaliter conceſſum voluerit retinere ſecurum, et vitam poſtmodum regni percipere ſempiterni. His autem, qui uxores illicite proprias contra praeceptum Domini relinquere, praecipimus, neque virum ab uxore, neque uxorem a viro, niſi cauſa fornicationis, diſcedere; quod ſi ob hoc diſceſſerit, manere innuptum, vel innuptam, aut ſibi mutuo reconciliari, dicente Domino: [g] "Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet": et ideo, cum priorem legitimo ſibi matrimonio junctam quiſquam deſerere nequeat, nulla ratione illi prorſus conceditur aliam, vivente priore, conducere; quod ſi fecerit, et non emendare ſub ſatisfactione ſtuduerit, ab eccleſiae conſortio maneat ſeparatus. Sed neque de propria cognatione ſecundum ſancti praeceſſoris veſtri Gregorii, doctoris gentis veſtrae decretale ſtatutum, cuiquam ducere permittas. Nos namque ſedis tuae privilegium (quam vice beati Auguſtini a ſancto Gregorio pro multorum ſalute et converſione illuc directi regis) illibatum tibi volumus proculdubio conſervare, et ut ab omnibus ordinibus, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, cuſtodiatur in perpetuum (ſecundum ipſius ſancti praeceſſoris noſtri Gregorii [ſtatutum] cujus ſapientiae radius eccleſiam Chriſti per orbem diffuſam irradiat) ſancimus atque praecipimus. Et quicquid adverſi a quocunque homine de parte tua nobis fuerit relatum, ante veram cognitionem nullatenus credimus. Quin potius etiam regem veſtrum admonuimus, ut dignum honorem tibi pro amore Jeſu Chriſti Domini noſtri impendat, et omnia privilegii tui jura perpetua ſtabilitate et conſervare, ac indiminuta cuſtodire procuret; ſi gratiam et benedictionem ſedis apoſtolicae (ſicut anteceſſores ejus bene faciendo habere meruerunt) pari modo voluerit iſte habere. Data menſe Novemb. indictione xi.

[a] Job. vii. 1. juxta LXX. [b] 1 Johan. v. 19. [c] Jacob. i. 12. [d] 1 Cor. x. 13. [e] Ezech. xiii. 5. [f] Rom. xi. 13.
[g] Matth. xix. 6.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
STEPHAN. VI. 3.	ATHELRED. 16.	887.	AELFRED. M. 16.

Synodus Landavenſis * *ſub Gurvan* X. *Landaviae epiſcopo. In qua Teudur, rex Brechemaniae, ob homicidium et perjurium excommunicatur.* Ex vet. MS. Landav. eccleſiae, citante Spelmanno.

REGES Teudur filius Rein, et Elgiſtil filius Auguſt, reges Brechemauc juraverunt ſuper altare S. Dubricii per ſancta ſanctorum, antepoſitis ſacris voluminibus et reliquiis, quod nullus alteri inſidiaſſet, et quod firmam pacem inter ſe tenerent ſine dolo; et praeſente Guruanno epiſcopo, cum clericis ſuis, et tali pacto inſuper, quod ſi unus alteri dolum faceret, totam ſuam haereditatem quietam clamaret, et iret in peregrinationem, viduato regno ſuo, et manſurus ſemper exilio. Poſt haec diabolus, qui patrem noſtrum Adam primum parentem noſtrum ſubdola admonitione ſua projecit de paradiſo, id eſt, de ſede deliciarum cum pace quieta; ille idem fecit fraude ſua, quod Teudur rex rupta pace occidit Elgiſt filium Auguſt, utrumque faciens homicidium ſimul et perjurium.

Quo facto audito, epiſcopus Guruan ſimul cum clero ſuo, homicidam ſimul et perjurum excommunicavit, denudando altaria Dei, et proſternendo cruces ad terram, ſimul et reliquias ſanctorum, et ablata ſibi tota communione chriſtiana. Poſthaec videns rex Teudur pati non poſſe maledictionem et juſtitiae rigorem, quaeſivit veniam compuncto corde cum effuſis lachrymis, et impoſito ſibi jugo poenitentiae ad modum qualitatis et quantitatis. Et ne terra ſua diſpoliata fieret, carens principe, concilio fratrum totius parochiae, illum fecit remanere in regno, emendaturum in omnibus ſuum ſcelus eleemoſyna, et oratione, et jejunio. Rex Teudur inprimis offert Deo, data ſibi tanta remiſſione, et S. Dubricio et Guruanno praeſenti, et ſuis omnibus ſucceſſoribus in eccleſia Landaviae, et SS. Dubricii et Teliavi, Lan Michael treſcerian cum ſua tota terra, et cum omni ſua libertate, et tota communione in campo et in ſylvis, in aqua et in paſcuis, ſine ullo cenſu homini terreno, niſi eccleſiae Landaviae et paſtoribus ejus. De clericis teſtes ſunt Guruan epiſcopus, Eluid, Cuan, Concu. De laicis Teudur rex, Conurit, filius Concolen, Petran, Eluiu, Bacuc. Quicunque cuſtodierit, benedicetur; qui autem ab eccleſia Landaviae ſeparaverit, anathema ſit. Finis illius eſt de via magna, quae eſt ab auſtro per ſpineum rubum inde uſque ad rivulum Tanguel, qui eſt ab aquilone, etc.

Synodus Landavenſis ſub Berthguino XIV. *ibidem epiſcopo. In qua Clotri regem cauſa homicidii et perjurii excommunicat, etc.* Ibidem.

REGES Clotri et Lundguallaun, antepoſitis evangeliis ſacris et reliquiis ſuper altare Garthbenni, coram epiſcopo Berthguino, ſimul cum clero juraverunt, ut ſimul inter ſe firmam pacem tenerent, ſine dolo et damno in omnibus. Et tali pacto quiſquis illorum rumperet, totum regnum ſuum quietum clamaret, pergens in peregrinationem uſque ad finem [vitae] in exilio, nec poſſet redimere ſe, neque regnum auro nec argento. Poſt intervallum occidit rex Clotri, rupta pace ſua, Juguallaun, utrumque faciens homicidium et perjurium fraude ſubdola.

Audito tam grandi facinore, et violata pace, ſurrexit epiſcopus, et fecit convenire ad ſacram ſynodum Landaviae omnes clericos totius parochiae ab oſtio Taratyr ſuper Gui uſque ad ripam Tivi, et plena ſynodo excommunicavit regem cum ſua progenie ſimul et regnum; denudando altaria Dei, et deponendo cruces ad terram, et dimiſit patriam ſine baptiſmo et communione. Poſthaec rex non potuit pati tantam excommunicationem, quaeſivit veniam cum magna devotione, et advocavit epiſcopum Berthguinum cum tribus abbatibus ſuis; Sulgen, abbate Carbani vallis, Saturn, abbate Docunni, Gurhaval, abbate Ilduti, ut venirent obviam ad eccleſiam Gartbenni, ut ſicut eam violaverat et ejus refugium, faciens homicidium et perjurium, ex alia parte faceret, et eam emendatam, ſufferens divinum judicium cum emendatione, tam cor-

* In hoc ſynodorum apud Anglo-Saxones deliquio occurrent inter Cambro-Britannos conciliabula plurima ſive ſynodi ſub Landavenſibus epiſcopis; quae ex lege inſtituti noſtri, et hiſtoriae debita ſinceritate, non praeteream. De annis vero, quibus habita ſunt, aut quibus referenda, nulla illic mentio; et (propter regulorum et antiſtitum, qui in eiſdem nominantur, obſcuritatem) ne a myſtis ſane illius patriae hactenus potui explorare. Fortuito autem apud Aſſerum Menevenſem in locum incidi, ubi reguli illi pene omnes ſub Aluredi aevo, plerumque et imperio, floruiſſe deprehenduntur, eidemque fuiſſe ſubditi; et hoc igitur loco reponenda duximus conciliabula illa ſive ſynodos, velut ſub Aluredi habita tempeſtate. Audi Menevenſem: "Illo (inquit de geſtis Aelfredi) tempore (ſcil. circa an. Dom. DCCCLXXXVII.) et multo ante, omnes regiones dextralis Britanniae partis ad Aelfred regem pertinebant, et adhuc pertinent; Hemeid ſcil. cum omnibus habitatoribus Demeticae regionis; et ſex filiorum Rotri [forte Clotri, in MS. Landavenſ.] vi compulſus regali ſe ſubdiderat imperio. Hovil quoque filius Ris, rex Gleguiſing, et Brochmail atque Fernail, filii Mouric, reges Guent, vi et tyrannide Eadred comitis et Merciorum compulſi, ſuapte eundem expetivere regem, ut dominium et defenſionem ab eo pro inimicis ſuis haberent. Heliſed quoque filius Teudyr, rex Brechoniae, eorundem filiorum Rotri vi coactus, dominium regis praefati ſuapte requiſivit. Anaraut quoque filius Rotri cum ſuis fratribus," etc. Satrapas et toparchas Walliae clariores reges vocat. Haec SPELM. Huic et ſeptem ſequentibus ſynodis Landavenſibus annos aſſignare non potuimus, ideo eo, quo Spelmannus ordine illas recenſuit, hic ſubjungimus, addentes ultimam a Spelm. omiſſam. Civeilliaucum xxii. Landaviae epiſcopum inter annos DCCCLXXII. et DCCCLXXXI. conſecratum fuiſſe, et ſucceſſorem ipſius Libiavum ab A. C. DCCCCXXVI. ad DCCCCXXIX. epiſcopatum Landavenſem tenuiſſe conſtat. Aetatem deceſſorum Civeilleauci neſcimus.

pore, quam anima, cum jejunio, et oratione, et eleemoſyna. Qui poſtquam venerunt ad eccleſiam Gartbenni, judicaverunt illum tranſgreſſorem mandatorum Dei, ut, quod promiſerat jurando, et ſimul voverat ſacramento, faceret ſine aliquo obſtaculo; et obtemperans Deo, et mandatis Dei et epiſcopi, reliquit patriam, et ivit in peregrinationem. Et poſt multum temporis rediit ad patriam ſuam, et quaeſivit veniam apud epiſcopum per Morcant regem interceſſorem ſuum; et audita ejus prece, dimiſit eum in patriam emendaturum ſe in omnibus, et facturum condignam juſtitiam. Et accepto ſibi jugo poenitentiae in omnibus, immolavit Deo et ſanctis Dubricio, Teliavo, Oudoceo, et Berthguino epiſcopo, et omnibus ſibi ſuccedentibus in eccleſia Landaviae, agrum Helic cum tribus unciis agri, et agrum Tencu cum duabus unciis agri, cum omni libertate ſua et tota communione pervia incolis in campo et in ſylvis, in aqua et in paſcuis. De clericis teſtes Berthguinus epiſcopus cum tribus abbatibus ſuis praedictis. De laicis Clotri, Morcant, Jaco, Guednerth, &c. Qui cuſtodierit, cuſtodiat eum Deus; qui haec ab eccleſia Landaviae ſeparaverit, anathema ſit. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
STEPHAN. VI. 3.	ATHELRED. 16.	[illegible]	ALFRED M. 10

Synodus alia Landavenſis ſub Berthguino XIV. *ibidem epiſcopo. In qua Gurcan ob inceſtum cum noverca ſua excommunicatur,* &c. Ex vet. MS. Land. eccl. citan. Spelm.

POST obitum Guinan, tenuit Gurcan regionem patris ſui, ſimul et novercam inceſtuoſe, propter quam excommunicatus eſt ab Berthguino epiſcopo, et a plena ſynodo congregata in unum Landaviae ab oſtio Taratyr uſque ad oſtium Tyvi, et facta excommunicatione, et depoſitis crucibus ad terram cum ſanctis reliquiis, et verſis cymbalis, requiſivit veniam et reſolutionem, dimiſſa noverca cum ſatisfactione, per regem Judhailum interceſſorem ſuum. Et data ei venia cum emendatione vitae, jejunio, et oratione, et eleemoſyna, dedit terram Machinis agrum ſex modiorum Deo et Petro apoſtolo, et SS. Dubricio, Teliauo, et Oudoceo, et epiſcopo Berthguino, et omnibus ſucceſſoribus ſuis in eccleſia Landaviae in perpetuo, cum tota ſua libertate, et omni communione, in campo et in aquis, in ſylva et in paſcuis; et ita quod ipſe juravit nunquam retracturus hanc eleemoſynam, et ita ſuper altare S. Petri, et SS. Dubricii, Teliaui, Oudocei Landaviae, et facta ſibi excommunicatione quicunque de linea ſua, aut de alia origine ab eccleſia Landaviae ſeparaverit. Et recepit uxorem propriam filiam Elfin. De clericis teſtes ſunt Berthguinus epiſcopus, &c. De laicis Judhail rex, Gurcan, Gabran, Elfin, Elguarui. Quicunque cuſtodierit, cuſtodiat illum Deus; qui haec ab eccleſia Landaviae ſeparaverit, anathema ſit. Amen.

Synodus Landavenſis ſub Cerenhiro XVIII. *ibidem epiſcopo. In qua Hovel rex Gleviſſicg homicidii et perjurii cauſa excommunicatur,* &c. Ibidem.

COGNITUM ſit omnibus chriſtianis regibus et principibus, et catholicis viris utriuſque ordinis, clericalis, quam laicalis, in dextra parte Britanniae maxime habitantibus, quod Gallun, filius Cidrich, motus ira et furore, ſurrexit contra dominum ſuum, elevato ſuo capite, Hovel viz. regem Gleviſſicg, filium Ris, rupta ſua pace, et voluit ei auferre terram Lan Tivei vi ſua et fortitudine. Et audita lite et contentione inter regem et principem per totam regionem, hortatus eſt Cerenhir, epiſcopus Landaviae, eos concordari facta pace. Et ei obtemperantes, audita pace, venerunt ad Landaviam cum magno milite, et ſuper altare SS. Dubricii, Teliaui, et Oudocei, antepoſitis ſacris evangeliis, juraverunt pacem amplius ſine aliqua fraude et inſidiis, praeſentibus tribus abbatibus, Eliſael, abbate Catoci, Eliſeo, abbate Ilduti, ... abbate Docunni, Ciuaret lectore, Guerngern, Ruid, Eſne, Paſcen: praeſentibus laicis Mor, Morchitir, Judeant, Embreſel.

Poſthaec rex Houel, rupta ſua pace, faciens utrumque homicidium ſimul et perjurium, occidit Gallcum per dolum. Et occiſo eo, congregavit epiſcopus totam ſynodum apud Landaviam, congregatis in unum clericis totius parochiae ab oſtio Taratyr in Guy uſque ad oſtium Tyvi, omnibus et una voce depoſitis crucibus ad terram, et verſis cymbalis ſimul cum reliquiis ſanctorum ablatis altari, et projectis in terram, excommunicavit regem, auferens ei totam chriſtianam communionem: et in eadem excommunicatione manſit fere per annum integrum.

Poſthaec rex non ſuſtinens tantam excommunicationem, meritis ſuis exigentibus, quaeſivit veniam apud Landaviam, nudis pedibus cum effuſis lachrymis, et data venia ei cum juncta poenitentia publica, homicidii ſimul et adulterii conſilio patruelis ſui Mourici promittens emendationem tam animae, quam corporis amplius in jejunio, et oratione, et eleemoſyna, largitus eſt Deo et SS. Dubricio, Teliauo, et Oudoceo, et in manu Cerenhir epiſcopi, et omnibus epiſcopis Landaviae in perpetuo, coram praedictis et atteſtantibus illis omnibus Merthir Buceil et Merthir Miuor cum 4. modiis terrae circa ſe et ſemimodium Tircollou cum ſua tota libertate ſine ullo cenſu ulli homini terreno, niſi eccleſiae Landaviae et paſtoribus ejus, et tota communione in campo et in ſylvis, in aqua et in paſcuis. Quicunque cuſtodierit, benedictus ſit; quicunque violaverit, maledictus ſit. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
STEPHAN. VI. 3.	ATHELRED. 16.	887.	ALFRED. M. 16.

Synodus alia Landavenſis ſub Cerenhiro XVIII. *ibidem epiſcopo. In qua Ili fil. Conbli homicidii et perjurii cauſa excommunicatur, &c.* Ibidem.

REGNANTE Mourico rege Gleviſſicg, filio Judhail, convenerunt Ili filius Conbli ſimul et Camauc ad monaſterium Landaviae, et praeſente Cerenhiro epiſcopo cum ſuo clero, firmaverunt pacem ſuam, deleta et oblita veterana inimicitia: jurantes ambo ſuper altare Petri apoſtoli et SS. Dubricii, Teliaui, Oudocei, antepoſitis ſacris evangeliis, et ſanctorum reliquiis. Poſt intervallum, ille qui ſtabat praeſentia Dei cum gaudio in caeleſti paradiſo, et per ſemetipſum praeſumendo, dicens: "Ponam ſedem meam in aquilone, et ero ſimilis altiſſimo:" et cadens invidiae livore et ſuperbiae, traxit ſecum de ſummo throno partem ad barathrum de conſentientibus ſibi immundis ſpiritibus, partem miſit in aere: et qui Adam, protoparentem noſtrum factum verbo Dei aeternum, et ſanctum, et poſitum in ſede deliciarum cum ſumma felicitate et gaudio, decepit fraude ſua ſubdola, et projectum de paradiſo cum uxore, egentem et triſtem, amiſſo ſuo gaudio; ille idem antiquus hoſtis, ſtimulo invidiae ſuae adhuc remanente et in prole, fecit praedictis diſcordari rupta pace ſua in tantum, quod Ili, membrum antichriſti, occidit Camauc inſidioſe, utrumque faciens homicidium ſimul et perjurium.

Poſthaec, audita fama nequitiae et impietatis per totum regnum, epiſcopus Cerenhir adunavit totum clerum totius parochiae infra Taratir ſuper ripam Guy et oſtium Tivi, apud Landaviam, et conſilio totius ſynodi abſtulit praedicto Ili homicidae et perjuro, depoſitis crucibus ad terram, ſimul et reliquiis ſanctorum cum cymbalis, totam chriſtianorum communionem, et participationem, et ita per aliquantulum temporis remanſit excommunicatus; et vi et rigore juſtitiae compulſus, non valens amplius ſuſtinere ſarcinam nequitiae et facinoris, requiſivit veniam effuſis lachrymis cum nudis pedibus, apud epiſcopum Cerenhir et in Landavia. Et data ſibi venia poenitentiae, ad modum utriuſque culpae homicidii et adulterii, ſimul et excommunicationis, ſtans in medio eccleſiae, promiſit emendaturum ſe in omnibus jejunio, et oratione, et eleemoſyna; et verbo Mourici regis et conſenſu, largitus eſt Deo pro ſalute animae ſuae, et SS. Dubricio, Teliauo, et Oudoceo, et in manu Cerenhir epiſcopi et omnibus epiſcopis Landaviae in perpetuo, villam Gulip'e minorem cum ſua tota libertate, et omni communione, in campo et in ſilvis, in aqua et in paſcuis. De clericis teſtes ſunt Cerenhir epiſcopus, Cliſael abbas Catoci, Eliſed abbas Ilduti, ... abbas Docunni etc. De laicis, Mouric, Ilic, Alexander, Ili filius, etc. Quicunque cuſtodierit, cuſtodiat illum Deus; qui hoc ab eccleſia Landaviae ſeparaverit, anathema ſit.

Synodus Landavenſis ſub Gulfrido XX. *ibidem epiſcopo, ob violatum eccleſiae patrimonium habita.* Ibidem.

LOUMARCH filius Catguocaun depraedatus eſt Aperguenfrut, et cepit Elcolf filium Cinhor, cum omnibus rebus ſuis ſupellectilibus et beſtiis domeſticis et campeſtribus. Et facta illa iniquitate cum nimia ira et fervore in territorio SS. Dubricii, Teliavi, Oudocei, et refugio; mandavit epiſcopus Gulfrid clericos eccleſiaſtici ordinis de omni parochia infra oſtium Taratir ſuper ripam Gui et ripam Tivi apud Lannoudocui. Et audita congregatione, ſimul et adunata pro tanta tranſgreſſione, Loumarch requiſivit veniam, inclinans ſe ad terram flexis genibus, et effuſis lachrymis, coram epiſcopo et coram antepoſitis ſacris reliquiis, crucibus et cymbalis, offerens ſe paſſurum et accepturum recognoſcendo delictum, canonicam ſententiam et judicium.

Inito conſilio cum ſynodo, et cum quibuſdam parochiae optimis viris laicalis ordinis, et catholicae fidei, condonavit ei epiſcopus, redditis ſibi et ſuis, omnibus rebus ſuae vaſtationis, data ſibi remiſſione, et juncta poenitentia [ad] modum culpae; et poſt datam veniam Loumarch largitus eſt in eleemoſyna villam Treficarn Pont cum tribus modiis terrae Deo et SS. Dubricio, Teliavo et Oudoceo in manu Gulfridi epiſcopi, et omnibus epiſcopis Landaviae in perpetuo, cum tota ſua libertate, et cum omni communione in campo et in ſylvis, in aqua et paſcuis, verbo et conſenſu Catell regis Guenti filii Arthmail. De clericis teſtes ſunt Gulfridus epiſcopus, Duun ſacerdos, Diuungual Laun abbas Lan Enniaun, id eſt, Lan Oudocui, Diſſaith lector, Aircoit doctor, etc. De laicis Catell rex, etc. Quicunque cuſtodierit, etc.

Synodus

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.
Stephan. VI. 3.	Athelred. 16.	[illegible]	Aelfred. M. 16.

Synodus Landavenſis ſub Civeillianco XXII. *Landaviae epiſcopo, adverſus* [illegible] *regem congregata.* Ibidem.

Sciendum eſt, quod diſcordia facta eſt inter utramque familiam Civeilliauc epiſcopi, et Brochuail filii Mouric apud Landaviam, et facta injuria et incoepta a familia Brochuailli, motus eſt epiſcopus, et congregavit omnes clericos uſque ad inferiores gradus, miſſis legatis per totam parochiam infra oſtium Taratir in Gui uſque ad oſtium Tivi. Et adunatis illis, voluit Brochuaillum et totam familiam ſuam ſibi forisfactam, et Deo exoſam, propter ſuam nequitiam et injuriam excommunicare coram omni populo in plena ſynodo.

Et audiens Brochuail tantam ſummonitionem ſuper ſe, quaeſivit veniam et indulgentiam apud Landaviam; nec aliter habere potuit, niſi ſufferret canonicum judicium. Et diſcuſſo judicio, judicatum eſt epiſcopo pretium faciei ſuae longitudine et latitudine in puro auro, cum emendatione facienda familiae ſuae ad condignum honorem ſuum, et nobilitatem parentelae ſuae. Et rex Brochuail judicium ſufferre non potuit, et alio modo aurum redemit, largiendo Deo et ſanctis Dubricio, Teliauo, et Oudoceo, et in manu Civeilliauc epiſcopi villam Tref Peren cum 6 modiis terrae, etc.

Synodus alia Landavenſis ſub eodem Civeilliauc. In qua controverſia inter [illegible] *Brochvail et ipſum dirimitur.* Ibidem.

Posthaec facta eſt contentio de eccleſia illa, et ejus territorio, inter Brochvail et epiſcopum Civeilliauc, congregatis omnibus clericis et omnibus ſapientibus, qui erant a Tivi uſque Guy, ut judicarent inter epiſcopum et Brochvail: et vero judicio clericorum totius ſynodi eccleſia praedicta, cum tota tellure dirationata eſt epiſcopo Civeilliauc et eccleſiae Landaviae in perpetuo *.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Sax.
Sergii III. 2.	Plegmundi 1[illegible]	9[illegible]	[illegible]

Synodus a rege Edwardo ſen. congregata ‡. Ex Malmeſb. in vita Edwardi l. 2. c. 5. et MS. regiſt. Cantuar. A. fol. 3. b.

Sed ut ad noſtrum (inquit Malmeſburius) Edwardum revertar, quid ejus tempore de renovandis epiſcopatibus a papa Formoſo † praeceptum ſit, jocundum puto memoratu; itaque verbis eiſdem, quibus inveni ſcripta, interſeram.

Anno, quo a nativitate Domini tranſacti ſunt anni nongenti quatuor, miſit papa Formoſus in Angliam epiſtolas, quibus dabat excommunicationem, et maledictionem regi Edwardo, et omnibus ſubjectis ejus, pro benedictione, quam dederat beatus Gregorius genti Anglorum a ſede ſancti Petri. Nam per ſeptem annos plenos deſtituta fuerat epiſcopis omnis regio Geviſſorum, id eſt, Weſt Saxonum. Quo [illegible] congregavit rex Edwardus ſynodum ſenatorum gentis Anglorum, cui praeſidebat Pleimundus archiepi-

* Omnes has Landavenſes ſynodos, et quas ſuperius [illegible] et quas inferius dabimus uſque ad noviſſima pene tempora Herewaldi, epiſcopi Landavenſis, qui obiit ann. Dom. MCIII. in ſplendidum concinnavit manuſcriptum codicem [illegible] ſeculo, vel inferius) floruit. Omnes tamen quas exhibuit ſynodos, etiam antiquiſſimas (40 pene annos ante rituum Romanorum aſſertorem Auguſtinum) pro more ſuiipſius ſeculi excommunicationes, interdicta, et anathemata promulgaſſe ſomniat; depoſitis ſcil. crucibus ad terram ſimul, cymbalis verſis, etc. cum nec erigi adhuc conſtet cruces in eccleſiis Britannorum; nec campanarum, quas ille cymbala (ut reor) vocat, uſus innotuerit. Familiare hoc auctoribus vitium. Habetur autem codex ipſe MS. in archivis Landavenſis epiſcopatus: et nos inde haec totaliter exaravimus, quae Godwinus praeſul in commentario de praeſulibus Angliae, perfunctorie trajicit. Vide ſynod. Oudocei ſub an. DLX. V. ſynod. Herewaldi.

Qui vero toties hic excommunicantur, regum inſigniti titulis, reguli erant (uti diximus) et toparchae Walliae, Anglorum regibus ſubjecti: et Guilielmus I. ut Eadmerus refert in vita Guiliel. I. nulli epiſcoporum ſuorum conceſſum iri permittebat, ut aliquem de baronibus ſuis, ſeu miniſtris, ſive inceſto, ſive adulterio, ſive aliquo capitali crimine denotatum, publice, niſi ejus praecepto, implacitaret, aut excommunicaret, aut ulla eccleſiaſtici rigoris poena conſtringeret. Quod in concilio Clarendoniae, anno x. Henrici II. gratiae MCLXIV. cap. 7. ita confirmatum eſt. Nullus, qui de rege tenet in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum ejus excommunicetur, nec terrae alicujus eorum ſub interdicto ponantur, niſi prius dominus rex, ſi in terra fuerit, conveniatur, vel juſtitia ejus, ſi extra regnum fuerit, ut rectum eſt, de ipſo faciat; et ita quod pertinebit ad curiam regiam ibidem terminetur, et de eo, quod ſpectabit ad eccleſiam, ad eandem mittatur, et ibidem tractetur. Haec Spelmannus. His aliam addit clar. Dugdalius in tertio monaſtici Anglicani volumine.

‡ Synodus ab Edwardo ſeniore, rege Anglorum congregata, praeſidente Plegmundo, archiepiſcopo Dorobernіae. Cum ſub dicto literarum et religionis deliquio, Sergius papa regem ipſum et Angliam totam interdixiſſet, quod multi in ea epiſcopatus per annos multos ſuis viduarentur epiſcopis; jam ad impetrandam abſolutionem, ſeptem ſimul ad epiſcopatus totidem epiſcopi eliguntur.

† Rectius Sergio tertio; et ſic in ſequentibus, ubi Formoſi [illegible]

ſcopus Cantuarienſis, interpretans diſtricte verba apoſtolicae legationis. Tunc rex et epiſcopi elegere ſibi ſuiſque ſalubre conſilium, et juxta vocem dominicam, "Meſſis quidem multa, operarii autem pauci", elegerunt et conſtituerunt ſingulos epiſcopos ſingulis provinciis Geviſorum, et quod olim duo habuerunt, in quinque diviſerunt.

Acto concilio, archiepiſcopus Romam cum honorificis muneribus adiit, papam cum magna humilitate placavit, decretum regis recitavit, quod apoſtolico maxime placuit. Rediens in patriam in urbe Cantuariae uno die, ſeptem epiſcopos ſeptem eccleſiis ordinavit; Frideſtanum ad eccleſiam Wintonienſem, Adelſtanum ad Cornubienſem, Werſtanum ad Schirebornenſem, Athelelmum ad Wellenſem, Eidulfum ad Cridienſem in Devonia.

Sed et aliis provinciis conſtituit duos epiſcopos; Auſtralibus Saxonibus virum idoneum Bernegum, et Merciis Cenulphum, ad civitatem Dorceſtriae in pago Oxoniae: hoc etiam totum papa firmavit, ut damnaretur in perpetuum, qui hoc infirmaret decretum.

Habetur haec narratio paulo aliter in archivis Cantuarienſis eccleſiae, in regiſt. eccl. Cant. A. fol. 3. b. quam hic igitur etiam inſerendam duximus.

Anno dominicae incarnationis nongenteſimo quinto Formoſus papa miſit in terram Anglorum ad regem Edwardum cum magna iracundia et devotione, eique mandavit cum ſuis omnibus maledictionem contra benedictionem, quam beatus papa Gregorius per ſanctum Auguſtinum genti Anglorum miſerat, niſi tum epiſcopis reſtituiſſet deſtitutas parochias epiſcoporum, ſecundum antiquam traditionem, quae tradita eſt genti Anglorum a ſede beati Petri. Nam per ſeptem annos plene deſtituta eſt regio Geviſſorum ab omni epiſcopo. Quo audito, congregavit Edwardus rex ſynodum ſenatorum gentis Anglorum, in qua praeſidebat Plegemundus archiepiſcopus, regi recitans et diſputans diſtricta verba apoſtolicae legationis, quae miſit beatus papa Formoſus. Tunc ſibi rex cum ſuis, et Plegemundus archiepiſcopus ſalubre conſilium invenerunt, aſſumentes dominicam ſententiam, "Meſſis quidem multa, operarii autem pauci": ſingulis igitur tribubus Geviſſorum ſingulos conſtituerunt epiſcopos, et ſingulis epiſcopia conſtituerunt, et quod dudum duo habuerunt, in quinque diviſerunt. Acto illo concilio, cum honorificis muneribus Plegemundus archiepiſcopus Romam adiit, apoſtolicum Formoſum cum magna humilitate placavit, et regis decreta et ſeniorum regionis enunciavit, quod apoſtolico maxime placuit. Rediens ad patriam in urbe Dorobernia ſeptem epiſcopos ſeptem eccleſiis in uno die ordinavit; Frithanum videlicet ad eccleſiam Wintonienſem, Ethelſtanum ad eccleſiam Corwienſem, Werſtanum ad eccleſiam Sareburnenſem, Ethelelmum ad eccleſiam Fontonienſem, Eadulfum ad eccleſiam Cridienſem: cui etiam addiderunt tres villas in Cornubia, quarum nomina ſunt haec; Paltun, Celling, Landintham; ut inde ſingulis annis viſitaret gentem Cornubienſem, ad extirpandos eorum errores. Nam antea, in quantum potuerunt, veritati reſiſtebant, et non decretis apoſtolicis obediebant. Sed et aliis provinciis conſtituit Plegemundus archiepiſcopus duos epiſcopos. Auſtralibus Saxonibus virum idoneum Bernodum ordinavit, et Mercionibus Cenulfum ad civitatem, quae dicitur Dorkeceſtre. Hoc autem totum papa Formoſus in ſynodo ſancti Petri ſic concluſit, ut damnaretur in perpetuum, qui hoc ſalubre mutaret conſilium. Miſit etiam Britanniam literas, quarum exemplar hoc eſt †.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
SERGII III. 2.	PLEGMUNDI 17.	905.	EDWARD. Senior. 5.

Epiſtola Formoſi papae ad epiſcopos Angliae, de eccleſia Anglicana bene ordinanda. Ex Baronio collat. cum MS. Cantuar. a. fol. 3.

FRATRIBUS et filiis in Chriſto, omnibus epiſcopis Angliae, Formoſus. [a] Audito, nefandos ritus paganorum [b] partibus in veſtris repullulaſſe, et vos tenuiſſe ſilentium, ut canes non valentes latrare; gladio ſeparationis a corpore Dei [c] eccleſia vos ferire deliberavimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater noſter Pleimundus [d] intimavit, tandem evigilaſtis, et ſemina verba Dei olim venerabiliter jacta in terra Anglorum coepiſtis renovare; mucronem [e] devorationis retrahentes, Dei omnipotentis et B. Petri apoſtolorum principis benedictionem vobis mittimus, orantes, ut in bene coeptis perſeverantiam habeatis. Vos enim eſtis, fratres, de quibus loquens Dominus, inter alia inquit: "Vos eſtis ſal terrae, et ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur"? et iterum: "Vos eſtis lux mundi": ſignificare volens per verbi ſapientiam condiri mentes hominum a vobis debere; et in moribus et [f] in vita veſtra bonae actionis ſtudium, quaſi lumen apparere fidei, per quod [g] gradientes ad vitam, quomodo caute ambulent, videant, ut ad promiſſionem aeternae beatitudinis ſine offenſa currentes, valeant pervenire.

Nunc [h] accingimini ergo, et vigilate contra leonem, qui [i] circuit, quaerens quem devoret; et non patiamini ulterius in regione veſtra, penuria paſtorum chriſtianam [k] fidem violari, gregem Dei vagari, diſpergi, diſſipari. Sed cum unus obierit, alter, qui idoneus fuerit, canonice protinus ſubrogetur. Nam ſecundum legem, plures facti ſunt ſacerdotes, eo quod morte [l] pro-

† Sequitur etiam in iiſdem archivis Formoſi ipſius papae epiſtola, cujus a Baronii varias lectiones hic infra apponimus.

[a] MS. Cant. *Auditis nefandorum ritibus paganorum.* [b] *veſtris in partibus* MS. [c] *eccleſiae* MS. [d] *Plegemundus* MS. [e] MS. *devotationis.* [f] *in* deeſt MS. [g] MS. *gradientibus.* [h] *ergo accingimini* MS. [i] MS. *circumit.* [k] MS. *religionem.* [l] *prohibebantur.* MS.

hiberentur permanere. Quod David conſiderans, [l] ait: " Pro patribus tuis [m] naſcentur tibi filii, conſtitues eos principes [n] ſuper omnem terram ". Nulla itaque mora ſit ſubrogandi alium, cum quilibet ſacerdotum ex hac vita migraverit; ſed mox ut illi, qui primae ſedis principatum gerens, inter vos caeteris epiſcopis praeeſſe dignoſcitur, fratris obitus fuerit denunciatus, facta electione canonica, alter conſecratus ſuccedat. Quis autem inter vos principatum tenere debeat, quaeve ſedes epiſcopalis caeteris praepolleat, habeatque primatum, abolitanis [o] temporibus notiſſimum eſt. Nam, ut ex ſcriptis B. Gregorii, ejuſque ſucceſſorum tenemus, in [p] Doroberniae civitate metropolim, ſedemque [q] primam epiſcopalem conſtat eſſe [r] regni Anglorum, cui venerabilis frater noſter Pleimundus [s] nunc praeeſſe dignoſcitur; cujus honorem dignitatis nos nullo pacto imminui permittimus, ſed ei vices apoſtolicas per omnia gerere mandamus.

Et ſicut B. Gregorius [t] papa primo veſtrae gentis epiſcopo Auguſtino omnes Anglorum epiſcopos eſſe ſubjectos conſtituit; ſic nos praenominato fratri Doroberniae ſive Canterberiae [v] archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus legitimis eandem dignitatem confirmamus; mandantes et auctoritate Dei, et beati Petri apoſtolorum principis praecipientes, ut ejus canonicis diſpoſitionibus omnes obediant, et nullus eorum, quae ei, ſuiſque ſucceſſoribus apoſtolica auctoritate conceſſa ſunt, violator exiſtat. Si autem quivis hominum contra haec aliquando niti, ac imminuere iſta tentaverit [w]; ſciat ſe proculdubio mulctandum fore gravi anathemate, et a corpore S. eccleſiae, quam inquietare molitur, perpetuo, niſi reſipuerit, ſeparandum *.

[l] *Et in ſpiritu Chriſti eccleſiam futuram fore permanſuram ad finem* [illegible] MS. [illegible] *terram* deſunt in MS. [o] *abolitanis* MS. [p] *Dorobernia* MS. [q] [illegible] MS. [illegible] MS. [illegible] MS. [t] *Papa Gregorius* MS. [v] *Cantuluriae* MS. [w] *tentaverit.* MS.

* Error hic inextricabilis. Deprehendit Baronius, et [illegible] Anno (inquit Malmesburius) quo a nativitate Domini [illegible], quibus dabat excommunicationem et interdictionem [illegible] burienſis, ſed puto vitio ſcriptoris, quod factum eſt hoc anno octingenteſimo nonageſimo quarto, ſcriptum legi anno nongenteſimo quarto, ad quod tempus certum eſt, non potuiſſe [illegible] quoad Formoſum papam: ſed non minus jam erratice quoad Edwardum regem. Uti enim Formoſus mortuus eſt per novennium ante annum Domini DCCCCIV. ſic Edwardus non eſt ſalutatus rex in anno DCCCXCIV. nec per ſexennium poſtea, ſi de noſtris noſtri non caecutiant. Verum igitur ſi fuerit, quod Formoſus hoc promulgaverit interdictum, fieri neceſſe eſt in tempore Aluredi magni, qui [illegible] regis fruebatur titulo, [illegible], cum Formoſus pene pontificatum iniit.

Erraſſe igitur videatur Malmesburius, aut ſcriptor aliquis, vel in regem interdictioni ſubjiciendo, vel Edwardum forte pro Aluredo. Sed nec hoc errorem tollit: nam ſeptem illi, quos in una die factos dicit epiſcopos, non electi ſunt ante an. Dom. DCCCCIV. nec conſecrati poſtmodum, donec Plegmundus archiepiſcopus iter Romam expediverat, et epiſtolam (quam a papa ad epiſcopos hic dedimus) una cum abſolutione detuliſſet, anno ſcilicet DCCCCV. vel hunc circiter. Inſcribitur [illegible] ponebatur. Certe ſi cum Malmesburio hujus interdicti et epiſtolae auctorem ſuſceperimus Formoſum papam, in hiſtoriis noſtris ingens error eſt, et ne ab Oedipo extricabilis, [illegible] video, quin ſana fiant omnia. Haec SPELM.

Quibus Spelmanni notis ſtricturas addidit Gabr. Coſſartius in edit. concil. vol. ix. p. 421. Synodum Anglicanam modo relatam attribuit Malmesburienſis non anno DCCCCIV. ut ait Baronius; ſed DCCCCV. anno, inquit, quo a Nativitate tranſacti ſunt anni DCCCCIV. Quem annum quis neget eſſe nongenteſimum quintum? Et conſentiunt, ut vides, acta Cantuarienſis eccleſiae. Sed nodus hic ſe offert vindice dignus, quem poſt Baronium animadvertit collector Anglicanus. Qui enim concilium hoc haberi anno nongenteſimo quinto potuerit ſub Formoſo papa, qui annis ante decem obierat? quo pacto pontificias literas ad Edwardum ſeniorem dederit Formoſus, qui pontifex Edwardo regnante non fuit? nam Formoſus anno DCCCXCVI. obiit; Edwardus anno DCCCCI. regnare coepit.

Huic reparandae labi conjecturam Spelmannus affert parum felicem. " Si Formoſum " (inquit) " ſurrepſiſſe cenſeam pro Leone papa V. non video, quin ſana ſint omnia ". Atqui non minus certe deſperata erunt. Primum enim Leo V. anno tantum DCCCCVI. pontifex creatus eſt: et ſunt, qui ad DCCCCVII. rejiciant. Itaque ſi quis eſſet Spelmanni divinationi locus, error eſſet non in Formoſi tantum nomine, ſed in anni ipſius nota. Deinde diebus tantum quadraginta pontificatum Leo V. tenuit. Nemini autem perſuadebit Spelmannus, tantillo ſpatio temporis dediſſe ipſum ad Anglos literas, iis perlectis coactum in Anglia concilium fuiſſe, legatum a concilio Plegmundum Romam appuliſſe, placaſſe pontificem, literas ab eo retuliſſe.

Itaque ſi expungendum eſt Formoſi nomen, longe profecto commodius ſubſtituetur ejus in locum Joannes IX. qui anno nongenteſimo quinto, regnante in Anglia Edwardo, eccleſiae praefuit. Certe Polydorus Virgilius libro hiſtoriae ſuae vi. eo pontifice id totum contigiſſe narrat, ſive Malmesburienſis errorem emendavit ipſe per ſeſe, ſive aliis ex actis rem didicit. Quanquam Joannes X. pro IX. perperam in Polydori libro ſcriptus eſt; ut et in hiſtoria Anglicana Andreae Ducheſnii, qui Polydorum nimia fortaſſe fide ſecutus eſt. Hanc enim ab eo perſpectam et diſcuſſam eſſe difficultatem vix perſuadere mihi poſſum, cum in ſua Romanorum pontificum hiſtoria, ſecundae etiam editionis, narret anno DCCCCIV. Formoſi papae et Edwardi regis tempore haec omnia geſta eſſe.

Baronii conjectura errorem omnem librario tribuit, qui annum nongenteſimum quintum ſcripſerit pro octingenteſimo nonageſimo quinto. Sed animadvertere par erat pontificem quidem eo anno Formoſum fuiſſe, Edwardum autem minime in Anglia regnaſſe.

Quod ſi ad Baronianam hanc emendationem addatur altera, et pro Edwardo rege ſcribatur Alfredus ejus pater, qui et Alvredus et Aifredus nuncupatur, difficultas nulla ſupererit; niſi quod ſeptem illi epiſcopi, quorum hic mentio, creati non fuerint niſi anno DCCCCV. At leve iſtud eſt, cum id, qui ſcripſerunt Malmesburienſem ſint ſecuti; ac proinde, eodem, quo Malmesburienſis modo, emendandi.

Erunt forte, quibus haec conjectura non diſpliceat; erunt, qui alteram praeferant, quae Joannis nomen ſubſtituit. Nos rem in medio relinquimus. Haec Coſſartius.

Ad bellum tot ſtrenuis hiſtoriarum propugnatoribus, qui in palaeſtra chronologica paparum Romanorum egregie ſatis decertaverunt, indicendum, apertoque cum iis Marte congrediendum, ingenium vireſque mihi haud ſuppetere libere fateor. Quia autem nullus athletarum illorum palmam ſibi vindicare auſus eſt, pace tot illuſtrium in republica literaria nominum, ſi non manus conſerere, opinionem tamen meam porrecta fronte explicare liceat.

Si Platinae, ſi Onuphrio Panvino, ſi Laertio Cherubino, ſi aliis celebribus viris, horum ſequacibus fides, Formoſus papa anno DCCCXCI. 6. cal. Junii creatus, obiit anno DCCCXCV. 19. cal. Januar. regnante in Anglia Aelfredo; et Sergius III. anno DCCCCIII. 8. cal. Januar. regnante Edwardo ſeniore, ſublato ſchiſmate papali inter Leonem V. et Chriſtophorum I. et ipſum hunc Sergium (tres ejuſdem anni papas) ad cathedram Romanam evectus eſt, [illegible] Johannis IX. ac contra illum in ſchiſmate ſedit A. DCCCXCI. et contra hunc A. DCCCXCVII. aſt ab utriuſque fautoribus coactus abdicavit, et in exilium actus eſt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
SERGII III. 2.	PLEGMUNDI 17.	905.	EDWARD. ſenior. 5.

Leges eccleſiaſticae Edwardi ſenioris, regis Angliae, et Guthurni, regis Danorum in Eaſtanglia, etc. ab Alvredo M. et Guthurno regibus primum conditae, et nunc denuo ab Edwardo filio ejuſdem Alvredi, et Guthurno foedus ineuntibus Intingfordae, ut videtur, confirmatae. Ex textu Roffenſi, et Spelm.

HOC eſt ſenatuſconſultum, quod Aelfredus rex, et Guthrun rex, et deinde Eadweardus rex, et Guthrun rex elegerunt et ſtatuerunt, cum Angli et Dani pacem et amicitiam plene ſuſceperunt, et ſapientes etiam, qui poſtea erant, ſaepe et continuo eadem renovaverunt, et melius adauxerunt.

Inprimis eſt, quod ſtatuerunt, ut unum Deum diligere velint, et omnem gentiliſmum ſedulo rejicere; et conſtituerunt etiam ſecularem diſciplinam, pro eo quod ſciebant, quod non poſſent multos aliter gubernare, et multi nollent ad eccleſiaſticam emendationem aliter flectere, ſicuti debebant. Et compenſationem ſecularem inſtituerunt Chriſto et regi communem, ſicubi homo nollet ad eccleſiaſticam compenſationem inclinare virtute auctoritatis epiſcoporum.

I. *De pace eccleſiae.*

Hoc eſt igitur primum, quod dixerunt, ut eccleſiae pax intra parietes, et regis manu data pax perſiſtat aequaliter incorrupte.

II. *De apoſtatis.*

Et ſi quis chriſtianiſmum ſpernat, vel paganiſmum veneretur verbis vel operibus, compenſet tam aeſtimationem capitis, quam mulctam, et legis violationem, ſecundum quod factum eſt.

III. *De correctione ordinatorum.*

Si quis ſacris initiatus furetur, vel dimicet, vel pejeret, vel fornicetur, compenſet ſecundum quod factum eſt tam aeſtimatione capitis, quam mulcta, et legis violatae poena; et erga Deum ſaltem emendet, ſicut canones adnotant, et fidejuſſorem inveniat, vel in carcerem detrudatur. Si preſbyter populum male inſtruat de feſtivitate, vel jejunio, ſolvat xxx. ſolidos apud Anglos, et apud Danos ſeſquimarcam. Si preſbyter ad juſtum terminum chriſma non paret, vel baptiſma deneget ei, qui ejus opus habet, ſolvat mulctam apud Anglos, et apud Danos poenam legis violatae, hoc eſt, xii. oras. Si ſacris initiatus aliquid morte dignum perpetraverit, capiatur, et ad epiſcopi judicium deferatur.

IV. *De inceſtibus.*

De inceſtibus ſapientes inſtituerunt, ut rex

ÐIS is seo gerædnysse ðe Ælfred cyning ⁊ Guþrun cyning. ⁊ eft Eadƿeard cyning. ⁊ Guþrun cyning gecuron. ⁊ gecƿædon. ða ða Engle. ⁊ Dene to friþe. ⁊ to freondscipe fullice fengon:· And ða ƿitan eac ðe syþþan ƿæron. oft ⁊ unseldan ꝥ seolfe geniƿodon. ⁊ mid gode gehyhton:·

Ðæt is ærest ꝥ hi gecƿædon. ꝥ hi ænne God lufian ƿoldon. ⁊ ælcne hæþendome georne aƿeorpan. ⁊ hi gesetton ƿoruldlice steora eac. forþam ðingum ðe hig ƿiston ꝥ hig elles ne mihton manegum gesteoran. ne fela manna nolde to godcundre bote elles gebugan. sƿa he sceolde. ⁊ ða ƿoruld bote hig gesetton gemæne Criste ⁊ cyninge sƿa hƿær sƿa man nolde godcunde bote gebugan mid rihte to bisceopa dihte:·

I. ———.

Ðat is ðon on ærest ꝥ hig gecƿædon. ꝥ cyric griþ binnan ƿagum. ⁊ cyninges hand griþ stande efne unƿemne:·

II. ———.

And gif hƿa cristendom ƿyrde. oþþe hæþendom ƿeorþige. ƿordes. oþþe ƿeorces. gylde sƿa ƿere. sƿa ƿite. sƿa lahslite be ðam ðe seo dæd sy:·

III. ———.

Gif gehadod man gestalige. oþþe gefeohte. oþþe forsƿerige. oþþe forlicge. gebete ꝥ be ðæm seo dæd sy. sƿa be ƿere. sƿa be ƿite. sƿa be lahslite. ⁊ for Gode huru bete sƿa canon tæce. ⁊ ðæs borh finde. oþþe on cearcerne gebuge:· Gif mæssepreost ꝥ folc misƿisige æt freolse. oþþe æt fæstene. gylde xxx. scill. mid Englum. ⁊ mid Denum ðreo healf marc:· Gif mæssepreost to riht andagan crisman ne fecce. oþþe fulluhtes forƿyrne ðæm ðe ðær ðearf sy. gild ƿite mid Englum. ⁊ mid Denum lahslite. ꝥ is tƿelf oran:· Gif gehadod man hine forƿyrce mid deaþes cylde. geƿylde hine mon. ⁊ healde to bisceopes dome:·

IV. Be siblegerum:·

Æt siblegerum ða ƿitan gerædan. ꝥ

Cum igitur facies eccleſiae Romanae ineunte ſeculo decimo tot antipapis defoedata, tot diſcordiis quaſi diſtracta fuerit; quid mirum, ſi Malmesburio falſum vel mentitum papae nomen ex tam diſſitis regionibus annunciatum fuerit, aut ex relatione aliorum, quibus Sergius exoſus, innotuerit? Quid mirum, ſi monachi Cantuarienſes ex ore Malmesburii nomen Formoſi pro Sergii hauſerint? Quid mirum, ſi hac opinione decepti, ſcribae Romani initialem epiſtolae vocem, papae nomen exprimentem, perperam legerint, lectamque, reclamantibus licet omnibus paparum chronologiis hodiernis, in commentarios ſuos retulerint? Quapropter ante omnia nomen Formoſi ex Malmesburio, primo erroris hujus auctore (quo oſcitante, multi alii oſcitare coeperunt) expungendum, ejuſque loco Sergii tertii ſubſtituendum cenſeo; quia hoc pacto hiſtoria chronologiaque et papae, et regis Edwardi, et Plegmundi, archiep. Cantuar. et ſeptem epiſcoporum recto conſtabit calculo. Omnes alii, magni licet nominis, auctores, qui Leoni V. vel Johanni IX. vel X. vel regi Aelfredo, vel anno DCCCXCV. epiſtolam hanc aſſignant, a ſcopo valde aberrarunt, chronologiaeque ac hiſtoriae hodie et olim receptae prorſus contradicunt. Si ergo cum Baronio error librario tribuendus eſt, non in anno, ſed nomine papae determinando conſiſtat, neceſſe eſt.

cyng

[illegible] ah ðone ufeŕan. ⁊ biſceop ðæne nyþeran. butan hit man gebete for Gode ⁊ for worulde. be ðam ðe ſeo dæde ſy. ſwa biſceop getæce:· Gif twegen gebroþra. oþþe twegen genyhe magas wiþ an wif forlicgan. betan ſwiþe georne. ſwa ſwa mon geþafige. ſwa be wite. ſwa be were. ſwa be lahſlite. be ðæm ðe ſeo dæd ſy:·

habeat majoris conditionis homines, [illegible] minoris, niſi homo coram Deo et mundo compenſet ſecundum id, quod factum eſt, ſicuti epiſcopus adnotat. Si duo fratres, vel duo conſanguinei cum una uxore rem habeant, compenſent in omni manſuetudine, ſicuti eis permittitur, ſive mulcta, ſive aeſtimatione capitis, ſive pacis violatae poena, ſecundum id, quod factum eſt.

V. ———.

And gif deaþ ſcyldig man ſcrift ſpræce. gyrne ne forwyrne him man næfre. ⁊ ealle Godes rihte fyrþrie man georne be Godes miltſe. ⁊ be ðæm witan ðe witan to lædan:·

V. *De rei capitalis [illegible] derante.*

Et ſi mortis reus confiteri cupiat, nunquam hoc ei negetur, et omnes Dei leges ſedulo promoveantur per Dei miſericordiam, et per poenas, quas ſapientes irrogabunt.

VI. ———.

Gif hwa teoþunge forhealde. gylde lahſlite mid Denum. wite mid Englum:· Gif hwa romſeoh forhealde. gylde lahſlite mid Denum. wite mid Englum:· Gif hwa leohtgeſceot ne gelæſte. gylde lahſlite mid Denum. wite mid Englum:· Gif hwa ſulhælmyſſan ne ſylle. gylde lahſlite mid Denum. wite mid Englum:· Gif hwa ænigra godcundra gerihta forwyrne. gylde lahſlite mid Denum. wite mid Englum:· Gif he wigie. ⁊ man gewundie. beo his feorhes ſcyldig:· Gif he man to deaþe gefylle. beo he ðonne utlah. ⁊ hine hente mid hreame[1] ælc ðara ðe riht wille. ⁊ gif he gewyrce þ hine man afylle. ðurh þ he ongean Godes rihte. oþþe ðæs cyninges geonbyrde. gif man þ geſoþige. licge he orgylde:·

VI. *De decimis et [illegible].*

Si quis decimas retineat, ſolvat legis violatae poenam apud Danos, mulctam apud Anglos. Si quis S. Petri denarium retineat, ſolvat legis violatae poenam apud Danos, mulctam apud Anglos. Si quis nummum candelarem retineat, ſolvat legis violatae poenam apud Danos, mulctam apud Anglos. Si quis aratri eleemoſynam non dat, ſolvat legis violatae poenam apud Danos, mulctam apud Anglos. Si quis aliqua eccleſiaſtica jura ſupprimat, ſolvat legis violatae poenam apud Danos, mulctam apud Anglos. Si dimicet, et hominem vulneret, vitam perdat. Si aliquem morte afficiat, tunc ſit exlex, et cum perſequatur cum clamore quilibet eorum, qui jus amat. Et ſi faciat, ut quis cum occidat, pro eo quod Dei vel regis juri ſe oppoſuit; ſi hoc affirmetur, jaceat ſine compenſatione.

VII. Be freolſdæges weorcum:·

Sunnan dæges cepinge gif hwa agynne ðolie ðæs ceapes. ⁊ xii. ore mid Denum. ⁊ xxx. ſcill. mid Englum:· Gif freoman freolſdæge wyrce. ðolie his freotes. oþþe gylde wite ⁊ lahſlite. ðeowman ðolige his hyde. oþþe hydgyldes:· Gif hlaford his ðeowan freolſdæge nyde to weorce. gylde lahſlite ſe hlaford inne on Dena lage. ⁊ wite mid Englum:·

VII. *D[illegible].*

Si quis die dominica mercari praeſumat, perdat mercatum, et xii. oras apud Danos, et xxx. ſolidos apud Anglos. Si liber homo die feſto operetur, perdat libertatem ſuam, vel ſolvat mulctam, et legis violatae poenam: ſervus homo vapulet, vel verbera redimat. Si dominus ſervos ſuos die feſto ad opus cogat, ſolvat legis violatae poenam dominus juxta legem Danorum, et mulctam apud Anglos.

VIII. Be fæſtenum:·

Gif freoman rihte fæſtan abrece. gylde wite. ⁊ lahſlite:· Gif hit ðeowman gedo. ðolie his hyde. oþþe hydegyldes:·

VIII. *De [illegible].*

Si liber homo juſtum jejunium diſſolvat, ſolvat mulctam, vel legis violatae poenam. Si ſervus hoc fecerit, vapulet, vel verbera redimat.

IX. Be ordele ⁊ aþum:·

Ordel ⁊ aþas ſyndon tocwedene freolſdagum. ⁊ riht fæſten dagum. ⁊ ſe ðe þ abrece. gylde lahſlite mid Denum. ⁊ wite mid Englum:·

Gif man wealdan mæge. ne dyde man næfre on ſunnan dæges freolſe ænigne forwyrhtne. ac wylde. ⁊ healde þ ſe freolſdæg agan ſy:·

IX. *De ordalio et [illegible].*

Ordalium et juramenta ſunt prohibita diebus feſtis, et legitimis jejunii diebus; et ſi quis illud diſſolvat, ſolvat legis violatae poenam apud Danos, et mulctam apud Anglos.

Si fieri poſſit, nunquam occidatur in diei dominicae feſto, qui aliquid perpetravit; ſed capiatur, et teneatur uſquedum dies feſtus tranſierit.

[1] Pro he[illegible] *[illegible]* ſubſtitui hreame *clamore* [illegible].

X. *De*

X. *De membro truncato poſt tertium diem ſubveniendo.*

Si particula membri claudicantis ejus, qui condemnatus fuerit, praecidatur, et ille poſthaec tres dies vivat, poteſt ei deinceps auxilium ferri cum epiſcopi venia, ſi quis velit doloribus et animae mederi.

X. ———.

Gif lim læƿeo lama ðe forƿorht ƿære ƿeorþe forlæten. ⁊ he æfter ðæm ðreo nihte alibbe. Sýþþan man mot hýlpan be bisceopes leafe. se ðe ƿille beorgan sare. ⁊ saple:·

XI. *De ſagis, incantatoribus, perjuris*, etc.

Si ſagae vel incantatores, perjuri vel venefici, vel foetidae, inquinatae publicae meretrices aliqua in regione compareant, tunc relegentur ex terra, et gens purgetur, vel ibi omnia illis eripiantur, niſi ceſſent, et altius compenſent.

XI. Be ƿiccum. ƿiglerum. mansƿorum. etc.

Gif ƿiccan. oþþe ƿigleras. mansƿoran. oþþe morþƿýrhtan. oþþe fule afýlede æbere horcƿenan ahƿar on lande ƿurþan agýtene. ðonne fýsrie man of earde. ⁊ clænsie ða ðeode. oþþe on earde forfare hi mid ealle. buton hi gesƿican. ⁊ ðe deoper gebetan:·

XII. *De ſacris initiatis et alienigenis.*

Si ſacris initiatus vel alienigena per aliquam rem ſeducatur [in iis, quae ad] pecuniam vel ad vitam [ſpectant] tunc rex ei eſſe debet, vel comes, qui in regione, et epiſcopus gentis ejus, loco cognatorum et patronorum, niſi alias alios habeat, et ſedulo compenſet ſecundum id, quod factum eſt, Chriſto et regi, ſicuti decet; vel qui rex eſt in [illa] gente, factum hoc quam acerrime vindicet *.

XII. Be gehadedum ⁊ ælþeodigum:·

Gif mon gehadodne. oþþe ælþeodigne ðurh ænig ðing forræde. æt feo. oþþe feorhe. ðonne sceol him cýning beon. oþþan eorl ðær on lande. ⁊ bisceop ðære ðeode.. for mæg. ⁊ for mundboran. buton he elles oþerne hæbbe. ⁊ bete georne be ðæm ðe seo dæd sý Criste ⁊ cýninge. sƿa hit gebýrige. oþþe ða dæde ƿrece sƿiþe deope. ðe cýning sý on ðeode:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
SERGII III. 3.	PLEGMUNDI 18.	*906.*	EDWARD. ſenior. *6.*

Concilium Scoanenſe in Scotia. Ex MS. cod. 3120. biblioth. MSS. Colbert. Pariſ.

DE hoc concilio ſequentia in codice Colbertino reperiuntur. "Conſtantinus filius Edii tenuit regnum xl. annis; cujus tertio anno Normanni praedaverunt Duncalden, omnemque Albaniam. In ſequenti utique anno Conſtantinus rex et Kellachus epiſcopus leges, diſciplinaſque fidei, atque jura eccleſiarum, evangeliorumque pariter cum Scotis in Colle Credulitatis prope regali civitate Scoan devoverunt cuſtodiri †. Ab hoc die collis hoc [nomen] meruit, i. e. Collis Credulitatis."

* Has leges ab Aluredo rege, Edwardi iſtius patre, et Guthurno, rege Anglo Danico, primum conditas (ut inferius in appendice ad LL. Alvredi declaravimus ex hiſtoria MS. Gornalenſi) recenſent denuo foedus etiam ineuntes iidem Edwardus et Guthurnus, communique utriuſque populi et eccleſiae bono, jam confirmant. Anno (ut videtur) gratiae DCCCCV. vel DCCCCVI. Huc enim ſpectare cenſeo Wigornenſis illud in an. Dom. DCCCCVI. Paganorum exercitus de Eaſtanglia et Northumbria, invictum eſſe regem Edwardum ſcientes, pacem cum eo faciunt loco, qui lingua Anglorum Ittingaford dicitur. Et Huntingtonius l. 5. p. 352. ait: Edwardus rex anno quinto [regni ſui] conſtituit inducias cum Eaſtanglis et Northumbris apud Itingforde. Neuter hic paganorum (hoc eſt Danorum, qui Eaſtangliam et Northumbriam habitabant) regem nominat; et de rege tota dubitatio. Refert enim idem Huntingtonius l. 5. p. 351. ſuperius paulo Guthurnum obiiſſe anno XIX. Aluredi regis, id eſt, Domini noſtri DCCCXC. toto ſcil. decennio ante obitum Aluredi (quem ille Alfredum vocat.) Alfredi (inquit) regis XIX. Godrun rex Dacus, qui fuit filiolus Alfredi regis, et regnavit in Eaſtangle, luce demptus eſt. In eadem ſtat ſententia Malmesburius Geſt. RR. l. 1. c. 5. qui ait: Guthrum rex Danus regnavit annis duodecim tempore regis Alfredi, et addit: habuit ſucceſſorem aeque Danum nomine Eohric: qui cum regnaſſet annis XIV. peremptus eſt ab Anglis, et extinctum illud regnum, ut ibidem liquet. Belle convenit Huntingtonio, nam ſi 12. addideris ad annum VII. Aluredi regis (quo Guthrum ſeu Guthurnum e fonte ſacrō in filiolum ſuſcepit, et donavit Eaſtanglorum regno) conficiunt regni Aluredi annum XIX. quo Guthrum obiiſſe memorat Huntingtonius.

Sed qui jam fiat, ut rex Edwardus Aluredi filius ſub 15. poſt hoc annis foedus cum Guthurno ineat, et Guthurnus latas diu antea leges, denuo jam confirmet? Dixeris forte alium fuiſſe Guthurnum: ſed hanc ut deleam conjecturam, e Malmesburio retuli Eoric Danum Guthurno antedicto ſucceſſiſſe, et cum eo expiraſſe Eaſtanglorum regnum. Aliis mitto dubitationem, praevalet apud me quod loquuntur ipſae leges; et in fidei venit adminiculum quod Pontanus rerum Danic. l. 4. refert: Gormonem Anglicum (ſic Gormundum ſeu Guthurnum noſtrum nominat) ad regni Daniae clavum vocatum eſſe anno nongenteſimo trigeſimo primo, ut quidam tradunt. Haec SPELM. Vide quae Tyrrel. in vol. I. gener. Hiſt. fol. 326. habet.

† MS. *cuſtoditur.*

[illegible]	[illegible]	Anno Chriſti.	[illegible]
LEON. VI. 1.	WULFHELMI 5.	[illegible]	[illegible]

Concilium Grateleanum ab Aethelſtano, rege Anglorum, habitum; in quo leges plurimae tum civiles, tum eccleſiaſticae ſtatuuntur; praetermiſſis [illegible], [illegible] hic [illegible]. Ex textu Roffenſi, et Spelm.

Æðelſtanes cyninges geſædnes:·

Ic Æðelſtane cyning mid geþeahte Ƿulfhelmes mines heahbiſceopes. ⁊ oðra minra biſceopa bebeode eallum minum gereafum ðurh ealle mine rice. on ðæs drihtenes nama. ⁊ ealra halgena. ⁊ for mine lufu. þæt hi ærost mines agenes æhtes ðam teoþe geſyllaþ. ge ðas libbendes yrfes. ge ðas gearlices wæſtmes. ⁊ þæt ilce gedo eac ða biſceopas heora geſihtera. ⁊ eac mine ealdormanna. ⁊ gereafas. ⁊ ic wille þam biſceopes. ⁊ gereafa ðas demaþ eallum ðe hio gehyrſumian gebyraþ. ⁊ þæt ilce to ðam tide fulfremaþ ðe we hio ſettaþ. ⁊ ðas ſie to ðæm dæg ðær beheafdunges ſeint Iohannes ðas fulhteres:·

Utan geþencan we hwæt Iacob ſe heahfæder to ðam drihten cwæþ:· Ic ðe wille geſyllan mine teoþan. ⁊ mine ſiblac:· And drihten ſeolfe on ðam godſpel cwæþ:· Eallum ðæm hæbbendum mon ſceal agyfan. ⁊ hi genyhtſumiaþ:· We moton eac ðas ðencan ðe egeſlic on ðiſſum bocum is gewriten:· Gif we ure teoþan geſyllan nyllaþ. us ða nygon dælas biþ ætbrædene. ⁊ ſe teoþa an us biþ to laf:· Se godcunde lare us gemynaþ. þæt we ða heofonlica ðinga mid ðam eorþlicum. ⁊ ða ecelic mid ðam hwilwendlicum geearniaþ:· Nu ge gehyraþ hwæt drihtene us bebeod. ⁊ hwæt us fulfremian gebyraþ:· Ricod þæt ge geearniaþ. ðam ðinga ðe ge me rihtlic begytan mæg:· Ic nylle þæt ge me hwæt mid woh begytaþ:· Gif ic eow ealla eowra ðinga geunne. on ða gerade ðe ge me mine geearniaþ. warniaþ eow. ⁊ hio ðe eowe to belimpaþ. ðas drihtenes eorres. ⁊ mines:·

Ic Æðelſtane cyning eallum minum gerefum binnon mine rice gecyðe. mid geþeahte Ƿulfhelmes mines ærcebiſceopes. ⁊ ealra mina oðra biſceopa. ⁊ Godes ðeowa. for mina ſynna forgyfeneſſe. þæt ic wille. þæt ge fedaþ ealle wæga an earm Engliſcmon. gif ge him habbaþ. oþþe oðerne gefindaþ. fram twam minra feorma agyfe mon hine elce monaþ ane ambra meles. ⁊ an ſconc ſpices. oþþe an ram weorþe IIII. peningas. ⁊ ſcrud for twelf monþa ælc gear. ⁊ þæt ge alyſaþ an wite ðeowne. ⁊ ðas ealle ſie gedon for drihtenes mildheortneſſe. ⁊ mine lufu. under ðæs biſceopes gewitneſſe. on ðas rice it ſie. ⁊ gif ſe gereafa ðis oferhéald. gebete XXX. ſcill. ⁊ ſie þæt feoh gedæled ðæm ðearfum. ðe on ða tun ſynd ðe ðis ungefremed wunie. on ðæs biſceopes gewitneſſe:·

Aethelſtani regis conſtitutio.

Ego Aethelſtanus rex, ex conſilio Wulfhelmi archiepiſcopi mei, et aliorum epiſcoporum meorum, praecipio omnibus meis praefectis per totum meum regnum in Domini et omnium ſanctorum nomine, et per [illegible] meum, ut illi prius meae propriae poſſeſſionis decimas ſolvant, tam viventis animalis, quam annui fructus; et ut [illegible] epiſcopi, et [illegible] etiam mei et praefecti. Et volo, ut epiſcopi mei et praefecti [illegible] omnibus, qui illis obedire debent, et ut quilibet ad eundem terminum perficiat, quod hic ordinamus; et hoc ſit ad diem [illegible] ſancti Johannis Baptiſtae.

[illegible] quod [illegible] patriarcha Domino dixit: "Ego tibi [illegible] meas et hoſtiam meam pacificam." Et Dominus ipſe in evangelio dixit: "Omnibus habentibus dabitur, et illi abundabunt." Cogitare debemus etiam ejus, quod terribiliter in his libris ſcriptum eſt: "[illegible] nolumus, nobis novem partes ſubtrahantur, et decima una nobis ſuperſtes ſit." Doctrina evangelica [illegible] et aeternas temporaneis promereamus. Nunc auditis, quid Dominus jubet [illegible] nos perficere oportet. Facite, ut ea libenter concedatis, quae mihi legitime largiri poteſtis. Ego nolo, ut aliquid mihi cum errore largiamini. Si ego vobis omnia veſtra concedo, eo conſilio [facio] ut mea mihi libenter concedatis. Cavete vobis, et iis, qui vos attinent, ab ira Dei et mea.

Ego Aethelſtanus rex omnibus meis praefectis in regno meo notum facio ex conſilio Wulfhelmi, archiepiſcopi mei, et omnium meorum aliorum epiſcoporum, et Dei miniſtrorum pro remiſſione peccatorum meorum; quod velim, ut nutriatis omnibus modis unum pauperem Anglum, ſi quem habeatis, vel alicubi inveneritis. De duabus meis villis detur ei quovis menſe una amphora farinae, et una perna porci, vel unus aries, qui valeat IV. denariis, et veſtitus pro duodecim menſibus, quolibet anno. Et ut redimatis unum libertate mulctatum ſervum, et hoc omne factum ſit ex Dei miſericordia et amore mei, ſub epiſcopi teſtimonio, in cujus dominio ſit illud. Et ſi praefectus hoc praetermittat, compenſet XXX. ſolidis, et pecunia dividatur egenis, qui in ea urbe ſunt, ubi haec omiſſio fit, ſub teſtimonio epiſcopi.

II. *De fractura templi.* LL. Sax. ca. v.

Et diximus de fractura templi, ſi reus eſſet in triplici ordalio, compenſet illud, ſicut liber judicialis dicit.

III. *De veneficiis.* LL. Sax. ca. vi.

Et diximus de incantationibus, et de ſacrificiis barbaris, et de homicidiis; ſi quis aliquem occiderit, et is hoc negare nequeat, ut vitam ſuam perdat. Si tunc illud inficiari vellet, et in triplici ordalio reus fieret, ut ſit cxx. dies in carcere, et cognati eum deinde educant, et ſolvant regi cxx. ſolidos, et compenſent aeſtimationem capitis cognatis ipſius, et fidejuſſores illius ſint, quod ſemper a ſimili facto abſtineat. De incendiariis. Incendiarii et furem vindicantes, eodem (jure) digni ſunt; et ſi quis furem vindicare velit, et nullum hominem vulneraverit, ſolvat regi cxx. ſolidos mulctae loco pro tranſgreſſione.

IV. *De monetariis.* LL. Sax. ca. xiv.

Statuimus ut una moneta ſit per omnem regis ditionem, et nemo monetam cudat extra portam. Et ſi monetarius reus fieret, manus ejus abſcindatur, quacum reatum commiſit, et affigatur fabricae monetariae. Et ſi autem accuſatus ſit, et ipſe ſe purgare velit, tunc abeat ad candens ferrum, et purget manum ab illo (delicto) cujus eſt accuſatus, quod fraudem hanc fecerit. Et ſi tunc in ordalio reus fieret, fiat ei quodlibet, ſicuti antea dictum eſt.

In Cantuaria ſint vii. monetarii; quatuor regis, duo epiſcopi, et unus abbatis.
In Roffenſi civitate tres; duo regis, et unus epiſcopi.
Londini viii.
Wintoniae vi.
In Lewiſio ii.
In urbe Haſtingio unus.
Alius Ciceſtriae.
Hamtoniae duo.
Werhamiae duo.
Duo Exoniae.
Duo Shafteſburiae.
Alias in aliis caſtellis unus.

V. *De eo, qui ordalium ſubire ſpondet.* LL. Sax. ca. xxiii.

Si quis ordalium ſubire ſpondet, tunc triduum ante illud ad preſbyterum veniat, qui id ſanctificare debet, et nutriat ſe pane, et ſale, et aqua, et oleribus, antequam illud adire debeat, et interſit miſſis, illis tribus diebus ſingulis et offerat, et eat ad ſacroſanctam communionem illo die, quo ad ordalium adire debet, et juret tunc juramentum illud, quod juxta jus gentium innocens ſit earum accuſationum, antequam ad ordalium adeat. Et ſi ſit aqua, ut immergatur ſeſ-

II. Be cyric bryce:·

And ƿe cƿædon be cyric bryce. gif he ful ƿære on ðæm ðryfealdan ordale. bete be ðæm seo domboc sæcge:·

III. Be ƿiccecræftum:·

And ƿe cƿædon be ðæm ƿiccecræftum. ⁊ be lyblacum. ⁊ morþ dædum. gif man ðær acƿealde ƿære. ⁊ he hit ætsacan ne mæge. ꝥ he beo his feores scyldig:· Gif he hit ðonne ætsacan ƿille. ⁊ on ðæm ðryfealdum ordale ful ƿeorþe. ꝥ he beo cxx. nihta on carcerne. ⁊ niman ða magas hine syþþan ut. ⁊ gesyllan ðam cyng cxx. scill. ⁊ forgylden ðone ƿer ðæs mannes magum. ⁊ gangen hi on borh. ꝥ he æfre sƿylces geƿice:· Be blæserum:· Ða blisieras. ⁊ ða ðe ðeof ƿræcan beon. beon ðæs ylcan ƿyrþe. ⁊ se ðe ðeof ƿræcan ƿille. ⁊ nanne man geƿundige. gesylle ðæm cyninge cxx. scill. to ƿite forþon æhlyþe:·

IV. Be myneterum:·

Ƿe cƿædon ꝥ an mynet sy ofer ealle ðæs cyninges anƿealde. ⁊ nan man ne mynetige butan ƿorte:· And gif se mynetere ful ƿurþe. slea mon ða hand of. ðe he ꝥ ful mid ƿorhte. ⁊ sette upon ða minet smiþþan:· And gif hit ðonne tyhtle sy. ⁊ he hine ladian ƿille. ðonne ga he to hatum isene. ⁊ ladige ða hand mid ðæm man tyhþ ꝥ he ꝥ facen mid ƿorhte:· And gif he ðonne on ðæm ordale ful ƿurþe. do man ꝥ ylce sƿa hit her beforan cƿyþ:·

On Cantƿarabyrig vii. myneteras. iiii. cynges. ii. bisceopes. ⁊ an ðæs abbodes:·
To Hrofeceastre iii. tƿegen ðæs cynges. ⁊ an ðæs bisceopes:·
To Lundenbyrig viii:·
To Ƿinteceastre vi:·
To Læƿes ii:·
To Hæstingaceastre i:·
Oþer to Cysseceastre:·
To Hamtun tƿegen:·
To Ƿerham ii:·
Tƿegen to Exanceastre:·
II. to Sceaftesbyrig:·
Elles to ðæm oþrum burgum an.

V. Be ꝥ on ðe ordales ƿeddigaþ:·

Gif hƿa ordales ƿeddige. ðonne cume he ðrim nihtum ær to ðæm mæssepreoste ðe hit halgian scyle. ⁊ fede hine sylfne mid hlafe. ⁊ sealte. ⁊ ƿætere. ⁊ ƿyrtum ær he to gan scyle. ⁊ gestande his mæssan ðæra ðreora daga ylce. ⁊ geoffrige to. ⁊ ga to husle ðy dæge ðe he to ðæm ordale gan scyle. ⁊ sƿerige ðone ðane aþ. ꝥ he se mid folcrihte unscyldig ðære tyhtlan. ær he to ðæm ordale ga. ⁊ gif hit sy ƿæter. ꝥ he gedufe ðreo healf elne on ðæm rape:·

rape:· Gif hit sy isen ordal. beon ðreo nihte ær man ða hand on do. ⁊ ofga ylc man his tyhtlan mid fore aþe. swa we ær cwædon:· And beo ðæra ylc fæstende on ægþere hand ðe ðær sy. be Godes bebode. ⁊ ðæs ærcebisceopes. ⁊ ne beo ðær on naþre healfa manna ðonne xii:· Gif ðonne se getyhtleda man maran weorod sy ðonne xii. sum. ðonne sy ꝥ ordale forad. buton hi him fram gan willan:·

VI. Be ðæm ðe yrfe bycgaþ:·

Se ðe yrfe bycge on gewitnysse. ⁊ hit eft mon teaman scyle. ðonne onfo se his. ðe he hit ær æt bohte. beo he swa ðeowe. swa freoh. hweþer he sy:·

And ꝥ nan ceaping ne sy sunnan dagum:· Gif hit ðonne hwa do. ðolige ðas ceapgylds. ⁊ gesylle xxx. scill. to wite:·

VII. Be manswerum:·

Se ðe mænne aþ swerige. ⁊ hit him on open weorþe. ꝥ he næfre eft aþ wyrþe ne sy. ne binnan nanum gehalgodum lictune ne licge. ðeah he forþfare. butan he hæbbe ðæs bisceopes gewitnysse ðe he on his scrift scire sy. ꝥ he hit swa gebete hæbbe. swa his scrift him scrife. ⁊ his scrift hit gecyþe ðam bisceop binnan ðrittigum nihta. hwæþer he to ðære bote cyrran wille:· Gif he swa ne do. bete swa ðam ðe se bisceop him forgyfan wille:·

VIII. ———.

Gif minra gerefena hwylc ðonne ðis don nylle. oþþe læs ymbe sy ðonne we gecwæden habbaþ. ðone gylde he mine oferhyrnysse. ⁊ ic finde oþerne ðe wille. ⁊ se bisceop amanige ða oferhyrnysse æt ðæm gerefan ðe on his folgoþe sy:· Se ðe of ðissa gerednysse ga. gylde æt frumcyrre v. punde. æt oþrum cyrre his were. æt ðriddan cyrre ðolige ealle ðas ðe he age ⁊ ura ealra freondscipes:·

IX. ———

Ealle ðis wæs gesetted on ðam miclan synoþ æt Greatanleage. on ðam wæs se ærcebisceop Wulfhelme mid eallum ðæm æþelum mannum ⁊ witan. ðe Æþelstan cyning gegadrian:·

quiulnam in fune. Si ſit ordalium ferri, tres dies tranſeant antequam manus aperiatur; et quilibet accuſationem ſuam proſequatur praejuramento, ſicuti antea diximus, et ſint ſinguli eorum jejuni ex utraque parte, qui praeſto ſunt ex mandato Dei et archiepiſcopi, et non ſint ibi in alterutra parte plures quam xii. ſi autem accuſatus homo pluribus ſtipatus ſit, quam numero xii. tunc ordalium ſit fractum, niſi illi diſcedere velint.

VI. *De eo, qui bona emit.* LL. Sax. ca. xxiv.

Qui bona emit praeſentibus teſtibus, et ea deinde quis ſua eſſe contendat, tunc recipiat ea [venditor] qui illa prius emerat, ſive ſit ſervus, ſive liber, ſive quicunque alius ſit.

Et [jubemus] ut nulla emptio fiat diebus Solis; ſi quis autem hoc faciat, perdat pretium emptionis, et ſolvat xxx. ſolidos pro mulcta.

VII. *De perjuris.* LL. Sax. ca. xxv.

Qui falſum juramentum praeſtat, et inde convictus fuerit, nunquam ei inpoſterum fides habeatur, neque in aliquo conſecrato coemeterio jaceat, quando moritur, niſi habeat epiſcopi teſtimonium, in cujus dioeceſi eſt, quod ita illud compenſaverit, prout ipſius confeſſor ei praeſcripſerit; et confeſſor ipſius nunciet epiſcopo intra xxx. dies, utrum ad compenſationem ejus redire velit. Si hoc ita non fecerit, compenſet eo, quod epiſcopus ipſi injunxerit.

VIII. *De has leges non exequentibus.* LL. Sax. ca. xxvi.

Si quis praefectorum meorum autem hoc facere nolit, vel remiſſus ſit in eo, quod diximus, tunc ſolvat pro contumacia erga me, et ego inveniam alium qui [hoc exequi] velit; et epiſcopus puniat contumaciam illam in praepoſito, qui in ejus diviſione eſt. Qui ab hac conſtitutione diſceſſerit, ſolvat prima vice quinque libras, ſecunda vice aeſtimationem capitis; tertia vice perdat omne ſui, quod habet, et noſtrum omnium amicitiam.

IX. *De legumlatoribus et loco concilii.* LL. Sax. ca. ult.

Omne hoc conſtitutum erat in magna ſynodo Greatanleagenſi, in qua erat archiepiſcopus Wulfhelmus, cum omnibus nobilibus et ſapientibus, quos Aethelſtanus rex congregavit.

Leges eccleſiaſticae Hoeli Dda, regis ſeu principis totius Walliae *.

Praefatio ex codicè Gulielmi Philippi.

HOELUS Bonus, Cadelli filius, Dei gratia rex totius Cambriae, videns pravos mores pravaſque leges et conſuetudines inter Cambros invaleſcere, ut iis mederetur, ex qualibet commota regni ſui ad ſe convocavit ſex viros, qui auctoritate pollebant et jura callebant, et omnes clericos, quibus jus baculi in regno ſuo competebat, archiepiſcopum nempe Menevenſem, et epiſcopos et abbates et priores ad locum in Demetia, qui domus alba ad Tavum vocabatur, quam domum exſtrui juſſit virgis albis, ut pro domicilio venatico illi foret quandocunque Demetas eſſet inviſurus; quam ob cauſam vocabatur domus alba. Rex autem et coetus iſte ibi commorabatur per totam Quadrageſimam, precibus jejuniiſque ſeveris Deum exorando, ut gratiam regi daret, qua adjutus, leges et conſuetudines Wallicas emendaret. Quadrageſima autem abſoluta, ex hoc concilio delegit rex xii. viros ſapientiſſimos ex Laicis et unum ſcholaſticum vocatum doctorem Blegoridum, qui delinearent et formarent leges et jura ſibi et regno ſuo uſui futura, et quae juſtitiae et aequitati, quam maxime fieri potuit, eſſent conſentanea. Has leges in tres partes deſcribi juſſit. Prima parte continebantur leges aulicae quotidianae; altera leges patriae; tertia ad utramque pertinentes; quarum legum tria exempla deſcribi curavit, unum pro uſibus aulae quotidianis, penes ſe aſſervandum; alterum Dinevorae, et tertium Aberfraviae; ut ita quaelibet trium Walliae partium, Venedotia nempe, Powiſia; et Demetia legum exemplar auctenticum haberet ſemper in promptu.

HYWEL Dda o rad Duw mab Cadell Brenin Cymru oll, a welas ei Gymry yn camarfer o gyfreitheu a defodeu, ac o achaws hynny a ddyſynnawdd attaw o bob Cymmwd o'i Deyrnas hwegwyr a arferynt o awdurdawd ac yngneidaeth, a holl Eglwyſwyr ei deyrnas a arferynt o deilyngdod Bagleu, megys Archeſgob Mynyw, ac Eſgyb ac Abadeu a Phrioreu, hyd y lle a elwir Y Ty Gwyn ar Daf yn Nyfed. Y ty hwnnw a beris ef ei adeilad o wiail gwynjon yn letty iddaw wrth hely pan ddelai i Ddyfed. Ac wrth hynny y gelwid ef Y Ty Gwynn. A'r Brenin a'r gynnulleidfa honno a drig jaſant yno trwy yr holl arawys, i weddio Duw trwy ddirweſd perffaith, ac i erchi rhad a darpar i'r brenin i wellhau cyfreitheu a defodeu Cymru. Ac o'r gynnulleidfa honno pan derfynawdd y garawys, y dewiſawdd y Brenin y deuddeg Lleyg doethaf o'i wyr, a'r un Yſgolhaig doethaf yr hwn a elwid yr Athraw Blegywryd, y lunieuthaw ac i ſynhwyraw iddaw ac i'w deyrnas gyfreitheu ac arferoedd yn berffaith ac yn neſaf y gellid at wirjonedd a jawnder: ac ydd erchis eu hyſgrifennu yn dair rhan, yn gyntaf, cyfraith y llys beunyddjawl; yr ail, cyfraith y wlad; y drydedd, afer o bob un o honunt. Gwedy hynny ydd erchis wneuthur tri Uyfreu cyffraith; un wrth ei Lys beunyddjawl preſwyl y gyd ag ef, arall i Lys Dinefwr, y trydydd i lys Aberffraw; megys y caffai tair rhanneu Cymru, nyd amgen Gwynedd, Powys a Deheubarth, awdurdawd cyfraith, yn eu plith wrth eu rhaid yn waſdad ac yn barawd.

* Leges has, ex quibus eccleſiaſticas noſtras, juxta editionem doctiſſimi Wottoni deſumpſimus, condidit Hoelus Bonus, primum regni Sudwallenſis, deinde totius Walliae princeps, in magno concilio ad Ty Gwynn, ſive Whitlandiam, in agro Maridunenſi celebrato. Quo anno autem eas promulgaverit, auctores haud bene inter ſe conveniunt. Spelmannus ſequentia in hunc locum adnotat. Hoc concilium locat Camdenus in anno Domini DCCCCXIV. Codex quidam veterrime MS. circa ann. DCCCCXVI. Hiſtoria Cambriae poſt ann. Dom. DCCCCXL. vel ſub eodem. Magna auctorum diſcrepantia, et quae videatur tria concilia denotaſſe, ſi toto hoc tempore Hoeli floruiſſet dominatio. Sed perſpicuum eſt eum non ſalutatum eſſe principem ante ann. Dom. DCCCCXL. vel hunc circiter; nec potitum gubernaculo ultra ann. Dom. DCCCCXLVIII. ſi hiſtoriae antedictae (quam a doctiſſimis illius patriae auctoribus recognitam videmus et approbatam) fidem habeamus. Ei igitur adhaerentes, concilium iſtud ſub ann. Dom. DCCCCXL. celebratum opinamur, praeſidentibus Walliae rege ſive principe Hoelo Dda (i. e. Bono) et archiepiſcopo Menevenſi, incerti ſane nominis, ſed qui pro more praedeceſſorum ſuorum, non ſolum archiepiſcopi titulum, ſed et in multis juriſdictionem tenuit, pallium licet a Romana ſede non ſit aſſecutus. Affuiſſe etiam perhibentur CXL. praelati eccleſiae cum magnatibus totius Walliae. Finito concilio dictus archiepiſcopus anathema promulgavit in conditarum jam legum violatores; et ut firmiorem illis reverentiam rex pararet, aſſumptis ſibi archiepiſcopo Menevenſi, et epiſcopis Bangorenſi et Aſſaphenſi, tredecimque aliis prudentia et eruditione viris ſpectatiſſimis, Romam peregrinatur, et legum ſuarum confirmationem a papa ipſo (tanta his auctoritas) reportavit. Notatur autem in calce iſtius concilii Blangoridum (virum doctum, cujus ſit mentio in prooemio) leges illas collegiſſe, et eundem claruiſſe ann. Domini DCCCCXIV. Fuiſſe hoc (opinor) ea occaſione, quod eidem anno concilium iſtud a Camdeno ſit aſcriptum, anno ſcilicet quaſi viceſimo ſexto ante Hoeli principatum. Haec SPELMANNUS. Nos ei propius fidei hiſtoricae accedenti aſſentientes, Clarkii verbis in praefatione ad eruditiſſimi Wottoni leges Wallicas rem totam decidemus. Secundum annalium principum Wallenſium ordinem latae erant ab Hoelo leges, poſtquam chriſtianam ſuſcepiſſet fidem Danorum rex Anlafus, et nondum expulſis e Northymbrorum regno Daniae regibus; hos vero firmante chronico Saxonico (ad ann. DCCCCXLII. DCCCCXLIV.) ubi diligentior habetur calculus, ſecundo poſt Anlafi baptiſmum anno depulit Eadmundus ann. Dom. DCCCCXLIV. Si igitur haec omnia eo, quo geſta erant ordine, deſcribantur, ſuum de ferendis legibus concilium ann. Domini DCCCCXLIII. habuit Hoelus.

Llyf. I. Pen. XIII.

Am yr Offeirjad teulu.

1. AIL yw yr Effeirjad teulu.

2. Efe a ddyly ei Dir yn rhydd, a'i Farch preſwyl a'i Frethynwiſg i gan y Brenin, a'i Lieinwiſg i gan y Frenhines.

3. Ei le yn y neuadd yw y am y tan a'r Brenin, yn neſaf i'r celfi wrth ſendigaw y bwyd a chanu Pader.

4. Ei Letty yw ty y Clochydd ac y gyd ag ef yr Yſgolheigjon.

5. Ei Sarhaad yw herwydd brawd y Senedd.

Al. Y neb a Sarhao neu a latho Effeirjad teulu, dioddefed gyfraith Senedd. Ac am ei warthaad, deuddeng mu a delir iddaw; y traean a gaiff efe, a'r ddeuparth a gaiff y Brenin.

6. Ei Nawdd yw dwyn y dyn a wnel y cam hyd yr Eglwys neſaf iddaw.

7. Ei Ancwyn yw ſaig a chornaid llyn.

8. Efe a ddyly Offrwm y Brenin a phawb o'r y rhoddo y Brenin iddaw, yn y tair Gwyl arbennig.

9. Efe a ddyly draean Degwm y Brenin.

10. Efe a ddyly Ddegwm y teulu, ac a ddyly eu Daered.

11. Efe a ddyly bedair ceinjawg o bob inſail agored a roddo y Brenin am dir a daear, neu am negeſeu mawr eraill.

12. Efe a ddyly Offrwm y Brenin ar Efferen beunydd, ac Offrwm y Swyddwyr achlan, a thraean eu gweini, a'r ddeuparth o'r lle pan hanfoent; ac y felly am a berthyno parth a'r llys oll o ddynjon, efe biau eu traean waſanaeth.

13. Efe a ddyly y Dillad y penydjo y Brenin ynddunt y Garawys.

14. Efe a ddyly fod yn waſdad y gyd a'r Brenin, canys trydydd Anhepcor yw.

15. Efe yw y trydy' dyn a gynneil Fraint llys yn awſen y Brenin.

16. Efe a ddyly gaffael ei Farch i gan y Brenin mal y treuljo.

17. Efe Farch a gaiff o'r Ebran gymmaint a rhan dau feirch, ac felly pob Swyddawg arbennig.

18. Ny ddyly yr Eſgob berſoni neb ar Sapeleu y Brenin, namyn yr Effeirjad teulu onid gan gyngor y Brenin.

19. Punt yw Cyfarws pob un o'r teulu eithr ey Penteulu.

Lib. I. Cap. XIII.

De ſacerdote domeſtico.

1. PROXIMUS eſt ſacerdos aulicus.

2. Terras immunes habebit, et equum cum veſtimentis laneis rex, et veſtimenta lintea regina ſuppeditabunt.

3. Locus ejus in aula eſt ultra ignem ex adverſum regi, proximus columnae ad benedicendum cibis, et cantandum orationem dominicam.

4. Hoſpitabitur in domo aeditui cum clericis ſuis.

5. Mulcta pro injuria ei illata decreto ſynodi eſt aeſtimanda.

Al. Si quis injuriam intulerit ſacerdoti domeſtico, vel eum occiderit, vel jure egerit cum eo, a ſynodo judicabitur, niſi quando vulnus linguae ei infertur; et [tunc] pro iſta injuria mulcta erit xii. vaccarum, quarum trientem ipſe habebit, et beſſem rex.

6. Jus perfugii habet ad deducendum reum ad proximam eccleſiam.

7. Pro coena privata dabitur illi ferculum [cibi] et cornu potus.

8. Oblationes regis et domeſticorum et uniuſcujuſque, cui rex officium dederit, in tribus feſtis principalibus, ad illum pertinent.

9. Trientem habebit de decimis regiis univerſis.

10. Decimas familiae et eorum mortuaria habebit.

11. Pro quolibet ſigillo patenti cum rex aliquem terris donaverit, vel cum alias aliquas res majoris momenti [ſigillo confirmaverit,] IV. denarios accipiet.

12. Oblationes ad miſſam quotidianam regis, cum oblationibus omnium miniſtrorum et triente oblationum ſervorum [domeſticorum] et beſſe oblationum, quas incolae loci, in quo ſit curia, offerent, ad illum pertinent; et ſummatim, ubicunque aliquid debetur curialibus ab incolis alicujus loci, triens ex iſtis ſervitutibus illi perſolvetur.

13. Paſchate habebit veſtimenta regis poenitentialia, quibus in Quadrageſima induebatur.

14. Regem ſemper comitabitur, cum ſit unus ex comitibus ejus individuis.

15. Unus eſt ex triumviris, qui, rege abſente, dignitatem aulae ſuſtinebunt.

16. Equos, ſi qui defecerint, regiis ſumptibus habebit.

17. Equus ejus (ut et omnium miniſtrorum principalium equi) duplicem pabuli portionem habebit.

18. Epiſcopus neminem ad capellas regias praeſentabit, inconſulto rege; hoc enim eſt ſacerdotis domeſtici officium.

19. Merces annua ſingulorum officialium, excepto praefecto palatii, libra aeſtimatur.

Llyf. I. Pen. XXIX.

Am Offeirad y Frenhines.

1. AIL yw Effeirjad y Frenhines.

Lib. I. Cap. XXIX.

De ſacerdote reginae.

1. SACERDOS, qui reginae eſt a ſacris domeſticis, eſt ſecundus.

2. Terram immunem poſſidebit: equum ſemper et veſtimentum linteum a regina, et laneum a rege accipiet.

3. Decimarum reginae et miniſtrorum camerae ejus trientem accipiet.

4. Hoſpitabitur cum ſacerdote regio in domo aeditui.

5. Pro quolibet ſigillo patente juſſu reginae conceſſo, IV. denarios accipiet.

6. Oblationes reginae et omnium ejus miniſtrorum ter in anno habebit. Oblationes autem reginae perpetuo habebit.

Al. Oblationes officialium reginae habebit in tribus feſtis principalibus.

7. Veſtimenta reginae poenitentiales, quibus tota Quadrageſima induebatur, Paſchate ad illum pertinent.

8. Cibis et potui, quae in cameram deferuntur, ille benedicet.

9. Locus ejus [erit] exadverſum reginae.

10. Patrocinabitur reis ad proximam eccleſiam.

11. Mulcta pro injuria ei illata ad arbitrium ſynodi [determinabitur.]

12. Pretium caedis ejus pro dignitate gentis ſuae ſtatuetur, et eodem modo caedes cujuſque gradu eccleſiaſtico decorati aeſtimabitur.

2. Efe a ddyly ei Dir yn rhydd; a'i Farch preſwyl, a'i lieinwiſg i gan y Frenhines a'i Frethynwiſg i gan y Brenin.

3. Efe a ddyly draean degwm y Frenhines, ac a berthyno ar yr yſdafell.

4. Ei Letty yw y gyd ag Effeirjad y Brenin yn nhy y Clochydd.

5. Efe a ddyly bedair ceinjawg o bob inſail agored a roddo y Frenhines.

6. Efe a ddyly offrwm y Frenhines a phawb o'r a berthyno attai dair gwaith bob blwyddyn: offrwm y Frenhines hagen a gaiff yn breſwylfoddawg.

Al. Offrwm y ſawl a berthyno i'r yſdafell yn y tair Gwyl arbennig a gaiff.

7. Efe a ddyly Ddillad y Frenhines y rhai y penydjo ynddunt yn hyd y Garawys.

8. Efe a ddyly ſendigaw y bwyd a'r llyn a ddel i'r yſdafell.

9. Lle yr Offeirjad gyfarwyneb a'r Frenhines.

10. Ei Nawdd yw a wnel y cam hyd yr Eglwys neſaf.

11. Ei Sarhaad yw herwyd brawdd y Senedd.

12. Ei Werth yw herwydd braint ei genedl, ac y ſal hynny pob Graddwr.

Lib. II. Cap. VIII.

De aſylis eccleſiaſticis.

OMNES proprietarii fundorum eccleſiaſticorum adire regem novum debent, ad exponenda coram illo ſua jura et privilegia; id quod illos facere oportet, ne regi fucus fiat. Et poſtquam regi ſua privilegia expoſuerint, ſi illi juſta fuiſſe videbuntur, privilegia et jura aſylorum illis confirmabit.

2. Si quis crimen quodpiam admiſerit, et ob iſtud crimen ad aſylum confugerit, et lis ei illic intendatur; nec abbas nec monachi illi patrocinabuntur, uſque dum ſatisfecerit pro iſto crimine. Sed ſi nulla lis ei moveatur, illum conducent ad locum, quo illum conducere debuerint.

3. Si quis damnum intulerit alicui, quod denario aeſtimetur extra limites aſyli, et actio illi intendatur ob iſtud facinus, jure aſyli, quod violaverit, non potietur. Qui enim in aſylo facinus perpetraverit, patrocinium illic denuo non habebit, ſed neceſſe erit illi novum aſylum petere.

Al. Si quis in aſylo reliquias geſtans damnum fecerit, quod denario compenſandum fuerit, bona ejus omnia iſto aſylo decident, niſi aliud aſylum obtinuerit. Nec enim aequum eſt, ut in aſylo, quod violaverit, protegatur.

4. Qui ad aſylum confugerit, coemeteria et atria eccleſiae ſuae peragrare licet ſine reliquiis, et armenta ejus erunt cum armentis monaſterii,

Llyf. II. Pen. VIII.

Am Nawdd Eglwys.

1. POB perchennawg tir Llan a ddylyant ddyfod ar bob Brenin newydd a ddel, i ddadganu iddaw ef eu Braint ac eu Dylyed; ac y ſef achaws y dadganant iddaw ef, rhag twyllaw y Brenin. A gwedy y dadganont iddaw ef eu Braint, o gwyl y Brenin fod yn jawn eu Braint, yſdynned y Brenin iddunt eu Braint ac eu Noddfa.

2. O derfydd i ddyn wneuthur anghyfraith ar hag yr anghyfraith hwnnw cyrchu Nawdd ac ef ar y Nawdd hwnnw cyfodi hawl arnaw; ni ddyly yr Abadeu na'r Effeirjeid ei hebrwng ef, yn y wnel jawn am yr anghyfraith gyſſefin. O derfydd na chyffroo hawl arnaw ef, hebryngent wynteu efo hyd y lle y dylyoent ei hebrwng.

3. O derfyddd i ddyn wneuthur cam cywerthydd ceinjawg i ar ei Noddfa a chyffroi hawl arnaw ef am yr anghyfraith ryddigones i ar ei Noddfa, ni ddyly ei amddiffyn o'r Nawdd y gwnaeth gam arnaw, oni's adnewydda o Nawdd arall.

Al. O derfydd i ddyn wneuthur o gam werth un geinawg ac ef ar Nawdd a Chrair arnaw, efe a ddyly golli cwbl o'r eiddaw ac o'i anrhaith i'r Nawdd hwnnw, ony chaiff Nawd arall o newydd. Sef achaws yw hynny, Y Nawdd a amreinjwys efe, ny ddyly o honaw un Nawdd.

4. Pwybynnag a gymmero Nawdd, efe a ddyly ymdaith yn y Fynwent a'r Gorphlan heb Greirjeu arnaw, a'i yſgrubl y gyd ag yſgrubl y clas

clas a'r Abadeu hyd ydd eloent bellaf, ac ydd ergytt joent eu buches drach eu cefn.

5. O derſydd i ddyn fod Greirjeu arnaw, a gwneuthur o hanaw gam a dan ei Greirjeu, ni ddyly gaffael nawdd nac amddiffyn i gan y Greirjeu hynny, can ni's haeddws.

6. Meſur Corphlan Erw gyfreithjawl yn ei hyd, a'i phen ar y Fynwent, a hynny ynghylch y Fynwent yn gwmpas.

7. O derſydd bod Eglwys a ddywetto ddylyu gynnal dyn ar ei Noddfa ſaith mlynedd heb wneuthur jawn, neu yſbaid a fo hwy; a bod yr Arglwydd a fo ar y wlad yn gwrthwynebu iddi am hynny, ac yn dawedud nyd eddyw i ganthaw ef iddi y Braint hwnnw: rhaid yw i'r Eglwys fod iddi a gatwo y Braint hwnnw o dyſdjon deddfawl: ac o's caiff, gatter iddi yn ddiwaraſun ei Braint. Ac oni's caiff hithau hebrynged yr Eglwys ef mal y dylyo orau, neu ynteu gwnaed jawn o'r Anghyfraith ryddigones.

8. Or gwnair Eglwys ar Taiawctref gan gannjad y Brenin, a'i bod yn Gorphlan ac Effeirad yn efferennu ynddi, rhydd ſydd y Dref honno odd' yna.

9. O derſydd i Berſoneu yr Eglwys ddywedud allu o naddunt wy roddi nawdd yn erbyn un o'r tri pheth hyn, Gorfodogaeth, a Mechniaeth, a Goreſgyn, bid ym dhen y Brenin, y gwr a romdes iddunt wy y noddfa, edfryd pa ddelw y rhoes efe y noddfa honno; ac a rodes, yn ei erbyn ei hun y rhoddes; cadwent wynteu hyn a roddes efe iddunt wy.

et [tuta erunt] ad ultimum locum, quo illa progredi fas erit, modo revertantur ad bovilia ſua.

5. Si quis reliquias geſtans ſub earum patrocinio facinus patraverit, nec patrocinium nec defenſionem ab illis habebit, quoniam indignum ſe reddiderit tali patrocinio.

6. Menſura coemeterii eſt jugerum legitimum longitudine; cujus extremitas atrium pertinget, illud undiquaque ambiens.

7. Si qua eccleſia jus tuendi reum patrocinio ſuo per ſeptennium, vel eo amplius, a compenſatione facienda, ſibi vendicaverit, et dominus iſtius regionis illi contradixerit, et negaverit tale privilegium illi ſe unquam conceſſiſſe; eccleſia debet producere teſtes idoneos, qui illi iſtud privilegium aſſerent. Et ſi tales habuerit, privilegio iſto ſine moleſtia fruitor, alioquin reum modo, quo poſſit, optimo protegat, vel [reus] pro injuria, quam fecerit, compenſet.

8. Si rex eccleſiam in villa ſervili extruendi licentiam conceſſerit, cui coemeterium fuerit aſſignatum, et ſacerdotes ad miſſam inibi celebrandam conſtituti fuerint, iſta villa exinde libera erit.

9. Si eccleſiaſtici affirmaverint ſe patrocinium dare poſſe contra quodlibet ex hiſce tribus, cuſtodiam nempe, ſeu exhibitionem reorum, fidejuſſionem et inveſtituram, rex, qui iſto privilegio illos donavit, examinabit, quale privilegium illis dederit; et ſi tale illis conceſſerit, quod praerogativae ſuae nocivum ſit, iſto tamen eccleſiaſtici fruantur.

Llyf. II. Pen. IX.

Am ſaith Yſgopty Dyfed.

1. SAITH Yſgopty y ſydd yn Nyfed. Un yw, Mynyw yn Eiſteddfa arbennig yng Nghymru. Ail yw Eglwys Iſmael. Trydydd Llan Degman. Pedwerydd Llan Uſſylld. Pummed Llan Deilaw. Hweched Llan Deulydawg Seithfed Llan Genau.

2. Abadeu Teilaw a Theulydawg ac Iſmael a Degeman a ddylyant fod yn llythyrjawl urddoljon.

3. Ebediw pob un o'r pedwar hyn i Arglwydd Dyfed deuddeg punt yw a'r neb a ddel yn eu lle taled.

4. Mynyw a ddyly fod yn rhydd o bob.

5. Llan Genau a Llan Uſſylld rhydd ynt o Ebediweu can nid oes dir Eglwys iddunt.

6. Y neb a wnel waed ar Abad un o'r Eiſdeddfaeu arbennig rhagddywededig taled ſaith punt iddaw a golchyddes o'i genedl yr gwaradwydd i'r genedl ac yr cadw cof am dal y ſarhaad.

Lib. II. Cap. IX.

De ſeptem domibus epiſcopalibus in Demetia.

1. SEPTEM domus epiſcopales ſunt in Demetia. Prima eſt Menevia, metropolis totius Walliae. Secunda eſt eccleſia [ſancti] Iſmaelis. Tertia eſt eccleſia [ſancti] Decumani. Quarta eſt eccleſia [ſancti] Iſſilti. Quinta eſt eccleſia [ſancti] Teiliavi. Sexta eſt eccleſia [ſancti] Teilidoci. Septima eſt eccleſia [ſancti] Cenaei.

2. Abbates SS. Teiliavi, Teilidoci, Iſmaelis, et Decumani debent eſſe literati, et ſacris ordinibus initiati.

3. Pro mortuario cujuſque horum quatuor xii. librae ſunt ſolvendae domino Demetiae ab unoquoque, qui in alterius locum ſuffectus fuerit.

4. Menevia libera eſt ab omni ſervitio.

5. Eccleſiae SS. Cenaei et Iſſilti liberae ſunt a mortuariis, quoniam fundos nullos habent.

6. Si quis vulneraverit quemquam horum abbatum, qui ſedibus hiſce praedictis principalibus praeficiuntur, ſolvet illi vii. libras et lotricem e gente ſua gentilibus [abbatis tradet] in dedecus [domus ſuae] et ut memoria talis mulctae ſolutae conſervetur.

Lib. II. Cap. XXVIII.

De cauſis inter curiales et eccleſiaſticos.

1. SI clericus curialem lege petat, petere in curia [regia] oportet.

2. Si curialis clericum lege petat, petere in [curia] eccleſiaſtica oportet. Idcirco curialis non magis debet eccleſiam petere, quam clericus curiam, quia gladius pedum paſtorale protegere debet.

3. Septem tamen ſunt praerogativae fori eccleſiaſtici prae foro laico. Hae ſeptem ſunt, decimae et oblationes et mortuaria et honoraria pro matrimoniis, et legata mortuorum, et ſpolia altaris, et bona latrocinio manifeſto ablata a clerico, et contumelia viro eccleſiaſtico illata. Et pro quolibet horum laicus ſatisfactionem dabit clerico in foro eccleſiaſtico.

4. Eccleſia etiam unam habet praerogativam prae curia regia, nempe quod in limitibus terrarum ſtatuendis illa primo jurabit, modo jus baculi et evangelii habuerit.

Llyf. II. Pen. XXVIII.

Am Ddadl Lys ac Eglwys.

1. ODERFYDD i wr o'r Eglwys holi gwr o Lys, holed yn y Llys.

2. O derfydd i wr o Lys holi gwr o'r Eglwys, holed yn yr Eglwys. Wrth hynny ni ddyly gwr o Lys hebrwng ei hawl i'r Eglwys, mwy no gwr o'r Eglwys i'r Llys: ſef achaws na's dyly, am gymmell o'r Cleddyf jawn i'r Fagl.

3. Eisjoes ef a wnaethbwyd ſaith Ragor i'r Eglwys rhag Llys i fod yn bennaf: ſef yw y ſaith hynny; Degwm Daered, Priodas, Chymmun marw, ac Yſbail Allawr, Thrais golau ar wr Eglwyſig, ar Sarhaad Graddwr Eglwys. Ac am bob un o'r rhai hynny y dyly gwr o Lys hebrwng jawn i wr o Eglwys hyd ei Eglwys.

4. Un Rhagor y ſydd i'r Eglwys rhag y Llys frenhinawl am dir terfynu yn y blaen, o bydd Bagl ac Efengyl iddi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
MARINI. II. 1.	ODON. 10.	943.	EDMUND. I. 3.

Conſtitutiones Odonis, archiep. Cant. * Ex MS. Cott. Veſpaſ. A. 14. fol. 173. verſo.

Praefatio.

IN nomine ſanctae Trinitatis et unicae divinitatis. Licet nullis exiſtentibus meritis, monita piae exhortationis auſu temerario quempiam docere praeſumam; tamen quia certantibus, et videlicet laborantibus in ſtadio hujus vitae, ſpirituale bravium auctore donorum Spiritu promittitur; et paſtorum curae, populus Dei multiplicandus, fide et numero caute conceditur. Ideo ego Oda humilis et extremus, divina largiente clementia, almi praeſulis et pallii honore ditatus, quaedam documenta, omni chriſticolae, ni fallor, non indigna, quae a praecedentibus illuſtrium virorum praeceptis certiſſima comperi, ad conſolationem domini mei regis, ſcilicet Aetmundi, omniſque populi excellenti imperio ejus ſubjecti, in iſta cartula coadunare decrevi. Unde devotiſſime obſecro, et clementiſſime hortor audientium mentes, ut ſi quando haec recitanda audiant, interius videlicet in corde frequenti meditatione plantent, et multiplici bonae operationis munere, ex eo fructum pacatiſſimum in tempore meſſis ſibi colligant.

CAP. I. *De immunitate eccleſiae.* †

Primo capitulo praecipimus et mandamus, ut ſancta Dei eccleſia, quae ſanguine Chriſti primum fundata eſt, et fidelium multitudine, ſponſa dealbata, nullis ingravetur ‡ malorum interruptionibus. Nec alicui liceat cenſum ponere ſuper eccleſiam Dei; quia filii eccleſiae, id eſt, filii Dei, ab omni cenſu terreſtri liberi ſunt in omni regno. Ambroſius ait: "Eccleſia catholica libera eſt ab omni cenſu principis", in hiſtoria eccleſiae. Si quae domus, agri, vel quaelibet praedia a chriſtianis direpta ſunt, ſive ſub fiſcum regalem, ſive in dona collata ſunt; haec omnia in antiquum jus chriſtianorum praecipimus revocari. Gregorius enim ait: "Si quis eccleſiam Chriſti denudaverit, anathema ſit, ſi non ſatisfactione emendaverit": et iterum: "Quiſquis eccleſiae Dei parochias violare vel uſurpare per rapinam temptaverit, ab eccleſiae miniſtris excommunicandus eſt, et omnimodo a corpore Chriſti alienus". Audent enim extra milites, qui Chriſtum crucifixerunt, aliquid, qui eccleſiae ejus diſciplinae regulis obedire contempnunt: eccleſia enim habet poteſtatem ligandi atque ſolvendi.

CAP. II. *De ſecularium principum officio, et obedientia epiſcopis praeſtanda.*

Secundo capitulo ammonemus regem, et principes, et omnes, qui in poteſtate ſunt, ut cum magna humilitate ſuis archiepiſcopis, omnibuſque aliis epiſcopis obediant; quia illis claves regni caelorum ſunt, datae, et habent poteſtatem ligandi atque ſolvendi. Nec ſe magni pendant in ſeculari potentia, quia Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus dat gratiam: habeatque rex prudentes con-

* Conſtitutiones Odonis, archiepiſcopi Cantuariae, tempore regis Edmundi latae, hoc eſt, annum circiter Domini DCCCCXLIII. regnare enim is coepit anno DCCCCXL. i. Odae, alias Odonis pontificatus 7. deſiit vero anno DCCCCXLVI. i. Odonis XIII. In quibus cavetur de officio regis, magiſtratuum, et cleri, et de juribus eccleſiae rite conferendis.

† V. Chart. reg. Aethelbaldi in Ingulph. fol. 486. a. Tituli capitum deſunt MS. ‡ ingredietur MS.

ſiliarios,

ſiliarios, Deum timentes ſuper regni negotia; ut populus bonis exemplis regis et principum eruditus, proficiat in laudem et gloriam Dei, ſitque rex clypeus et defenſor eccleſiarum Dei. Neminem injuſte per potentiam opprimere: ſine acceptione perſonarum inter virum et proximum ſuum judicare: advenis, pupillis, et viduis protector eſſe: furtum prohibere, adulteria punire: iniquos non exaltare: pauperes eleemoſynis alere: quia etſi omni homini neceſſarium eſt; Chriſti cuſtodire mandata praecipue tamen regibus, et omnibus in ſublimitate poſitis: qui et pro ſeipſis etiam, et pro univerſis ſibi ſubjectis, in die diſtricti examinis juſto judici rationem ſunt reddituri.

CAP. III. *De officio epiſcoporum.*

Tertio ammonendi ſunt epiſcopi, quatenus cum omni honeſtate, et modeſtia in ſanctae religionis pietate praedicent, et oſtendant exempla bona omnibus. Ut ſuas parochias omni anno, cum omni vigilantia praedicando verbum Dei, circumeant; ne aliquis per incuriam paſtoris, per devia cujuſlibet ignorantiae errans, lupinis pateat morſibus lacerandus; ne quis turpis lucri gratia, ſed ſpe mercedis aeternae, gregem ſibi commiſſum, paſcere ſtudeat. Quod enim gratis accepimus, gratis impendere non differamus. Abſque ullo timore vel adulatione cum omni fiducia verbum veritatis praedicare regi, principibus populi ſui, omnibus dignitatibus, et nunquam veritatem ſubterfugere. Neminem injuſte dampnare; neminem, niſi juſte, communicare; omnibus viam ſalutis demonſtrare.

CAP. IV. *De officio preſbyterorum.*

Quarto capitulo amonemus preſbyteros, ut populum Dei bonis exemplis, habitu ſancto doceant; et doctrina ſancta erudiant et informent. Ut illorum converſatio in omni bonitate et modeſtia, moribus populi excellentior ſit: quatenus qui eum viderit ſecundum preſbyteratus ſui dignitatem veſtitum incedentem, bene et laudabiliter enunciat habitus ejus.

CAP. V. *De officio clericorum.*

Quinto capitulo ammonendi ſunt clerici, ut canonice cum omni honeſtate et reverentia juxta ſanctorum patrum decreta vivant; praebentes bona omnibus exempla, quatenus in eorum bona converſatione laudetur epiſcopus, honoretur eccleſia, populus proficiat in laudem Dei; et illi ſecundum nominis ſui dignitatem, digni in Dei haereditatem venire efficiantur.

CAP. VI. *De officio monachorum.*

Sexto capitulo hortamur monachos, et omnes qui votum Deo voverunt; ut in omni humilitate et obedientia, die noctuque hoc adimplere ſtudeant, permanentes in timore Dei in eccleſiis, ubi ſe voto conſtrinxerunt. Non ſint vagabundi, neque girovagi, qui nomen monachi deſiderant, officium autem ejus contempnunt; ſed ſecundum exempla apoſtolorum, per habitum humilitatis, laboribus manuum, et lectione ſacra, et continuis orationibus ſe exercentes: "parati, praecinctis lumbis, ardentibuſque lucernis, patremfamilias expectent": ut veniens eos faciat in aeterna requie ſine fine permanere.

CAP. VII. *De prohibendis illicitis connubiis.*

Septimo capitulo prohibemus, et interdicimus omnibus chriſtianis injuſta connubia, et inceſtuoſa cum monialibus vel cognatis, vel cum aliis inlicitis perſonis. Sanctae enim recordationis Gregorius papa, cum pluribus epiſcopis, ſeu ſacerdotibus caeteris, in Baſilica beati Petri apoſtoli conſtituit: "Si quis monacham, quam Dei ancillam appellant, in conjugio duxerit; anathema ſit: et reſponderunt omnes, Amen". Nos quippe eandem apoſtolicam auctoritatem ſequentes, ſimili modo jaculum maledictionis talibus imponamus, niſi correptus a tam nefanda praeſumptione, ad ſatisfactionem pervenerit.

CAP. VIII. *De concordia in eccleſia obſervanda.*

Octavo capitulo obſecramus, ut quando in aliquo conventu venerimus, tota intentione conſideremus, quid pſalmiſta nos amonet, dicens: "Dominus proſpicit ſuper filios hominum": et reliqua. Et iterum: "Dominus diſſipat conſilia gentium": et reliqua uſque "in haereditatem ſibi". Ideo praevidendum eſt, fratres, ut ſit concordia et unanimitas inter epiſcopos et principes, omnemque populum chriſtianum, ut ſit unitas ubique eccleſiarum Dei, et pax: immo una ſit eccleſia, fide, ſpe, et charitate, unum habens caput, quod eſt Chriſtus: cujus membra ſe invicem adjuvare, mutuaque caritate diligere debent, ut ipſe ait: "In hoc cognoſcent omnes": et reliqua.

CAP. IX. *De [illegible] dis.*

Nono capitulo ammonemus jejunium cum eleemoſynis caute et vigilanter conſervare. Iſtae enim ſunt tres alae, quae ducunt ſanctos ad caelum. Quatenus quadrageſimale jejunium, quatuor tempora, et alia legitima jejunia, videlicet iv. feriam et vi. feriam, cum magna vigilantia obſervare ſtudeatis; et ſuper omnia dominicum diem, et ſanctorum feſtivitates, ſicuti canon et exempla praecedentium patrum affirmant, ab omni ſeculari opere cautiſſime cuſtodire procuretis: ne ſuperſtitionibus vanis conſenſum praebeatis; neque creaturam pro creatore, magicis inluſionibus adorabitis; quia, qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.

CAP. X. *De [illegible]*

Decimo capitulo mandamus, et fideliter obſecramus, de decimis dandis, ſicut in lege ſcriptum eſt: "Decimam partem ex omnibus frugibus tuis ſeu primitiis deferas in domum Domini Dei tui". Rurſum per prophetam [a]: "Afferte (inquit) omnem decimam in horreum meum, ut ſit cibus in domo mea, et probate me ſuper hoc. Si non aperuero vobis cataractas caeli, et effudero benedictionem uſque ad abundantiam

[a] Mal. iii. 10.

dantiam: et increpabo pro vobis, qui comedit et corrumpit fructum terrae veſtrae, et non erit ultra in ea ſterilis". Unde et cum obteſtatione praecipimus, ut omnes ſtudeant, de omnibus, quae poſſident, dare decimas; quia ſpeciale Domini Dei eſt, et de novem partibus ſibi vivant, et eleemoſynas tribuat. Veritatem autem facientes, in caritate maneamus in illo, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
MARINI. II. 1.	ODON. 10.	943.	EDMUND. I. 3.

*Synodalis epiſtola Odonis, archiepiſcopi Cantuarienſis, ad epiſcopos ſibi ſuffraganeos.**

MIRABILI cunctipotentis praeſulis polorum clementia opitulante, ego Odo, eccleſiae ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti archiepiſcopus, Dorobernenſis civitatis metropolitanus, coepiſcopis fidei catholicae compaginatoribus, ſpiritali charitate, etiam comitatus rigore, meis confratribus, praeſentium proſperitatem, aethereique decoris beatitudinem. Si aliquo modo fieri poſſet, ut totius mundi opes ante noſtros ponerentur obtutus, ita ut imperiali munere nobis univerſaliter deſervirent, libenter illa omnia diſtribuerem, meque ipſum inſuper pro veſtrarum animarum ſalute impenderem. Quippe quoniam meipſum a veſtrae ſanctitatis ſtudio cupio et ſpero corroborari ſuper eo, in quo Dominus Deus nos operarios conſtituit. Et multa, quibus onus pontificatus exponit, ſubdidit: idcirco humiliter, quaſi indignus, ſed devotus, precor et hortor ſanctitatem veſtram, ne tepide et negligenter in regimine animarum converſemini, ut non in tempore tremendae vindictae conqueratur de vobis Dominus, dicens: † "Paſtores non paſcebant gregem meum, ſed ſemetipſos." Et iterum: "Principes extiterunt, et ego ignoravi." Sed potius curemus familiae Domini, ſuper qua nos conſtituit rectores, cibum dare in tempore ſuo, menſuram tritici, probatam ſcilicet doctrinam. Et quamvis meritorum qualitate non praeſumam conſolari et hortari quemquam, quippe qui ſolus indignus, et innumerabilium culparum reus, gaudeo et indigeo fraternis admonitionibus fideliter corroborari; tamen propter antiquam auctoritatem praedeceſſorum meorum, beatae ſcil. memoriae Auguſtini, et aliorum ſanctorum, quorum ſtudiis regula chriſtianitatis, primum ab hac archiepiſcopali ſede cunctis finibus Anglorum innotuit: idcirco iſtos divinos apices ad utilitatem omnium veſtrum caraxare decrevi, quatenus rex auguſtiſſimus, egregio vocabulo Edmundus, cum omni populo ſuo imitari gaudeat, quod in nobis et ex nobis audiat; omneſque gentes, quae undique regali imperio ipſius ſubjectae ſunt, titulos liquidae noſtrae converſationis ovanter ſequi ament et delectent.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
MARINI II. 2.	ODON. 11.	944.	EDMUNDI I. 4.

Concilium Londinenſe ſub Edmundo rege, in quo ſequentes leges eccleſiaſticae conditae ſunt. Ex textu Roffenſi, et Spelm.

EADMUNDUS rex congregavit magnam ſynodum in civitate Londini, ſancto paſchali tempore, utriuſque tam eccleſiaſtici ordinis, quam politici. Ibi erat Oda, et Wulfſtan archiepiſcopus, et multi alii epiſcopi, contemplantes animae ſuae ſalutem, et eorum, qui illis ſubjecti erant.

EADMUND cyning geſomnode mycelne ſynoþ to Lundenbyrig. on ða halgan Eaſterlicon tid. ægþer ge godcundra hada. ge ƿoruldcundra:· Ðær ƿæſ Oda. ⁊ Ƿulfſtan ærcebiſceop. ⁊ mænige oþre biſceopaſ. ſmeagende ymbe heora ſaƿla ared. ⁊ ðara ðe him underþeodde ƿæron:·

I. *De ſacris initiatorum caſtitate.*

Inprimis, ut ſacris initiati, qui populum Dei vitae exemplum docere debeant, caſtitatem ſuam retineant ſecundum ordinem ſuum, ſive virilem ſive foemininum. Si ita non faciant, tunc illo ſint digni, quod in canone dictum eſt; hoc eſt, ut perdant poſſeſſionem mundanam, et conſecratum coemeterium, niſi emendaverint.

I. Be gehadeda manna clænnyſſe:·

Ðat iſ æreſt ꝥ ða halgan hadaſ ðe Godeſ folc læran ſcyllan lifeſ byſne. ꝥ hi heora clænnyſſe heoldan be heora hade. ſƿa ƿer hadeſ. ſƿa ƿif hadeſ. ſƿa hƿæþer hit ſy:· Gif hi ſƿa ne don. ðonne ſyn hi ðæſ ƿyrþe· ðe on ðæm canone cƿæþ. ꝥ iſ. ꝥ hi ðolian ƿoruld æhta. ⁊ gehalgodre legerſtoƿe. buton hi gebetan:·

II. *De decimis, et eccleſiaſticis cenſibus.*

Decimas injungimus ſingulis chriſtianis per chriſtianiſmum eorum, et eccleſiae cenſum, et nummum eleemoſynarium. Si quis hoc facere nolit, ſit excommunicatus.

II. Be teoþungum. ⁊ cyricſceatum:·

Teoþunge ƿe bebeodaþ ælcum criſtenum men be hiſ criſtendome. ⁊ cyricſceat. ⁊ ælmeſfeoh:· Gif hit hƿa don nylle. ſy he amanſumod:·

* Malmesburienſis lib. 1. De geſtis pontificum hanc epiſtolam adducit, ſic inquiens: Odo non mediocre literarum dedit in epiſtola judicium, quam poſt ſynodale tempore regis Edmundi concilium ad ſuffraganeos dedit, cujus haec forma eſt.

† Ezek. xxxiv. 8.

III. Be

III. Be manslihte:·

Gif hƿa cristenes mannes blod ageote. ne cume he na on ðæs cyninges neaƿæste. gif he cyninges man sy. ær he on dædbote ga. sƿa biscеop him tæce. ⁊ his scrift him ƿissige:·

IV. Be nunna hæmede. ⁊ forlygre:·

Se ðe ƿiþ nunnan hæme. gehalgodre legerstoƿe ne sy he ƿyrþe. bute he gebete sƿa ðe manslaga:· Ðat ylce ƿe cƿædon be æƿbryce:·

V. Be cyricena gebetunge:·

Eac ƿe cƿædon ꝥ ælc biscop gebete Godes hus on his agnum. ⁊ eac ðone cyning myndgige. ꝥ ealle Godes cyricean syn ƿel behorene sƿa us mycel ðearf is:·

VI. Be mansƿorum ⁊ liblacum:·

Da ðe mansƿeriaþ. ⁊ liblac ƿyrcaþ. syn hi a fram ælcum Godes dæle aƿorpene. butan hi to rihtre dædbote gecyrran:·

Eadmund cyning cyþ eallum folce. ge yldrum. ge gingrum. ðe on his anƿealde synd. ꝥ ic smeade mid minra ƿitena geþeahte ge godra hada ge læƿedra:· Ærest hu ic mæhte cristendomes mæst araran:· Ðonne ðuhte us ærest mæst ðearf. ꝥ ƿe ure gesibsumnysse ⁊ geþƿærnysse fæstlicost us betƿeonan heoldan. gynd ealne minne anƿealde:· Me egleþ sƿiþe. ⁊ us eallum ða unrihtlican ⁊ menigfealdan gefeohte ðe betƿux us sylfum syndon. ðonne cƿædon ƿe.

I. Be manslihte:·

Gif hƿa heonon forþ ænigne man ofslea. ꝥ he ƿege sylf ða fæhþe. buton he him mid freonda fylste binnan tƿelf monþum forgylde be fullan ƿere. sy sƿa boran sƿa he sy:· Gif hine ðonne seo mægþe forlæte. ⁊ him forgyldan nellen. ðonne ƿille ic. ꝥ ealle seo mægþ sy unfah butan ðæm handædan. ⁊ hi him syþþan ne doþ mete. ne munde:· Gif ðonne syþþan hƿylce his maga hine feormie. ðonne beo he scyldig ealles ðæs ðe he age ƿiþ ðone cyning. ⁊ ƿege ða fæhþe ƿiþ ða mægþe. forþæm he hine forsocan ær:· Gif hƿa ðonne on ðære oþre mægþ ƿræce do on ænigum oþrum men. butan on ðam rihthandædan. sy he gefah ƿiþ ðone cyning. ⁊ ƿiþ ealle his freonde. ⁊ ðolige ealles ðæs ðe he age:·

II. Be ðon ðe mon oferne on cyricean gesece. oþþe on cyninges burh:·

Gif hƿa cyrican gesece. oþþe mine burh. ⁊ hine man ðære sece. oþþe yflige. ða ðe ꝥ doþ. syn ðær ylcan scyldige ðe hit her beforan cƿæþ:·

III. Be fyhtƿite. ⁊ manbote:·

And ic nylle ꝥ ænig fyhteƿite. oþþe manbote forgyfen sy:·

III. *De homicidio.*

Si quis chriſtianum ſanguinem fundat, non appropinquet regis conſpectum, ſi regis ſervus ſit, priuſquam poenitentiam egerit, ſicut epiſcopus ipſi ſignificaverit, et confeſſor illum admonuerit.

IV. *De monialium ſtupro et adulterio.*

Si quis cum moniali coeat, non ſit dignus conſecrato coemeterio, niſi compenſet, ſicuti pro homicidio. Idem dicimus de violatione conjugii.

V. *De templi inſtauratione.*

Diximus etiam, quod quilibet epiſcopus inſtauret domum Dei de ſuo proprio; et regem etiam commoneat, ut omnia Dei templa bene ſint ornata, ſicuti nobis valde neceſſarium eſt.

VI. *De perjuris et faſcinationibus.*

Qui pejerat, et faſcinationes operatur, ſit in aeternum ab omni Dei conſortio rejectus, niſi ad juſtiorem poenitentiam ſe converterit.

Eadmundus rex ſignifico omni populo tam ſenioribus, quam junioribus, qui in mea ditione ſunt, me contemplatum eſſe cum ſapientum meorum conſilio, tam eccleſiaſtici, quam laici ordinis, primo quomodo chriſtianiſmum maxime promovere poſſimus. Tunc viſum eſt nobis, primo maxime neceſſarium, ut pacem noſtram et concordiam quam firmiſſime inter nos teneamus per omnem meam ditionem. Mihi et nobis omnes valde taedet injuſtarum et multiplicium pugnarum, quae inter nos ipſos ſunt. Tunc diximus:

I. *De homicidio.*

Si quis poſthac aliquem occiderit, ut ipſe portet inimicitiam, niſi ope amicorum intra xii. menſes eum compenſet plenaria capitis aeſtimatione, cujuſcunque ſit conditionis. Si eum tunc cognatio deſerat, et compenſare nolit; tunc volo, ut tota cognatio ſit ab inimicitia immunis, praeter homicidam, et illa ei poſtea nec victum praebeat nec pacem. Si autem deinde aliquis cognatorum ipſum hoſpitio excipiat, tunc reus ſit apud regem omnium, quae habet, et portet inimicitiam cum cognatis, quoniam antea eum dereliquerunt. Si quis autem in alia cognatione ultionem ſumat ab aliquo alio homine, praeter homicidam; ſit inimicus regis et omnium ejus amicorum, et perdat omnia quae habet.

II. *De eo, qui aliquem in templo, aut in oppido regio oppugnat.*

Si quis ad eccleſiam vel oppidum meum confugit, et quis eum ibi quaerat vel affligat; illi, qui hoc fecerint, rei ſint ejus, quod antea diximus.

III. *De mulcta pugnae et homicidii.*

Et ego nolo, ut aliqua pugnae mulcta, vel homicidii ſit remiſſa.

IV. De

IV. *De ſanguinis effuſione.*

Significo etiam, quod nolim refugium ei, qui ſanguinem humanum fundit, dari ad meam familiam, priuſquam eccleſiaſticam compenſationem ſuſceperit, et cognatis compenſaverit abundanter, et ad quodlibet jus inclinaverit, ſicut epiſcopus ei denotat, in cujus provincia ille ſit.

IV. Be blodʒeote:·

Eac ic cyþe. ꝥ ic nelle socne hæbban ðon ðe mannes blod ʒeate to minum hyrede. ær he hæbbe ʒodcunde bote underfanʒen. ⁊ ƿiþ ðæm mæʒþe ʒebete on bote befanʒen. ⁊ to ælcum rihte ʒeboʒen. sƿa biscop him tæce ðe hit on his scire sy:·

V. *Gratiarum actio ei, qui in profligandis furibus aliquem auxiliatus eſt.*

Deo etiam gratias ago, et vobis omnibus, qui me auxiliati eſtis in pace, quam contra furta ſancivimus; tunc confido in vobis, quod me ad eam tanto melius adjuvare velitis, quanto magis nobis omnibus utile eſt, ut conſervetur *.

V. Ðancunʒe ðæm ðe ƿiþ ðyfþe fylstaþ:·

Eac ic ðance God. ⁊ eoƿe eallum ðe me fylston ðæs friþes ðe ƿe nu hæbbaþ æt ðæm ðyfþam ʒesette. ðonne ʒelife ic to eoƿe. ꝥ ʒe ƿillon fylstan to ðissum sƿa micle bet. sƿa us is eallum mare ðearf ꝥ hit ʒehealden sy:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg Saxon.
MARINI II. 2.	ODON. II.	644.	EDMUNDI I. 4.

Conſtitutio de nuptiis. Be ƿifmannes beƿeddunʒe. Text. Roffen.

Quomodo virgo deſponſanda, et quinam ritus ibi eſſe debent.

I. SI quis virginem vel uxorem in matrimonium ducere velit, et hoc illi ac amicis placeat; tunc juſtum eſt, ut ſponſus juxta jus Dei et inſtituta mundi prius promiſſum et fidem det viro, qui eorum prolocutor [paranymphus] eſt, quod ille hoc modo eam cupiat, ut juxta jus Dei eam ſervare velit, ſicut vir foeminam ſuam debet: et hoc ſpondeant amici illius.

II. Poſtea ſciendum eſt, ad quem cibariorum exhibitio pertinet; hoc ſpondeat deinde ſponſus, et fidejubeant amici ejus.

III. Poſtmodum ſignificet ſponſus, quid ei daturus ſit pro eo, quod illa voluntatem ipſius elegerit, et quid ei donaturus ſit, ſi illa ſupervixerit eum.

IV. Si hoc ita pacto conventum eſt, tunc juſtum eſt, ut ea dimidiam bonorum partem habeat, et omnia, ſi prolem invicem habeant, niſi illa deinde maritum [alium] eligat.

V. Confirmet omne, quicquid promiſerat ſponſione, et amici fidejubeant.

VI. Si illi tunc in omni re concordant, tunc adeant cognati, et ſpondeant conſanguineam ſuam in uxorem, et ad rectam vitam ei, qui illam deſiderat, et accipiant fidejuſſorem [eum] qui in ſponſionem jus habet.

VII. Si eam ex terra illa ducere velit in alterius thani regionem, tunc ſponſio ipſius ſit, quam amici paciſcantur, quod maritus ejus nullam illi injuriam inferat; et ſi illa delictum commiſerit, quod propinquiores debeant compenſare, ſi illa non habeat, unde compenſet.

Hu man mæden ƿeddian sceal. ⁊ hƿylce foreƿard ðær aʒhon to beon.

I. GIF man mædan oþþe ƿif ƿeddian ƿille. ⁊ hit sƿa hire ⁊ freondan ʒelicieʒe. ðonne is riht ꝥ se brydʒuma æfter Godes rihte ⁊ æfter ƿorold ʒeƿysnum ærest be hate ⁊ on ƿedde sylle ðam man ðe hire forspræcan synd. ꝥ he on ða ƿisan hire ʒeornige ðe he hy æfter Godes rihte healdan ƿille sƿa ƿær his ƿif sceal. ⁊ aborʒian his frind ðæt:·

II. Æfter ðam is to ƿitanne hƿam ꝥ fosterlean ʒebyriʒe. ðeddiʒe se brydʒuma eft ðæs. ⁊ hit aborʒian his frynd:·

III. Ðon syþþan cyþe se brydʒuma hƿæs he hire ʒeunne ƿiþ ðam ðe heo his ƿillan ʒeceose. ⁊ hƿæs he hire ʒeunne. ʒif heo lenʒ sy ðonne he:·

IV. Gif hit sƿa ʒeforƿord biþ. ðon is riht. ꝥ heo sy healfes orfes ƿyrþe. ⁊ ealles ʒif hy cild ʒemæne habban. bute heo eft ƿær ceose.

V. Trymme he eal mid ƿedde ꝥ ꝥ he behate. ⁊ aborʒian frynd ꝥ.

VI. Gif hi ðonne ælces ðinʒes sammæle beon. ðon fon maʒas to. ⁊ ƿedian heora maʒan to ƿife ⁊ to rihtlife ðam ðe hire ʒyrnde. ⁊ fo to ðam borʒe se ðe ðæs ƿeddes ƿaldend sy:·

VII. Gif hy man ðon ut of lande lædan ƿille on oþres ðeʒnes land. ðon biþ hire ƿæd ꝥ frynd ða forƿord habban ꝥ hire man nan ƿoh to nedo. ⁊ ʒif heo ʒylt ʒeƿyrce. ꝥ hi moton beon bote nyhst. ʒif heo næfþ of hƿam heo bete.

* Habentur junctim leges Edmundi ſeculares et eccleſiaſticae apud Jornalenſem tribus diſtinctae partibus, tanquam tribus editae ſeſſionibus vel temporibus: prima leges continet eccleſiaſticas; ſecunda, ſeculares; tertia, miſcellaneas. Partem primam et tertiam Saxonico-Latine dedit Lambardus; praetermiſſa (neſcio qua de cauſa) parte ſecunda, quam nos hic utique trajicimus; ſed ideo, quod nihil ſonat in rem eccleſiae. Regnum autem iniit Edmundus, rex pius et eximius, anno Domini DCCCCXL. exuit anno DCCCCXLVI. tenuit annos ſex et ſemis; ſub quorum meditullio (id eſt) anno Domini DCCCCXLIV. leges cenſui collocandas. Haec SPELM.

VIII. Æt ðam giftan sceal mæssepreost beon. mid rihte se sceal mid Godes bletsunge heora gesomnunge gederian on ealre gesundfulnesse.

IX. Wel is eac to warnianne þ man wite þ hi ðurh mægsibbe to gelengæ ne beon. ðe læs ðe man æft twæme þ man ær awoh togomne gedydan:·

VIII. Nuptiis preſbyter interſit, qui de jure cum Dei benedictione eorum conjunctionem adunare debet in omni felicitatis plenitudine.

IX. Bonum etiam eſt cavere, ut ſciatur, annon per conſanguinitatem conjuncti ſint, ne juſte poſtea ſeparentur, qui injuſte antea conjuncti erant †.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
MARINI II. 2.	ODON. 11.	944.	EDMUND I 4.

Charta donationis et privilegiorum ab Edmundo rege eccleſiae S. Mariae Glaſtonienſi conceſſorum, etc. Ex Malm. geſt. RR. l. 2. c. 7.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ego Edmundus rex Anglorum, caeterarumque gentium gubernator et rector, cum conſilio et conſenſu optimatum meorum, pro aeternae retributionis ſpe, et relaxatione peccaminum meorum, concedo eccleſiae ſanctae Dei genitricis Mariae Glaſtoniae, et venerabili viro Dunſtano, quem ibidem Abbatem conſtitui, libertatem et poteſtatem, jura, conſuetudines, et omnes foriſfacturas omnium terrarum ſuarum, id eſt, burhgeritha, et hundred ſetena, athas, et ordelas, et infangetheofas, hamſocne, et fridebrice, et forſtel, et toll, team in omni regno meo et ſint terrae ſuae ſibi liberae et ſolutae ab omni calumnia, ſicuti meae mihi habentur. Sed praecipue ipſa villa Glaſtoniae, in qua celeberrima vetuſta eccleſia ſanctae Dei genitricis ſita eſt, prae caeteris ſit liberior cum terminis ſuis. Abbati ejuſdem tantummodo poteſtas ſit tam in notis, quam in ignotis cauſis, in modicis et in magnis, et in his etiam, quae ſunt ſuper et ſubter terram, in aridis et in rivis, in ſylvis et in planis, et eandem auctoritatem puniendi et dimittendi delinquentium in ea commiſſa habeat, quam mea curia; quemadmodum mei anteceſſores conceſſerunt, et ſtatuendo confirmaverunt; videlicet Edwardus pater meus, et Elredus pater ejus, et Cenwines, Ines, et Cuthredus, et alii quamplures, qui locum illum honorantes, glorioſum habuerunt. Et ne quiſquam mortalium, ſeu epiſcopus, vel dux, aut princeps, aut quilibet miniſtrorum eorum audeat eam omnino intrare cauſa placitandi, vel capiendi, vel quicquam faciendi, quod contrarium fore poſſit inibi Deo ſervientibus, Dei indictione prohibeo. Quiſquis igitur benevola mente meam donationem amplificare ſtuduerit, in hoc praeſenti ſeculo vita illius proſpera, feliciter, longiturna gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate violenter invadere praeſumpſerit, ſciat ſe proculdubio ante tribunal diſtricti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum, niſi prius digna ſatisfactione emendare maluerit. Acta eſt praefata donatio anno ab incar. Dom. Jeſu Chriſti DCCCCXLIV. indict. ii. ſcriptaque eſt literis aureis in libro evangeliorum, quem eidem eccleſiae obtulit, eleganti opere ſatis compoſitum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
AGAPET. II. 3.	ODON. 15.	948.	[illegible]

*Concilium Londinenſe**. Ex Ingulpho. p. 32. ſeqq.

IN feſto ergo nativitatis beatae Mariae cum univerſi magnates regni per regium edictum ſummoniti, tam archiepiſcopi, et epiſcopi, ac abbates, quam caeteri totius regni proceres et optimates Londoniis conveniſſent, ad tractandum de negotiis publicis totius regni, conſummatis omnibus, coram univerſis, domino Turketulo abbati, monachiſque ſuis accerſitis rex Edredus dedit monaſterium Croyland per chartam ſuam, dictatam ab eodem Turketulo abbate, jamdudum regis cancellario, conſiliarioque familiariſſimo, et conſcriptam in his verbis:

Pax in ſummae Trinitatis nomine, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen. Ego Edredus rex terrenus ſub imperiali potentia regis ſeculorum aeternique principis Magnae Britanniae temporale gerens imperium, univerſis chriſtianis tam praeſentibus, quam poſteris, ſalutis beneficium in auctore ſalutis. Vobis liqueat omnibus quod, etc. Vide chartam [ſi deſideres, longam ſatis, utpote praedia plurima et libertates continentem, apud Ingulphum ipſum pag. 32. ſeqq. ubi

† Haec conſtitutio in MS. codice legum Saxonicarum coll. Corp. Chr. Cant. legibus ſubnectitur Aelfredi regis, ſed notatur illic in margine, a recentiori quopiam reperiri eam inter leges Edmundi, ejuſdemque tempori hanc adſcribit Jornalenſis, ut in conſtitutionis titulo jam nunc exprimitur. In Benedictino autem MS. habetur tantum Saxonicum exemplar ſine Latino; in Jornalenſi Latinum ſine Saxonico; in Lombardi editione neque unum, neque alterum. Adjiciendum igitur cenſui Saxonicum ipſum, et, ne deſit verſio Latina, eam pariter hic addidi.

* Concilium Londoniis habitum ſub Edredo rege totius Angliae in nativitate B. Mariae virginis, an. gratiae DCCCCXLVIII praeſentibus Odone, archiep. Doroberniae, Wulſtano, archiep. Eborum, caeteriſque epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, etc.

Agitur de negotiis regni, et confirmatur charta regis Edredi monaſterio Croylandenſi facta, quam dictavit dudum cancellarius regis Turketulus modo abbas a rege ibidem conſtitutus, et de more regum Angliae paſtorali baculo inveſtitus. Fuſius omnia in Ingulpho p. 32. ſeqq. (qui referre videtur acta ad duo concilia, nos haec, quae ſequuntur, tantummodo ſubtraximus.

ſic in fine.] Stabilivi (inquit rex Edredus) in anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo quadrageſimo octavo, in praeſentia archiepiſcoporum, epiſcoporum, et procerum regni mei ſubſcriptorum.

✠ Ego Odo, Dorobern. archiepiſc. conſilium et conſenſum meum ad iſtud dedi.

✠ Ego Wulſtanus, archiepiſc. Eborac. devotus ſubnotavi.

✠ Ego Alfredus, Sciremburn. epiſc. affectavi, etc.

[Inferius autem ſic Ingulphus p. 39. ſeq.] Tandem adveniente feſto beati Bartholomaei apoſtoli, in praeſentia regis [Turketulus] monachus factus, et ſtatim baculo paſtorali a rege donatus, et ab epiſcopo benedictus, univerſum monaſterium cum omnibus ejus poſſeſſionibus in manum regis reſignavit. Qui apud London. in communi concilio coram archiepiſcopis, epiſcopis, et totius terrae magnatibus, dictum monaſterium cum omnibus terris ejus, tam ab antiquo ei pertinentibus, quam ab eodem Turketulo noviter datis ac acquiſitis, dicto domino Turketulo abbati, monachiſque ſuis reddidit, et cum charta ſua (prout praemiſſum) liberum et ſolutum ab omni terreno ſervitio in perpetuam eleemoſynam confirmavit, etc.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
AGAPET. II. 5.	ODON. 17.	950.	EDRED. 5.

Leges preſbyterorum Northumbrenſium cum ad mores eorum corrigendos, tum ad ipſorum miniſteria promovenda. Ex MS. Coll. Corp. Chr. Cantabr. S. xviii.

Northumbrenſium preſbyterorum leges.

I. SI quis preſbytero alicui injuriam aliquam intulerit, omnes ſocii ejus cum auxilio epiſcopi diligenter compenſationem curent, et ſint ad quodcunque juſtum faciendum, uti ſcriptum eſt, "quaſi cor unum et anima una."

II. Et [quaſi] Dei interdictum prohibemus, ut nullus ſacerdos vel emat alterius eccleſiam vel recipiat, niſi is capitali crimine effecerit, ut altari deſervire inpoſterum dignus non eſſet. Et ſi quis preſbyter contrarium fecerit, perdat dignitatem ſuam, et ſociorum ſuorum amicitiam; et nullibi miſſam celebret, donec obtineat eam is, qui jure illam poſſidere debeat, et ſolvat is, qui injuriam fecit, xx. oras epiſcopo, xii. oras ſacerdoti, quem ex eccleſia ſua ejecit, xii. oras omnibus ſociis; et perdat etiam pecuniam illam, ſi injuſte aliquid pro alterius preſbyteri eccleſia dederit. Quilibet etiam ſacerdos inveniat ſibi xii. fidejuſſores, quod leges preſbyterorum debite obſervare velit.

III. Et ſi quis ſacerdos delinquat, ac contra epiſcopi mandatum miſſam celebret, ſolvat pro (tranſgreſſione) mandati illius xx. oras; et adhaec etiam delictum illud compenſet, quod antea patravit.

IV. Si preſbyter epiſcopi proprium edictum negligat, ſolvat xx. oras.

V. Si preſbyter tributum laicis det, quod ſacris initiatis debebat, ſolvat xx. oras.

VI. Si preſbyter archidiaconi edictum negligat, ſolvat xii. oras.

VII. Si preſbyter criminis ſit reus, et abſque archidiaconi edicto miſſam celebret, ſolvat xii. oras.

VIII. Si preſbyter baptiſmum vel confeſſionem negaverit, compenſet hoc xii. oris, et ſaltem apud Deum intercedat ſedulo.

IX. Si preſbyter juſto tempore chriſma non quaerat, ſolvat xii. oras.

X. Quilibet infans mature baptizetur intra ix. dies, ſub poena vi. orarum; et ſi infans paganus [h. e. abſque baptiſmo] intra ix. dies per negligentiam mortuus ſit, emendent [parentes] apud Deum abſque mulcta mundana; et ſi ſupra ix. dies fuerit, emendent apud Deum, et ſolvant

Norþymbra preosta lagu:·

I. GYF hƿa ænigum preosta ænig ƿoh beode. beon ealle geferan mid biscopes filste georne ymbe ða bote. ⁊ beon to ælcan rihte sƿa sƿa hit aƿriten is. Quaſi cor unum et anima una.

II. And Godes forboda ƿe forbeodaþ. ꝥ ænig preost oþre cyrican. naþer ne gebicgæ. ne geþicgæ buton hine hƿa mid heafodgilte forƿyrce. ꝥ he ƿeofod ðenunge ðanonforþ ƿyrþe ne sy:· And gif hit ænig preost elles gedo. ðolige his ƿurþscipes. ⁊ geferena freondscipes. ⁊ he nahƿar ne mæssige ær hig hæbbe se ðe hi mid rihte age. ⁊ gilde se ðe ƿoh dide xx. or ðam biscope. xii. or ðam preoste ðe he of his cyrcan asette. xii. or eallum geferan. ⁊ ðolige ðæs feos eac. gif he on unriht ænig for oþres preostes cyrcan sealde. ⁊ ælc preost finde him xii. festermen. ꝥ he preost lage ƿille healdan mid rihte:·

III. And gif hƿilc preost agilte. ⁊ he ofer biscopes gebod mæssige. gilde for ðam gebode. xx. or. ⁊ ðarto eacan ðone gild gebete. ðe hit ær geƿorhte:·

IV. Gif preost biscopes agen geban forbuge. gilde xx. or:·

V. Gif preost dom to læƿedum sceote. ðe he to gehadedum scolde. gild xx. or:·

VI. Gif preost arcediacones geban forbuge. gilde xii. or:·

VII. Gif preost scildig sy. ⁊ he ofer arcediacones gebod mæssige. gilde xii. or:·

VIII. Gif preost fulluhtes oþþe scriftes forƿyrne. gebete ꝥ mid xii. or. ⁊ huru ƿiþ God ðingige georne:·

IX. Gif preost to rihtes timan crisman ne fecce. gilde xii. or:·

X. Ægehƿylc cild sy ƿel æraþ gefullod binnon nigon nihton be ƿyte vi. or:· ⁊ gif hæþen cild. binnon ix. nihton ðurh gimeliste forfaren sy. betan for Gode buton ƿorld ƿite. ⁊ gif hit ofer nigan niht geƿurþe betan for Gode. ⁊ gilde xii. or for

ðane

ðare heorde ðe he pæs hæfen swa lange:·

XI. Gif preost folce misbeode æt freolse. oþþe fæstene. bete wiþ Gode. ⁊ gilde xii. or:·

XII. Gif preost on unriht utor scire had begite. gilde xii. or ⁊ diacon vi. or. ⁊ ðolian his hades buton scire biscop heom hades geunne:·

XIII. Gif preost on ungehalgodon huse mæssige. gilde xii. or:·

XIV. Gif preost but on gehalgodon weofode mæssige. gilde xii or:·

XV. Gif preost on treowenan calice husl gehalgige xii. or:·

XVI. Gif preost buton wine mæssige. gilde xii. or:·

XVII. Gif preost husl forgime. gilde xii. or:·

XVIII. Gif preost anes dæges [illegible] mæssige oftor ðonne ðriwa gilde xii. or:·

XIX. Gif man ciricgriþ [illegible] cirican mæde. ⁊ be ðam ðe hire mund sy:·

XX. Gif man mid cirican mangie. bete be lah-slihte:·

XXI. Gif man cirican nyd ðeowige. gebete ðæt be lah-slihte:·

XXII. Gif man preost of cirican on unriht utige. bete þ be lah slihte:·

XXIII. Gif man preost gewundige. gebete man ðam æfter wundum. ⁊ þ to weofod bote. for his hade sille xii. or. æt diacone vi. or to weofod bote:·

XXIV. Gif man preost ofslea. forgilde man hine be fullan were. ⁊ biscope [illegible] xx. or to weofod bote. æt diacone xii. or to weofod bote:·

XXV. Gif preost cirican [illegible] eal his [illegible]:·

XXVI. Gif preost on cirican ungedafenlice ðinge gelogige. gebete þ:·

XXVII. Gif preost cirice ðinge utige. gebete þ:·

XXVIII. Gif preost his willes ða cirican forlæte. ðe he to gehadod wæs. gebete þ:·

XXIX. Gif preost oþerne forsee. oþþe gebismrige mid worde oþþe mid weorce. gebete þ:·

XXX. Gif preost wiþ oþerne gefeohte. bete him. ⁊ biscope:·

XXXI. Gif preost oþrum on unriht onfultume beo. gebete þ:·

XXXII. Gif preost oþrum rihtes fultumes forwyrne. gebete þ:·

XXXIII. Gif preost oþerne unwarnode læte. ðæs ðe he wite. þ him hearmian wille. gebete þ:·

XXXIV. Gif preost sceare misgime. beardes oþþe feaxes. gebete þ:·

XXXV. Gif preost cwenan forlæte. ⁊ oþre nime. anaþema sit:·

XXXVI. Gif preost on gesetne timan tida ne ringe. oþþe tida ne singe. gebete þ:·

XXXVII. Gif preost mid wæpnum innan cirican cume. gebete þ:·

xii. oras parocho illi, quod ethnicus tamdiu fuerit.

XI. Si preſbyter populo male indicat feſtum vel jejunium, compenſet apud Deum, et ſolvat xii. oras.

XII. Si preſbyter injuſte extra dioeceſin ordinem obtineat, ſolvat xii. oras, et diaconus vi. oras; et perdant ordinem ſuum, niſi dioeceſanus epiſcopus ordinem illis confirmaverit.

XIII. Si preſbyter in non conſecratis aedibus miſſam celebret, ſolvat xii. oras.

XIV. Si preſbyter extra conſecratum altare miſſam celebret, ſolvat xii. oras.

XV. Si preſbyter in ligneo calice euchariſtiam conſecret, xii. oras.

XVI. Si preſbyter abſque vino miſſam celebret, ſolvat xii. oras.

XVII. Si preſbyter S. euchariſtiam negligat, ſolvat xii. oras.

XVIII. Si preſbyter [illegible] miſſam celebret, ſolvat xii. oras.

XIX. Si quis eccleſiaſticam pacem violet, compenſet pro eccleſiae dignitate, et pro immunitate ejus.

XX. Si quis cum eccleſia mercaturam exerceat, compenſet poena violatae legis.

XXI. Si [illegible] faciat, compenſet hoc poena violatae legis.

XXII. Si quis preſbyterum injuſte ex eccleſia ejecerit, compenſet hoc poena violatae legis.

XXIII. Si quis preſbyterum vulneret, compenſetur cura vulneris, et ad compenſationem altaris propter ordinem illius dentur xii. orae; pro diacono vi. orae ad altaris compenſationem.

XXIV. Si quis preſbyterum occiderit, ſolvatur plena capitis ejus aeſtimatio; et epiſcopo xxiv. orae in altaris compenſationem; pro diacono xii. orae ad altaris compenſationem.

XXV. Si [illegible] omnis ejus gloria oriri debet, hoc compenſet.

XXVI. Si preſbyter rem indecentem in eccleſiam poſuerit, hoc compenſet.

XXVII. Si preſbyter rem eccleſiae ejecerit, hanc compenſet.

XXVIII. Si preſbyter ſua ſponte eccleſiam deſerat, in qua ordinatus erat, hoc compenſet.

XXIX. Si preſbyter alium contempſerit, vel cum illuſerit verbo vel facto, hoc compenſet.

XXX. Si preſbyter cum alio pugnet, compenſet ei et epiſcopo.

XXXI. Si preſbyter aliis in re injuſta auxilio ſit, compenſet hoc.

XXXII. Si preſbyter aliis juſtum auxilium deneget, hoc compenſet.

XXXIII. Si preſbyter alium non admoneat ejus, quod noverit ipſi detrimento fore, hoc compenſet.

XXXIV. Si preſbyter tondere negligat barbam vel comam, hoc compenſet.

XXXV. Si preſbyter concubinam deſerat, et aliam accipiat, anathema ſit.

XXXVI. Si preſbyter temporibus conſtitutis non pulſet vices, nec horas cantet, hoc compenſet.

XXXVII. Si preſbyter cum armis eccleſiam ingrediatur, hoc compenſet.

XXXVIII. Si

XXXVIII. Si preſbyter incondite peragat eccleſiaſticum annuum miniſterium die vel nocte, hoc compenſet.

XXXIX. Si preſbyter ordalium male diſpoſuerit, hoc compenſet.

XL. Si preſbyter tonſuram obvelet, hoc compenſet.

XLI. Si preſbyter ebrietati deditus ſit, vel ſcurrilis aut cereviſiarius fuerit, hoc compenſet.

XLII. Si preſbyter aliquid occultet in parochia ſua inter viros ad injuſtum regimen, compenſet hoc.

XLIII. Si preſbyter annuos ritus per oblivionem praetermittat, compenſet hoc.

XLIV. Si preſbyter ſynodum negligat, hoc compenſet.

XLV. Si preſbyter ad juſtitiam non inclinaverit, ſed epiſcopi decreto adverſatus fuerit, hoc compenſet; vel ſeparetur a coetu ordinatorum, et perdat tam ſocietatem, quam dignitatem quamlibet, niſi ſe ſubmittat, et magis compenſet.

XLVI. Si quis divinam vel humanam legem ſpernat, ſedulo compenſet.

XLVII. Omnes unum Deum venerari et diligere debemus, et unum chriſtianiſmum diligenter ſervare, et omnem paganiſmum omnino abjicere.

XLVIII. Si igitur aliquis notus fiat, quod paganiſmum aliquem exercuerit, vel per ſortilegium, vel per tedam, ſive aliquo veneficio delectetur, aut idola colat, ſi ſit regis thanus, ſolvat x. ſemimarcas; dimidium Chriſto, dimidium regi.

XLIX. Si ſit alius terrae poſſeſſor, ſolvat vi. ſemimarcas; dimidium Chriſto, et dimidium fundi domino.

L. Si ſit ruſticus, ſolvat xii. oras.

LI. Si regius thanus hoc negaverit, tunc nominentur ei xii. et ſumat xii. cognatos et xii. peregrinos, ejuſdem aeſtimationis; et ſi deficiat, tunc ſolvat poenam violatae legis, decem ſemimarcas,

LII. Si terrae poſſeſſor hoc negaverit, tunc nominentur tot ejus aequales, omnes ejuſdem aeſtimationis, quot apud thanum regis; ſi hoc ei defecerit, ſolvat poenam violatae legis, vi. ſemimarcas.

LIII. Si colonus hoc neget, tunc nominentur ei tot aequales ipſius, omnes ejuſdem aeſtimationis, quot aliis; ſi hoc ei defecerit, tunc ſolvat poenam violatae legis, xii. oras.

LIV. Si conventus ſuperſtitioſus ſit in alicujus terra, circa lapidem, vel arborem, vel fontem, vel aliquas ejuſmodi nugas, tunc ſolvat is, qui hoc fecerit, poenam violatae legis; dimidium Chriſto, dimidium terrae domino. Et ſi terrae dominus ad diſciplinam auxilium praebere noluerit, tunc habeat Chriſtus et rex hanc compenſationem.

LV. Diei Solis mercaturam prohibemus ubique, et omnem populi conventum et omne opus, et quamlibet peregrinationem, tam cum curribus, quam cum equis et cum oneribus.

LVI. Si quis aliquid horum fecerit, ſolvat

XXXVIII. Gif preost misendebyrde ciriclice gear ðenunga. dæges oþþe nihtes. gebete ꝥ:·

XXXIX. Gif preost ordal misfadige. gebete ꝥ:·

XL. Gif preost scearƿaþ beƿinde. gebete ꝥ:·

XLI. Gif preost oferdruncen lufige. oþþe gliman. ł. ealascop ƿurþe. gebete ꝥ:·

XLII. Gif preost forhele hƿat on his scrift scire. betƿeox mannum to unrihte rixtigen. gebete ꝥ:·

XLIII. Gif preost gear gerihta unmynegode læte. gebete ꝥ:·

XLIV. Gif preost sinoþ forbuge gebete ꝥ:·

XLV. Gif preost to rihte gebugan nelle. ac ongean biscopes gerædnesse ƿiþerige. gebete ꝥ. oþþe beo he asyndred of gehadodra gemanan. ⁊ ðolige ægþer ge geferscipes. ge æghƿilces ƿurþscipes. buton he gebuge. ⁊ ðe deoppor gebete:·

XLVI. Gif hƿa Godes lage. oþþe folc lage ƿiriðe. gebete hit georne:·

XLVII. Ealle ƿe sculon ænne God ƿurþian. ⁊ lufian. ⁊ ænne cristendom georne healdan. ⁊ ælcne hæþendom mid ealle aƿurpan:·

XLVIII. Gif ðonne æni man agiten ƿurþe. ꝥ ænigne hæþenscipe heonan forþ dreoge. oþþe on hlot oþþe on firhte. oþþe on ænig ƿiccecræft lufige ł. idola ƿurþinge. gif he sy cynges ðegn. gilde x. healf marc. healf Criste. healf ðam cynge:·

XLIX. Gif hit sy elles lande agende man. gilde vi. healf marc. healf Criste. ⁊ healf landrican:·

L. Gif hit sy færbena. gilde xii. or:·

LI. Gif cyninges ðegn ætsace. ðonne nemne man him xii. ⁊ nime his maga xii. ⁊ xii. ƿalleƿ ƿente. ⁊ gif hit berste. ðonne gilde he lah-sliht x. healf marc:·

LII. Gif land agende man ætsace. ðonne nemne man him his gelican. eal sƿa micel ƿente. sƿa cyninges ðegne. gif him ꝥ berste. gilde lahsliht vi. healf marc:·

LIII. Gif cyrlisc man ætsæce. ðonne nemne man him his gelicena. eal sƿa micel ƿente sƿa ðam oþrum. gif him ꝥ berste. ðonne gilde he lah-sliht xii. or:·

LIV. Gif friþgeard sy on hƿæs lande abuton stan. oþþe treoƿ. oþþe ƿelle. oþþe sƿilces ænige fleard. ðonne gilde se ðe hit ƿorhte lah-sliht. healf Criste healf landrican:· And gif se landrica nelle to steore filstan ðonne hæbbe Crist. ⁊ cyningc ða bote:·

LV. Sunnan dæges cyƿinge. ƿe forbeodaþ æghƿar. ⁊ ælc folc gemot. ⁊ ælc ƿeorc. ⁊ ælce lade ægþer ge on ƿæne. ge on horse. ge on byrdene:·

LVI. Se ðe ænig ðissa do. gilde ƿite. fri-

man xii. or. ðeowman ða hyde. buton wegferende. ða moton for neode mete neade ferian. ⁊ for unfriþe man mot freolſ æfenan ride fulrapan betweonan Eferwic. ⁊ six mila gemeta:·

LVII. Se ðe freolſ oþþe riht fæſten brece. gilde wite xii. or. ⁊ we willaþ. ꝥ ælc Rom pænig beo gelæſt be Petreſ mæſſan. to ðam biſceop ſtole:· And we willaþ. ꝥ man namige on ælcon wæpengetace ii. triwe ðegnaſ. ⁊ ænne mæſſepreoſt. ꝥ hi hit gegaderian. ⁊ eft agifan. ſwa hi ðurran to ſwerian:·

LVIII. Gif cyningeſ ðegn. oþþe ænig landrica hit forhæbbe. gilde x healf marc. healf Criſte. healf cyninge:·

LIX. Gif hwilc tuneſman ænigne pænig forhele. oþþe forhæbbe. gilde ſe landrica ðone pænig. ⁊ nime ænne oxan æt ðam men. ⁊ gif landrica ꝥ forgime. ðonne fo Criſt ⁊ cyninge to fulre bote xii. or:·

LX. Gif hwa teoþinge forhealde. ⁊ he ſy cyningeſ ðegn. gilde x. healf marc. land agende vi. healf marc. ceorl xii. or:·

LXI. And we forbeodaþ on Godeſ forbode. ꝥ nan man nan ma wifa næbbe buton i. ⁊ ſeo beo mid rihte beweddod. ⁊ forgifen. ⁊ ꝥ nan man ne wifige on neah ſibban m'. ðonne wiþ utan ðam iv. cneowe. ne nan man on hiſ godſibbe ne wifige. ⁊ gif hit hwa gedo. nabbe he Godeſ mildſe buton he geſwice. ⁊ bete ſwa biſcop getæce:·

LXII. Gif he ðonne on ðam unrihte geendige. ðolige he clæneſ legereſ. ⁊ Godeſ mildſe:·

LXIII. Gif hwa wiþ nunnan forlicge. ſy ægþer hiſ wereſ ſcildig. ge he. ge heo. ⁊ gif hi on ðam geendigan buton geſwicenneſſe. ðolian clæneſ legereſ ⁊ Godeſ mildſe:·

LXIV. Gif hwa hiſ riht æwe libbende forlæte. ⁊ on oþran wife on unriht gewifige. næbbe he Godeſ myldſe. buton he hit gebete:·

LXV. Ac healde gehwa mid rihte hiſ æwe. ða hwile ðe heo libbe. buton ꝥ geweorþe. ꝥ hi butu geceoſan. be biſcopeſ geþeahte ꝥ hi getwæman. ⁊ ðanon forþ willan clænneſſe healdan:·

LXVI. Gif ænig man heonan forþ rihte lage wyrde. gebete hit georne:·

LXVII. Ealle we ſculon ænne God lufian ⁊ weorþian. ⁊ ænne criſtendom georne healdan. ⁊ ælcne hæþendom mid ealle awurpan. ⁊ we willaþ ꝥ land ceap. ⁊ lah ceap. ⁊ wedfoſtr. ⁊ getrywe gewitneſ. ⁊ riht dom. ⁊ fullæſt. ⁊ frum talu fæſte ſtande. ⁊ drynce lean. ⁊ hlafordeſ riht gifu. ⁊ huru an criſtendom. ⁊ an cynedom. æfre on ðeode:·

multam, homo liber xii. oras, servus vapulet; excepti peregrini, qui ex necessitate [illegible] metiri debent. Et propter bellum proficiſci licet vigiliis feſtorum, neceſſitatis cauſa, inter Eboracum et ſex milliaria menſurata.

LVII. Si quis feſtum aut juſtum jejunium violet, ſolvat mulctam xii. orarum. Volumus etiam ut quilibet Romae denarius ſolvatur circa feſtum Petri epiſcopali cathedrae. Volumus etiam ut in quolibet Wapentachio nominentur duo fideles Thani, et unus presbyter, ut eum colligant, ac deinde tradant, prouti audeant jurare.

LVIII. Si regius Thanus vel aliquis terrae dominus eum detineat, ſolvat x. ſemimarcas; dimidum Chriſto, dimidium regi.

LIX. Si aliquis villaticus denarium celet, vel detineat, ſolvat terrae dominus illum denarium, et ſumat bovem unum ab illo homine; et ſi terrae dominus hoc negligat, tunc capiat Chriſtus et rex in plenam compenſationem xii. oras.

LX. Si quis decimas detineat, et ſit regis Thanus, ſolvat x. ſemimarcas; terrae poſſeſſor vi. ſemimarcas; colonus xii. oras.

LXI. Et prohibemus ex Dei interdicto, ut nullus vir habeat niſi unam uxorem, et illa ſit legitime conjugata et data; et ut nullus vir uxorem ducat in cognatione, ſcilicet infra quartum gradum; neque vir aliquis [illegible] ſuum in baptiſmo uxorem ducat; et ſi quis hoc ſecerit, non habeat Dei miſericordiam, niſi reſipiſcat, et compenſet, ſicuti epiſcopus indixerit.

LXII. Si is tunc in injuſtitia vitam finiverit, perdat honeſtam ſepulturam et Dei miſericordiam.

LXIII. Si quis cum moniali concubuerit, ſit uterque capitis aeſtimationis reus, tam ille, quam ipſa, et ſi in hoc abſque poenitentia moriantur, perdant honeſtam ſepulturam et Dei miſericordiam.

LXIV. Si quis legitimam ſuam uxorem viventem dimittat, et aliam uxorem injuſte duxerit, non habeat Dei miſericordiam, niſi illud compenſet.

LXV. Sed retineat quilibet juſte uxorem ſuam, quamdiu illa vivat, niſi accidat, quod ambo eligant cum epiſcopi conſenſu ſeparari, et inde poſtea caſtitatem ſervare velint.

LXVI. Si aliquis inpoſterum juſtam legem ſpernat, compenſet hoc diligenter.

LXVII. Omnes debemus unum Deum diligere et colere, et unum chriſtianiſmum ſedulo ſervare, et omnem paganiſmum omnino abjicere. Volumus etiam ut pretium fundi pacto datum, et juxta legem facta emptio, et fidejuſſio, et verum teſtimonium, et juſtum judicium, et plenarium juramentum, et praeſtipulatio firmiter permaneant; et praemium ad potandum datum, et domini legitima dona; ac ſaltem unus chriſtianiſmus et unum regnum ſemper in populo ſint *.

* Reperitur harum conſtitutionum exemplar Saxonicum Cantabrigiae, in bibliotheca [illegible] ſcriptarum [illegible] vel auctori, [illegible] loco vel tempori. E titulo tamen, et [illegible] provinciam Eboracenſem; et cum in MS. codice legibus ſubjungantur Edgari regis (tanquam ea habitae tempeſtate) nos exemplaris [illegible], eidem et hic loco deſignavimus, [illegible]

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
AGAPET. II. 5.	ODON. 17.	950.	EDRED. 5.

Synodus Landavenſis ſub Patre, XXV. *ibidem epiſcopo, ſacrilegii cauſa in regem Nougui in eccleſia Mainuon congregata, etc.* Ex MS. Landav. eccleſiae: citante Spelmanno.

NOUGUI rex filius Guriat vaſtavit Arcoit filium Diſſaith in Podo Mainuon in medio Triloc Podo SS. Dubricii, Teliavi, et Oudocei per iram ſuam et furore nimio, et violato ſanctorum refugio, epiſcopus Pater congregavit clericos totius parochiae infra Taratir et Tivi, propter factam vim ſacrilegii. Et audiens Nougui rex adventum epiſcopi, et conventam ſynodum negotio ſacrilegii facti, et violati refugii, veniam requiſivit apud Patrem epiſcopum, et totam ſynodum in eccleſia Mainuon; et redditis rebus eccleſiae omnibus, cum ſatisfactione et lachrymarum effuſione, pronus cadens in terram, et data ſibi venia, et juncta poenitentia, largitus eſt in eleemoſyna Deo et SS. Dubricio, Teliavo, et Oudoceo, et Patri epiſcopo, et omnibus epiſcopis Landaviae, villam Guidcon cum toto ſuo territorio, id eſt, cum tribus modiis terrae, et cum tota ſua libertate, et omni communione in campis et in ſylvis, in aqua et in paſcuis. De clericis teſtes ſunt Pater epiſcopus, Diſſaith lector, Dunin ſacerdos, etc. De laicis Nougui rex, etc. Quicunque cuſtodierit, etc.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
AGAPET. II. 10.	ODON. 22.	955.	EDWY 1.

Synodus Landavenſis ſub Patre, XXV. *ibidem epiſcopo, habita ex cauſa diaconi cujuſdam ante ipſum altare ſacrilege interfecti.* Ibidem.

ANNO DCCCCLV. indictione xiii. a nativitate Domini hoc nefarium opus factum eſt. In diebus enim Nougui filii Guriat, atque Patris, epiſcopi ſedis epiſcopalis famoſiſſimae, quae ad ripam Tavi fluminis poſita eſt, quadam die tempore meſſis quidam diaconus nomine Ili, filius Beli, quem in uno eodemque anno ordinaverat epiſcopus, tranſiens per ſegetes, obviavit ei quidam ruſticus nomine Merdutir, filius Juduc, vituperando dicens, ait: "Quid tibi timidiſſime, et armis?" Dum verbis vituperationis colloquebantur, irruit Merdutir in eum extendens manum ad gladium ejus, gladio evaginato ſuccidit digitum illius diaconi. Derivante autem ſanguine ejus, ait ad eum: "Reverte ad me, ut liges digitum meum." Convertens autem eum, et ligans digitum ejus, jugulavit eum diaconus, et ſtatim defunctus eſt. Ipſe autem diaconus vertens ſe in fugam, declinavit ad eccleſiam SS. Jarmen et Febric, refugium inquirens. Dum haec aguntur, nunciatum eſt amicis defuncti. Poſtea congregati ſunt amicorum ejus multi, et conati ſunt frangere eccleſiam, in qua erat diaconus. Tunc affuit famoſiſſimus ille vir Bledcuirit, filius Enniaun, qui prohibuit eos, ne eccleſiam frangerent, quod ſcelus erat dictu. Noviſſime vero affuerunt ſex viri de familia Nougui, quorum autem ſunt nomina Birtulf et Britilm frater ejus, Budat et Biguan filius ejus, et alii duo fratres filii Cunulic, Guodcun et Alla. Statim venientes irruerunt in eccleſiam, et occiderunt diaconum ante altare ſanctorum, ſcelus dictu, reſperſo ſanguine in altari, et in parietibus eccleſiae.

His malis peractis, nunciatum eſt epiſcopo, qui tunc morabatur apud Houel, Britannicum

archiepiſcopatus illius cathedram XX. annos tenuit, et pro ſeveritate, qua in Romanis efferbuit canonibus obſervandis, iſtas noviter cenſeatur induxiſſe, vel langueſcentes denuo ſuſcitaſſe. Sic autem Britanniae pars incultior arctioribus eccleſiae legibus jam coercetur. Haec SPELM. Longe aliam de conſtitutionibus his eccleſiaſticis fovet opinionem Johnſonius, vicarius olim eccleſiae Cranbrookiae in Cantio, vol. I. collect. canonum ſub ann. DCCCCL. quem audias, ſi placet.

A. D. DCCCCL. or thereabouts I conceive theſe following laws were made. Whoever attentively reads them, muſt be ſenſible, that they were enacted by a temporal as well as eccleſiaſtical authority. The reaſon why the name of the king, in whoſe reign they were made, is not prefixt to them, is, that he was probably a Dane; therefore the tranſcribers in the following ages of king Edgar, and his ſucceſſors thought fit to leave out the preface, leſt the name of the king ſhould ſeem a blemiſh to the laws themſelves. Anlaf was ſole monarch of the Northumbrians from the year DCCCCXLIX. to DCCCCLII. and during this intervall of time I conceive theſe laws were made. For

I. It is not probable, that a body of laws with civil penalties would have been made for the Northumbrians only, if their country had not been a diſtinct kingdom at the time of making them. Edgar and his ſucceſſors made laws for all England, not for particular provinces.

II. This body of laws ſeems to have been compiled under a Daniſh king, becauſe they ſo often inflict the known Daniſh penalty called lahyliht, and the Ore ſo often mention'd was Daniſh mony.

III. I judge it utterly incredible, that they ſhould have been made, while Oſwald was archbiſhop of York, as Sir Henry Spelman ſuppoſes: for then every page of them would have breathed threatnings and damnation againſt the married clergy; whereas theſe Laws ſeem rather to countenance the marriage of the clergy by ſaying nothing againſt it, when the practice was ſo rife. And yet it is certain, they had the marriage of the clergy under conſideration, from the thirty fifth law. Wulfſtan was archbiſhop of York, while Anlaf reigned; and it is very probable, that he might join with king Anlaf in making theſe laws, for he was a favourer of the Danes, at leaſt was ſeverely treated, on ſuſpicion of it by king Edred, after he had reduced Northumberland (I mean not Wulfſtan called the Reprobate, but him that was before Oskytel.)

The laſt of theſe laws does indeed contain a declaration for one monarchy over the whole nation, but I am apt to think, they meant the nation of the Northumbrians only, which was governed by two kings, Anlaf and Regenold, but five or ſix years before. See chronicon Saxonicum.

Theſe laws ſtand before thoſe of Edgar in the MS. of C. C. C. C. S. 18. H I.

regem,

regem, in regione Brachani. Ipſe ſtatim ut audivit, tranſmiſit nuncios ad monaſteria omnium provinciarum totius parochiae infra oſtium Taratir ig Guy, uſque ad ripam Tingui; quarum obedientiae ſubjectae ſunt eccleſiae Landaviae, et ſanctis ejuſdem Dubricio, Teliavo, Oudoceo, et Patri epiſcopo, et omnibus epiſcopis ſuccedentibus in perpetuo, ut congregarentur ſacerdotes, diaconi, et omnes gradus eccleſiaſtici, et in unum convenirent. Audiente quoque Nougui cum optimatibus ſuis totius eccleſiae maledictionem irruentem in ſe, et deſcendentem ſuper eum, non audens tale pondus maledictionis ſuſtinere, inito conſilio cum doctiſſimis regionis ſuae, et legatis tranſmiſſis, appellavit epiſcopum ad ſe. Poſtea vero obviarunt ſibi Nougui et epiſcopus, cum optimatibus ſuis in Guentonia urbe, et ex conſilio omnium doctorum utriuſque partis, dati ſunt illi ſex viri crudeles in manu epiſcopi. Adducti ſunt ad monaſterium S. Teliavi, illis facientibus ſex menſes in ferreis carceribus. Nougui iterum poſtulavit, ut adducerentur viri illi ad ſupradictum monaſterium, in quo occiderunt diaconum, et illic divinum judicium acciperent.

Synodo quoque judicante definitum eſt, ut unuſquiſque eorum ſuum agrum, ſuamque totam ſubſtantiam, inſuper et pretium animae ſuae, hoc [eſt] ſeptem libras argenti redderet eccleſiae, quam maculaverat. Sed hoc praetereundum non eſt, quod ante judicium, redacti ſunt viri illi Idgualaun filius Moruid, et Guinan, Junathan, et Guelfird, tres filii Ceretic, et totus ager generationis Guoruot, cum campo et fontibus, cum ſylvis et accipitribus, cum omni cenſu, qui antea dabatur regi, in manu epiſcopi, et in poteſtate eccleſiae S. Teliavi. Determinatis hiis omnibus divino judicio ſurrexit epiſcopus in medio, et omnes ſteterunt juxta eum, tenentes evangelium, et ait ad Nougui: "Pone manum tuam ſuper hoc evangelium:" et extendit Nougui manum ſuper evangelium, dicens: "Sit haec terra cum incolis ſuis in ſempiterna conſecratione Deo, et SS. Dubricio, Teliavo, et Oudoceo, et Patri epiſcopo, et omnibus epiſcopis Landaviae libera ab omni laicali ſervitio, niſi tantum oratione quotidiana in perpetuo." De clericis teſtes ſunt Pater epiſcopus, Dium ſacerdos, Diſſaith lector, etc. De laicis Nougui rex, etc. Quicunque cuſtodierit, cuſtodiat illum Deus; qui autem ab eccleſia Landaviae ſeparaverit, anathema ſit. Amen. [Vide quae ſupra et infra notantur ad ſynodos Landavenſes.]

Papae Rom	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	R[illegible]
JOHAN. XII. 1.	ODON. 23.	[illegible]	EDWY. 2.

Privilegium Johannis XII. *papae Cantuarienſibus monachis coenobii S. Petri et Pauli conceſſum.* Ex MS. clar. Uſſer. ad h. l. penes rever. epiſc. Aſſaven.

JOHANNES epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Aedredo, regi excellentiſſimo, atque omnibus epiſcopis, ducibus, comitibus, abbatibus, et cuncto fideli populo Anglicae gentis, chariſſimam ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Studio divino cultus promovemus pro venerabilium locorum ſemper percogitare ſtabilitate, quatenus, proveniente pio labore, animae Chriſto dicatae, quae ſe illic diebus vitae eorum ſervire decreverint, ſub regulari inſtitutione perſeverent imperturbatae; necnon illa maneant fidetenus inconvulſa, quae ob religionis cultum in Dei laude conſtructa ſunt. Quapropter mando tibi, rex inclyte, ac fili chariſſime, et caeteris omnibus praedictae gentis filiis noſtris ſpiritualibus, ut monaſterium penes vos in honore beatorum apoſtolorum principis Petri, et doctoris gentium Pauli inſtructum, ſub cura noſtra habere dignemini, ne alicujus magnae parvaeque perſonae perturbentur inquietudine; ſed abbas et monachi inibi Deo ſervientes veſtro uti communi ſubſidio, et quaeque juri eorum pertinere videntur, libere poſſidentes, efficacius in ſancta converſatione ſuam queant ducere vitam. Cum vero abbatem ipſum obiiſſe contigerit, non aliunde quam ex eadem congregatione, quem ipſi communi conſilio elegerint, conſtituatur, in loco eodem conſecretur [et gregi] dominico praeficiatur. Nullus ibi praeſulum aliquam ſibi auctoritatem uſurpet, ſed nec ibi, niſi ab abbate invitatus, illorum miſſam celebrare praeſumat; per omnia ſicut praedeceſſores noſtri juris apoſtolici Deoque digni, in ſuis privilegiis eidem contulerunt eccleſiae. Quibus ne quiſquam temerario auſu refragari audeat, etiam noſtrae parvitatis [a] ſcripta ex auctoritate apoſtolica ſuperaddere curavimus. Conſtat igitur praefatum monaſterium primum eſſe omni ab initio veſtrae naſcentis eccleſiae ſanctorum monachorum religione decoratum; quod Aethelbertus, rex chriſtianiſſimus, a beato Auguſtino, beatae memoriae Gregorii diſcipulo, ad Chriſti fidem perductus, hortatu ejuſdem patris, apoſtoli veſtri Auguſtini, a fundamentis conſtruxit; ibique Petrum monachum, ab hac apoſtolica ſede directum, monachis Dominum timentibus abbatem praepoſuit; ubi etiam ex praecepto ejuſdem Gregorii praedictus pater Auguſtinus ipſi regi, ſibique et ſucceſſoribus ſuis regibus, atque archiepiſcopis, ubi corporales eorum exuviae

[a] Rectiſſime ſunt verba Uſſerii: nam pontifex ipſe tum puer erat. Vid. Baron. ann. DCCCCLV. § 2, 3. In an. DCCCCLV. tum extremus regni Aedredi tum pontificatus Johannis XII. primus incurrit, ut alio anno bulla iſta dari non potuerit, licet annus regni Othonis numeraretur tunc xixnus, indictio xiiitia. Aliter vero Thomas Sprottus in hujus coenobii chronico: "Anno incarnationis dominicae DCCCCLVII. praeſidente Johanne XIII. Romano pontifice, Ottone primo imperium tenente, anno imperii ejuſdem ſecundo, Johannes papa praedictus ſcripſit regi Eadredo, apicem regni Anglorum tunc tenenti, literas commendatitias ſimul et auctenticas pro hoc monaſterio, etc. Scripſit etiam idem papa Johannes praedicto regi Eadredo, Odoni archiepiſcopo, omnibuſque epiſcopis, ducibus, et abbatibus, et cuncto populo Anglicae gentis. Reſcriptum hujus monaſterii commendatitium ſimul et auctenticum ſic incipit."

diem

diem reſurrectionis expectarent, locum elegit. Si quis vero hoc ſanctae religionis propoſitum contaminare, vel delere conaverit, ſciat ſe auctoritate apoſtolica anathematis vinculo innodatum, et cum Juda, traditore Domini, aeterni incendii ſupplicio concremandum. Unde canonicis de monaſterio ſancti ſalvatoris illi loco inſidentibus, praecipimus omnimodis, ne ſanctae hujus devotionis cultum inquietare praeſumant. Quod ſi fecerint, eodem anathemate puniantur. In Chriſto cum omnibus tuis, domine fili, valeas. Data decimo die calend. Maii, imperante domino piiſſimo auguſto Othone, anno undecimo regni ejus, indictione undecima.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XII. 1.	ODON. 23.	956.	EDWY 2.

Alterum ejuſdem Johannis XII. *privilegium eidem coenobio indultum.* Ex MS. Uſſer. l. c.

JOHANNES epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Aedredo, regi Anglorum excellentiſſimo, dilectiſſimoque filio noſtro Odoni, Dorovernenſis eccleſiae archipraeſuli, cum omnibus epiſcopis, ducibus, comitibus, abbatibus, et cuncto fideli populo Anglicae gentis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Inter praeclaras ſacrae fidei veſtrae virtutes, quibus et vos, praecellentiſſime fili, et ſubjectos vobis reges cum optimatibus veſtris et populis chriſtianae religioni ſubjeciſtis, hanc charitatis veſtrae flagrantiam familiarius amplectimur, quod primitivum regni veſtri monaſterium in ſuburbio Doroberniae ſitum (in honore principum apoſtolorum Petri et Pauli conſecratum a primo doctore et apoſtolo Anglorum Auguſtino, et a primo regum Anglorum chriſtiano, Deoque amabili rege Aethelberto fundatum; ubi ſcilicet in perpetuum apoſtolica auctoritate ſepeliantur corpora regum, et archiepiſcoporum Cantuariae) veſtra regalis eminentia poſtulat etiam per nos antiqua ſua dignitate confirmari ac libertate; ſicut videlicet anteceſſores veſtri reges et praedeceſſores noſtri pontifices deſcriptis apoſtolicis privilegiis ſanxere. Ergo et nos gratifice annuentes ſtatuimus, quatenus ipſa apoſtolica eccleſia, ſicut in gratia principum apoſtolorum cenſetur apud vos primogenita, ſic caeterorum monaſteriorum veſtri regni, quae poſt ſurrexere, vel deinceps in omnem poſteritatem naſcentur, mater primaria, ſit (inquam) regia et apoſtolica confirmatione regalis et apoſtolica, ſit ab omni ſeculari ſervitute libera; ita ut nullus epiſcoporum, nullus ſucceſſorum veſtrorum regum in aliquo eam laedere aut inquietare praeſumat, nec aliqua unquam ſervitutis occaſio de rebus ad ipſam eccleſiam pertinentibus, vel in magno vel in minimo, ab ullo exigatur; quatenus ſub rege ſuo, defenſore non tyranno, libere Chriſto ſoli deſerviat. Dilecto etiam filio noſtro et conſacerdoti Dorovernenſis eccleſiae Odoni, vice beatorum apoſtolorum principis Petri, in omnibus mandamus, ut non typho praelationis, ſed officio charitatis, ubi poſcitur, ſe impendat; abbatemque ipſius acſi Romanum legatum et comminiſtrum evangelii pacis habeat, et fraternum ſibi ſocium aeſtimet non ſubjectum, per omnia, ſicut ſancti et Deo dilecti filii, ſedis apoſtolicae archipraeſul Theodorus et abbas Adrianus ſe habuere. Nullum vero potentatum in hanc eccleſiam praeripiat, nec [praeter ordinationem abbatis] quodlibet officium ſine ipſius favore et fratrum ſibi arroget; ſed neque ab ipſis intimis et peculiaribus locis aut parochiis, vel in omni privilegio ipſius juris quicquam praeter ejuſdem abbatis aſſenſum accipiat, vel faciat, ne qua ſcilicet abuſione pacem perturbet gregis dominici; quales ſcandalizare eſt, "cum mola aſinaria in profundum demergi[a]". Abbas quoque ejus reliquis prior habeatur; ita duntaxat ut ad ſacrae fidei, charitatis et concordiae compaginationem loco primogeniti et vice Romana affectuoſe magis, quam imperioſe praeluceat confratribus. Haec igitur et caetera quaecunque tam ſunt a vobis, quam ab anteceſſoribus veſtris, aut a vobis aut a ſucceſſoribus veſtris, vel a quibuſlibet perſonis uſque in finem jura tradentur, juxta veſtram poſtulationem ita obſervanda ab omnibus regibus et principibus ac plebibus Britanniae conteſtamur; ne quis praevaricator (quod abſit) excommunicationis ſancti Petri principis apoſtolorum gladio exciſus intereat, ſed magis favens eccleſiae ipſius clave admiſſus regno gaudeat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XII. 4.	DUNSTAN. 1.	959.	EDGAR 3.

Concilium Brandanfordenſe ſub Edgaro rege convocatum; in quo Edwii ſive Edwini regis decreta reſcinduntur, ablata eccleſiae reſtituuntur, et Dunſtanus ab exilio revocatur. Ex Oſberno et Malmeſb. et Capgravio apud Parker. antiq. eccleſ. Britan.

NON occurrunt mihi in hoc concilio actorum formulae; breviter autem ſic notantur in antiqq. Britannicae eccl. ca. xxiii. "Interea Mercii et Norrenſes, ac inter Humbrum et Thameſim mediterranei in regem [Edwium] arma capiunt. A quibus autem hic tumultus motus fuerat, monachi caute omittunt. In hoc tumultu Edgarus regis frater regni partem obtinet. Hi multis utrinque illatis praeliis regni vires labefactarunt; ſed Edgarus tandem potior,

[a] Matth. xviii. 6.

convocato ad Brandanfordiam regni co[illegible]lio, fratris Edwini acta et decreta reſcindit, [illegible]latas eccleſiis et monaſteriis opes reſtituit; Dunſtanumque ab exilio ad priſtinum honorem revocat, deinde ad epiſcopatum Wigornenſem nolentem (ut aiunt) et volentem promovit, poſtea ad Londinenſem, tandem biennio vix tranſacto ad Cantuarienſem archipraeſulatum."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
Johan. XII 5	Dunſtan. 2.	960.	Edgar. 4

Canones editi ſub Edgaro rege. Ex MS. codice Saxonico collegii Corporis Chriſti Cantabrigiae, S. xviii.

Her gebirað nu to Eadgares gerædnes be gehadodra manna liſ[illegible]unge.

Hoc pertinet nunc ad Eadgari [illegible] ... eris initiatorum [illegible].

I. We lærað þ godes þeowas beon geornlice gode ðeowigende. ⁊ ðenigende. ⁊ for eal cristen folc ðingigende. ⁊ þ hi ealle beon a heora ealdre holde. ⁊ gehyrsume. ⁊ ealle anrǽde to gemænre ðearfe. ⁊ þ ælc sy oþrum to fultume. ⁊ helpe. ge for gode ge for worulde. ⁊ þ hi beon heora worldhlafordum eac holde ⁊ getrywe:·

II. And we lærað. þ ealc wurþige oþerne. ⁊ hyran ða gingran georne heora yldrum ⁊ lufian. ⁊ læran ða yldran georne heora gingran:·

III. And we lærað. þ hi to ælcon sinoþe habban ælce geare bec ⁊ reaf to godcundre ðenunge. ⁊ blæc ⁊ bocfel to heora gerædnessum. ⁊ ðreora daga biwiste:·

IV. And we lærað. þ preosta gehwilc to sinoþe hæbbe his clerc. ⁊ gerædne man to cnihte. ⁊ nænige unwitan. ðe dysig lufige. ac faran ealle mid gesibbe ⁊ mid Godes ælmihtiges ege:·

V. And we lærað. þ ælc preost on sinoþe gecyþe gif heom hwæt derige ⁊ gif him ænig man healice misboden hæbbe. ⁊ for hi ðonne ealle on swilce hit heom eallum gedon beo. ⁊ gefylstan to þ hit man gebete swa biscop getæce:·

VI. And we lærað. þ preosta gehwilc on sinoþe gecyþe gif he on his scriftscire ænigne man wite Gode oferhyrne oþþe on heafodleahtrum yfele befealene ðe he to bote gebigan ne mæge. oþþe ne durre for worlda folc:·

VII. And we lærað. þ nan sacu ðe betweox preostan sy ne beo gescoten to worldmannas dome. ac seman ⁊ sibbian heora agenne geferan oþþe sceotan to ðam biscope gif man ðæt nyde scule:·

VIII. And we lærað. þ ænig preost wilfulles ne forlæte ða cyrcan ðe he to gebletsod wæs. ac hæbbe him ða to rihtæwe:·

IX. And we lærað. þ nan preosta oþrum ne æt do ani ðara ðinga ðe him to gebirige ne on his mynstre ne on his scriftscire ne on his gildscipe. ne on ænig ðara ðinga ðe him to gebirige:·

X. And we lærað. þ ænig preost ne underfo oþres scolere buton ðæs leafe ðe he ær folgode:·

XI. And we lærað. þ preosta gehwilc to eacan lære. leornunge handcræft georne:·

I. Docemus ut Dei miniſtri ſint devote Deo ſervientes, et miniſtrantes, et [illegible] pro populo chriſtiano intercedentes, et ut omnes illi ſenioribus ſuis ſint fideles et obedientes, et omnes prompti in communi neceſſitate, ac ut quilibet ſit aliis auxilio et adjutorio tam coram Deo, quam coram hominibus, et ut ſint etiam dominis ſuis mundanis fidi et veri.

II. Docemus etiam, ut quilibet honoret alterum, et juniores diligenter audiant ſeniores ſuos et ament, et ſeniores diligenter doceant juniores ſuos.

III. Docemus etiam, ut illi ad quamlibet ſynodum [abeunt et] habeant [illegible] libros et veſtimenta ad ſervitium eccleſiaſticum, et atramentum ac pergamenum ad [illegible] conſtitutiones, et trium dierum commeatum.

IV. Docemus etiam, ut ſacerdos quilibet ad ſynodum [abiens] habeat clericum ſuum et aptum hominem pro miniſtro, et non ignotum aliquem, qui ſtultitiam amet, ſed proficiſcantur omnes in ordine, et in Dei omnipotentis timore.

V. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos in ſynodo enunciet, ſi quid ei noceat, et ſi aliquis magnam ipſi injuriam fecerit; et tunc illi omnes [illegible] quaſi ſibi omnibus [illegible], et adjuvent ad compenſationem, prouti epiſcopus adnotaverit.

VI. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos in ſynodo enunciet, ſi in parochia ſua noſcat aliquem erga Deum contumacem, vel qui in peccatum mortale male inciderit, quem ad emendationem inclinare nequit, vel non audet propter ſeculares.

VII. Docemus etiam, ut nullum negotium, quod inter ſacerdotes eſt, deferatur ad judicium ſeculare, ſed componant ac pacificent [illud] proprii illorum ſocii, vel transferant ad epiſcopum, ſi opus fuerit.

VIII. Docemus etiam, ut nullus preſbyter ſponte eccleſiam deſerat, cui conſecratus erat, ſed habeat eam pro legitima conjuge.

IX. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos faciat aliquid eorum, quae ad alterum ſpectant; non in eccleſia ejus, nec in parochia ejus, neque in ſocietate illius, neque in aliqua earum rerum, quae ad eum pertinent.

X. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos ſuſcipiat alterius ſcholarem abſque venia ejus, quem prius ſequebatur.

XI. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos augendae ſcientiae cauſa diligenter diſcat opificium.

XII. Docemus etiam, ut quis doctus ſacerdos non contumelia afficiat ſemidoctum, ſed corrigat eum, ſi melius norit.

XIII. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos illuſtri loco natus, contemnat inferioris conditionis ſacerdotem; ſi quis hoc recte contempletur, omnes homines ejuſdem eſſe nativitatis [inveniet].

XIV. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos decenter ſe gerat, et non ſit emptor injuſtus, nec avarus mercator.

XV. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos baptiſmum peragat, ſimulac requiritur; et deinde in parochia ſua praecipiat, ut quilibet infans baptizetur intra xxxvii. dies, et ut nemo nimis diu ab epiſcopo confirmari differat.

XVI. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos chriſtianiſmum diligenter promoveat, et omnem gentiliſmum omnino extinguat; et prohibeat fontium adorationem, et necromantiam, et auguria, et incantationes, et divinum hominis cultum, et offucias, quae exercentur in variis praeſtigiis, et in tedis, et in ſortilegiis, et in ulmis, et etiam in aliis variis arboribus, et in ſaxis, et in multis aliis phantaſmatibus, quibus multi eorum, qui non deberent, decipiuntur.

XVII. Docemus etiam, ut quilibet chriſtianus infantem ſuum ad chriſtianiſmum diligenter adſueſcat, et eum "Pater noſter" et "Credo" doceat.

XVIII. Docemus etiam, ut diebus feſtis ceſſent prophana cantica, et ludi diabolici.

XIX. Docemus etiam, ut ceſſent diebus Solis mercaturae et conventus populi.

XX. Docemus etiam, ut ceſſent falſa et ſtulta colloquia, et ignominioſae tonſurae.

XXI. Docemus etiam, ut ceſſent concubinatus, et amentur juſta conjugia.

XXII. Docemus etiam, ut quilibet diſcat "Pater noſter" et "Credo", ſi quando in conſecrato coemeterio jacere, vel euchariſtiam ſacram percipere velit; propterea quia is non eſt bonus chriſtianus, qui hoc diſcere nonvult, nec jure poteſt alios e baptiſmate levare, nec epiſcopi manum accipere [in confirmatione] niſi hoc prius addiſcat.

XXIII. Docemus etiam, ut in diebus feſtis et ſtatis jejuniis nulla omnino contentio ſit inter quoſcunque homines.

XXIV. Docemus etiam, ut in diebus feſtis et jejuniis juramenta et ordalia praetermittantur.

XXV. Docemus etiam, ut quilibet vir abſtineat ab uxore ſua in diebus feſtis et ſtatis jejuniis.

XXVI. Docemus etiam, ut preſbyteri eccleſias cuſtodiant cum omni veneratione ad eccleſiaſticum miniſterium, et ad purum ſervitium, et ad nullas alias res; neque ſit aliquid inutile ibi, neque in vicinia; non permittantur vana colloquia, nec vanae actiones, neque indecora compotatio, neque unquam alia vanitas, neque intra eccleſiae ſepem canis aliquis veniat, neque porcorum plures, quam quis regere poſſit.

XXVII. Docemus etiam, ut nihil in eccleſia reponatur, quod ibidem indecens ſit.

XII. And ƿe læraþ. ꝥ ænig gelæred preost ne sceande þone samlæredan. ac gebete hine gif he bet cunne:·

XIII. And ƿe læraþ. ꝥ ænig forþboren preost ne forseo ðone læs borenan. gif man hit ariht asmeaþ ðonne syn ealle men anra gebirda:·

XIV. And ƿe læraþ. ꝥ preosta gehƿilc tilige him rihtlice. ⁊ ne beo ænige mangere mid unrihte. ne gitsigende massere:·

XV. And ƿe læraþ. ꝥ preosta gehƿilc fulluhtes tiþige sona sƿa man his girne. ⁊ æghƿar on his scriftscire beode. ꝥ ælc cild sy gefulled binnon xxxvii. nihtum. ⁊ ꝥ ænig man to lange anbiscoped ne ƿurþe:·

XVI. And ƿe læraþ. ꝥ preosta gehƿilc cristendom geornlice arære. ⁊ ælcne hæþendom mid ealle adƿæsce. ⁊ forbeode ƿilƿeorþunga. ⁊ licƿiglunga. ⁊ hƿata. ⁊ galdra. ⁊ manƿeorþunga. ⁊ ða gemearr ðe man drifþ on mislicum geƿiglungum. ⁊ on fýrþe. ⁊ on hlottum. ⁊ on ellenum. ⁊ eac on oþrum mislicum treoƿum. ⁊ on stanum. ⁊ on manegum mistlicum gedƿimerum. ðe man on dreogaþ fela ðæs ðe hi nane scoldan:·

XVII. And ƿe læraþ. ꝥ ælc cristen man his bearn to cristendome geornlice ƿænige. ⁊ him Pater noster ⁊ Credon tæce:·

XVIII. And ƿe læraþ. ꝥ man gesƿice freols dagum hæþenra leoþa. ⁊ deofles gamena:·

XIX. And ƿe læraþ. ꝥ man gesƿice sunnan dæges cypinge. ⁊ folc gemota:·

XX. And ƿe læraþ. ꝥ man gesƿice hi geleasra ræda. ⁊ dislicra geræda. ⁊ bismorlicra efesunga:·

XXI. And ƿe læraþ. ꝥ man gesƿice cifes gemanna. ⁊ lufige riht æƿe:·

XXII. And ƿe læraþ. ꝥ ælc man leornige ꝥ he cunne Pater noster ⁊ Credon. be ðam ðe he ƿille on gehalgodan legere licgan. oþþe husles ƿýrþe beon. forþam he ne biþ ƿel cristen ðe ꝥ geleornian nele. ne he nah mid rihte oþres mannes to onfonne æt fulluhte ne æt bisc. handa. se ðe ꝥ ne cann. ær he hit geleornige:·

XXIII. And ƿe læraþ. ꝥ freols dagum ⁊ fæsten dagum ænige flit ne beo betƿeox mannum ealles to sƿiþe:·

XXIV. And ƿe læraþ. ꝥ man freols dagum. ⁊ fæsten dagum forga aþas. ⁊ ordela:·

XXV. And ƿe læraþ. ꝥ ælc ƿer forga his ƿif freolstidum. ⁊ riht fæsten tidum:·

XXVI. And ƿe læraþ. ꝥ preostas cyrican healdan mid ealre arƿurþnesse to godcundre ðenunge ⁊ to clænan ðeoƿdome. ⁊ to nanum oþrum ðingum. ne hi ðar ænig unnit inne. ne on neaƿeste. ne geþafian ne idele spæce. ne idele dæde. ne unnit gedrync. ne æfre ænig idel. ne binnan ciric tune ænig hund ne cume. ne sƿyn ðe ma ðæs ðe man ƿealdan mæge:·

XXVII. And ƿe læraþ. ꝥ man into cyrcan ænig ðinge ne logige. ðæs ðe ðarto ungedafenlic sy:·

XXVIII. And

XXVIII. And we lærað þ man æt ciric-wæccan swiðe gedreoh sy. ⁊ georne gebidde. ⁊ ænige drenc. ne ænig unnit ðær ne dreoge:·

XXIX. And we lærað. þ man innan circan ænigne man ne byrige. bute man wite þ he on his life Gode to ðam wel gecwéme. þ man ðurh þ lǽte þ he sy ðæs legeres wyrðe:·

XXX. And we lærað. þ preost on ænigum huse ne mæsse buton on gehalgodre circan. buton hit sy for hwilces mannes oferseocnesse:·

XXXI. And we lærað þ preost huru æfre ne mæssige buton on gehalgodon weofode:·

XXXII. And we lærað. þ preost æfre ne mæssige buton bec. ac beo se canon him ætforan eagum beseoðe. gif he wille. ðilæs ðe him misse:·

XXXIII. And we lærað. þ ælc preost habbe corporalem ðonne he mæssige. ⁊ subuculam under his alban. ⁊ eal mæsse-reaf wurðlice behworfen:·

XXXIV. And we lærað. þ ælc preost georne tilige þ he gode ⁊ huru rihte bec hæbbe:·

XXXV. And we lærað. þ ænig mæsse-preost ana ne mæssige. þ he næbbe ðone ðe him andswerige:·

XXXVI. And we lærað. þ ænig unfæstende man husles ne abyrige. buton hit for oferseocnesse sy:·

XXXVII. And we lærað. þ ænig preost anes dæges oftor ne mæssige ðonne ðriwa mæst ðara ðinga:·

XXXVIII. And we lærað. þ preost hæbbe a gearo husl ðam ðe ðearf sy. ⁊ þ georne on clænnesse healde. ⁊ warnige þ hit na forealdige:· Gif hit ðonne forealdod sy. þ hit man brucan ne mæge. ðonne forbærne hit man on clænum fyre. ⁊ ða axsan under weofode gebringe. ⁊ bete wið God georne se ðe hit forgimde:·

XXXIX. And we lærað. þ næfre preost ne gedyrstlæce þ he mæssige buton he eal hæbbe. þ to husle gebyrige. þ is clæne oflete. ⁊ clæne win. ⁊ clæne wæter:· Wa ðam ðe mæssian onginþ buton he ælc ðara hæbbe. ⁊ wa ðam ðe ðer ful ðing to deþ. ðonne gelice ðam ðe Iudeas didon ða hi mangdon eced ⁊ geallan togædere. ⁊ hit syððan on his bismer Criste gebudon:·

XL. And we lærað. þ æfre ne geweorþe þ preost mæssige. ⁊ silf ðæt husl ne gebicge. ne man gehalgod næfre eft halgige:·

XLI. And we lærað. þ ælc calic gegoten beo ðe man husl on halgige. ⁊ on treowenum ne halgige man ænig:·

XLII. And we lærað. þ ealle ða ðinge. ðe weofode neah beon. ⁊ to circan gebyrigan. beon swiþe clænlice ⁊ wurþlice behworfene. ⁊ ðær ænig ðinge neah ne cume. ac logige man ðone haligdom swiþe arwurþlice. ⁊ a sy byrnende leoht on circan ðonne man mæssan singe:·

XXVIII. Docemus etiam, ut homines in ecclesiae encaeniis valde sobrii sint, et diligenter orent, nec pocula, neque aliquid inutile ibi exerceant.

XXIX. Docemus etiam, ut in ecclesia nemo ſepeliatur, niſi ſciatur quod in vita Deo tam placuerit, ut inde judicetur, quod ſit ſepultura dignus.

XXX. Docemus etiam, ut ſacerdos in nulla domo miſſam celebret, niſi in conſecratis eccleſiis, praeterquam ob extremam alicujus aegritudinem.

XXXI. Docemus etiam, ut ſacerdos nunquam ſaltem miſſam celebret, niſi ſuper conſecratum altare.

XXXII. Docemus etiam, ut ſacerdos nunquam miſſam celebret ſine libro, ſed canon ſit ei ante oculos poſitus, ſi velit, ne [illegible]gat.

XXXIII. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos habeat corporalem veſtem, quum miſſam celebrat, et ſubuculam ſub alba ſua, et omnia veſtimenta miſſalia decentia.

XXXIV. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos diligenter curet, ut bonum et ſaltem [illegible] librum habeat.

XXXV. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos ſolus miſſam celebret, ſi non habeat eum, qui ipſi reſpondeat.

XXXVI. Docemus etiam, ut quilibet eucharistiam accipiat jejunus, niſi ob extremam aegritudinem.

XXXVII. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos uno die ſaepius quam ter ad ſummum miſſam celebret.

XXXVIII. Docemus etiam, ut ſacerdos ſemper habeat paratam euchariſtiam, prout opus fuerit, et hanc diligenter in puritate cuſtodiat, et caveat ne inveteraſcat; ſi autem inveteraverit, ut accipi nequeat, tunc comburatur in puro igne, et cineres ſub altari condantur, et diligenter apud Deum emendet, qui hoc neglexerit.

XXXIX. Docemus etiam, ut ſacerdos nunquam praeſumat miſſam celebrare, niſi omnia habeat, quae ad S. euchariſtiam pertinent, hoc eſt, puram oblationem, et vinum purum, et aquam puram. Vae illi, qui miſſam inchoat, antequam haec omnia habeat, et vae illi, qui impurum quid addit illis; hoc ſimile eſſet ei, quod Judaei fecerunt, quum acetum et fel ſimul miſcerent, et illud poſtea Chriſto in ludibrium porrigerent.

XL. Docemus etiam, quod ſacerdos nunquam ſit dignus miſſam celebrare, qui non ipſe S. euchariſtiam percipit; nec conſecratum unquam denuo conſecretur.

XLI. Docemus etiam, ut quilibet calix fuſus ſit, in quo S. euchariſtia conſecretur, et in ligneo nunquam conſecretur.

XLII. Docemus etiam, ut omnia, quae altare appropinquant, et ad eccleſiam pertinent, ſint valde pura et digne diſpoſita, et nihil [impurum] appropinquet illud, ſed reponatur ſanctuarium valde honorifice, et ſemper lumen ardeat in eccleſia, quum miſſa decantatur.

4

XLIII. Do-

XLIII. Docemus etiam, ut non negligatur aliquid conſecratum; non aqua conſecrata, nec ſal, nec thus, nec panis, nec aliquid ſanctum.

XLIV. Docemus etiam, ut nulla uxor altare appropinquet, quamdiu miſſa celebratur.

XLV. Docemus etiam, ut juſto ſtato tempore campana pulſetur, et ſacerdos quilibet cantum ſuum horarium in eccleſia pſallat, et ibi cum Dei timore ſedulo oret, et pro omni populo intercedat.

XLVI. Docemus etiam, ut ſacerdos ſecularis, vel conventualis aliquis non veniat intra oſtium eccleſiae, nec intra ſacrarium, abſque ſuperpelliceo ſuo, neque ſaltem ad altare, ut ibi miniſtret, abſque veſtitu illo.

XLVII. Docemus etiam, ut nullus ſacris initiatus homo tonſuram ſuam conſecret, nec eam male tonderi permittat, nec barbam ſuam per aliquod tempus alat, ſiquidem benedictionem Dei, et S. Petri, et noſtram habere velit.

XLVIII. Docemus etiam, ut omnes ſacerdotes feſtis diebus et jejuniis unanimes ſint, et omnes uno modo orent, ne populum in errorem ducant.

XLIX. Docemus etiam, ut quodlibet jejunium eleemoſynis honorificetur, hoc eſt, ut quiſquis ex devotione erga Deum eleemoſynam ſedulo dare velit, tunc jejunium ipſius Deo ſit gratius.

L. Docemus etiam, ut ſacerdotes in eccleſiae miniſteriis omnes ſimul operam navent, et ſit aequale ſalarium in anni ſpatio in omnibus eccleſiae miniſteriis.

LI. Docemus etiam, ut ſacerdotes juventutem ſedulo doceant, et ad opificia trahant, ut eccleſiae auxilium [inde] habeant.

LII. Docemus etiam, ut ſacerdotes quolibet die Solis ad populum praedicent, et ſemper bonum iis praebeant exemplum.

LIII. Docemus etiam, ut nullus chriſtianus ſanguinem comedat alicujus generis.

LIV. Docemus etiam, ut ſacerdotes populum admoneant ejus, quod ſedulo Deo facere debent, ut juſti ſint in reddendis decimis et aliis rebus, primo aratri eleemoſynis xv. dies a Paſchate, et foetuum decimis ad Pentecoſten, et frugum terrae ad Omnium Sanctorum [feſtum] et denarii S. Petri ad Petri feſtum, et cenſus eccleſiae ad Martini feſtum.

LV. Docemus etiam, ut ſacerdotes ita populi eleemoſynam diſtribuant, ut illis tam Deum propitium reddant, quam populum ad eleemoſynas aſueſcant.

LVI. Docemus etiam, ut ſacerdotes pſalmos cantent, quum eleemoſynas dividunt, et pauperes diligenter orent, ut his pro populo intercedant ſedulo.

LVII. Docemus etiam, ut ſacerdotes ſibi caveant ab ebrietate, et illam diligenter reprehendendo interdicant aliis hominibus.

LVIII. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos ſit cereviſiarius, nec aliquo modo ſcurram agat ſecum ipſo vel aliis; ſed ſit, ſicut ordinem ejus decet, prudens et venerandus.

LIX. Docemus etiam, ut ſacerdotes a juramento ſedulo ſibi caveant, et illud valde etiam prohibeant.

XLIII. And ƿe lærað. ꝥ man ne forgime ænig gehalgod ðinge. ne hælig ƿæt. ne sealt. ne stor. ne hlaf. ne ænig ðinge haliges:·

XLIV. And ƿe lærað. ꝥ ænig ƿifman neah ƿeofode ne cume. ða hƿile ðe man mæssige:·

XLV. And ƿe lærað. ꝥ man on rihtne timan tida ringe. ⁊ preosta gehƿilc ðonn his tid sang on circan gesece. ⁊ ðar mid Godes ege his georne gebiddan. ⁊ for eal folc ðingian:·

XLVI. And ƿe lærað. ꝥ mæssepreosta. oþþe mynsterpreosta ænig ne cume binnan circan dyre. ne binnan ƿeohstealle. buton his oferslipe. ne huru æt ðam ƿeofode. ꝥ he ðær ðenige buton ðare ƿæde:·

XLVII. And ƿe lærað. ꝥ ænig gehadod man his scare ne helige. ne hine mis efesian læte. ne his beard ænige hƿile hæbbe be ðam ðe he ƿille Godes bletsunge hæbban. ⁊ sce. Petres ⁊ ure:·

XLVIII. And ƿe lærað. ꝥ ealle preostas æt freolsan ⁊ æt fæstenan anræde beon. ⁊ ealle on ane ƿisan beodan. ꝥ hi folc ne dƿelian:·

XLIX. And ƿe lærað. ꝥ ælc fæsten beo mid ælmessan geƿurþað. ꝥ is. ꝥ gehƿa on Godes est ælmessan georne sille. ðonne biþ his fæsten Gode ðe gecƿemre:·

L. And ƿe lærað. ꝥ preostas on ciric ðenungum ealle andreogan. ⁊ beon efen ƿeorðe on geares fæce on eallum ciric ðenungum:·

LI. And ƿe lærað. ꝥ preostas geoguþe geornlice læran. ⁊ to cræftan teon. ꝥ hi ciric fultum hæbban:·

LII. And ƿe lærað. ꝥ preostas ælce sunnan dæge folce bodigan. ⁊ a a ƿel bisnian:·

LIII. And ƿe lærað. ðat nan cristen man blod ne ðicge nanes cynnes:·

LIV. And ƿe lærað. ꝥ preostas folc mynegian ðæs ðe hig Gode don sculan. to gerihtan on teoþungum. ⁊ on oþrum ðingum. ærest sulhælmessan xv. niht on ufan Eastron. ⁊ geoguðe teoþunge be Pentecosten. ⁊ eorþƿestma be Omnium Sanctorum. ⁊ Rom feoh be Petres mæssan. ⁊ ciricsceat æt Martinus mæssan:·

LV. And ƿe lærað. ꝥ preostas sƿa dælan folces ælmessan. ꝥ hig ægþer don ge God gegladian. ge folc to ælmessan geƿænian:·

LVI. And ƿe lærað. ꝥ preostas sealmas singan. ðonne hi ða ælmessan dælan. ⁊ ðam ðearfan georne biddan. ꝥ hig for ꝥ folc ðingian:·

LVII. And ƿe lærað. ꝥ preostas beorgan ƿiþ oferdruncon. ⁊ hit georne belean oþrum mannum:·

LVIII. And ƿe lærað. ꝥ ænig preost ne beo ealascop. ne ænige ƿisan gliƿige mid him sylfum. oþ oþrum mannum. ac beo sƿa his hade gebiraþ ƿis ⁊ ƿeorþfull:·

LIX. And ƿe lærað. ꝥ preost ƿiþ aþas beorgan him georne. ⁊ hig eac sƿiþe forbeodan:·

LX. And ƿe lærað. ꝥ ænig preoſt ne lufige ƿifmanna neaƿyſte ealles to ſƿiðe. ac lufige his riht æƿe. ꝥ is his ciricе:·

LX. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos mulierum conſortium nimis amet, ſed diligat legitimam ſuam uxorem, hoc eſt, eccleſiam ſuam.

LXI. And ƿe lærað. ꝥ ænige preoſt ne ſtande on leaſre geƿitneſſe ne ðeofa geƿita be on:·

LXI. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos adſtet falſo teſtimonio, neque a conſiliis furum ſit.

LXII. And ƿe lærað. ꝥ preoſt biſæce ordel æfre nege aþe:·

LXII. Docemus etiam, ut ſacerdos nunquam ordalia viſitet aut juramenta.

LXIII. And ƿe lærað. ꝥ preoſt ƿið ðegn ne ladige. buton ðegnes foraþe:·

LXIII. Docemus etiam, ut ſacerdos contra thanum non juret in compurgatione, niſi thanus praejuraverit.

LXIV. And ƿe lærað. ꝥ preoſt ne beo hunta. ne hafecere. ne tæflere. ac plegge on his bocum ſƿa his hade gebirað.

LXIV. Docemus etiam, ut ſacerdos non ſit venator, neque accipitrarius, neque potator, ſed incumbat libris ſuis, ſicut ordinem ipſius decet.

LXV. And ƿe lærað. ꝥ ælc preoſta ſcriſte ⁊ dædbote tæce ðam ðe him andette. ⁊ eac to bote filſte. ⁊ ſeoce man huſlige ðonne heom ðearf ſy. ⁊ hi eac ſmerige gif hi ðæs girnan. ⁊ æfter forþſiþe georne beƿreoſe. ⁊ nege ðafige ænige unnit æt ðam lice. ac hit mid Godes ege ƿislice bebirge:·

LXV. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos confeſſionem et poenitentiam doceat eum, qui ipſi confitetur, et ad emendationem quoque adjuvet, et aegroto S. euchariſtiam praebeat, quum ei opus eſt, et ungat illum quoque, ſi hoc deſideret, et poſt obitum diligenter involvat; neque permittatur aliquid vanum circa corpus, ſed cum Dei timore decenter ſepeliatur.

LXVI. And ƿe lærað. ꝥ preoſta gehƿilc ægþer hæbbe ge fulluht ele ge ſeocum ſmyrelſ. ⁊ eac geara ſy to folces geþilitum ⁊ criſtendom firþrige georne on æghƿilce ƿiſan ⁊ ægþer do ge ƿelbodige ge ƿelbiſnige. ðon geleanað him ꝥ ælmihtig God ſƿa hym leofoſt bið:·

LXVI. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos oleum habeat tam ad baptiſmum, quam ad aegrotos inungendos; ſit etiam paratus jus populi et chriſtianiſmum ſedulo promovere quovis modo, tam bene praedicando, quam bonum exemplum praebendo, tunc largietur ei Deus omnipotens, quod ipſi maxime acceptum erit.

LXVII. And ƿe lærað. ꝥ ælc preoſt ƿite to cyþanne ðonne he criſman fecce. hƿæt he on gebedum for cynge ⁊ biſcop gedon habbe:·

LXVII. Docemus etiam, ut quilibet ſacerdos norit reſpondere, quum chriſma tollit, quid in orationibus pro rege et epiſcopo fecerit.

De confeſſione *.

I. Quando aliquis voluerit confeſſionem facere peccatorum ſuorum, viriliter agat, et non erubeſcat confiteri ſcelera et facinora ſe accuſando; quia inde venit indulgentia, et quia ſine confeſſione nulla eſt venia. Confeſſio enim ſanat, confeſſio juſtificat.

Magna hic lacuna ſive ſpatium a [illegible] †.

Praeveniat hunc famulum tuum quaeſo, Domine, miſericordia tua, ut omnes iniquitates ejus celeri indulgentia deleantur per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Exaudi quaeſo, Domine, ſupplicum preces clamantium ad te, quaeſo, Domine.

II. Ðæt ſceal geþencan ſe ðe bið manna ſaƿla læce. ⁊ heora dæda geƿita. ꝥ gedal ⁊ ꝥ geſcead. hu he mannum heora dæda geſcrife. ⁊ he ðeah hƿæþre ne fordeme ne hig ormode ne gedon ðonn ſe man him his miſdæda andettan ƿille. gehire him æreſt geþildelice. hu his ƿiſegerad ſy. gif he ƿille ⁊ cunne eadmodlice his dæda andettan. ⁊ ðu ongite ꝥ him his ſinna hreoƿan. lær hine luflice ⁊ mildheortlice:· Gif he ne cunne his dæda andettan. ⁊ his gyltas aſmeagan.

II. Quicunque eſt medicus animarum hominum, et earum actiones norit, ſtudeat diviſionem, et diſcrimen, quomodo hominum actionibus poenitentiam injungat; attamen non condemnet eos, neque deſperare faciat. Cum homo delicta ſua ei confiteri vult, exaudiat eum primo patienter, quam prudens ipſius ſit intentio: ſi velit et poſſit humiliter actiones ſuas confiteri, et tu percipias, quod poeniteat peccatorum ſuorum, doce ipſum amanter, et cum miſericordia. Si non poſſit actiones ſuas confiteri, et reatus ſuos examinare,

III. Acſa hine his ƿiſena. ⁊ atred him ða gyltas ut. ⁊ aſec his dæda. ⁊ geþenge ðu. ꝥ

III. Interroga eum de moribus ipſius, et extorque reatus illius, et expone actiones ejus, et co-

* Sequentes canones Johnſonius, vicarius olim Cranbrookiae in [illegible] canonum [illegible] annum DCCCCLXIII. a canonibus ſub Edgaro rege datis diſtinguit, eoſque [illegible] Dunſtano [illegible] dicat: The following canons have no other rubrick, yet it is evident [illegible] There are few or no cenſures or puniſhments inflicted in the former canons, here are certain penances aſſigned for ſins of all ſorts. And by the penance aſſigned to the monks and clergymen for cohabiting with their wives, can. 31, 40. which is the ſame as for murder, I ſhould think it was Dunſtan that compiled them, and that this ſet of canons might be called archbiſhop Dunſtan's penitential; and therefore I date them as made in the ſecond year of his preſidency, viz. DCCCCLXIII.

† Supra memoratus Johnſonius de lacuna hac ita loquitur loco citato: It ſeems probable, that at this chaſm there were intended to be inſerted various forms of abſolution, and till copies of others were found, the form contained in the text was thought ſufficient. I will, as a ſupplement to this defect, give my reader one from the manuſcript in the Cotton library, Tiberius A. iii. fol. 1. the book is of the age of Edgar, or ſoon after; for it has his picture, and St. Scholaſtica's in its front: the abſolution is as follows: "The almighty God, who created the heaven, and the earth, and every creature, have mercy upon thee, and grant thee forgiveneſs of all thy ſins, which thou haſt ever committed from thy being made a man to this time, through, etc." H. J.

gita, quod nunquam debeas eodem modo judicare divites et pauperes, liberos et ſervos, ſenes et juvenes, ſanos et infirmos, humiles et ſuperbos, fortes et debiles, ſacris initiatos et laicos.

Quodlibet factum judex prudens diſcernere debet prudenter, quomodo factum ſit, et ubi, vel quando: nullo tempore injuſtum permiſſum eſt, attamen quis diebus feſtis et jejuniis et locis feſtivis quam diligentiſſime [ab eo] ſibi caveat. Et quanto potentioris et majoris ordinis homo ſit, tanto gravius coram Deo et coram mundo injuſtitiam emendare debet, quoniam potens et impotens non poſſunt aequalia onera habere, nec infirmus firmo ſimilis eſſe; hi ergo ſunt diſtinguendi et diſcrete diſcernendi.

IV. Poſthacc ſurgat humiliter ad confeſſorem ſuum, et dicat primo: Ego credo in Dominum ſummum Patrem, omnium rerum gubernatorem; et in Filium, et in Spiritum Sanctum; et ego credo vivere poſt mortem; et ego credo reſurgere in die judicii; et omne hoc credo per Dei potentiam et miſericordiam ejus mereri.

V. Et tunc dicat animo poenitenti et humili confeſſionem ſuam confeſſario ſuo, inclinans humiliter, et ſic dicat:

Ego confiteor omnipotenti Deo et confeſſario meo, ſpirituali medico, omnia peccata mea, quibus per malignitatem ſpiritus unquam pollutus fui, ſive in factis, ſive in cogitationibus, ſive cum maſculis, ſive cum foeminis, vel cum aliqua creatura, peccata naturalia ſive praeternaturalia.

VI. Confiteor gaſtrimargiam ciborum tam mane, quam veſpere. Confiteor omnem avaritiam, et invidiam, et detractionem, et bilingue vitium, mendacium, et injuſtam gloriam, et vaniloquium, et injuſtam magnificentiam, et omnem ſuperbiam, quae ad corporis mei pravum conſilium accidit. Confiteor quod nimis ſaepe fuerim peccati auctor, et peccati fautor, et peccati conſcius, et peccati doctor.

VII. Confiteor animi mei homicidium, et perjuria, et ſeditionem, et ſuperbiam, neglectum praeceptorum Dei. Confiteor omnia, quae unquam oculis vidi ad avaritiam, vel ad detrectationem, vel auribus ad inutilia audivi, vel ore meo vana locutus ſum.

VIII. Confiteor omnia corporis mei peccata, cutis, et carnis, et oſſis, et nervorum, et renum, et cartilaginum, et linguae, et labiorum, et faucium, et dentium, et comae, et medullae, et rei cujuſque mollis vel durae, humidae vel ſiccae. Confiteor quod baptiſma meum pejus ſervaverim, quam Domino meo ſum pollicitus, et ordinem meum, quem in amorem Dei et ſanctorum ipſius debebam cuſtodire, et in meam ipſius aeternam ſalutem ego non cuſtodivi debito modo. Confiteor quod horas meas canonicas ſaepius neglexerim, et pejeraverim in dominorum meorum animam; et Domini mei nomen in vanum ſumpſerim.

IX. Omnium [peccatorum] rogo a Domino meo remiſſionem, ut nunquam diabolus mihi inſidietur, ut abſque confeſſione et emendatione peccatorum meorum [non moriar] ſicut hodie con-

ðu ne scealt næfre gelice deman. ðam rican. ⁊ ðam heanan. ðam freon. ⁊ ðam ðeowan. ðam ealdan. ⁊ ðam geongan. ðam halan. ⁊ ðam unhalan. ðam eadmodan. ⁊ ðam ofermodan. ðam strangan. ⁊ ðam unmagan. ðam gehadodum. ⁊ ðam læwedum.

Ælce dæde sceal gesceadwis dema wislice to scadan. hu heo gedon sy. ⁊ hwar. oþþe hwænne. nis on ænigne timan unriht alifæd. ⁊ ðeah man sceal freolstidan ⁊ fæstentidum. ⁊ on freolsstowan. eac swa geornlicost beorgan. ⁊ asswa man biþ mihtigra oþþe maran hades. swa he sceal deoppor for Gode. ⁊ for worlde. unriht gebetan. for ðam ðe se maga ⁊ se unmaga. ne magon na gelice byrdene ahebban. ne se unhala ðam halum gelice. ⁊ ði man sceal medemian. ⁊ gesceadlice to scadan:·

IV. Æfter ðisum arise eadmodlice to his scrifte. ⁊ cweþe ðonne ærest. Ic gelife on drihten heahfæder ealra ðinga wealdend. ⁊ on ðone sunu. ⁊ on ðone halgan gast. ⁊ ic gelife to life æfter deaþe. ⁊ ic gelife to arisenne on domes dæge. ⁊ eal ðis ic gelife. ðurh Godes mægen. ⁊ his miltse to weorþone:·

V. And cweþe ðonne mid reowsigendum mode. ⁊ eadmodlice his andetnessa to his scrifte onbugende eadmodlice. ⁊ ðus cweþe.

Ic andette ælmihtigum Gode ⁊ minum scrifte ðam gastlican læce ealle ða synna. ðe me æfre ðurh awirgede gastas on besmitene wurdon. oþþe on dæde. oþþe on geþohte. oþþe wiþ wæpmen oþþe wiþ wifmen oþþe wiþ ænige gesceaft gecyndelicra synna. oþþe ungecyndelicra.

VI. Ic andette gifernesse ætes. ge ærtide. ge ofertide. ic andette ælce gitsunga. ⁊ æfest. ⁊ tælnessa. ⁊ twisprǽcnessa. leasunga. ⁊ unriht gilp. ⁊ idel word. ⁊ unriht cysta. ⁊ ælcne glængc. ðe to mines lichaman unræde æfre belympe:· Ic andette ꝥ ic wæs to oft sinna rihta. ⁊ sinna geþafa. ⁊ sinna gewita. ⁊ sinna lareow.

VII. Ic andette mines modes morþor. ⁊ mæneaþas. ⁊ unsibbe. ⁊ ofermodignesse. reccelesnessa Godes beboda. ic andette eal ꝥ ic æfre mid eagum geseah. to gitsunge oþþe to tælnesse. oþþe mid earum to unnitte gehirde. oþþe mid minum muþe to unnytte gecwæd:·

VIII. Ic andette ðe ealles mines lichaman synna. for fel. ⁊ for flæsc. ⁊ for ban. ⁊ for sinuwan. ⁊ for ædran. ⁊ for grislan. ⁊ for tungan. ⁊ for welesas. ⁊ for goman. ⁊ for teþ. ⁊ for feax. ⁊ for mearh. ⁊ for æghwæt hnesces oþþe heardes. wætes oþþe driges:· Ic andette ꝥ ic min fulluht wyrs geheold. ðonne ic minum drihtene behete. ⁊ minne had ðe ic scolde Gode ⁊ his halgum to lofe healdan. ⁊ me silfum to ecere hæle. ic hæbbe unmedum lice gehealdan:· Ic andette ꝥ ic mine tidsangas oft agælde. ⁊ ic swor mæneaþas. minra hlaforda life. ⁊ mines drihtenes naman ic nemnode on idelnesse:·

IX. Ealles ic bidde mines drihtenes forgifenesse. ꝥ me næfre deofol on astælan ne mæge. ꝥ ic buton andetnesse. ⁊ betnesse minra synna swa ic to dæge ealle andette.

mine

mine scylda toforan drihtene hælendum Criste se ƿealdeþ heofonas ⁊ eorþan. ⁊ beforan þissum halgan ƿeofode. ⁊ þisum reliquium. ⁊ beforan minum scrifte. ⁊ drihtenes mæssepreoste. ⁊ com on clænre ⁊ on soþre andetnesse. ⁊ on godan ƿillan to gebetene ealle mine synna. ⁊ eft sƿilces gesƿican. ðæs ðe ic æfre mæge:·

fateor omnes meos reatus coram Domino ſalvatore Chriſto, qui gubernat caelum et terram, et coram hoc ſancto altari, et his reliquiis, et coram confeſſorio meo, et Domini presbytero, et hoc in pura et in vera confeſſione, et in bona voluntate omnia mea peccata emendare, et deinde taliter abſtinere, qualiter unquam poſſim.

X. And ðu halend Crist sý mýltsigende mýnre sawle. ⁊ forgifende. ⁊ adilgende mine synna ⁊ mine gyltas. ðe ic siþ oþþe ær æfre gefremode. ⁊ gelæde me to ðinum uplican rice. ꝥ ic mote ðær ƿunian mid ðinum halgum. ⁊ gecorenum abuton ende. on ecnesse:· Nu ic bidde ðe eadmodlice drihtenes sacerd. ꝥ ðu sý me to ƿitnesse. on domes dæge. ꝥ ðe deofol ne mage on me anƿealdagan. ⁊ ꝥ ðu to drihtene beo min ðingere. ꝥ ic mote mýne synna ⁊ mine gyltas gebetan. ⁊ oþres sƿilces gesƿican. to ðon me gefultumige se drihten seþe leofaþ ⁊ rixaþ. abuton ende on ecnesse. Amen:·

X. Et tu, ſalvator Chriſte, ſis miſericors animae meae, et remitte ac dele peccata mea, et reatus meos, quae olim vel unquam antea commiſi, et duc me ad ſublime tuum regnum, ut ibi habitem cum ſanctis tuis et electis abſque fine in aeternum. Jam te oro humiliter, ſacerdos Domini, ut ſis teſtis meus in die judicii; ut diabolus nequeat in me poteſtatem habere, et ut tu apud Dominum ſis advocatus meus, quod peccata mea et reatus meos emendem, et ab aliis hujuſmodi abſtineam: ad hoc adjuvet me Dominus, qui vivit et regnat in aeternum. Amen.

[Modus imponendi poenitentiam.]

I. Ylde ⁊ geogoþe. ƿelan ⁊ ƿædlan. hale ⁊ unhale. ⁊ hade gehƿilcne. ⁊ gif hƿa hƿæt ungeƿealdes misdeþ. ne biþ ꝥ na gelic ðam ðe ƿilles ⁊ geƿealdes silfƿilles misdeþ. ⁊ eac seþe nýdƿýrhta biþ ðæs ðe he misdeþ. se biþ gebeorges ⁊ ðe beteran domes sýmle ƿýrþe ðe he nýdƿýrhta ƿæs ðæs ðe he ƿorhte:·

I. Senex et juvenis, dives et pauper, ſanus et infirmus, et cujuſcunque ordinis, et ſi quis aliquid invitus peccaverit, non ſit ſimilis ei, qui voluntarie et ſponte de induſtria [illegible], et ſi quis etiam neceſſitate coactus deliquerit, ſit protectione et [illegible] legis ſemper [illegible], quia neceſſitate coactus erat ad id, quod perpetravit.

II. Ælce dæde to scade man ƿærlice for Gode. ⁊ for ƿorlde:·

II. Quodlibet [illegible] eſt caute coram Deo, et coram mundo.

Ðas ðeaƿas man healt begeondan sæ. ꝥ is.

Hi ritus obſervantur [illegible]

III. Ðat ælc biscop biþ æt his biscopstole on ðone Ƿodnesdæg. ðe ƿe hataþ caput ieiunii. ðonne ælc ðara manna ðe mid heafod leahtre besmiten biþ on ðære scire. sceal ðon him to cuman on dæg. ⁊ his synna him geceýþan. ⁊ he ðonne tæceþ him dædbote. ælcum be gyltes mæþe. ða ðe ðæs ƿýrþe beoþ. he asindraþ of ciriclican gemanan. ⁊ hi ðeah to heora agenre ðearfe hýrteþ ⁊ tihteþ. ⁊ he sƿa ðon be his leafe ham hƿýrfaþ:·

III. Ut quilibet epiſcopus ſit in ſede ſua epiſcopali die Mercurii, quem appellamus caput jejunii; tunc quilibet illorum, qui peccatis mortalibus pollutus eſt, in illa provincia ad eum veniat illo die, et peccata ſua ei fateatur, et ille tunc doceat eum poenitentiam, juxta quamlibet reatus rationem, qui [illegible], removeatur ab eccleſiaſtica communione, attamen ad propriam neceſſitatem excitetur, et admoneatur; et ipſe ſic cum venia ejus domum revertatur.

IV. And eft on ðone Ðunresdæg ær Caſtron. to ðære ýlcan stoƿe ealle gesomniaþ. ⁊ him ðon se biscop ofer singeþ. ⁊ absolutionem deþ. ⁊ hi sƿa ham hƿýrfaþ. mid ðæs biscopes bletsunge siþþan. ðis is ðus to healdenne eallum cristenum folce:·

IV. Et deinde die Jovis ante Paſcha omnes ad ſuum quilibet locum congregentur, et cantet ſuper eum epiſcopus, et abſolutionem det; et ille ſic poſtea domum revertatur cum epiſcopi benedictione: hoc ita obſervandum eſt ab omni chriſtianorum populo.

V. And ðeah hƿa þre sceal se sacerd geornlice smeagan. mid hƿilcere onbryrdnesse. ⁊ mid hƿilcere fulfremednesse se dædbeta gebet hæbbe. ꝥ him getæht ƿæs. ⁊ sƿa him be forgifnesse don:·

V. Attamen ſacerdos diligenter conſiderare debet, quali cum contritione, et quali cum perfectione poenitentiam, quae ipſi impoſita erat, compenſaverit, et quomodo ipſi remiſſionem dare debeat.

VI. Gif læƿede man oþerne ofsliþþ buton gilte. fæste vii. gear. iii. on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða iv. sƿa his scrift him tæce. ⁊ æft ðara vii. geara bote. æfre he geornlice behreoƿsige his misdæda. be ðam dæle ðe he mæge. forþan him is uncuþ. hu andfenge his bot ƿære mid Gode:·

VI. Si laicus alium occidat ſine cauſa, jejunet vii. annos; iii. pane et aqua, iv. ſicuti confeſſarius eum docuerit; et poſt ſeptem annos compenſet, poſtea diligenter lugeat delictum ſuum, qua poterit induſtria, quoniam incognitum eſt, quomodo accipiatur poenitentia ejus apud Deum.

VII. Seþe oþerne ofslean ƿille. ⁊ ne mæg his ƿillan fullice ðurhteon. fæste iii. ge-

VII. Si quis alterum occidere velit, et nequeat voluntatem ſuam implere, [illegible] annos:

unum

2

unum pane et aqua, et duos ſicuti confeſſarius ipſius eum docuerit.

VIII. Si laicus invitus aliquem occidat, jejunet tres annos; unum pane et aqua, et duos ſicut confeſſarius illius eum docuerit, et lugeat delictum ſuum ſemper.

IX. Si ſit ſubdiaconus, jejunet ſex annos. Si ſit diaconus, jejunet ſeptem annos. Si ſit ſacerdos, jejunet decem annos, et epiſcopus xii. et lugeat ſemper.

X. Si quis infantem ſuum occiderit invitus, jejunet quinque annos; tres pane et aqua, ut ſupra.

XI. Si epiſcopus vel ſacerdos aliquem occiderit, perdat ordinem ſuum, et poſtea diligenter compenſet.

XII. Si uxor infantem ſuum enecet intra ſe, vel poſtquam natus ſit, potu vel aliis rebus, jejunet decem annos; tres pane et aqua, et ſeptem prouti confeſſarius ejus ex miſericordia ei ſanciverit, et deinde illud lugeat.

XIII. Si quis mancipium ſuum occiderit, ſine culpa in furore ſuo, jejunet tres annos.

XIV. Si mulier maritum ſuum verberet ex aliqua zelotypia, et ille inde moriatur, et ille ſit innocens, jejunet ſeptem annos; et ſi ille ſit reus, jejunet tres annos, et lugeat delictum ſuum ſemper.

XV. Si quis ſeipſum ſponte occidat armis, vel aliqua diaboli inſtigatione, non eſt permiſſum, ut pro tali homine miſſae cantentur, neque cum aliquo pſalmi cantu corpus terrae inſeratur, neque in pura ſepultura jaceat ſepultus. Idem illud judicium faciendum eſt ei, qui pro reatu ſuo vitam ſuam tormentis finit, quales ſunt fur, homicida, et domini proditor.

XVI. Si quis ſe cum beſtia polluit, vel maſculus cum alio, ſi ſit xx. annorum, jejunet quindecim annos; et ſi vir uxorem ſuam habeat, et ipſe XL. annos natus ſit, et tale quid committat, abſtineat et jejunet, quamdiu in vivis eſt, et non praeſumat Domini corpus percipere, antequam mors illum avocet. Juvenis et inſipiens acriter verberetur, qui tale quid commiſerit.

XVII. Si quis adulterium committit, per ſeptennium tribus diebus in hebdomada jejunet pane et aqua, ſive ſit uxor, ſive maritus.

XVIII. Si quis conjugem ſuam deſerit, et ducit aliam uxorem, adulterium committit, non concedatur ei aliquod eorum jurium, quae ad chriſtianos pertinent, nec mortuo, nec vivo, nec ſepeliatur homo hic cum chriſtianis. Et idem etiam uxori fiat. Et cognatorum, qui idem fecerint, perdat quilibet jus ſuum, niſi citius reverti et ſedulo corrigere velint.

XIX. Si quis habeat uxorem, et concubinam etiam, nullus ſacerdos ei ullum aliquod officium praeſtet cum chriſtianis, niſi ad emendationem revertatur; unam retineat ſibi ſive uxorem, ſive concubinam.

XX. Si vir cum alterius legitima uxore coeat, vel uxor cum alterius uxoris legitimo conjuge, jejunet ſeptem annos; tres pane et aqua, et quatuor ſicut confeſſarius eum docuerit, et lugeat

ar. an on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ twa swa his scrift hym tæce:·

VIII. Gif læwede man neadunga man slihþ. fæste iii. gear. an on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ twa swa his scrift him tæce. ⁊ behreowsige his misdæda æfre:·

IX. Gif hit biþ subdiacon. fæste six gear:· Gif hit beo diacon. fæste seofon gear:· Gif hit beo mæssepreost. fæste tyn gear. ⁊ biscop xii. ⁊ reowsige æfre:·

X. Gif hwa his cild ofslihþ to deaþe. ungewealdes. fæste v. gear. iii. on hlafe ⁊ on wætere. ut suppra:·

XI. Gif biscop oþþe mæssepreost man slihþ. ðolige his hades. ⁊ bete georne æfre:·

XII. Gif wif hyre cild forwyrþþige innan hire. oþþe siþþan hit forþcume mid drencum oþþe mid mistlicum ðingum. fæste x. gear. iii. on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða vii. swa hire scrift hyre mildheortlice tæce. ⁊ æfre hit bereowsige:·

XIII. Gif hwa his æht ofslihþ buton gilte. for his hatheortnesse. fæste iii. gear:·

XIV. Gif wif hire man swingþ for hwilcum liþrum andan. ⁊ heo on ðam biþ dead. ⁊ heo beo unscildig. fæste vii. gear. ⁊ gif heo beo scyldig fæste iii. gear. ⁊ reowsige hire misdæda æfre:·

XV. Gif man hine sylfne gewealdes ofslihþ mid wæpne. oþþe mid hwilcum deofles onbryncge. nisna alifed þ man for swilcne man mæssan synge. ne mid ænigum sealm sange þ lic eorþah befæste. ne on clænan legere ne licge bebyrged:· Ðonne ilcan dom man sceal don. ðam ðe for his gilta winunge his life alæt. ðæt biþ ðeof ⁊ morþwyrhta. ⁊ hlaford swica:·

XVI. Gif hwa hyne wiþ nytenu besmyteþ. oþþe wæpnedman wiþ oþerne. gif he biþ xx. wintra. fæste xv. winter. ⁊ gif se man his gemæccan habbe. ⁊ he beo xl. wintra. ⁊ swilce ðinge begæþ. geswice ⁊ fæste ða hwile ðe his lif beo. ⁊ ne geþriftlæce þ he drihtenes lichaman underfo. ær his ende timan:· Geonge men ⁊ andgitlease man sceal ðearle swingan ðe swilce ðinge begæþ:·

XVII. Se man ðe æwe bryçþ. fæste vii. gear. iii. dagas on wucan on hlafe ⁊ on wætere. sy hit wif sy hit were.

XVIII. Se ðe his æwe forlet. ⁊ nymþ oþer wif. he biþ æwbrica. ne sille man nan ðara gerihta ðe cristenum mannum gebyreþ. ne for deaþe ne for life. ne hine man ne lecge mid cristenum mannum. ⁊ be wife eal swa. ⁊ ða magas ðe æt ðam dihte wæron ðolian ðone ylcan dom. buton him ær gecirran willan. ⁊ georne gebetan:·

XIX. Se ðe hæfþ æwe ⁊ eac cifese. ne do him nan preost nanne gerihta mid cristenum mannum. buton he to bote gecyrre. beo hym on anre gehealdan. beo hit æwe beo hit cyfes:·

XX. Gif ceorl wiþ oþres riht æwe hemþ. oþþe wif wiþ oþres wifes riht gemæccan. fæste vii. gear. ða iii. on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða iv. swa his scrift him tæce ⁊ behreowsi-

delictum

2

ge his misdæda æfre.

XXI. Gif hƿilc ƿif tƿegen gebroþra nymþ hire togemæccan. oþerne æfter oþrum. to doman hi ⁊ beon hi on dædbote georne. ða hƿile ðe hi libban. sƿa heora scrift him tæce. ⁊ æt heora forþsiþe. do se sacerd heom ða gerihta sƿa men cristenum mannum deþ. gif hi ꝥ gehataþ. ꝥ he lenge betan ƿoldon. gif hi lenge libban moston:·

XXII. Gif hƿa on sƿilcum manfullum sinscipe ðurh ƿunaþ. oþ his lifes ende buton ælcere gesƿicenesse. ne cunne ƿe him nænne ræd gefencan. buton hit is æt godesdome gelang. ne he to clænanne mot:·

XXIII. Gif hƿilc ƿif beƿeddod sy. nys hit na alyfed. ꝥ hƿilc oþer man hine ðær bereafige. gif hit hƿa do. beo he amansumod:·

XXIV. Gif hƿa mid his oferpræfte ƿif oþþe mæden neadinga nymþ. to unriht hæmede hire unƿilles. beo he amansumod:·

XXV. Gif hƿa mid his locƿæncum oþres mannes folgere fram him aƿæce for hæmed ðinge. ⁊ hire unƿilles ƿiþ hi hæme. gif he biþ gehadod man ðolige his hades. gif he beo læƿede. beo he amansumod fram eallum cristenum ðingum:·

XXVI. Gif hƿilc mæden beƿeddod biþ. ⁊ under ðam biþ geherigod. oþþe mid sumon intingon afyrred ƿyrþ. fram ðam ðe heo beƿeddod ƿæs. ⁊ hit æft gelympe ꝥ heo on neaƿeste becume. be leafe hi moton togædere. forþam heo ƿæs hire unƿilles fram him:·

XXVII. Gif ƿifman gehadod biþ. ⁊ heo siþþan to ƿorldlicre idelnesse gecyrreþ. ⁊ hirrædene underfeð ⁊ ðencþ. ꝥ heo mid hire æhtan gebete. ꝥ heo Gode abealh. nis ꝥ naht. ac forlæte ðone synscipe. ⁊ gecirre to Criste. ⁊ libbe hire lif sƿa hire scrift tæce. ⁊ bete ða misdæde æfre sƿiþe georne:·

XXVIII. Gif mæssepreost oþþe munucan man ofslea. ðolige his hades. ⁊ fæste x gear. v. on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ fif ðri dagas on ƿucan. ⁊ ða oþre bruce his metes. ⁊ heofsige his misdæda æfre:·

Diacon viii. on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða oþre ut supra:·

Cleric vi. gear. iv. on hlafe ⁊ on ƿætere:·

Læƿede v. gear. iii. on hlafe ⁊ on ƿætere. ut supra:·

XXIX. Gif hƿa gehadodne man slea. oþþe his agenne nihstan mæg. forlæte his eard ⁊ his æhta. ⁊ do him sƿa se papa ƿissige. ⁊ heofsige æfre:·

XXX. Gif mæssepreost oþþe munuc hæmed ðinge drihþ. oþþe æƿebrych. fæste x. gear. ⁊ heofsige æfre:· Diacon vii. cleric vi. læƿedeman v. sƿa be manslihte:·

XXXI. Gif mæssepreost oþþe munuc oþþe diacon riht ƿif hæfde. ær he gehadod ƿære. ⁊ hi forlæte. ⁊ to hade fencge. ⁊

delictum ſuum ſemper.

XXI. Si quae uxor duos fratres in conjugium ſumat, unum poſt alium, judicio obnoxii ſunt illi, et ſeduli in poenitentia ſint, quamdiu vivunt, prout confeſſarius eorum docuerit ipſos; et in eorum obitu ſacerdos faciat iis officium, ſicut chriſtianis fit, ſi promiſerint ſe melius emendare voluiſſe, ſi diutius vixiſſent.

XXII. Si quis in aliquo nefando peccati conſortio permanſerit, uſque dum vitam ſuam finiat abſque ulla reſipiſcentia; non novimus aliquod ei conſilium ſuppeditare, niſi quod hoc ad Dei judicium pertineat, neque poteſt abſolvi.

XXIII. Si uxor aliqua deſponſata ſit, non ſit permiſſum, ut aliquis alius vir eam illi eripiat; ſi quis hoc fecerit, ſit excommunicatus.

XXIV. Si quis cum fraude ſua uxorem vel virginem invitam rapuerit ad illicitum concubitum, ſit ille excommunicatus.

XXV. Si quis illecebris ſuis alterius hominis pediſſequam ab eo [illegible] cum illa invita [illegible] homo, perdat ordinem ſuum; ſi ſit laicus, ſit excommunicatus ab omnibus chriſtianis officiis.

XXVI. Si quae virgo deſponſata eſt, et hoc temporis intervallo abducatur, vel ſub aliquo praetextu auferatur [illegible] deinde accidat ut illa in conſpectum ejus veniat, cum venia illi poſſunt coire, quoniam contra voluntatem ſuam illa ab eo aberat.

XXVII. Si foemina conſecrata ſit, et deinde ad mundanam vanitatem revertatur, et familiam alat, et cogitet ſe ex [illegible] Chriſtum, et vitam ſuam vivat, ſicut confeſſarius illius docuerit, et diligentiſſime deinde delictum corrigat.

XXVIII. Si preſbyter vel monachus hominem occiderit, perdat ordinem ſuum, et jejunet decem annos; quinque pane et aqua, et quinque tribus diebus per hebdomadem; et reliquis fruatur cibo ſuo, et lugeat delictum ſuum ſemper.

Diaconus VIII. pane et aqua, et reliquis ut ſupra.

Clericus VI. annos, IV. pane et aqua.

Laicus V. annos; III. pane et aqua, ut ſupra.

XXIX. Si quis ſacris initiatum occiderit, vel proprium proximum cognatum, deſerat terram et poſſeſſionem ſuam, et faciat, ſicuti papa inſtruxerit eum, et lugeat ſemper.

XXX. Si preſbyter vel monachus concubitum laſcivum exerceat, vel conjugium violet, jejunet X. annos, et lugeat ſemper. Diaconus VII. Clericus VI. Laicus V. (annis) uti propter homicidium.

XXXI. Si preſbyter vel monachus vel diaconus legitimam uxorem habet, antequam conſecratus ſit, et eam deſerat et ordines recipiat, et

poſtea propter concubitum illam ſaepe recipiat, jejunet quilibet eorum tanquam pro homicidio, et valde lugeant.

XXXII. Si ſacerdos, vel monachus, vel diaconus, vel laicus, vel clericus cum monacha coeat, jejunet quilibet, prouti ordini ſuo convenit, tanquam pro homicidio, et ſemper a carne abſtineat; et monialis decem annos, uti etiam ſacerdos, et lugeant ſemper.

XXXIII. Si quis cum moniali coire vellet et ipſa nollet, jejunet unum annum pro injuſta illa voluntate, pane et aqua. Si quis vellet coire cum alterius legitima uxore, et ipſa nollet, jejunet unum annum pro injuſta illa voluntate, pane et aqua.

XXXIV. Si quis coire vellet cum alterius legitima conjuge, et ipſa nollet, jejunet tres Quadrageſimas pane et aqua; unam in aeſtate, aliam in autumno, tertiam in hyeme.

XXXV. Si quis velit cum uxore injuſte coire, jejunet XL. dies pane et aqua.

XXXVI. Si quis alium cum filia ſua deprehendat, compenſet apud [puellae] amicos, et uterque jejunet unum annum diebus Mercurii et Veneris; et aliis diebus utantur cibo ſuo, excepta carne; et legitimo matrimonio conjungantur.

XXXVII. Si quis cum beſtia coeat, jejunet xv. annos; octo pane et aqua, et ſeptem alios quolibet anno tribus Quadrageſimis, et diebus Mercuri et Veneris, quamdiu vixerit, et lugeat ſemper delictum ſuum.

XXXVIII. Si quis ſeipſum propria de voluntate polluat, jejunet tribus annis; quolibet tribus Quadrageſimis pane et aqua, et abſtineat a carne ſingulis diebus, excepto die Solis.

XXXIX. Si quis alium veneficio occidat, jejunet ſeptem annos; tres pane et aqua, et quatuor alios annos tribus diebus per hebdomadem pane et aqua, et lugeat ſemper.

XL. Si quis homini paxillum infigat, jejunet tres annos; unum pane et aqua, et duos tribus diebus per hebdomadem pane et aqua; et ſi homo propter paxillum illum moriatur, tunc jejunet ſeptem annis, ſicuti hic adſcriptum eſt, et lugeat delictum ſuum ſemper.

XLI. Si quis veneficio utatur ad alterius amorem [ſibi conciliandum] et ei [illud] det in eſu, vel in potu, vel in arte incantandi, ſi ſit laicus, jejunet dimidium anni diebus Mercurii et Veneris pane et aqua, et aliis diebus utantur cibo ſuo, excepta carne. Clericus unum annum, ut ſupra, tribus diebus per hebdomadem pane et aqua. Diaconus tres annos, ut ſupra. Preſbyter quinque annos; unum eorum pane et aqua, et quatuor quolibet die Veneris pane et aqua; et aliis diebus abſtineat a carne.

XLII. Si quis turpiter in praeternaturalibus rebus contra Dei creaturam per aliquam rem ſe polluerit ipſum, lugeat ſemper quamdiu vixerit, juxta illud quod factum eſt.

XLIII. Si quis in ſomno infantem ſuum comprimat, ut moriatur, jejunet tres annos; unum pane et aqua, et biennium tribus diebus per

ſiþþan ðurh hæmed ðinȝc hi eft underfenȝe. fæſte heora ælc ſƿa be manſlihte. ⁊ ƿeopian ſƿiþe:·

XXXII. Gif mæſſepreoſt. oþþe munuc. oþþe diacon. oþþe læƿede. oþþe cleric. ƿiþ municene hæme. fæſte ælc ſƿa hiſ hade to ȝebiriȝe. ſƿa be manſlihte. ⁊ æfre he ſceal flæſc forȝan. ⁊ ſeo municene x. ȝear. ſƿa ſƿa mæſſepreoſt ⁊ ƿeopian æfre:·

XXXIII. Gif hƿa ƿolde hæman ƿiþ municene. ⁊ heo nolde. fæſte i. ȝear. for ðam unrihtan ƿillan. on hlafe ⁊ on ƿætere:· Gif hƿa ƿolde hæman ƿiþ oþreſ riht æƿe. ⁊ heo nolde. fæſte i. ȝear. for ðam unrihtan ƿillan. on hlafe ⁊ on ƿætere:·

XXXIV. Gif hƿa ƿolde hæman ƿiþ oþreſ riht æƿe. ⁊ heo nolde. fæſte iii. lenȝten on hlafe ⁊ on ƿætere. an on ſumera. oþer on hærfeſta. ðridde on ƿyntra:·

XXXV. Gif hƿa ƿille ƿiþ ƿifman unrihtlice hæman. fæſte xl. daȝa on hlafe ⁊ on ƿætere:·

XXXVI. Gif hƿa oþerne æt hiſ dehter ƿeaſaþ. bete ƿiþ ða frynd. ⁊ fæſte heora æȝþer i. ȝear on Ƿodneſdæȝ ⁊ on Friȝedæȝ. ⁊ on oþran daȝan brucan heora meteſ buton flæſce. ⁊ nime hi to riht æƿe:·

XXXVII. Gif hƿa ƿiþ nytenu hæme. fæſte xv. ȝear. eahta on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða vii. ælce ȝeare iii. xl. ⁊ on Ƿodneſdæȝ. ⁊ on Friȝedæȝ ða hƿile ðe he libbe. ⁊ ƿeopriȝe æfre ða miſdæde:·

XXXVIII. Gif hƿa hine ſylfne beſmite hiſ aȝeneſ ƿilleſ. fæſte iii. ȝear. on ælcon. iii. xl. daȝa on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ forȝa flæſc ælce dæȝe buton ſunnan dæȝe:·

XXXIX. Gif hƿa oþerne mid ƿiccecræfte fordo. fæſte vii. ȝear. iii. on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða feoƿer ȝear. iii. daȝaſ on ƿucan on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ƿeopriȝe æfre:·

XL. Gif hƿa drife ſtace on man. fæſte iii. ȝear. an on hlafe ⁊ on ƿætere ⁊ ða tƿa iii. daȝaſ on ƿucan on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ȝif ſe man for ðære ſtacunȝe dead biþ. ðonne fæſte he vii. ȝear. ſƿa her aƿriten iſ. ⁊ ƿeopriȝe hiſ miſdæda æfre:·

XLI. Gif hƿa ƿicciȝe ymbon oþreſ lufe. ⁊ him ſille on æte oþþe on drence. oþþe on ȝaldor cræftum. ȝif hit beo læƿede man fæſte healf ȝear. Ƿodneſdaȝum ⁊ Friȝedaȝum on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða oþre daȝaſ bruce hiſ meteſ. buton flæſce:· Cleric i. ȝear. ut ſupra. iii. daȝaſ on ƿucan on hlafe ⁊ on ƿætere:· Diacon iii. ȝear. ut ſupra. Mæſſepreoſt v. ȝear. ꝥ an on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða iv. ælce Friȝedæȝ on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða oþre daȝaſ forȝa flæſc:·

XLII. Gif hƿa fullice on unȝecyndelicum ðinȝum onȝean Godeſ ȝeſceafte ðurh æniȝ ðinȝc hine ſylfne beſmyte. beƿeopriȝe ꝥ æfre ða hƿile ðe he libbe. be ðam ðe ſeo dæd ſy:·

XLIII. Gif hƿa on ſlæpe hiſ bearn oflicȝe. ꝥ hit dead ƿurþe. fæſte iii. ȝear. an on hlafe ⁊ on ƿætere. ⁊ ða tƿa ȝear iii. daȝaſ

daȝaſ

gas on ƿucan. ⁊ gif hit ðurh druncen geƿurþe. bete ðe deoppor sƿa his scrift tæce. ⁊ bereorsige hit æfre:·

XLIV. Gif untrum cild hæþen gewite ⁊ hit on preoste gelang sy. ðolige his hades. ⁊ bete hit georne. ⁊ gif hit ðurh freonda gimeleste wurþe. fæste iii. gear. an on hlafe ⁊ on wætere. ⁊ ða twa gear. iii. dagas on wucan. ⁊ bereorsian hit æfre:·

XLV. Gif hwa cristene man on hæþendom sille. se ne biþ wurþe ænige reste mid cristenum folce buton he hy bicge eft ham ongean ꝥ he ut sealde. ⁊ gif he ꝥ don ne mæge. gedæle ꝥ wurþ eal Godes ðances. ⁊ oþerne alyse mid oþrum wurþe. ⁊ ðæne ðonne gefreoge ⁊ ðar to eacan bete ðreo gear fullice. swa swa scrift him tæce. ⁊ gif he feo næbbe. ꝥ he man mid alesan mæge. bete ðe deoppor. ðæt is. vii. gear fulle. ⁊ bereorsige æfre:·

XLVI. Gif hwa hine sylfne swiþe forsyngie on mænifealdan synnan. ⁊ he eft ðam wille geswican. ⁊ geornlice betan. gebuge to mynstre ⁊ ðeowige ðar æfre Gode ⁊ mannum. swa swa man him tæce. oþþe of earde wealige wide. ⁊ dæd bote æfre ða hwile ðe he libbe. ⁊ helpe his saule oþþe huru on earde be ðam deopestan bete. ðe he æfre acunnan mæge. swa swa man him tæce:·

hebdomadem: et ſi per ebrietatem factum ſit, compenſet gravius, ſicut confeſſarius ipſius docuerit, et lugeat illud ſemper.

XLIV. Si infirmus infans ethnicus [i. e. abſque baptiſmo] decedat, et hoc ex ſacerdotis procraſtinatione ſit, perdat ordinem ſuum, et ſedulo hoc corrigat; et ſi id per amicorum negligentiam fiat, jejunent tres annos; unum pane et aqua, et biennium tribus diebus per ſeptimanam, et lugeant hoc ſemper.

XLV. Si quis chriſtianum ad ethniciſmum vendat, non ſit dignus aliqua requie cum chriſtianis, niſi ipſum deinde domum redemerit, quem antea vendiderat foris; et ſi hoc facere nequit, dividatur pretium illud totum, Dei gratia, et alium redimat alio pretio, et eum tunc dimittat, et adhaec augeat compenſationem tres annos integros, ſicuti confeſſarius illum docuerit. Et ſi pecuniam non habeat, qua hominem redimere poſſet, compenſet gravius, hoc eſt, ſeptem annos integros, et lugeat ſemper.

XLVI. Si quis ſeipſum valde labefactet multifariis peccatis, et ille deinde ab eis abſtinere et ſedulo corrigere velit, inclinet ad monaſterium, et ſerviat ibi ſemper Deo et hominibus, ſicuti docetur, vel a patria longe peregrinetur, et poenitentiam agat ſemper, quamdiu vixerit, atque ſalutem quaerat animae ſuae ſaltem in terra per graviſſimam compenſationem, quam ut plurima experiri poſſit; prouti docetur.

Be dæd betan:·

De poenitentia.

I. On ðisum scrifte biþ swiþe forþgelang for syn godes mannes nyd help. eal swa on godan læce biþ seoces mannes lænung:·

II. Lyþlice men agiltaþ oft ⁊ unseldon ðurh deofles scyfe. ⁊ ꝥ biþ egeslic. ꝥ gehadode men. swa swiþe wiþ God agilton. ꝥ hi had forwyrcan:·

III. And ðar mot to bote stiþlice dædbot a ðeah he hades. ⁊ be giltes mæþe efter canones dome. ⁊ eac hit man mot secan be ðæs mannes mihtum. ⁊ be his mæþe. ⁊ be his sylfes heortan hreowsung:· Sumon gear bote. sumon ma geara. ⁊ eft be giltes mæþe. sumon monþ bote. sumon ma monþa. sumon wucu bote. sumon ma wucena. sumon dæg bote. ⁊ sumon ma daga. ⁊ sumon ealle his lif dagas:·

IV. Se læca ðe sceal sare wunda wel gehælan. he mot habban gode sealfe to. ne syndon nane swa yfele wunda. swa sindon synwunda. forðam ðurh ða forwyrþ se man ecan deaþe. buton he ðurh andetnesse. ⁊ ðurh geswicenesse. ⁊ ðurh dædbote gehæled wurþe:·

V. Đon mot se læca beon wis ⁊ wær. ðe ða wunda hælan sceal:· Đurh gode lare man sceal ærest hi lacnian. ⁊ mid ðam gedon. ꝥ man aswife ꝥ attor ut ꝥ him on innan biþ. ꝥ is. ꝥ he geclænsige hine silfne ærest ðurh andetnesse:·

I. In hac confeſſione valde conducit alicujus theologi neceſſarium auxilium, ſicuti omnino bonus medicus eſt aegroti hominis medela.

II. Per concupiſcentiam homo ſaepe peccat, et haud raro per diaboli inſtigationem; et hoc eſt terribile, quod ſacris initiati tam graviter apud Deum peccent, ut ordinem amittant.

III. Et ad hoc corrigendum opus eſt rigida poenitentia, ſemper tamen juxta ordinis et juxta peccati modum, ſecundum leges canonicas. Et etiam quaerendum eſt de hominis viribus, et de [ſatisfactionis] ejus modo, et de ipſiuſmet animi compunctione. Aliqui poenitentiam agant annum; aliqui plus anno; et deinde pro delicti modo, aliqui poeniteant menſem, aliqui plus menſe: aliqui ſeptimanam poeniteant, aliqui plus ſeptimana: aliqui diem poeniteant, et aliqui plus die, et aliqui omnes vitae ſuae dies.

IV. Si medicus gravia vulnera bene curare debet, adhibeat oportet bona medicamenta; nulla vulnera ſunt adeo mala, quam vulnera peccati, quoniam iis homo meretur aeternam mortem, niſi per confeſſionem, et per abſtinentiam, et per poenitentiam ſanetur.

V. Tunc medicus debet eſſe ſapiens et prudens, qui vulnera curare debet. Per bonam doctrinam prius curetur, et hoc facto expurgetur venenum, quod in eo eſt, hoc eſt, ut ſeipſum prius purget per confeſſionem.

VI. Omnis

VI. Omnis homo evomere debet peccata per bonam doctrinam cum confeſſione, eodem modo, ac ſit lethalis morbus per bonam potionem.

VII. Non poteſt aliquis medicus bene curare, antequam venenum exceſſerit, neque homo aliquis etiam poenitentiam bene docere poteſt eum, qui confiteri nolit, neque aliquis homo peccata abſque confeſſione corrigere poteſt; ſicut minus bene curari poteſt, qui lethale quid exhauſit, niſi venenum omnino evomat.

VIII. Poſt confeſſionem per poenitentiam quis Dei miſericordiam poteſt cito mereri, ſi cum interiori corde plangat, et lugeat quod per diaboli inſtigationem antea ſeductus ſit ad injuſtitiam.

IX. Prudentem confeſſarium valde etiam decet prudens poenitentia, ſicut omnino boni medici eſt aegrum hominem curare. De compenſatione neceſſarii uſus et de operibus hominis inquiri debet ſecundum leges canonicas, et ratio ſtatui etiam pro viribus, et pro modo, et pro eo, qui agnoſcit cordis ſui luctum et ſolicitudinem propriam.

X. Gravis poenitentia eſt, quod laicus arma ſua deponat, et nudus pedibus longe peregrinetur, et non pernoctetur alicubi, et jejunet, et valde vigilet, et oret diligenter die ac nocte, et volens ſe fatiget, et ita incultus ſit, ut ferro nec crines nec ungues tangat.

XI. Nec ut ingrediatur thermas, nec lectum mollem, nec guſtet carnem, nec aliquid ejus unde ebrius eſſe poſſit; non ingrediatur eccleſias, attamen locum ſanctum diligenter quaerat, et reatum ſuum confiteatur, et interceſſionem roget, et neminem oſculetur, ſed ſemper peccata ſua valde lugeat.

XII. Crudeliter agit, qui ſeipſum hoc modo damnat, attamen beatus eſt ille, ſi nulli alii rei invigilet, quam ut plene [peccata] corrigat; quoniam nullus homo in mundo adeo valde Deum peccatis offendit, quin apud Deum emendare queat, ſi hoc ſedulo aggrediatur.

XIII. Poenitentiae fiunt variis modis, et multi homines eleemoſynis [eam] redimere poſſunt.

XIV. Si quis ad hoc facultates habeat, erigat eccleſiam in laudem Dei, et ſi praeterea valeat, adjiciat terram, et admittat decem juniores, qui ibi pro eo ſervire, et ibi quotidie Deo poſſint miniſtrare; et inſtauret etiam Dei eccleſiam ubique pro facultate ſua, et inſtauret vias publicas pontibus ſuper aquas profundas, et ſuper coenoſas vias, et diſtribuat, Dei cauſa, diligenter id, quod habet juxta facultatum ſuarum rationem, et adjuvet diligenter pauperes viduas, et orphanos, et peregrinos; manumittat ſervos ſuos proprios, et redimat ab aliis hominibus ſervorum ſuorum libertatem, ac ſaltem pauperes bello vaſtatos, et paſcatur egenos, et veſtiat, hoſpitio et foco, balneo et lectis eos proſpiciat, et in ſui ipſius neceſſitatem ubique diligenter interceſſionem faciat in miſſarum et pſalmorum cantibus, et ſemetipſum ex devotione erga Dominum ſuum caſtiget quam acerrime per abſtinentiam a cibo et potu, et quacunque corporali concupiſcentia.

VI. Eal man sceal aspiwan sinna ðurh gode lare mid andetnesse. eal swa man unlibban deþ ðurh godne drenc:·

VII. Ne mæg ænig læce wel lacnian. ær ðæt attor ute sy. ne ænig man eac dædbote wel tæcan ðam ðe andettan nele. ne ænig man ne mæg synna butan andetnesse ne gebetan. ðe ma ðe se mæg wel hal wurþan. ðe unlibban gedruncen hæfþ. buton he ꝥ attor swiþe aspiwe:·

VIII. Æfter andetnesse man mæg mid dædbote Godes mildheortnesse raþe geearnian. gif he mid innewearde heortan heofe. ⁊ ꝥ reowsaþ. ꝥ he ðurh deofles scyfe ær geframode to unrihte:·

IX. On wisum scrifte biþ eac swiþe forþgelang wislic dædbot. eal swa on godum læce biþ seoces mannes lacnung:· Be ðearflic broces bot. ⁊ be mannes gewyrhtum hit man mot secan æfter canonesdome. ⁊ eac medemian be mihtum ⁊ be mæþe. ⁊ be ðam ðe man ongit his heortan hreowsunge. ⁊ his silfes geornfulnesse:·

X. Deoplic dædbot biþ ꝥ læwede man his wæpna lecge. ⁊ weallige bærfot wide. ⁊ ne beo niht ðar oþre. ⁊ fæste ⁊ swiþe wacige. ⁊ gebidde georne dæges ⁊ nihtes. ⁊ willen werige. ⁊ swa æscære beo. ꝥ isen ne cume on hære. ne on nægle:·

XI. Ne ꝥ he cume on wearmum bæþe. ne on softum bedde. ne flæsces ne on bite. ne he æniges ðinges. ðe druncen of cume. ne he innan cirican ne cume. ac ðeah halige stowa geornlice sece. ⁊ his giltas cyþe. ⁊ him ðing rædene bidde. ⁊ ænigne man ne cysse ac symle sy his synna hreowsigende swiþe:·

XII. Hreowlice gefærþ seþe hine sylfne ðus forþ forscildigaþ. ⁊ ge sælig biþ he ðeah. gif he na ne onwacaþ. ꝥ he fulbete. forðam ne wurþ ænig man on worlde swa swiþe forsingad. ꝥ he wiþ God gebetan ne mæge. aginne he hit georne:·

XIII. Dædbota sind gedihte on mistlice wisan. ⁊ micel man mæg mid ælmessan alysan:·

XIV. Se ðe ðara mihta hæbbe. arære cirican Gode to lofe. ⁊ gif hine ðar to onhagige. sille ðar land to. ⁊ læte ðær teon geonge men to. ꝥ ðar for hine magon ðeowian. ⁊ ðær dæghwamlice Gode magon ðenian. ⁊ godige eac Godes cirican gehwar be ðam ðe hine onhagige. ⁊ godige folces fær. mid brycgum ofer deope wæteru. ⁊ ofer fule wegas. ⁊ dæle Godes ðances georne. ꝥ he hæbbe. swa forþ swa hine firmest onhagige. ⁊ helpe earmra manna georne wudewan. ⁊ steopcildan. ⁊ ælþeodigra manna. freoge his agene ðeowan. ⁊ alese æt oþrum mannum. heora ðeowan to freote. ⁊ huru earme geherwgode men. ⁊ fede ðearfan. ⁊ scride. husige. ⁊ fyrige. baþige ⁊ beddige him. ⁊ him silfum to ðearfe. æghwar georne. gebed rædene begite on mæsse sangum. ⁊ on sealm sangum. ⁊ hine silfne on his drihtenes est ðreage swiþe ðearle mid for hæfednesse. ætes ⁊ drinces. ⁊ gehwilces lichamlices lustes:·

XV. And

XV. And se ðe git ðon læssan speda hæbbe. do be his mæþe georne þ he don mæge. teoþige on Godes est. eal þ he age. ⁊ wege hine silfne swa hine oftost on hagige. ⁊ sece mid his ælmessan ciricean gelome. ⁊ halige stowa mid his leohte gegrete. ⁊ gif his hus hleow. ⁊ mete ⁊ munde ðam ðe ðæs be ðurfe. ⁊ fyr. ⁊ foddor. ⁊ bed. ⁊ bæþ. ⁊ do to scrude ⁊ filste earmon gif he hwæt mæg:·

XVI. Geneosige mid God ða saris mode. ⁊ seoce. ⁊ deade bebyrige on Godes est. ⁊ silf he on diglum stowum gecneowige gelome. ⁊ hine on eorþan swiþe aþenige oft ⁊ gelome. ⁊ fæste ⁊ wacige. ⁊ gebidde hine georne dæges ⁊ nihtes. oft ⁊ gelome:· And se ðe git læssan mihte hæbbe. do be his mæþe georne. þ he don mæge. huru swencan his lichaman ongean lust:· Gif he ær ðurh liþerne. lust deofle gecwemde. fæste nu ongean. þ ðe he ær ðurh sille unriht geswemode wacige ⁊ swince ðar ongean. þ he oft ær beslep. ⁊ slawode ðon he na ne scolde. oþþe on unnýt wacode to swiþe. ðolige cile ⁊ ceald bæþ. ongean ða hliþþe. ðe he ðurh swin lust ahwar geswemode. ⁊ gif he abilhþe ahwam on unriht ahwar gesceolde. gebete hit georne. ⁊ gif him abulge ænig man. forgife þ on Godes est. ⁊ a a ðæs ðe he mæge ðence swiþe georne. hwæt to bote mæge ongean ælcne sýnnæs. ðe he ðurh deofles sæd ær wearþ aweaxen. ⁊ gif he of wege to eacan him silfum ænigne gebrohte. gebringe hine georne eft on his riht wege:· Þæt is. þ ic mane. gif he ænigne man on sinne besweone. do him swa him ðearf is. gebringe hine of ðam. ⁊ læde hine on his riht wege. ⁊ ælcne man georne sware he of sinnum. ðonne beoþ his sinna sona ðe leohtre:·

XVII. Ðonne dom se man mæg mid scrifteres geþeahte him silfum deman ðe anrædlice wile his sýnna geswican. ⁊ his sinna gebetan. dæle on Godes est eal þ he age. ⁊ forlæte mid ealle eard. ⁊ eþel. ⁊ ealle ðas worold lufu. ⁊ ðeowige his drihtene dæges ⁊ nihtes. ⁊ swænce hine silfne swa he swiþost mæge ongean his silfes lust. ealle his lif dagas. hwæt mæg he mare buton þ he tihte (to eacan him silfum) ælcne man to rihte swa he geornost mæge:·

Her cyþ on. hu seocman mot his fæsten alýsan:·

XVIII. Man mæg anes dæges fæsten mid anan pænige alýsan. eac man mæg alýsan anes dæges fæsten mid twam hund sealma. ⁊ xx sealma. eac man mæg twelf monþa fæsten alýsan mid xxx. scill. oþþe ænne man gefreoge ðe ðæs feos wýrþe sý. ⁊ for anes dæges fæstene. þ man singe six siþum beati immacul. ⁊ six siþum Pater noster:· And for anes dæges fæstene þ man cneowige. ⁊ gebige sixtigum siþum to eorþan mid Pater noster. eac man mæg anes dæ-

XV. Et ſi quis autem minus facultatum habeat, diligenter pro viribus ſuis faciat, quod poteſt; decimet in Dei timore omne, quod habet, et examinet ſeipſum, quotiens opportune poterit, et ſaepe viſitet cum eleemoſynis ſuis eccleſias, et ſanctificet locum cum ſalutatione candelari, et concedat hoſpitium, et cibum, et protectionem eis, quibus opus eſt, et ignem ac alimentum, et lectum, ac balneum, et faciat veſtiri et adjuvari pauperes, quantum poteſt.

XVI Viſitet ex amore Dei aegros animo, et aegrotos, ac mortuos ſepeliat ex devotione erga Deum, et ipſe in occultis locis in genua provolvatur ſaepe, et ſuper terram totam ſe proſternat ſaepe ac crebro, et jejunet ac vigilet, et diligenter oret die et nocte, ſaepe ac crebro. Et ſi quis adhuc minus facultatum habeat, pro viribus ſuis faciat ſedulo, quicquid poteſt; ſaltem labore conterat corpus ſuum adverſus libidinem. Si prius per mollem libidinem diabolo placuerit, jejunet nunc, e contrario, quod id prius per injuſtam ingluviem perpetraverat; vigilet et laboret contrario, quod prius ſaepe ſomnolentus et piger fuerit, cum non deberet, vel inutiliter nimis vigilaverit; ſuſtineat frigus et balneum frigidum contra aeſtum, quem per cupidinem ſuam ubique excitavit. Et ſi aliquem ubique injuſte ſponte exacerbaverit, compenſet diligenter; et ſi aliquis eum offendat, libenter remittat ex timore Dei, et ſemper, quantum poterit, cogitet diligentiſſime, quicquid compenſationis loco facere poſſit contra ſingula peccata, quae per diaboli ſemen prius adoleverant; et ſi de via aliquem, ad lucrandum quicquam, deduxerit, ducat eum diligenter poſtea in rectam viam. Hoc eſt, quod ego volo: ſi aliquem ad peccatum incitaverit, faciat ei ſicut neceſſarium eſt, deducat eum inde, et ducat illum in rectam viam; et quemlibet diligenter dehortetur a peccatis; tunc ſtatim peccata ipſius erunt leviora.

XVII. Idem judicium poteſt quis cum confeſſarii conſilio ſibiipſi judicare, qui conſtanter a peccatis ſuis abſtinere, et peccata ſua corrigere vult, diſtribuat ex devotione erga Deum omne quod habet, et deſerat cum iis totam terram, et patriam, et omnem mundi amorem, et ſerviat Domino ſuo die et nocte, et laboret quam maxime poteſt contra propriam cupidinem omnes vitae ſuae dies. Quid amplius facere poteſt, quam ut hortetur (proprii commodi cauſa) quemlibet hominem ad jus, quam poteſt diligentiſſime.

Hic indicitur, quomodo aegrotus jejunium ſuum redimere debet.

XVIII. Unius diei jejunium uno denario redimi poteſt: quilibet homo poteſt unius diei jejunium redimere ducentis et viginti pſalmis: quilibet homo xii. menſium jejunium redimere poteſt xxx. ſolidis, vel ſi aliquem (e carcere) liberet, qui tanti aeſtimetur. Et pro unius diei jejunio, ut cantetur ſex vicibus "Beati immacul." et ſex vicibus "Pater noſter," et pro unius diei jejunio, ut genua flectantur, et incurventur lx. vicibus ad terram cum "Pater noſter." Poteſt etiam aliquis unius diei jejunium redime-

re, ſi omnia membra extendat ad Deum in orationibus ſuis, et cum vera contritione, et cum fide recta, et xv. vicibus cantet "Miſerere mei Deus," et xv. vicibus "Pater noſter." Et tunc ei conceſſa ſit totius diei allevatio peccatorum.

XIX. Septennale jejunium quis xii. menſibus compenſare poteſt, ſi quotidie cantando finiat pſalterii pſalmos, et itidem nocte, et l. veſpere. Redimi poteſt etiam per unam miſſam xii. dierum jejunium; et per decem miſſas allevari poteſt iv. menſium jejunium; et per xxx. miſſas allevari poteſt xii. menſium jejunium, ſi velit ex vero Dei amore pro ſeipſo intercedere, et peccata ſua confeſſario ſuo confiteri, et eadem corrigere, prout ille eum docuerit, et diligenter ſemper ab iis abſtinere.

De magnatibus.

I. Ita vir potens et amicorum dives poenitentiam ſuam auxilio amicorum multum allevare poteſt. Primo in Dei nomine per confeſſarii ſui teſtimonium oſtendat veram fidem, et condonet omnibus illis, qui erga eum peccaverunt, et faciat confeſſionem ſuam intrepide, et polliceatur abſtinentiam, et ſuſcipiat poenitentiam cum multo gemitu.

II. Deponat tunc arma ſua et inanem veſtium cultum, et ſumat ſcipionem in manus, et eat ſedulo nudus pedibus, et corpori induat lanea vel cilicia, et non ingrediatur lectum, ſed jaceat in area, et faciat, ut vii. annorum numerus intra tres dies ita temperetur; primo accipiat in auxilium ſibi xii. homines, et jejunent tres dies pane et viridibus oleribus, et aqua, et conquirat ſibi ad conſummandum illud, quomodocunque poteſt, ſepties cxx. homines, qui jejunent ſinguli pro eo tribus diebus; tunc jejunantur tot jejunia, quot ſunt dies in vii. annis.

III. Cum quis jejunat, diſtribuat fercula, quibus ipſe uti deberet, omnibus Dei pauperibus, et tribus diebus, quibus jejunat, negligat omnia mundi negotia, et die ac nocte quam ſaepiſſime poteſt in eccleſiis habitet, et ibi cum eleemoſynario lumine vigilet diligenter, et ad Deum clamet, et remiſſionem petat animo gementi, et ſaepe genua flectat ſuper crucis ſignum; interdum erigat ſe, interdum ſe proſternat, et diligenter noſcat vir potens lacrymas fundere, et peccata deflere. Et paſcat tribus diebus pauperes quotquot maxime poteſt; et quarto die abluat omnes, et hoſpitio excipiat, et pecuniam donet, et ipſe poenitentiam agens ſit circa lotionem pedum eorum [occupatus] et miſſae dicantur eo die pro ipſo tot, quot unquam obtineri poſſunt, et illarum miſſarum tempore detur ei abſolutio, et tum ſanctam euchariſtiam percipiat, niſi nimium gravis ſit peccator, ut adhuc [eam percipere] nequeat; et tunc polliceatur ſaltem, quod ſemper abhinc Dei voluntatem peragere velit, et ab omni injuſtitia per Dei auxilium inpoſterum abſtinere, chriſtianiſmum quam ſtrenue unquam poteſt, juſte tenere, et omnem gentiliſmum omnino abjicere, animum

ges fæsten alysan. gif he hine aþenaþ eallum limum to Gode æt his gebedum. ⁊ mid soþre hreowe. ⁊ mid rihtan geleafan. ⁊ xv. siþum singe. miserere mei Deus. ⁊ xv. siþum Pater noster. ⁊ ðonne him biþ ealne dægge sealð his sinna lihtinge:·

XIX. Seofon wintra fæsten man mæg on twelf monþum gebetan. gif he ælce dæge asyngeþ sealtere sealma. ⁊ oþerne on niht. ⁊ fiftig on æfen. eac mid anre mæssan man mæg alysan xii. daga fæsten. ⁊ mid x. mæssan man mæg gelihtan iv. monþa fæsten. ⁊ mid xxx. mæssan man mæg gelihtan xii. monþa fæsten. gif he wile mid soþre Godes lufe him silfum ðingian. ⁊ his sinna his scrifte andettan. ⁊ hi swa gebetan swa he him tæcþ. ⁊ georne æfre geswican:·

Be mihtigum mannum:·

I. Ðus mæg mihtig man. ⁊ freondspedig his dædbote mid freonda fultume. micclum gelihtan:· Ærest on Godes naman. be his scrifte gewitnesse. geswutelige rihtne geleafan. ⁊ gemiltsige eallum ðam ðe wiþ hine agilton. ⁊ do his andetnesse unforwandodlice. ⁊ behatte geswicenesse. ⁊ underfo dædbote. mid micelre geomrunge:·

II. Alecge ðonne his wæpna. ⁊ idæle renca. ⁊ nime stæf him on hand. ⁊ ga bærfot georne. ⁊ do wyllen to lice l' hæran. ⁊ ne cume on bedde. ac licge on flette. ⁊ do ꝥ vii. gear getælu. beon binnon ðrim dagum ðus gefadode. fo on mid fultume. nime him to ærest xii. manna. ⁊ fæstan iii. dagas be hlafe. ⁊ be grenum wyrtum. ⁊ be wætere. ⁊ begite ðar to eacan. swa hu swa he mæge. septies. cxx. manna ꝥ fæstan eac for hine iii. dagas. ðonne wyrþ gefæst swa fela fæstena swa biþ daga on vii. gearum:·

III. Ðonne man fæste. ðonne dæle man ða ðenunga. ðe man brucan sceolde ealle Godes ðearfan. ⁊ ða ðrig dagas ðe man fæste forlæte man ælce worlð býrga. ⁊ dæges ⁊ nihtes swa man oftost mæge. on cirican gewunige. ⁊ mid ælmes leohte. wacigan ðar georne. ⁊ to Gode clipian. ⁊ forgifnesse biddan mid geomrigendum mode. ⁊ cneowian gelome on rode tacne. hwilum upp. hwilum nyþer aþenige. ⁊ cunnige georne. mage man of eagum tearas geræcan. ⁊ sinna bewepan. ⁊ fede man ða ðri dagas ðearfena swa fela swa man mæst mæg. ⁊ on ðam feorþan dæg. baþige man ealle. ⁊ feormige. ⁊ feoh dæle. ⁊ silf se dæd beta beo ymbe heora fot ðweal. ⁊ mæssige man ðy dæge for hine. swa fela mæssan swa man æfre begitan mæge. ⁊ æt ðare wiþ mæssan do man him absolutionem. ⁊ ga he ðonne to husle. buton he to ðam swiþe forgylt sy. ꝥ he ðonne git ne mote. ⁊ behate ðonne huru. ꝥ he a a ðanon forþ Godes willan wyrcan wille. ⁊ ælces unrihtes ðurh Godes fultum swa forþ geswican. swa he æfre firmest mæg. cristendom rihtlice healdan. ⁊ ælcne hæþendom mid ealle awurpan:· Ge-

þanc

þanc ge ðeoraſ. ƿorð ⁊ ƿeorc georne gerihtan. ælc riht aræran. ⁊ unriht afyllan. ðurh Godeſ fultum. ſƿa he æfre geornoſt mæge. ⁊ to micelre ðearfe gedeþ þ he hit him ſylfum ſe ðe gelæſt þ he Gode behet:·

IV. Ðiſ iſ mihtigeſ manneſ. ⁊ freonð ſpediger dædbot lihtinge. ac an unmaga ne mæg ſpilc geforðian. ac þ he mot on hine ſilfne hit ſecan ðe geornor. ⁊ þ biþ eac rihtaſt. þ gehƿa hiſ agene miſdæda ƿrece on him ſilfum mid geornfulre bote:· Scriptum eſt enim, quia unuſquiſque onus ſuum portabit.

et mores, verba et opera ſedulo corrigere, omnem juſtitiam colere, et injuſtitiam evitare per Dei auxilium, quam diligentiſſime unquam poſſit. Et maximo ſuo commodo faciet ille, qui hoc praeſtiterit, quod Deo pollicitus erat.

IV. Haec eſt potentis viri et amicorum divitis poenitentiae allevatio; aſt infirmus non poteſt ita procedere, ſed debet in ſeipſo illud exquirere diligentius. Et hoc eſt etiam aequiſſimum, ut quilibet propria ſua delicta diligenti correctione ulciſcatur in ſeipſo. Scriptum eſt enim: "Quia unuſquiſque onus ſuum portabit.†"

Papae Rom	Archiep. Cantuar.	Anno C[illegible].	P[illegible]
JOHAN XII 9	DUNSTAN 6	9[illegible]	[illegible]

Edgari regis Anglorum charta de Oſwaldeſlaw, hoc eſt, de ejiciendis clericis uxoratis et introducendis monachis. Citante Spelmanno.

ALTITONANTIS Dei largiflua clementia, qui eſt Rex regum et Dominus dominantium, ego Edgarus, Anglorum baſileus, omniumque regum inſularum oceani, quae Britanniam circumjacent, cunctarumque nationum, quae infra eam includuntur, imperator et dominus, gratias ago ipſi Deo omnipotenti, regi meo, qui meum imperium ſic ampliavit et exaltavit ſuper regnum patrum meorum, qui licet monarchiam totius Angliae adepti ſint, a tempore Aethelſtani, qui primus regum Anglorum omnes nationes, quae Britanniam incolunt, ſibi armis ſubegit; nullus tamen eorum ultra ejus fines imperium ſuum dilatare aggreſſus eſt. Mihi autem conceſſit propitia divinitas, cum Anglorum imperio, omnia regna inſularum oceani, cum ſuis ferociſſimis regibus, uſque Norvegiam, maximamque partem Hiberniae, cum ſua nobiliſſima civitate Dublinia, Anglorum regno ſubjugare; quos etiam omnes meis imperiis colla ſubdere, Dei favente gratia, coegi.

Quapropter et ego Chriſti gloriam et laudem in regno meo exaltare, et ejus ſervitium amplificare devotus diſpoſui; et per meos fideles fautores, Dunſtanum viz. archiepiſcopum, et Athelwoldum ac Oſwaldum epiſcopos (quos mihi patres ſpirituales et conſiliatores elegi) magna ex parte, ſecundum quod diſpoſui, perfeci, etc. (viz.) "Siquidem temporibus anteceſſorum meorum, regum Anglorum, monaſteria tam monachorum, quam virginum deſtructa, penitus rejecta in tota Anglia erant, quae ego ad Dei laudem pro remedio animae meae reparare, et ſervorum et ancillarum Dei numerum multiplicare devovi" Et ipſis ſupradictis meis cooperatoribus ſtrenue annitentibus, jam xl. et vii. monaſteria cum monachis et ſanctimonialibus conſtitui; et ſi Chriſtus vitam mihi tam diu conceſſerit, uſque ad quinquageſimum (i. jubilei) remiſſionis numerum meae devotae Deo munificentiae oblationem protendere decrevi.

Unde nunc in praeſenti monaſterium, quod praedictus reverendus epiſcopus Oſwaldus in ſede epiſcopali Wiogreceaſtere, in honore ſanctae Dei genitricis Mariae amplificavit, et eliminatis clericorum naeniis et ſpurcis laſciviis, religioſis Dei ſervis monachis, meo conſenſu et favore ſuffultus, locavit; ego ipſis monaſticae religionis viris regali auctoritate confirmo, et conſilio et aſtipulatione principum et optimatum meorum corroboro et conſigno. Ita ut jam amplius non ſit fas neque jus clericis reclamandi quicquam inde, quippe qui magis elegerunt, cum ſui ordinis periculo, et eccleſiaſtici beneficii diſpendio, ſuis uxoribus adhaerere, quam Deo caſte et canonice ſervire. Et ideo cuncta, quae illi de eccleſia poſſederunt, cum ipſa eccleſia, ſive eccleſiaſtica, ſive ſecularia, tam mobilia, quam immobilia, ipſis Dei ſervis monachis ab hac die perpetualiter regiae munificentiae jure deinceps poſſidenda trado et conſigno, ita firmiter, ut nulli principum, nec etiam ulli epiſcopo ſuccedenti fas ſit aut licitum quicquam inde ſubtrahere aut pervadere, aut ab eorum poteſtate ſurripere, et in clericorum jus iterum traducere, quamdiu fides chriſtiana in Anglia perduraverit, etc. (viz.) "Sed et dimidium centuriatum, quod Anglice vocatur Cudburigelayes Hundred, ad quod jacent 50. hidae, in Croppodorme, quas Offa, rex Merciorum, quondam familiae in

† Habentur canones iſti et poenitentiale [illegible] Saxonico [illegible] in celebri [illegible] corporis Chriſti Cantabrigiae; nos Latine reddidimus; a quibus autem con[illegible] ve[illegible], vel [illegible] lo illic perhibetur indice. Pertinere dicuntur (in ipſo titulo) ad Edgari regis conſtitutiones quas illic igitur ſequuntur e veſtigio; et nos hic ideo ſic locamus. Emanaſſe tamen cenſeo a diverſis auctoribus; canones enim, juxta ſynodicam locutionem, plurali eduntur numero, ƿe læraþ, id eſt, nos docemus, vel, inſtituimus: poenitentiale, tanquam ab uno aliquo compoſitum, numerum tenet ſingularem, ut in ſect. 63. Ðæt iſ þ ic [illegible], hoc eſt, quod ego [illegible]

Non eſt autem temerarium quod hic in injungendis poenitentiis nullum uſquam ad imagines imperatur confugium, nulla ad ſanctos unquam provocatio, nec ad virginem ipſam beatiſſimam. Nec probare videtur auctor precariam illam magnatum poenitentiam, Romana (uti perhibent) fultam indulgentia, et apoſtoli illo, Gal. vi. 2. "Alter alterius onera portate." ſed in iſto magis acquieſcit, quod mox ibidem ſequitur: Gal. vi. 5. "Onus autem ſuum probet unuſquiſque, et ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, et non in altero" 1 Cor [illegible] "[illegible]

Wio-

4

Wiogerieceaſtrie donavit liberas ab omni regali exactione; ego epiſcopis Dei ſervis cum eadem libertate trado et conſcribo. Inſuper etiam ad ſupplendum ipſum centuriatum, id eſt, Hundred, ut ex meo dono illud plenum habeant, terras ipſius eccleſiae, quae hactenus regiae exactioni ſubjacebant, ab hac die inperpetuum liberabo, et liberas eſſe concedo et praecipio; eas videlicet, quae ſunt ultra Avenae flumen, quae iſtis vocabulis nominantur. Vuerabreodun cum Peonedoc, Teotnitun cum Muntune, Setgeſbearmye et in monte Wittiſca, Nondſyica, Eoyenland, Doeigltefforied, et Doriene, et Ittacumb, et in ripa Sture fluminis Stepyoeſicun, et ibi juxta eam Blatyoelle, et in occidentali parte Sabrine Ginnauloege, cum Vecclage, et Ciuhtawice et Hallege, cum ſibi pertinentibus; et item Heriefoydtun juxta Avenae pro ſupplendo, ut ſupra diximus, centuriatu, id eſt, Hundred, Deo et ſanctae Dei genitrici Mariae, ad uſum ſervorum ejus monachorum, ſcilicet liberas dono et quietas eſſe praecipio deinceps et inperpetuum ab omnibus ſecularium rerum actionibus duris et levibus, et ab omni ſervitute et exactionibus fiſcalibus magnis et modicis, notis et ignotis, tam regis, quam principis et miniſtrorum, atque exactionibus eorum exceptis, pontis et arcis conſtructione et expeditione contra hoſtem. Habeatque Wiuſimus venerabilis ſacerdos, quem ipſe epiſcopus Oſwaldus, me favente, et auctoritatem regiam praeſtante, in ſede epiſcopali monachis praepoſuit, quamdiu ipſe vixerit, omneſque poſt eum, ſucceſſores ejus, qui eidem congregationi praepoſiti fuerint, ipſum Hundred cum omnibus debitis, quae rex antea in eo habuit, et jus et poteſtatem earundem poſſeſſionum, cum Tolle et Teame, Saca et Socne, et Infangenetheof, et proprii juris debitum tranſgreſſionis et poenam delicti, quae Anglice dicitur Oferſewenes*, et Giltwite; nec ſit fas aut poteſtas cuiquam praepoſitorum, ſeu exactorum vel miniſtrorum meorum, nec alicui principi vel ex ſuccedentium numero pontifici hanc meae munificentiae libertatem, et conceſſionis firmitatem in aliquo minuere vel infringere.

Facta ſunt haec anno dominicae incarnationis DCCCCLXIV. indictione viii. regni vero Edgari Anglorum regis ſexto, in regia urbe, quae ab incolis Gleauceſtre nominatur; in natali Domini, feſtivitate ſanctorum Innocentium, feria quarta.

Ego Eadgar baſileus Anglorum et imperator regum gentium, cum conſenſu et principum et archiepiſcoporum meorum, hanc munificentiam ſigno crucis corroboro.

Ego Elfrith regina conſenſi, et ſigno crucis confirmavi.

Ego Dunſtan, archiepiſcopus Dorobernenſis eccleſiae Chriſti, conſenſi et ſubſcripſi.

Ego Oſcitel, archiepiſcopus Eboracenſis eccleſiae, conſenſi et ſubſcripſi.

Ego Alferic dux.

Ego Bruthnod dux.

Ego Aridgari dux. ‡

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOAN. XIII. 1.	DUNSTAN. 8.	*966.*	EDGAR. 10.

Leges Monachis Hydenſibus ab Edgaro rege datae. † Citante clar. Spelmanno.

INCIPIT charta privilegii Edgari benigniſſimi principis conceſſa novo monaſterio Wintoniae, quod modo Hyda appellatur. Cujus rubrica ſic cancellatur.

* Oferſeweneſſe. v. Spelm. Gloſſar. p. 315. in Legibus ſaepe occurrit oferhýrneſſe.

‡ Hanc de efferendo monachatu conſtitutionem Oſwaldeſlawe (id eſt, Oſwaldi legem) appellabant veteres, quod Wigornenſis hic epiſcopus Wigornenſi ſuo monaſterio omnium primus eam impoſuerat. E triumviris enim illis (Dunſtano ſcil. archiepiſcopo Cantuariae, et Ethelwaldo, praeſule Wintonenſi) tertius fuit, quibus rex Edgarus provinciam delegavit ejiciendi e majoribus per Merciam coenobiis clericos conjugatos, et eorum vice inducendi monachos: ut in oratione ipſius Edgari (quam daturi ſumus in anno DCCCCLXIX.) perſpicue legeris. Continebat ſiquidem Mercia Wigornenſem epiſcopatum, et (cum Malmesburio dicam) alios iv. vel plures. Sed hoc non tantum a tribus iſtis, et per Merciam ſolum factum perhibet Weſtmonaſterienſis, at ab omnibus Angliae epiſcopis, et per Angliam totam. "Anno (inquit) gratiae DCCCCLXIX. rex Edgarus pacificus epiſcopis per Angliam conſtitutis praecepit, ut in majoribus coenobiis et eccleſiis cathedralibus, expulſis clericis, monachos ſubrogarent. Unde ſanctus Oſwaldus ex clericis Wigornenſibus monachos faciens, habitum religionis aſſumere coegit. Renuentes quidem ab omni beneficio ſpoliavit." Videtur autem Edgari illa oratio huic conſtitutioni praefigenda. Poteſtatis enim, cujus illic conceditur privilegium, hic habetur executio. Cum tamen haec apud auctores ſic diſpoſita invenerim, annorum ego ſeriem non invertendam cenſui, at ne torpenti mihi obrepſiſſe videretur tranſpoſitio, hoc indiculo delibavi. Habe quae Edgarus rex praecepit, ſic in hoc negotio Dunſtanum excitans. "Contempta verba ſunt; veniendum eſt ad verbera, et non deerit tibi poteſtas regia. Habes hic tecum venerabilem patrem Ethelwaldum, Winton. epiſcopum. Habes reverendum praeſulem Wigornenſem Oſwaldum. Vobis iſtud committo negotium, ut et epiſcopali cenſura, et regia auctoritate, turpiter viventes [intellige, clerici uxorati] de eccleſiis ejiciantur, et ordinate viventes introducantur" [monachi.] Adjiciam quod de hoc praeterea notat chronicon Wintonienſe MS. fol. xxv. col. d. in vita regis Edgari: "Uſque nunc (inquit) in gente Anglorum non erant (intelligo monachi regulares, non ſeculares) monachi, niſi in Glaſtonia et Abundonia".

Obvenerunt mihi chartae hujus duo exemplaria, ſed utrumque mutilum. Tranſiit enim in priori ſcriba praediorum cum aſcriptis libertatibus ceſſionem, quam e ſecundo exemplari nos adjecimus, in caeteris vero ſat conveniunt, donec ad datum et ſubſcriptiones ſit perventum, quae in ſecundo quidem deſiderantur. Haec SPELM.

† Charta regis Edgari novo Wintoniae monaſterio, quod Hydam vocant, confecta. In qua angelorum refert creationem atque lapſum, hominem fieri ad capeſſendum cum prole ſua vacuum jam ipſorum ordinem. Invidet (inquit) hoc diabolus, fraudeque circumventum ſui cum prole reddit ſimilem: hos miſertus Chriſtus redemit, et hos inter ipſum regem Edgarum, qui tanta raptus benignitate, totum ſe effundit in gratitudinem et bona opera. Chriſto igitur, et familiae ſuae plurima condit monaſteria, unumque hoc Wintoniae; cujus coenobitis (ut vicarius Chriſti) vitae regulas et honeſtatis imponit tam eccleſiaſticas, quam ſeculares. De hoc ſic in chronico novi monaſterii Wintonienſis, quod Hyda dicebatur.

Edgar

CAP. I. *Edgar rex hoc privilegium novo edidit monaſterio, ac omnipotenti Domino, ejuſque genitrici Mariae ejus laudis magnalia conceſſit.*

Omnipotens totius machinae conditor ineffabili pietate univerſa mirifice moderatur, quae condidit; qui coaeterno videlicet verbo quaedam ex nihilo edidit, quaedam ex informi ſubtilis artifex propagavit materia. Angelica quippe creatura (in informi materia nullis rebus exiſtentibus) divinitus formata luculento reſplenduit vultu, male, proh dolor! libero utens arbitrio contumaci arrogans faſtu, creatori univerſitatis famulari dedignans, ſemetipſum creatori aequiparans, aeternis baratri incendiis cum ſuis complicibus demerſa jugi merito cruciatur miſeria. Hoc itaque themate totius ſceleris peccatum exorſum eſt.

CAP. II. *Quare hominem condidit, et quid ei commiſit.*

Evacuata itaque polorum ſede, et eliminata tumidi faſtus ſpurcitia, ſummus totius bonitatis arbiter, lucidas caelorum ſedes non ſine cultore paſſus torpere, formatis ex informi materia diverſarum rerum ſpeciebus hominem tandem ex limo conditum, vitae ſpiraculo ad ſui formavit ſimilitudinem, cui univerſa in totius coſmi ſuperficie condita ſubjiciens, ſeipſum ſuoſque poſteros ſibi ſubjecit, quatenus ejus ſecutura poſteritas angelorum ſuppleret numerum caelorum ſedibus ſuperbia turgente detruſum.

CAP. III. *Qualiter in paradiſo ſine crimine converſatus ſit.*

Qui [in] paradiſiacae voluptatis amoenitate locatus, nullius rei patiebatur diſpendium, ſed ei totius mundi ad votum ſuppeditabat facultas. Totius namque bonitatis ubertate fruenti nulla ei res inſtituta reſiſtebat. Creatori altithrono devote obſequenti, creatura cuncta famulabatur ſubjecta. Fruebatur laetabundus creatoris tripudio, et angelorum alacriter utebatur conſortio. Non eum corporalis debilitabat imbecilitas, nec animi affligebat anxietas. Non typho levis raptabatur ſuperbiae; ſed ſuo ſe conjungens auctori, humilis pollebat mirifice. Non eum inanis tumidum vexabat gloria, ſed devotum creatoris magnificabat memoria. Non invidia eum alieno torquebat profectu, ſed charitatis jugiter laetabatur amplexu. Non ira cruciabatur infeſtus, ſed charitatis tranquillitate leviabatur patientiſſimus. Non eum triſtitia moerore dejiciebat, ſed gaudii ſpiritalis ſpe pollente florebat. Non avaritia nimium incitabatur cupidus, ſed dapſilitatis ſtudio exercebatur largiſſimus. Non illicito maſſicus delectabatur edulio, ſed parcitate contentus, licito utebatur cibario. Non luxuria eum ſtimulabat ad nefaria, ſed continentia competens conſtringebat ad praemia. Omnium policrates virtutum, cunctis carens adverſis. Omnibus florens proſperis, rite pollebat ingenuus.

CAP. IV. *Quomodo cuelum ſine morte conſcendere confidebat, et diabolus invidus ne aſcenderet impediebat.*

Qui prole ad numerum parata ſuperbientium angelorum, univerſa comitante proſapia ſine loto guſtato ligni vetiti fructu, aethereos aeternae beatitudinis ſuggeſtus triniatim cum Domino regnans conſcendere Macrobius confidebat. Invidus igitur hoc animadvertens diabolus, nimia perculſus invidia, rimari callide verſutus coeperat, quibus inſidiis ne ad tantam numinis conſcenderet gloriam ſubdolus deciperet; pro nihilo fore ducens conceſſa, illicita nimium allubeſcendo laudans, mulierem admodum fragilem pellexit. Quae ſui detrimenti minime contenta, virum muliebriter victum, blandis ſuaſionibus delinitum, exili, heu! malo guſtato, ſibi ſimilem faciens, perdidit.

CAP. V. *Quomodo in hac miſeria omnibus privati virtutibus [illegible], tandem aquae cataclyſmate demuntur.*

Utrique tandem praefatis privati donariis, paradiſi eliminati metis, in praeſentis vitae aerumnam miſerrimi dejiciuntur; contemnentes conditorem, a cunctis inſequuntur creatis. Vita deſiit, mors inolevit. Virtutum caterva recedente, vitiorum cumulus ſucceſſit. Succedente nepotum proſapia, ſucceſſit cumulata criminum collegio. Univerſi cum ſuis ſceleribus cataclyſmate dempti, tandem octo utriuſque ſexus reſervatis, tabeſcendo deficiunt. Vitiis copioſe ſurgentibus, conditor ſe hominem feciſſe indoluit. Poſtremo miſericors mortalibus, ut pollicitus eſt, ſuccurrit.

CAP. VI. *Quomodo Chriſtus mundum ſua paſſione redemit, et caelos conſcendere fecit.*

Stella emicuit matutina, quae ſuo radio mundi tenebras fugaret. Fauſta reſplenduit Maria, cujus utero virginali Chriſtus ineffabiliter editus, peccatorum tenebras, mediator clementiſſimus, dempſit. Viguit Chriſtus virtutibus plenus. Incanduit Judaea ingenti rancore repleta. Carnem ſuſcipiens pro nobis pati voluit. Quod ejus permiſſu infelix audacter complevit Judaea. Ligno quippe perditum, ligni ſcandens gabulum, genus redemit humanum. Univerſas namque hominum daemon nationes ludificando inſultans, jure ut mandati tranſgreſſores poſſidens, morte mulctabat perpetua. Surgens vero a mortuis ultorem trophaeo crucis devicit. Praedam de perfidi leonis ore tulit, ſecumque ſuper aethera vehens ſuperius, angelorum coetibus conſociavit. Ut cum eo communi contubernio fruentes, bonitate perſpicui, virtutum omnium ubertate referti, expertes peccati, omni contagione privati, ſine fine poſt diem judicii reſtauratis corporibus, exultantes regnarent. Hanc praecipuam ſine dubio gloriam credentibus, qui trinitatis veraeque unitatis fidem bonis inſudantes operibus ſectantur, pollicitus, non credentibus ſupplicium minatus aeternum perpetuis baratri incendiis juſtiſſime ſpopondit.

CAP. VII. *De benevolo regis meditamine.*

Hinc ego Edgarus, divina favente gratia, totius Albionis baſileus, rimari magnopere coeperam, quid operum ſtudio exercerem, ut ad tantam gloriam perveniens, Chriſti ſanctorumque ejus caelo collocatorum contubernio coronatus fruerer, tantamque inferni miſeriam devitarem. Inſtigante etenim Domini clementia, occurrit animo, ut ipſe criminibus ceſſarem cunctis, atque bonis operibus inſiſtens forma factus gregi, quoſque ſub noſtri regiminis gubernamine degentes, lucrifacerem. Quoſdam igitur ſuaſionibus invitans ad praemia, quoſdam terroribus compellens ad gloriam, bona aedificans, mala ut, Domino favente, potui, diſſipavi. Scriptum quippe per Jeremiam (memini) prophetam: "Ecce conſtitui te ſuper gentes, et ſuper regna, ut evellas et deſtruas, et diſperdas et diſſipes, et aedifices et plantes." Talibus igitur exhortatus doctoribus, quibus nos Dominus per prophetam clementer admonuit, agens, Chriſto favente, in terris, quod ipſe juſte egit in caelis, extricans videlicet Domini cultura criminum ſpurcitias, virtutum ſemina ſedulus agricola inſerui.

CAP. VIII. *Qua ratione clericos eliminans monachos collocavit.*

Timens ne aeternam incurrerem miſeriam, ſi adepta poteſtate, non facerem quod ipſe, qui operatur omnia, quae in caelo vult et in terra, ſuis exemplis juſtus examinator innotuit, vitioſorum cuneos canonicorum e diverſis noſtri regiminis coenobiis Chriſti vicarius eliminavi: quod nullis mihi interceſſionibus prodeſſe poterant, ſed potius ut beatus ait Gregorius: "Juſti vindictam judicis provocarent, qui variis vitiorum naevis contaminati, non agentes quae Deus jubendo volebat, omnia quae nolebat, rebelles faciebant:" avidus inquiſitor avertens gratos Domino monachorum cuneos, qui pro nobis incunctanter intercederent, noſtri juris monaſteriis devotus hilariter collocavi.

CAP. IX. *Quod Sancti Spiritus gratia compunctus abbatem et monachos in novo conſtituit monaſterio.*

Hac itaque ratione Sancti Spiritus attactus flamine, locum Domini mundans Wintonienſis eccleſiae novi monaſterii arciſterium noſtro ſalvatori, ejuſque genitrici ſemper virgini Mariae, et omnibus apoſtolis, cum caeteris ſanctis dicatum reſtauravi. Sciens ſcriptum, "Conſentientes et facientes pari conſtringuntur poena rebellionis, omnipotentis voluntati obviantes," poſſeſſionem Domini uſurpare non ſuſtinens, clericos laſcivientes repuli, ac veros Dei cultores monachico gradu fungentes, qui pro noſtris noſtrorumque inibi quieſcentium exceſſibus ſedulo intercederent ſervitio, quo eorum interceſſionibus noſtri regiminis ſtatus vigeret munitus, abbatem, Chriſto cooperante, eligens altithrono ſubjectus illic devote ordinavi. Hoc ſubnixe efflagitans depoſco, ut quod in ſuis egi, hoc agat in mihi ab ipſo conlatis; ſcilicet adverſarios noſtros dejiciens, amicos ſublimando provehat, ut inimicos ſanctae Dei eccleſiae deprimens, amicos ejus monachos videlicet beatificans juſtificavi.

CAP. X. *De illorum anathemate, qui monachis inſidiantur.*

Si autem qualibet occaſione, diabolo inſtigante, contigerit, ut faſtu ſuperbientis arrogantiae dejecti canonici monachorum gregem, quem ego venerans cum paſtore in Dei conſtituti poſſeſſione, dejicere inſidiando voluerint; agatur de eis et de omnibus, qui quolibet munere caecati juvamen eis impenderint, quod actum eſt de angelis ſuperbientibus, et de protoplaſto diaboli fraude ſeducto, ut paradiſi videlicet limitibus ſublimibuſque regni caelorum ſedilibus ejecti, cum hiis, qui Domini famulatum aſpernentes contempſerunt, baratri incendiis detruſi jugi crucientur miſeria. Nec inde evulſi ſe glorientur evaſiſſe tormenta, ſed cum Juda Chriſti proditore, ejuſque complicibus Acharonte conglutinati, frigore ſtridentes, fervore peruſti, laetitia privati, moerore anxii, catenis igneis compediti, lictorum metu perculſi, ſcelerum memoria confuſi, totius bonitatis recordatione ſemoti, aeterno lugubres punientur cruciatu.

CAP. XI. *Item de anathemate inſidiantium.*

Qui autem praedictos novi Wintonienſis eccleſiae coenobii monachos, vel quoſlibet ejuſdem ordinis noſtro regimine degentes, e monaſteriis, quae vitiorum ſpurcitiis expurgans Jeſu Chriſto Domino noſtro victo daemone adquiſivi, eliminare praeſumens voluerit, anathema ſit; et eadem maledictione, qua Cain parricida, qui fratrem ſuum Abel, ſtimulante invidia, lividus interemit, maſtigia addictus eſt, ſine termino teneatur obnoxius, atque in Dei perſecutione continuo perſeverans in hac vita nullum dignitatis adquirat honorem, nec in futura ſine miſeria unquam perſiſtat, ſed cum Anania et Saphire una ſtix voragine ejulantem crucians complectatur.

CAP. XII. *De benedictione monachos venerantium.*

Quicunque praetitulatos monachos bonis quibuſlibet locupletans ditare voluerit, creator cunctitenens clementer eos eorumque progeniem totius ubertate proſperitatis hic et in futuro ſeculo ditando locupletet; ſcriptis decenter eorum in libro vitae nominibus, cum Chriſto portionem in caelorum habitaculis habeant, qui monachos ſuos, quos noſtris congregatos temporibus poſſidet, vel verbis vel factis ſanctitatis ſtudio honoraverint.

CAP. XIII. *Quales et qualiter monachi in hoc monaſterio converſentur.*

Regulares igitur monachi, non ſeculares, in praefato (Chriſto comite) degentes monaſterio, regulae moribus obtemperent, patres venerantes ſpirituales, ſanctorum patrum imitentur exempla; nil agentes, niſi quod communis monaſterii regula vel majorum demonſtravit norma. A ſecularibus igitur pompis remoti, toto niſu corporis cuſtodiant et animae caſtitatem. Humilitatis ſtudio pollentes, parcimonia vigorem minuentes,

entes, alacri conſtringant animo. Civium convivae intra urbem perpetuo interdictu fieri erubeſcant. In civitate degentes, in refectorio pompaticas laſcivaſque ſecularium delicias ut melancholiam apportantes, licitis charitatum utantur cibariis; extra refectorium autem minime, niſi domo infirmorum aegroti decubuerint, edentes licite, quae juſſi fuerint. Sacri ſummique ordinis hoſpites, ſi ratio exegerit, et peregrini ordinati longo terrarum ſpatio venientes, ad abbatis menſam in refectorio cautiſſime invitentur: laicis in hoſpitio condecens exhibeatur humanitas: monachorum quiſpiam manducandi vel bibendi cum eis ſecundum patrum decreta licentiam non habeat: in refectorio autem edendi cauſa vel bibendi non introducantur. Pauperes ut chriſti ingenti cordis ſuſcipiantur tripudio.

CAP. XIV. *De abbatum electione.*

Divinarum ſtudio ſcripturarum luculentiſſime eruditi, orationum frequentia aſſidue occupati, charitatis amplexu actiſſimi, fidei exercitio promptiſſimi, ſpe provehente ſinceriſſimi, pace concorditer fixi, omniumque virtutum flore decorati, ad finem uſque coeptum tantae bonitatis initium (Chriſto juvante) perducentes eadem glorioſi fruantur libertate, quam beatus patronus Benedictus omnibus regulae praecepto ſubjectis inſtituit; ſcilicet, ut poſt abbatis obitum, tunc temporis regentis, abbatem ex eadem ordinent congregatione, quem ſive omnis concors congregatio, ſive pars, quamvis minima congregationis, ſalubriori elegerit conſilio.

CAP. XV. *Qualiter rex abbatem et monachos venerantes muniat.*

Reges itaque quicunque noſtri fuerint ſucceſſores, nullam extraneam perſonam, jus tyrannidis ſuper monachos exercentem, imponant, ne forte Deus eos damnans, et regno deponat, et vita. Electum vero a fratribus Chriſti vicarium dignanter ſuſcipiant, eumque charitatis igne ſuccenſi locupletando venerentur; juvamen in quantum indiguerit, Chriſti amore compuncti alacriter impendant: mutuo namque confortati juvamine in nullo a regulae praeceptis diſcordantes, Domini gregem non mercenarii, ſed paſtores fidiſſimi, luporum rictibus eximentes intrepidi defendant.

CAP. XVI. *Qualiter abbas et monachi regem a daemonum temptatione eripiant.*

Abbas autem armis ſuccinctus ſpiritalibus monachorum cuneo hinc inde vallatus, chariſmatum caeleſtium rore perfuſus, aereas daemonum expugnans verſutias, regem, omnemque ſui regiminis clerum, Chriſto, cujus virtute dimicat, juvante, a rabida hoſtium perſecutione inviſibilium ſolerter ſpiritus gladio defendens, fidei ſcuto ſubtili protegens, tutamine robuſto praelians, triumpho miles eripiat imperterritus.

CAP. XVII. *Qualiter rex abbatem et monachos ab hominum perſecutione defendat.*

Rex itidem terrenus caeleſtis caſtra regis fortiſſimo roborans munimine, armis ſecularibus viſibiles expugnans adverſarios, hoſtiumque rabiem ſaevientium adnihilando dejiciens, conditoris ſui paſcua gregemque ſolicita inexpugnabilis tueatur cuſtodia, quatenus ad vitae bravium perveniens aeternis tripudians fruatur bonis, quae nec oculus videre aliquatenus potuit humanus, nec in hominis cor ullatenus aſcendit, quae praeparavit Deus diligentibus ſe.

CAP. XVIII. *De monaſterii poſſeſſionis libertate.*

Sint praefati monaſterii rura, omnis monachorum poſſeſſio, in rebus magnis vel modicis, internis vel externis, in urbanis, vel ſuburbanis, praediis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, molendinis, rivulorum curſibus aeterna libertate in Chriſti nomine ejuſque genitricis ditata.

CAP. XIX. *Quod nullus ſecularium monaſterii poſſeſſionem inlicite uſurpet.*

Secularium quiſpiam auſu temerario jus tyrannidis non in Chriſti cultura praeſumptuoſus exerceat, non minuet, inſtigante diabolo, quod Sancti Spiritus inſtinctu tam a me, quam a praedeceſſoribus meis, necnon a catholicis utriuſque ſexus hominibus, largiflua conceſſum eſt dapſilitate.

CAP. XX. *De benedictione augentium.*

Augenti tribuat rerum cunctarum opifex tranquillum vitae praeſentis excurſum, longaevam inſtantis temporis futuram aeternae beatitudinis talionem, ſufficientem victualium ubertatem; interminabile proſperitatis augmentum, copioſum virtutum omnium juvamen.

CAP. XXI. *De maledictione minuentium.*

Minuentem perpetua poſſideat miſeria, in Domini manens perſecutione, ejus genitricis ſanctorumque omnium incurrat offenſam; praeſentis vitae adverſitas illi ſemper eveniat; nulla ei bonitatis accidat proſperitas; omnia ejus peculia inimici vaſtantes diripiant; in futuro autem aeterni miſerrimum cum hoedis in ſiniſtra poſitum damnent cruciatus, ſi non ſatisfactione emendaverit congrua, quod in Domini uſurpans detraxit cultura.

CAP. XXII. *Quibus modis ſecularibus obtemperent, et quod nullius reatus hoc Domini privilegium minuere valeat.*

Tribus tantummodo cauſis ſecularibus obtemperent praeceptis; rata videlicet expeditione, pontis arciſve conſtructione, alias aeterna ditati glorientur libertate. Reatus quippiam, ſi, incitante daemone, ſeductus vel abbas, vel fratrum aliquis fragiliter, quod abſit, contraxerit, juſtitia purgante ſecundum regulae praeceptum abolitus damnetur, maneatque praefatae munificentiae libertas altithrono per noſtram humilitatem oblata, ad monachorum uſus gratuite ſibi famulantium inviolabilis, aeterna libertate jocunda, quia Deus, qui hanc privilegii largifluam donationem locumque, cum univerſa monachorum familia, juraque omnia ſacro ſubjecta coenobio poſſidet, nunquam reatum commiſit, nec ullo unquam tempore committet: ſit igitur praefata libertas aeterna,

aeterna, quia Deus libertatis poſſeſſor aeternus eſt.

CAP. XXIII. *Quoties, & quare in anni circulo hoc fratribus legatur privilegium.*

Anno incarnationis dominicae nongenteſimo ſexageſimo ſexto ſcripta eſt hujus privilegii ſyngrapha his teſtibus conſentientibus, quorum inferius nomina ordinatim charaxantur.

✠ Ego Edgar, divina largiente gratia, Anglorum baſileus, hoc privilegii donum noſtro largiens redemptori, locoque ejus ſanctiſſimo primus omnium regum monachorum inibi collegium conſtituens, manu propria ſignum hagiae crucis imprimens confirmavi.

✠ Ego Dunſtan. Dorobernenſis eccleſia archiepiſcopus, largifluam benevoli regis donationem venerans, crucis ſignaculo corroboravi.

✠ Ego Eadmund clito, legitimus praefati regis filius, crucis ſignaculum infantuli florens aetate propria indidi manu.

✠ Ego Edward eodem rege clito procreatus, praefatam patris munificentiam crucis ſigno conſolidavi.

✠ Ego Ælꝼþꞃýþ, legitima praefati regis conjux, mea legatione monachos eodem loco rege annuente conſtituens, crucem impreſſi.

✠ Ego Eadgifa, prædicti regis avia, hoc opus egregium crucis Taumate conſolidavi.

✠ Ego Oꞅcýꞇýl, Eboracenſis eccleſiae archiepiſcopus firmavi.

✠ Ego Aþelƿolꝺ, eccleſiae Wintonienſis epiſcopus, regis glorioſiſſimi benevolentiam abbatem mea altum mediocritate, & alumpnos, quos educavi, illi commendans, crucis ſignaculo benedixi.

✠ Ego Aelfſtan, Londoninenſis eccleſiae pontifex conſolidavi.

✠ Ego Oſulf epiſcopus confirmavi.

✠ Ego Oſwold epiſcopus conſignavi.

✠ Ego Byſehtelm epiſcopus confirmavi.

✠ Eaelfſtan epiſcopus conſolidavi.

✠ Ego Eadelm epiſcopus confirmavi.

✠ Ego Aþulꝼ epiſcopus conſignavi.

✠ Ego Ƿýnꞅýᵹe epiſcopus confirmavi.

✠ Æꞅcƿıᵹ abbas conſolidavi.

✠ Egy Oſgar abbas conſignavi.

✠ Ego Oꞅobýꞃıhe abbas.

✠ Ego Alfſtan Abbas.

✠ Ego Adelgar abbas, primus huic loco abbas ordinatus.

✠ Ego Oſdgar dux.

✠ Ego Aethelſtan dux.

✠ Ego Aþelƿıne dux.

✠ Ego Æþelƿeaꞃꝺ M.

✠ Ego Ælꝼƿeaꞃꝺ M.

✠ Ego Ƿulꞅꞇan M.

Omnes, qui nominatim huic privilegio regis juſſu deſcripti videmur, poſteritatis noſtrae proſapiam ſubnixe depoſcimus, ut manuum noſtrarum vadimonium Chriſti cruce firmatum nequaquam violantes irritum faciant; ſi ſucceſſorum quiſpiam temeritatis auſu violare praeſumpſerit, corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti participatione privatus, perpetua damnatus perditione, anathema ſit, niſi divino propitiante reſpectu, ad humilem ſatisfactionem reſipiſcens, converſus fuerit *.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XIII. 1.	DUNSTAN. 8.	966.	EDGAR. 10.

Alia charta Edgari regis, qua nullos unquam fuiſſe perhibet in Wintonienſi hoc coenobio monachos ante hos, quos ipſe jam introduxit e monaſterio Abingtonienſi. Ibid.

ANNUENTE altithroni moderatoris imperio totius Albionis triniatim potitus regimine, non immemor ob hoc mihi recidiva fore conceſſa, ut hiis ſtrenue aeterna lucrarer: quapropter ego Edgar, totius Britanniae baſileus, quaſdam villas, ut nominantur, Dunkitone habens quinque hydas terrae, et eccleſiam Sueyſe cum viginti octo hydis terrae, et eccleſiam Titleſcumbe cum decem hydis terrae, et quandam ruris [portionem] duos videlicet caſſatos terrae, loco qui celebri Wynterburna nuncupatur vocabulo, do et concedo in puram et perpetuam eleemoſynam novae Wyntonienſi eccleſiae beato Petro apoſtolorum principi dicatae, necnon ſancto Edotio, cujus reliquiae inibi miraculis clareſcunt,cum omnibus utenſilibus, pratis, viz. paſcuis, rivulis, aeterna largita ſint haereditate perſpicuis, ut canonicos, qui incorrigibiles perdurarent de eccleſia dicta ejeci, monachos de Abundonia loco ſubſtitui. Sint autem praedictae villae, rus, manſiones, terrae, rivuli omni terrenae ſervitutis jugo liberae inperpetuum, tribus exceptis, ratae videlicet expeditione, pontis arciſve reſtauratione. Si quis autem hanc noſtram donationem in aliud, quam conſtituimus, transferre voluerit, privatus conſortio ſanctae Dei eccleſiae, aeternis baratri incendiis lugubris jugiter cum Juda Chriſti proditore ejuſque complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congrua, quod contra noſtrum deliquit decretum ‡.

* Habetur hydae iſtud monaſterium in ſuburbiis Wentanenſibus, a rege Aluredo magno conditum, et novum monaſterium eo tempore nuncupatum vetuſtioris reſpectu quod Romanorum aevo floruit (ut refert Malmesburuis) et a Kenewalcho rege occidentalium Saxonum, e ruderibus poſtea ſuſcitatum. Religione enim, et epiſcopali cathedra illuſtrem fuiſſe perhibent Wentanam civitatem ab ipſis eccleſiae cunabulis, regnante Lucio, circa annum gratiae 189. Haec Spelm. Aſt. male Spelmannus Malmesburium citat, cum nullam ille monaſterii hujus mentionem faciat. Cambdenus conjecturam hanc ex Galfrido Monumetenſi hauſit, qui Conſtantium monachum ibi fuiſſe dicit.

‡ Monachi, quos hic introduxit rex Edgarus e monaſterio Abingtonienſi, regulares erant ordinis S. Benedicti, ejectis ſcil. ſecularibus conjugatis, quales fuiſſe dicuntur alii omnes per totam Angliam, cum mutationis opus hoc aggreſſus eſt Edgarus, praeter illos Abingtoniae & Glaſtoniae, ut codex MS. Wintonienſis (quem ſupra citavimus) atteſtatur. Haec Spelm.

Leges eccleſiaſticae regis Edgari. Ex MS. Coll. Corp. Chr. Cantabr. S. xviii. et K. ii.

Eadgares æ:·

ÐIS is seo gerædnysse. ðe Eadgar cyng mid his ƿitena geþeahte gerædde. Gode to lofe. ⁊ him sylfum to cynescipe. ⁊ eallum his leodscipe to ðearfe:·

I. ———.

Ðat syndon ðonne ærest. ꝥ Godes cyrican syn ælces rihtes ƿyrðe. ⁊ man agyfe ælce teoðunge to ðæm ealdan mynstre ðe seo hyrnesse tohyrð. ⁊ ꝥ sy ðonne sƿa gelæst. ægðer ge of ðegnes inlande. ge of neatlande sƿa sƿa hit sulh gegá:·

II. Be ciricsceat:·

Gif hƿa ðonne ðegna sy ðe on his boclande cyrican hæbbe ðe legerstoƿe on sy. gesylle he ðonne ðriddan dæl his agenre teoðunge into his cyrican:· Gif hƿa cyrican hæbbe ðe legerstoƿ on ne sy. ðonne do he of ðæm nygan dælum his preoste ꝥ ꝥ he ƿille. ⁊ ga ylc cyricsceat into ðam ealdan mynstre be ælcum frigan eorðe:·

III. Be teoðungum:·

And sy ælcre geogoðe teoðunge gelæst be Pentecosten. ⁊ ðæra eorð ƿæstma be emnihte:· And ælc cyricsceat sy gelæste be Martines mæssan. be ðam fullan ƿite ðe se domboc tæcð:· And gif hƿa ðonne ða teoðunge gelæstan nelle. sƿa ƿe gecƿæden habbað fare ðær cyninges gerefa to. ⁊ ðæs bisceopes. ⁊ ðæs mynstres mæssepreost. ⁊ niman unðances ðonne teoðan dæl to ðæm mynstre ðe hit to gebyrige. ⁊ tæcan him to ðæm nigoðan dæle. ⁊ to dæle mon ða eahta dælas on tƿa. ⁊ fo se hlaford to healfan. to healfan se bisceop. sy hit cyninges man. sy hit ðegnes:·

IV. Be ðon heorðpeninge:·

And sy ælc heorðpening agyfen be Petres mæsse dæg. ⁊ se ðe ðonne to ðæm andagan gelæst næbbe. læde hine to Rome. ⁊ ðær to eacan xxx. peninga. ⁊ bringe ðone ðonon sƿitelunga ꝥ he ðær sƿa mycle betæhte hæbbe:· And ðonne he ham cume. gylde ðam cynge cxx. scill. ⁊ gif he hine eft syllan nylle. læde hine eft to Rome. ⁊ oðre sƿylce bote. ⁊ ðonne he ham cume. gylde ðæm cyng cc. scill:· Æt ðæm ðriddan cyrre gif he ðonne gyt nelle. ðolige ealles ðæs ðe he age:·

V. Be freolsdægum ⁊ fæstenum:·

Healde man ælces sunnan dæges freols. fram nontide ðæs Sæterneres dæges. oð ðæs Monan dæges lihtinge. be ðæm ƿite ðe domboc tæcð. ⁊ ælcne oðerne mæsse dæg sƿa he beboden beo. ⁊ man beboden fæsten healde mid ælcre geornfulnysse:·

Eadgari leges.

HOc eſt inſtitutum, quod Eadgarus cum ſapientum ſuorum conſilio inſtituit in gloriam Dei, et ſibiipſi in dignitatem regiam, et in utilitatem omni populo ſuo.

I. *De immunitate eccleſiae, et debitis eidem reddendis.*

Hoc ſit igitur primum, quod eccleſiae Dei jure ſuo dignae ſint, et dentur omnes decimae primariae eccleſiae, ad quam parochia pertinet; et tunc praeſtetur ſive de terra thani, ſive de terra villanorum, prouti aratrum circumducitur.

II. *De cenſu eccleſiaſtico.*

Si quis thanorum ſit, qui in feodo ſuo eccleſiam habet, in qua ſit coemeterium, det tunc tertiam partem propriarum decimarum ſuarum eccleſiae ſuae. Si quis eccleſiam habet, in qua non ſit coemeterium, tunc ex novem partibus preſbytero ſuo det quicquid velit, et tranſeat quilibet eccleſiaſticus cenſus ad primariam eccleſiam de qualibet terra libera.

III. *De decimis.*

Et ſingulae foetuum decimae praeſtentur ad Pentecoſten, et terrae frugum ad aequinoctium. Et quilibet cenſus eccleſiaſticus praeſtetur ad feſtum Martini, per plenam mulctam, quam liber judicialis adnotat. Et ſi quis decimam praeſtare nolit, ſicuti diximus, proficiſcatur ad eum praefectus regis, et epiſcopi, et eccleſiae preſbyter, et ſumant, invito eo, decimam partem, quae ad eccleſiam pertinet, et aſſignent ei nonam partem, et dividantur octo partes in duo, et capiat dominus dimidium, dimidium epiſcopus, ſive ſit regis, ſive thani miniſter.

IV. *De nummo in ſingulas domos impoſito.*

Et quilibet nummus in domos ſingulas impoſitus, detur ad Petri feſtum diem, et qui ad illum terminum [eum] non ſolverit, portet eum Romam, et alios praeterea xxx. denarios, et referat inde teſtimonium, quod ibi tot tradiderit. Et tunc domum reverſus, ſolvat regi cxx. ſolidos, et ſi eum iterum ſolvere nolit, portet illum deinde Romam, et ſimile quid compenſet, et tunc domum reverſus, ſolvat regi ducentos ſolidos. Si tertia vice reddere nolit, perdat omne, quod habet.

V. *De feſtis diebus et jejuniis.*

Quodlibet diei Solis feſtum celebretur ab hora pomeridiana diei Saturni, uſque ad diluculum diei Lunae, ſub mulcta quam liber judicialis adnotat; et ſinguli alii feſti dies [celebrentur] ſicut juſſum eſt. Et inſtitutum jejunium ſervetur cum omni devotione.

Oratio Edgari regis pro monachatu propagando *. Ex M. Parker antiq. Brit. eccleſ. in Dunſtano.

QUONIAM magnificavit miſericordiam ſuam Dominus facere nobiſcum, dignum eſt, O patres reverendiſſimi, ut innumeris illius beneficiis, dignis reſpondeamus operibus. Neque enim in gladio noſtro poſſidemus terram, et brachium noſtrum non ſervavit nos; ſed dextra ejus et brachium ſanctum ejus, quoniam complacuit illi in nobis. Juſtum proinde eſt, ut, qui omnia ſubjecit ſub pedibus noſtris, ſubjiciamus illi et nos, et animas noſtras; et ut hi, quos nobis ſubdidit, ejus ſubdantur legibus, non ſegniter elaboremus. Et mea quidem intereſt laicos, cum aequitatis jure tractare, inter virum et proximum ſuum juſtum judicium facere, punire ſacrilegos, rebelles comprimere, eripere inopem de manu fortiorum ejus, egenum et pauperem a diripientibus eum. Sed et meae ſolicitudinis eſt eccleſiarum miniſtris, gregibus monachorum, choris virginum et neceſſaria eorum procurare, ac ſaluti, et quieti, vel paci conſulere. De quorum omnium moribus ad nos ‡ ſpectat examen, ſi vixerint continenter; ſi honeſte ſe habeant ad eos, qui foris ſunt; ſi divinis officiis ſoliciti, ſi ad docendum populum aſſidui, ſi victu ſobrii, ſi habitu moderati, ſi in judiciis ſint diſcreti (pace veſtra loquor, reverendi patres) ſi iſta ſolerti ſcrutinio curaſſetis, non tam horrenda et abominanda ad aures noſtras de clericis perveniſſent.

Taceo quod non eſt illis corona patens, nec tonſura conveniens. At in veſte laſcivia, inſolentia in geſtu, in verbis turpitudo, interioris hominis produnt inſaniam. Praeterea in divinis officiis quanta ſit negligentia, cum ſacris vigiliis vix intereſſe dignentur, cum ad ſacra miſſarum ſolennia ad ludendum, ſubridendum magis, quam ad pſallendum congregari videantur. Dicam quod boni lugent, mali rident: dicam dolens (ſi tamen dici poteſt) quomodo diffluant in commeſſationibus, in ebrietatibus, in cubilibus, et impudicitiis; ut jam domus clericorum putentur proſtibula meretricum, conciliabulum hiſtrionum. Ibi aleae, ibi ſaltus et cantus, ibi uſque ad medium noctis ſpatium protractae in clamore et horrore vigiliae. Sic patrimonia regum, eleemoſynae pauperum, imo (quod magis eſt) illius pretioſi ſanguinis pretium profligatur. Ad hoc ergo exhauſerunt patres noſtri theſauros ſuos? ad hoc fiſcus regius, detractis reditibus multis, elargitus eſt? ad hoc eccleſiis Chriſti agros et poſſeſſiones regalis munificentia contulit, ut deliciis clericorum meretrices ornentur? luxurioſa convivia praeparentur? canes, ac aves, et talia ludicra comparentur? Hoc milites clamant, plebs ſubmurmurat, mimi cantant et ſaltant, et vos negligitis, vos parcitis, vos diſſimulatis. Ubi gladius Levi, et zelus Simeonis, qui ut ſcorto abutentes filia Jacob Sichemitas (eorum habentes figuram, qui Chriſti eccleſiam pollutis actibus foedant) etiam circumciſos ſucciderunt? ubi ſpiritus Moiſis, qui caput vituli adorantibus, etiam domeſticis ſui ſanguinis non pepercit? ubi pugio Phinees ſacerdotis, qui fornicantem cum Madianita confodiens, ſancta hac aemulatione Deum placavit iratum? ubi ſpiritus Petri, cujus virtute perimitur avaritia, haereſis ſimoniaca condemnatur?

Aemulamini, o ſacerdotes, aemulamini vias Domini, et juſtitias Dei noſtri. Tempus inſurgendi contra eos, qui diſſipaverunt legem Dei. Ego Conſtantini, vos Petri gladium habetis in manibus. Jungamus dexteras; gladium gladio copulemus; ut ejiciantur extra caſtra leproſi, ut purgetur ſanctuarium Domini, et miniſtrent in templo filii Levi: qui dixit patri et matri, neſcio vos, et fratribus ſuis, ignoro vos. Agite quaeſo ſolicite, ne poeniteat nos feciſſe quod fecimus, dediſſe quod dedimus; ſi viderimus illud non in Dei obſequium, ſed in peſſimorum luxuriam impunita libertate conſumi. Moveant vos ſanctorum reliquiae, in quibus inſultant; veneranda altaria, ante quae inſaniunt. Moveat vos anteceſſorum noſtrorum mira devotio, quorum eleemoſynis veſania clericalis abutitur. Proavus meus Aethelwulphus † (ut ſcitis) omnem terram ſuam eccleſiis et monaſteriis decimavit. Sanctae memoriae atavus meus Aluredus, ut eccleſiam ditaret, non theſauris ſuis, non patrimonio, non ſumptibus, non reditibus parcendum putavit. Avus meus Edwardus ſenior quanta contulerit eccleſiis, paternitatem veſtram non latet. Pater meus et frater ejus quibus donariis Chriſti altaria cumulaverint, meminiſſe vos decet.

O pater patrum Dunſtane, contemplare quaeſo patris mei oculos, ab illa lucida caeli plaga in te radiantes. Audi querulas ejus voces cum

* Oratio Edgari regis ad Dunſtanum, archiepiſcopum Cantuariae, Oſwaldum Wigorniae, et Ethelwaldum Wentanae epiſcopos. In qua clericorum conjugatorum enumerat vitia, ejiciendoſque decernit, et introducendos monachos. Curam rei his demandat epiſcopis, regia fultis auctoritate... Haec oratio non eſt Eadgari regis (utcunque Balaeus aſſerat) ſed eſt Proſopopoeia conficta ab Alfredo Rievallenſi in genealogia reg. Angliae et Dav. reg. Scotiae ad Hen. II. Angl. tum haeredem edita.

‡ Ad Nos ſpectat examen. Haec ſuper verba clar. Uſſerius in MSS. notis ad locum ita commentatur. There is a great deale of doe made for the reading of this place; whether it ſhould be ad Nos or ad Vos. I conſulted with diverſe manuſcripts, and found them to be very indifferent; ſome reading the one way, and ſome the other. But for the reading ad Nos, that place of William Riſhangers unprinted chronicle maketh ſomwhat; wherein of king Henry the third he writeth thus: [Vocatis ad ſe monaſteriorum fratribus, cum eis hujuſmodi ſermonem habuit. Quot monachos habetis? cui cum reſponſum eſſet; tot et tot: at ait ille: Suntne obedientes patri ſpirituali? in ſervitio domini ſtrenui et fortes? et addit: Ad nos ſpectat examen de eorum moribus et converſatione, ſi vivunt continenter, ſi honeſte habent ad eos, qui foris ſunt, ſi in victu ſobrii, ſi moderati habitu] wherein there is a manifeſt reſpect had unto the words of the oration attributed unto Edgar. H. J.

† Male *Edwardus* in Parkero.

quadam

quadam pietate in tuis auribus reſonantes. Tu mihi, pater Dunſtane, tu mihi de conſtruendis monaſteriis, de eccleſiis aedificandis concilium ſalubre dediſti. Tu mihi adjutor in omnibus, et cooperator extitiſti: te, quaſi paſtorem, patrem, et epiſcopum animae meae, morumque meorum cuſtodem, elegi. Quando tibi non parui? quos unquam theſauros tuis conſiliis praetuli? quas poſſeſſiones, te praecipiente, non ſprevi? Si quid pauperibus erogandum exiſtimabas, praeſto fui: ſi quid conferendum eccleſiis judicabas, non diſtuli: ſi quid monachis, clericiſve deeſſe querebaris, ſupplevi. Aeternam dicebas eleemoſynam eſſe, nec aliam fructuoſiorem, quam quae monaſteriis eccleſiiſve confertur, qua Dei ſervi ſuſtententur, et quod ſupereſt, pauperibus erogetur. O pretioſam eleemoſynam, et dignum animae pretium! O peccatis noſtris ſalubre remedium! quod a ſinu Sibyllae in peregrini muris pellicula foetet, quod ejus auriculas ornat, quod componit digitulos, quod corpus delicatum in byſſo ſtringit et purpura. Ecce pater, eleemoſynarum mearum fructus, et tuae promiſſionis effectus.

Quid huic querimoniae reſpondebis? Scio, ſcio; cum videbas furem, non currebas cum eo, nec cum adulteris portionem tuam ponebas. Arguiſti, obſecraſti, atque increpaſti. Contempta verba ſunt, veniendum eſt ad verbera, et non deerit tibi poteſtas regia. Habes hic tecum venerabilem patrem Ethelwaldum, Wintonienſem epiſcopum; habes reverendum praeſulem Wigornienſem Oſwaldum: vobis iſtud committo negotium, ut et epiſcopali cenſura et regia auctoritate turpiter viventes de eccleſiis ejiciantur, et ordinate viventes introducantur.*

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	[illegible]
JOHAN. XIII 4.	DUNSTAN. 11.	[illegible]	[illegible]

Concilium generale ſub Dunſtano‡. Ex Hoveden. Annal. par. 1. et Matth. Weſtm in ann.

HUJUS concilii occaſionem praebuit dicta jam Edgari regis oratio, et indulta pariter auctoritatis copia, de qua ſic Hovedenus anno DCCCCLXIX. "Rex Anglorum pacificus Eadgarus ſancto Dunſtano Dorobernenſis, et beato Oſwaldo Wigornenſis, et S. Ethelwaldo Wintonienſis eccleſiae epiſcopis praecepit, ut expulſis clericis, in majoribus monaſteriis per Merciam conſtructis, monachos collocarent. Unde S. Oſwaldus ſui voti compos effectus, clericos Wigornienſis eccleſiae, monachalem habitum ſuſcipere renuentes, de monaſterio expulit; conſentientes vero huic, ipſe antiſtes monachizavit, eiſque Winſinum, magnae religionis virum, loco decani praefecit."

De ipſo autem concilio ſic Wigornienſis monachus, qui S. Oſwaldi vitam deſcripſit (apud Surium tom. v. die 15. Octobr.) et hunc ſecutus Johannes Capgravus: "Per idem tempus (intellige ſub quinquennio annum DCCCCLXXIV. praecedenti) auctoritate Johannis papae, Dunſtanus archiepiſcopus, coacto generali concilio, ſtatuit, et decreto firmavit, ut canonici omnes, preſbyteri, diaconi, ſubdiaconi aut caſte viverent, aut eccleſias, quas tenebant, dimitterent. Habebat autem regem Edgarum in hoc negotio fidelem adjutorem, et firmum defenſorem. Hujus enim decreti executio Oſwaldo, Wigorn. et Ethelwaldo, Winton. epiſc. commiſſa eſt. Beatus ergo Oſwaldus ſeptem monaſteria in ſua dioeceſi, ejectis clericis inſolenter viventibus, conſtruxit, et monachos introduxit, et abbates eis praefecit." etc. Addit praeterea poſt aliquot Oſbernus, praecentor Cantuar. apud Surium tom. iii. die 19. Maii: "In aliis etiam Angliae locis inſignes eccleſias B. Oſwaldus ob eandem cauſam, ejectis clericis, monaſticae inſtitutionis viris tradidit; puta eccleſiam S. Albani, S. Aethelredae virginis in Eli,

* Qualiſcunque fuit regis haec oratio (nam verbis datur Ealredi Rievallenſis, [illegible]) [illegible] tur; ut accenſi praeſules, regiaque armati auctoritate, [illegible], et 48. coenobia intra paucos Eadgari annos, gregibus repleverunt [illegible].

Interea non eſt praetereundum, vel ſcriptorem, vel typographum valde hic erraſſe; regem enim Eadgarum proavum ſuum atque abavum, principes celeberrimos, neſcivit [illegible] terram ſuam eccleſiis decimavit. Certe Edwardus nec proavus Eadgari fuit, ſed avus. Nec hic [illegible] decimavit, ſed avus ejus Aethelwulfus, Eadgari abavus, cujus decimationis chartam ſupra poſuimus in an. Chr. DCCCLV. et ubi ait, ſanctae memoriae atavus meus Aluredus: in hoc etiam errat, nam Aluredus [illegible].

Aethelwulfus rex occ. Saxon. abavus.
Aluredus quartus filius ejus, rex Angl. proavus.
Edwardus ſen. rex Angl. avus.
Aethelſtanus rex Angl. 1. fil. Edw. — Edmundus rex Angl. pater 2. fil. Edw.
Edwius rex. Angl. 1 fil. Edm. — Eadgar rex Ang. qui hanc orationem habuit. 2. fil. Edm.

De tempore quo habita fuit haec oratio, ſic annales epiſcoporum eccleſiae Wintonienſium apud auctorem Antiq. Britann. Anno (inquiunt) Dom. DCCCCLXVII. novum, etc. Tum biennio poſt; Dunſtano, Oſwaldo, et Ethelwaldo praecepit rex Edgarus, ut e majoribus per Merciam coenobiis, amotis conjugatis, monachos collocarent. Hujuſmodi [illegible]. Haec SPELM.

‡ Concilium generale a S. Dunſtano, archiepiſc. Cantuariae, adverſus clericos conjugatos celebratum. In quo monachatus promovetur. [Comes quidam praepotens ob inceſtas nuptias publicam agit poenitentiam. Referuntur obiter Edgari regis cum velata virgine violentus concubitus, et injuncta ei poenitentia ſeptennalis.]

et

I

et eam, quae apud Beamfledam honorabilis habebatur. In eccleſia S. Albani Elfricum abbatem, in eccleſia Elienſi Brithnotum, in Beamfledenſi Gotmannum. Quae vero monaſteria conſtituit, ea inviſere ſolebat, et tum ſermone, tum opere ea, quae ad animarum ſalutem pertinerent, illis paterno affectu miniſtrare. Porro in monaſterio RameſeiaeAbbo,Floriacenſem monachum, degere voluit, morum ſanctitate praeclarum, et literis egregie eruditum, ut monachos doceret, ſcholis praeeſſet, et tum regularem ſive monaſticam diſciplinam, tum literarum ſcientiam promoveret. Is Abbo Dunſtani hortatu B. Edmundi regis et martyris paſſionem accurate conſcripſit. Tandem Floriacum reverſus, et abbas effectus, a ſuis monachis occiſus." Haec in actis S. Oſwaldi habentur (juxta Baronium) qui ad hiſtoriam Edgari regis clauſtralem virginem vi comprimentis jam deflectens, ſemet ad praemiſſa demum recipit, et ex Oſberno (quem Oſbertum vocat) ita pergit:

" Praeſidebat ea tempeſtate Wentanae eccleſiae Ethelwaldus, vir eximiae ſanctitatis, et educatione patris Dunſtani non parum inſignis. Hic cognita de canonicis eccleſiae ſuae, quod nimium ſeculares exiſtebant, voluntate Dunſtani, monuit eos ſemel et ſaepius mores et actus mutare, correctionis vitae ſemitas, relictis foeminis, arripere. At inpraeſentiarum quidem id ſibi poſſibile eſſe negantes, voce corvina ſemper in craſtinum correctionem ſui pollicebantur. Quod ipſe gnarus non diu ſuſtinuit. Paratis namque quamplurimis monachorum cucullis, die, quo communio, "Servite Domino in timore," cantabatur, chorum intravit, veſtes, quas paraverat, ſecum deferri faciens. Et projectis illis in medium, canonicis ait:

Animadvertiſtis, quid modo cantaveritis? Animadvertimus, inquiunt. Igitur inquit: [a] ſi ſervire Domino in timore, et ei vultis exultare cum tremore; apprehendite diſciplinam, veſtem ſcilicet monachalem, ne pereatis (ſicut cantaſtis) de via juſta. Ad quod illi obſtupefacti, more ſolito inducias petunt; id ſe facturos in futuro, promittunt. Tunc ille: Mihi credite, amplius non credam huic veſtrae reſponſioni corvinae. Sed aut diſciplinam in praeſenti apprehendetis; aut loci iſtius beneficiis et converſatione hinc eliminati, jamjam cedetis. Itaque nonnulli ex illis ſtatim, abjecto clericali habitu, monachi facti ſunt, caeteris verbo pontificis de eccleſia eliminatis. Caeterum quia iſti, qui noviter fuere converſi, regularis diſciplinae normam, ſine aliorum magiſterio docte ſervare nequibant; monachi de Abendonia illuc ab eodem pontifice adducti ſunt, qui monaſticae inſtitutionis tramitem ibi docerent." [Verba Baronii.] " Quae autem poſt haec ſecuta ſint de duobus conciliis eadem de cauſa celebratis, Wintonienſi et Calenſi, inferius ſuis locis opportune dicetur."

Ad idem concilium generale (ita ab eis nominatum, quod omnes Angliae epiſcopi in idem conveniſſent) ſpectat, quod de publica comitis inceſtuoſi poenitentia ibi facta, idem Oſbertus ſcribit his verbis in Dunſt. ca. 31. apud Sur. die 19. Maii to. iii.

" Comes quidam praepotens cognatam ſuam illicito ſibi matrimonio copulaverat, et a Dunſtano ſemel, ſecundo, et tertio redargutus, inceſtum ſuum divortio expiare nolebat. Quapropter gladio Spiritus Sancti a viro Dei percuſſus, a liminibus eſt ſanctae eccleſiae ſeparatus. Qui typho tactus ſuperbiae, regem adit, Dunſtanum impiae et immoderatae ſeveritatis accuſat, regia ſanctione ſe ab ejus tyrannide liberum conſtitui querula voce precatur et obſecrat. Cujus verbis rex acquieſcens, Dunſtano mandat, ut hominem cum ea, quam duxerat, in pace manere ſinat, et a quibus ipſum ſuſpenderat, liminibus ſacris reſtituat. Miratur ille ad audita, et dolet religioſum regem per mendacem hominis linguam, ante rei inquiſitionem et examinationem, eſſe ſeductum. Ponit tamen hominem ad rationem, et tam pro commiſſo crimine, quam et propter injuſtam ſui criminationem apud principem terrae factam paulo durius increpat, cupiens eo modo ad poenitentiam et correctionem cor illius emolire. At ubi vidit ipſum non ſolum verbis ſuis non conſentire, ſed inſuper contumaci ſpiritu contra ſe furere, minarique; ſupra id quod ab ingreſſu domus Dei ſuſpenderat, ut dixi, omnem ei communionem fidelium, donec a ſua pravitate diſcederet, interdixit. Tunc ille ſeipſo deterior effectus, immani eſt furore correptus, et nihil eorum, quae poſſidebat, alicujus eſſe momenti reputans, ad hoc ſolum ſe totum ſtudebat impendere, ut Dunſtano excitaret ſcandalum, et chriſtianae legis jugum, quo a ſua libidine coercebatur, ſibi faceret alienum. Legatos itaque ſuos Romam deſtinat, et talibus aſſueta quorundam Romanorum corda et ora in ſuam cauſam largo munere largiori ſponſione permutat. Quid inde? praeſul apoſtolicae ſedis Dunſtano peccatori homini condeſcendere verbis ac literis mandat, et cum eccleſiae gremio integre conciliari monet, hortatur, imperat." [Verba Baronii.] "Sed ſi poenitens peccatum relinqueret, voluit mandatum intelligi: nec enim aliter potuit intellexiſſe. Pergit enim:"

"Ad quae Dunſtanus ita reſpondet: Equidem cum illum, de quo agitur, ſui delicti poenitudinem gerere videro, praeceptis domini papae libens parebo. Sed ut ipſe in peccato ſuo jaceat, et immunis ab eccleſiaſtica diſciplina nobis inſultet, et exinde gaudeat, nolit Deus. Avertat etiam Deus a me, ut ego cauſa alicujus mortalis hominis, vel pro redemptione capitis mei, poſtponam legem, quam ſervandam ſtatuit in ſua eccleſia idem Dominus meus Jeſus Chriſtus Filius Dei. Haec ille relata ſibi audiens, et Dunſtanum ex his, quae certo diceret, inflexibilem eſſe, certiſſime ſciens, ex excommunicationis ſuae poena cum pudore hominum conſtrictus, tum timore periculorum, quae talibus nonnunquam accidere ſolent, perterritus, obſtinationem ſuae mentis depoſuit, et abdicato illicito conjugio, poenitentiae ſibi cultum impoſuit. Dunſtano itaque generale totius regni concilium de obſervantia chriſtianitatis celebrante, ipſe ſuimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus amictus, virgas manu ferens, concilio ſeſe medium ingeſſit, et ante pedes Dunſtani gemebundus

[a] Pſal. II.

dus et ejulans corruit. Quo viſo, moti ſunt omnes, qui aderant, ad pietatem; et ipſe pater omnium majori prae caeteris pietate motus eſt. In vultu tamen ſervato diſciplinae rigore, utpote hominem Deo conciliare deſiderans, lachrymas ejus ad horam ſeverus ſuſtinuit; ac demum a toto concilio poſtulatus, lachrymans et ipſe culpam indulſit. Ita ab excommunicationis vinculo abſolutum, communioni fidelium, gaudentibus cunctis, eum reſtituit. Hucuſque de his, quae ad dictum generale in Anglia celebratum concilium ſpectant.

Verba ſunt Baronii, qui hoc concilium ponit in an. Chr. DCCCCLXX. exemplo ejus, itemque Binius.

Sequitur praelibata narratio de Edgaro rege clauſtralem virginem comprimente: et de injuncta illi ſeptennali poenitentia.

Perpetratum eſt Edgari hoc ſcelus pluribus annis ante iſtud concilium, et injuncta tum etiam haec poenitentia, in qua in inconjugatos clericos rex graviſſime excitatur. Anteriori igitur loco erant iſta tribuenda, ſed cum huic ab auctoribus referantur, nos ſic utique collocamus, Oſbertum e Baronio recitantes. Apud Sur. die 19 Maii, to. 3. ca. 38.

"Quadam enim vice rex [Edgarus] in monaſterium virginum, quod Wiltoniae ſitum eſt, venit. Ibique captus ſpecie cujuſdam puellae, quae de nobilibus Anglorum nata, inter non velatas nutriebatur, et cuſtodiebatur, eam in ſuum colloquium adduci ſecretius juſſit. Illa cum duceretur, timens pudori ſuo, raptum ab una ſanctimonialium capiti ſuo velum impoſuit, eo modo ſe protegi ſperans, ſi forte rex quid inhoneſti a ſe exigere vellet. Quam ipſe velatam intuens: Quam ſubito, inquit, ſanctimonialis effecta es? arreptumque velum detraxit capiti ejus, illa conatu quo poterat, fruſtra obnitente. Abuſus ſiquidem ipſa eſt, et gravi ſcandalo quoque per Angliam religioſi ex hoc mente vulnerati ſunt. Quod ſcandalum eo vehementius fuit, quod rex idem legitimam uxorem habebat, Elfledam videlicet cognomine Candidam, Ordineri praepotentis orientalium Anglorum ducis filiam, de qua et ſanctum Edwardum genuerat.

Ubi vero res Dunſtano innotuit, acerbo moerore percuſſus eſt. Igitur cum in re non ſegnis, ad regem veniret, et ille venienti, pro more, occurreret, eumque per manum ad ſolium ſuum perducere vellet; manum Dunſtanus turbato vultu retraxit, nec eam ab homine contingi paſſus eſt. Ad quod ille attonitus (non enim illum ſcire putabat, quod clanculum a ſe factum exiſtimabat) cur manum ſibi non dimitteret, inquiſivit. Ait: Tu, poſtpoſito omni pudore, adulterium commiſiſti: tu deſpecto Deo, et ſignum caſtitatis non veritus, virgini ſuam integritatem praeripuiſti: et cur manum ſummo Patri virginis Filium immolanti impuris manibus non tradam, quaeris? lava prius per poenitentiam manus tuas a ſordibus ſuis, et tunc demum, quo gratiae Dei concilieris, honora et amplectere manum pontificis. Territus ille ad haec, terrae procumbit, pedes antiſtitis petit, ſe peccaſſe, gemitu verba interrumpente, conteſtatus. Quod Dunſtanus videns, tantum in rege humilitatis exemplum vehementer complectitur. Velocius ergo illum erexit, et pacato vultu cum eo familiariter quae ſalutem animae ejus operarentur, loquens, ſeptennem ei poenitentiam injunxit. At ille pontificali abſolutione potitus, omni ſtudio injunctae ſibi poenitentiae operam dare, et multa, quibus Deum placaret, pietatis opera ipſi poenitentiae, inſtinctu et conſilio patris ſui, ſolicitus coepit ſuperaddere.

Ipſe praeterea omni ordini hominum in ſuo regno conſiſtentium legibus ſibi in chriſtiana religione ſancitis uti praecipiebat: ipſe ſecus agentes, indicta vindicta, corripiebat: ipſe in pravitate perſiſtentes condigno examine puniebat. Exempli cauſa. Ordo clericalis plurimum ea tempeſtate erat corruptus, et canonici cum preſbyteris plebium voluptatibus carnis plus aequo inſerviebant. Quod malum Dunſtanus corrigere cupiens, auctoritate Johannis, apoſtolicae ſedis antiſtitis, apud regem obtinuit, quatenus canonici, qui caſte vivere nollent, eccleſiis, quas tenebant, depellerentur, et monachi loco eorum intromitterentur".

Haec ex Oſberto et Surio Baronius, de quibus etiam videndus Capgravius in vitis SS. Dunſtani, Oſwaldi, et Aethelwoldi: et audi quid idem Capgravius refert de poenitentia iſta regi impoſita.

"Denique cum magnitudinem peccati expoſuiſſet [Dunſtanus] et paratum illum [regem] ad omnem ſatisfactionem reddidiſſet; ſeptennem ei poenitentiam indixit, ut in toto hoc ſpatio coronam regni non geſtaret: jejunium in hebdomada biduanum tranſigeret: theſauros ſuos pauperibus large diſpergeret: ſuper haec ſacrandis Deo virginibus monaſterium Septoniae fundaret: quatenus qui unam per peccatum Deo virginem abſtuliſſet; plures et per plura ſeculi volumina aggregaret: clericos etiam malae actionis de eccleſiis propelleret: monachorum agmina introduceret: juſtas Deoque acceptas leges ſanciret, et per omnes fines regni populis cuſtodiendas mandaret. Nihil enim erat quod minus aut ſegnius rex impleret quod a rectore vitae ſuae praeceptum fuiſſet. Elapſo tandem ſeptennalis poenitentiae termino, congregatis omnibus Angliae principibus, epiſcopis, et abbatibus, impoſuit regi coronam coram omni populo Anglorum, cunctis laetantibus, et Deum in S. Dunſtano laudantibus, etc."

Canones Aelfrici ad Wulfſinum epiſcopum. Habentur canones iſti ad finem libri catholicorum ſermonum Anglice in eccleſia recitandorum, in celebri bibliotheca Corporis Chriſti Cantabrigiae L. xii. prouti ſequuntur.

Incipit epiſtola de canonibus.

AELFRICUS humilis frater venerabili epiſcopo Wulfſino ſalutem in Domino. Obtemperavimus juſſioni tuae libenti animo, ſed non auſi fuimus aliquid ſcribere de epiſcopali gradu, quia veſtrum eſt ſcire, quomodo vos oporteat optimis moribus exemplum omnibus fieri, et continuis admonitionibus ſubditos exhortari ad ſalutem, quae in Chriſto Jeſu. Dico tamen, quod ſaepius deberetis veſtros clericos alloqui, et illorum negligentiam arguere, quia pene ſtatuta canonum et ſanctae eccleſiae religio vel doctrina eorum perverſitate deleta ſunt; ideoque libera animam tuam, et dic eis quae tenenda ſunt ſacerdotibus et miniſtris Chriſti, ne tu pereas pariter, ſi mutus habearis canis. Nos vero ſcriptitamus hanc epiſtolam, quae Anglice ſequitur, quaſi ex tuo ore dictata ſit, et locutus eſſes ad clericos tibi ſubditos, hoc modo incipiens.

De ſacerdotum ſynodo.

I. Dico vobis, ſacerdotes, quod veſtram negligentiam in miniſterio veſtro ſufferre nolim, ſed dicam vobis in veritate quid de ſacerdotibus conſtitutum eſt. Chriſtus ipſe ſtabilivit chriſtianiſmum et caſtitatem, omnes etiam, qui ambulaverint in via ejus cum ipſo, deſerant mundana omnia et uxoris conſortium; quoniam ipſe dicebat in aliquo evangelio, "Qui uxorem ſuam non odit, non eſt dignus meus eſſe diſcipulus."

II. Poſt aſcenſionem Chriſti in regnum caelorum, et poſt mortem venerabilium ejus apoſtolorum, tanta perſecutio per totum orbem excitabatur, ut non poſſent ad ſynodum congregari Dei miniſtri, prae ethnicis perſecutoribus, qui illorum meditabantur mortem, uſque dum Conſtantinus Caeſar ad chriſtianiſmum converteretur, qui omnem orbem terrarum in poteſtate ſua habebat.

III. Tunc congregabat ſynodum in civitate Nicaea trecentorum et octodecim epiſcoporum ex omnibus nationibus ad confirmationem fidei. Ibi erant multi tam clari epiſcopi, ut miracula operarentur; et ita excommunicabant ibi ſacerdotem quendam Arium, quoniam credere nolebat, quod Dei viventis Filius aequaliter potens eſſet ac glorioſus ipſius Pater. Tunc condemnabant omnes hunc hominem diaboli, ſed noluit reſipiſcere, donec inteſtina ſua omnia ſimul videret effuſa, cum ad latrinam abiret.

IV. In hac ſynodo conſtituebantur ſacra eccleſiae miniſteria, et ſymbolum miſſae, et multa alia de Dei cultu et de Dei ſervitio.

V. Statuerunt omnes unanimi conſenſu quod neque epiſcopus neque preſbyter neque diaconus, nec ullus verus canonicus habeat in domo ſua uxorem aliquam, niſi matrem ſuam vel ſororem, amitam vel materteram; et ſi quis aliter fecerit, perdat ordinem ſuum.

VI. Cogitate igitur haec digna auditu, quoniam conditionem veſtram ad hanc conſuetudinem reduxiſtis, quaſi nullum periculum eſſet

Be preoste synoþe:·

I. Ic secge eoƿ preostum. ꝥ ic sylf nelle beran eoƿre gymeleaste on eoƿrum ðeoƿdome. ac ic secge eoƿ soþlice hu hit geset is be preostum:· Crist sylf astealde cristendom. ⁊ clænnysse. ⁊ ealle ða ðe ferdon on his ƿare mid him. forleton ealle ƿoruld ðing ⁊ ƿifes neaƿiste. forþan ðe he sylf cƿæþ on sumum godspella. se ðe his ƿif ne hataþ. nis he me ƿyrþe ðen:·

II. Ða æfter Cristes upstige eft to heofena rice. ⁊ æfter geendunge his arƿurþra apostola ƿearþ sƿa micel ehtnys on middan earde astyrod. ꝥ man ne mihte gegaderian Godes ðeoƿas to synoþe. forþam hæþenum cƿellerum ðe cepton heora deaþes. oþ ꝥ Constantinus se Casere to cristendome beah. se ðe ealne ymbhƿyrft on his anƿealde hæfde:·

III. Ða gegaderode he sinoþ on ðære ceastre Nicea ðreo hund bisceopa ⁊ eahtatyne bisceopas. of eallum leodscipum. for ðæs geleafan trymminge:· Ðær ƿæron sƿa mære biscopas manega on ðam synoþe. ꝥ hi ƿyrcean mihtan ƿundra. ⁊ sƿa dydon hy amansumodon ðær ðone mæssepreost Arium. forþon ðe he nolde gelyfan ꝥ ðæs lifigendan Godes sunu ƿære eal sƿa mihtig sƿa se mæra fæder is:· Ða fordemdon hy ealle ðone deofles man. ac he nolde gesƿican. ærþam ðe him sah se innoþeal endemes ut. ða ða he to gange eode:·

IV. On ðam sinoþe ƿæron gesette ða halgan cyric ðenunga. ⁊ se mæsse creda. ⁊ manega oþre ðing be Godes biggengcum. ⁊ be Godes ðeoƿum:·

V. Hy gecƿædon ða ealle mid anrædum geþance. ꝥ naþer ne bisceop ne mæssepreost ne diacon ne nan riht canonicus næbbe on his huse nænne ƿifman. buton hit sy his modor oþþe sƿustor. faþu. oþþe modrige. ⁊ se ðe elles do. ðolige his hades:·

VI. Nu ðincþ eoƿ ꝥ is syllic to gehyrenne. forþan ðe ge habbaþ eoƿre yrmþe sƿa ongeƿunan gebroht. sƿilce hit nan pleoh ne sy

ꝥ se

þ se preost hæbbe swa swa ceorl:· Nu cweþ ge þ ge ne magon beon butan wifmannes ðenungum. ⁊ hu mihtan ða halgan weras ða wunigan butan wife. hi habbaþ eac nu ða mede heora modes clænnysse. a butan ende on ðam ecan life:· Nu cweþaþ oft preostas þ Petrus hæfde wif. wull soþ hi secgaþ. forþam ðe he swa moste ða on ðære ealdan æ. ærþan ðe he to Criste gebuge. ac he forlet his wif. ⁊ ealle woruldlican ðing. syþþan he to Criste beah. ðe ða clænnysse astealde:·

VII. On ðære ealdan æ moste se biscop niman him an clæne mæden. ⁊ wiþ hy tyman on asettum timan. forþan ðe þ an cynn sceolde symble beon ðas hades. ⁊ of nanre oþre mægþe ne moste ðær beon biscop:· He ne moste swa ðeah butan ane wifigan. ne he ne moste on wydewum wifigan. ne on aworpenum wife. ac eal swa we ær sædon. on sumum mædene:· Hy mihton ða wel habban wif on ðam dagum. forþan ðe hy næfre ne mæsse don. ne men ne husledon. ac offredon nytenu. on ða ealdan wisan. oþ þ Crist halgode husel ær his ðrowunge. ⁊ ða mæssan astealde. ðe stent nu ðurh hyne:·

VIII. Ðær wæs eac geset on ðam ylcan sinoþe þ se ðe wydewan name oþþe aworpen wif. oþþe se ðe eft wifode þ he ne sceolde næfre siþþan to nanum hade genumen. ne gehalgod to preoste:· Ac se ðe ær hæfde him an clæne wif. se wære gecoren to ðam clænan hade swa swa se apostol Paulus on his pistole awrat:·

IX. Ne nan preost ne mot beon æt ðam brydlacum ahwær ðær man eft wifaþ oþþe wif eft ceorlaþ. ne hy togædere bletsian swylce man. bycnige him swa þ him selre wære þ hi wunodon on clænnysse:· Se læweda mot swa ðeah be ðæs apostoles leafe oþre siþe wifigan. gif his wif him ætgæð. ac ða canones forbeodaþ ða bletsunga ðærto. ⁊ gesetton dædbote swylcum mannum to donne:·

X. Seofon hadas syndon gesette on cyrcan. an is hostiarius. oþer is lector. ðridda exorcista. feorþa acolitus. fifta subdiaconus. sixta diaconus. seofoþa presbyter:·

XI. Hostiarius is ðære cyrcean duruweard, se sceal mid bellan bicnigan ða tida ⁊ ða cyrcan unlucan geleaffullum mannum. ⁊ ða ungeleaffullan belucan wiþ utan:·

XII. Lector is rædere ðe ræd on Godes cyrcean. ⁊ biþ ðærto gehadod. þ he bodige Godes word:·

XIII. Exorcista is on Englisc se ðe mid aðe halsaþ ða awyrgedan gastas ðe wyllaþ men drecean. ðurh ðæs hælendes naman. þ hy ða menn forlæton.

XIV. Acolitus is gecweden. se ðe candele oþþe tapor byrþ to Godes ðenungum. ðonne man godspel ræt. oþþe ðonne man halgaþ þ husl æt ðæm weofode. na swylce he to dræfe ða dymlican ðeostra. ac þ he gebycnige blys-

quod preſbyter vivat more conjugati. Jam dicitis, quod abſque mulierum ſervitiis vivere non poſſitis; et quomodo ſancti viri ibi habitare poterant abſque muliere; illi etiam nunc praemium habent caſtitatis animae ſuae ſemper abſque fine in aeterna vita. Nunc ſacerdotes ſaepe dicunt, quod Petrus uxorem habuit; recte dicunt, quia ita eum oportebat ſub Veteri Teſtamento, antequam ad Chriſtum converteretur; ſed reliquit uxorem ſuam et omnia mundana, cum ad Chriſtum veniret, qui caſtitatem inſtituit.

VII. In Veteri Teſtamento epiſcopus ſibi ſumere debuit caſtam virginem, et cum ea prolem ſuſcitare ad conſtituta tempora, quoniam una familia ſemper eſſe debuit illius ordinis, et ex nulla alia cognatione pontifex eſſe debuit. Attamen non debuit plus quam unam [foeminam] in uxorem ducere, nec viduam aut repudiatam in matrimonium ſumere debuit, ſed uti ſupra diximus virginem aliquam. Bene in illis diebus uxores habere poterant, quoniam nec miſſam celebrabant, nec S. eucharistiam hominibus dabant; ſed ſacrificabant animalia veteri more, uſque dum Chriſtus S. ſynaxin conſecraret ante paſſionem ſuam, et miſſam inſtitueret, quae jam per eos ſubſiſtit.

VIII. Ibi etiam conſtitutum erat in eadem ſynodo, ut qui viduam ſumpſerit vel repudiatam uxorem, aut qui ſecunda vice uxorem duxerit, is nunquam poſtea ad ordinem aliquem ſuſcipiatur, nec ſanctificetur in preſbyterum. Sed ſi quis antea habuerit ſibi caſtam uxorem, eligatur ad ſanctum ordinem, prouti apoſtolus Paulus in epiſtola ſua ſcripſit.

IX. Nullus ſacerdos * interſit nuptiis aliquibus, ubi vir ſecunda vice uxorem ducit, vel mulier ſecundo marito nubit, non benedictionem mutuam det hujuſmodi homini; oſtendat ipſi, quod melius eſſet eis in caſtitate vivere. Laicus tamen cum apoſtoli venia ſecundas nuptias contrahere poteſt, cum uxor ejus mortua ſit; aſt canones prohibent benedictionem illis dare, et imponunt poenitentiam hujuſmodi homini.

X. Septem ordines conſtituti ſunt in eccleſia; primus eſt oſtiarius, ſecundus eſt lector, tertius exorciſta, quartus acolythus, quintus ſubdiaconus, ſextus diaconus, ſeptimus preſbyter.

XI. Oſtiarius eſt cuſtos portae eccleſiae, qui campanis tempora indicare debet, et eccleſiam aperire fidelibus, et infidelibus occludere.

XII. Lector eſt, qui in Dei eccleſiis legit, et ad id ordinatus eſt, ut verbum Dei praedicet.

XIII. Exorciſta eſt Anglice, qui juramento adjurat malignos ſpiritus, qui homines cruciant, per nomen ſalvatoris, ut homines relinquant.

XIV. Acolythus dicitur, qui candelam vel cereum fert ad Dei ſervitia, cum evangelium legitur, vel cum S. ſynaxis conſecratur coram altari; non ita tamen ad arcendas caliginoſas tenebras, ſed ad indicandum eo lumine beatitudi-

* Vide Can. [illegible] Neocaeſar. [illegible]

nem in honorem Chriſti, qui eſt lumen noſtrum.

XV. Subdiaconus eſt, qui vaſa porrigit diacono, et cum humilitate ſub diacono ſervit ad ſanctum altare cum vaſis S. euchariſtiae.

XVI. Diaconus eſt miniſter, qui preſbytero ſervit, et oblationes ſuper altare ponit, et evangelium etiam legit in ſervitiis Dei, infantes baptizare debet, et ſacram euchariſtiam populo tradere; in albis veſtibus ſalvatori miniſtrare, et ſpiritualem vitam in caſtitate colere, et omnia agere, prouti ordinem ſuum decet. Sacerdos, qui abſque diacono verſatur, nomen tantum habet, et non habet miniſterium.

XVII. Preſbyter eſt ſacerdos miſſalis vel ſenior, non quod quilibet ſenior ſit, ſed quod ſenex ſit in ſapientia; ille conſecrat ſacram Dei ſynaxin, prouti ſalvator juſſit; populum fidem docere debet praedicando, et caſtis moribus chriſtianis exponere [eam] et vita ipſius non ſit qualis eſt laicorum. Nihil magis intereſt inter preſbyterum et epiſcopum, niſi quod epiſcopus conſtitutus ſit ad ordinandos preſbyteros, et ad confirmandos infantes, et ad conſecrandas eccleſias, et ad obſervanda Dei jura; quoniam nimium eſſet, ſi quilibet preſbyter idem hoc faceret; habent enim unum ordinem, licet alter ſit dignior.

XVIII. Nullus ordo conſtitutus eſt in ritibus eccleſiarum, praeter hos ſeptem, ut modo diximus. Monachorum et abbatum ordines ſunt alius generis, et non annumerantur horum numero, nec etiam monialium ordo his accenſetur. Ordines hi ſancti ſunt, et ad caelum perducunt animas illorum preſbyterorum, qui eos ſancte colunt.

XIX. Jam decet preſbyteros et omnes Dei miniſtros ut eccleſias ſuas ſancto obſequio venerentur, et in iis ſeptem horarios cantus pſallant, qui conſtituti ſunt, prouti ſynodus eos praeſcripſit. Cantus antelucanus, et cantus matutinus, cantus tertianus, et cantus meridianus, cantus nonalis, et cantus veſpertinus, et cantus nocturnus, ſeptimus.

XX. Debent etiam diligenter orare pro rege, et pro epiſcopo ſuo, et pro eo qui ipſis benefacit, et pro omni populo chriſtiano.

XXI. Habeant etiam arma ad ſpirituale opus, antequam ſint ordinati; haec ſunt ſancti illi libri, pſalterium et liber epiſtolarum, liber evangeliorum, et miſſale, liber canticorum, et manuale, numerale, et paſſionale, poenitentiale, et lectionarium. His libris ſacerdos opus habet, et iis carere non poteſt, ſi ordinem ſuum recte obſervare velit, et populum, qui ad ipſum pertinet, jus docere; et caute circa eos obſervet, ut bene ſint ſcripti.

XXII. Habere etiam debet veſtimenta miſſalia, ut devote Deo ipſi ſervire poſſit, prouti decet; ut veſtimentum ipſius non ſit ſordidum, nec aliquantulum dilaceratum; et pallia altaris

se mid ðam leohte Criste to arwurþnysse. Se is ure leoht:·

XV. Subdiaconus is soþlice underdiacon se ðe ða fatu byrþ forþ to ðam diacone. ⁊ mid eadmodnysse ðenaþ under ðam diacone. æt ðæm halgan weofode mid ðam husel fatum:·

XVI. Diaconus is ðen ðe ðenaþ ðam mæssepreoste. ⁊ ða offrunga sett uppon ꝥ weofod. ⁊ godspel eac ræt æt Godes ðenungum. se mot fullian cild. ⁊ ꝥ folc huslian. ða sceolon on hwytum album ðam hælende ðeowigan. ⁊ ꝥ heofonlice lif healdan mid clænnysse ⁊ eall dugende beon swa swa hit gedafenaþ ðam hade:· Se sacerd ꝥ biþ wunigende butan diacone. se hæfþ ðone naman ⁊ næfþ ða ðenunga:·

XVII. Presbiter is mæssepreost oþþe ealdwita. na ꝥ ælc eald sy. ac ꝥ he eald sy on wisdome. se halgaþ Godes husel. swa swa se hælend bebead. he sceal ꝥ folc læran to geleafan mid bodunge. ⁊ mid clænum ðeawum ðam cristenum gebysnian. ⁊ his lif ne sceal beon swilce læwedra manna:· Nis na mare betweox mæssepreoste ⁊ bisceope. buton ꝥ se biscop biþ gesett to hadigenne preostas ⁊ to bisceopgenne cild. ⁊ to halgyenne cyrcan. ⁊ to gymenne Godes gerihta. forþan ðe hit wære to mænigfeald gif ælc mæssepreost swa dyde. ⁊ hy habbaþ ænne had. ðeah se oþer sy wurþor:·

XVIII. Nis nan had gesett on cyrlicum ðeawum buton ðas seofon. swa swa we sædon nu:· Munuc had ⁊ abbud had sindon on oþre wisan. ⁊ ne syndon getealde to ðysum getele. ne eac nunnan had nis na genamod hereto:· Ðas hadas sindon halige to heofenum gebringaþ ðæra preosta sawla ðe hy syferlice healdaþ:·

XIX. Nu gebyraþ mæssepreostum ⁊ eallum Godes ðeowum ꝥ hi healdan heora cyrcan mid halgum ðeowdome. ⁊ ða seofon tid sangas geringon ðær inne. ðe him gesette synd. swa swa se sinoþ hi getihte:· Uhtsang. ⁊ primsang. undersang. ⁊ middægsang nonsang. ⁊ æfensang. ⁊ nihtsang seofoþan:·

XX. And hi sceolon gebiddan geornlice for ðone cyning ⁊ for heora biscop. ⁊ for ða ðe him god doþ. ⁊ for eal cristen folc:·

XXI. He sceal habban eac ða wæpna to ðam gastlicum weorce. ær ðan ðe he beo gehadod. ꝥ sind ða halgan bec. saltere ⁊ pistol boc. godspel boc. ⁊ mæsse boc. sang boc. ⁊ hand boc. gerim ⁊ passionalem. penitentionalem ⁊ ræding boc:· Ðas bec sceall mæssepreost nede habban. ⁊ he ne mæg butan beon. gif he his had on riht healdan wyle. ⁊ ðam folce æfter rihte wisigan ðe him to locaþ. ⁊ beo he æt ðam wær ꝥ hi beon wel gerihte:·

XXII. He sceal habban eac mæssereaf ꝥ he mage arwurþlice Gode sylfum ðenigan. swa hit gedafenlic is. ꝥ his reaf ne beo horig. ne huru to slien. ⁊ his weofod sceatas

tas beon wel hrofene:· Beo his calic eac of clænum antimbre geworht unforrotigendlic. ⁊ eal swa se disc. ⁊ clæne corporale. swa swa to Cristes ðenungum gebyraþ:· Man ne mæg butan geswince swilc ðing forþbringan. ac ða beoþ on ecnysse arwurþe mid Gode. ðe him wel ðeniaþ mid wisdome. ⁊ mid clænnysse:·

ejus bene ſint contexta. Calix ejus etiam ex materia pura putredini non obnoxia ſit factus; ita etiam patina et corporale nitidum, prouti ad ſervitia Chriſti pertinet. Tale quid non ſine reverentia proferri poteſt; ille autem in aeternum honoratur a Deo, qui ei bene in prudentia et caſtitate ſervit.

XXIII. Se mæssepreost sceal secgan on Sunnan dagum ⁊ mæsse dagum ðæs godspelles angyt on Englisc ðam folce. ⁊ be ðam Pater noster. ⁊ be ðam credan eac swa he oftost mage. ðam mannum to onbryrdnysse. þ hi cunnon geleafan. ⁊ heora cristendom gehealdan:· Warnige se lareow wiþ ðat ðe se witega cwæþ. Canes muti non possunt latrare. ða dumban hundas ne magon beorcan. we sceolon beorcan ⁊ bodigan ðam læwedum ðe læs hy for larlyste losian sceoldan:· Crist cwæþ on his godspelle be unsnoterum lareowum. Cæcus si cæco ducatum præstet. ambo in foveam cadunt:· Gif se blinda mann biþ oþres blindan latteow. ðonn befeallaþ hy begen on sumne blindne seaþ:· Blind biþ se lareow gif he ða boc lare ne cann ⁊ beswicþ ða læwedan mid his larleaste. swa warniaþ eow wiþ ðis. swa swa ge ðearfe agon:·

XXIII. Sacerdos diebus Solis et diebus feſtis populo ſenſum evangelii Anglice dicere debet, et per orationem dominicam ac ſymbolum apoſtolicum quam ſaepiſſime poteſt, homines illos incitet, ut credant et chriſtianiſmum colant. Caveat ſibi doctor ab eo quod propheta dicit: "Canes muti non poſſunt latrare". Latrare debemus et praedicare laicis, ne forte ex defectu doctrinae eos perdamus. Chriſtus in evangelio * ſuo dicebat de inſipientibus doctoribus: "Caecus ſi caeco ducatum praeſtat, ambo in foveam cadunt". Caecus eſt doctor, qui literas neſcit, et decipit laicos ignorantia ſua: cavete vobis ab eo, prouti officium veſtrum requirit.

XXIV. Ða halgan fæderas gesetton eac þ men syllon heora teoþunga into Godes cyrcan. ⁊ gange se sacerd to. ⁊ dæle hy on ðreo. ænne dæl to cyric bote. ⁊ oþerne ðearfum. ðone ðriddan ðam Godes ðeowum. ðe ðære cyrcan begymaþ:·

XXIV. Sancti patres etiam conſtituerunt, ut homines tradant decimas ſuas eccleſiae Dei, et ſacerdos veniat ac diſtribuat eas in tres partes; unam ad reparationem eccleſiae, et ſecundam egenis, tertiam autem Dei miniſtris, qui eccleſiae illius curam gerunt.

XXV. Eac hy gesetton. þ mann ne sceole mæssian innan nanum huse buton hit gehalgod sy. buton for micelre neode. oþþe gif man biþ untrum:·

XXV. Illi etiam ſtatuerunt, ut miſſa non celebretur in domo aliqua non conſecrata, niſi propter magnam neceſſitatem, vel ſi homo ſit infirmus.

XXVI. And gif ungefullod cild færlice biþ gebroht to ðam mæssepreoste. þ he hit mot fullian. sona mid ofste. þ hit ne swelte hæþen:·

XXVI. Et ſi non baptizatus infans ſubito apportaretur ad ſacerdotem, baptizet eum ſtatim in feſtinatione, ne moriatur paganus.

XXVII. And þ nan preost ne do his halgan ðenunge wiþ sceattum. ne nanes ðinges. ne bidde æt naþor ne for fulluhte ne for nanre ðenunge. ⁊ he ne beo ðam gelic ðe Crist sylf adræfde mid swipe of ðam temple. forðan ðe hy mangoton manfullice ðær inne:· Ne do nu se Godes ðeowa Godes ðenunge for sceattum. ac to ðy þ he geearnige þ ece wuldor ðurh þ:·

XXVII. Et ut nullus preſbyter ſacrum miniſterium peragat pro pecuniis vel aliqua alia re, nec poſtulet quid pro baptiſmo, vel pro aliquo alio ſervitio; nec ſimilis ſit eis, quos Chriſtus ipſe expulit flagro ex templo, quoniam in eo mercaturam nequiter exercebant. Dei miniſter ergo non faciat Dei miniſterium pro pecuniis, ſed faciat ut per id aeternam gloriam mereatur.

XXVIII. Ne nan preost ne fare for ænigre gitsunge fram mynstre to oþrum. ac æfre ðurh wunige ðær he to gehadod wæs. ða hwile ðe his dagas beoþ:·

XXVIII. Nullus preſbyter proficiſcatur ob aliquod lucrum ab eccleſia [una] ad aliam, ſed ſemper adhaereat ei, ad quam prius ordinatus erat, quamdiu in vivis manſerit.

XXIX. Ne nan preost ðurh dysig ne drince ungemetelice. ne nænne mann ne neadige to mycclum drince. forðan ðe he sceal beon gearo. gif cild biþ to fulligenne. oþþe man to husligenne. þ he hæbbe his gewitt. ⁊ ðeah hit swa ne getimige. ne sceal he beon druncen. forðan ðe ure drihten forbead druncennysse his ðenum:·

XXIX. Nullus preſbyter per ſtultitiam immoderate bibat, nec aliquos provocet ad nimium potum, quoniam paratus eſſe debet, ſi infans baptizandus, vel alicui S. euchariſtia danda eſt, ut intellectum ſuum habeat; et licet hoc non accidat, non ſit tamen ebrius, quoniam Dominus noſter miniſtris ſuis ebrietatem interdixit.

XXX. Ne preost ne beo mangere. ne gitsigende massere. ne he ne forlæte his

XXX. Preſbyter non ſit mercator, nec lucri cupidus negotiator; non deſerat theologiam ſuam,

* Math. xv. 14.

nec deditus ſit mundanis colloquiis, nec geſtet arma, nec lites moveat; non bibat in oenopoliis, prouti ſeculares faciunt, neque juramentum praeſtet, ſed in ſimplicitate ſemper verum dicat, uti Dei miniſtros decet.

godcundnysse. ne ne fo to ƿoruld spræcum. ne he wæpna ne werige. ne he ne syrce sacce. ne he ne drince æt wintunnum swa swa woruld men doþ. ne he aþas ne swerige. ac mid anfealdnysse sprece æfre unleaslice swa swa gebyreþ Godes ðeowa:·

XXXI. Diſcrete etiam poenitentiam peccantibus imponere debet, cuilibet pro ratione meriti, prouti peragere poteſt; debet etiam S. ſynaxin dare infirmis et aegrotis, quamdiu aegrotus S. euchariſtiam deglutire poſſit; et hoc non faciat ſi ſemimortuus ſit, quoniam Chriſtus juſſit, ut edatur S. euchariſtia.

XXXI. He sceal eac mid gesceade ða syngigendan scrifan. ælcne be his mæþe. swa swa he acuman mæge. ⁊ he sceal husligan unhale. ⁊ seoce. ða hwile ðe se seoca mæge ꝥ husel forswelgan. ⁊ he hit ne sceal don gif he samcucu biþ. and forþan ðe Crist het. ꝥ man æte ꝥ husel:·

XXXII. Sacerdos conſecratum oleum habeat, aliud pro infantibus, et aliud pro infirmis, et ungant infirmos ſemper in lecto. Nonnulli aegroti praetendunt non concedere, ut ungantur in ſua infirmitate. Jam vobis dicemus quid apoſtolus Dei, Jacobus, hac de re doceat. Dicebat fidelibus hoc modo: "* Triſtatur aliquis veſtrum, oret aequo animo et pſallat; infirmatur quis in vobis, accerſere faciat ad eccleſiam eorum preſbyteros, et cantent ſuper ipſum, ac orent pro eo, et oleo illum ungant in Domini nomine; et oratio fidelis ſalvabit infirmum, et Dominus illum alleviabit, et ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini invicem peccata veſtra, et pro vobis invicem orate, ut ſalvemini." Ita loquebatur Jacobus apoſtolus de unctione aegrotorum hominum. Aſt infirmus confiteri debet cum interno gemitu ſacerdoti, ſi delictum aliquod nondum compenſatum habeat, antequam ipſum ungat, uti apoſtolus hic antea docuit; nec ullus aliquis ungendus eſt, niſi hoc exoret, et confeſſionem ſuam faciat. Si antea peccator fuerit et negligens, faciat confeſſionem illam, et poenitentiam, et eleemoſynam ante obitum ſuum, et non erit condemnatus ad infernum, ſed pervenit ad Dei miſericordiam.

XXXII. Se preost sceal habban gehalgodne ele on sundran to cildum. ⁊ on sundran to seocum mannum. ⁊ smyrigan ða seocan symble on legere:· Sume seoce men forwandigaþ. ꝥ hy nellaþ geþafian ꝥ hi man smyrige on heora untrumnysse:· Nu wylle we eow secgan hu se Godes apostol Iacob be ðam tæhte. he cwæþ to ðam geleaffullum ðus:· Tristatur aliquis vestrum. oret æquo animo et psallat. gif eower hwilc biþ geunrotsod he hine gebidde mid emnum mode. ⁊ his drihten herige. gif hwa biþ geuntrumod betwux eow. he hate gefeccan him to ðære gelaþunge mæsse preostas. ⁊ hy him ofer singon. ⁊ him fore gebiddon. ⁊ hine smyrigon mid ele on drihtnes naman. ⁊ ðæs geleaffullan gebed gehæld ðone untruman. ⁊ drihten hine aræreþ. ⁊ gyf he on synnum biþ. hy beoþ him forgyfene:· Andettaþ eow betwynan eowre synna. ⁊ gebiddaþ for eow betwynan ꝥ ge beon gehealdene:· Ðus cwæþ Iacob se apostol. be ðære smyrunge seocra manna:· Ac se seoca sceal geandettan mid innewearðre geomrunge ðam sacerde. gyf he ænigne gylt ungebet hæfþ ær he hyne smyrige. swa swa se apostol her beforan tæhte. ⁊ hine ne mot nan man smirigan buton he ðæs bidde ⁊ his andetnysse do:· Gif he ær synful wære. ⁊ gimeleas. he do ðære andetnysse ⁊ geswicennysse. ⁊ ælmessan ær his geendunge. ⁊ he ne biþ fordemed to helle. ac he becymþ to Godes miltsunge:·

XXXIII. Quatuor ſynodi erant pro vera fide adverſus haereticos, qui ſtulte loquebantur de ſacra Trinitate, et ſalvatoris humanitate; prima fuit Nicaeae, prouti antea memoravimus; et ſecunda fuit deinde Conſtantinopoli e centum quinquaginta epiſcopis, ſanctis Dei viris; tertia fuit Epheſi, ubi ducenti epiſcopi erant; et quarta fuit Chalcedonii, ubi multae centuriae epiſcoporum erant; et hi omnes unanimes fuerunt inter ſe in conſtitutione, quae ſtabilita fuit Nicaeae, et reparaverunt quicquid de ea violatum fuit. Hae quatuor ſynodi obſervandae ſunt, prouti quatuor Chriſti libri in eccleſia Chriſti. Multae ſynodi deinde congregabantur, ſed quatuor illae ſunt praecipuae; quoniam extinxerunt haereticas illas doctrinas, quas haeretici invenerunt

XXXIII. Feower sinoþas wæron for ðam soþan geleafan ongean ða gedwolmen ðe dyslice spræcon be ðære halgan ðrynnysse. ⁊ ðæs hælendes menniscnysse:· Se forma wæs on Nicea. swa swa we gefyrn ær sædon. ⁊ se oþer wæs siþþan on Constantinopolim. oþer healf hund biscopa halige Godes men. se ðridda wæs on Effesum. ꝥ wæron twa hund biscopa. ⁊ se feorþa wæs on Calcedonia. ꝥ wæs fela hund biscopa. ⁊ hy ealle wæron anræde him betweonan to ðæra gesætnyssa. ðe man gesette on Nicea. ⁊ hy gebetton gehwæt ðe tobrocen wæs of ðam:· Ða feower sinoþas synd to healdenne. swa swa ða feower Cristes bec on Cristes gelaþunge:· Manega sinoþas wæron siþþan gehæfde. ac ðas feower syndon fyrmeste. swa ðeah forþan ðe hy adwæscton ða dwollican lara. ðe ða gedwolan fundan dwol-

* Jac. v. 13.

lice

lice ongean Godd. ⁊ hi eac gesetton ða cyrclican ðenunga:·

XXXIV. Hu dyrre ge nu forseon heora ealra gesetnyssa. ðonne munecas healdaþ anes mannes gesetnyssa ðæs halgan Benedictus. ⁊ be his dihte libbaþ. ⁊ gif hy hwær hit tobrecaþ hi hit gebetaþ eft be heora abbudes dihte. mid ealre eadmodnysse:· Ge habbaþ eac regol. gif ge hine rædan woldan. on ðam ge magon geseon hu hit geset is be eow:· Ac ge lufiaþ woruld spræca. ⁊ wyllaþ beon gerefan. ⁊ forlætaþ eowre cyrcean. ⁊ ðas gesetnyssa mid ealle:·

XXXV. We wyllaþ swa ðeah seggan ða gesetnyssa eow ðy læs ðe we sylfe losigon forþ mid eow:· Ge ne scylan fægnigan forþfarenra manna ne þ lic gesecan buton eow man laþige ðær to ðonne ge ðær to gelaþode syn. ðon forbeode ge ða hæþenan sangas ðæra læwedra manna ⁊ heora hludan cheachetunga. ne ge sylfe ne eton ne ne drincon ðær þ lic inne liþ. ðe læs ðe ge syndon efenlæce ðæs hæþenscipes ðe hy ðær begaþ:· Ne ge ne sceolon beon wance mid hringgum geglengede. ne eower reafne beo to wanclice gemacod. ne eft to saclice. ac werige gehwa swa his hade gebyrige. þ se preost hæbbe þ þ he to gehadod is. ⁊ he ne werige munuc scrud ne lewedra manna. ðe ma ðe se wer weraþ wifmanna gyrlan:· Crist cwæþ be his ðenum ðe him ðeniaþ geornlice. þ hy sceoldon beon on blysse a mid him ðær ðær he sylf biþ on ðam soþan life. ðam is wuldor ⁊ wurþmynt a to worulde:· Amen:·

haeretice adverſus Deum; et ii etiam conſtituerunt eccleſiaſticum miniſterium.

XXXIV. Quomodo audetis nunc deſpicere omnium illorum conſtitutionem, cum monachi obſervent unius hominis ſancti Benedicti ſtatuta, et ſecundum regulam ipſius vivant; et ſi aliquid violaverint, deinde juxta abbatis ſui regulam emendant cum omni humilitate? Vos etiam habetis regulas, ſi eas legere volueritis, per eas videretis, quid vobis ſtatutum ſit. Sed diligitis mundana colloquia, et vultis eſſe praefecti, et deſeritis eccleſiam veſtram ac conſtitutiones ſimul.

XXXV. Volumus tamen indicare conſtitutiones vobis, ne et ipſi pereamus vobiſcum. Non exultetis ſuper homines mortuos, nec corpus quaeratis, niſi quis vos accuſet, ut hoc ipſo vos excuſetis. Tum prohibete cantus ethnicos laicis, et illorum ſonoras cachinnationes, nec voſipſi edatis aut bibatis ibi, ubi corpus jacet, ne forte aſſimilemini ethniciſmo, quem ibi committunt. Ne ſuperbiatis cum annulorum ſplendore, et veſtimentum veſtrum non ſit nimis ſuperbe factum, nec nimis vile; ſed portet quilibet, prout ordinem ejus decet, ut ſacerdos habeat id, ad quod ordinatus eſt, nec portet monachi aut laici veſtitum; multo minus vir portet mulierum ſtolam. Chriſtus dicebat de miniſtris ſuis, qui ei libenter ſerviunt, quod ſemper in beatitudine cum ipſo futuri ſint, ubi ipſe erit in vera vita; cui ſit gloria et adoratio ſemper in ſecula. Amen.*

* Quis [illegible] Videmus [illegible] loquitur [illegible] duo tantum [illegible] uſque ad an. Dom [illegible] neutri vero [illegible] DCCCCLXXXVIII. [illegible] racenſem in an. Dom. [illegible] ſinum inter [illegible] Mox autem ab exeunte [illegible] (ut e dictis videas [illegible] in Dorceſtrenſi [illegible] tius obtinuerit; certum non omnino eſt [illegible] et circa an. Dom. MLII. collocarem.

Sunt vero qui ſuperiori [illegible] id eſt Scirburnenſi epiſcopo [illegible] alias dicunt abbatem S. Albani, alias Malmeſburiae, alias Abbingdoniae, et demum Cantuariae archiepiſcopum. Sed his male quadrat ſynchroniſmus [illegible] tonienſis, qui hoc non claruit [illegible] Quod ad Aelfricum [illegible] abbatem S. Albani [illegible] aut Abbingdoniae, [illegible] bita perſolvit, ut inquit [illegible] ſermones ſuos catholicos, [illegible] [illegible] Da [illegible] etc. Hoc eſt: [illegible] Aethelredi regis [illegible] meri Titum [illegible] motu; librum iſtum e Latino ſermone [illegible] illud MS. in quo primum exhibebantur ſermones illi catholici, et iſti canones, ſcribi etiam et transferri e Latino in linguam Saxonicam coepiſſe in diebus Aethelredi regis, [illegible] agus, hoc eſt inter an. Dom. DCCCCLXXXIII [illegible] tuariae: floruiſſe etiam ſub eodem tempore deprehendimus Aethelmerum [illegible] in Dorceſtrenſi pago [illegible] in an. MVI.) ad nunc modum [illegible] teſtis ſum. Quas praeterea tulit Aelfricus ille dignitates, [illegible] abbod. i. ſe abbatem nominat. Sed eſto demum, quod hic non epiſcopus, Wulfſinum epiſcopum tanquam fratrem ſalutavit: deſideretur tamen [illegible] Wulfſinus [illegible] ſpectent canones, [illegible] ſed Aelfricum, [illegible] mones vertit, [illegible] Grammaticum. Haec Spelmannus.

Licet Spelmannus [illegible] Cl. [illegible] MSS [illegible] cat, oculatiſſimum tamen [illegible]

Conci-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHANN. XIII. 5.	DUNSTAN. 12.	970.	EDGAR. 14.

Concilium Londinenſe. * Ex Malmeſb. De geſt. reg. l. 2. c. 8. p. 31. b.

GLORIOSAE recordationis Edgarus, Anglorum rex, filius Edmundi regis, cujus ſtudium divinis cultibus potiſſimum invigilabat, ad monaſterium ſanctae Dei genitricis Mariae in Glaſtingabiri frequenter adveniens, et eundem locum clariori prae caeteris dignitate excolere ſummo elaborans ſtudio, plura, admodumque magnifica privilegia contulit communi epiſcoporum, abbatum, primorumque conſilio.

Quorum primum, ut nullus niſi ejuſdem loci monachus, ibidem fungatur abbatis nomine vel officio; nec alius niſi quem ſecundum tenorem regulae concorditer elegerit parilis conventus aſſenſio. Quod ſi alterius loci abbatem, vel monachum eidem loco praefici neceſſitas ingruerit, non alium aſſumi cenſuit, niſi quem congregatio ipſius monaſterii ſecundum timorem Dei ſibi praeeſſe elegerit; tamen ne hoc fiat, obſervato omnimodo, ſiibidem quiſpiam vel extremus congregationis illi officio aptus reperiri potuerit. Monachis ſi quidem electionem ſui abbatis perpetuo manere cenſuit; ſibi vero, ſuiſque haeredibus tribuendi fratri electo paſtoralem baculum poteſtatem retinuit.

Sanxit etiam, ut quoties abbas loci vel monachi aliquos ſuorum ſacris ordinibus inſigniri decernerent, a quocunque praeſulum canonice ordinatum, aut in illius ſede, aut in eodem ſanctae Mariae Glaſtingenſi monaſterio, tam monachos, quam clericos, quos idoneos judicarent, ad titulum ſanctae Mariae ordinari facerent.

Conceſſit etiam, ut ſicut ipſe in propria, ita totius inſulae cauſas in omnibus tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus negotiis, abſque ullius contradictione abbas aut conventus corrigeret. Nec ulli omnino inſulam nativitatis ſuae conſciam, ſive epiſcopus, ſive dux, aut princeps, aut cujuſcunque ordinis alius licitum foret intrare, cauſa quippiam faciendi quod contrarium inibi Deo ſervientibus eſſe poſſit; ſicut et praedeceſſores ſui ſanxerunt, et privilegiis ſuis confirmaverunt: videlicet Cenwines, Ines, Ethelardus, Cuthredus, Elfredus, Edwardus, Ethelſtanus, Edmundus omnino prohibuerunt.

Ubi ergo generali aſſenſu, ut dictum eſt, pontificum, abbatum, optimatumque ſuorum haec privilegia ipſi loco conferre diſpoſuit, lituum proprium ebore decentiſſime formatum, auroque decoratum, ſuper altare ſanctae Dei genitricis poſuit; ipſiuſque donatione eidem ſanctae Dei genitrici, ac ſuis monachis ea perpetualiter poſſidenda attribuit. Eundemque lituum mox in ſui praeſentia fecit ſecari in medium, ne eum cuiquam dare vel vendere poſſet quilibet abbatum ſequentium; praecipiens partem illius ſervari in loca ad jam dictae donationis teſtimonium. Recogitans vero quam multa temeritas humanae

rum hic ſucceſſioni affuderunt Flor. Wigorn. et Matth. Florilegus, cum Alfredum noſtri hujus Wulſſini anteceſſorem alter anno DCCCCXLI. alter DCCCCXL. obiiſſe ſcribat. Anno enim DCCCCXLVIII. (hujus libri p. 217.) regis Edredi chartae ſubſcribit Alfredus Schireburn. epiſcopus. Neque minus fallitur idem Florilegus cum anno DCCCCLVIII. Alſſium Dorſet. epiſcopum obiiſſe narrat; Wulſſinum noſtrum eo nomine intelligens, de cujus ſucceſſore etiam addit: Anno DCCCCLXXVIII. Alfwoldus Dorſetenſium epiſcopus obiit, et in Scyreburna ſepultus eſt. Quum tamen de Wulſſino ſcriptum reliquerit in Schireburnenſium epiſcoporum catalogo Guilielmus Malmesburius: "Hunc Dunſtanus archiepiſcopus, cum eſſet epiſcopus Londoniae, abbatem apud Weſtmonaſterium fecerat. Ita commiſſum officium ſancte et prudenter adminiſtranti honos epiſcopalis apud Schireburniam impactus." Anno vero DCCCCLVIII. (quo Alſſium ſive Wulſſinum mortuum fingit Florentius) Londinenſis eccleſiae epiſcopatum Dunſtano commiſſum, indeque ad ſedem Cantuarienſem ſequente anno tranſlatum illum fuiſſe, ipſe quoque agnoſcit Florentius Wigorn. ad ann. ſecund. Dionyſ. DCCCCLVII. et DCCCLIX. eodemque anno Matthaeus Florilegus Vulſium ſive Wulſſinum (quem anno DCCCCXL. vita functum fuiſſe dixerat) Weſtmonaſterienſis coenobii a Dunſtano Londinenſi tum epiſcopo conſtitutum fuiſſe abbatem confirmat.

Neque neceſſe eſt, ut Wulſſino συγχρόνῳ aliquem Aelfricum epiſcopum quaeramus, ob illam epiſtolae canonibus hiſce praefixae ἐπιγραφὴν: Aelfricus humilis frater venerabili epiſcopo Wulſſino ſalutem in Domino. Neque enim Wulſſinum fratrem hic appellat, ſed ſeipſum humilem fratrem, id eſt, humilem monachum nominat; non auſus (ut ſtatim ſubjicit) aliquid ſcribere de epiſcopali gradu, ſed de inferiorum tantum ordinum officiis, acſi preſbyterum non admodum deceret canones aliquos epiſcopo praeſtituere. Nihil igitur obſtat, quominus canones iſtos circa annum Domini DCCCCLXX. ab Aelfrico perſcriptos exiſtimemus; quando Wulſſinus (ut in libro 2. de geſtis pontif. refert Malmeſburius) confeſtim in ſede epiſcopali monachos, clericis ejectis, inſtituit, ne in tanta contemporaneorum epiſcoporum ſedulitate dormitare videretur; cui conjugatorum clericorum ejectioni praevii fuerunt priores iſti Aelfrici canones.

In anno illo DCCCCLXX. completi ſunt poſt regis Aethelſtani mortem anni 30. Porro Aelfricum poſt regis Aethelſtani mortem plus annis 30. conſtat abbatem Malmeſburiae factum fuiſſe, ut habet in vita Aldhelmi, ejuſdem monachus coenobii Guilielmus, de quo etiam in Croylandenſis monaſterii hiſtoria, Ingulphus: "Hoc eodem tempore, rex Edgarus clericis ejectis e monaſterio Maldemeſbiriae, quos Edwinus frater ſuus monachis expulſis nequiter intruſerat, monachos revocavit; praeficiens eis in abbatem Alfricum, virum in eccleſiaſticis officiis tunc celeberrimum; donans ei chartam ſuam in hunc modum." Deinde integram Edgari chartam anno DCCCCLXXIV. datam recitat; in qua de Aelfrico honorificam hanc rex facit mentionem. "Quorum unum nomine Alfricum, virum in omnibus eccleſiaſticis experientiſſimum officiis, famoſiſſimi conſtitui coenobii, quod Angli bifario vocant onomate Maldelmeſburgh." Vide quae Guil. Malmeſb. in libro de vita Aldhelmi memorat. Haec doctiſſimus USSERIUS.

* Concilium Londini habitum ſub Edgaro rege anno regni ſui XII. hoc eſt Dom. noſtri DCCCCLXX. praeſentibus, pacifico rege ipſo Edgaro. Alfgina regis matre. Edwardo clitone, id eſt, regni ſucceſſore. Kmedio rege Albaniae ſive Scotiae. Maſcuſuo archipirata ſeu marium praefecto. Dunſtano archiepiſcopo Doroberniae. Oſwaldo archiep. Eboracenſi. Caeteriſque epiſcopis, et omnibus regni primatibus, ut in calce liquet concilii. In quo, celeberrima privilegia ab Edgaro rege Glaſtonienſi coenobio conceſſa confirmantur, reſervata autem regi et haeredibus ſuis, conferendi baculum paſtoralem fratri electo, poteſtate.

levitatis, quibuſque ſolet ſubrepere, verenſque, ne forte quis inpoſterum vel haec privilegia loco illi auferre, vel monachos inde molitetur ejicere: inclyto domino Johanni papae, qui Octaviano in regiminis honore ſucceſſerat, direxit idem chirographum regiae liberalitatis, orans, ut et ipſe haec roboraret ſcripto apoſtolicae auctoritatis. Qui benigne directam ſuſcipiens legationem, concordi aſſenſu Romani concilii ſancita ab iis firmavit, ſcribendo apoſtolicae auctoritatis praeceptionem; terribiliter intorquens in violatores, ſi qui forte emerſerint, perpetui anathematis ultionem. Igitur domini praedicti apoſtolici eidem loco directum teſtamentum venuſtae recordationis rex Edgarus ſuper aram beatiſſimae Dei genitricis Mariae ibidem ad perpetuale poſuit monumentum, jubens diligenter aſſervari inpoſterum ad notitiam quorumque ſequentium.

Ea etiam utraque ne videamur talia commentari, his gratum habuimus [illegible], qui non ut paſtores per [illegible]; ſed ut fures et latrones in idem ovile ſanctae Mariae aliunde quaerunt irrumpere.

Johannis XII. *papae Glaſtonienſi coenobio conceſſum privilegium.* † Ex Will. Malmeſb. l. 2. De geſt. reg. Angl. c. 8.

NOVERIT cunctorum notitia fidelium quod ego Johannes xii. conditoris clementia ſanctae Romanae ſedis exiſtens indignus papa, glorioſi Anglorum regis Edgari, necnon et ſanctae Dorovernenſis eccleſiae archipraeſulis, Dunſtani ſummiſſo pulſatus rogatu, pro monaſterio ſanctae Mariae, videlicet “Glaſtingeberi” quod ipſi acti amore ſuperni regis, in multis et magnis poſſeſſionibus ditaverant, monachorum inibi multiplicantes normam, praeceptoque regali firmaverant, quod et ipſe facere non differam. Quorum aſſentiens benignae petitioni in ſinu Romanae eccleſiae et beatorum apoſtolorum protectione eundem locum ſuſcipio et privilegiis aſtruo et corroboro; quo fine tenus in eo, quo nunc pollet, permaneat monachali ordine. Ipſi quoque monachi de ſuis ſibi adhibeant paſtorem. Ordinatio vero tam monachorum, quam clericorum in arbitrio abbatis et conventus ſit. Decernimus etiam ut nulli omnino hominum eandem inſulam cauſa placitandi, vel aliquid aliud perſcrutandi, aut corrigendi intrare liceat. Si quis autem id molitus fuerit contraire, aut poſſeſſiones ejuſdem eccleſiae auferre, retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ex auctoritate Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ſanctaeque Dei genitricis Mariae, ac ſanctorum apoſtolorum Petri et Pauli, omniumque ſanctorem perpetuae ſit addictus maledictioni, niſi reſipuerit. Omnibus vero eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen: noſtraque ſtipulatio inconvulſa permaneat.

Johannis XII. *papae ad Aelfricum ducem de Glaſtonienſis coenobii [illegible] conſervandis epiſtola.*

JOHANNES epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Aelfrico inclyto duci amantiſſimo filio noſtro ſpirituali, ſalutem continuam, et apoſtolicam benedictionem. Relatione quorundam fidelium comperimus, te plurima agere mala in eccleſia ſanctae Dei genitricis Mariae, quae vocatur Glaſtingebury † [quae totius Britanniae prima, et ab antiquis temporibus ad proprietatem et tutelam Romani pontificis pertinere dignoſcitur] et praedia ac villas [ſcilicet et eccleſias de Brente, de Pulton, quas Ina rege dante operam cum aliis eccleſiis, quas adhuc juſte et canonice poſſidet, ſcilicet Soweieſtret, Mercling, Budecal, Seapwic] ab ejus jure tua avida cupiditate diripuiſſe, et propter quod eidem loco propinqua inhaeres habitatione, illi ſemper nocivus eſſe. Opportunum autem extiterat, ut tuo ſuffragio ſancta Dei eccleſia, cui propinquus habitando effectus es, perplurimum accreſceret, et copia tui adjutorii proprietatibus ditaretur. Sed (quod nefas eſt) tuo decreſcit impedimento, tuaque humiliatur oppreſſione. Et quia, licet indigni, [illegible] apoſtolo omnium eccleſiarum curam, omniumque fidelium ſuſcepiſſe ſolicitudinem; ideo tuam ammonemus dilectionem, ut pro amore apoſtolorum Petri et Pauli noſtraque veneratione, ab ipſius loci ceſſes direptione, nil de ejus proprietatibus, [eccleſiis, capellis] villis, et poſſeſſionibus invadens. Quod ſi haec non feceris, ſcias te vice apoſtolorum principis noſtra auctoritate excommunicatum, et a coetu fidelium remotum, perpetuoque anathemati ſubmiſſum, et aeterno igni cum Juda traditore perenniter mancipatum.

* Privilegio hunc papale ſequentem [illegible] anno regni ſui ſacro tempo Londoniae [illegible] papa Romae in generali ſynodo auctorizaret [illegible] roborare imperavit.” Ita Gulielmus Malmeſburienſis lib. 2. De geſtis reg. [illegible] annus eſt reponendus pro xii et [illegible] Johannes hic in regiminis honore ſucceſſiſſe [illegible] ſimilius) annus Domini DCCCCLXX. pro DCCCCLXV. eſt ſubſtituendus. Cur enim ad annum DCCCCLXXI. Baronius retulerit, rationem nullam video. H. I.

† Huſce ſignis [ ] incluſa ab antiquiſſimo Cottonianae bibliothecae exemplari abſunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOAN. XIII. 6.	DUNSTAN. 13.	971.	EDGAR 15.

Charta Edgari regis monaſterio Glaſtonienſi conceſſa. † Ex. MS. Cod. Spelm. et ex Guil. Malmeſbur. de antiquit. Glaſton. eccleſiae p. 320. ſeqq.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quamvis decreta pontificum et verba ſacerdotum velut fundamenta montium inconvulſis ligaminibus fixa ſint, tamen plerumque tempeſtatibus et turbinibus ſecularium rerum religio ſanctae eccleſiae maculis reproborum diſſipatur ac rumpitur; idcirco profuturum ſuccedentibus poſteris eſſe decrevimus, ut ea quae, ſalubri conſilio et communi aſſenſu diffiniuntur, noſtris literis roborata firmentur. Quapropter dignum videtur ut eccleſia beatiſſimae Dei genitricis ſemperque virginis Mariae Glaſtoniae, ſicut ex antiquo principalem in regno meo obtinet dignitatem; ita ſpeciali quadam et ſingulari privilegii libertate per nos honoretur.

Hoc itaque Dunſtano Dorobernenſi atque Oſwaldo Eboracenſi archiepiſcopo adhortantibus, conſentiente etiam et annuente Brithelmo Fontanenſi* epiſcopo, caeteriſque epiſcopis, et abbatibus, et primatibus, ego Edgar, divina diſpoſitione rex Anglorum caterarumque gentium in circuitu perſiſtentium gubernator et rector, in nomine almae Trinitatis pro anima patris mei, qui ibi requieſcit, et anteceſſorum meorum praeſenti privilegio decerno, ſtatuo, confirmo, ut praedictum monaſterium omniſque poſſeſſio ejus ab omni tributo fiſcalium negotiorum nunc et in perpetuum libera et quieta permaneant, et habeant Socam et Sacam, on Stronde et on Streame et on Woald et on Fielde, on Grithbrice, on Burgbrice Hundred Setena, Adas et Ordelas, Calle hordas, Bufan Corderam, et Beneoderam, Infangenetheof, et Outfangenetheof, Flemone, Ferdere, Hamſocne, Friderbrice, Foreſtall, Toll et Teame, ita libere et quiete, ſicut ego habeo in toto regno meo, eandem quoque libertatem et poteſtatem, quam ego in curia mea habeo tam in dimittendo, quam in puniendo, et in quibuſlibet omnino negotiis abbas et monachi praefati monaſterii in ſua curia habeant. Si autem abbas vel quilibet monachus loci illius latronem, qui ad ſuſpendium vel quodlibet mortis periculum ducitur, in itinere obvium habuerit; poteſtatem habeat eripiendi eum ab imminenti periculo in toto regno meo.

Confirmo etiam et corroboro, ut quod hactenus ab omnibus noſtris anteceſſoribus diligenter obſervatum eſt, Fontanenſis epiſcopus vel ejus miniſtri ſuper hoc monaſterium, vel ſuper parochiales ejuſdem eccleſias, videlicet Streete, Mirielinge, Budeclea, Schapwicke, Sowi, aut ſuper earum capellas nec etiam ſuper eas quae in inſulis continentur, ſcilicet Bekeria, quae parva Hibernia dicitur, Godeneia, Marteneſeia, Ferramere, Padenebergia et Adredeſeia nullam poteſtatem omnino habeant, niſi tantum cum ab abbate cauſa dedicandi vel ordinandi advocati fuerint, nec eorum preſbyteros ad ſynodum ſuam, vel capitulum, vel ad quodlibet placitum convocent, nec ab officio divino ſuſpendant et omnino nullum jus in eos exercere praeſumant. Monachos ſuos et praedictarum eccleſiarum clericos ſecundum antiquam eccleſiae Glaſtoniae conſuetudinem et apoſtolicam auctoritatem archipraeſulis Dunſtani, et omnium epiſcoporum regni mei aſſenſu, abbas a quocunque conprovinciali epiſcopo voluerit, ordinari faciat; dedicationes vero eccleſiarum ſi ab abbate rogatus fuerit, Fontanenſi epiſcopo permittimus. In Paſcha quoque chriſma ſanctificationis, et oleum a Fontanenſi epiſcopo ex more accipiat, et praefatas eccleſias ſuas diſtribuat.

Hoc ſuper omnia Dei interdictione, et noſtra auctoritate (ſalva tamen ſanctae Romanae eccleſiae et Dorobernenſis dignitate) prohibeo, ne perſona cujuſcunque poteſtatis, ſive rex, ſive epiſcopus, ſive dux, aut princeps, vel quilibet miniſtrorum eorum Glaſtoniae terminos vel ſupradictarum parochiarum perſcrutandi, rapiendi, placitandi gratia, vel quicquam aliud faciendi, quod contrarium poſſit eſſe ibidem Deo ſervientibus, intrare praeſumant: abbati tantummodo et conventui poteſtas ſit tam in notis cauſis, quam in ignotis, in modicis et in magnis, et in omnibus omnino negotiis, ſicut ſupra memoravimus. Quiſquis autem hujus privilegii mei dignitatem qualicunque occaſione, cujuſcunque dignitatis, cujuſcunque ordinis, cujuſcunque profeſſionis, pervertere vel in irritum deducere ſacrilega praeſumptione a modo tentaverit, ſciat ſe proculdubio ante diſtrictum judicem titubantem tremebundumque rationem redditurum; niſi prius digna ſatisfactione emendare ſtuduerit.

Acta eſt haec privilegii pagina et confirmata apud Londoniam, communi conſilio omnium primatum meorum anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo primo, indictione quartadecima. Hujus doni conſtipulatores fuerunt, quorum nomina inferius caraxari videntur.

Ego Edgar rex totius Britanniae praefatam libertatem cum ſigillo ſanctae crucis confirmavi.

Ego Ailfgiva ejuſdem regis mater cum gaudio conſenſi.

Ego Edward clito patris mei donum cum triumpho ſanctae crucis impreſſi.

Ego Kinadius rex Albaniae acquievi.

Ego Macuſius archipirata confortavi.

Item ego Dunſtanus Dorobernenſis eccleſiae archiepiſc. cum trophaeo ſanctae crucis et cum ſuffraganeis praeſulibus regis donum corroboravi.*

Ego Oſwalde Eboracenſis eccleſiae primas conſentiens ſubſcripſi.

Ego Ethelwolde Wintonienſis eccleſiae miniſter et Glaſton. monachus ſignum ſanctae crucis impreſſi.

† Wellenſi forte. * Ab hoc loco ad finem chartae Malmeſburienſis a Spelmanni cod. MS. Glaſtonienſi paululum differt.

Ego

Ego B[illegible]ithelm Fontanenſis epiſcopus conſentiens corroboravi.

Ego Ellſtan epiſcopus confirmavi.

Ego Oſwolde epiſcopus adquievi.

Ego Elfwolde epiſcopus conceſſi.

Ego Winſige epiſcopus cum ſigno ſanctae crucis concluſi.

Ego Segegar abbas vexillum ſanctae crucis impreſſi.

Ego Eſcwi abbas confirmavi.

Ego Ordgar abbas corroboravi.

Ego Ethelgar abbas conceſſi.

Ego Kinworde abbas conſenſi.

Ego Fideman abbas conſolidavi.

Ego Elpheh abbas ſubſcripſi.

Ego Adulf Herefordenſis eccleſiae cataſcopus corroboravi.

Ego Ellphere dux dominae meae ſanctae Mariae Glaſtonienſis eccleſiae libertatem omni devotione cum ſigillo ſanctae crucis confirmavi.

Ego Oſlac dux conſenſi.

Ego Ethelwine dux hoc donum triumphale hagiae crucis propriae manus depictione impreſſi.

Ego Oſwolde miniſter confirmavi.

Ego Elfwurde miniſter corroboravi.

Ego Ethelſie miniſter conſenſi.

Bgo Ellfkie miniſter conſenſi.

Hanc privilegii paginam rex Edgarus duodecimo anno regni ſui ſacro ſcripto apud Londoniam communi conſilio optimatum ſuorum confirmavit. Eodemque anno Johannes papa octavus hanc ipſam paginam Romae in generali ſynodo auctoriſavit cunctoſque potioris dignitatis viros, qui praefuerunt eidem conſilio, confirmare fecit: ad inſtantiam praedicti regis Edgari, et beati Dunſtani, ac aliorum nobilium praeſcriptorum. *

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	[illegible]	Reg. Saxon.
BENEDICT. VI. I.	D[illegible]	[illegible]	[illegible]

Concilium Bathonenſe. In quo Edgarus in regem conſecratus eſt. Ex chron. Saxon. in anno.

HER Eadgar paſ Engla palbend copſne micelſne to cynge gehalgod on

Hoc anno fuit Eadgarus Anglorum gubernator cum magno honore in regem conſecra-

* Cenſeo hoc concilium ad praecedens [illegible] pertinere, [illegible] Londinenſe [illegible] Non [illegible] contingere tamen [illegible], quod [illegible]

Mira autem hic in chartae [illegible] Chartae exemplaria adeo ſunt diverſa, ut [illegible] et pene [illegible] dicantur ambae Londoniae [illegible] Edgari regis [illegible] DCCCCLXV. qui revera quadrat anno Edgari regis ſeptimo, [illegible] legitur exemplari. [illegible] Edgari regis [illegible] DCCCC[illegible] rentia: Eodem anno (puta Edgari regis xii.) Johannes papa Romae in generali concilio hoc Edgari privilegium, auctorizavit: referunt enim Binius et Baronius concilium iſtud Johannis papae ad annum Domini DCCCCLXXI.

Occurrit etiam de Johanne papa iſto dubitatio: quiſnam ille et quotus fuit? Exemplar Glaſtonburienſe hunc octavum vocat: Malmeſburienſis [illegible] hannes octavus [illegible] toto paparum catalogo, non perſpicue reperitur quiſpiam Octaviani nominis. Res autem ſic ſe habet. Johannes iſte Edgari regis coaequalis, Johannes erat XIII. quem Platina refert Octavianum primo appellari, et hoc deceptus Malmeſburienſis unum eundemque papam e duobus ſuis nominibus, duos fuiſſe papas arbitratus eſt. Glaſtonienſis vero octavum legens pro Octaviano, Johannem iſtum XIII. octavum nuncupat.

Romani hujus concilii ſub Johanne XIII [illegible] DCCCCLXXI [illegible] diſſentiunt inquientes: "Edgarus rex Anglorum et Dunſtanus Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopus Glaſtingebiri monaſterium quoddam in honorem Dei et B. virginis erexerant, etc." ſi erexerant pro fundaverant poſuerant. Certiſſimum enim eſt, tum ex ipſo Malmesburienſi, tum ex unanimi auctorum noſtrorum teſtimonio, hoc totius Angliae vetuſtiſſimum fuiſſe ut et ſupra liquet in apparatu. Haec SPELM.

[a] Jo. ille qui Baronio dicitur xiii. cuique concilium tribuitur anno DCCCCLXXI Platinae eſt XIV. nam ex Narnienſi epiſcopo factus eſt papa: hic autem non fuit ante electionem dictus Octavianus, verum Johannes, qui Platinae xiii. et Baronio xii. is ante dicebatur Octavianus, et notatur primus nomen mutaſſe. Inter utrumque Johannem interfuerunt Benedict. v. et Leo viii. qui et exiguo tempore ſederunt, et per ſchiſma fuerunt introducti, ita ut non ab omnibus in numero pontificum fuerint habiti: ita ut Malmeſbur. facile excuſari poſſit, quod dicat Jo. hunc Octaviano ſucceſſiſſe. Baronius autem non dicit Edgarum, etc. monaſterium erexiſſe, ſed ad ſynodum fuiſſe miſſam legationem ab Edgaro Anglorum rege, etc. ut ab Jo. pontifice confirmentur privilegia conceſſa ab eodem rege monaſterio S. Mariae Glaſtingeberi. Binii iſte error eſt, qui jure a D. Spelmanno redarguitur. Sed haud infrequentes ſunt in Binio ejuſmodi errores, quum a textu Baronii recedit, ne ex illo ſolum ſapere videretur.

[b] Super haec verba clar. Spelmanni *perperam ambo*, doctiſſimus Uſſerius in MS. notis ad h. l. hunc in modum Spelmanum alloquitur. So [illegible] duobus ſuis nominibus duos fuiſſe papas arbitratus eſt. [illegible] came from the miſapplication of the numbers in Platina, whoſe Octavianus or Johannes xiii. is no other than he, whom others do ſtyle the xii. and was in his grave, when this councell was held. And therefore after the words Octaviani ſucceſſorem, that which followeth in this ſection would [illegible] concilium anno LXXXIX. Johannes viii. et circa annum DCCCCLXV. ante hanc habitam ſynodum ſexennio, Octavianus ſive Johannes xii. (Platinae, admiſſa in numerum Johanna papiſſa, xiii. dictus) proximo Johanne in illius locum ſubſtituto (ut qui tum vixit, Frodoardus in chronico ſuo indicat) vitam cum morte commutavit. Ut verum omnino ſit, quod ex Glaſtonienſium antiqua ſchedula Guil. Malmeſburienſis hic retulit, non alii hanc bullam tribuendam quam Johanni papae, qui Octaviano in regiminis honore ſucceſſerat, Johanni nimirum xiii. (qui Platinae xiv. eſt) ideoque apud eundem auctorem in lib. 2. De geſtis regum xiii. pro xii. et in libro de Glaſtonienſis eccleſiae antiquitate, ut ex ipſo, qui ſubjicitur, bullae contextu manifeſtum eſt, pro viii [illegible] loweth in this ſection. H. I.

tus

tus in veteri civitate Acemanneſceaſter (dicta) incolae vero alio vocabulo Bathoniam appellant. Ibi fuit gaudium magnum omnibus exortum in fauſto illo die, quem vulgus nominat appellatque Pentecoſtes diem. Ibi convenerat ſacerdotum coetus, ingens monachorum turba, ſapientumque concilium.

ðære ealdan byrig Acemanneſceaſtre. ac hie buend oþre worde beornas Baþon nemnaþ. ðær wæs blyſſ micel. on ðam eadegan dæge eallum geworden ðone niþa bearn nemnaþ. ⁊ cygaþ Pentecoſtenes dæg. Ðær wæs preoſta heap micel muneca ðreat mine gefræge gleawra gegadrod:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
BONIFAC. VII. I.	DUNSTAN. 16.	974.	EDWARD. MARTYR. 2.

Charta Edgari regis Malmesburienſi coenobio confecta, in qua ſe indicat clericos ſeculares ejeciſſe, monachoſque vitae regularis induxiſſe. Ex Ingulph. hiſt. Croyl. Vide etiam Malm. De geſtis regum l. 2. c. 8.

EGO Edgarus, totius Albionis baſileus, necnon maritimorum ſeu inſulanorum regum circum habitantium, adeo ut nullus progenitorum meorum, ſubjectione, largiflua Dei gratia ſuppetente, ſublimatus; quid imperii mei potiſſimum Regi regum dono darem, tanti memor honoris, ſolertius ſaepe tractavi. Piae igitur fautrix devotionis pervigili meae ſtudioſitati ſuperna ſubito inſinuavit pietas; quaeque in regno meo ſancta reſtaurare monaſteria, quae velut muſcivis ſcindulis carioſiſque tabulis tigno tenus viſibiliter diruta; ſic (quod majus eſt) intus a ſervitio Dei ferme vacua fuerant et neglecta. Idiotis nempe clericis ejectis nulli regularis religionis diſciplinae ſubjectis; plurimis in locis ſanctioris feriei, ſcilicet monachici habitus praefeci paſtores, ad ruinoſa quaeque templorum redintegranda, opulentos eis fiſcalium munerum exhibens ſumptus. Quorum unum nomine Aelfricum, virum in omnibus eccleſiaſticis experientiſſimum officiis, famoſiſſimi conſtitui cuſtodem coenobii, quod Angli bifario vocitant onomate Maldelmeſburh. Cui pro commoditate animae meae, ob ſalvatoris noſtri ejuſque matris ſemper virginis Mariae, necnon apoſtolorum Petri et Pauli, Aldelmique almi praeſulis honorem, particulam terrae N. cum pratis et ſylvis munifica liberalitate reſtitui. Haec a praedictis accommodata clericis a contentioſo injuſte poſſeſſae ſt Edolnoto; ſed ſuperſtitioſa illius conflictatione, ſubtilique diſceptatione a ſapientibus meis audita, et fluctuatione ſua mendoſa ab eiſdem me praeſente, convicta, monaſteriali a me reddita eſt uſui; anno dominicae incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo quarto, regni vero mei xiv. regiae conſecrationis primo*.

✠ Ego Edgarus totius Albionis finitimorumque regum baſileus cum ſigno ſanctae crucis iſtud chirographum confirmavi.

✠ Ego Dunſtanus Dorobern. archiepiſc. iſtud donum regium hagiae crucis trophaeo corroboravi.

✠ Ego Oſwaldus Eboracenſis archiepiſcop. ſubſcripſi.

✠ Ego Aethelwoldus epiſcop. Wontonienſis conſignavi.

✠ Ego Lefwinus Docaceſtrenſis epiſc. conſenſi.

✠ Ego Alſtanus epiſc. Londonienſis iſtud annui.

✠ Ego Turſtetulus abbas Croylandiae ſubnotavi.

✠ Ego Aethelgarus abbas novi monaſterii Wintoniae approbavi.

✠ Ego Aedulphus abbas Burgenſis collaudavi.

✠ Ego Aelferus dux affui.
✠ Ego Athelwinus dux aſtiti.
✠ Ego Brithnodus dux aſpexi.
Et alii.

* Peccatur hic (ut de more) in conſignandis. Annus enim Domini DCCCCLXXIV. non reſpondet anno regni Edgari xiv. ſed anno ejus xvi. (hoc eſt, ultimo) et e contra, annos ejus xiv. reſpondet an. Dom. DCCCCLXXII. Quaeritur autem, qui dicatur annus aliquis e noviſſimis Edgari regis (annos xvi. imperantis) conſecrationis ſuae primus? Fateor me non explicare, ni in injungendo ei ſeptennalem poenitentiam (de qua ſupra) Dunſtanus etiam ejus conſecrationem (ut coronae regiae per ſeptennium geſtationem) eo uſque denegaret: ſic autem Ranulphus Ceſtrenſis in an. Dom. DCCCCLX. Edgarus juvenis xvi. annorum in regem levatus eſt, et xvi. annos poſt fratrem ſuum pene regnavit: in quorum xii. anno apud urbem Acamanni. i. Bathon. idus Maii, die Pentecoſtes a BB. Dunſtano et Oſwaldo praeſulibus in regem conſecratus eſt: ut alius habet codex MS. inungitur rex et conſecratur. Haec Spelm. Doctiſſimus Uſſerius in MSS. notis ad h. l. ſequentia addit: „Verum multo quam apud Ranulphum accuratius tempus Edgari a Florentio Wigornenſi, et eum ſecuto Rogero Hovedeno', ita habetur conſignatum. Anno DCCCCLIX. regis Weſtſaxonum Edwii defuncti "regnum ſuus germanus rex Mercenſium Aedgarus ab omni Anglorum populo electus (anno aetatis ſuae xvi. adventus vero Anglorum in Britanniam DX. trecenteſimo autem ſexageſimo tertio, ex quo S. Auguſtinus et ſocii ejus in Angliam venerunt) ſuſcepit, diviſaque regna in unum copulavit." Et poſt ann. DCCCCLXXIII. "Rex Anglorum pacificus Aedgarus aetatis ſuae xxx. anno, indictione I. quinto idus Maii, die Pentecoſtes, a beatis praeſulibus Dunſtano et Oſwaldo, et a caeteris totius Angliae antiſtitibus in civitate Acamanni benedicitur et cum maximo honore et gloria conſecratur, et in regem ungitur," quae lucem dant aliquam tenebricoſis illis Fabii Aethelwerdi verſiculis (Chronic. lib. 4. c. 9.)

Fungitur interea regno poſt anax (a) in arce
(b) Kimannis caſtrum a priſcis jam nomine dicta
Nec Bathun ab aliis non pro ferventibus undis
(c) Coſtis pentidies fuerat; quam quondam honore
(d) Bradiſonus Domino Moyſes ſacravit amore,
Advenit et populus pariter ſine nomine turmae,
Quin etiam ferro ſincipite raſi (e) corona

(a) Anax rex.
(b) Akiman Cheſter.
(c) Pentecoſte.
(d) Βραδύφωνος, h. e. ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος. Exod. 4. 10.
(e) raſi clerici.

Porro a nativitate Domini ſalvatoris tranſactus eſt tunc annorum numerus nongenteſimus et ſupra ſeptuageſimus adhaerenſque ternus: inquit, cum reliquis hic conſentiens Aethelwerdus.

Concilium

Concilium Wintonienſe ſub S. Dunſtano Cantuariae archiep. ‡ Ex Osberno apud Surium, et Malmsb. De geſtis reg. l. 2. c. 9. et Florent. Wigorn in ann.

Placeat in hoc concilio enarrando ab eiſdem exordiri, quae de hoc concilio prodidit Binins e Baronio.

"Dum Angliae cleri (inquit) non ſatis probatae vitae opera principum et optimatum, abbates, eorumque monachos optime viventes, e monaſteriis ab Ethelwaldo Wintonienſi epiſcopo, aliiſque regibus, et viris pie fundatis ejeciſſent, eorumque bona invaſiſſent, delatum eſt negotium ad Dunſtanum Cantuarienſem epiſcopum, qui ſynodum apud Wintoniam congregavit, in qua circa medium utriuſque partis diſputantis conflictum (inquit Matthaeus Weſtmonaſt.) imago dominica, quae altercantibus aſtabat in eccleſia, expreſſe locuta ita allegatur: "Non fiet, non fiet, judicaſtis bene, male mutaretis." Quare (inquit idem Matthaeus) clerici, omneſque eorum fautores elingues redditi, nullam deinceps monachis controverſiam moverunt. Vide Baronium anno DCCCCLXXV. num. 12. Iſta Binius."

Habetur in hanc ſententiam vetuſtioris auctoritatis ſcriptor Willielmus Malmeſburius, geſt. reg. lib. 2. c. 9. qui rem ſic memorat: "Defuncto Eadgaro, clerici quondam ab eccleſiis expulſi rediviva praelia ſuſcitarunt, dicentes, ingens eſſe et miſerabile dedecus, ut novus advena veteres colonos migrare compelleret; hoc nec Deo gratum putari, qui veterem habitationem conceſſiſſet, nec alicui probo homini, qui ſibi idem timere poſſet, quod aliis praejudicio accidiſſe cerneret. Ea de re in clamores et iras ſurrectum, et ad Dunſtanum perrectum eſt, praecipue proceribus, ut laicorum eſt, ſucclamantibus praejudicium, quod clerici paſſi fuerant injuſte, leniori conſilio ſuccidi debere. Nam et unus eorum Elferius omnia pene monaſteria, quae reverendiſſimus Aethelwoldus monachus, et Wentanus epiſcopus conſtruxerat in provincia Merciorum, magna uſus inſolentia, evertit. Itaque frequenti ſynodo coacta primum Wintoniam ventum. Quis ibi fuerit finis certaminis, aliae literae docent, dominicam imaginem expreſſe locutam, clericos eorumque fautores confudiſſe; ſed adhuc non ſedatis animis, Calnae concilium indictum, ubi, etc." ut legeris in Calnenſi concilio hic inferius habito, an. Chr. DCCCCLXXVIII.

Haec itemque Jornalenſis, et praeterea quidpiam. "Congregata (inquit) ſuper hoc celebri concilio apud Winton. imago crucifixi voce humana in veteri monaſterio Winton. coram omnibus viam Dunſtani aſſeruit eſſe veram, ſic dicens: "Abſit hoc ut fiat, abſit hoc ut fiat; judicaſtis bene, mutaretis non bene." In cujus rei memoriam in capite refectorii ejuſdem monaſterii ſuper caput crucifixi ſic ſcribitur:

Humano more crux praeſens edidit ore,
Caelitus effata, quae proſpicis hic ſubarata"

Hujus litis et ipſius ſynodi, ante Malmeſburium, meminit Edgari ſeculi vicinus Florentius Wigornenſis (in an. Dom. DCCCCLXXV.) non miraculi: "Cujus (inquit, ſcil. Eadgari) deceſſu totius regni ſtatus eſt perturbatus, et poſt tempus laetitiae, quod illius tempore ſtabat pacifice, coepit tribulatio undique advenire. Nam princeps Merciorum Alferus, quem plureſque regni primates, magnis obcaecati muneribus, abbates cum monachis de monaſteriis, in quibus rex pacificus Eadgarus eos locaverat, expulerunt, et clericos cum uxoribus ſuis introduxerunt. Sed huic veſaniae viri timorati, dux orientalium Anglorum Athelwinus Dei amicus, et ſuus germanus Alfwoldus, et Brithnotus comes, vir religioſus, reſtiterunt, et in ſynodo conſtituti ſe nequaquam ferre poſſe dixerunt, ut monachi ejicerentur de regno, qui omnem religionem tenuerunt in regno. Congregato dein exercitu, monaſteria orientalium Anglorum maxima ſtrenuitate defendunt. Dum haec aguntur, de rege eligendo magna inter regni primores oborta eſt diſſentio. Quidam namque regis filium Edwardum, quidam vero fratrem ejus elegerunt Aethelredum." Sic Wigornenſis, totidemque plane verbis ipſum idem poſtea Hovedenus. Audiendus demum auctor chronici Wintonienſis monaſterii vetuſte MS. qui longe aliter rem exhibuit.

"Anno (inquit chronicon Winton. citante Spelmanno) dominicae incarnationis nongenteſimo ſexageſimo octavo, anno regni chriſtianiſſimi regis Edgari octavo, anno pontificatus ſui Aethelwoldi quinto, Sabbato Ramiſpalmarum, expulſi ſunt clerici a novo monaſterio Wintoniae, quod modo Hyda nominatur.

Clerici vero tum ab eccleſia, quae vetus nominatur coenobium, in urbe Wentana expulſi, rediviva praelia ſuſcitarunt; inter ſe altercantes, ingens eſſe et miſerabile dedecus, ut novus advena veteres colonos migrare compelleret; hoc nec Deo gratum putari, qui veterem habitatio-

Primus vero regiae illius conſecrationis annus ante 11 diem Maii anni DCCCCLXXIV. non eſt terminatus: quo anno, circa menſem Aprilis, charta haec ab Edgaro Malmeſburienſi coenobio eſt conceſſa. Nam quod in data, apud Gul. Malmeſburienſem additur [regni vero mei xiv.] ſubreptitium videri poſſet; quum in eadem charta plenius ab Ingulpho recitata, nihil ejuſmodi compareat. Habetur conſimilis charta eodem anno ab Edgaro Thorneienſi coenobio confecta, [octavo decimo] ut ille tibi loquitur [nec terreni imperii annus] non cum Clem. Reynero (Apoſt. Bened. tract. 1. ſect. 1. §. 4. pag. 14.) ab anno DCCCCLIX. deducendus eſt, et in anno DCCCCLXXVII. terminandus (eo enim tempore Edgarum in vivis eſſe deſiiſſe extra controverſiam eſt) ſed ab anno DCCCCLVII. quo Marcenſium regnum illum primum obtinuiſſe, ex Florentio Wigornienſi, Rog. Hovedeno et Matth. Florilego intelligimus forte Buryenſis. Haec ille.

‡ Concilium Wintonienſe ſub S. Dunſtano Cantuariae archiep. in interſtitio regnorum Edgari et Edwardi Martyris regum, celebratum. In quo, dum acerrime contenditur de clericis uxoratis monachiſve praeferendis, imago dominica pro monachis dicitur elocuta, et controverſiam protinus diremiſſe. Praeſentibus, Edgaro rege cum ſua conjuge, S. Dunſtano archiepiſcopo Cant. cum caeteris epiſcopis, abbatibus, etc. Elfero principe Merciorum, Ethelwino duce Orientalium Anglorum, Elfwoldo ſuo germano, Britnoto comite, cum nobilitate totius regni. Haec Spelm.

nem conceſſiſſet, nec alicui probo homini, qui ſibi idem timere poſſet, quod aliis praejudicio accidiſſe cerneret. Ea de re in clamores et iras ſurrectum, reſpirandique ad priſtinam dignitatem propoſitum arripientibus canonicis, apud Wintoniam ſuper hac re convenitur.

Aſcivit rex inclytus Edgarus, et Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopus, ſanctus Dunſtanus, pro utriuſque partis judicibus veraciſſimis, in refectorio praedicti monaſterii pro tribunali conſidentes, in orientali videlicet parte ipſius refectorii, in medio ſedilis, habentes a tergo murum, in quo erat crux immurata, a tempore quo canonici, rege Etheredo tertio filio Athulphi regis permittente, graviter tamen id ferente, monachis per Danos interfectis, eccleſiam ſaepedictam uſurpantes intrabant, rege Edgaro, caeteriſque ibidem praeſentibus penitus ignorantibus. Qui murus tunc erat, ubi modo tertius gradus conſiſtit, quo itur ad ſedem praeſidentis, ſive ad praedictae crucis imaginem, ſecundum Vigilantium in libro "De baſilica Petri," capitulo nono; cum quo etiam concordant plurimi antiqui chronicantes. Stant ex parte ſiniſtra refectorii duces, cum totius regni magnatibus, necnon cum expulſis canonicis, pro ipſis clericis allegantibus. Ex parte vero dextra ſoli duo ſanctiſſimi pontifices aſtiterunt, viz. ſanctus Oſwaldus, Eboracenſis archiepiſcopus, et Wentanae ſedis antiſtes, ſanctiſſimus Aethelwoldus, cum monachis, et pro ipſis ut permanerent, coram rege et archiepiſcopo philoſophantes. Tandem magnates regni contemplantes ſe fore victos, promiſſa vitae emendatione ex parte clericorum, regem et archipraeſulem humillime deprecantur, ut reintrarent canonici, quorum precibus, lachrymis, ſuſpiriis motus clementiſſimus rex Edgarus, in arcto conſtituitur, quid ſuper hoc agere debeat, mente ruminatur. Quid multa? veniam clericis ſub ſpe emendae conceſſurus, licentiam reintrandi ipſis annuere propoſuit. Cum igitur ſententiam ſuae diffinitionis erat in proximo proponendi, audita eſt vox divinitus afflata de imagine crucis mutatae perſonans: "Abſit hoc ut fiat, abſit hoc ut fiat; judicaſtis bene, mutaretis non bene." Quam quidem vocem articulatam ſoli Edgarus inclytus princeps, et ſanctus archipraeſul Dunſtanus, qui judices cauſae extiterant, audiverunt. Ad quam quidem vocem ſtupefacti rex et archipraeſul, corruerunt proni in terram, caeteri vero omnes audientes vocis ſonum quaſi tonitrui magni ceciderunt perterriti in terram. Quid plura? vox ſecundo de cruce perſonuit regi et archipraeſuli ſub hac forma: "Surgite, ne expaveſcatis, quia hodie juſtitia et pax in monachis oſculatae ſunt." Sicque ſtabilimentum ſuſcepit ordo monaſticus, ut inhabitet in domo Domini in longitudinem dierum, maligno conſilio clericorum diſſipato, ut ſcribit Vigilantius in libro "De baſilica Petri," capitulo nono, ut ſcribit Willielmus Malmeſburienſis "De regibus" libro ſecundo *.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon
BENEDICT. VII. 3.	DUNSTAN. 19.	977	EDWARD. MARTYR. 5.

Concilium magnum Kyrtlingtoniae ‡ poſt Paſcha habitum an. Chr. DCCCCLXXVII. *praeſentibus Edwardo rege et Dunſtano archiepiſc. Cant.* † Ex chron. Saxon. pag. 124.

ERAT magnum aliquod Concilium Kyrtlingtoniae poſt Paſcha; et ibi obibat Sideman

HER ƿæſ ꝥ miccle ȝemoꞇ æꞇ kẏꞃꞇlinȝꞇune oꝼeꞃ Eaſꞇꞃom. ⁊ ðæꞃ ꝼoꞃꝥꝼeꞃ-

* Auctorum vides diſpares relationes. Wigornenſis (antiquiſſimus) principum motus, et ipſius ſynodi reminiſcitur, ſed de miraculo nihil, aut de definitione ſynodi: nec quidquam poſtea (verba ejus repetens) Hovedenus. Leve iſtud, Wintonienſis enim auctor chronici omnia ſigillatim poſuit; ſed is aliis omnibus in contrarium. Synodum enim ſeu concilium, de quo agitur, illi ſtatuunt in an. Dom. DCCCCLXXV. iſte in an. Dom. DCCCCLXVIII. illi poſt Edgari mortem in interregno; iſte in Edgari vita, et ſeptennio toto ante ejus obitum concilium etiam ab eodem convocatum refert, et quae ab ipſo in concilio gerebantur. Clericorum inſuper concilium ex miraculo diſſipatum, aſſerit; addunt alii, omneſque eorum fautores elingues redditos, nullam deinceps monachis controverſiam moviſſe, cum teſtante Malmesburio, ad novum mox concilium provocatum eſſet, ſed adhuc (inquit) non ſedatis animis, Calnae concilium indictum, etc. De quo poſt pauca inferius ſtatim.

Deprompſit autem auctor iſte Wintonienſis (uti cenſeo) ſua haec de miraculo, et pleraque alia ex Osberti hiſtoria; qui, Baronio teſte, ſub Edgaro potius videtur haec referre, licet huic anno verius tribuenda, ipſe etiam agnoſcat. Ego certe Osberti iſtius (quem noſtrates Osbernum recte vocant) librum nunquam vidi, ſed quae ſub ejus nomine e Surio tranſcripſit Baronius, apud ipſum habes in Annalium tomo 10. num. 11. et 12. ubi et videas. Haec Spelm. Uſſerius in MSS. notis ad h. l. addit: Acta Dunſtani ab Osberno Cantuarienſi monacho deſcripta in bibliotheca Cottoniana vidimus. Quae vero a Surio ad diem 19 Maii habetur edita Dunſtani vita a Baronio citata, non Osberti eſt (ut illi putarunt) vel Oſnerni, ſed alterius monachi Cantuarienſis Eadmeri, cujus novorum hiſtoria a Seldeno publici juris facta eſt. Osbernum vero potiſſimum ſecutus eſt in ſua legenda Johannes Tinmuthenſis et ejus exſcriptor Capgravius. H. J.

‡ Chronicon Saxonicum in ann. locum hunc appellat Kyntlingtun, literam n. pro r. male apponens, quem errorem a librario literarum Saxonicarum penitus imperito commiſſum eſſe credit clar. editor chronici hujus in Gloſſario voce Kyntlingtun. Hujus concilii locus idem eſſe videtur, qui a Wigornenſi Kyrtlinege, ab Hovedeno Kirding appellatur. In Eaſtanglia (inquit Wigornenſis in an. Dom. DCCCCLXXVII.) apud villam, quae Kyrtlinege nominatur, maxima ſynodus celebratur. Haec iiſdem apicibus Hovedenus in eodem anno, ſed is villam Kirding nuncupat. Hodie non reperio in tota Eaſtanglia villam ullam alicujus iſtorum nominis; nec quae apud Jornalenſem Kerlinge dicitur; in nomenclatore vero Cantabrigienſis agri villarum (licet non in tabula chorographica) Kirtling exhibetur; et eandem eſſe cenſeo, quae hodie Katlage, ſedes celebris Baronum de North. Sic quae olim Wanating ab Aſſero dicta fuit (Magni Aluredi regis incunabula) hodie Wantage appellatur. Haec SPELM. Matth. Parkerus in antiq. Brit. eccl. Kirkling vocat.

† Kyrtlington eſt pagus dioeceſeos Oxonienſis; ſicut Cridiantune, hodie Credinton Devoniae. Licet autem epiſcopus teſtamento caverat, ut in ſua eccleſia ſepeliretur; tamen rex et Dunſtanus voluerunt, ut Abandunae, quae hodie Abingdon, conderetur.

ðe

4

ðe Sideman[1] biscop on hrædlican deaþ on 2. kal. Mai. ſe wæs Defnaſcire biſcop. and he wilnode þæt his licreſt ſceolde beon æt Crydiantune æt his biſcop ſtole.

Ða het Eadweard cing and Dunſtan arcebiſcop þæt hine man ferede to ſcinta Marian mynſtre þæt is æt Abbandune and man eac ſwa dyde.

And he is eac arwyrðlice bebyrged on ða norð healfe on ſanctes Paulus portice.

epiſcopus ſubitam mortem 2. cal. Maii. Erat ille Devoniae epiſcopus, et in votis habebat, ut corpus ſuum ſepeliretur Cridiantunae, in ſede ſua epiſcopali.

Tunc ordinavit Edweardus rex et Dunſtanus archiepiſcopus, ut illum ferrent ad monaſterium S. Mariae, quod eſt Abbandunae, quod etiam ita factum eſt.

Et honorifice quoque ſepultus eſt in boreali parte in porticu S. Pauli.

[illegible]	[illegible] Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. S[illegible]
[illegible] VI. 3	DUNSTAN. 19.	[illegible]	[illegible]

Concilium Calnenſe.[*] Ex Will. Malmeſb. reg. l. 2. c. 9. et Henr. Huntingdon hiſt. l. 5. in ann.

NON reperio hoc concilium apud Binium; verba ſunt clar. Spelmanni, perſpicue, licet habeatur in Baronio, et extra Angliam nil praeterea in toto orbe, edito in Wintonienſi concilio miraculo, quo clericos et fautores ſuos confuſos retulit Malmeſburius (reg. lib. ii. ca. 9.) "Sed adhuc (inquit) non ſedatis animis, Calnae concilium indictum: ubi cum in coenaculo, abſente propter aetatem rege, conſidentibus totius Angliae ſenatoribus, magno conflictu et controverſia res ageretur, et validiſſimum illum murum eccleſiae, Dunſtanum dico, multorum convitiorum jacula impeterent, nec quaterent, ſuas partes cujuſcunque ordinis viris ſummo ſtudio tuentibus, ſolarium totum repente cum axibus et trabibus diſſiluit et concidit. Omnibus ad terram eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans ſuper unam trabem, quae ſuperſtes erat, evaſit probe. Reliqui vel exanimati vel perpetui languoris compede detenti. Hoc miraculum archiepiſcopo exhibuit pacem de clericis omnibus Anglis, tunc et deinceps in ejus ſententiam concedentibus." Haec e Malmeſburio in ſuum Florilegium decerpſit Matthaeus Weſtmonaſterienſis, et e Matthaeo in ſuos Annales Baronius anno D.CCCC.LXXIX. num. 2. Cladem autem iſtam Anglorum nobilibus ex divino praedicant nonnulli illatam judicio, ob ſpreti tum olim monachatus injuriam. Audi igitur e canonicorum coetu auctorem antiquum Henricum Huntingdonienſem (Hiſt. l. 5. i. an. DCCCCLXXVIII.) "Edwardi ſancti regis anno quarto omnes optimates Anglorum ceciderunt a quodam ſolio apud Calne, praeter ſanctum Dunſtanum, qui trabe quadam apprehenſa reſtitit. Unde quidam eorum valde laeſi ſunt, quidam vero mortui. Signum ſcilicet Dei excelſi fuit, quod proditione et interfectione regis ſui ab amore Dei caſuri eſſent, et a diverſis gentibus digna contritione conterendi."

Concilium Ambreſburiae, ſeu in urbe Ambrii, pago Wiltonienſi celebratum. Ex Flor. Wigorn. in an. Dom DCCCCLXXVII.

PRAETER nomen nihil exhibet hoc concilium. Habitum cenſeo in vexata lite regularium monachorum cum preſbyteris conjugatis, quam ſolarii ruina in Calnenſi ſynodo nuper interruperat: mox enim in eodem anno, ut Wigornenſis ſuggerit, celebratur; hoc idem, uti praecedens illud Kyrtlingenſe, ad annum refert DCCCCLXXVII. "In Eaſtanglia (inquit) apud villam, quae Kyrtlinege nominatur, maxima ſynodus celebratur. Dehinc apud Calne regiam villam dum alia celebraretur, totius Angliae majores natu, qui ibidem congregati fuerunt, excepto Dunſtano, de ſolario corruerunt, quorum quidam mortui ſunt, quidam vero mortis periculum vix evaſerunt. Tertia apud Ambreſbyrig ſynodus celebrata eſt. Domnaniae praeſul Sidemannus obiit." Haec ille, et inferior Jornalenſis: "Celebratae ſunt" (inquit) "in Anglia tres ſynodi; prima apud Kerlynge, ſecunda apud Calne, ubi omnes proceres, excepto Dunſtano, de ſolario corruerunt, tertia fuit Ambreſbiry." Anni non meminit, ſed haec ille in Edgari regis vita poſuit.

[1] Sidemannus hic inter epiſcopos Cridienſes a Malmeſburienſi lib. 2. de geſtis pontificum recenſetur quarto loco.

[*] Concilium Calnae villae regiae Wilceriae ſub S. Dunſtano archiepiſcopo Cantuariae habitum anno v. S. Edwardi Martyris cui, praeter epiſcopos [illegible] et reliquum clerum, omnes aderant Anglorum optimates, rege tamen propter teneram aetatem abſente. In quo, dum acrius contenditur de ejiciendis monachis, reducendisque preſbyteris ſecularibus, quos [illegible] vocant cum uxoribus ſuis et liberis, concenaculum decidit ſolarium.

Papae Rom.	Archiep. Cant.	Anno Chriſti.	Reg. Saxon.
BENEDICT. VII. 8.	DUNSTAN. 24.	982.	AETHELRED. II. 5.

Synodus Landavenſis ſub Gucano. ‡ Ex. Landaven. MS. fol. 102. citante Spelmanno.

ARTHMAIL rex Guenti, filius Nougui, occidit fratrem ſuam Eliſed, imo ſemetipſum, ut eſt metrice dictum:

Quicunque . . . . alium molitur laedere, primum,
Ipſum ſe jaculo percutiet proprio.

Et facto tam execrabili homicidio, et humano generi exoſo, epiſcopus Gucaunus miſſis legatis per totam parochiam ſibi ſubditam, et obtemperantem eccleſiae ſuae Landaviae, propter clericos omnes de majoribus gradibus uſque ad inferiores gradus, ut ſimul convenirent apud Landaviam. Et congregatis illis omnibus de fine ad finem, ut praediximus, affirmante tota ſynodo, fecit regem anathematizare: et ablata ſibi tota chriſtianorum communitate, et audito ſibi facto anathemate, requiſivit veniam lachrymabili devotione apud Landaviam, et injuncta ſibi poenitentia, de fratricidio perpetrato, largitus eſt in eleemoſyna Deo et ſanctis, Dubricio, Teliavo, et Oudoceo, et Gucauno epiſcopo, et omnibus praeſulib. Landaviae in perpetuo Lanm Mihacgel, Lichrit, etc. multa.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Saxon.
JOHANN. XV. 7.	SIRICII 3.	991.	AETHELRED. II. 14.

Concilium Siricii archiepiſcopi Cantuar.

HUJUS concilii, in quo decreta fuit ſolutio Danegeldi auctor chronici Anglo. Sax. meminit his verbis: Anꝺ on þam ẏlcan ȝeaꞃe man ȝeꞃæꝺꝺe ꝥ man ȝealꝺ æꞃeꞅꞇ ȝaꝼol Deniꞅcan mannum ꝼoꞃ þam mẏcclan bꞃoȝan þe hı ꝑoꞃhꞇan be þam ꞅæ ꞃıman ꝥ þæꞅ æꞃeꞅꞇ x þuꞅenꝺ punꝺa. þæne ꞃæꝺ ȝeꞃæꝺꝺe Sıꞃıc Aꞃceb. h. e. eodem anno (ſc. D. CCCC. XCI.) decretum eſt primum jam ut ſolveretur tributum Danicis viris propter magnos horrores, quos incuſſerunt incolis maritimis; inprimis nempe x. millia librarum. Illud concilium conſtituit Siricius archiepiſcopus.

Epiſtola Johannis papae XV. *De pace concilianda inter Aethelredum regem Angliae, et Richardum ducem Normanniae, quem marchionem vocat.* Ex Malm. De geſt. reg. l. 2. c. 10.

JOHANNES, quintusdecimus ſanctae Romanae eccleſiae papa, omnibus fidelibus ſalutem. Noverint omnes ſanctae matris eccleſiae fideles, et noſtri utriuſque ordinis per climata ſeculi dilatati, qualiter nobis relatum eſt a compluribus de inimicitia Aethelredi Saxonum occidentalium regis, necnon et Richardi marchionis; unde nimium triſtis effectus, utpote de filiis noſtris ſpiritualibus, tandem inito ſalubri conſilio, accerſivi quendam Apociſarium noſtrum Leonem, viz. epiſcopum ſanctae Treverenſis eccleſiae, et miſi eum illuc cum literis noſtris exhortatoriis, ut reſipiſcerent ab hac ſuperſtitione. Qui tranſiens vaſtas intercapedines terrarum, tandem marinos tranſmeavit fines, et in die nativitatis Domini pervenit ante conſpectum regis praefati, moxque ex parte noſtra ſalutato obtulit literas, quas illi miſeramus; qui, accerſitis cunctis ſui regni fidelibus utriuſque ordinis ſapientioribus, ob amorem et timorem Dei omnipotentis, necnon et ſancti Petri apoſtolorum principis, et per noſtram admonitionem paternam, firmiſſimam conceſſit pacem, cum omnibus filiis et filiabus ſuis praeſentibus et futuris, et cum omnibus fidelibus ſuis ſine dolo. Qua de re miſit Edelſinum, ſanctae Schireburnenſis eccleſiae praeſulem, necnon Leofſtanum filium Alfwoldi, et Wulſtani filium Ederelnothum, [Ethelnodum] qui tranſierunt marinos fines, et pervenerunt uſque ad Richardum praefatum marchionem. Qui et monita noſtra pacifice ſuſcipiens, ſimulque audiens decretum ſuprafati regis, libenti animo pacem firmavit eandem cum filiis ſuis et filiabus praeſentibus et futuris, et cum omnibus fidelibus ſuis, eo rationis tenore, ut ſi aliquis eorum vel ipſi injuſte aliquid contra alterum perpetraverint, digna emendatione purgetur. Paxque maneat perpetualiter, et inconvulſa, ſacramentorum utriuſque partis ſtigmate ſtipulata. Ex parte ſcilicet regis Aethelredi Edelſinus, praeſul ſanctae Schireburnenſis eccleſiae, et Leofſtanus Alfwoldi filius, et Ederelnothus Wulſtani filius. Ex parte Richardi Rogerius epiſcopus, Rodulphus Hugonis filius, Truteno filius Thurgis. Actum Rothomagi calend. Martii, anno ab incarnatione Domini nongenteſimo [nonageſimo] primo, indictione quarta. Et de hominibus regis vel de inimicis ſuis, nullum Richardus recipiat, necrex de ſuis ſine ſigillo eorum.

‡ Synodus Landavenſis ſub Gucano (al. Gucauno) xxvi. Landaviae epiſcopo, a S. Dunſtano archipraeſule Cantuariae anno Domini DCCCCLXXXII. conſecrato. Qua Arthmail regi Guentiae ob fratricidium anathema declaratur, etc.

Eodem quo Gucanus conſecratus fuit anno hanc ſynodum celebratam fuiſſe veriſimile eſt, quia anno ſequenti XXVII. Landaviae epiſcopus Bledri ſucceſſit.

Liber legum eccleſiaſticarum. Ex MS. Colleg. Corp. Chriſti Cantabr. S. xviii.

*Procemium hortativum ad legendum haec capitula, etc**.

IC eoƿ halſige broþru ða leofeſtan ꝥ ge mid ƿæccendre gymenge hycgen ymbe ða fremunge godra ƿeorca ⁊ ymbe ða bote ða miſdæda eoƿ ðæs underþeoddan folces. hu ge heom ſymble mægen ſƿeotoloſt getæcan ðone ƿeg ðone ecan hælo. ægþer ge mid larum ge eac mid byſenum eoƿres ðæs rihtan lifes. ꝥ ægþer ge ge for heora fremunge ge ƿe for eoƿre geornfulnyſſe mægen godelic ƿyrþe ƿæſtm bære bringan of us ðære be fæſtan nytte:· Eac ic eoƿ bydde georne broþru. ꝥ ge ðas feaƿan cƿidas ðe ic for ure gemænre ðearfe of halgum bocum gegaderade ge gelome ræden. ⁊ hyt on eoƿre gemynde gehealden. ⁊ ge eoƿer lif dæghƿamlice mid haligra boca rædinge. ⁊ mid godra ƿeorca bigenge frætƿian ⁊ betan. ⁊ mid eoƿ ðæm underþeoddan folce Gode fultumiendum to ðæm heofonlican rice higien:·

EGO vos obſecro, fratres dilectiſſimi, ut vigilanti labore curetis emolumentum bonorum operum, et compenſationem malefactorum vobis ſubjecti populi; quemodo eum ſemper quam diligenter poſſitis docere viam, quae promovet ſalutem, ſive doctrinis ſive etiam exemplis juſtae veſtrae vitae, ut tam vos pro eorum progreſſu, quam nos pro veſtra promptitudine, poſſimus Deo dignos fructus ferre iis, qui nobis concrediti ſunt, utiles. Rogo vos etiam ſedulo, fratres, ut vos haec pauca capitula, quae pro veſtro communi uſu ex ſacris libris collegi, ſaepiſſime legatis, et ea in memoria veſtra retineatis, et vitam veſtram quotidie ſacrorum librorum lectione et bonorum operum cultibus ornetis ac emendetis, et cum vobis ſubdito populo, Deo auxiliante, ad caeleſte regnum aſpiretis.

I. ———.

Butan tƿeon ge ſceolon ƿitan ⁊ ſymble gemunan. ꝥ ƿe ðe us befæſt is ſeo gyming Godes folces ⁊ ſeo reccendom heora ſaƿle. ꝥ for eallum ðæm ðe for ure gymeleaſte forƿeorþaþ. ƿe ſceolan riht agyldan on domes dæge. ⁊ for ðæm ðe ƿe mid urum biſenum ⁊ larum Gode geſtreonende beoþ. ƿe beoþ on foonde ðære mede eces lifes. to us is gecƿeden ðurh urne drihten. ge ſyndan eorþan ſealt. gif ðonne ꝥ criſtene folc is Godes mete ⁊ ƿe ſyndon ꝥ ſealt. ðonne Gode fultumiendum ðurh us ſceal ꝥ folc beon Gode to ƿillan gehealden:·

Ge ſceolon eac ƿitan ꝥ eoƿre hadas ſyndan ða æfteran hadas æfter urum hadum. ⁊ us ða nyſtan. gelice ða biſcopas ſyndan on geƿrixle ðara apoſtola on ðære haligra geſomnunge. ſƿa ſyndan ða mæſſepreoſtas on ðam geƿrixle Criſtes ðegna. ða biſceopas Arones. ⁊ ða mæſſepreoſtas habbaþ ðone had his ſuna. forþon hit gedafenaþ. ꝥ ge ſien ſymble gemyndige ſƿa healicre geþincþeneſſe eoƿres hades. ⁊ eac ðære halgunge ⁊ ðære ſmyrunge ðe ge on eoƿre handa onfengon æt biſceopa handum. ða ge had underfengon. ꝥ ge næfre ſƿa healice medumneſſe ne forƿyrcen. ne ge eoƿre handa mid

I. *De munere et dignitate ſacerdotum.*

Abſque dubio ſcire debetis et ſemper meminiſſe, quod nos, quibus commiſſa eſt cura populi Dei, et regimen animarum illorum, pro omnibus iis, qui ex noſtra negligentia pereunt, rationem reddituri ſimus in die judicii, et pro iis, quos noſtris exemplis et doctrinis Deo theſaurizaverimus, accepturi ſimus praemium, vitam aeternam. Nobis dictum eſt per Dominum noſtrum "Vos eſtis ſal terrae;" ſi igitur populus chriſtianus eſt Dei cibus, et nos ſumus ſal, tunc Deo auxiliante per nos populus ad Dei voluntatem [perficiendam] contineri debet.

Scire etiam debetis, quod veſtri ordines ſint poſteriores noſtris ordinibus, et nobis proximi; ſicuti epiſcopi ſunt in loco apoſtolorum in ſancta ſua eccleſia, ita preſbyteri ſunt in Chriſti miniſtrorum loco. Epiſcopi Aaronis, et preſbyteri ordinem tenent filiorum ejus, quoniam vos decet ſemper eſſe memores tam magni honoris ordinis veſtri, et conſecrationis etiam ac unctionis ejus, quam in manibus veſtris accepiſtis per epiſcopi manus, cum ordinem ſuſciperetis, ut nunquam tam ſacram benignitatem perdatis, nec manus veſtras tam ſacro unguento unctas, pec-

* Capitula haec incertae editionis Johannes Johnſon, vicarius olim Cranbrookiae in comitatu Cantii, Theodulfo, epiſcopo Aurelianenſi in Gallia, attribuit, eorumque verſionem Anglo-Saxonicam Aelfrico, Wiltonienſi primum epiſcopo, dein Cantuarienſi archiepiſcopo, adſcribit, anno DCCCCXCIV. vel DCCCCXCV. Verba ejus vol. I. collect. eccleſiaſt. leg. et canonum, ad an. DCCCCXCIV. haec ſunt.

"If the following Capitula were to bear the date of their firſt author, I muſt have placed them near 200 years backward; for they were compoſed in Latin by Theodulf, who was preferred to the ſee of Orleans in France toward the latter end of the eighth century. Baronius puts them in the year DCCCXXXV which is too late by far. You have them alſo in the ſeventh tome of the councils. But I inſert them here, not as a Latin or French compoſition, but as the Engliſh tranſlation of an old Saxon tranſlation, made undoubtedly by the ſame Elfric, whoſe charge or canons I have given to my reader at the year DCCCCLVII. Theſe, I preſume, were tranſlated by Elfric for his own uſe, when he was advanced to the ſee of Wilton in the year DCCCCXCIV. or at the fartheſt the next year, when he became archbiſhop of Canterbury. H. J." Vide quae clar. Spelmannus ad finem horum capitulorum adnotavit.

cando polluatis, ſed conſervantes veſtram cordis et corporis puritatem, omni populo exemplum ſiſtatis bene vivendi, et iis, quibus praeeſtis, oſtendatis viam veram ad regnum caeleſte.

ſƿa haligre ſmyringe geſmyrede ſyngiende ne beſmýten. ac healdende eoƿre heortan ⁊ lichoman clænniſſe eallum folce gebýſne aſtellen ƿel to lýbbene. ⁊ ðæm ðe ge fore ſýndan. ge tæcan ðone rihtan ƿeg to heofona rice:·

II. *Quod ſacerdotes debeant orationi et lectioni incumbere.*

Vos decet admodum ſedulo ſacros libros legere, et frequenter orare, quoniam juſti hominis vita per lectionem ſacrorum librorum ad Deum incitatur et diſponitur, et per orationem ornatur, juxta id quod David dicit: "In corde meo abſcondo eloquia tua, ne peccem contra te." Haec nempe ſunt arma, quibus diabolus ſuperatur, ſcilicet crebra [et] aſſidua lectio ſacrorum librorum et continuae preces. Haec ſunt illa inſtrumenta, quibus caeleſte regnum obtineri poteſt. His armis quodlibet vitium comprimitur, et his alimentis omnes virtutes nutriuntur et promoventur.

II. ———.

Eoƿ gedafenaþ ꝥ ge ſƿiþe ſýngallice halige bec rædan ⁊ eoƿ gelome gebiddan. forðon ðe ðæs rihtƿiſan ƿeres lif. ðurh ða rædinge haligra boca to Gode biþ getýhted. ⁊ getrýmed. ⁊ ðurh ða gebedu hit biþ gefrætƿed. be ðam cƿæþ David. in minre heortan ic gehýdde ðine geſpræcu. ꝥ ic ne geſýngode ƿiþ ðe:· Ðis ſyndon ƿitodlice ða ƿæpena ða deofol mid oferſƿiþed biþ. ꝥ is ðonn oft hrædlice rædinga haligra boca. ⁊ gelomlice gebedu:· Ðis ſyndan ða getaƿa ðe mon mæg heofena rice mid begýtan. mid ðiſſum ƿæpnum beoþ ælce uncýſta forbricte. ⁊ mid ðýſſum andlýfenum biþ ælc mægen gefed ⁊ gefýrþred:·

III. *Quod vacantes opificium exerceant manuale.*

Illis temporibus, quibus a lectione ſacrorum librorum et oratione ceſſatis, debetis aliquod utile opus mundanum auſpicari, quoniam otium inimicus eſt animae; et quia diabolus ultro ſaepe eum ad vitium aliquod perducit, quem invenerit ceſſantem ab aliquo bono opere. Per conſuetam igitur ſacrorum librorum lectionem, poteſtis tam diſcere quomodo ipſi ad regnum caeleſte pervenire poſſitis, quam etiam quomodo [illud] alios docere debetis. Per preces autem poteſtis tam vobiſipſis, quam aliis hominibus, quibus vero amore conjuncti eſtis, ſaepe multo auxilio eſſe, tam viventibus quam morientibus. Per hanc operationem manualem poteſtis corpus veſtrum regere, ut ſit eo minus habile ad vitia, et etiam operari poſſitis per opus illud, ut bonis veſtris pauperes auxiliari queatis, qui ipſi nihil habent, et vires non habent, ut operari queant.

III. ———.

Ðæm tidum ðonne ge ða rædinge haligra boca forlæten ⁊ ða gebeda ðonne ſculon ge on ſum nýtlic ƿeorold ƿeorc fon. forðon ſeo ýdelnes is ðære ſaple feond. ⁊ ꝥ ſe deofol ſƿiþe hraþe on ſumum uncýſtum gebrincgþ ðone ðe he gemet idelne ælces godes ƿeorces:· Ðurh ðone geƿunan haligra boca rædinge. ge magon ægþer ge geleornian hu ge ſylfe to heofona rice cuman ſculon. ge eac hu ge oþre læran ſceolon. Ðurh ða gebedu ðonne ge magon ægþer ge eoƿ ſylfum. ge oþrum mannum ðæm ðe eoƿ on ſoþre lufan geþeodde beoþ. on ſƿiþe micelan hýlpe beoþ. ge libbendum ge forþfarenum:· Ðurh ꝥ hand ƿeorc ge magon eoƿerne lichoman geƿýldan. ꝥ he ðy lætra biþ to uncýſtum. ⁊ eac ge magon getýlian ðurh ꝥ ƿeorc ꝥ ge magon mid eoƿrum godum earmra manna gehelpan. ðe ſylfe nabbaþ. ꝥ ðæra mihta nabbaþ. ⁊ hie ƿyrcen magon:·

IV. *Ad ſynodum venientes quid ſecum ferent.*

Quandocunque ad epiſcopi ſynodum convenitis, habeatis vobiſcum quilibet veſtimentum miſſale, et quilibet librum, et quilibet vaſa euchariſtiae, et ſingula quibuſcum vobis concreditum officium adminiſtrare poſſitis; et duos preſbyteros vel tres aut tot laicos ad ſervitium reſponſorium, ut ſanctum ſacramentum reverenter vobiſcum celebrare poſſint, ut in vobis cerni poſſit quam diligenter et quam magnifice vos Deo in veſtris miniſteriis ſerviatis.

IV. ———.

Ðæm týdum ðe ge biſceopa gemot ſecen. habbaþ eoƿ mid ſƿýlc mæſſe reaf. ⁊ ſƿýlce bec. ⁊ ſƿýlce huſel fata. ⁊ ſƿýlce ge mid ðiſnum eoƿ ða befæſtan ðenunga ðenian magon. ⁊ ii. preoſtas. oþþe iii. oþþe ſƿa fela læƿedra to ðænige cƿýdra ꝥ hie ꝥ halige geƿýne arƿurþlice mid eoƿ breman mægen ꝥ mon on eoƿ gefeon mæge hu geornlice. ⁊ hu hihtlice ge Gode on eoƿrum ðenungum ðeoƿien:·

V. *Ut panis, vinum, et aqua in miſſa ſint mundiſſima.*

Injungimus etiam, ut panes euchariſticos, quos in ſancto ſacramento Deo offertis, vel voſipſi coquatis, vel ſervi veſtri coram vobis, ut ſciatis munde et nitide factos eſſe; et ut tam panes euchariſtici, quam vinum et aqua, quae ad eorum oblationem pertinent, in miſſae celebra-

V. ———.

Eac ƿe beodaþ. ꝥ ða oflætan ðe ge on ðam halgan geƿýne Gode offriaþ. oþþe ge ſýlfe bacen. oþþe eoƿre cnihtas beforan eoƿ. ꝥ ge ƿiten ꝥ hit clænlice ⁊ ſýferlice gedon ſý. ⁊ ꝥ ægþer. ge ða oflætan. ge ꝥ ƿin. ge ꝥ ƿæter ðe to ðære offrunga ſceolon. on

ðæm

ðæm mæsse sange ꝥ hie syn mid ealre clænnysse. ⁊ geornfulnesse. ⁊ mid Godes ege behogode ⁊ begymde. ꝥ ðær nan ðing unsyfernes on ne sy. ne unclænnes:· Forðan nan mæsse sang beon ne mæg butan ðæm ðrim ðingum. ꝥ is. oflætan. ⁊ ƿin. ⁊ ƿæter. sƿa ꝥ halige geƿrit cƿiþ. sy Godes ege mid eoƿ. ⁊ eall ꝥ ge don. do ge mid micelre geornfulnysse. ꝥ ƿin getacnaþ ures drihtenes ðroƿunge. ðe he for us ðroƿade. ꝥ ƿæter ꝥ folc ðe Crist his blod for ageat:·

tione omni cum puritate, et induſtria, et timore Dei tractentur, et cura eorum habeatur, ut nihil immundum in iis ſit, nec impurum; quoniam nulla celebratio miſſ[illegible] que his tribus rebus, hoc eſt, panibus euchariſticis, et vino, et aqua, prouti S. ſcriptura dicit: "Sit Dei timor vobiſcum, et omne quod facitis, facite multa cum diligentia." Vinum ſignificat Domini noſtri paſſionem, [illegible] ſuſtinuit, [illegible] guinem ſuum effudit.

VI. ———.

Eac ƿe beodaþ. ꝥ ðæm tidum ðe mæsseppreost mæssan singe ꝥ nan ƿif ne genealæce ðam ƿeofode. ac standen on hyra stedum. ⁊ se mæssepreost ðær æt hiom on fo ðære offrunge ðe hi Gode offrian ƿyllaþ:· Ƿif sceolon gemunan hyra mettrumnessa. ⁊ hyra hades tyddernessa. ⁊ forðon hie sculon ondrædan. ꝥ hie ænig ðara haligra ðinga on hrinen. ðe to cyrcean ðenungo belimpaþ. ꝥ hiom sceolon eac læƿede ƿeras ondrædan. ðy læs hie geearnian sƿilc ƿite. sƿilce Oza geearnode ða he ƿolde ða drihtenes arce beran. sƿa him na to gebyrede. forðon he ƿearþ sona ða fram drihtene ofslagen:·

VI. *Ut* [illegible] *accedant.*

Injungimus etiam ut iis temporibus, quibus preſbyter [illegible] pinquet altare, ſed ſtet in ſuo loco, et preſbyter ibi ab illa oblationem accipiat, quam Deo offerre velit. Mulieres recordari debent infirmitatis [illegible] nent; laici viri etiam caveant ne forte talem promereant [illegible] arcam Dei portare vellet, id quod cum non decebat, quoniam ſtatim ibi a Domino percutiebatur.

VII. ———.

Ne sculon mæssepreostas nates hƿon nænig ðinga ænlipie butan oþrum mannum mæssan syngan. ꝥ he ƿite hƿone he grete. ⁊ hƿa him on cƿæþe:· He sceal gretan his ymbstandenda. ⁊ hig him sceolon andsƿarian:· He sceal gemunan ðone drihtenlican cƿide ðe he on his godspelle cƿæþ:· He cƿæþ. ðær ðær tƿegen men oþþe ðry gegaderode beoþ on minum naman. ðær ic beo to middes heora:·

VII. *Ut* [illegible]

Non debet preſbyter unquam ſolus abſque aliis viris miſſam celebrare, ut ſciat, quem ſalutet, et quis ei reſpondeat. Debet ſalutare circumſtantes ſuos, et illi ei reſpondere debent. Recordari debet tunc dominici ſermonis, quem in evangelio ſuo dicebat. Inquiebat, "Ubicunque duo vel tres congregati ſunt in meo nomine, ibi ſum in medio eorum".

VIII. ———.

Ƿe gesaƿon eac oft in cyrcean ægþer ge corn ge hig ge hƿylce ƿoruldlicu ðing beon gehealdene. ðonne nelle ƿe ꝥ ðær mon ænig ðing inne healde. butan ða ðe to ðære cyrcean frætƿum belimpaþ. ꝥ is. halige bec. ⁊ husel fata. ⁊ mæsse reaf. ⁊ cyrcean gegyrela. on gehƿilcum ðingum. ge on hrægelum. ge on fatum. ðylæs gif ƿe elles sy to us geccƿeden sƿa sƿa to Iudeum ƿæs. min hus is gecƿeden gebed hus. nu ƿorhte ge hit sceaþum to screafe:·

VIII. [illegible]

Saepe etiam vidimus in eccleſiis tam frumentum, quam foenum, et quodcunque mundanum quid contineri; aſt nolumus, ut ibi aliquid contineatur, niſi quod ad eccleſiaſticum ornatum pertinet; hoc eſt, ſanctus liber, et vaſa euchariſtica, et veſtimentum miſſale, et eccleſiaſtici habitus in ſingulis negotiis, tam in veſtimentis, quam in vaſis, ne forte alias ad nos dicatur, prouti ad Judaeos: "Domus mea dicta eſt domus orationis, nunc feciſtis illam latronum cryptam."

IX. ———.

Hit ƿæs eald ðeaƿ on ðissum landum. ꝥ mon oft forþ gefarene men innan cyrcean byrigde. ⁊ ða stoƿa ðe ƿæron to Godes ðeoƿdome gehalgode ⁊ gebletsode him on to offrienne. mon ƿorhte to lictunum:· Ðonn nelle ƿe nu heonon forþ ꝥ mon ænigne in cyrcean byrie. butan hit hƿylc sacerd hades mon sy. oþþe eft sƿa rihtƿis læƿede ꝥ mon ƿite ꝥ he on his lifes geearnunge libbende sƿilce stoƿe geearnode his lichoman on to restanne:· Nelle ƿe eac ꝥ mon ða lichoman

IX. *De non ſepeliendo in eccleſiis, etc.*

Antiquus erat mos in his regionibus, mortuos homines frequenter in eccleſiis ſepelire, et loca, quae ad Dei miniſterium ſanctificata, et conſecrata erant ad offerendum, ipſi facere coemeteria. Jam nolumus abhinc, ut aliquis in eccleſia ſepeliatur, niſi ſit vir ſacerdotalis ordinis, aut etiam tam juſtus laicus, ut ſciatur quod vivus propter meritum vitae ſuae talem locum corpus ſuum ibi reponendi promeruerit. Nolumus tamen ut corpora [illegible] eccleſia ſepulta

erant, ejiciantur, ſed tumuli, ubi appareant, ut utrum horum [eligatur] vel profundius illa in terra ſepeliantur, vel tranſitus ſuper ea fiat et aequaliter ac convenienter cum eccleſiae pavimento condantur, ut nullus tumulus ibi videatur. Si autem in aliquo loco tot tumuli ſint, ut hoc difficile ſit factu, tunc ſinant loca illa coemeteria eſſe, et auferatur altare inde, et in purum locum ponatur, et ibi eccleſiae ſint, ubi Deo reverenter et pure offerri poſſit.

ðe ær on cyrcean bebyrgede wæron utweorpe. ac ða byrgena ðe ðær gesyne syn þ mon oðer ðara. oþþe hig deop on eorþan bedelfe. oþþe ofer wege. ⁊ ðære cyrcean flor emnlice. ⁊ gerysenlice gewyrce. þ ðær nan byrgene gesyne ne sy:· Gif ðonn on hwylcere stowe swa fela ðæra byrgena sy þ hit to earfoþlic sy to donne. ðonne læte man ða stowe to lictune. ⁊ nime þ weofod ðanon. ⁊ hyt on clæne stowe asette. ⁊ ðær cyrcean rære. ðær mon Gode arwurþlice ⁊ hluttorlice offrigean mæge:·

X. *Ut in eccleſiis non ſint vaniloquia, etc.*

Non eſt aequum, ut ob aliquam aliam rem ad eccleſiam adeamus, niſi ad orandum, et ex Dei amore; prohibemus etenim tam tumultus, quam luſus et vaniloquia, imo quaecunque inutilia in ſacris locis fieri. Procul dubio ubicunque Dei nomen crebro invocatur, et ſacrum ſacramentum in miſſae celebratione offertur; nullum eſt dubium, quin Dei angelorum praeſentia ibi valde prope ſit; et ideo admodum periculoſum eſt in ſacris illis locis vel illud facere aut dicere, quod locis illis non convenit, cum Dominus noſter illos homines ejecerit ex templo ſuo, qui tam emebant, quam vendebant quicquid Deo offerebant. Quanto magis putes, quod illos in ira ex templo ſuo ſit ejecturus, qui mendaciis et vaniloquiis et immodicis riſibus et hujuſmodi nugis loca ad Dei miniſterium conſecrata foedant et polluunt.

X. ———.

Nis hyt riht þ man for ænigum oþrum ðingum to cyrcean gange. butan for gebedum. ⁊ for Godes lufan. forþan ðe we forbeodaþ ægþer ge geflytu. ge plegan ge unnytta word. ge gehwylce unnyttnesse in ðam halgan stowum to donne:· Butan tweon ðær ðær Godes nama gelome gecyged biþ. ⁊ ða halige geryne on mæsse sange geoffrod. nis nænig tweo þ ðær biþ Godes engla andweardnes swyþe genehhe. ⁊ hit forþon swyþe pleolic is þ man on ðam halgum stowum aþer oþþe þ do oþþe þ sprece þ ðæm stowum ne gedafenaþ. ða ure drihten ða men awearp of his temple ða ðe ægþer ge bohten ge sealdon. þ þ hig Gode offredon:· Hu micele ma wenestu. þ he mid yrre ða utaweorpe of his temple. ðe mid leasungum. ⁊ mid unnyttum gespræcum. ⁊ mid ungemet hleahtrum. ⁊ mid gehwylcum unþeawum ða stowa ðe to Godes ðeowdome gehalgode wæron. fylaþ ⁊ besmytaþ:·

XI. *Ut miſſa non celebretur niſi in loco ſacro.*

Neque etiam juſtum eſt, ut miſſa celebretur in aliquo loco, niſi in eccleſiis, neque in domibus, neque in aliquo loco, niſi in locis illis, quae Deus ad id elegit, prouti ſcriptum eſt: "Non offeras hoſtiam tuam in quolibet loco, quem videris, ſed in illo loco quem Deus ad id elegit, ut nomen ſuum ibi ponat:" praeterquam in exercitu, tunc ſervetur tentorium ad hoc tantum et conſecrata altaria, in quibus miniſterium celebrationis miſſarum expleatur.

XI. ———.

Nis hyt eac riht þ man mæssan singe on ænigre stowe butan on cyrcean. naþer ne on husum. ne on ænigre stowe butan on ðæm stowum ðe God to ðæm geceas. swa swa hyt awryten is. loca þ ðu ne offrige ðine lac on ælcre stowe ðe ðu geseo. ac ðær on ðære stowe ðe God to ðan geceas. þ he his noman ðær sette. butan hyt on fyrde sy. ðonne hæbbe man geteld to ðæm anum. ⁊ gehalgod weofod. on ðæm seo ðenung ðæs mæsse sanges sy gefylled:·

XII. *Ut foemina non habitet cum ſacerdote.*

Non eſt juſtum, ut mulier aliqua cum preſbytero in domo habitet, licet hoc canones matri et ſorori concedant, et illis perſonis, quas alicujus infamiae accuſare non audemus; attamen interdicimus ſingulis mulieribus, quoniam ſi de cognatione earum ſint, habent alias ancillas, quas vereri poſſumus, ne preſbyterum ad peccatum alliciant.

XII. ———.

Nis hyt riht þ ænig wifmon mid mæssepreoste on husum wunige. ðeah hyt canones meder ⁊ swuster alyfden. ⁊ ðæm hadum ðe mon nanes unhlysan ætwenan ne dorfte. ðonne forbeode we hit ðeah ælcum wifmen. for ðon gif ðær ða gesybban beoþ hig habbaþ oþre ambiht men. ðe mon mæg ondrædan þ ðone mæssepreost to synne getyhte.

XIII. *Ut ſacerdos ebrietatem et tabernas fugiat: et inordinata etiam convivia.*

Cuicunque preſbytero etiam quam maxime neceſſarium eſt, ut ſibiipſi ab ebrietate caveat, et etiam populo, qui ei ſubjectus eſt, illud doceat. Preſbyteri non debent in tabernis comedere vel bibere, neque debent peregrini territorium, vel domum, vel ſpectaculum aliquod fre-

XIII. ———.

Eac is gehwylcum mæssepreoste swyþe mycel ðearf þ he hyne sylfne wiþ druncennysse scylde. ⁊ eac þ folc þ him underþeodde biþ þ ylce lære:· Ne sceolon mæssepreostas æt cearealeþelum ne etan ne drincan. ne hyg ne sceolon fremdra manna tunas. ne hus. ne for nanre wæfereornysse secan. ne mid

wifum.

z

ƿifum. ne mid nanum unclænum hadum nane gebeorscipas habban. ac gyf hig hƿylc arƿyrðe hiredes fæder to his huse gelaðige. se ðe ƿyle mid his ƿife ⁊ mid bearnum on gastlicum gefean blissian. ⁊ æt him onfon ða gereordu gastlicre lare. ⁊ him syllan for soðre lufan lichamlice gereordo. ðonne is hit cyn þ ge ðone mid eadmedum geseceon. ⁊ ðone mid eoþrum gastlicum larum gereordian. ðe eoƿ mid his ƿoroldlicum godum gereordaþ:·

XIV. ———.

Ne spane nan mæssepreost nan ne mon of oðre cyricean hyrnysse to his cyrican. ne of oðre preostscyre læte. þ mon hys cyricean gesece. ⁊ him heora teoþinge syllan. ⁊ ða geryhtu ðe hig ðan oðrum syllan sceoldan:· Ac gehƿylc sy blyðe ðas ðe him æt his cyrican cume. ⁊ ðæs Gode ðancie. forðon hit is aƿriten. þ nan man ne sceyle oðrum don þ he nelle þ him man do. ⁊ hit cƿiþ eac on ðam halgan godspelle. loca hƿæt ge ƿillen þ eoƿ oðre men don. do ge hiom þ ylce:· Donne loca hƿa ongean ðis ƿynne ⁊ ure lare forhicgegen. ðonne ƿite he þ oðer ðara. oððe he sceal ðas hades ðolian oððe hit sƿiðe stiðlice gebetan æfter boca dome:·

XV. ———.

Eac ƿe beodaþ ælcum gemete. þ nænig mæssepreost oðres mæssepreostes preost ne ƿyrde. ne hyne ne spane ne ðeah he hyne gesece þ he hyne nane underfoo forðon hit is sƿiðe fæstlice on canonum forboden:·

XVI. ———.

Gif hƿylc mæssepreost onfunden biþ þ he aþer oððe preost hades oððe læƿedes hades men ænige medsceat sellþ oððe sealde. for ði ðe he ƿilnige oðres preostes cyricean ofðringan. ƿite he for ðyssum reaflace ⁊ for ðisse reþan gytsunge. þ oðer ðæra. oððe he sceal his hades ðolian. oððe on cƿearterne hit mid sƿiðe langre ⁊ strengre hreoƿsunge betan. æfter boca dome ⁊ be bisceopes hæse ⁊ geƿitnysse:·

XVII. ———.

Gif man hƿylc untrum cild to mæssepreoste bringe. sy of sƿylcre mæssepreost scyre sƿylce hit sy. ðonne fullie he hit sona. ⁊ for nanigum unæmtan ne forlæte he hit ne fullie sy ðonon ðe hit sy. gif he hit ðonne for ænigum ðinge forlæt. ⁊ hit butan fulluhte gefit. ðonne ƿite he þ he sceal on domes dæge for ða saƿle riht agyldan Gode:·

XVIII. ———.

Ne sy nan sacerd hades man ne læƿedes hades ðe ma ðe durre gedyrstlæcean þ aþer oððe calic oððe disc oððe ænig ðara fata ðe

quentare neque cum mulieribus, vel cum aliquibus impuris perſonis aliquod commercium habere; ſed ſi aliquis verecundus paterfamilias eum ad domum ſuam invitet, ſi velit cum uxore ſua et liberis ſpirituali gaudio laetari, et ab eo accipere refectionem ſpiritualis doctrinae, ac ipſi ex charitate porrigere corporalem refectionem; tunc decet, ut illum in humilitate viſitetis, ac eum ſpiritualibus veſtris doctrinis reficiatis, qui vos mundanis ſuis bonis reficit.

XIV. *Ut ſacerdotes alterius [illegible]*
alliciant ob contrahendas decimas.

Non ſuadeat aliquis preſbyter aliquem de alterius eccleſiae auditoribus ad ſuam eccleſiam, neque [aliquem] alterius parochiae doceat, ut ſuam eccleſiam frequentet, et ipſi decimas dedet, et eos corrigat, qui aliis illas dare deberent. Sed quilibet gaudeat propterea quod quis ad eccleſiam ſuam veniat, et Deo ejus rei cauſa gratias agat, quoniam ſcriptum eſt, "quod nemo alteri id facere debeat, quod nolit, ut quis ei faciat". Et dictum eſt etiam in S. evangelio: "Quaecunque vultis, ut vobis alii faciant, facite hoc illis item". Quiſquis autem haec inſtituta et noſtram doctrinam ſpreverit, ſciat alterutrum horum [illegible], vel quod ordinem perdere, vel quam [illegible] compenſare debeat juxta jus legis.

XV. *Ut [illegible].*

Jubemus etiam omnibus modis, ut nullus presbyter alterius preſbyteri clericum [illegible] perſuadeat, nec aliquem, licet ipſe quaeſiverit, illi ſubducat, quoniam quam firmiſſime in canonibus prohibitum eſt.

XVI. *De presbytero, qui [illegible] alterius eccleſiam ambierit.*

Si quis preſbyter inventus ſit, quod vel ſacerdotalis vel laici ordinis homini aliquod munus impendat vel impenderit, pro eo quod velit alterius preſbyteri eccleſiam ſurripere, puniatur pro hac rapina et pro hac violenta avaritia, alterutro horum; vel quod eccleſiam ſuam perdere, vel in carcere per longiorem et aerumnoſiorem poenitentiam emendare debeat, juxta praeſcriptum legis, et pro epiſcopi juſſu ac auctoritate.

XVII. *Ut nullus presbyter [illegible] recuſet baptizare.*

Si quis aliquem aegrotum infantem ad preſbyterum apportet, cujuſcunque preſbyteri parochiae ſit, tunc ſtatim eum baptizet, et ob nullum impedimentum illum baptizare negligat, quocunque modo ſit; ſi propter aliquam rem hoc negligat, et abſque baptiſmate moriatur, tunc ſciat, quod in die judicii pro anima illa rationem redditurus ſit Deo.

XVIII. *Vaſa ſacra non [illegible].*

Nullus ſacerdos vel laicus unquam audeat praeſumere vel calicem vel patinam vel aliquod vaſorum, quae ad [illegible] ſunt,

ſunt, ad aliquem mundanum uſum convertere. Nimirum qui ex conſecrato calice aliquid aliud praeter Chriſti ſanguinem bibit, qui in ſacramento miſſae conſecratus eſt, vel patinam ad ulla alia ſervitia adhibet praeter altaris, cogitet ne ipſi accidat, quod Balthazari, cum Domini conſecrata vaſa in ſuum ſervitium adhiberet, perdebat ſimul tam vitam, quam regnum ſuum.

to godcundum bigonge gehalgod biþ to ænigum ƿoruld ðinge do. ƿitodlice ſe ðe of gehalgodum calice aht elleſ drincþ buton Criſteſ blod. ꝥ on ðæm geƿyne ðær mæſſe ſangeſ biþ gehalgod. oþþe ðone diſc to ænigum oþrum ðenungum deþ. butan to ðæſ ƿeofodeſ. he mæg ƿenan ꝥ him gebirige ſƿa Baldazare dyde ða ða he nam ða drihteneſ gehalgodan fata on hiſ ðenunge. he forleaſ æt ſomne ægþer ge hiſ lif ge hiſ rice:·

XIX. *De ſcholis in eccleſiis.*

Si quis preſbyter velit nepotem ſuum vel quendam conſanguineum ſuum erudiendum mittere ad eccleſias, quae nobis ad gubernandum concreditae ſunt, concedimus ei hoc libentiſſime.

XIX. ———.

Gif hƿylc mæſſepreoſt ƿile hiſ nefan oþþe hiſ maga hƿilcne to lare don æt ðære cyrcena hƿilcre ðe uſ to healdenne befæſte ſynt. ðonne unne ƿe ðær ſƿiþe ƿel:·

XX. *Ut preſbyteri per villas ſcholas habeant, et gratis parvulos doceant.*

Preſbyteri ſemper debent in domibus ſuis ludimagiſtrorum ſcholas habere, et ſi quis devotus [homo] parvulos ſuos eis ad inſtructionem concredere velit, illos quam libentiſſime ſuſcipere et benigne docere debent. Cogitare debetis, quod ſcriptum ſit, quod "qui docti ſunt, fulgebunt ſicut ſplendor caeli;" et quod "qui multos ad juſtitiam erudiverunt et docuerunt, ſplendebunt ſicut ſtellae in aeternum." Attamen non debent pro inſtructione eorum aliquid a conſanguineis ipſorum expectare, niſi quod propria voluntate facere voluerint.

XX. ———.

Mæſſepreoſtaſ ſceolon ſymble æt heora huſum leorning monna ſceole habban. ⁊ gif hƿylc godra ƿile hiſ lytlingaſ hiom to lare befæſtan hig ſceolon ſƿiþe luſtlice hig onfon. ⁊ him eſtlice tæcan:· Ge ſceolon geþencean ꝥ hit iſ aƿriten. ða ðe gelærede beoþ hig ſcynaþ ſƿa heofoneſ birihto. ⁊ ða ðe manige men to rihte tyhtaþ ⁊ gelæraþ hi ſcynaþ ſƿa ſƿa ſteorran in ecnyſſe:· Ne ſceolon hig ðeah for ðære lare næniges ðinges ƿilnian æt hyra magum. butan ðæſ ðe hig hyra agneſ ðanceſ hi don ƿyllaþ:·

XXI. *De vita ſanctius inſtituenda praecepta plurima.*

Cum nempe tota ſacra ſcriptura exemplis ac doctrinis bonorum operum repleta ſit; et cum in campis ſacrae ſcripturae facillime arma inveniri poſſint, quibus vitia comprimi, et bona opera promoveri queant; tamen nobis placuit in his ſcriptis cujuſdam ſancti patris ſententiam addere, ad promovendum et docendum bona opera. In ea ſententia paucis verbis dictum eſt, quid facere et quomodo nos gerere debeamus. Primo omnium ibi juſſum eſt, ut quiſque diligat Dominum Deum ſuum cum toto ſuo corde, et cum tota ſua anima, et cum omnibus ſuis viribus; et proximum ſuum ſicut ſeipſum. Poſtea etiam juſſum eſt, ne quis occidat, ne quis injuſtum adulterium committat, ne furetur, ne alterius rem injuſte cupiat, ne in falſo teſtimonio inveniatur. Juſſum etiam eſt, ut quemlibet honoret; et nemini faciat quod nolit, ut quis ipſi faciat; et abneget corporis ſui deſideria; et ſequatur Chriſti praecepta; ac mundet corpus ſuum; et mundi ornamenta non deſideret; et jejunium amet; inopes nutriat; et nudos veſtiat; infirmos viſitet; mortuos ſepeliat; omnibus afflictis auxilio ſit; et dolentes conſoletur; et eos ipſos quantum poteſt, ſemper poſtea tam verbis quam factis mundanis moneat ac conſervet; et nihil eis adeo imprimat quam amorem Chriſti. Et in ira ſua nihil faciat, cujus eum poſtea poenitere poſſit, neque ſaltem per aliquod tempus iram retineat, ac in corde ſuo nullum dolum foveat; et nulli homini pacis oſ-

XXI. ———.

Ƿitodlice ðeah eall halgu geƿritu mid biſenum ⁊ mid larum godra ƿeorca gefyllde ſyn. ⁊ mon on ðam feldum ðara haligra geƿryta ſƿiþe eaþe ða ƿæpnu metan mæg mid ðam mon ða uncyſta oferecuman mæg. ⁊ gode ƿeorc fyrþrian. ðeah uſ geþearf ꝥ ƿe on ðyſſum geƿryte ſumeſ haligeſ fæder cƿidaſ ſettan to fyrþringe ⁊ to lare godra ƿeorca:· On ðæm cƿide iſ feaƿum ƿordum geſæd hƿæt ƿe don ſceolon:· Æreſt on forƿeardum ðær iſ onbeboden. ꝥ gehƿa lufie hiſ drihten God mid ealre hiſ heortan. ⁊ mid ealre hiſ ſaƿle. ⁊ mid ealle hiſ mægene. ⁊ hiſ ðone neſtan ſƿa ſƿa hyne ſylfne:· And æfter ðon iſ beboden. ꝥ mon man ne ſlea. ne unriht hæmed ne fremme. ne ne ſtele. ne naneſ oþreſ manneſ ðinga on unriht ne ƿilnige. ne on leaſre geƿitneſſe ne beo:· Eac hit iſ beboden. ꝥ he ælcne mon arie. ⁊ nanum men ne do ꝥ he nelle ꝥ him mon do. ⁊ ƿiþſace hiſ lichoman luſtum. ⁊ fylige Criſteſ bebodum. ⁊ clænſige hiſ lichoman. ⁊ ƿoruldeſ glenge ne ƿilnige. ⁊ fæſten lufie. ðearfan fede. ⁊ nacode ſcryde. untrume neoſige. deade byrge. ælcum ſƿyncendum on helpe ſy. ⁊ ða ſorgiendan frefrige. ⁊ hyne ſylfne ðær ðe he mæge ſymble ægþer ge ƿiþ ƿoruld ſƿræce. ge ƿiþ ƿoruld dæda ƿarnige. ⁊ healde. ⁊ him nan ðing ſƿa in ne læte ſƿa Criſteſ lufan. ⁊ on hiſ yrre nan ðing ne do ðe him eft ofþyncean ðyrfe. ne huru nane hƿile nan yrre ne healde. ⁊ on hiſ heortan nan facen næbbe. ⁊ nanum men ſyb-

he coſſe ne ſylle butan he on heortan wiþ
hyne fulle ſybbe habbe. ⁊ wyþ nanne man
nan yrre nabbe. ofer ſunnan ſetlgong.
ac ælcum ðara ðe wyþ hyne abelge. ær ſun-
nan ſetlgange he hyt on his mode forgife.
⁊ ſoþe Godes lufan. ⁊ monna he nane for-
læte. ⁊ na ne ſwerige ðylæs ðe he manſwe-
rige. ⁊ of his heortan. ⁊ of his muþe ſym-
ble ſoþfæſtnyſſe forþbringe. ⁊ nanum men
yfel mid yfele gylde:· Ne nanne teonan ne
do. ac gif him hwa hwylcne do. he ꝥ geþyl-
delice forbere. ⁊ for Godes lufan his fe-
ond lufie. ⁊ gif hyne hwa wyrige he ðone na
eft ne wyrge. ac hine ma bletſige. ⁊ gif
hine hwa for hwylcum ryhte onſcunie ⁊ eh-
te. ⁊ geþolige he ꝥ luſtlice:· Ne beo he
ofermode. ne beo he druncen georn. ne beo
he to ſlapol. ne beo he to micel ætе. ne beo
he to ſlaw. ne beo he to cornigende. ne beo
he to tælende. ac ealne his to hopan ſette
he on God. ⁊ ðonne he hwæt to gode doo.
telle he ꝥ Gode. næs him ſylfum. ⁊ ꝥ he to
yfele deþ. oþþe ær dyde wite he ꝥ ꝥ com
fram him ſylfum:· Gemyne he ſymble do-
mes dæge. ⁊ ondræde him helle wite. ⁊ mid
ælcere gaſtlicere gewilnunge wilnige he ðæs
ecan lifes. ⁊ geþence he dæghwamlice ðone
ytemeſtan dæg his lifes. ⁊ ealle tyda tili-
ge he tela to donne. ⁊ geþence he buton
tweon ꝥ he ſymble biþ ondweard Godes ea-
gum. ⁊ gif him hwylce yfele geþohtas on
mod becumen. ðonne andette he ða ſona ⁊
his gaſtlicum læce. ꝥ is his ſcrifte. ⁊ ge-
þence he ymbe ures drihtenes ðrowunge. hu
he for his eadmodnyſſe ⁊ for ure nyd ðe-
arfe ðe geſceop ealle geſceafta. wæs geme-
domad on rode beon ahangen. ⁊ hu him wæ-
ron ægþer ge fet ge handa. mid næglum
ðurhdryfene. ⁊ hu he wæs mid ſpere on
his ſydan geſtungen. ðonne mæg he mid
ðiſſum geþohte geflyman ða yfelan ge-
þohtas. ⁊ of his mode aſwyrpan:· His muþ
he ſceal ſymble fram ðweorum ⁊ yfelum
wordum healdan. ne ſceal him beon leof fe-
la to ſprecanne on unryht. ne he ne ſceal
ſprecan ydelu word. ða ðe unnytte hleah-
tor up ahebben. ne he eac ne ſceal lufigean
micelne ⁊ ungemetlicne cancettende hleah-
tor. ac haligra boca rædinge he ſceal luſt-
lice gehyran. ⁊ gelome he ſceal his gebedu
began. ⁊ ða his ær gedonan yflu mid tea-
rum. ⁊ mid geomorunge dæghwamlice on his
gebedu. he ſceal Gode andettan. ⁊ him for-
gyfnyſſe biddan. ⁊ God georne biddan ꝥ he
hyne gehealde ægþer ge wiþ ðara ær gedon-
ra yfla edlæcunge ge wyþ gehwylce miſdæ-
da:· His lichoman luſtum ne ſceal he fulgan.
his agene wyllan he ne ſceal fulgan. ac on eal-
lum ðingum he ſceal his lareowes bebodum hy-
ran. geþeah ðe hyt ſy ſwa ſwa God wylle ꝥ
hit ne ſy:· ꝥ ſe lareow ðe him tela tæce. him
ſylf elles hu do. he ſceal gemunan ðone
cwyde ðe ure Drihten on his godſpelle cwæþ.
ꝥ ꝥ hig eow don haten. do ge ꝥ. ⁊ ꝥ ꝥ hig
ſylfe doþ. ne do ge ꝥ. ðonne hig eow tela
tæcan ⁊ him ſylf on ðweorh doþ:· Ne wil-

culum det, niſi in corde cum eo plenam pacem habeat. Et cum nemine iram retineat poſt ſolis occaſum, ſed omnibus quibus iraſcebatur, ante ſolis occaſum in animo ſuo remittat; et verum Dei ac proximi amorem nunquam negligat; et nunquam juret, ne forte pejeret; et ex corde ac ore ſuo ſemper veritatem proferat; et nemini malum malo compenſet. Nemini injuriam faciat, ſed ſi quis ei aliquam fecerit, patienter illam ferat, ac ex Dei amore inimicum ſuum diligat. Et ſi quis ei maledixerit, ipſe iterum non maledicat, ſed ei potius benedicat. Et ſi quis eum coram aliquo judicio execretur et perſequatur, perferat hoc libenter. Non ſit ſuperbus; non ſit ebrietati deditus; non ſit ſomnolentus; non ſit nimium edax; non ſit piger; non ſit murmurans; non ſit detrectator, ſed omnem ſpem ſuam in Deo collocet; et ſi quid boni fecit, attribuat Deo, non ſibiipſi; et quod ipſe malum facit vel antea fecit, ſciat hoc ex ſeipſo oriri. Recordetur ſemper diei judicii, et timeat inferni poenam, et omni cum ſpirituali deſiderio deſideret aeternam vitam; et meminerit quotidie noviſſimi diei vitae ſuae, et quovis tempore annitatur bonum facere, et cogitet abſque dubio, quod ſemper ſit in conſpectu Dei; et ſi malae cogitationes quaedam in animo ipſius oriantur, tunc confiteatur ea ſtatim ſpirituali ſuo medico, qui eſt confeſſor ejus. Et ſemper meminerit paſſionis Domini noſtri, quomodo ille ex humilitate ſua et pro noſtra neceſſitate egebat, qui creavit omnes creatures, humiliatus, in cruce eſt affixus, et quomodo ipſius deinde tam pedes, quam manus clavis perforatae ſunt, et quomodo latus ejus haſta transfixum eſt. Tunc his cogitationibus diſpellere poteſt malas cogitationes, et ex animo ſuo exterminare. Os ſuum a perverſis malis eloquiis continere debet; non ſit ipſi gratum multa injuſte loqui, neque loquatur vana verba, quae inutilem riſum excitant, neque diligere debet multas et immodicas cachinnationes, ſed ſanctorum librorum lectionem libenter audiat, ac crebro preces ſuas dicat; et ſic anteactum malum lachrymis et gemitibus quotidie in oratione Deo debet confiteri, et remiſſionem ab eo petere; et Deum ſedulo orare, ut ipſum inpoſterum praeſervet tam ab anteacti mali repetitione, quam a quocunque maleficio. Corporis ſui deſideriis non obſequatur, nec propriam voluntatem ſequatur, ſed in omnibus rebus magiſtri ſui praeceptum audiat, licet ſit tale, quale Deus vult ut non ſit. Quodſi doctor, qui eum in doctrina inſtruit, ipſe aliud quid faciat, recordari debet ſermonis, quem Dominus noſter in evangelio ſuo dicebat, quod id, quod vos facere jubent, faciatis, et quod ipſi faciunt, non faciatis, cum ipſi vos in doctrina inſtruunt et contrarium faciunt. Non vult ipſe ut ſanctus dicatur antequam talis

ſit,

ſit, ſed mereatur prius, ut juſte poſſit ſanctus nominari. Dei praecepta quotidie factis impleat; caſtitatem diligat; nullum hominem oderit; invidiam aut rancorem non foveat; diſputationes non diligat; ſuperbiam fugiat; ſeniores veneretur; et juniores amet Chriſti amore, et pro inimicis ſuis oret. Cum iis, quibuſcum diſcordiam habuit, ante ſolis occaſum redeat ad pacem; de miſericordia Dei nunquam deſperet. Jam hae ſunt doctrinae et inſtrumenta ſpiritualis artis, quae ſi a nobis die et nocte indeſinenter exercitata ſint, et ad vitae noſtrae finem adimpleta, tunc erit nobis ejuſmodi a Domino compenſatio, quam promiſit iis, qui praecepta ipſius obſervabunt ac praeſtabunt: cum "nullus unquam oculus vidit, nec ulla auris audivit, neque in ullius hominis cor aſcendit, quae praeparavit Deus illis, qui ipſum amant."

nige he ꝥ he sy halig gecweden ærþon ðe he sy. ac geearnige ærest ꝥ he sy. ꝥ he rihtenlicor mæge beon halig genemned:· Godes beboda dæghwamlice mid dædum gefylle. he clænnysse lufige. ne nænigne mon he ne hatige. he æfest ne andan ne hæbbe he. geflytu ne lufie he. up ahefednysse fleo he. ealde men arige he. ⁊ geonge lufige in Cristes lufan. ⁊ for his feondum gebidde he:· Mid ðam ðe wiþ hyne ungeþwærnysse hæbben. ær sunnan setlgonge gehweorfe he to sybbe. be Godes miltse ne geortrywe he næfre:· Nu ðonne ðis synt ða lara ⁊ ða tol gastlices cræftes ða gif hig from us dæges oþþe nyhtes ungeteorienðlice begongenne beoþ. ⁊ æt ures lifes ende gefylde beoþ. ðonne biþ us seo med æt Drihtene witod. ðe he gehet ðæm ðe his bebodu healdan. ⁊ gelæstan woldan. ða næfre nan eage ne gesyhþ. ne nan eare ne gehyrde. ne on nanes mannes heortan ne astah. ða ge gearwode God ðæm ðe hyne lufiaþ:·

XXII. *De oratione dominica et ſymbolo diſcendis.*

Omnes fideles commonendi ſunt generaliter a minimo ad maximum, ut quilibet diſcat Pater noſter et Credo; et ipſis dicendum eſt ac conſiderandum, quod in his duabus ſententiis fundamentum totius chriſtianae fidei eſt; et niſi quis has duas ſententias cantare poſſit et ita credat, prouti inibi dictum eſt, et illas ſaepe recitet, non poteſt eſſe chriſtianus. Olim conſtitutum erat ut nullus eorum, qui neſciebat Credo et Pater noſter, vel ad epiſcopi confirmationem vel ad baptiſma aliquem ſuſcipiat, neque aliquis ſponſor ejus ſit dum baptizatur vel confirmatur, niſi ejus ſit aetatis, ut ante nominatas ſententias diſcere nequeat.

XXII. ———.

Ealle ðe geleaffulle men synt to myngienne gemænlice. from ðon læston oþ ðone mæstan. ꝥ te ælc mon geleornige Pater noster ⁊ Credon. ⁊ him is to cyþenne ⁊ to hogienne ꝥ on ðissum twam cwydum. is se staþol ealles cristenes geleafan ⁊ butan hwa ðas tweges cwydas asingan mæge ⁊ swa gelyfe. swa ðær on sægþ. ⁊ hyne mid oft gebidde. ne mæg he beon wel cristen:· Hit wæs gefyrn gesett ꝥ nan ðara manna ðe ne cuþe Credan. ⁊ Pater noster. ꝥ he ne moste naþer ne æt biscopes handa. ne æt fulwihte nanum men onfoon. ne hine mon furþian fulluhte fullian ne moste ne biscopian. buton he ða ylde næfde ꝥ he ðonne gyt ða ær genemnedan cwydas geleornian ne mihte:·

XXIII. *De mane et veſpere orando.*

Chriſtianis laicis etiam dicendum eſt, ut quiſque bis ſaltem oret die, niſi ſaepius queat, hoc eſt, mane et veſperi, niſi quis Pater noſter et Credo poſſit, cantet et dicat: "Tu Domine, qui me formaviſti et creaviſti, miſerere mei: Deus miſerere mei peccatoris." et Deo gratias agat pro quotidiano victu, et quod ipſum ad imaginem ſuam creaverit, et quod eum a pecoribus ſegregaverit. Et his ita factis, et poſtquam creatorem ſuum ſolum adoraverit, invocet Dei ſanctos, et oret ut pro eo apud Deum intercedant; primo ſanctam Mariam, et omnes Dei ſanctos. Illi qui eccleſiam adire poſſunt, hoc faciant in eccleſia; illi qui eccleſiam adire non poſſunt faciant id ubicunque ſunt, ſive veſperi ſive mane, quoniam pſalmiſta dicebat: "In omni loco eſt dominatio Dei:" et deinde loquebatur ad Deum: "In omni loco tu es, et licet in caelum aſcendero, ibi tu es." Similiter dicebat: "Nullum locum

XXIII. ———.

Eac is cristenum læwedum mannum to cyþanne ꝥ te gehwa him tuwa huru gebidde on dæge butan hwa oftor mæge. ꝥ is. on morgen. ⁊ on æfenne. buton hwa Pater noster ⁊ Credan cunne. gesynge ⁊ cwæþe:· Drihten ðu ðe me gehiwadest ⁊ worhtest gemiltsa me. God gemiltsa me synfullum. ⁊ Gode ðancie he his dæghwamlicre ondlyfene ⁊ ꝥ he hine to his anlicnesse gesceop. ⁊ hine from nytenum asced:· And ðissum ðonn swa gedonum. ⁊ his scippende anum geweorþodon. he cleopie to Godes halgum. ⁊ bidde ꝥ hig him to Gode ðingien ærost to sanctan Marian. ⁊ syþþan to eallum Godes halgum:· Ða ðe cyrcean geræcean magon don hi þis on cyrcean. ða he ðonne cyrcean geræcean ne magon. don hig hit ðær ðær hig syn. ægðer ge on æfenne ge on morgenne. forþon se sealmsceop cwæþ. on ælcre stowe is Godes anweald. ⁊ eft he cwæþ to Gode. on ælcre stowe ðu bist. ⁊ ðeah ic on heofonas astyge. ðær ðu bist. swylce he cwede ne mæg

mæg ic nane stope gemetan ðe ðin onƿeald on ne sy:·

invenire possum, in quo dominatio tua non sit."

XXIV. ———.

Sunnan dæg is sƿiþe healice to ƿeorþianne. forþon ƿe bebeodaþ. ꝥ te nænig mon ne geþristlæce on ðone halgan dæge. on nan ƿeoruld ƿeorc beƿon. butan mon his mete gearƿige:· Butan hƿam gebyrige ꝥ he nyde faran scyle ðonne mot he sƿa ridan sƿa roƿan sƿa sƿilce færelde faran sƿylce to his ƿege gebyrige. on ða gerad. ꝥ he his mæssan gehyre. ⁊ his gebedu ne forlæte:· On Sunnan dæg gesceop God ærest leoht. ⁊ on ðæm dæge he sende Israhela folce on ðam ƿestene heofonlicne hlaf. ⁊ on ðone dæg he aras of deaþe. ða he ær his sylfes ƿyllum for moncynnes helo deaþ geþroƿade. ⁊ on ðone dæge he sende ðone halgan Gast on his ðegenas. ðonn forþon is hit sƿiþe micel cyn. ꝥ gehƿilc cristen man ðone dæg sƿyþe arƿurþlice ƿeorþige:· And hit gedafenaþ ꝥ gehƿylce cristene men. ða ðurh teon magon on Sæternes dæg cume to cyrican ⁊ him leoht mid bringe. ⁊ ðær æfensang gehyran. ⁊ on uhtan ðone uhtsang. ⁊ on morgenne mid heora offrungum cuman to ðære mæssan symbelnysse. ⁊ ðonn hig ðyder cumen. ne sy ðær nænig facn. ne nænig geflitu. ne nænig ungeþƿærnes gehyred. ac smylte mode æt ðære halgan ðenunge. ægþer ge for hig sylfe ge for eal Godes folc ðingien ægþer ge mid heora gebedum ge mid heora ælmessan. ⁊ æfter ðære halgum ðenunge. him gehƿa ham hƿyrfe. ⁊ mid his freondum. ⁊ his nyhstum. ⁊ mid ælþeodigum hine gastlice gereordige. ⁊ hine ƿiþ ofer æt ⁊ druncennysse beorge:·

XXIV. *De die dominica [illegible].*

Dies Solis admodum ſancte eſt celebrandus, ideo jubemus ut nullus homo praeſumat in hoc ſancto die aliquod ſeculare opus inchoare, praeterquam quum cibum ſuum praeparat. Excipe ſi accidat ut proficiſci debeat; tunc poteſt ſive equitare, ſive navigare, ſive eam viam ingredi, quae ad iter illius conducit, ea conditione, ut miſſam ſuam audiat, et preces ſuas non negligat. Die Solis Deus creabat prius lucem, et eodem mittebat populo Iſraelitico in deſerto caeleſtem panem, et illo die reſurgebat a mortuis, poſtquam antea ſponte pro humani generis ſalute mortem eſſet paſſus; et in illo die mittebat Spiritum Sanctum ſuper ſervos ſuos; ideo quam maxime juſtum eſt, ut quilibet chriſtianus illum diem maxima cum veneratione celebret. Oportet etiam omnem chriſtianum, qui hoc perficere poteſt, die Saturni ad eccleſiam venire, et luminare ſecum adferre, ac ibi cantum veſpertinum audire et noctu laudes nocturnas, et mane cum oblationibus ſuis venire ad miſſarum ſolennitatem. Et cum illuc veniunt, non audiatur ibi aliqua contentio, nec aliquod jurgium, nec aliquod ſcandalum, ſed ſereno modo in hoc ſacro miniſterio tam pro ſeipſo, quam pro omni Dei populo intercedat tam precibus, quam eleemoſynis; et poſt illud ſacrum officium domum redeat, et cum amicis et proximis ac cum extraneis ſpiritualiter cibo ſe reficiat, et contra ingluviem et ebrietatem ſe muniat.

XXV. ———.

Eac is gehƿylcum mæssepreoste micel ðearf. ꝥ he his hyre men georne tyhte ⁊ lære. ꝥ hig cum lyþe syen. ⁊ nænegum færendum men hyra husu ne ƿyrnen. don him elles Godes ðances to gode ꝥ hig don ƿillen oþþe mægen. forþon butan tƿeon ꝥ mon Godes ðances cumum gedeþ. ꝥ mon deþ Gode. sƿa sƿa he sylf on domes dæg cƿiþ to ðam ðe him on ða sƿyþran hand gesette beoþ. Ic ƿæs cuma. ⁊ ge me onfengon. ða ðon ðe Godes ðances hƿylcne cuman underfon ne ƿilnigen hig ðær nanra ƿoruld leana. ðurh cumliþnysse sƿiþe monige men Gode geƿeemdon. to ðon sƿiþe ꝥ hig ðæs ƿyrþe ƿæron. ꝥ Godes englas hig sohton:· Ne sceal nan man ƿoruld mede ƿilnian æt ðam cuman. forþam ðe him is gehaten ece gefea fore on Godes rice:·

XXV. *De [illegible].*

Cuilibet preſbytero etiam maxime neceſſarium eſt, ut parochianos ſuos diligenter inſtruat ac doceat, ut hoſpitales ſint, et nullis itinerantibus hominibus domum ſuam denegent; benefaciant eis Dei gratia omnia, quae facere velint vel poſſint, quoniam abſque dubio quod Dei cauſa advenis factum eſt, Deo ipſi factum eſt; prouti ipſe in die judicii dicet illis, qui ad dextram ejus manum collocati ſunt: "Ego advena fui, et vos me ſuſcepiſtis." Qui vero Dei gratia aliquos advenas ſuſcipiunt, non deſiderent aliquod mundanum praemium; per hoſpitalitatem quammulti Deo placuerunt, adeo ut digni fuerint, quod Dei angeli eos viſitarent. Nemo praemium mundi cupiat ab advenis, quoniam illius loco ei promiſſum eſt aeternum gaudium in regno Dei.

XXVI. ———.

Eac is sƿiþe micel ðearf. ꝥ ge georne mænaþa styran ⁊ eornum hyre monnum cyþon. hu ungefohlicu scyld ꝥ is. ⁊ hu sƿyþe hit is forboden ægþer ge on ðære æ. ge on ƿitegna bocum. ge on Cristes agenum

XXVI. *De perjurio.*

Maxime etiam neceſſarium eſt, ut diligenter perjuria inhibeatis, et parochianis veſtris dicatis, quam indecorum peccatum hoc ſit, et quantopere prohibitum tam in lege, quam in libris prophetarum, et in propriis Chriſti [illegible]. Ete-

* Vid. Can. Ælfr. c. [illegible]

nim auditu accepimus, quod nonnulli hoc nimis parvum delictum, quale non eſt, credant; ſed eſt aliquod maximorum delictorum, et eodem modo compenſandum, ac homicidium, vel adulterium, vel aliud quoddam capitalium flagitiorum compenſari debet. Scire etiam debetis et veſtris parochianis dicere, quod cuilibet eorum, qui capitale crimen aliquod commiſerit, et ad poenitentiam ſe convertere nolit, prohibeatur quaelibet communio cum chriſtianis hominibus tam in eccleſiis, quam extra, tam cibus, quam potus, et cohabitatio in domibus, niſi ad poenitentiam ſe convertere velint.

XXVII. *De falſo teſtimonio.*

Preſbyteris etiam valde neceſſarium eſt, ut parochianis ſuis dicant, quod nemo eorum ſtudio proferat falſum teſtimonium, quoniam quam graviſſimum delictum eſt, et Dominus noſter ſeveriſſime in monte Sinai illud delictum prohibuit et ita inquit: Non ſitis unquam in aliquo falſo teſtimonio, quoniam falſus teſtis nunquam erit impunitus. Quilibet homo, qui delictum hoc committit, vel commiſit, eadem poenitentia id purgare debet, quam prius de perjuriis et etiam aliis capitalibus criminibus ſtatuimus, vel ab omni chriſtianiſmo ſit ſeparatus. Quid magis ſtultum eſſe poteſt, quam cum quis ex cupiditate auri, et argenti, vel pretioſorum veſtimentorum, vel alius mundanae rei, in tale grave delictum cadat, ut vel ſeptem annis in ſeveriſſima aerumna in poenitentia vivere, vel ab omni chriſtianiſmo ſegregari debeat? Dominus noſter dicebat, "quod homini nihil profit, licet totum mundum lucretur, ſi animam ſuam perdere vellet."

XXVIII. *Ut ſacerdos quilibet modo aliquo plebem doceat.*

Praecipimus etiam preſbyteris, qui nobis ſubjecti ſunt, ut diligentiſſime populum doceant; eos [quidem] qui in libris verſati ſunt, ut ſaepe ac diligenter parochianos ſuos ex libris doceant; qui autem in libris non ſunt verſati, praecipiant junioribus ſuis, ut a malo abſtineant, et bonum faciant, pacem quaerant et ſequantur, et dicant eis, "quod oculi Dei ſint ſuper juſtos, et aures ejus audiant juſtorum petitionem; et facies Domini ſit ſuper male agentes; ideo ut eos perdat, et deleat de terra memoriam illorum." Nemo veſtrum ab doctrina hac excuſare ſe poteſt. Quilibet veſtrum linguam habet. Qui bona eloqui vult, ſemper aliquos corrigere poteſt. Simulac ſacerdos quidam aliquem in errore viderit, omnes vires impendere debet, ut ipſum ad virtutem ducat tam increpando, quam obſecrando, et orando, ac neminem illorum dimittat, antequam illos ad aliqua bona opera perduxerit. Volo etiam ut temporibus conventionis, Deo juvante, ad ſynodos conveniamus, ut unuſquiſque mihi dicere ſciat, quos fructus, Deo juvante, in parochia ſua collegerit, et quomodo

bocum:· Đonne habbaþ ƿe geahsod ꝥ hit sume men doþ to lytelre scylde. ðonne nis hit na sƿa. ac is an ðara mæstena scylda. ⁊ on ða ylcan ƿisan hit is to betanne. ðe man slyht oþþe æƿbrice oþþe elles hƿilc ðara heafodlicra leahtra to betanne is:· Eac ge sceolan ƿitan. ⁊ eoƿrum hyrig monnum cyþan. ꝥ te gehƿylc ðara ðe ðara heafodlicra leahtra hƿylcne gefremed hafaþ. ⁊ to dæd bote cyrran nele. ꝥ him is to forbeodene æghƿylc gemana mid cristenum mannum ge in cyrcean. ge butan. ge æt. ge drinc. ge samodƿunung on husum. butan hig to dæd bote gecyrran ƿillun:·

XXVII. ————.

Eac is mæsseprēostum micel ðearf. ꝥ hig hyra mannum cyþen ꝥ hy ne gehƿa georne ƿiþ ƿo geƿitnysse gehealde. forþon hit sƿiþe hefegu scyld is. ⁊ ure drihten sƿyþe fæste on Synai ðæm munte ða scylde forbead. ⁊ ðus cƿæþ. ne beo ge næfre on nanre leasre geƿitnysse. forþon se leasa geƿita ne biþ he næfre ungeƿitnod:· Sƿilc mon sƿylce ða scylde gefremeþ. oþþe gefremed hafaþ. mid ðære ylcan dædbote he hyne sceal geclænsian ðe ƿe ær bufan sædon be ðæm mænumaþum ⁊ eac oþrum heafodlicum leahtrum. oþþe fram eallum cristendome beon asceaden:· Hƿæt mæg beon ðærlicre. ðonne hƿa forgytsunge goldes ⁊ seolfres. oþþe deorƿyrþra hrægla oþþe ænigra ƿoruld ðinga on sƿa hefige scylde gehreose. ꝥ he sceole oþþe vii. gear on sƿiþe nearƿre yrmþe on ðære dædbote lybban. oþþe fram eallum cristendome beon aƿorpen:· Ure drihten cƿæþ. ꝥ ðam men na ƿiht ne forstode. ðeah he ealne middan eard gestrinde. gif he his saƿle forleosan ƿolde:·

XXVIII. ————.

Eac ƿe beodaþ ðæm mæssepreostum ðe us underþeodde synt. ꝥ hig sƿiþe geornlice ymb ðæs folces lare syn. ða ðe on bec gelærede syn. ꝥ hig gelomlice ⁊ geornlice heora hyrig men of ðæm bocum læren. ða ðe ðonne sƿa forþ on bec gelærede ne syn. ðonne beoden hig hyra gyngrum ꝥ hig yfeles gesƿicen. ⁊ don godsecen sybbe. ⁊ folgien ðære. ⁊ secgen him ꝥ Godes eagan beoþ ofer ða ryhtƿisan men. ⁊ his earan gehyraþ ðara ryhtƿisra bene. ⁊ Drihtenes ondƿlita biþ ofer ða yfeldondan men to ðon ꝥ he hig forsƿille ⁊ adylige of eorþan hyra gemynd:· Ne mæg eoƿer nan hyne lare beladian:· Ælc eoƿer hafaþ tungan. se ðe god sprecan ƿile symble he mæg sumne mon gebetan:· Sona sƿa sacerda hƿylc hƿone on ƿon gesyhþ. he sceal ealle mægene tilian ꝥ he hyne on rihtum gebrynge ægþer ge ðreagende ge halsigende ge biddende. ⁊ hine no ne forlætan ær he hyne on sumum godum ƿeorcum gebringe:· And ic ƿylle ðæm tidum. ðe æt gemetinge Gode fultumiendum ƿe to somne æt seonoþum cumen. ꝥ gehƿa me ƿite to secganne hƿylcne ƿæstm he Gode gefultumiendum on his scyre gestry-

ned

ned hæbbe. ⁊ hƿæt he his hyre men on rihte gebroht hæbbe. ðe ær on ƿoh lifde. ⁊ gif hƿa mines fultumes beþearf. ðonne biþ he him sona gearo on soþre lufan Godes ⁊ manna. sƿa forþ sƿa ic fyrmest gelæstan mæg:·

parochianos ſuos ad juſtitiam deduxerit, qui antea in errore vixerant; et ſi quis meo auxilio indigeat, tunc ſtatim praeparet ſe in vero amore Dei et hominum, [et] quam optime potero [illud] poſtea praeſtabo.

XXIX. ———.

Eac ge sceolon myngian eoƿre hyre men ꝥ hig hyra gebedu geneahlice began on ðas ƿisan ge hig sceolan læran ꝥ hie hig gebidden:· Ærest hig sceolan syngan Credon. ðonne biþ ꝥ gelicost ðon ðe hig at eorþen ðone staþol hyra ryhtan geleafan. ⁊ æfter ðon ðe he Credan gesungen hæbbe. ðonne cƿeþe he ðriƿa. God ðu ðe me gesceope. gemyltsa me. ⁊ ðriƿa. God gemyldsa me synfullum:· And æfter ðon gesynge Pater noster. ⁊ æfter ðon gif he ðone stede hæbbe ⁊ ðone æmtan. ðonne bidde he sancta Marian ærest. ⁊ ða halgan apostolas. ⁊ ða halgan martyras ⁊ ealle Godes halgan ꝥ hig him to Gode ðingien:· And ðonne his heafod foreƿeard mid ðære halgan rode tacne geƿæpnige. ꝥ is. gesenige hine. ⁊ ðonne up ahæfenum handum. ⁊ eagum on his heortan he Gode ðancie ealles ðæs ðe he him forgeaf ægþer ge yþran ge unyþran:· Gif he ðonne ðone æmtan næbbe. ꝥ he eall hit ðus gedon mote. ðonne gedo he sƿa ðeah sƿa ƿe ær buran cƿædon. ꝥ is cƿeþe ðriƿa. God ðu ðe me gesceope. gemyltsa me. ⁊ ðriƿa. God gemyltsa me synfullum:· And æfter ðon ynƿeardre heortan gesynge Pater noster. ⁊ hyne gesenige:·

XXIX. *De formula* [illegible].

Debetis etiam monere parochianos veſtros, ut preces ſuas praecipue eo modo faciant, quo vos eos orare docuiſtis. Primum “Credo” cantare debent, tunc erit ſimillima vera illorum fides huic veſtro fundamento. Et poſtquam “Credo” cantaverit, dicat ter, “Deus, qui me creaviſti, miſerere mei,” et ter, “Deus miſerere mei peccatoris.” Et deinde cantet orationem dominicam; ac poſtea ſi locum et tempus habeat, invocet prius ſanctam Mariam, et ſanctos apoſtolos, et ſanctos martyres, et omnes Dei ſanctos, ut pro eo apud Deum intercedant. Et tunc frontem ſuam cum ſanctae crucis ſigno armet, hoc eſt, ſignet ſe et tunc cum elevatis manibus et oculis in corde ſuo Deo gratias agat pro eo, quod ipſi remiſerit tam levia quam gravia; ſi autem tempus non habeat, ut haec omnia facere poſſit, faciat tamen ſicut ſupra diximus; hoc eſt, dicat ter, “Deus, qui me creaviſti, miſerere mei;” et ter, “Deus miſerere mei peccatoris.” Et poſtea interiori corde cantet orationem Dominicam, et ſe ſignet.

XXX. ———.

Æghƿylce dæg ƿe sculon Gode ane oþþe tƿa oþþe oftor. gyf ƿe magon on urum gebede ure synna andettan. cƿæþendum ðæm ƿitgan. Drihten mine scylde ic dyde ðe cuþe. ⁊ mine unryhtƿisnysse ic ðe ne hal. ic cƿæþ. ic andette ðe Drihten mine unrihtƿisnysse ƿiþ me sylfum. ⁊ ðu Drihten me forgeafe ða arleasnysse mynre synne ðonne æfter ðære andetnesse mid geomrunge. ⁊ heortan onbryrdnesse. ƿe sceolon us to Dryhtene gebiddan. ⁊ ðone fifteigan sealm syngan. oþþe ðone xxiv. oþþe ðone xxv. oþþe ðara sumne ðe ðærto sƿylcum belymþ. ⁊ sƿa ꝥ gebed gefyllan:· Seo andetnes ðe ƿe mæssepreostum doþ ura synna. ðis heo us deþ to gode. ꝥ onfongnum fram him halƿendum geþeahtum. ⁊ læce domum ðara ƿamma ðe ƿe him on us sylfe for urum agnum geƿyrhtum secgaþ ⁊ gehealdnum ðonne ðæm bebodum ðe hig us beodaþ. ƿe mid ðon magon ure synna adiligian:· Ðonne seo andetnes ðe ƿe Gode anum andettaþ deþ. hio us ꝥ to Gode. sƿa ƿe oftor hig gemunaþ sƿa forgyt God hyra hraþor. Drihten cƿæþendum ðurh ðone ƿitgan. ðinra synna ne gemyndie ic:· Ðonne ongean ðon sƿa ƿe oftor misdæda forgytaþ. sƿa gemunad hig God geornor:· Us is ðearf ꝥ ƿe geþencen hƿæt David se ƿitga cƿæþ. ⁊ eac ðon don sƿa ƿe nyhst magan. he cƿæþ. Mine unryhtƿisnysse

XXX. *De* [illegible].

Quolibet die Deo ſemel vel bis vel ſaepius, ſi poſſumus, in oratione noſtra peccata noſtra confiteri debemus, dicente propheta: “Domine delictum meum tibi notum feci, et injuſtitiam meam non abſcondi tibi: dicebam, ego confitebor Domino injuſtitiam meam adverſus meipſum, et tu Domine remiſiſti mihi impietatem peccati mei.” Tunc poſt confeſſionem cum gemitu et cordis compunctione debemus ad Dominum orare, et tum quinquageſimum pſalmum cantare vel xxiv. vel xxv. vel eorum aliquem, qui ea de re tractat, et ſic orationem complere. Confeſſio, quam ſacerdotibus facimus peccatorum noſtrorum, ad hoc nobis utilis eſt, quod per eam conſequamur ſalubria conſilia, et medicamenta eorum delictorum, quae in nobiſipſis propter propria noſtra opera ineſſe dicimus, et ut per obſervationes praeceptorum illorum, quae nobis injungit, poſſimus peccata noſtra abolere. Deinde confeſſio, quam Deo ſoli confitemur, ad hoc nobis utilis eſt, quod quanto ſaepius [peccatorum] meminimus, tanto libentius Deus ea remittit; Domino dicente per prophetam: “Peccatorum tuorum non recordor.” Aſt e contrario quanto ſaepius peccatorum obliviſcimur, eo libentius Deus illorum recordatur. Nos oportet cogitare id, quod David propheta dicebat, et illud etiam quantum valemus facere. Dicebat: “Injuſtitiam meam

cogno-

cognoſcebam, et peccatum meum ſemper eſt coram me."

XXXI. *De peccatis in confeſſione enumerandis.*

Quodlibet peccatum poenitentiario confiteri debemus; omne quod unquam commiſimus vel verbo, vel opere, vel cogitatione. Octo ſunt principalia vitia, aſt admodum pauci ſunt, qui non [in] aliquibus vel omnibus deliquerunt. Unum eſt gaſtrimargia, alterum fornicatio, tertium triſtitia mundi, quartum deſiderium pecuniae, quintum vana gloria, ſextum invidia, ſeptimum ira, octavum ſuperbia. Cum quis ad poenitentiarium ſuum venit eo conſilio, ut neceſſitatem ſuam ipſi indicare velit, et peccata ſua confiteri; tunc poenitentiarius eum diligenter interrogare debet de eo, quod ipſi confitetur, quomodo res facta ſit, an ſponte, an invite, et an ſubito, an conſiderato modo; et tunc ei pro quolibet malefacto poenitentiam injungat pro ratione facti. Valde differt homo, qui ſeipſum defendendo alium occidit, ab eo, qui alii inſidiatus fuerit et ipſum occiderit. Ita ſe res habet tam cum concubitu, quam cum quibuſvis maleficiis. Poenitentiarius interrogare debet unumquodque, quod ad neceſſitatem ejus conducit, et ipſum docere, ut nihil ei diſſimulet nec in verbo, nec in facto ejus, quod unquam cogitavit ſe contra Dei voluntatem feciſſe; et poenitentiarius pro quibuſlibet rebus compenſationem ei imponere debet.

XXXII. *Ut opera charitatis quiſque faciat, et quonam modo fient.*

Eſurientibus cibum dare debemus, ſitientibus potum, nudi operiendi ſunt, et infirmos, ac qui in carcere ſunt, viſitare debemus, et advenas excipere, uti Dominus noſter ipſe dicebat: "Eſurivi, et vos mihi dediſtis cibum; ſitivi, et vos mihi dediſtis potum; fui nudus, et vos me veſtiviſtis; fui infirmus, et in carcere, et vos me viſitaviſtis." Tunc quilibet in ſeipſo illud ſpiritualiter habere debet, et in aliis corporaliter id adimplebit. Aſt licet hoc omnino impleverit, non poteſt eum ad vitam aeternam perducere, ſi in luxuria, et ſuperbia, et in invidia, et in aliis diverſis vitiis, quae enarrare nimis longum eſſet, vitam ſuam tranſigat. Sed ſimulac homo meminerit, quod Chriſtum in ſe non habeat, (qui dixit: "Ego ſum panis vivus, qui de caelo deſcendit)" nec verum amorem, qui eſt animae nutrimentum, abſque dubio tunc eſt eſuriens. Aſt ſi per bona opera deſerat priſtina ſua vitia, Chriſto ſe adjungit, et ſeipſum veri amoris dulcedine implet, tunc nutrivit ſeipſum eſurientem in anima ſua. Qui autem ſeipſum vidit ſeparatum a fluvio doctrinae ſacrae ſcripturae, et Spiritus Sancti, ille ſatis erit ſitiens; aſt qui ſeipſum cum ſcaturigine ver-

ic oncnawe. ⁊ min syn biþ symble ongean me:·

XXXI. ———.

Ælce synne mon sceal his scrifte andettan. ðara ðe he æfre gefremede oþþe on worde. oþþe on weorce. oþþe on geþohte:· Eahta syndan heafodlice synna. ðonne is swiþe lyt monna ꝥ ne sy mid ðæm sumum oþþe eallum besmiten:· An is gyfernes metes. oþer unriht hæmed. ðrydde modes unrotnes. feorþe gytsunge feos. fyfta ydel gylp. syxta æfest. seofoþa yrre. eahtoþa ofermedla:· Ðonne hwa to his scrifte cymeþ on ða gerad ꝥ he wille his ðearfa to him sprecan. ⁊ his synna andettan. ðonn sceal se scrift hine georne ahsian be ðæm ðe he him andettaþ. hu ða ðing gedon wæron. hwæþer ðe gewealdes ðe ungewealdes. ⁊ hwæþer ðe færlice ðe ðurh ærbeþohte wisan. ⁊ him ðonne be ælcre misdæda ða bote scrife be ðon ðe seo dæd gedon wæs:· Swiþe ungelic biþ se mon ðe hyne sylfne werigende oþerne mon ofslyhþ. ðæm ðe oþerne gesætaþ ⁊ hyne ofslyhþ. swa hit byþ ægþer ge æt hæmedum ge æt gehwylcum misdædum:· Se scrift sceal ahsian gehwylces ðinges ðone ðe to him his ðearfe sprycþ ⁊ hine læran. ꝥ he him nan ðing ne hele. ne on worde ne on weorce. ðæs ðe he æfre wene. ꝥ he wiþ Godes willan ge worohte. ⁊ se scrift him sceal æt gehwylcum ðingum ða bote seggan:·

XXXII. ———.

Hyngriendum we sceolon syllan mete. ⁊ ðyrstendum drync. nacode we sceolan oferwreon ⁊ untrume. ⁊ ða ðe on carcerne syn. we sceolon neosian. ⁊ cumum we sceolon onfon. swa ure Drihten sylf cwæþ:· Me hyngrede ⁊ ge me sealdon etan. me ðyrste. ⁊ ge me sealdon dryncan. ic wæs nacod. ⁊ ge me scriddon. ic wæs untrum. ⁊ on ðæm carcerne. ⁊ ge min neosodon:· Ðonn sceal ælc mon on him sylfum ðas ðing gastlice habban. ⁊ on oþrum monnum he sceal hig licamlice gefyllan:· Forþon ðeah he ðis eallicamlice gefylle. ne mæg hit him to ðam ecan life gehelpan. gyf he on wrænnesse ⁊ ofermedlan. ⁊ on æfeste. ⁊ on oþrum manigfealdum unþeawum. ða ðe nu longe to tellan is. his lif lyfaþ:· Ac sona swa mon ongyte ꝥ he Crist on him næbbe. ðe cwæþ. Ic eom se libbenda hlaf ðe of heofenum adune astah. ⁊ ða soþan lufan seo is ðære sawle fostor. buton tweon ðonne he biþ hyngriende. ac ðonne gyf he ðurh god weorc forlætnum his ærran unþeawum. him Crist to gelaþaþ. ⁊ hyne sylfne mid ðære soþan lufan swetnesse gefylleþ. ðonne fet he ðonne hig ne seolfne hyngriende on his mode:· Se ðonne se hine sylfne gesyhþ bedælende be on ðara streama haligra gewrita lara. ⁊ ðæs Halgan Gastes. ðonne biþ he genoh ðurstig. ac gif he ðonne hyne sylfne mid ðæm

æswyn-

æsprýngum Godes ƿorda gelecþ. ⁊ his mod mid ðære sƿetnýsse ðæs gastlican gedrinces gefýlleþ. he seleþ ðæs ðonne drýncan his ðýrstendum mode:· Se ðonne se ðe gesýhþ hine sýlfne rýhtƿisnesse. ⁊ oþera godra ƿeorca bescéadenne. hune biþ he genoh nacod. gif he ðonne mid rýhtƿisnýsse. ⁊ mid oþrum godum ƿeorcum hine sýlfne begæþ. hƿæt deþ he ðonne butan hýne sýlfne nacodne gescrid:· Se ðonne se ðe ligeþ on ðæm bedde his uncýsta. ⁊ on ðære adle his unrýhtƿisnesse sƿinceþ. ⁊ gebunden biþ mid ðæm rapum his sýnna. ⁊ ymbseted mid ðæm ƿagum his misdæda. ⁊ in ðæm ðýstrum biþ his unrihtƿisnesse ðonne biþ he genoh seoc. ⁊ on sƿiþe ðýstran carcerne:· Ac gýf he ðon ariseþ of ðam bedde his unþeaƿa. ⁊ ðurh andetnýsse utgæþ. ⁊ ðurh ðone ƿop soþre dædbote biþ alýsed fram his sýnnum. ⁊ ðanon utgæþ to ðam leohte godra ƿeorca bigonges. butan tƿeon hýne sýlfe untrumne ⁊ on carcerne he neosaþ:· Se ðonne se ðe hine sýlfne gesýhþ on ðam ƿege ðisses andƿeardan lifes sƿincan. ⁊ mid ðæm stormum unþeaƿa. sƿa sƿa mid strangan lýfte stormum beon gesƿencedne. ⁊ gesýhþ ꝥ he ða hlýƿþe godra ƿeorca næfþ. ðonne mæg he ðonne ƿitan ꝥ he biþ on sýþ fæte. ⁊ ƿel gýst huses beþearf:· Ac gýf he ðonne hýne sýlfne gelædeþ to ðæm huse haligra mægena. ⁊ he hine ðara on heora gescýldnesse gehealdeþ. ðonne onfehþ he ðonne cuman on him sýlfum. Eal ðas ðing ðonne se mon ðe him sýlfum gastlice deþ Crist on him ðæs lim se mon is he fedeþ. ⁊ he drenceþ. ⁊ he gescrideþ. ⁊ he neosaþ. ⁊ he onfehþ:·

bi divini irrigat, et animum ſuum cum dulcedine ſpiritualis potus implet, dat potum ſitienti ſuo animo. Quicunque crediderit ſeipſum juſtitia et aliis bonis operibus indutum, quam ſufficienter nudus eſt? ſi autem cum juſtitia et aliis bonis operibus ſeipſum operit, quid aliud agit, quam quod ſeipſum nudum veſtiat? Qui autem jacet in lecto vitiorum, et morbo injuſtitiae ſuae laborat, ac vinctus eſt funibus peccatorum ſuorum, et circumſeptus parietibus flagitii ſui, et in tenebris eſt injuſtitiae ſuae, tunc ſatis aegrotus eſt, et in carcere valde tenebroſo. Aſt ſi ſurgat de lecto vitiorum ſuorum, et per confeſſarium egrediatur, et per lamentationem verae compenſationis abſolvatur a peccatis ſuis; et deinde ſtudioſe egrediatur ad lucem bonorum operum, hic abſque dubio ſeipſum infirmum et in carcere viſitat. Qui autem ſeipſum viderit in via praeſentis vitae laborare, et cum procellis vitiorum, quaſi cum magnis aeris procellis inquietari, et viderit ſe receptaculum bonorum operum non habere, tunc ſciat, quod ſit in itinere, et hoſpitio bene indigeat. Aſt ſi ſeipſum invitet ad domum ſanctarum virtutum, et ſe ibi in illarum tutamine conſervet, tunc recipit advenam illum in ſeipſum. Omnia quae homo ſibiipſi ſpiritualiter facit, Chriſtum in ſe, cujus membrum homo eſt, nutrit et potat, et veſtit, et viſitat, et ſuſcipit.

XXXIII. ———.

Eac sýndon Godes frýnd to mýngianne. ꝥ hig hýra bearn læran. ꝥ hig hýra yldrum gehýrsume sýn. forþon drihten cƿæþ. ara ðinum fæder ⁊ ðinre meder. ꝥ ðu sý ðe leng lifra ofer eorþan:· Eac sceolan ða ýldran beon hýra bearnum geþƿære. cƿæþendum ðæm apostole. ge ýldran ne sceolan ge eorru bearn to ýrsunge geciegean:· Ne sceolan ge ðeah him nane misdæda lætan on ungeƿitnode:· Salomon cƿæþ. se ðe sparaþ ða gýrde. he hataþ his bearn. ne biþ nan misdæd on ðære toƿeardan ƿorulde. butan ƿrace forlæten. butan hit ær ðer gebet sý. forðý is gehƿæm micele betere. ꝥ he her his bearn ðreage for his misdædum. ðonne sý him ðær Godes ýrre gehealden:·

XXXIII. *De mutuis parentum et liberorum officiis.*

Dei amici etiam admonendi ſunt, ut liberos ſuos doceant obedientes eſſe parentibus ſuis, quoniam Dominus dixit: "Honora patrem tuum et matrem tuam, ut ſis longaevus ſuper terram." Parentes etiam erga liberos ſuos benevoli eſſe debent, dicente apoſtolo: "Parentes non provocetis filios veſtros ad iram." Nulla tamen peccata impunita linquere debetis. Salomon dicit: "Qui parcit virgae, odit filium ſuum." Nullum peccatum in futuro ſeculo abſque vindicta negligetur, niſi antea hic poenitentia compenſatum ſit; quare cuilibet multo melius eſt, hic filium ſuum corripere, pro malefactis ſuis, quam ad iram Dei ipſum reſervare.

XXXIV. ———.

Eac ða sacerdas sceolan ðam folce secgan. ꝥ ꝥ is soþ lufu on ðære se mon lufaþ God sƿiþor ðonne hýne sýlfne. ⁊ his nýhstan sƿa sƿa hýne sýlfne. ⁊ nænigum men nelle don naht ðæs ðe he nýlle ꝥ him mon do. ⁊ monigu oþru ðing ðe nu longe to reccanne sýnt:· Ðonne ƿenaþ sume men. ꝥ on mete ⁊ on drence sý soþ lufu. ðonne nis hit na sƿa. be ðon cƿæþ se apostol. Godes rice nis hýt naþer ne mete ne drýnc. ac

XXXIV. *De vera charitate.*

Preſbyteri etiam populo dicere debent, quod ſit vera charitas, cum quis Deum diligit magis quam ſeipſum, et proximum ſuum uti ſeipſum; et nulli homini id faciat, quod non vult ut ei fiat, et multa alia, quae nunc longum eſſet recenſere. Aſt putant nonnulli, quod in cibo et potu ſit vera charitas. Hoc non eſt ita. De hoc enim dicit apoſtolus: "Regnum Dei non eſt cibus

nec potus." Attamen ubicunque cibus et potus ex vero amore Dei datur, hoc eſt valde bonum opus, et inter alia ſancta opera numeratur.

XXXV. *Ut decimae et eleemoſynae tam ex negotiatione debeantur, quam e fructibus.*

Admonendi etiam ſunt qui de mercaturis vivunt, ut ita mundana praemia deſiderent, ut ſaltem vitam aeternam non perdant. Proculdubio qui nimis cogitat de mundanis praemiis, de animae ſuae ſalute valde aberrat. Et de hoc quidam ſapiens dicit: conſcientiam perdit in via ſua, qui praeſentem vitam ſumit pro via; ſed neceſſe eſt ei audire apoſtoli doctrinam. Apoſtolus dicit: non circumveniat veſtrum aliquis alterum in mercatura, quoniam injuriae illius, qua quis alios affecerit vel in minimis rebus, Deus erit ultor. Navigantibus aequaliter injunctum eſt et agricolis, ut omnium eorum, quae in illorum negotiatione incrementa ceperint, Deo decimam partem dent, et ex novem partibus etiam eleemoſynas ſuas faciant. Ita etiam cuilibet injunctum eſt, ut per artificium illud, quo corporis ſui neceſſaria proſpicit, animae ſuae neceſſaria procuret; illa eſt melior corpore.

XXXVI. *Ut in hebdomada ante Quadrageſimam confeſſiones et poenitentiae fiant, etc.*

Septimana ante initium Quadrageſimae proxima, quilibet ad poenitentiarium ſuum abeat, et facta ſua confiteatur, et poenitentiarius ejus talem ei poenitentiam imponat, qualem ob facta ſua ei faciendam eſſe intelligit. Et omnibus parochianis ſuis praecipere debet in mandato Dei, ut ſi eorum aliquis cum quodam ullam diſcordiam habeat, cum eo in gratiam redeat. Si quis autem reverti nolit, tunc ejus confeſſionem accipere non debet, ſed epiſcopo indicet ut ipſum ad juſtitiam deducat, ſi ad Deum pertinere velit; tunc omnis diſcordia et diſputationes ſedandae ſunt. Et ſi aliquis ibi ſit, qui aliquam diſcordiam cum alio habeat, tunc remittere ſibi debent, ut eo liberius dicere poſſint in oratione dominica: "Domine, remitte nobis debita noſtra, prouti remittimus iis, qui nos offendunt." Et ſic purificatis animis ingrediantur tempus ſancti jejunii, et per poenitentiam ſeipſos purificent verſus ſanctum Paſcha, quoniam poenitentia ſimilis eſt ſecundo baptiſmo. Sicuti in baptiſmo prius commiſſa peccata remittuntur, ita per poenitentiam etiam purificantur peccata, quae poſt baptiſmum commiſſa ſunt.

Septem modis dicit nobis ſacra ſcriptura, peccata remittuntur; primo in baptiſmate, quod nobis datum eſt propter remiſſionem peccatorum, et ſecundo modo per afflictiones. De eo ait pſalmiſta: "Beatus eſt vir, cui Dominus peccatum non imputavit." Juxta ejuſdem Davidis ſententiam peccata remittuntur per baptiſmum, et te-

ðeah ðær ðær mon mete ⁊ drync for soðre Godes lufan seleþ. hyt biþ sƿiþe god ƿeorc. ⁊ hit biþ gemong oþrum halgum ƿeorcum geteald:·

XXXV. ———.

Eac synt to manigenne ðe be cypingum libbaþ. ꝥ hig sƿa ðara ƿoruld gestreona ƿilnigen. sƿa hig huru ꝥ ece lif ne forleosan:· Buton tƿeon ða ðe sƿiþor ðenceaþ ymbe ƿoroldlicu gestreon ðonne ymbe hyra saƿle hælo sƿiþe sƿiþe hig dƿoliaþ:· And be ðon sum ƿis mon cƿæþ. hyra ingeþanc hig forleosaþ on hyra ƿege. ðis andƿearde lif he nemde her for ƿeg. ac him is ðearf ꝥ hig gehyren ðæs apostoles lare:· Se apostol cƿæþ. ne besƿice eoƿer nan oþerne on cypinge. for ꝥ forþon loca hƿæt hƿa oþrum on ðon to ƿo gedo. oþþe on ænigum ðingum God his biþ ƿrecend:· Ðæm scipmannum is beboden gelice. ⁊ ðæm landbuendum. ꝥ ealles ðæs ðe him on heora ceape. geƿeaxe hig Gode ðone teoþan dæl agyfen. ⁊ eac of ðæm nygon dælum heora ælmessan don:· Sƿa is eac gehƿylcum men beboden. ꝥ he of ðæm ylcan cræfte ðe he his lichoman nyd ðearfe forþbringeþ. he scyle his saƿle ðearfe forþbryngan. seo is betere ðon se lichoma:·

XXXVI. ———.

On ðære nyhstan ƿucan ær halgan nyht sceal gehƿa to his scrifte gan. ⁊ his dædum geandettan ⁊ his scrift him sceal sƿa scrifan sƿa he ðonne on his dædum gehyreþ. ꝥ him to donne biþ:· And he sceal his hyrig monnum eallum beodan on Godes bebode. ꝥ gyf hyra ænig ƿiþ ænigne mon ænige unsome hæbbe. ꝥ he ƿiþ ðonne geþingie. gyf ðonne hƿa to ðan cyrran ‖ nylle. ðonn ne mæg he ðam scrifan. ac ðonne he sceal cyþan bisceope ꝥ he hyne to ryhte gecyrre gyf he Godes beon ƿylle. ðonne man sceal ælce unsome. ⁊ ealle geflytu gestyllan. ⁊ gyf hƿylce ðær beoþ ðara ðe hƿæt æbylhþa ƿiþ oþre habbaþ. ðonne sceolan hig ða forgyfan. ꝥ hig ðe freolicor cƿæþan mægen on ðam drihtenlican gebede. Drihten forgyf us ura synna sƿa sƿa ƿe forgyfaþ ðam ðe ƿiþ us agylteþ:· And ðonnne sƿa geclænsodum modum inggangen on ða tid ðæs halgan fæstenes. ⁊ ðurh dædbote hig sylfe clænsien. ƿiþ ðara halgena Eastrena. forþon seo dædbote is æfterum fulƿihte gelice. ⁊ on ðæm fulƿihte beoþ ða ær gefremedan synna forgyfene. sƿa beoþ eac ðurh ða dædbote geclænsode ða synna ðe æfter ðam fulƿihte gefremede beoþ:·

Seofon gemetum us cyþaþ halige geƿritu. ꝥ synna beoþ forgyfene. ærest on fulƿihte. ꝥ us ƿæs seald for synna forgyfnesse. ⁊ oþre syþe for ðroƿunge. be ðon cƿæþ se sealm sceop. Eadig biþ se ƿer se him Drihten synne ne getealde:· Æfter ðæ sylcan David cƿiþe synna beoþ forgyfene ðurh fulƿiht. ⁊ hig

hig beoþ forgyfene for dædbote. ⁊ hit ne biþ geteald for martyr hade:· And þriddan siþe þurh ælmessan hig beoþ alysede:· Be ðan cwæþ Daniel to Nabuchodonosore ðam cyninge. Lys ðine synna mid ælmessum on ðearfena gemyltsunge. ⁊ þ swa swa wæter adwæsceþ fyr. swa adwæsceþ seo ælmesse ða synne. ⁊ Drihten cwaþ on ðam godspelle. syllaþ eowre ælmessan. ðonne magon ge ðurh þ beon clæne:· Feorþan siþe gyf ðu forgyfest ðam ðe wiþ ðe gesyngode. swa hit on ðam godspelle cwiþ. forgyf þ ðonne biþ eow forgyfen. syllaþ ðonne biþ eow geseald. ⁊ eft. gyf ge forgyfaþ ðæm ðe wiþ eow gesyngode. ðonne forgyfeþ eow eowre heofonlica fæder eowra synna:· Fyftan siþe. gyf hwa ðurh lare ⁊ ðurh bodunge Godes beboda. hwone fram his wo to rihtan gecyrreþ. swa swa se apostol cwæþ se ðe gedeþ. þ se synfulla fram his woo to rihte gecyrreþ. his sawle he alyseþ fram deaþe. ⁊ ða mengo his synna he oferwrihþ:· Syxtan siþe for soþre lufan Godes ⁊ manna. swa swa hit gecweden is. seo soþe lufu Godes ⁊ manna oferwrihþ ða mengo synna ðurh ðone hælend Crist urne Drihten:· Seofoþan siþe ðurh dædbote swa David cwæþ ic beo gecyrred on minre yrmþe ðonne me biþ tobrocen se hrycg:· Swylce he cwæde. sona swa ic mines ofermædlan ⁊ minra unþeawa geswice. ⁊ heora hreowsunge ⁊ dædbote do beforan Gode. swa hæbbe ic forgyfnesse:·

gantur per poenitentiam, et per martyrium non imputantur. Et tertio per eleemoſynam remittuntur. De hoc Daniel ait ad Nabuchodonoſorem regem: "Redime peccata tua eleemoſynis, in miſericordia pauperum". Et sic sicut aqua extinguit ignem, ita [illegible] peccatum. Et Dominus in evangelio dicit: "Date eleemoſynas veſtras, tunc per hoc eritis mundi." Quarto, cum remittis ei qui in te peccavit, ut in evangelio dictum eſt: Remittite et remittetur vobis, date et dabitur vobis. Et iterum: "Si remiſeritis illis, qui in vos peccaverunt, tunc remittet vobis caeleſtis Pater veſter peccata veſtra." Quinto, cum quis [illegible] per praedicationem [illegible] Dei aliquem ab errore ſuo ad juſtitiam reducit, ut apoſtolus dicit: "Si quis peccatorem [illegible] ad juſtitiam reduxerit, animam ipſius liberat a morte, et multitudinem peccatorum ejus cooperit." Sexto, per verum Dei et hominum amorem, ut dictum eſt: Verus amor Dei et hominum cooperit multa peccata per [illegible] Chriſtum Dominum noſtrum. Septimo, per poenitentiam, uti David dixit: Converſus ſum in aerumna mea, tunc mihi fractum eſt tergum. Sic ille dicebat, ſimul ac a ſuperbia mea et vitiis meis ceſſavi, et poenitentiam eorum egi coram Deo remiſſionem eorum habeo.

XXXVII. ———.

Ðæt lencten fæsten mon sceal mid swiþe healicre gymene healden. swa þ ðær nan dæg ne sy butan sunnan dagum anum þ ænig man ænig metes bruce ær ðære teoþan tide. oþþe ðære twelfte. butan hwa to ðan mettrum sy þ he fæstan ne mæge. ⁊ geongum mannum ðe ða yldo nabbaþ þ hig þ fæsten ahebban magon. forþon ðas dagas synt teoþung dagas ðæs geares. ⁊ we hig forþon sceolon mid ealre arwyrþnysse ⁊ halignesse begongen. hit is ðear þ mon oþru fæstenu oft for freonda lufan mid ælmessan lysaþ. ðonne ne mot mon ðis mid nanegum ðingum brecan:· On oþre tid ða men ðe fæstaþ hy mid fæstene mede æt Gode geearniaþ. ⁊ hiora synna forgyfnysse gyf hig þ fæsten ðeah mid ælmessum gewyrþiaþ:· Ac on ðas tid ðonne se ðe fæstan mæge ⁊ nele. butan tweon eces wites he him sylfum earnaþ. forþon ðe Drihten sylf ðas dagas ðurh Moysen ⁊ ðurh Eliam. ⁊ ðurh hyne sylfne mid halgum fæstene gehalgode:·

XXXVII. *De [illegible] Quadrageſimae.*

Jejunium quadrageſimale maxima cum cura obſervandum eſt, ita ut nullus dies ſit, praeter dies dominicos ſolos, quo quis aliquo cibo utatur ante horam decimam vel duodecimam; niſi qui adeo infirmus ſit, ut [illegible] [illegible] juvenes, qui [illegible] aetatem [illegible], ut jejunium obſervare poſſint. Illi enim dies ſunt dies decimarum anni, et nos eos cum omni religione et [illegible] celebrare debemus. [illegible] ſaepe alius jejunium ex charitate amici eleemoſynis redimere, ſed hoc nullo modo molandum eſt. Alio tempore homo jejunans praemium abſtinentiae, et peccatorum ſuorum remiſſionem apud Deum promeretur [illegible] nium hec cum eleemoſynis adornaverit. At hoc tempore cum quis jejunare poſſit et nolit, abſque dubio aeternam poenam ſibiipſi acquirit, quoniam Dominus ipſe dies illos per Moyſen et per Eliam et per ſeipſum ſancto jejunio ſanctificavit.

XXXVIII. ———.

Dæghwamlice is gehwylcum men ðearf þ he his ælmessan sylle ðearfendum mannum. ac swa ðeah ðonne we fæstaþ ðonne sceolan maran ælmessan syllan ðonne oþrum dagum. forþon ðe ðone mete ⁊ ðone drync. ðe we ðonne brucan sceoldan gif we ne fæsten. ðonne we sceoldan ðone ðearfan gedælan. forþon gyf we fæstaþ. ⁊ þ underngere-

XXXVIII. *Ut [illegible]*

Quotidie unicuique homini neceſſe eſt eleemoſynas ſuas indigentibus hominibus tradere; attamen cum jejunamus, plures eleemoſynas dare debemus, quam aliis diebus, quoniam cibum et potum, quibus uti deberemus, quando non jejunamus, inter pauperes diſtribuere debemus. Quandoquidem cum jejunamus et prandium ad

coenam

coenam ſervamus, non eſt hoc jejunare, ſed tempus prandii differtur, et coena dupliciter augetur.

ord to ðam æfen gifle healdaþ. ðonne biþ ꝥ nan fæsten ac biþ seo mete tid geuferad ⁊ biþ ꝥ æfen gyfel getwifealdad:·

XXXIX. *Ut jejunium non ſolvatur ante veſperas.*

Multorum hominum conſuetudo eſt cum jejunare volunt, quod ſimulac ſignum nonae diei horae audiverint, cibum capiant; ſed hoc non eſt permiſſum ut id ſit legitimum jejunium. Sed hoc eſt verum [jejunium] ut poſt cantum nonalem miſſa audiatur, et poſt miſſam cantus veſpertinus illius temporis, et poſt cantum veſpertinum quilibet eleemoſynam ſuam tradat, prouti ipſi placuerit, et deinde cibum capiat. Si quis autem per officium aliquod coactus ſit, ut nec ad miſſam nec ad cantum veſpertinum venire poſſit; attamen ita remaneat jejunans uſque dum ſciat, quod miſſa et cantus veſpertinus peracta ſint, et tunc adimpletis propriis ſuis precibus, et eleemoſynis, bonis ſuis utatur et prandium capiat.

XXXIX. ———.

Monegra monna gewuna is ðonne he hig fæsten sceolan. ꝥ sona swa hig ða non bellan gehyraþ hig to mete faþ. ac nis hit naht gelyfedlic ꝥ ꝥ sy medeme fæsten. ac ꝥ is riht ꝥ te æfter nonsange mon mæssan gehyre. ⁊ æfter ðære mæssan. his æfensang on ða tid. ⁊ æfter ðam æfensange. gehwa his ælmessan sylle. swa swa him to onhagie. ⁊ syþþan to mete fon:· Gyf ðonne hwa mid hwylcum unæmtan genyd sy. ꝥ he to ðære mæssan cuman ne mæge ne to ðæm æfensange. ðon swa ðeah gewunige he fæstende ꝥ he wite ꝥ seo mæsse ⁊ se æfensang sy gesungen. ⁊ swa ðonne gefyldum his agnum gebedum. ⁊ his ælmessum he his god abruce. ⁊ gereorde onfoo.

XL. *A quibus rebus et quomodo abſtinendum ſit.*

Hoc tempore abſtinentia eſſe debet omnium deliciarum, et ſobrie ac caſte nobis vivendum eſt. Cum quis hoc ſacro tempore a caſeo et ovis et piſcibus abſtinere poteſt, ſummum hoc jejunium eſt. Illi autem, qui ex infirmitate vel ex aliis aliquibus cauſis ab his abſtinere nequit, neceſſe eſt, ut moderate iis utatur, et illis temporibus quibus permiſſum eſt, hoc eſt, poſt cantum veſpertinum; nec vinum neque alium potum ſumat ad ebrietatem aliquam, ſed ad cordis refectionem. Vini ebrietas et voluptates peccati ſunt prohibita, lac et caſeus non ſunt. Non dixit apoſtolus, nullum edite caſeum nec ovum, ſed dicit: Ne inebriamini vino neque omni alio [potu], in quo eſt luxuria.

XL. ———.

On ðas tid sceal beon forhæfednes gehwylcra smeametta. ⁊ syferlice ⁊ clænlice us to libbenne:· Ða ðe on ðas halgan tide magon cyse. ⁊ ægru. ⁊ fisc. ⁊ win forgan. swiþe healic fæsten ꝥ biþ:· Ða ðonne ðe for untrumnesse oþþe for hwylcum oþrum ðingum. hit forgan ne magon. him is ðearf ꝥ hig his gemetlice brucan. ⁊ ðæm tidum ðe hit alyfed is. ꝥ is. æfter ðæm æfensange. ⁊ naþer ne win ne oþerne drenc he ne underfo to nanre druncennysse. ac to his heortan gereordnysse. wines druncennes ⁊ syn lustas synt forbodene. næs meoloc ne cyse:· Ne cwæþ se apostol nane ete ge cyse ne ægru. ac he cwæþ. ne oferdrincaþ ge eow wines ne oþera eale ða in ðæm biþ fyren lust:·

XLI. *De crebra corporis et ſanguinis Domini ſuſceptione in Quadrageſima.*

Quolibet die Solis hoc ſancto tempore [quadrageſimali] ſacra ſynaxis ſumenda eſt [ab omnibus] exceptis illis qui excommunicati ſunt, uti etiam die Jovis ante Paſcha, et die Veneris et vigilia Paſchatis et in die Paſchatis; et omnes dies ſeptimanae paſchalis aequali religione celebrandi ſunt.

XLI. ———.

Ælce Sunnan dæg on ðisse halgan tide is to husle to gangenne butan ðæm monnum ðe amænsumede beoþ. swa eac on Ðunres dæg ær Eastrum. ⁊ on Frige dæg. ⁊ on Eastor æfen. ⁊ on Eastor dæg. ⁊ ealle ða dagas ðære Eastor wucan synt mid gelicere eawfæstnysse to begangenne:·

XLII. *De litibus et debitis in jejunio remittendis.*

Sanctis jejunii diebus nullae diſputationes aut lites movendae ſunt, ſed ſemper in Dei amore et in neceſſariis operibus firmiſſime permanere debemus, quoniam Dominus noſter redarguit eos, qui diebus jejunii fidejuſſores ſuos monent, et contentiones ac lites excitant, per prophetam ita dicens: "In diebus jejunii inveniuntur voluntates veſtrae, in illis diebus quaeſiviſtis omnes veſtros debitores, et propter lites ac contentiones jejunatis, et admodum injuſte percutitis fratres veſtros." Omnes chriſtiani in Deo fratres.

XLII. ———.

On ðæm halgum fæsten dagum ne sceal mon nane geflytu ne gecid up ahebban. ac symble in Godes lofe. ⁊ in nyd behefum weorcum we sceolon staþol fæstlice gewunigan. forþon ðe ure Ðrihten ðreaþ ða ðe on fæsten dagum willaþ hiora borga manian. ⁊ geflytu. ⁊ gecid up aræran. ðurh ðone witgan ðus cweþende. on fæsten dagum biþ gesyne hwilcne willan ge habbaþ. on ðæm dagum ge asecaþ ealle eowre borgas. ⁊ to gecide. ⁊ to geflytum ge fæstaþ. ⁊ swiþe arleaslice ge bæraþ hyraþ eowre broþru:· Ealle cristene men synt on Gode gebroþoru:·

XLIII. Eac

XLIII. ————.

Eac is gesynscipum micel ðearf þæt hi hig on ðas halgan tid clænlice healdan butan ælces hæmedes besmytennysse. þæt te hig ðurh arfæst his geclænsede heortan. 7 hiora lichoman Gode mid gecwemum dædum to ðæm halgan Eastertæge becuman mægen:· Forþon ne forstondeþ þæt fæsten nowiht þæt mid gesynscipelice weorce biþ besmyten ne þæt fornehþon ðe ma þæt ne biþ mid gebedum 7 mid wæccum 7 mid ælmessum gefrætwed:·

XLIII. *Ut conjuges invicem ſe jam abſtineant.*

Conjugibus etiam valde neceſſarium eſt, ut ſe ſanctis his diebus caſte gerant, abſque ulla concubitus inquinatione, ut per vitam religioſam, purificata corda et corpora ſancta per bona opera ad ſancto Paſchatis diei [illegible] curant. Quoniam nihil prodeſt jejunium, quod cum conjugali opere inquinatum eſt, neque illud commendatur, niſi orationibus et vigiliis et eleemoſynis ſit ornatum.

XLIV. ————.

Eac ðæm folce is to secganne. þæt te ðæm tidum ðe hig ðæm halgan gerync onfon Cristes lichoman 7 blodes. þæt is. ðæm halgan husle. þæt hig þæt mid micle ege 7 arwyrþnesse don. 7 hig ær ðæm ægþer ge mid fæstenum ge mid ælmessum. 7 hig sylfe clænsigen. 7 hig forhæbben from ðæm gesynscipelican weorce. 7 from gehwylcum uncystum. 7 hig ægþer ge mid gebedum ge mid ælmessum ge mid gehwylcum godum weorcum hig frætwien. swa ðonne mid micelre arwyrþnysse his onfon:· Ægþer is swiþe frecenlic ge þæt him hwa ungeclænsod. 7 unmedonlice on fo. 7 eac þæt him hwa to lange butan sy. 7 him huru nan mon onfon ne sceal butan his scriftes leafe. ðam he sceal habban ær geandet eal þæt he wiþ Godes willan geworhte. ðæs ðe he geþencan mæge. 7 æfter his dome betan:· Monige mynstres men ðeah synt. 7 widwan swa haliges eawfæstes lifes. þæt hig þæt dæghwamlice don magon ðonn hig willaþ:·

XLIV. *Ut [illegible] ris et [illegible] Domini [illegible], etc.*

Populo etiam dicendum eſt, quod illis temporibus, quibus [illegible] ſacramentum [illegible] corporis et ſanguinis Chriſti, hoc eſt, ſacram communionem, [illegible] magno cum timore et reverentia faciant, et antea tam jejuniis quam eleemoſynis ſeipſos purificent, et abſtineant a conjugali opera, et a quibuſcunque vitiis, ac ſe tam precibus, quam eleemoſynis, et quibuſcunque bonis operibus praeparent, quomodo tunc multa cum reverentia eam recipiant. Valde etiam periculoſum eſt, ſi quis impurus et negligens illam ſumat, et etiam ſi quis nimis diu ab ea abſtineat; et nemo ſaltem [eam] recipiat abſque poenitentiarii [illegible], quam [illegible] debet antequam [illegible] omne quod contra Dei voluntatem peregit, quod meminiſſe poteſt, et juxta ſtatutum ejus emendare [vult]. Multi monachi tamen ſunt, et viduae tam ſanctae [et] religioſae vitae, ut [illegible] quandocunque voluerint, hoc facere poſſint.

XLV. ————.

Donne beodaþ we eac ðæm mæssepreostum. ðe ægþer ge Sunnan dagum ge eac oþrum mæsse dagum ær ðære heah mæssan syngan willaþ. þæt hig þæt deagolice don. þæt hig nanne dæl ðæs folces from ðære heah mæssan ne ateon:· Forþon hit is se wyrresta gewuna. þæt monige men ægþer ge Sunnan dagum ge eac oþrum mæsse dagum begaþ. þæt is. þæt te hig sona on ærne mergen willaþ mæssan gehyran. 7 sona æfter ðære mæssan from ærne mergenne ofer ealne dæg on druncennysse. 7 on wiste hiora wombe ðeowiaþ nas Gode:· Donne bebeode we þæt nænig mon nanes metes onbite. ærðon ðe seo ðenung gefylled sy ðære heah mæssan. ac ealle ge wif. ge wæpned hie gesomnien to ðære heah mæssan. 7 to ðære halgan 7 gastlican cyrcean. 7 ðær ða heah mæssan 7 Godes wordes bodunge gehyren. 7 swa we ær cwædon. ða mæssepreostas geond ða gebedhus na ne syngen. buton hig hit swa deagollice don. swa hig nanne man fram ðære heah mæssan ne ateon. 7 þæt sy ær midde morgenne. þæt hig magon him sylf eft æt ðære heah mæssan beon:· Gehwylces hades mannum we beodaþ. þæt te hwa ða heah mæssan sece buton ðam gehalgedum mædenum anum. ðam ðeaw oþþe gewuna nis. þæt hig of hyra mynstre

XLV. *Ut [illegible] peculiaris.*

Deinde injungimus presbyteris [illegible], qui tam diebus Solis quam aliis [illegible] magnam [miſſam] cantare [illegible] hoc privatim faciant, ut nullam [illegible] a miſſa magna abſtrahant. Peſſima namque eſt conſuetudo, quam multi homines tam diebus Solis quam aliis feſtis obſervant, hoc eſt, quod ſtatim primo mane miſſam audire velint, et illico poſt miſſam a primo mane per totum diem in ebrietate et deliciis ventri ſuo ſerviant, non Deo. Praecipimus igitur, ut nemo cibum aliquem guſtet, antequam ſervitium miſſae publicae impletum ſit, ſed omnes tam foeminae quam viri congregentur ad miſſam magnam, et ad ſanctam et ſpiritualem eccleſiam, et ibi miſſam magnam et praedicationem verbi divini audiant. Et ſicuti antea diximus, preſbyteri praeterquam in oratoriis nullibi cantent, niſi ſecrete hoc faciant ita ut neminem a miſſa magna abſtrahant; et hoc fiat medio tempore matutino, ut deinde poſſint ipſi miſſae magnae intereſſe. Cujuſcunque ordinis hominibus injungimus, ut quilibet miſſam magnam frequentet, exceptis conſecratis virginibus ſolis, quarum non eſt mos aut

conſuetudo ex monaſteriis ſuis egredi, debent intra monaſterii ſui clauſtra remanere, et ibi miſſam audire *.

gan. ða ſceolon binnan heora mynſtres locum gewunian. ⁊ him ðær mæſſan gehyran:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XVII. 1.	ALURICII 1 1.	1003.	ETHELRED. II. 26.

Privilegium regis Aethelredi eccleſiae Chriſti Cantuarienſi, quo ejectionem clericorum de monaſterio Chriſti Cantuar. et inductionem monachorum gratulatur et confirmat, villas eidem plurimas, et ampliſſima privilegia concedens. Ex MS. Cott. Claudius A. 3.

IN nomine Domini Dei omnipotentis. Ego Aethelredus, Dei gratia gentis Anglicae Rex et monarcha etiam aliarum inſularum circumjacentium, notum facio Anglicis chriſtianis, quod venerandus archiepiſcopus Aelfricus ex epiſcopali ſua ſapientia et cura me circa praecepta Dei ſaepius occupatum reddidit; ego etiam, Dei inſtinctu, quicquid divinae illius doctrinae et praedicationis mihi neceſſarium fuerit ſedulo addiſcere volo. Et hanc diſciplinam intelligo per hominum malitiam et injuſtitiam nimis late perditam et abolitam eſſe.

In intellectu meo etiam video et plane perſpicio, hanc diſciplinam per preſbyterorum incuriam longe lateque negligenter corruptam, ac Dei ſervitium omiſſum et frigeſcens eſſe vehementer doleo. Dixi etiam conſiliariis meis, qui mihi de rebus divinis et mundanis conſilium dant, quod Deus illis intellectum dederit in animi mei exaltationem. Tunc illi inquiebant, Deo opitulante melius fore, ſi preſbyteros ab eccleſiis Chriſti propter manifeſta illorum ſcelera et crimina expellerem, et in eccleſiis Chriſti monaſtici ordinis homines conſtituerem, qui pro me et gente mea ibidem rite Deo preces et gratias funderent. Hoc idem ego effeci: in eccleſiis Chriſti monachos conſtitui ad eorum exemplum quos S. Auguſtinus huc attulit; quod ille ſcilicet in eccleſiis Chriſti ex S. Gregorii praecepto, et magni regis Aethelberti conſilio, et auxilio, eos ſanctos monachos ibidem collocaret, quos ſecum in terram hanc attulerat. Et cum monachi poſt-

ON Drihtnes naman ælmihtiges Godes. ic Æþelred. mid Godes gife Angel ðeode cyning. ⁊ wealdend eac oþra iglanda ðe her abutan licgaþ. cyþe Engliſcum criſtenum mannum. hu ſe arwyrþa arcebiſceop Ælfric of his biſceoplican wiſdom ⁊ gymenne me on Godes bebodum oft abyſgud hæfþ. ic eac ðurh Godes gyfe mine ðearfe of ðære godcundan lare. ⁊ bodunge geornlice underſtandan wylle. ⁊ ic ðiſne ðeodſcipe undergyte ðurh manna yfelnyſſe. ⁊ unrihtwiſnyſſe eal to wide for donne. ⁊ for hergudne:·

Eac betwux mynum andgyte ic geſeo. ⁊ ſoþlice underſtande. ꝥ ðæs ðeodſcype ðurh preoſta gymeleſte wide on ðiſum earde ðurh ungehealdſumnyſſe awyrd is. ⁊ ic Godes ðeowdom aledne ⁊ acoledne ðearle behreowſige:· Sæde ic minum witun þe me for Gode. ⁊ for worulde rædaþ. ðæs him God andgyt ſylþ mines modes hohfulnyſſe:· Cwædon hi ða ðat hit ðurh Godes fultum betere wære. ꝥ ic ða preoſtas of Criſtes cyrcean for hiora oferan leahtran ⁊ gyltan geutode. ⁊ Criſtes cyrcean mid munec hades mannum geſette. ðe for me. ⁊ minne leodſcype ðær inne woldon rihtlice gebiddon ⁊ God gladian:· Ic ða ſwa dyde on Criſtes cyrcean munecas geſette of ðære byrne ðe ſanctus Auguſtinus hider to brohte. ꝥ wæs ꝥ he on Criſtes cyrcean be ſanctus Gregorius hæſe. ⁊ ðæs mæran cynges geþeahte ⁊ fultume Æðelbyrhtes. ða haligan munecas ðær inne geſette ðe he hider on eard mid him brohte:· And ða munecas ſyþþan

* Quamvis neminem habeamus, cui nominatim tribuatur hoc capitulare; ab epiſcopo tamen aliquo congeſtum eſſe, et clero atque plebi ſuae datum, cognoſcamus, quod ſacerdotes in exordio allocutus: Scitote [inquit] veſtrum gradum eſſe noſtro gradui ſecundum: Sacerdotalem nempe epiſcopali proximum. Quoad exemplaria quibus proferuntur ipſa capitula (Latinum ſcil. et Saxonicum) nos Latinum arbitramur prototypum; utpote quod e tranſmarinis ductum ſit praecipue canonibus, et conciliis, ſubductumque ex eodem noſtrum hoc Saxonicum, et pro interpretis arbitrio, auctius pluries, et deficiens ſaepe, diſcurrenſque alias paraphraſtice. Meditabar igitur aliam verſionem, ſed tanti forte non penditur, ait Spelm. [Nos autem quantum fieri potuit accuratam hic jam exhibemus.] Solebat certe eccleſia ſuos canones plerumque Latine dare; ſeculum leges in vernaculo: hoc tanquam rudi populo; illa velut erudito clero. Sub his autem temporibus tantum abfuit a clero noſtro Anglo-Saxonico Latinitatis ſcientia; ut rex eximius Aluredus magnus, pauciſſimi [inquit] fuerint cis Humbrum, qui vel preces ſuas communes in ſermone Anglico intelligere potuerunt, vel ſcriptum aliquod e Latino transferre. Tam ſane pauci [inquit] fuerunt: ut ne unum quidem recordari poſſim ex auſtrali parte Thameſis, tum cum ego regnare occoeperam. Haec Aluredus, qui floruit an. Dom. DCCCLXXXX. et licet exulantes jam tum Muſas ipſe revocaret, brevi tamen (hoc eſt, ante an. Dom. DCCCCLX.) ita denuo a Danis profligantur, ut Aelfricus grammaticus (qui mox inde claruit) parem ſuſcitet querimoniam. In prologo ad Saxon. gram. Is nu forþi Godes ðeowum ⁊ mynſter mannum georne to warnigenne ꝥ ſeo halige lar on urum dagum ne acolige. oþþe atteorige. ſwa ſwa hit wæs gedon on Angel cynne. nu for anum feawum gearum. ſwa ꝥ nan Engliſc preoſt ne cuþe dihtan oþþe aſmeagean ænne piſtol on Leden. oþ ꝥ Dunſtan arcebiſcop ⁊ Aþelwold biſcop eft ða lare on munclyfum arærdon; Summopere igitur [inquit] admonendi ſunt miniſtri Dei et viri eccleſiaſtici, ut ſacram hanc doctrinam nec perire patiantur, nec deficere, quod paucis aliquot jampridem annis in Anglorum gente contigit eveniſſe: ita ſiquidem ut ſacerdos nullus Anglicus epiſtolam norit vel Latine edere, vel [e Latino] interpretari, uſque dum archiepiſcopus Cantuariae Dunſtanus, et epiſcopus Aethelwoldus hanc in monaſteriis reſuſcitaſſent cognitionem. Neceſſarium ideo fuit, ut e Latino verterentur canones et ſermones in vulgare: et, prae caeteris, hanc in ſe provinciam ſuſcepiſſe viſus eſt Aelfricus grammaticus (de quo ſupra diximus in notis ultimis) Romanorum certe ſtrenuus propagator rituum et fermenti; ut qui in ſcholis Aethelwoldi praeſulis enutritus, Aethelwoldum totum ſpirat et Dunſtanum. De loco et tempore, quibus tribuenda ſunt haec capitula, nihil adfero: reponimus autem (ut in MS. deprehendimus) Aelfrici canones ad Wulfinum, ſubſequentia. Haec SPELM.

ðurh

ðurh hira halgan drohtnunga to biscopan geswæran ðære cyrcean lande sprede:· And ðara muneca ðe ðærne wunienne gelaðode synd ecelice. on ðisum sunderfreolse. ic gestrangige. ⁊ ðara tuna her on naman awrite. ðe of ealdum dagum ⁊ fram me Angel cynge. ⁊ eac of oðrum geleaffullum mannum hider to. to ðære halgan stowe geseald synden:·

Ærest is Eastrige. þ land into Cristes cyrcean for minre sawle. ge on lande. ge on sæstrande ecelice ic sille:· Þonne is Iocham Bosingtun. Edesham ⁊ Apeldra. Litle Berewic. ⁊ Swyrdhlincas Preostatun. Grauaniea. Wylan. Ceart. Fernleah:· On Suðsexan. Peccingas:· On West Cent. Meapham. Culingas:· On Suðrian wiþ Lundenne. Wealawyrþ efstrona begeondan Temese:· Hrisebyrgan. be Ciltenneswefese. to Cristes cyrcean tun rihte to gelicgende:· On East Sexum Lælling:· On East Englum Hædleh. ⁊ ðær sulgehende Illaleh:· On Tenet lande sum dæl landes:·

Si ærre ðis foresprecen mynster fram eallum worldlicum ðeowdome freo. ⁊ mid eallum ðam tunum ðe him to gelicgaþ. þ is. on feldum ⁊ on læsewum. ⁊ on mædum. ⁊ on wudubearwum. ⁊ on sealtum mersum. ⁊ on fiscnoþum. ⁊ on huntnoþum. ⁊ on fugelnoþum butan ðisum ðrim ðingum. þ is. fyrdfærelde. ⁊ bricgeweorce ⁊ burhbote:· Gif hwylc willendra manna ðisne minne sunder freols. mid godum ðingum geeacnian wylle. ge mænifylde God ælmihtig his wununge on heofonlicum setlum mid eallum halgum:· Gyf ðonne hwylc yfel man of deofle onæled sy. þ he ðisne minne sunderfreols gewanige oþþe gelytlige. sy he Iudas gefera Cristes belæwendes. ⁊ sy he toren of hellehundes toþum. on ðam egeslicum hellewitum. mid eallum deoflum butan ælcum ende. butan he hit ær his endedæge rihtlice gebete. þ he wiþ his Drihten manfullice agylte:· Ðonne hit soþlice betere is. þ man wiþ synne warnige. ðonne hi man geswincfullice bete:· Ic bidde. ⁊ halsige ealle geleaffulle mine æftergengan cininges. ⁊ biscopas. ⁊ ealdormen. ⁊ ðeode wealdendras. þ ge ne syn Cristes circean reaffendras. ac þ ge syn geornfulle bewerendras Cristes agenre land are. ⁊ ðara muneca ðe ðær Gode ðeowian. þ ge on ecere reste singal lif. ⁊ myrhþe habban motan mid eallum his halgum æfre butan ende. Amen.

✠ Ic Æþelred Engla cining ðysne Cristes cyrcean sunderfreols on Cristes strengþe getrymme:·

✠ Ic Ælfric Cristes cyrcean arcebisceop ðæs godan cynges freols mid rode tacne æfre gestrangie:·

✠ Ic Wulfstan Lundeniscra manna biscop. mines hlafordes dugoþ gife æfre geþwærige:·

✠ Ic Ælfheah Wincestriscera manna biscop. ðises fore sædan cinges bocunge be minre strengþe gefæstinge:·

modum ob ſanctam eorum converſationem epiſcopi facti ſunt, terrae eorum eccleſiaſticae florebant. Monachos etiam hos ibidem habitantes, congregatos eſſe in aeternum hoc privilegio confirmo, et nominatim deſcribo illorum urbes, quae antiquitus et a me Anglorum rege, ac ab aliis fidelibus hominibus hactenus ad illorum ſacram ſedem conceſſae ſunt.

Prima eſt Eaſtrige, quam regionem ad eccleſias Chriſti pro anima mea, tum in terris quam in littore maris perpetuo concedo. Tum Joccham, Boſingtun, Edeſham et Apeldra, Berwic parvula, et Swyrdhlincas, Preoſtatun, Gravanea, Wylan, Ceart, Fernleah. In Suſſexia Peccingas. In occidentali Cantio Meapham, Culingas. In Suthria prope Londinum Wealawyrth itidem ultra Thamiſin. Hriſebyrgan ad marginem Cilternae, ad urbem eccleſiae Chriſti prope adjacens. In Eſſexia Laelling; in orientali Anglia Haedleh, et vicinia ejus Illaleh. In Thanetâ regione aliquae terrae.

Sit inpoſterum hoc antedictum monaſterium ab omni terreno ſervitio liberum, cum omnibus villis ad id pertinentibus; hoc eſt, in campis, et in paſcuis, et in pratis, et in ſilvis, et in maritcis ſalſis, et in piſcationibus, et in venationibus, et in aucupationibus, exceptis his tribus, ſcilicet expeditione, pontium refectione, et arcium reparatione. Si quis bene moratus homo hoc privilegium meum beneficiis auxerit, augeat Deus omnipotens habitationem ejus in caeleſtibus manſionibus, cum omnibus ſanctis. Si autem aliquis malus homo a diabolo inflaminatus ſit, ut hoc meum privilegium diminuat vel parvi faciat, ſit ſocius Judae proditoris Chriſti; laceretur canum infernalium dentibus inter terribilia gehennae ſupplicia cum omnibus diabolis abſque ullo fine, niſi illud ante obitum ſuum rite emendaverit, quod contra Dominum ſuum impie deliquerat. Siquidem ſatius eſt hominem a peccatis cavere, quam ea laborioſe emendare. Obſecro et adjuro vos omnes, mei legitimi ſucceſſores, reges et epiſcopi, et ſenatores, gentiſque dominatores, ne ſitis eccleſiae Chriſti praedones, ſed ut ſitis ſeduli cuſtodes patrimonii Chriſti, et monachorum illorum, qui ibi Deo ſerviunt, ut inperpetuum requie, vita aeterna et gaudio fruamini cum omnibus ejus ſanctis ſemper in aeternum. Amen.

✠ Ego Aethelredus, Angliae rex, hoc eccleſiae Chriſti privilegium ex auctoritate Chriſti confirmo.

✠ Ego Aelfricus, eccleſiae Chriſti archiepiſcopus, boni regis munificentiam ſigno crucis in aeternum corroboro.

✠ Ego Wulfſtanus, Londinenſium epiſcopus, Domini mei nobili dono ſemper conſentio.

✠ Ego Aelfheah, Wintonienſium epiſcopus, hoc antedicti regis ſcriptum meis viribus confirmo.

✠ Ego

a

✠ Ego Ordbyrhtus epiſcopus idem hoc cum Dei benedictione feci.

✠ Ego Aethelricus epiſcopus hoc idem feci.

✠ Ego Athulfus epiſcopus hoc idem feci.

✠ Ego Godwinus epiſcopus omne hoc idem feci.

✠ Ego Lyfing epiſcopus Domini mei voluntatem et bonitatem in aeternum confirmo.

✠ Ego Wulfricus abbas verus teſtis.

✠ Ego Aelfwardus abbas ſimiliter.

✠ Ego Wulfgar abbas.

✠ Ego Aelfſige abbas.

✠ Ego Leofric abbas.

✠ Ego Wighard abbas.

✠ Ego Aelfricus ſenator.

✠ Ego Aelfhelmus ſenator.

✠ Ego Leofwinus ſenator.

✠ Ego Leofſiga ſenator.

✠ Ego Aethelmaerus Domini mei dapifer teſtor.

✠ Ego Ordulfus itidem verus teſtis.

✠ Ego Eadricus fidelis teſtis.

✠ Ego Byrhtricus regis miniſter teſtor.

✠ Ego Aethelricus ſenior fidelis teſtis.

✠ Ego Leofricus veſtiarius verus teſtis.

✠ Ego Siwardus regis miniſter hoc verbum fideliter teſtor*.

✠ Ic Oꞃꝺbẏꞃhꞇ biꞅceop ꝥ ilce miꝺ Ᵹoꝺeꞅ bleꞇꞅunᵹe ꝺẏꝺe:·

✠ Ic Æþelꞃic biꞅceop ꝥ ilce ꝺẏꝺe:·

✠ Ic Aþulꝼ biꞅceop ꝥ ẏlce ꝺẏꝺe:·

✠ Ic Ᵹoꝺƿine biꞅceop eal ꝥ ẏlce ꝺẏꝺe:·

✠ Ic Lẏꝼinᵹ biꞅceop minneꞅ hlaꝼoꞃꝺeꞅ ƿillan ⁊ ᵹoꝺnẏꞅꞅe ecelice ᵹeꞇꞃẏmme:·

✠ Ic Ƿulꝼꞃic abboꝺ ꞅoþ ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Ælꝼƿaꞃꝺ abboꝺ ealꞅƿa:·

✠ Ic Ƿulꝼᵹaꞃ abboꝺ:·

✠ Ic Ælꝼꞅiᵹe abboꝺ:·

✠ Ic Leoꝼꞃic abboꝺ:·

✠ Ic Ƿiᵹhaꞃꝺ abboꝺ:·

✠ Ic Ælꝼꞃic ealꝺoꞃman:·

✠ Ic Ælꝼhelm ealꝺoꞃman:·

✠ Ic Leoꝼƿine ealꝺoꞃman:·

✠ Ic Leoꝼꞅiᵹe ealꝺoꞃman:·

✠ Ic Æþelmæꞃ mineꞅ hlaꝼoꞃꝺeꞅ ꝺiꞅcþen ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Oꞃꝺulꝼ ealꞅƿa ꞇꞃẏƿe ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Eaꝺꞃic ꞇꞃẏƿe ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Bẏꞃhꞇꞃic cẏnᵹeꞅ ðeᵹen ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Æþelꞃic ealꝺa ꞇꞃẏƿe ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Leoꝼꞃic hꞃæᵹel ðen ꞇꞃẏƿe ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

✠ Ic Siƿaꞃꝺ cẏnᵹeꞅ ðeᵹen [a] ðiꞅꞃe ꞅꝑꞃæce ꞇꞃẏƿe ᵹeƿiꞇnẏꞅ:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XVII. I.	ALURICII. II.	1003.	AETHELRED. 26.

Privilegium regis Aethelredi eccleſiae Chriſti Cantuar. conceſſum juxta exemplar ejuſdem Latinum priſcum, et a Saxonico in nonnullis diſcrepans. Ex MS. Cott. Claudius A. 3.

HOC privilegium ego Aethelredus rex Anglorum, Aelfrico archiepiſcopo eccleſiae regimen Chriſti gubernante, dictavi et ſubſcripſi.

Ego gratia ſummi tonantis Angligenum, Orcadarum necne in gyro jacentium monarchus Aethelredus, Angligenis noteſco philochriſtis; dum pater venerabilis archipraeſul Aelfricus cura paſtorali memet ſolicite mandatis divinis ſaepiſſime debriavit, ingenioque creſcente ſalubri, creator Deus cor illuſtravit regium noſtrum; mundumque quotidie ab hominum malitia ſeneſcentem † [vel deficientem] intelligens, proh dolor! Dei ſervitium paſſim noſtra in gente a cultoribus clericis defleo extinctum et tepefactum; unde ſatrapis docentibus meis in gente piiſſimis, eccleſiam ſalvatoris in Cantia poſitam, expulſis pro vitiis patulis clericis, cum ſanctus Auguſtinus, juſſu beati Gregorii papae, monachos infra Chriſti eccleſiam primitus, rege piiſſimo annuente [vel favente] Aethelberhto, conſtituit, grege monachali dominam gentis, Chriſto opitulante, adornabo; ſubſtantiam eccleſiae, monachorumque, noviter inibi locatis, perpetualiter in hujus libelli corroboratione, privilegioque confirmo.

Villulae vero Chriſti ad eccleſiam rite pertinentes, quae temporibus antiquiſſimis, a meque monarcho, aliiſque fidelibus hactenus conceſſae ſunt, lingua plebeia haec continent vocabula. Primitus Eaſtrige, quod rus ſpecialiter dum in decimationem ſorte provenit mearum villarum pro redemptione peccaminum, terra, ripaque marina, Chriſti aeternaliter eccleſiae contribuo.

[a] Poſt ðeᵹen codex Cotton. addit æꞇ ꞃæꝺe ⁊ æꞇ ꞃunan, quorum verborum ſenſum nec hariolando quidem aſſequi potui. Crediderim tamen, nomina aliorum teſtium corrupte ſcripta in MS. Saxonico hic ſecuta eſſe, quae codicis lacerati vel exeſi lacuna nobis invidit hactenus. Exemplar priſcum Latinum hujus privilegii poſt Siwardum addit Sigeraed et alios, quorum nomina deficiunt in noſtro MS. Saxonico.

* Hoc privilegium conceſſum videtur circa annum Dom. MII. nam Godwinus epiſcopus (qui inter teſtes eſt) Roffenſem epiſcopatum adiit an. MI. Et Wulfſtanus Londinenſis epiſcopus (qui alius habetur teſtis) obiit (juxta Savilii faſtos) in an. MIII. vel MIV. id eſt, R. Ethelredi 25. vel 26. In Latino autem exemplari (quod hic pariter ex antiquo MS. exhibemus) ad an. Dom. MVI. refertur; perperam vereor MVI. ſubſtituens, pro MIII. mortuo enim Wulfſtano epiſcopo Londinenſi, Alfhunus ſucceſſor ejus ſedem tenuit (ut noſtrates aſſerunt) in an. Dom. MIV. Et nos igitur circa annum MIII. potius collocandum cenſemus. Haec SPELM. Quibus doctiſſimus Uſſerius ſequentes ſtricturas ſubjungit in MSS. notis ad h. l. I think theſe notes might very well be forborne, having no other authority for Godwin's coming into the biſhoprick of Rocheſter anno MI. and Alfhunus into the biſhoprick of London anno MIV. but Faſtos Savilianos, which here ſet down no preciſe time, but c. h. t. that is, circa haec tempora. And therefore untill you have ſome better authoritye to ground your doubte upon, let not your [ut noſtrates aſſerunt] derogate any thing from the authoritye of your ancient MS. which dateth this charter anno MVI. Haec USSERIUS. Aelfrici tamen aetas Spelmanno ut aſſentiar, ſuadet.

† His incluſa recentiori manu ſupra lineam in MS. adſcripta ſunt.

Poſt

a

Poſt quam conſtat Ioccham villula, Boſingtun, et Edeſham, Appendentia parva, Apeldrae et Swyrdhlincas, Preoſtantun, Gravanea, Wyllan, Ceat, Fernleah on Suthſexan, Paeccingas. In occidentali Cantia Meapham, Culingas. In Suthrian juxta Lundoniam Wealawyrth; itidem ultra flumen Tamenſem. Hriſebeorgam [in] margine luci Cilterni, villula eccleſiae Chriſti rite pertinens. In orientalibus Saxonibus Laelling. In orientalibus Anglis Ðæðleh, et in regione eadem, Illaleh. In inſula Tanatorum, territoria lat[illegible].

Sit autem praedictum Chriſti ſpeciale monaſterium cum villulis omnibus ad ſe rite pertinentibus ab omni ſervitute * liberum in terra, campis, paſcuis, pratis, † ſylvis, nemoribus, mariſcis ſalſis, piſcationibus, venationibus, aucupationibus, tribus exceptis, expeditione, pontis, arciſque reaedificatione. Si quis vero benevolum hoc noſtrum privilegium muneribus Deo dignis augere ſatagat, amplificet ſibi Deus manſionem amoenam ſedibus in ſuperis cum omnibus ſanctis. Si tunc, ut non optamus, quis malevolus diabolico inſtinctus flatu, hanc noſtram confirmationem minuerit vel dempſerit; partem cum Juda proditore Domini accipiat, et dentibus Cerberi infernalis, ſine termino cum daemonibus omnibus, Stigia palude corrodetur, niſi mortem ante communem, congrua emendet ſatisfactione, quod nequiter contra Deum ſuum deliquit factorem. Cum vero melius ſit peccatum cavere, quam emendare; rogo, et cunctos ſucceſſores obſecro fideles, reges, epiſcopos, duces, gentiſque dominatores, ne ſitis Chriſti raptores eccleſiae; verum ſubſtantiae, monachorumque inibi Deo ſervientium ſeduli defenſores, ut pacem habeatis cum juſtis non deficientem in caelis. Scriptum eſt hoc privilegium mille decurſo, anno vero VI. His teſtibus, me rogantibus, necne concordantibus, quorum vocabula inferius lucide karaxantur.

✠ Ego Aethelredus Anglorum induperator hoc privilegium ore manuque crucis ſignaculo corroboro.

✠ Ego Aelfricus Dorobernicus archipraeſul hanc praerogativam vexillo ſancto confirmavi.

✠ Ego Wulfſtanus Lundoniae pontifex eccleſiae, hujus regis benevolentiam trophaeo ſancto conſolidavi.

✠ Ego Aelfneah Wentoniae epiſcopus aſſenſum praebui.

✠ Ego Ordbehrt epiſcopus conſenſi.

✠ Ego Aethelricus epiſcopus condonavi.

✠ Ego Athulfus epiſcopus pro viribus annui.

✠ Ego Godwinus Hrofenſis eccleſiae epiſcopus corroboravi.

✠ Ego Liuingus regis beneficium in Deo concluſi.

✠ Ego Wulfricus abba.
✠ Ego Aelward abba.
✠ Ego Wulfgar abba.
✠ Ego Aelfſinus abba.
✠ Ego Leofricus abba.
✠ Ego Aelfinus abba.
✠ Ego Wighardus abba.
✠ Ego Aelfric dux.
✠ Ego Aelfhelm dux.
✠ Ego Leofwine dux.
✠ Ego Leofſige dux.
✠ Ego Aethelmaer miniſt.
✠ Ego Orduf miniſt.
✠ Ego Eadric miniſt.
✠ Ego Byrhtric miniſt.
✠ Ego Aethelric ſenex miniſt.
✠ Ego Leofric miniſt.
✠ Ego Sigeward miniſt.
✠ Ego Sigered miniſt.
✠ Ego Wulfſtan ſenex miniſt.
✠ Ego Wulfſtan juvenis miniſt.
✠ Ego Lyfing miniſt.
✠ Ego Leofſtan miniſt.

✠ Ego Aelfhegus archiepiſcopus eccleſiae praedictae ‡ Chriſti vuerahornas Deo favente adauxi, noſtriſque in diebus Frinigaham et VVdetun praedictae eccleſiae donatae ſunt.

Adhuc ego rex Aethelredus filium meum ſupervivens Aethelſtanum, ut ultimus dies ſtatuit ejus, eccleſiae praedictae Chriſti Holingaburnan, cum ſuis appendiciis, animo libenti aeternaliter contradidi.

✠ Ego Aelfſtanus archiepiſcopus, qui et Lyfing in provincia Suthrige, Ceigham, et Merſetham familiae eccleſiae Chriſti ſubminiſtravi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Saxon
JOHAN. XVIII. 6.	ELPHEG. 4.	1009.	AETHELRED II 32.

Concilium Aenhamenſe. † Ex MS. Cott. Claudius A. 3.

IC eom halȝunȝ boc healde hine dryhten ðe me ſæȝere ðuſ ſrætepum belæȝde.

EGO ſum conſecrationis liber: Propitius ſit illi Dominus, qui me tam pulchre ornatum com-

* MS *liber terrena* † MS *ſilvarum* ‡ MS *ſacroſancta*

† Concilium Aenhamenſe, hortatu Elphegi Dorobernenſis, et Wulſtani Eboracenſis archiepiſcoporum, ab Aethelredo rege editum, accerſitiſque epiſcopis, et univerſis Anglorum optimatibus, in die S. Pentecoſtes congregatis. Scilicet circa annum Domini MVI. id eſt, regis Aethelredi XXVIII. quo Elphegus a Wintonia ad Dorobernum translatus eſt; et MVIII. hoc eſt, Aethelredi XXXV., quo truncato a Danis nefandiſſime Elphego, Livingus ſucceſſit in Dorobernenſi archiepiſcopatu.

In veterrimo MS. codice, qui hoc nobis concilium praebuit, habetur pagina concilium praecedenti hoc, quod ſequitur, elogium, pari qua caetera vetuſtate, et eiſdem digitis exaratum. Ad concilii tamen argumentum, nec omnino quicquam profert, nec ſpectare aliquatenus videtur; ſed antiquiori forte alicui codici, aureis miniatiſque literis inſignito (unde exemplar hoc noſtrum deſumptum fuerit) praefigebatur, et in quo praeterea conſecrandi exorcizandive myſteria continebantur. Quod enim in principio dicit: Ic eom halȝunȝ boc: idem eſt quod ego ſum (videndum annon ſit idem cum libro miniſteriali, cujus fit mentio apud Celicyth, cap. 2.) conſecrationis vel exorciſmi liber. Cujuſcunque autem ſit farinae, cum nos ibidem deprehenderimus, hic ut reliqua exhibendum duximus.

poſuit. Thureth piae memoriae ſic me juſſit concinnari, amoris et honoris cauſa eorum, qui nummi candelaris ſunt memores. Multum valet is, qui illius explicationem perficere poteſt; et retribuat ei rector nationum, quod ſolicitus ſit multos theſauros conſignatos mihi offerre, et ipſe mercedem integram inveniet, quod rectam ejus explicationem perfecerit.

ðureþ to ðance ðus het me ƿyrcean to lufe ⁊ to ƿurþe ðam ðe leoht gesceot gemyndi. is he mihta gehƿylcne ðær ðe he onfoldan gefreman mæg. ⁊ him geþancie ðeoda ƿaldend ðær ðe he on gemynde madma manega ƿyle gemearcian me to de tolace. ⁊ he sceal exelean ealle findan ðær ðe he onfoldan fræmaþ to ryhte·:

Be ƿitena gerædnessan. *De ſapientum decretis: in quibus multa ad eccleſiae politiam, nonnulla ad ſalutem regis, defenſionemque regni et reipublicae ſtatuuntur.*

De chriſtiana religione promovenda.

HAE ſunt conſtitutiones, quas Angli conſiliarii elegerunt et edixerunt, ac inſtanter docuerunt, ut obſervarentur. Hoc autem inprimis eſt epiſcoporum primum conſilium, ut omnes a peccatis, quam diligentiſſime poſſumus, revertamur, et malefacta noſtra libenter confiteamur, et ſedulo emendemus, et unum Deum recte diligamus, et veneremur; et unam religionem chriſtianam firmiter teneamus, et quemlibet ethniciſmum diligenter evitemus, et ſedulo precum formulas inſtituamus inter nos, et pacem ac concordiam admodum diligamus, atque uni regi domino fideliter obſequamur, et ſedulo eum colamus cum vera fidelitate.

Decretum ſapientum etiam eſt, ut abbates et abbatiſſae propriam ſuam vitam recte inſtituant, ac etiam familiam ſuam prudenter inſtruant, et ut cujuſlibet ordinis homines diligenter ſe ſubmittant [in iis quae] ad Deum [ſpectant] et, [quae] ad mundum, quilibet illi legi, quae ad ipſum pertinet; et ante omnia Dei miniſtri, epiſcopi et abbates, monachi et monachae, canonici et moniales ad juſtitiam convertantur, et regulariter vivant, et pro omni populo chriſtiano diligenter intercedant.

Decretum ſapientum etiam eſt, ut quilibet monachus, qui extra monaſterium eſt, et regulas non obſervat, faciat prouti eum oportet; revertatur diligenter ad monaſterium cum omni humilitate, et a malefactis abſtineat, et emendet quam diligentiſſime, quod tranſgreſſus eſt; meminerit voti et pacti, quod Deo promiſit. Monachus etiam, qui monaſterium non habet, accedat ad epiſcopum provinciae, et fideliter ſeipſum obſtringat coram Deo et coram hominibus, quod tria ſaltem abhinc obſervaturus ſit, h. e. caſtitatem ſuam, et veſtitum habitus monachalis et [quod] Domino ſuo, quam optime poſſit inſerviturus ſit. Et ſi hoc praeſtiterit, tunc dignus ſit, ut eo melius aeſtimetur ubicunque habitaverit.

Et canonici, ubi facultates ſuppetunt, quod refectoria et dormitoria habere poſſint, teneant monaſterium ſuum in caſtitate, uti regulae eorum adnotant. Attamen juſtum eſt, ut perdat locum illum, qui hoc nolit [ſervare].

De ſacerdotum et cleri coelibatu.

Et omnes Dei miniſtros, et inprimis ſacerdotes rogamus et docemus, ut Deo obediant, et caſti-

ÐIS syndan ða gerædnessa ðe Engla rædgifan gecuran ⁊ gecƿædan ⁊ geornlice læran ꝥ man scolde healdan:· And ꝥ is ðonne ærest. ðæra biscopa frum ræd. ꝥ ƿe ealle fram synnum georne gecyrran ðær ðe ƿe don mægan. ⁊ ure misdæda andettan georne ⁊ geornlice betan. ⁊ ænne God rihtlice lufian ⁊ ƿeorþian. ⁊ ænne cristendom anrædlice healdan. ⁊ ælcne hæþendom georne forbugan. ⁊ gebedrædene aræran georne us betƿeonan. ⁊ sibbe ⁊ some lufian georne. ⁊ anum cynge hlaforde holdlice hyran. ⁊ georne hine healdan mid rihtan getryƿþan:·

And ƿitena gerædnes is. ꝥ abbodas ⁊ abbodissan heora agen lif rihtlice fadian. ⁊ eac heora heorda ƿislice healdan. ⁊ ꝥ ælces hades men georne gebugan. for Gode ⁊ for ƿorolde. ælc to ðam rihte ðe him to gebyrige. ⁊ huru ðinga Godes ðeoƿas. biscopas ⁊ abbodas. munecas ⁊ mynecena. canonicas ⁊ nunnan to rihte gecyrran. ⁊ regollice libban. ⁊ for eal cristen folc ðingian georne:·

And ƿitena gerædnes is. ꝥ muneca gehƿilc ðe ute of mynstre sy. ⁊ regoles ne gyme. do sƿa him ðearf is. gebuge georne into mynstre. mid eallum eaþmettum. ⁊ misdæda gesƿice ⁊ bete sƿyþe georne ꝥ he abrocen hæbbe. geþence ƿord ⁊ ƿedd. ðe he Gode betæhte:· And se munuc ðe mynster næbbe cume to scire bisceop. ⁊ tryƿsige hine sylfne ƿiþ God ⁊ ƿiþ men. ꝥ he huru ðreo ðing ðanon forþ healdan ƿille. ꝥ is. his clænnesse. ⁊ munuclice scrud ƿare. ⁊ ðeoƿian his drihtne sƿa ƿel sƿa he best mæge. ⁊ gif he ðæt gelæste. ðonne biþ he ƿeorþe. ꝥ hine man ðe bet healde. ƿunige ðær he ƿunige:·

And canonicas ðær seo ar sy. ꝥ hy beordern ⁊ slæpern habban magan. healdan heora mynster mid clænnesse sƿa heora regol tæce. oþþon riht is. ꝥ ðolige ðære are se ðe ꝥ nelle:·

I. ———.

And ealle Godes ðeoƿas. ⁊ huru ðinga sacerdas ƿe biddaþ ⁊ læraþ. ꝥ hy Gode hyran ⁊ clæn-

⁊ clænnesse lufian. ⁊ beorgan him sylfum wiþ Godes yrre: Ful georne hy witan. ꝥ hi nagon mid rihte ðurh ænig hæmed ðing wifes gemanan. ac hit is ðe wyrse ðe sume habbaþ twa. oþþe ma. ⁊ sum ðeh he forlæte ða he ær hæfde. he be lifiendre ðære eft oþere nimþ swa ænigum cristenum mæn ne gedafenaþ to donne. ⁊ seþe ðær geswican wille. ⁊ clænnesse healdan. hæbbe he Godes miltse. ⁊ ðær to eacan to worold weorþscipe ꝥ he sy ðegen weres. ⁊ ðegen rihtes wyrþe. ge on life ge on legere. ⁊ seþe ꝥ nelle ꝥ his hade gebyrige. sanige his weorþscipe ægþer ge for Gode ge for worolde:·

And ðagyt we willaþ biddan freonda gehwylcne. ⁊ eal folc eac læran georne ꝥ hy inweardre heortan ænne God lufian. ⁊ ælcne hæþendom georne ascunian:·

II. ———.

And gif wiccan oþþe wigeleras. scincræftigan. oþþe horcwenan morþwyrhtan oþþe mansworan. ahwar on earde wurþan agytene. fyse hy man georne ut of ðysan earde. ⁊ clænsige ðas ðeode. oþþe on earde forfare hy mid ealle. butan hy geswican. ⁊ ðe deoppor gebetan:·

III. ———.

And witena gerædnes is. ꝥ man rihte laga uparære for Gode ⁊ for worolde. ⁊ æghwylc unlaga georne afylle. ⁊ ꝥ man heonan forþ læte manna gehwylcne. ge earmne ge eadigne. folc rihtes wyrþe. ⁊ ꝥ man friþ ⁊ freondscipe rihtlice healde. innan ðysan earde for Gode ⁊ for worolde:·

IV. ———.

And witena gerædnes is. ꝥ man cristene men. ⁊ unforworhte of earde ne sylle. ne huru on hæþene ðeode. ac beorge man georne ꝥ man ða sawla ne forfare ðe Crist mid his agenum life gebohte:·

V. ———.

And witena gerædnes is. ꝥ man cristene men for ealles to lytlan to deaþe ne forræde. ac elles geræde man friþlice steora folce to ðearfe. ⁊ ne forspille for lytlum Godes agen handgeweorc. ⁊ his agene ceap ðe he deore gebohte. ac æghwylc dæde toscade man wærlice. ⁊ dom æfter dæde medemige be mæþe. swa for Gode sy gebeorhlic. ⁊ for worolde aberendlic. ⁊ geþence swyþe georne se ðe oþrum deme. hwæs he sylf gyrne ðonne he ðus cwæþe. Et dimitte nobis debita noſtra, et reliq.

VI. ———.

And we læraþ swyþe geornlice. ðæt æghwilc cristen man unriht hæmed georne forbuge. ⁊ cristene lage rihtlice healde:·

And æfre ne geweorþe ꝥ cristene man gewifige in IV manna sib fæce on his agenum cynne. ðæt is binnan ðam feorþan cneowe. ne on ðær lafe. ðe swa neah wære on worold-

tatem diligant, et caveant ſibiipſis ab ira Dei. Certiſſime norint, quod non debeant habere ob aliquam coitus cauſam uxoris conſortium; aſt pejus eſt, quod aliqui habeant duas vel plures: et quidam licet dimiſerit eam, quam nuper habuit, ipſa vivente tamen aliam ducit, quod nullos chriſtianos facere decet. Et quicunque ab hoc abſtinere voluerit, et caſtitatem ſervare, habeat Dei miſericordiam, et ad augendam mundi venerationem, ſit aeſtimatione capitis Thani et jure Thani dignus tam in vita, quam in coemeterio. Et ſi quis hoc facere nolit, quod ordinem ejus decet, privetur dignitate ſua tam coram Deo, quam coram mundo.

Attamen volumus omnes amicos obſecrare, et omnem populum etiam diligenter docere, ut interiore corde unum Deum diligant et quemlibet paganiſmum diligenter evitent.

Ut ſagae, incantatores, etc. excludantur.

Et ſi ſagae vel harioli, incantatores vel ſcorta, homicidae vel perjuri alicubi in terra inveniantur, ejiciantur ex hac terra, et purgetur natio haec; vel cum omnibus [ſuis] terra exeant, niſi abſtineant, et eo magis emendent.

Ut leges juſte ſerventur et promoveantur.

Sapientum decretum etiam eſt, ut juſtae leges conſtituantur concernentes Deum, et concernentes mundum, et omnis injuſtitia diligenter deleatur, et ut deinceps cuilibet homini tam pauperi, quam diviti juris gentium dignitas concedatur, et ut pax ac amicitia debite colatur intra hanc terram coram Deo et coram mundo.

Ut nemo vendatur extra patriam.

Sapientum decretum etiam eſt, ut chriſtiani et innocentes extra patriam non vendantur, neque ſaltem ad ethnicam gentem, ſed caveant diligenter ne anima perdatur, quam Chriſtus propria ſua vita redemit.

Ut pro modico delicto nemo occidatur.

Sapientum decretum etiam eſt, ut chriſtiani ante omnia pro re minima ad mortem non condemnentur, ſed potius praeparentur pacificae correctiones ad neceſſitatem populi; nec perdatur pro parvo opus manuum Dei, et propria ejus poſſeſſio, quam caro emit; ſed quodlibet crimen diſcernatur caute, et judicium ex facto temperetur juxta meritum, prouti coram Deo eſt juſtum et coram mundo tolerabile; ac cogitet diligentiſſime, qui alium judicat, quod ipſe petat, cum ita dicit: "Et dimitte nobis debita noſtra," etc.

De gradibus matrimonium prohibentibus.

Docemus etiam inſtantius, ut chriſtianus quilibet illegitimos fugiat concubitus, et chriſtianam legem recte teneat.

Et nunquam etiam fiat, ut chriſtianus uxorem ducat in quarta conſanguinitate in propria ſua familia, h. e. intra quartum gradum, neque viduam, quae adeo propinqua eſſet, in mundana

mundana cognatione, neque cognatam uxoris, quam prius habuit, neque ſanctam aliquam monialem, neque ſuſceptricem ſuam, neque repudiatam aliquis chriſtianus unquam uxorem ducat, neque [aliam] uxorem ſumat, dum unam [jam] habeat, ſed habitet cum illa unica, quamdiu vixerit, ſi legem divinam recte curare velit, et ab inferni incendio animam ſuam liberare.

De multiplici pace eccleſiae.

Et quaelibet eccleſia ſit in pace Dei, et regis, et totius populi chriſtiani.

Et ſit cujuſlibet eccleſiae pax intra parietes, et pax regis manu data aeque incorrupta.

Et nemo inpoſterum eccleſiae ſervitium imponat, nec negotiationem eccleſiae injuſte faciat, neque ejiciat eccleſiae miniſtrum abſque epiſcopi juſſu.

De debitis Deo reddendis.

Et Deo debita praeſtentur quovis anno quam diligentiſſime, h. e. eleemoſynae aratri xv. dies ſaltem poſt Paſcha.

Et foetuum decimae ad Pentecoſten, et fructuum terrae ad Omnium Sanctorum feſtum.

De denario S. Petri.

Et denarius Petri ad feſtum Petri, et cenſus eccleſiaſtici ad feſtum Martini.

De cenſu luminarium, et ſepultura.

Et luminarium cenſus ter in anno.

Et juſtiſſimum eſt, ut animae cenſus ſolenniter ſemper ſolvatur ad apertum ſepulchrum.

Et ſi aliquod corpus extra ſuam parochiam alicubi condatur, tunc animae cenſus praeſtetur nihilominus monaſterio, ad quod pertinet; et omnia Dei jura diligenter promoveantur omnino, uti neceſſe eſt.

De feſtis et jejuniis.

Feſta etiam et jejunia obſerventur legitime. Diei Solis feſtum obſervetur ſedulo, prouti ad illud pertinet; et a mercatura, ac conventu populi, et venatione ac operibus mundanis in ſanctis diebus abſtinendum eſt diligenter. Et S. Mariae ſummum feſtum omnes ſedulo honorent, primum jejunio et deinde feſtivitate; et ad cujuſlibet apoſtoli feſtum jejunent diligenter, praeterquam ad Philippi et Jacobi ſolennitatem; neque jubemus aliquod jejunium ante paſchalem feſtivitatem, niſi quis velit. Omnia alia feſta et jejunia ſedulo celebrentur, prouti illi celebrant, qui ea optime celebrant.

De jejunio quatuor temporum.

Et jejunia quatuor temporum, et jejunia prouti S. Gregorius Anglorum nationi impoſuit.

De die Veneris jejunanda.

Et jejunandum eſt quolibet die Veneris, niſi feſtum ſit.

De diebus juridicis et matrimonialibus.

Et ordalium, ac juramenta, et matrimonia

cundre sibbe. ne on ðæs ƿifes nyd magan ðe he ær hæfde. ne on gehalgodre ænigre nunnan. ne on his gefæderan. ne on æletan ænig cristen man ne geƿifige æfre. ne nama ƿifa ðonne an hæbbe. ac beo be ðære anre ðahƿile ðe heo libbe. se ðe ƿille Godes lage gyman mid rihte. ⁊ ƿiþ helle bryne beorgan his saple:·

VII. ——.

And sy ælc cyrice on Godes griþe. ⁊ on ðæs cynges. ⁊ on ealles cristenes folces:·

And sy ælc cyric griþ binnan ƿagum. ⁊ cyninges handgriþ efen unƿemme:·

And ænig man heonan forþ cyrican ne ðeoƿige. ne cyric mangunge mid unrihte ne macige. ne cyricþen ne utige butan biscopes geþehte:·

VIII. ——.

And gelæste man Godes gerihta æghƿilce geare rihtlice georne. ðæt is sulhælmessan huru xv. niht o[fer] Eastron:·

And geogoþe teoþun[ge] be Pentecosten. ⁊ eorþ ƿæstma be ealra halgena mæssan:·

IX. ——.

And rom feoh be Petres mæssan. ⁊ cyric sceat to Martinus mæssan:·

X. ——.

And leoht gescot ðriƿa on geare:·

And saplsceat is rihtast. þ man symble gelæste a a æt openum græfe:·

And gif man ænig lic of riht scire elles hƿar lecge. gelæste man ðonne saplsceat sƿa ðeh into ðam mynstre ðe hit to hyrde. ⁊ ealle Godes gerihta fyrþrige man georne eal sƿa hit ðearf is:·

XI. ——.

And freolsa ⁊ fæstena healde man rihtlice:· Sunnan dæges freols healde man georne. sƿa ðærto gebyrige. ⁊ cypinga ⁊ folcgemota. ⁊ huntaþ fara. ⁊ ƿoroldlic[e] ƿeorca on ðam halgan dæge g[e]sƿice m[a]n georne:· And sancta Marian heah freo[lsti]da ealle ƿeorþige man georne. ærest mid fæstene. ⁊ syþþan mid freolse:· And to æghƿilces apostoles heah tide fæste man georne. butan to Philippus ⁊ Iacobus freolse. ne beode ƿe nan fæsten forþam eastenlican freolse butan hƿa ƿille:· Elles oþre freolsa ⁊ fæstena healde man georne. sƿa sƿa ða heoldan ða ðe betst heoldan:·

XII. ——.

And ymbren ⁊ fæstena sƿa sƿa sanctus Gregorius Angel cynne sylf hit gedihte:·

XIII. ——.

And fæste man ælce Frige dæge. butan hit freols sy:·

XIV. ——.

And ordal. ⁊ aþas. ⁊ ƿifunga æfre syndan

ſ

ðon to cweðene heah freolsdagum. 7 riht ymbrenum 7 fram adventum Domini. oþ Octabas Epiphanige. 7 fram Septuagesima. oþ xv. niht ofer Eastran. 7 beo ðam halgan tidan eal swa hit riht is. eallum cristenum mannum sibb 7 som gemæne. 7 ælc sacu to twæmed. And gif hwa oðrum scyle borh oððe bote. æt woroldlican ðingan. gelæste hit him georne. ær oððon æfter:·

ſemper ſint prohibita ſummis diebus feſtis, et veris jejuniis quatuor temporum; et ab adventu Domini ad octavam E[illegible]; et a Septuageſima ad xv. dies poſt [illegible]: et ſit [illegible] illis temporibus, prouti juſtum eſt, omnibus chriſtianis pax et concordia communis, et omnis contentio componatur. Et ſi quis alius debeat [illegible] vel compenſationem pro rebus mundanis, ſolvat illud ipſi tunc aut ſtatim poſtea.

XVI. ———.

And sy ælc wydewe ðe hy sylfe mid rihte gehealde on Godes griðe 7 on ðæs cynges. 7 sitte ælc xii. monaþ werleas. ceose syþþan ꝥ heo sylf wille:·

Ut viduae ſint per annum [illegible].

Et ſit quaelibet vidua, quae ſeipſam recte continuerit, ſub praeſidio Dei et regis, et ſedeat xii. menſes marito orba, deinde eligat quem ipſa voluerit.

XVII. ———.

And æghwilc cristen man do swa him ðearf is. gyme his cristendomes georne. 7 gewunige gelomlice to scrifte. 7 unforwandodlice his synna geciþe. 7 geornlice bete swa swa him man tæce:· And gearwige eac to husl gange huru ðriwa on geare. gehwa hine sylfne ðe his agene ðearfe wille understandan. swa swa him ðearf is:·

De [illegible].

Et quilibet chriſtianus faciat, prouti ipſum oportet, diligenter obſervet chriſtianiſmum ſuum, et [illegible] confeſſioni, et intrepide peccata ſua confiteatur, ac diligenter e[illegible]. [illegible] etiam ſeipſum ad S. euchariſtiam ſaltem ter in anno, qui proprium [animae] ſuae commodum intelligere velit, prouti illum oportet.

XVIII. ———.

And word 7 weorc freonda gehwilc fadige mid rihte. 7 að 7 wedd wærlice healde:· And æghwilc unriht aweorpe man georne of ðysan earde. ðær ðe man don mæge:· And swicollice dæda 7 laþlice unlaga ascunige man swyþe. ꝥ is. false gewihta 7 woge gemeta. 7 lease gewitnessa. 7 sceandlice sacunga. 7 fule forligra. 7 egeslice manswara:·

[illegible]

Verba etiam et opera quilibet amicus obſervet [illegible] te-neat, [illegible] quis poſſit, de hac terra ejiciatur. Et doloſa facta [illegible] evitentur; h. e. injuſta pondera, et iniquae menſurae, et falſa teſtimonia, et turpes rixae, ac illiciti concubitus, et tremenda perjuria.

And deoflice dæda on morþweorcum. 7 on manslihtan. on stalan. 7 on strudungan. on gitsungan. 7 on gifernessan. on ofermettan. 7 on oferfylan. on wiccræftan. 7 on mistlican lahbrican. on æwbrican. 7 on hadbrican. on freolsbricon. 7 on fæsten bricon. on cyricrenan. 7 on mæniges cynnes misdædan:·

Et diabolica facta in homicidiis et in caedibus, in furtis et in rapinis, in avaritia et in luxuria, in gula et in ebrietate, in faſcinationibus, et in variis violationibus legis, in adulteriis et in ſacrorum ordinum violationibus, in violationibus feſtorum et in jejuniorum violationibus, in ſacrilegiis et in diverſi generis maleficiis.

And la understande man georne. ꝥ eal swylc is to leanne. 7 næfre to lufianne:·

Diligenter etiam intelligendum eſt, quod omne hujuſmodi ſit evitandum, et nunquam diligendum.

Ac lufige man Godes riht heonan forþ georne wordes 7 weorces. ðonne wyrþ ðysse ðeode sona God milde:·

Sed diligatur Dei judicium inpoſterum ſedulo, verbo et opere, tunc huic nationi Deus mox erit propitius.

XIX. ———.

Witan eac ealle ymbe friþes bote. 7 ymbe feos bote. smeagean swyþe georne:·

De [illegible] pacis, [illegible].

Noverint etiam omnes pacis compenſationem, et compenſationem nummariam quam diligentiſſime conſiderare.

Swa ymbe friþes bote. swa ðam bondan sy selost. 7 ðam ðeofan sy laþost:· And swa ymbe feos bote. ꝥ an mynet gange. ofer ealle ðas ðeode butan ælcon false:· And gemeta 7 gewihta rihte man georne. 7 ælces unrihtes heonan forþ geswice:· And burh bota 7 bric bota aginne man georne on æghwilcon ende. 7 fyrdunga eac. 7 scipfyrdunga eal swa a ðonne neod sy. swa swa man geræde. for gemæne licreneode:·

Ita compenſationem pacis, prouti patribusfamilias accepta et furibus odioſa ſit; et ita compenſationem nummariam, ut una moneta tranſeat per omnem hanc regionem praeter falſam. Et menſurae ac pondera ſedulo examinentur, et omnis injuſtitia inpoſterum evitetur. Oppidorum etiam et pontium inſtauratio diligenter ſuſcipiatur ubique, et militaris etiam ac navalis profectio, quandocunque neceſſe fuerit, prouti imperabitur ob univerſale commodum.

XX. ———.

And wærlic biþ ꝥ man æghwilce geare so-

De navali expeditione ſub Paſchate.

Cavendum etiam eſt, ut quolibet anno ſtatim

poſt Paſcha expeditio navalis praeparetur.

Et ſi quis publicae navi militari damnum intulerit, ſedulo [id] emendet, et regis pacem; et ſi eam ita deſtruxerit, ut nulli uſui inſerviat, plenario illam compenſet, et regi pacem violatam.

De militiam detrectante.

Et ſi quis ab exercitu, cui rex ipſe intereſt, abſque venia revertatur, luat poſſeſſionem ſuam.

Ut homicida aut pejerator coram rege non veniat, priuſquam ſatisfecerit.

Et ſi occulti homicidae vel perjuri vel manifeſti homicidae adeo praeſumant, ut in regis vicinia habitent, antequam compenſationem inceperint coram Deo, et coram mundo, tunc luant poſſeſſionem ſuam et omnes ſuas facultates, niſi refugium petierint.

De vitae regis inſidiatore.

Et ſi quis vitae regis inſidietur, reus ſit vitae ſuae, et omnium, quae poſſidet, ſi hoc de eo affirmetur; et ſi ſeipſum purgare velit et poſſit, faciat hoc per maxime ſolenne juramentum, vel per triplex ordalium in lege Anglorum, et in lege Danorum per illud, quod eorum lex eſt.

De eo, qui latrocinium fecerit.

Et ſi quis latrocinium contra leges Chriſti vel regis alicubi fecerit, ſolvat capitis aeſtimationem vel mulctam, pro ratione facti; et ſi ſe oppoſuerit, et ipſe auctor ſit, quod occidatur, jaceat inultus.

De monialem aut viduam comprimente.

Et ſi quis monialem vitiaverit, vel viduam ſtupraverit, ſerio hoc emendet coram Deo et coram mundo.

De conſilio efferendo Deo et populo probatiſſimo.

Et conſideretur ſemper quolibet modo quam certiſſime poſſit conſilium exquiri, in commodum nationis, et verus chriſtianiſmus quam maxime ſtabiliri, ac quaelibet injuſtitia diligentiſſime evitari; quoniam in terra poſſeſſio in bono ſtatu conſervatur, cum injuſtitia ſupprimitur, et juſtitia diligitur coram Deo et coram mundo.

Exhortatio cum ad eccleſiaſticos, tum ad ſeculares.

Nunc etiam Dei miniſtros ſedulo docere volumus, ut ſaltem caute reminiſcantur, et per Dei auxilium caſtitatem diligant, et ſedulo libris ſuis ac orationibus indulgeant, et die ac nocte, ſaepe et crebro Chriſtum invocent, et pro omni populo chriſtiano diligenter intercedant.

Inſuper etiam amicum quemlibet monere volumus, prouti nobis incumbit ſaepe facere, ut quiſque diligenter meminerit, et ut a peccatis diligenter revertatur, et aliorum hominum injuſtitiam cohibeat, et ut ſaepe ac crebro habeat in memoria, quod hominibus quam maxime neceſ-

na æfter Eastron fyrdscipa gearwige:·

And gif hwa folces fyrdscip awyrde. gebete þæt georne. ⁊ cyninge ða munde. ⁊ gif hit man amyrre þæt hit ænote weorþe. forgylde hit fullice. ⁊ cyninge ðonne mundbrice:·

XXI. ——.

And gif hwa of fyrde butan leafe gewende. ðe cyning sylf on sy. plihte his are:·

XXII. ——.

And gif morþwyrhtan. oþþe manswaran. oþþe æbære manslagan. to ðam geþristian þæt hy on ðæs cyninges neaweste gewunian. ær ðam ðe hy habban bote agunnen for Gode ⁊ for worolde. ðonne plihton hy heora are. ⁊ eallon heora æhton. butan hit friþbenan syndan:·

XXIII. ——.

And gif hwa ymbe cyninges feorh syrwe. sy he his feores scyldig. ⁊ ealles ðæs ðe he age. gif hit him on gesoþod weorþe. ⁊ gif he hine ladian wille ⁊ mage. do þæt be ðam deoperstan aþe. oþþe mid ðryfealdan ordale. on Engla lage. ⁊ on Dena lage be ðam ðe heora lagu sy:·

XXIV. ——.

And gif hwa forsteal ongean lahriht Cristes oþþe cyninges ahwar gewyrce. gylde wer oþþe wite. be ðam ðe seo dæd sy. ⁊ gif he geonbyrde ⁊ sylf gewyrce þæt hine man afylle. licge agylde:·

XXV. ——.

And gif hwa nunnan gewemme. oþþe wydewan nyd næme. gebete þæt deope. for Gode ⁊ for worolde:·

XXVI. ——.

And smeage man symle on æghwilce wisan hu man fyrmest mæge. ræd aredian ðeode to ðearfe. ⁊ rihtne cristendom swyþost arærian. ⁊ æghwilc unlaga geornost afyllan. forþam ðurh þæt hit sceal on earde godian to ahte ðe man unriht alecge. ⁊ rihtwisnesse lufige. for Gode ⁊ for worolde:·

XXVII. ——.

Nu wille we eac læran Godes ðeowas georne þæt hy huru hy sylfe wærlice beþencan. ⁊ ðurh Godes fultum clænnesse lufian. ⁊ georne heora bocum. ⁊ gebedum fylgean. ⁊ dæges ⁊ nihtes oft ⁊ gelome clypian to Criste. ⁊ for eal cristen folc ðingian georne:·

Eac we gyt willaþ myngian georne freonda gehwilcne eal swa us neod is gelome to donne. þæt gehwa hine sylfne georne beþence. ⁊ þæt he fram synnan georne gecyrre. ⁊ oþrum mannum unrihtes styre. ⁊ þæt he oft ⁊ gelome hæbbe on gemynde þæt mannum is

mæst

mæst ðearf oftost to gemunene. ꝥ is. ꝥ hy rihtne geleafan anrædlice habban on ðone soðan God. ðe is wealdend ⁊ wyrhta ealra gesceafta. ⁊ ꝥ hy rihtne cristendom rihtlice healdan. ⁊ ꝥ hy godcundan lareowan geornlice hyran. ꝥ Godes larum ⁊ lagum. geornlice fylgean. ⁊ ꝥ hy Godes cyrican æghwar georne griðian ⁊ friðian. ⁊ mid leohte ⁊ lacum hi gelome gegretan. ⁊ hy sylfe ðær georne to Criste gebiddan:·

And ꝥ hy Godes gerihta æghwylce geare mid rihte gelæstan. ⁊ freolsa ⁊ fæstena rihtlice healdan:·

And ꝥ hy Sunnan dagas cypinga ⁊ folcisca gemota georne geswican:·

And ꝥ hy Godes ðeowas symle werian ⁊ weorðian:·

And ꝥ hy Godes ðearfan. frefrian ⁊ fedan:·

And ꝥ hy wydewan ⁊ steopcild. to oft ne ahwænan. ac georne hy gladian:·

And ꝥ hy ælðeodige men ⁊ feorran cumene. ne tyrian ne ne tynan:·

And ꝥ hy oðrum mannum unriht ne beodan ealles to swyðe. ac manna gehwylc oðrum beode ꝥ riht ꝥ he wille ꝥ man him beode. be ðam ðe hit mæð sy:· And ꝥ is swyðe riht lagu:·

XXVIII. ———.

And swa hwar heonan forð rihte laga wyrde Godes oððon manna. gebete hit georne. swa hwæðer swa hit gebyrige. swa mid godcundre bote. swa mid woroldcundre steore:·

And gif for God botan feoh bot ariseþ swa swa wise worold witan to steore gesetton. ꝥ gebyreþ rihtlice be biscopa dihte. to gebed bigene. ⁊ to ðearfena hyðe. ⁊ to cyric bote. ⁊ to larðome. ⁊ to wæde ⁊ to wiste ðam ðe Gode ðeowian. ⁊ to bocan ⁊ to bellan. ⁊ to cyric wædan. ⁊ næfre to woroldlican idelan glengan. ac for worold steoran to godcundan neodan. hwilum be wite. hwilum be wergylde. hwilum be halsfange. hwilum be lahslite. hwilum be are. hwilum be æhte. ⁊ hwilum be maran. hwilum be læssan:·

XXIX. ———.

And ahwa man biþ mihtigra her nu for worolde. oððon ðurh geþingþa. hearra on hade. swa sceal he deoppor synna gebetan. ⁊ ælce misdæda deorar agyldan:· Forþam ðe se maga. ⁊ se unmaga ne beoþ na gelice. ne ne magon na gelice byrþene ahebban. ne se unhala ðe man ðam halum gelice. ⁊ ðy man sceal medmian. ⁊ gesceadlice to sceadan. ge on godcundan scriftan. ge on woroldcundan steoran. ylde ⁊ geogoþe. welan ⁊ wædle. hæle ⁊ unhæle. ⁊ hada gehwilcne:·

And gif hit geweorþeþ ꝥ man unwilles. oþþe ungewealdes ænig ðing misdeþ. na biþ ꝥ na gelic ðam ðe willes ⁊ gewealdes sylf willes misdeþ. ⁊ eac se ðe nyd wyrhta biþ. ðæs

ſarium eſt ſaepiſſime reminiſci, h. e. ut ſinceram fidem unanimiter habeant in verum Deum, qui gubernat et fecit omnes creaturas, et ut rectam fidem chriſtianam recte teneant, et ut eccleſiaſticos doctores ſedulo audiant, ut Dei doctrinis et legibus diligenter obtemperent, et ut Dei eccleſias ubique diligenter ſalutent et tueantur, et cum lumine ac oblationibus eam ſaepe ſalutent, et ipſimet ſedulo ad Chriſtum orent.

Et ut Deo debita quolibet anno juſte praeſtent, et feſta ac jejunia debite obſervent.

Et ut a mercatura diei Solis et conventu populari ſedulo ceſſent.

Et ut Dei miniſtros ſemper tueantur et honorent.

Et ut Dei pauperes foveant et nutriant.

Et ut viduas ac orphanos non laceſſant crebro, ſed ſedulo conſolentur.

Et ut peregrinos ac extraneos non vexent, neque graventur.

Et ut aliis hominibus injuriam non inferant omnino; ſed quilibet homo aliis faciat illam juſtitiam, quam ipſe voluerit, ut ei fiat juxta id, quod juſtum eſt. Et haec eſt lex aequiſſima.

C[illegible] admittuntur.

Et quicunque unquam inpoſterum veram legem ſpernat Dei vel hominis, ſedulo hoc emendet quocunque modo id convenit, tam per eccleſiaſticam compenſationem, quam per mundanam diſciplinam.

Et ſi ex mulcta pro peccatis adverſus Deum commiſſis proveniente, compenſatio pecuniaria exſurgat, prouti mundi ſapientes diſciplinae loco conſtituerunt, hoc debite pertinet juxta epiſcoporum conſtitutionem ad orationes comparandas, et ad commodum pauperum, et ad eccleſiarum inſtaurationem, et ad erudiendum, et ad veſtiendum, ac ad nutriendum eos, qui Deo inſerviunt, et ad libros, et ad campanas, et ad veſtimenta eccleſiae, et nunquam ad mundanas inanes vanitates, ſed pro diſciplina mundana ad eccleſiaſticas neceſſitates, interdum de mulcta, interdum de ſolutione aeſtimationis capitis, interdum ex poena colli obſtricti, interdum ex mulcta legis violatae, interdum de facultatibus, interdum de poſſeſſione, et interdum de majoribus, interdum de minoribus.

Potentes gravius mulctandi.

Et ſi quis ſit potentior hic in mundo, vel per honorem ſuperior in ordine, hic gravius peccata emendet, et omnia malefacta carius compenſet. Quoniam potens et impotens non ſunt aequales, neque aequalia onera habere poſſunt; neque infirmus ſano aequalis eſt. Et illi ſunt moderandi, ac diſcrete diſcernendi, tam in eccleſiaſticis confeſſionibus, quam in ſecularibus diſciplinis, ſenes et juvenes, divites et egeni, ſani et infirmi, et cujuſcunque ordinis.

Et ſi contigerit, ut quis invitus vel fortuito aliquid malefecerit, non ſit aequalis ei, qui ſponte et de induſtria ipſe malefecerit; et etiam qui neceſſitate compulſus hoc patraverit, hic tutamine

mine et meliore jure ſemper dignus ſit, quia neceſſitate compulſus erat ad id, quod fecit.

Omne factum cautius diſcernendum eſt, et jus ſemper juxta factum recte diſponendum, et juxta merita moderandum, coram Deo et coram mundo; et clementia exhibeatur ex timore Dei, et manſuetudo fiat libentur, et foveatur pro facti ratione is, qui ea opus habet; quoniam omnibus nobis neceſſe eſt, ut Dominus noſter crebro et ſaepe miſericordiam ſuam nobis concedat. Amen*.

ðe he miſdeþ. ſe biþ ȝebeorhȝeſ. ⁊ ðy beteran domeſ ſymle ƿyrſe. ðe he nyd ƿyrhta ƿæſ ðæſ ðe he ƿorhte:·

Ælce dæde to ſceate man ƿærlice. ⁊ a dom be dæde fadiȝe mid rihte. ⁊ medemiȝe be mæþe. for Gode ⁊ for ƿoroldе. ⁊ miltſiȝe man for Godeſ eȝe. ⁊ liþiȝe man ȝeorne. ⁊ beorȝe be dæle. ðam ðe ðæſ ðearf ſy. for ðam ealle ƿe beðurfan. þ uſ ure Drihten. oft ⁊ ȝelome hiſ miltſe ȝeunne. Amen:·

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XVIII. 6.	ELPHEG. 4.	1009.	AETHELRED. II. 32.

Concilii Aenhamenſis ſynodalia decreta. Ex MS. Cott. Claudius A. 3.

QUODAM tempore contigit, ut regis Aethelredi edicto concrepante, archipraeſulumque Aelfeahi et Wulfſtani hortatu inſtigante, univerſi Anglorum optimates die ſancto Pentecoſtes ad locum ab indigenis Eanham nominatum, acciti ſint convenire. Collecto itaque ibidem Chriſticolarum coetu venerabilium quamplurimorum, de catholicae cultu religionis recuperando, deque etiam rei ſtatu publicae reparando vel conſulendo, plura et non pauca, utpote divinitus inſpirati, ratiocinando ſermocinabantur. Denique in eorundem ſynodalis exordio ſermocinationis epiſcopi ſemetipſos primitus fidei ſpeique et charitatis, quatuorque principalium virtutum, prudentiae videlicet et juſtitiae, fortitudinis quoque et temperantiae decore adornari; mutuis colloquiorum inſtructionibus ſalubrium invicem cohortabantur; ſtatueruntque pro invicem cotidianam interventionem; atque pactum pacis et concordiae fideliter firmiterque inter ſe confirmabant.

Omnem quoque populum monebant, unum regem ſub unius cultu religionis chriſtianae, ſuperſtitionis ritu fanaticae omnimodo abjecto, et timere et diligere. Deinde uniuſcujuſque ordinis, vel ſexus, vel aetatis catervam accitam aſſiſtentemque, ut juxta legis ſanctiones catholicae ſuam ſobrie, et juſte, ac pudice in hoc ſeculo vitam inſtituerent; ſuggeſtionibus multimodis ſecundum apoſtoli monita beati arguebant, obſecrabant, increpabant. Ibi ergo epiſcopi, ut erga creditae ſibi ſalutem plebis (paganorum incurſionibus vel irruptionibus, caeteriſque calamitatum aerumnis pluriformium opprimentibus, a religionis tramite recto anfractibus errabundis exorbitantis) pervigiles exiſterent; eiſque vitae pabula vel alimenta, quibus ad fidei cultum catholicae recreentur, ſolicite inſtanterque miniſtrarent; monitibus cogebantur intentis. Memores enim fore prophetae monebantur dicentis, "paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei."

Abbatibus namque necnon et abbatiſſis, maximis ibidem praedicabatur obſecrationibus; ut vitae propriae legis fraena regularis imponerent, collaque jugo Chriſti leviſſimo, omnimodis infatigabiliter humiliterque ſupponerent, et ſedula inſtantia ſaga, citatiſque ſtudio intentiſſime monita ſibimet ſubjectis ſalutaria, actuumque exemplaria bonorum nomina majoribus officiis aequantes vel implentes ſtudioſiſſime impendere procurarent, eoſdemque a ſanctae tramite religionis vel ab almi norma patris Benedicti per anfractus obliquos dextrorſum vel ſiniſtrorſum nequaquam deviare permitterent.

Archipontifices etiam, una cum caeterorum conſenſu pontificum, orthodoxorumque jam tunc praeſentium, ſalubre hoc piumque caelitus afflati elegerunt, tradideruntque conſilium; ut ſi quiſpiam monachorum, vel quaepiam monialium ex cujuſpiam monaſterio abbatis vel abbatiſſae, ipſius videlicet vel anteceſſorum ejus temporibus regiminis, ritu apoſtatico per proprium arbitrium egreſſi, vel proprii reatu deliquii expulſi, alicubi reperti fuerint, in monaſterium iterum revertantur, et abſque ulla contradictione ſuſcipiantur. Caveant etenim abbates, necnon et abbatiſſae, ne illud propheticum de eis dicatur, "quod infirmum fuit non conſolidaſtis, et quod aegrotum, non ſanaſtis, neque quod perierat inquiſiſtis."

Reverſi ergo monachi vel moniales, obſervantiae regulari humiliter ſubjaceant, negligentiaſque priores nimium poeniteant, et a cunctis amodo vanitatibus deſiſtant. Vota enim vel promiſſa, quae Deo voverunt, mente ſolicita revolvant, factiſque eadem perſolvere ſtudeant. Si autem cujuſpiam monachorum monaſterium, quo ſe per promiſſionis votum, perque habitus ſuſceptionem ſpiritalis Domino obtulit omnipotenti, velut plerumque mutata temporum viciſſitudine contingere ſolet; cum canonicis vel cum ſanctimonialibus conſtitutum ſit, iſque tum alicui eccleſiae vel monaſteriolo in Chriſti famulatu deditus fuerit; idem ipſe pontificem, ad cujus dioeceſim eadem eccleſia vel monaſteriolum, cui praeeſt, pertinet, promptiſſime adeat, triaque haec ſe ſemper ſervaturum data dextra devoveat; caſtitatem videlicet, habitumque monachicum, et perpetuam in Chriſti ſervitute perſeverantiam. Quodſi haec perſolverit, dignior habeatur.

Canonici namque in ſuis ſe monaſteriis ita obſervent, ut in continentia pura, et in caſtitate magna Domino regulariter deſerviant; horis

* Sequitur Aenhamenſis iſtius concilii exemplar Latinum vetus, prout in eodem MS. codice, immediate poſt Saxonicum exhibetur, pari antiquitatis charactere exaratum. Male autem inter ſe conveniunt ſaepe exemplaria, cum in argumenti tenore, tum in capitulorum diſtributione.

competentibus officium divinum in eccleſiis pariter concelebrent; et ſi eo loci ſubſtantiae abundantia victualis non defuerit, in ſuis per dies ſingulos prandeant refectoriis, noctibus quoque ſingulis, ut eis regulae monſtrat auctoritas, in dormitoriis requieſcant. Quodſi haec obſervare neglexerint, vel regulariter emendent, vel de monaſteriis ejiciantur, et Dei haereditate careant.

Sacerdotes itaque ſive preſbyteros ſummopere obſecramus, ut caſte et continenter Domino jugiter ſervientes, a connubiis ſe foemineis omnino abſtineant, ſicque Domini iram devitent. Si enim taliter Domino ſervire voluerint, Domini cunctipotentis miſericordiam hic et in futuro conſequantur perpetuam; inſuper et nobilium honore perſonarum, et in vita praeſenti, et poſt vitae terminum, digni habeantur. Quodſi haec obſervare noluerint, omni honore penitus priventur.

Poſt haec igitur archipontifices praedicti, convocata plebis multitudine collectae, regis edicto ſuprascripti, omniumque conſenſu catholicorum, omnibus communiter praedicabant unum Deum colendum eſſe debere; Patrem videlicet, et Filium, et Spiritum Sanctum; Patrem ſiquidem ingenitum; Filium autem ante tempora genitum a Patre, in tempore natum e matre; Spiritum vero Sanctum ab utroque procedentem; Trinitatem ſiquidem in perſonis, unitatem in ſubſtantia, Deitate coequalem, honore et gloria coeternum. Unum inquiunt Deum, unamque ſpem, et unam fidem, atque unum baptiſma nos colere oportet, et omnes paganas ſuperſtitiones contemnere.

Incantatores autem magos, pythonicos, et veneficos, necne idolorum cultores, acriter oportet conſtringere, vel etiam ex patria ejicere. Decreta namque vel ſtatuta vel ſcita legalia aequa et juſta diligenter teneamus, injuſta autem legique contraria penitus exterminentur, et ab omnibus eliminentur. Juris quoque ſtatuta civilis aequiſſima nulli abſtrahantur perſonae nobili neque ignobili.

Fides firma, charitas non ficta, amicitia vera et non falſa inter ſingulos teneantur.

Nemo etenim pro pecuniae commutatione alicujus quempiam chriſtianum inſontem ex patria ejiciat, ſed nec paganorum dominio ſubdat. Nefas igitur eſt, ut quos Chriſtus ſanguinis ſui effuſione redemit, Judaeorum vel Gentilium vinculis ſint irretiti.

Delinquentes etiam pro delectis modicis morti minime tradantur; ſed pie cauteque puniantur, ne forte punitionis ſeveritate judicis iram diſtricti provocent punientes; Dominus enim dicit, Nolite condemnare," et reliqua. Et item; "In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini." Et apoſtolus dicit; "Caſtigate, et non mortificate:" plaſmati namque Domini plaſmantis, quod proprio ſanguine redemit, ſemper ubique parcatur.

Connubia illicita cunctis generaliter interdicimus chriſtianis, ſed legi divinae cum Dei timore ubique adſtringantur: nemo igitur illicitis conjunctionibus ſe inquinet, id eſt, cum cognatis, vel cum conjugatis, vel cum Deo ſacratis, ſeu cum aliis illicitis perſonis.

Eccleſiae itaque per loca ſingula aedificatae in Domini ſubſidio cunctipotentis, necnon et regis terreni, cunctaeque plebis catholicae tuitione ſemper perſiſtant; nec quiſquam pro quopiam commercio, jugo ſervitii ſuam ſubjugans eccleſiam, venditor efficiatur eccleſiarum; ſed in Chriſti ſervitute leviſſima liberae ſemper permaneant: neque ſacerdotes vel miniſtri Deo ibidem fideliter ſervientes, abſque pontificis conſilio inde expellantur; nec eccleſiae antiquitus conſtitutae decimis vel aliis poſſeſſionibus priventur; ita ut novis oratoriis tribuantur.

Decimationes frugum, et vitulorum, et agnorum, necnon et aratrales eleemoſynae, eccleſiaſticaque munera Domino per ſingulos annos, temporibus rependantur congruis. Eleemoſynae videlicet aratrales, quindecim diebus poſt Paſcha peractis; vituli quoque et agniculi decimales erga Pentecoſten; frugum vero terrae decimationes circa omnium feſtivitatem Sanctorum eccleſiis perſolvantur opportunis.

Pecunia quoque Romana erga beatorum ſolennitatem apoſtolorum Petri et Pauli pontificibus per ſingulos annos reddatur.

Eccleſiaſtica vero munera in beati feſtivitate Martini per ſingulos annos eccleſiis donentur competentibus. Lumina etiam cereorum ter in annis ſingulis reddantur, augeantur, reparentur.

Munera necnon defunctorum animabus congruentia puteo impendantur aperto.

Jejunia quadragesimalia, et [illegible] a ſanctis patribus indicta, ſanctorumque feſtivitates a catholicis inſtitutae, ſummopere obſerventur.

Dominicae ſolennia diei cum ſummo honore magnopere celebranda ſunt, nec quicquam in eadem [illegible] ſervil[illegible] ſaecularia, quaeſtioneſque publicae in eadem deponantur die.

Genitricis namque Domini noſtri, almae videlicet Mariae feſta ſolennia, primo cum jejuniis, et poſtea cum ſuaviſona melodiarum cantilena, honorifice ab omnibus celebrentur ſolenniter.

Feſta quoque apoſtolorum cunctorum ſimiliter cum jejuniis, concentibuſque ſpiritalibus ſummopere colenda ſunt.

Jejunia vero quatuor temporum nos obſervare oportet, ut ſanctus Gregorius nobis conſtituit; quamvis aliae gentes aliter exercuerunt.

Sextae etenim jejunia feriae ab omnibus magnopere per ſingulas hebdomadas exercenda ſunt, ſi tamen in eadem die aliqua feſtivitas non evenerit.

Judicium quippe quod Anglice "Ordal" dicitur, et juramenta vulgaria feſtivis temporibus et legitimis jejuniis, ſed et ab adventu Domini uſque poſt octabas Epiphaniae, at a Septuageſima uſque xv. dies poſt Paſcha minime exerceantur, ſed ſit his temporibus ſumma pax et concordia inter chriſtianos, ſicut fieri oportet.

Viduae ſingulae in ſubſidio dominico, inque regis cunctaeque plebis munitione catholicae ſemper conſiſtant, perque menſes xii. in contine[illegible]-

tia perſeverent; quibus peractis, libero utantur arbitrio, vel nubendi, vel in continentia permanendi.

Chriſtiani quique colloquia frequentia, et ſalubria cum ſacerdotibus crebro exerceant, ſuaque ſibi peccata inverecunde depromant, ac confiteantur, confeſſaque juxta ſacerdotis inſtitutionem poeniteant, atque emendent; ſeque per continentiam et per reliqua operum ſtudia bonorum ita purificent, ut corporis et ſanguinis participatione creberrime digni et mundi efficiantur.

Verba et facta unuſquiſque juſte diſponat, juramenta et vota fideliter compleat.

Nequitiae namque cunctigenae a cunctis chriſtianis penitus ejiciantur; irae videlicet, rixae, diſſentiones, blaſphemiae, adulteria, homicidia, furta, rapinae, necromantiae, avaritiae, fornicationes, perjuria, ſacrilegia, ſortilegia, ebrietates, commeſſationes, idololatriae, falſa teſtimonia, fraudes ſubdolae, maleficia, beneficia, pondera doloſa, menſurae iniquae, ſtaterae fraudulentae, caeteraeque peſtes, quae ad interitum hominem pertrahunt. Si enim iſtas mortiferas peſtes a nobis avellere voluerimus, omnipotens et miſericors Dominus nobis noſtraeque genti proculdubio miſerebitur.

Fraus itaque monetariorum funditus abſiſtat, exque pura et ſimplici materia pecunia cudatur.

Furta autem et latrocinia omnia radicitus abſiſtant, vel ea perpetrantes multimodis poenis punientur.

Arcium muri, urbes, oppida, caſtella, civitates, pontes reparentur, reſtaurentur, renoventur, vallis et foſſis muniantur et circumvallentur.

Naves per ſingulos annos ob patriae defenſionem et munitionem praeparentur, poſtque ſacroſanctum Paſcha cum cunctis utenſilibus competentibus ſimul congregentur. Qua igitur etiam poena digni ſunt, qui navium detrimentum in aliquibus perficiunt, notum cunctis eſſe cupimus. Quicunque aliquam ex navibus per quampiam inertiam, vel per incuriam, vel negligentiam corruperit, et tamen recuperabilis ſit; is navis corruptelam vel fracturam ejuſdem perſolidam prius recuperet, regique deinde ea, quae pro ejuſdem munitionis fractura ſibimet pertinent, rite perſolvat.

Si autem de expeditione, id eſt de procinctu, cui ipſe rex intererit, ſine licentia quiſquam diſceſſerit, rerum facultatumque diſcrimen cunctarum incurrat.

Si etiam quiſquam de excommunicatis, niſi cauſa refugii, in regis praeſumpſerit praeſentia ante poenitentiae ſatiſfactionem peractam conſiſtere, facultatum proſcriptione damnetur.

Si quis daemonico inſtinctu regem circumvenire molitur, illum dignum morte judicavimus, niſi forte maximo juramento, vel fervente ferro excuſetur.

Et ſi quis legi Dei manifeſte reſiſtit, vel contradicit, reddat, quod debet legis deſertor; et ſi is contrarius rebellare armis nititur, et ſic occiditur, jaceat ſemper abſque redditione.

Nullus itaque chriſtianus nonnam Deo dicatam violet, nemo viduam vi opprimat ſine periculo ſubſtantiae ſuae.

In his itaque, et in cunctis iniqua omnia et injuſta, quae rex N. una cum optimatibus exterminare decreverat vel mandaverat, ſemper et ubique penitus abjiciantur, eliminentur, omnimodiſque excludantur, juſtitiaque et veritas ſemper ſervetur, ſicque pax ſumma, frugumque fertilitas, omniumque copia bonorum in patria abundabit, Domino patrocinium praeſtante, qui vivit, et reliq.

Haec itaque legalia ſtatuta vel decreta in noſtro conventu ſynodali a Rege Aethelredo magnopere edicta, cuncti tunc temporis optimates ſe obſervaturos fideliter ſpondebant; idcircoque ego Wulfſtanus gratia Domini diſponente, Eboracenſium archiepiſcopus, eadem ad ſequentium memoriam, necnon et ad praeſentium vel futurorum ſalutem, literis infixi, Domini videlicet proximique dilectione compunctus*.

* Dubitaverit forte quiſpiam, fueratne hoc concilium regium an epiſcopale, quod decreta ejus nuncupari videt SYNODALIA. Licet enim σύνοδος concilium ſonat et conventum tam ſecularium, quam eccleſiaſticorum, et ipſarum etiam aliquando foeminarum; obtinuit tamen uſus vulgaris cum apud recentiores, tum apud veteres, ut de eccleſiaſticorum comitiis plerumque cenſeretur. Sed regium utique concilium, cui praeter eccleſiaſticos tota aderat procerum ſecularium cohors, ſynodum alias appellari non eſt dubium. Sic in priſcis noſtris legibus Eadmund cyning geſomnade mycelne ſynoþ to Londonbyrig on ða halgan Eaſterlicon tyd. ægþer ge godcundra hada. ge woruldcundra; id eſt, Eadmundus rex congregavit magnam ſynodum in Londino urbe ſancto Paſchatis tempore, cum ex ordinibus eccleſiaſticis, tum e ſecularibus.

Regium autem fuiſſe certum eſt Aenhamenſe hoc concilium, tum quod edicto regis cogebatur, et de rebus ſtatuit, ad eccleſiaſticos non pertinentibus, tum quod in feſto habebatur Pentecoſtes, ut Edmundi illud in Paſchatis, in quibus celebritatibus (ſicuti et in illa nativitatis Domini noſtri) convocare reges, ex antiqua conſuetudine, ſoliti erant proceres ſuos utriuſque ordinis ad faſtum regium adornandum, et conſilia regni ineunda. Iſtas igitur conſtitutiones minime dubitavit Malmeſburius (Geſt. reg. l. 2. c. 11.) Aethelredo regi (non epiſcopis) attribuere, de Canuto rege ita referens: Omnes (inquit) leges ab antiquis regibus, et maxime ab anteceſſore ſuo Aethelredo latas, ſub interminatione regiae mulctae, perpetuis temporibus obſervari praecepit "rex Canutus," in quarum cuſtodia etiam nunc tempore bonorum, ſub nomine regis Edwardi juratur, non quod ille ſtatuerit, ſed quod obſervaverit. En hujus concilii canones, quos in ſuas leges paſſim tranſcripſit rex Canutus, Malmeſburius hic Aethelredo regi (non epiſcopis) tribuit.

Cenſeo tamen unum atque idem concilium, quoad ſecularia, quae in eo agebantur, regium ſeu regale ab antiquis dici; quoad divina autem et eccleſiaſtica, ſynodale alias nuncupari. Sigebertus in anno Dom. MXXXI. Conradi imp. vii. "Hoc tempore (inquit) juſſu Conradi imp. regali et ſynodali conventu apud Triburias, inter caetera epiſcopi hoc capitulum decernere voluerunt; ut ſi quando jejunium primi menſis eveniret, infra hebdomadam, qua caput jejunii in quarta feria conſtat, amborum jejuniorum celebritas unius officii expletione compleretur. Sed Gerardus Cameracenſis, et pauci cum eo huic multorum decreto contradicentes, obtinuerunt, ut jejunium primi menſis, in altera hebdomada, in qua habetur officium, celebretur ſecundum antiquorum conſuetudinem."

Quod in hoc concilio dicimus monachi mynecenae, canonici, et nunnae regulariter vivant, habetur utique in Saxonico exemplari legum Canuti regis infra cap. vi. juxta veterem interpretem cap. x. et hic locum reddit monachi monachae, canonici nunnae regulariter vivant; ille monachi moniales, canonici et veſtales. Differentiam igitur uterque ponit inter monachas ſeu moniales, quas Saxones mynnecenas appellabant, et nonnas ſeu veſtales, ſed quaenam ea fuit, nos adhuc ſatis lucide non comperimus. Vox mynecenas proprie amaſias ſignificat. Minne (inquit Kilianus) amor, venus, et amatio; Minneminneken, venus, amica; minneken liefken, corculum, blandientis particula.

Innuere videtur hic concilii locus, duo fuiſſe monachorum genera (quod et alias notavimus) ſeculares, et regulares, ſeu canonicos. Seculares conjugatos fuiſſe, et uxores eorum alias monachas dici et moniales, alias per ludibrium vel probrum, mynecenas, et concubinas. Haec SPELM.

Leges

Leges eccleſiaſticae Aethelredi regis poſt ſeculares ſuas apud Halam (al. Badam) conditae.

*Cap. I. *De denario ſanctae eccleſiae dando, et de decimatione Thaynorum*†.

Inprimis, ut unus Deus ſuper omnia diligatur et honoretur, et ut omnes regi [illegible] reant, ſicut anteceſſores ſui mei [illegible] et cum eo pariter defendant regnum [illegible] Et conſtituerunt inprimis Dei miſericordiam et auxilium invocare jejuniis, eleemoſynis, confeſſione, et abſtinentia; et malefacta [illegible] nere. Et ut detur de omni carruca de[illegible] vel denarium valens, et omnis, qui familiam habet, efficiat, ut omnis hirmannus ſuus det unum denarium. Quod ſi non habeat, det dominus ejus pro eo. Et omnis Thaynus decimet totum, quod habet.

Cap. II. *De jejunio et feriatione trium dierum ante feſtum ſancti Michaelis.*

Et inſtituimus, ut omnis chriſtianus, qui aetatem habet, jejunet tribus diebus in pane et aqua, et herbis crudis, ante feſtum ſancti Michaelis. Et omnis homo ad confeſſionem vadat nudis pedibus ad eccleſiam, et peccatis omnibus abrenunciet emendando et ceſſando. Et eat omnis preſbyter cum populo ſuo ad proceſſionem tribus diebus nudis pedibus, et ſuper hoc cantet omnis preſbyter xxx. miſſas, et omnis diaconus et clericus xxx. pſalmos; et apparetur tribus diebus corrodium uniuſcujuſque ſine carne in cibo et potu, ſicut idem comedere deberet, et dividatur hoc totum pauperibus. Et ſit omnis ſervus liber ab opere illis tribus diebus, quo melius jejunare poſſet, operetur ſibimet quod vult. Hi ſunt illi tres dies dies Lunae, dies Martis, et dies Mercurii proximi ante feſtum ſancti Michaelis. Si quis jejunium ſuum infringat, ſervus corio ſuo componat, reddat liber pauper xxx. denar. et regis Thaynus cxx. ſolid. et dividatur haec pecunia pauperibus. Et ſciat omnis preſbyter, et tungravius, et decimales homines, ut haec eleemoſyna et jejunium proveniat, ſicut in ſanctis jurare poterunt.

Cap. III. *Quid regi et populo omni [illegible] cantandum.*

Et praecipimus, ut in omni congregatione cantetur quotidie communiter pro rege et omni populo ſuo una miſſa ad matutinalem miſſam, quae inſcripta eſt, contra paganos, et ad ſingulas horas decantet totus conventus extenſis membris in terra pſalmum "Domine, quid multiplicati ſunt," et collectam contra paganos, et hoc fiat, quamdiu neceſſitas iſta nobis eſt in manibus. Et in omni coenobio vel conventu monachorum celebret omnis preſbyter ſigillatim xxx. miſſas pro rege et omni populo, et omnis monachus dicat xxx. pſalteria.

Cap. IV. *De conſuetudinibus ſanctae Dei eccleſiae reddendis.*

Et praecipimus, ut omnis homo ſuper dilectionem Dei et omnium ſanctorum [illegible] tam et rectam decimam ſuam, ſicut in diebus anteceſſorum noſtrum fecit, quando melius fecit; hoc eſt, ſicut aratrum peragrabit, decimam acram: et omnis conſuetudo reddatur ſuper amicitiam Dei ad matrem eccleſiam, cui adjacet, et nemo auferat Deo, quod ad Deum pertinet, et praedeceſſores noſtri conceſſerunt.

Cap. V. [illegible]

Et prohibemus, ne quis extra patriam vendatur; ſi quis hoc praeſumat, ſit praeter benedictionem Dei et omnium ſanctorum, et praeter omnem chriſtianitatem; niſi poeniteat et emendet, ſicut epiſcopus ſuus edocebit.

Cap. VI. *De roboria.*

Et prohibemus omnem roboriam omni homini. Et ſit omnis homo jure publico dignus, pauper et dives, et reddatur omnis roboria, ſi quis aliquam fecerit, emendet ſicut prius, et poſtea fecit. Et ſi quis praepoſitus eam fecerit, dupliciter emendet, quod alii judicaretur.

Cap. VII. *De* [illegible] *eccleſiae.*

Et reddatur pecunia eleemoſynae hic ad feſtum ſancti Michaelis, ſi alicubi retro ſit per plenam witam, et omnibus annis deinceps reddantur Dei rectitudines in omnibus rebus, quae ſupradictae ſunt, per amicitiam Dei et ſanctorum omnium, ut Deus omnipotens miſericordiam nobis faciat, et de hoſtibus triumphum nobis et pacem indulgeat, quae ſedulo deprecemur, ut miſericordiam ejus conſequamur hic, et in futuro requiem ſine fine. Amen.

De officio judicis.

Omnis judex juſtus miſericordiam et judicium libret in omnibus, ut inprimis per rectam ſententiam judicet emendationem ſecundum culpam, et eam tamen admenſuret propter indulgentiam. Quaedam culpae reputantur a bonis judicibus ſecundum rectum emendandae. Quaedam per Dei miſericordiam condonandae. Judicia debent eſſe ſine omni Haderunga, ut non parcatur diviti alicui vel egeno, amico vel inimico.

* Habentur in Junian[illegible] MS. IV. [illegible] quartae vero ſunt haec capitula.

† Primi et ſecundi horum legum capituli [illegible] collegii Corp. Chriſti Cantabr. S[illegible] MSS. [illegible]

mico; jus publicum recitari; et nihil injuſtius eſt quam ſuſceptio munerum pro judicio ſubvertendo, quia munera excaecant corda ſapientum, et ſubvertunt verba juſtorum. Dominus Jeſus dixit, "In quo judicio judicaveritis, judicabimini." Timeat omnis judex ac diligat judicem ſuum, ne in die judicii mutus fiat et humiliatus ante oculos judicis cuncta videntis. Qui innocentem opprimat, et dimittat noxium pro pecunia, vel amicitia, vel odio, vel quacunque factione, opprimetur ab omnipotenti judice. Et nullus dominus ſtultos aut improbos judices conſtituat; quia ſtultus per ignorantiam, improbus per cupiditatem vitiat, quam didicit veritatem. Gravius enim lacerantur pauperes a pravis judicibus, quam a cruentis hoſtibus. Nullus hoſtis acerbior, nulla peſtis efficacior, quam familiaris inimicus. Poteſt aliquotiens homo fuga vel defenſione vitare pravos * inimicos; non ita poſſunt judices, quotiens adverſus ſubditos malis deſideriis inflammantur. Saepe etiam boni judices habent malos vicarios, et miniſtros nefandos, quorum ipſi domini conſtringuntur, ſi non eos coerceant, et rapacitatem cohibeant; quia Dominus et miniſter ſeculorum ait, "Non ſolum male agentes, ſed omnes conſentientes, digni ſunt aeterna morte." Saepe etiam pravi judices judicium pervertunt vel reſpectant, et non finiunt cauſam, donec voluntas eorum impleatur. Et quando judicant, non opera, ſed munera conſiderant impii judices, juxta verbum ſapientum, "Sicut rapaces lupi veſpere nil reſiduant uſque mane:" id eſt, de praeſenti ſolum vita cogitant, de futura nihil conſiderant. Malorum praepoſitorum mos eſt, ut quicquid poſſunt, auferant, et vix neceſſarium parum quid relinquant ſuſtentationi. Iracundus judex non poteſt attendere rectam judicii ſatiſfactionem, nam per furoris exaecationem non perſpicit rectitudinis claritatem. Juſtum judicium eſt, ubi non perſona conſideratur. Scriptum eſt, "Non attendas perſonam hominis in judicio, nec pro aliquo facies, ut a vero declines, et injuſte judices." Suſceptio muneris eſt dimiſſio veritatis. V. Fox act. et monum. tom. I. p. 209 †.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
BENEDICT. VIII. 7.	LIVINGI 6.	1018.	CANUTI 2.

Diploma Canuti regis Angliae, quo eccleſiam ſalvatoris in Dorobernia omnium eccleſiarum regni Angligeni matrem et dominam confirmat. E vet. MS. codice Cantuar. citante SPELM.

EGO denique imperator Knuto a Chriſto, Rege regum, regiminis Anglici in inſula potitus, audiens beneficia praedeceſſorum meorum regum, ſcilicet regalia privilegia; ſimiliter cernens libertatem monaſteriorum intra Cantiam poſitorum, archipraeſuliſque piiſſimi Livingi admonitione, placuit cordi amborum praeſentem chartulam corrobarare, viz. eccleſia ſalvatoris in Dorobernia ſita, omnium eccleſiarum regni Angligeni mater et domina, cum omnibus ad illam pertinentibus, ſit libera, nec quiſquam hominum in ea et rebus ſuis aliquid juris vel conſuetudinis, praeter archiepiſcopum et monachos ibidem Deo famulantes, exigat vel obtineat, in ſempiternum hoc noſtrum decretum inviolabile tempore meo, et ſucceſſorum meorum, pro ſpe ſalutis aeternae, ſtabile perſeveret. His teſtibus, quorum ſigna ſubtus annotantur.

Ego Knuto, gubernator Anglici orbis, propria manu confirmo. ✠

Ego Levingus, metropolitanus archipraeſul, libenter annuo. ✠

Ego Emma regina ſigno crucis confirmo. ✠

Ego Wolſtanus Eborac. conſolidavi. ✠

Ealdelmus epiſcopus gratum habens. ✠

Ego Algarius epiſcopus concedo. ✠

Ego Leofricus epiſcopus confirmo. ✠

Ego Haldenne princeps regis pro viribus aſſenſum praebeo. ✠

Et Ego Turkillus dux concedo. ✠

Facta eſt autem iſta conceſſio anno dominicae incarnationis milleſimo XVIII.

* Laetius [inimicos] legit pro Spelmanni [judices.] Walkerus ita: "Poteſt alios homo fuga vel defenſione vitare; pravos judices vitare non poſſunt, quotiens," etc.

† Exhibet Jornalenſis codex MS. (ut in exordio diximus) quatuor legum Aethelredi regis partes, quatuor editas temporibus, et diverſis totidem conciliis. Primam ſcil. Wodſtochiae in provincia Merciorum, ad pacem promovendam. Secundam Wanetingiae in Occid. Saxonia, ad felicitatis (ut ibidem dicitur) incrementum. Tertiam (loco incerto) ad foederis confirmationem cum Anlavo initi, et Danis aliis. Et quartam iſtam apud Habam, in qua poſt tot lugubria rerum diſcrimina, divinam appellat miſericordiam fletu, oratione, jejunio, confeſſione, et reſipiſcentia, crebris eleemoſynis, et operibus pietatis in eccleſiam Chriſti atque pauperes erogatis. De celeberrimis autem praedictis legibus Aenhamenſibus (quas perſpicue Aethelredo tribuit Malmeſburius) ne verbo meminit Jornalenſis: et quas Jornalenſis retulit Wanetingae conditas, et Habamae iſtas, non exhibuit nobis codex, qui proſtat, Saxonicus; ad Aethelredum tamen recte pertinere, non eſt dubitandum. De temporibus vero, quibus ferebantur, nil compertum habeo: noviſſimum videtur Habamae hoc concilium, ipſumque ideo circa an. Dom. collocamus MXII. i. Aethelredi regis XXXIV. Haec SPELM.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
BENEDICT. VIII 10	AGELNOTH. 2.	1021	CANUT. 5.

Concilium Wintonienſe ſub Canuto rege Anglorum, Danorum, et Norwegarum, habitum in ſancto natali Domini an. Chr. MXXI. Ex MS. Monaſterii S. Edmundi de Burgo, citante SPELM.

HAEC ſunt ſtatuta Canuti regis Anglorum, Danorum, Norwegarum, venerando ſapientum ejus conſilio, ad laudem et gloriam Dei, et ſui regalitatem, et commune commodum habita in ſancto natali Domini apud Wintoniam, etc.

Rex Canutus anno regni ſui V. viz. per centum et triginta annos ante compilationem decretorum, quae an. Domini MCL. fuerunt compilata, anno ſeptimo pontificatus papae Eugenii tertii, et ante compilationem aliorum canonum quorumcunque, cunctos regni ſui praelatos, proceresque, ac magnates ad ſuum convocans parliamentum, in ſuo publico parliamento perſiſtentibus perſonaliter in eodem Wulfſtano et Adelnodo archiepiſcopis, et Ailwino, epiſcopo Elmhamenſi, et aliis epiſcopis, ipſorum ſuffraganeis, ſeptem ducibus, cum totidem comitibus, necnon diverſorum monaſteriorum nonnullis abbatibus, cum quamplurimis gregariis militibus, ac cum populi multitudine copioſa, ac omnibus tunc in eodem parliamento perſonaliter exiſtentibus, votis regiis unanimiter conſentientibus, praeceptum et decretum fuit:

Quod monaſterium S. Edmundi, etc. ſit ab omni juriſdictione epiſcoporum [et] comitatus illius, extunc inperpetuum funditus liberum et exemptum, etc.

Illuſtris rex Hardicanutus, praedicti regis Canuti filius, haeres et ſucceſſor, ac ſui patris veſtigiorum devotus imitator, etc. cum laude et favore Aegelnodi Dorobernenſis, nunc Cantuarienſis, et Alfrici Eborac. epiſcoporum, aliorumque epiſcoporum ſuffragan. necnon cunctorum regni ſui mundanorum principum, deſcriptum conſtituit, roboravitque praeceptum*.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XIX. 8.	AEGELNOTH. 12.	1031	CANUT. 15.

Epiſtola Canuti regis ad Anglorum archiepiſcopos, epiſcopos, nobiles, etc. anno regni ſui XV. *id eſt, Dom. noſtri* MXXXI. *Roma miſſa, in qua refert quanta benignitate a Johanne papa, Conrado imp. et Rodulpho rege amplexus eſt. Se Romam tranſeuntibus impetraſſe privilegia: vitaeque ſuae inſtitutum* [illegible]. *Monet ut declinent injuſtitiam, et fiſco nil indebite ferant. Ad eccleſiam pertinentia ſedulo quaeque reddi jubet.* Ex Malm. De geſt. reg. l. 2. c. 11. Ingulph. fol. 508. Flor. Wigorn. ad ann. ſecundum Dionyſium, MXXXI.

CNUTO rex totius Angliae, et Danamarchiae, et Norwegiae, et partis Suavorum, Ailnotho metropolitano, et Alfrico Eboracenſi, omnibuſque epiſcopis et primatibus, et toti genti Anglorum, tam nobilibus quam plebeis, ſalutem.

Notifico vobis me noviter iſſe Romam, oratum pro redemptione peccaminum meorum, et pro ſalute regnorum, quique meo ſubjacent regimini populorum. Hanc quidem profectionem Deo jam olim devoveram; ſed pro negotiis regni, et cauſis impedientibus, hucuſque non poteram perficere. Nunc autem ipſi Deo meo omnipotenti valde humiliter gratias ago, quod conceſſit in vita mea Petrum et Paulum beatos apoſtolos, et omne ſanctuarium, quod intra urbem Romam aut extra addiſcere potui, expetere, et ſecundum deſiderium meum praeſentialiter venerari et adorare. Et ideo hoc maxime patravi, quia a ſapientibus didici, ſanctum Petrum apoſtolum magnam poteſtatem accepiſſe a Domino ligandi atque ſolvendi, clavigerumque eſſe regni caeleſtis; et ideo ſpecialiter ejus patrocinium apud Deum expetere valde utile duxi.

Sit autem vobis notum, quia magna congregatio nobilium in ipſa ſolennitate paſchali, ibi cum domino papa Johanne, et imperatore Conrado erat, ſcilicet omnes principes gentium, a monte Gargano, uſque ad iſtud proximum mare, qui omnes me et honorifice ſuſcepere, et magnificis donis honoravere. Maxime autem ab imperatore donis variis et muneribus pretioſis honoratus ſum, tam in vaſis aureis et argenteis,

* Haec ex libro monaſterii S. Edmundi de Burgo, mutilata, ut vides, tradidit Dn. Cokus in epiſtola ad relationum ſuarum partem IX. librum aſſerens penes ſe fuiſſe, et charactere multum antiquo ſcriptum. [illegible] deſiderata iſtic reſtituerem: mandavitque famulo ſuo praeſtandi curam, ſed repetitum ſaepius non obtinui. [illegible] hiſtoriae iſtius auctor, annos penultimos Henrici. III. (ſi vel hos attigerit) non ſuperaſſe, quod vocabulum parliamentum pro magno regni concilio toties ponit; Canuti enim ſeculo et ſubſequenti uno atque altero apud auctores noſtros non in uſu fuit.

Erraſſe etiam certum eſt auctorem iſtum, dum Aegelnothum Cantuariae archiepiſcopum facit ſub tempore regni Hardecanuti regis, cum (mortuo Aegelnotho) Eadſius id faſtigium per biennium jam antea tenuiſſet (ſi Faſtorum ſana ſit fides, et Matthaei Weſtmon. in an. MXXXVIII.) qui Hardicanutum (al. Cnutonem audacem) ab eodem Eadſio coronatum refert. Haec SPELM. [illegible] EADSIUS alias vocatur EDSINUS.

quam in palliis et veſtibus valde pretioſis. Locutus ſum igitur cum ipſo imperatore, et domino papa, et principibus, qui ibi erant, de neceſſitatibus totius populi mei, tam Angli, quam Dani, ut eis concederetur lex aequior, et pax ſecurior in via Romam adeundi, et ne tot clauſuris per viam arceantur, et propter injuſtum telonium fatigentur. Annuitque poſtulatis imperator, et Rodulphus rex, qui maxime ipſarum clauſurarum dominatur, cunctique principes edictis firmarunt, ut homines mei tam mercatores, quam alii orandi gratia viatores, abſque omni angaria clauſurarum et telonearium, cum firma pace Romam eant, et redeant.

Conqueſtus ſum iterum coram domino papa, et mihi valde diſplicere dixi, quod mei archiepiſcopi in tantum angariabantur immenſitate pecuniarum, quae ab eis expetebantur, dum pro pallio accipiendo ſecundum morem apoſtolicam ſedem expeterent, decretumque eſt, ne id deinceps fiat. Cuncta enim, quae a domino papa, et ab imperatore, et a rege Rodulpho, caeteriſque principibus, per quorum terras nobis tranſitus eſt ad Romam, pro meae gentis utilitate poſtulabam, libenter annuerunt, et conceſſa etiam ſacramento firmaverunt, ſub teſtimonio quatuor archiepiſcoporum, et viginti epiſcoporum, et innumerae multitudinis ducum et nobilium, quae aderat. Quapropter Deo omnipotenti gratias magnificas reddo, quia omnia, quae deſideraveram, prout mente decreveram, proſpere perfeci, votiſque meis ad velle ſatisfeci.

Nunc itaque ſit notum, quia ipſi Deo ſupplex devovi vitam meam amodo in omnibus juſtificare, et regna mihi ſubdita, populoſque juſte et pie regere, aequumque judicium per omnia obſervare; et ſi quid per meae juventutis intemperantiam, aut negligentiam hactenus, praeter id quod juſtum erat, eſt actum, totum, Deo auxiliante, diſpono emendare. Idcirco obteſtor, et praecipio meis conſiliariis, quibus regni conſilia credidi, ne ullo modo, aut propter meum timorem, aut alicujus potentis perſonae favorem, aliquam injuſtitiam amodo conſentiant, vel faciant pullulare in omni regno meo. Praecipio etiam omnibus vicecomitibus, et praepoſitis univerſi regni mei, ſicut meam volunt habere amicitiam, aut ſuam ſalutem; ut nulli homini, nec diviti, nec pauperi, vim injuſtam inferant; ſed omnibus, tam nobilibus, quam ignobilibus ſit fas juſta lege potiundi, a qua nec propter favorem regium, nec propter alicujus potentis perſonam, nec propter mihi congerendam pecuniam, ullo modo devient, quia nulla mihi neceſſitas eſt, ut iniqua exactione pecunia mihi congeratur. Ego itaque notum vobis fieri volo, quod eadem via, qua exivi regrediens, Danamarchiam vado, pacem et firmum pactum omnium Danorum conſilio compoſiturus cum eis gentibus, quae nos et vita et regno privare, ſi eis eſſet poſſible, volebant; ſed non potuerunt, Deo ſcilicet virtutem eorum deſtruente, qui nos ſua benignitate in regno et honore conſervet, omniumque inimicorum noſtrorum potentiam annihilet. Compoſita denique pace cum gentibus, quae in circuitu noſtro ſunt, diſpoſitoque et pacato omni regno noſtro hic in oriente, ita ut a nulla parte bellum, aut inimicitias aliquorum timere habeamus, quam citius hac aeſtate apparatum navigii habere potero, Angliam venire diſpono.

Hanc autem epiſtolam jam praemiſi, ut de mea proſperitate omnis populus regni mei laetificetur; quia, ut voſipſi ſcitis, nunquam memet ipſum, nec meum laborem abſtinui, nec adhuc abſtinebo impendere, pro omnis populi mei neceſſaria utilitate. Nunc igitur obteſtor omnes epiſcopos meos et regni mei praepoſitos per fidem, quam mihi debetis et Deo, quatenus faciatis, ut antequam Angliam veniam, omnium debita, quae ſecundum legem antiquam debemus, ſint perſoluta; ſcilicet eleemoſyna pro aratris, et decimae animalium ipſo anno procreatorum, et denarii, quos Romam ad ſanctum Petrum debetis, ſive ex urbibus, ſive ex villis, et mediante Auguſto decimae frugum, et in feſtivitate ſancti Martini primitiae ſeminum ad eccleſiam, ſub cujus parochia quiſque degit, quae Anglice "Curcſcet nominatur." Haec et alia, ſi, cum venero, non erunt perſoluta, regia exactio ſecundum leges, in quem culpa cadit, diſtricte abſque venia comparabit*.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
JOHAN. XIX. 9.	AGELNOTH. 13.	1032.	CANUT. 16.

Charta regis Canuti, qua omnes cauſas inſulae Glaſtoniae, tam eccleſiaſticas quam ſeculares, abbatis ſupponit judicio, caeteris excluſis poteſtatibus. Ex Malm. Geſt. reg. l. 2. c. 11.

REGNANTE inperpetuum Domino, qui ſua ineffabili potentia omnia diſponit atque gubernat, viceſque temporum, hominumque mirabiliter diſcernens, terminumque incertum, prout vult, aequanimiter imponens, et de ſecretis naturae myſteriis miſericorditer docet, ut de fugitivis, et ſine dubio tranſitoriis, manſura regna Dei ſuffragio adipiſcenda ſint.

Quapropter ego Cnut, rex Anglorum, caeterarumque gentium in circuitu perſiſtentium guber-

* Hanc epiſtolam, Roma digrediens verſus Danamarchiam, Anglis ſuis per Livingum, Taveſtokenſem abbatem (mox epiſcopum Cridintunenſem) miſit rex Canutus, "ad documentum emendationis, et regalis magnificentiae (inquit Malmeſburius Geſt. reg. lib. 2. c. 11. qui et haec praeterea) nec dicto deterius fuiſſe factum, etc." Hovedenus inſuper annal. par. 1. "Anno [inquit] MXXXI. Canutus rex Anglorum, et Danorum, et Norreganorum de Denemercia magno cum honore Romam ivit, et S. Petro apoſtolorum principi ingentia dona in auro et argento, aliiſque rebus pretioſis obtulit; et a Johanne papa, ut ſcholam Anglorum in Roma morantium, ab omni tributo et telone liberaret, impetravit; et in eundo et redeundo largas pauperibus eleemoſynas erogavit, ac multas per viam clauſuras, ubi telon a peregrinis exigebatur, ingenti pretio dato, diſſipavit; vitaeque ſuae et morum emendationem ante ſepulchrum apoſtolorum devovit.

nator et rector, cum conſilio et decreto archipraeſulis noſtri Edelnothi, ſimulque cunctorum Dei ſacerdotum, et conſenſu optimatum meorum, ob amorem caeleſtis regni, et indulgentiam criminum meorum, et relaxationem peccaminum fratris mei regis Edmundi, concedo eccleſiae ſanctae Dei genitricis Mariae Glaſtoniae jura et conſuetudines in omni regno meo, et omnes foriſfacturas omnium terrarum ſuarum; et ſint terrae ejus ſibi liberae et ſolutae ab omni calumnia, et inquietatione, ſicuti meae mihi habentur.

Verum illud praecipue ex omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti auctoritate, et perpetuae virginis interdictione prohibeo, et univerſis regni mei praepoſitis et primatibus ſuper ſuam ſalutem praecipio, ut nullus omnino illam inſulam intrare audeat, cujuſcunque ordinis, aut dignitatis ſit; ſed omnes tam in eccleſiaſticis, quam in ſecularibus cauſis, tantummodo abbatis judicium et conventus expectent, ſicuti praedeceſſores mei ſanxerunt, et privilegiis confirmaverunt, Cenwines, Ines, Cuthredus, [illegible], Alfredus, Edwardus, Ethelredus, Ailſtanus, et glorioſiſſimus Edmundus, et incomparabilis Edgarus.

Si quis autem quovis deinceps tempore ſub aliqua occaſione interrumpere, atque irritum facere hujus privilegii teſtamentum niſus fuerit; ſit a conſortio piorum ultimi examinis ventilabro diſpertitus. Si quis vero benevola intentione haec facere, probare, et defenſare ſtuduerit; beatiſſimae Dei genitricis Mariae, et omnium ſanctorum interceſſione, amplificet Deus portionem ejus in terra viventium. Scripta eſt hujus privilegii donatio, et promulgata in lignea baſilica ſub praeſentia regis Cnutonis, anno ab incarnatione Dominica MXXXII. indictione*. . . .

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reges Saxon.
BENEDICT. IX. 1.	[illegible] 14	[illegible]	[illegible]

Leges eccleſiaſticae Canuti regis. Ex MS. Cott. Nero A. 1. collato cum Legg. noſt. Anglo-Saxon.

ÞIS is seo gerædnes. ðe Cnut cyning ealles Engla landes cyninge. ⁊ Dena cyning. ⁊ Norðwigena cyning. mid his witena geþeahte gereð. Gode to lofe ⁊ him sylfum to cynescipe. ⁊ folce to ðearfe. ⁊ þæt wæs on ðam halgan midwintres tide on Wintanceastre.

HOC eſt conſilium, quod C[illegible] [illegible]giae et Danorum et N[illegible], cum ſapientum ſuorum conſilio [illegible] dem Dei, et ſibiipſi in ornamentum regium, et ad utilitatem populi; et hoc erat ſacris natalibus Domini noſtri Wintoniae.

I. ———.

Ðæt is ðonne ærest. þæt hi ofer ealle oðre ðinge ænne God æfre woldan lufian. ⁊ ænne cristendome anrædlice healdan. ⁊ Cnut cyng lufian. ⁊ wurþian mid rihtan getriwþan.

I. *De Deo, religione, et rege diligendis.*

Hoc eſt primum igitur, ut ſuper omnia alia unum Deum ſemper diligere, et unum chriſtianiſmum unanimiter conſervare, et regem Cnutum diligere, et juſta fidelitate venerari velint.

II. ———.

And Godes cyrican griþian. ⁊ friþian. ⁊ gelomlice secean. sawlum to hæle. ⁊ us sylfum to ðearfe. Ælc cyrice is mid rihte on Cristes agenan griðe. ⁊ ælc cristen man ah mycele ðearfe. þæt he on ðam griðe mycele mæþe wite. Forþam Godes griþ is ealra griþa selost to geearnigenne. ⁊ geornost to healdenne. ⁊ ðær nihst cyninges. ðonne is swiþe rihtlic. þæt Godes cyrice griþ binnan wagum. ⁊ cristenes cyninges handgriþ standе æfre unwemmed. ⁊ se ðe aþor fulbrece. ðolige landes ⁊ lifes. buton hine se cyninge gearian wille. And gif æfre ænig man heonon forþ Godes cyrice griþ swa abrece. þæt he binnan cyric wagum manslaga weorþe. ðonne is þæt botleas. ⁊ ehte his ælc ðæra ðe Godes freond sy. butan þæt geweorþe þæt he ðanon ætberste. ⁊ swa deope friþsocne gesece. þæt se cyninge him ðurh þæt feores geunne wiþ fulre bote. ge wiþ God ge wiþ men. ⁊ þæt is ðonne ærest. þæt he his a-

II. *De pace Dei, regis, et* [illegible]

Et Dei eccleſias ſalutent ac protegant, et crebro frequentent in ſalutem animae, et nobiliſſimis [illegible]. Quaelibet [illegible] jure eſt in propria Chriſti pace, et quilibet chriſtianus multum laborare debet, ut pacem illam magna in veneratione habeat. Pax enim divina [illegible] pr[illegible] praecipue [illegible] et ſedulo conſervanda eſt. Tunc valde juſtum eſt, ut Dei eccleſiaſtica pax intra parietes, et pax chriſtiani regis manu data ſemper conſiſtat immobilis. Et ſi quis alterutram violet, perdat patriam et vitam, niſi rex ei condonare velit. Et ſi unquam aliquis homo poſthaec Dei eccleſiaſticam pacem adeo violaverit, ut intra eccleſiae parietes homicida fieret, tunc illud eſt inexpiabile, et perſequantur [eum] omnes, qui Dei amici ſunt, niſi fieret, ut inde erumperet, et ad adeo magnum aſylum confugerit, ut rex ipſi eapropter vitam condonaret poſt plenariam compenſationem tam apud Deum, quam apud homines. Et hoc eſt primum, ut propriam

* Crebra fuit ſub hoc tempore beatae virginis, et ſanctorum invocatio, quam et in letania publica [illegible] invenio, proxime poſt imploratam ſanctae Trinitatis miſericordiam, viz. "Sancta Maria, ora pro nobis. Sancta Dei genitrix, ora pro nobis. Sancta virgo virginum, ora pro nobis." Sequitur etiam ad archangelos et [illegible] animarum [illegible] reliquum nominatim provectio, [illegible] in Romana eccleſia. Vide pſalterium Lat. Sax. [illegible] MS. in bibl. publ. Cantabrig.

aeſti-

aeſtimationem capitis Chriſto et regi det, et hoc modo ſeipſum exlegem reſtituat ad compenſationem. Et ſi tunc ad compenſationem res rediit, et eam rex toleret, tunc ſolvatur eccleſiaſtica pax illi eccleſiae per regis plenariam pacis violationem, et eccleſiae reconciliationem conſequatur, ſicuti decet; et deinde tam cognati, quam viri occiſi compenſationem plene ſolvat, et apud Deum ſaltem diligenter intercedat.

genne ƿere Criste ⁊ ðam cyninge gesille. ⁊ mid ðam hine sylfne inlagie to bote. ⁊ gif hit ðonne to bote gega. ⁊ se cyninge ꝥ geþafige. ðonne bete man ꝥ cyric griþ into ðære cyrican. be cyninges fullan mundbryce. ⁊ ðas mynstres clænsunge begyte. sƿa ðærto gebyrige. ⁊ ægþer ge mægbote ge manbote fullice gebete. ⁊ ƿiþ Gode huru ðingie georne:·

III. *De mulcta pro dignitate eccleſiae conferenda.*

Et ſi ulla eccleſiae pax ſine interfectione ſit violata, ſedulo compenſetur pro ratione ejus, quod factum eſt, *ſive ſit per pugnam, ſive per rapinam, ſive per aliud quid: compenſanda eſt eccleſiae prius pacis violatio, pro ratione ejus, quod factum eſt, et pro ratione dignitatis eccleſiae. Non ſunt omnes eccleſiae aequali modo terreno honore dignae, licet eandem habeant eccleſiaſticam conſecrationem. Violatio pacis primariae eccleſiae eſt eadem ac compenſatio rerum pro regis pace, hoc eſt, quinque libris, ſecundum Anglorum leges; et in terra Cantii pro violatione pacis v. libris regi, et iii. archiepiſcopo; et mediocris eccleſiae cxx. ſolidis, et idem eſt pro regis mulcta; et tunc adhuc minoris, ubi parvum eſt miniſterium, et coemeterium tamen lx. ſolidis; et templi campeſtris, ubi coemeterium non eſt, xxx. ſolidis.

III. ———.

And gif elles be cƿicum mannum cyric griþ abrocen sy. bete man georne be ðam ðe seo dæde sie. sy hit ðurh feohtlac. sy hit ðurh reaflac. sy ðurh ꝥ ðe hit sy:· Bete mon ærest ðonne griþbryce into ðære cyrican. be ðam ðe seo dæde sy. ⁊ be ðam ðe ðære cyrican mæþ sy:· Ne synd ealle cyrican na gelicre mæþe ƿoruldlice ƿurþscipes ƿyrþe. ðeah hig godcundlice habban halgunge gelice:· Heafod mynstres griþbrice is æt botƿyrþum ðingum be cyninges munde. ꝥ is mid fif pundum on Engla lage:· And on Centlande æt ðam mundbryce v. pundum ðam cinge. ⁊ ðreo ðam arcebisceop:· And medemran mynstres mid cxx. scill. ⁊ ꝥ is be cyninges ƿite. ⁊ ðonne gyt læssan ðær lytel ðeoƿdom sy. ⁊ legerstoƿ ðeah sy mid lx. scill. ⁊ feldcyrice ðær legerstoƿ ne sy. mid ðrittigum scill:·

IV. *De reverentia ſacerdotibus praeſtanda.*

Omnes chriſtianos quam maxime decet ſanctuarium et ordines et conſecratam Dei domum ſemper diligentiſſime frequentare et protegere, et quemlibet ordinem venerari juxta dignitatem. Intelligat enim quicunque velit vel poſſit, magnum et praeclarum eſſe, quod ſacerdos agendum habet pro ſalute populi, ſi Domino ſuo debite placeat. Magnum [quid] eſt exorciſmus, et praeclarum eſt conſecratio, quae diabolum diſpellit et profugum reddit, quoties baptiſmus peragitur, vel S. euchariſtia conſecratur. Et ſancti angeli ibi circumfunduntur, et res illas cuſtodiunt, et per Dei potentiam ſacerdotem adjuvant, quoties Chriſto debite ſerviunt. Et hoc toties faciunt, quoties ſedulo intimo pectore invocat Chriſtum, et pro populi neceſſitate diligenter intercedit; et illi propter Dei timorem pro ordinis dignitate cum ratione ſunt cognoſcendi.

IV. ———.

Eallum cristenum mannum gebyraþ sƿiþe rihte. ꝥ hig haligdom. ⁊ hadas. ⁊ gehalgode Godes hus æfre sƿiþe georne griþian. ⁊ friþian. ⁊ ꝥ hy hada gehƿilcne ƿeorþian be mæþe:· Forþam understande se ðe ƿille. oþþe cunne. mycel is ⁊ mære ꝥ sacerd ah to donne folce to ðearfe. gif he his Drihtne gecƿemeþ mid rihte:· Micel is seo halsung. ⁊ mære is seo halgung. ðe deofla afyrreþ. ⁊ on fleame gebringeþ. sƿa oft sƿa man fullaþ. oþþe husel halgaþ:· And halige englas ðær abutan hƿearfiaþ. ⁊ ða dæda beƿeardeaþ. ⁊ ðurh Godes mihta ðam sacerdan fylstaþ. sƿa oft sƿa hig Criste ðeniaþ mid rihte. ⁊ sƿa hi doþ symle. sƿa oft sƿa hig geornlice inƿeardre heortan clypiaþ to Criste. ⁊ for folces neode ðingiaþ georne. ⁊ hig man sceal for Godes ege mæþe on hade gecnaƿan mid gesceade:·

V. *De purgatione ordinatorum.*

Et ſi contingat, ut quis accuſationibus et imperitiis ſacerdotem, qui regulariter vivit, oneret atque ille ipſe conſcius ſit innocentiae; celebret miſſam, ſi audet, et purget ſolus ſeipſum per S. euchariſtiam a ſimplici accuſatione; et triplicem accuſationem purget, ſi audeat etiam in S. euchariſtia cum duobus ejuſdem cum eo ordinis. Si quis diaconum accuſet, qui regulariter vivit, ſimplici accuſatione, ſumat duos ejuſdem ſecum ordinis, et purget ſe cum illis. Et ſi accuſetur triplici accuſatione, ſumat ſex ejuſdem ordinis (et ipſe ſit ſeptimus) et purget ſe illis. Si plebeius ſacerdos accuſationibus oneretur, quod regularem vitam non degat, purget

V. ———.

And gif hit geƿeorþe. ꝥ man mid tihtlan ⁊ mid uncræftum sacerd belecge. ðe regollice libbe. ⁊ he hine sylfne ƿite ðæs clæne. mæssige gif he durre. ⁊ ladige on ðam husle he ana hine sylfne æt anfealdre spræce. ⁊ æt ðryfealdre spræce. ladige he gif he durre eac on ðam husle mid tƿam his gehadan:· Gif man diacon tihtlige ðe regollice libbe anfealdre spræce. nime tƿegen his gehadan. ⁊ ladige hine mid ðam:· And gif man hine tihtlige ðryfealdre spræce. nime six his gehadan. ⁊ ladige hine mid ðam. ⁊ beo he sylf seofeþa:· Gif man folcisne mæssepreost mid tihtlan belecge. ðe regol lif næbbe. ladige hine

hine swa diacon ðe regol lage libbe:· And gif man freondleasne weofodþegn mid tihtlan belecge. ðe aþ fultum næbbe. ga to corsnæde. ⁊ ðær þonne æt gefare ꝥ ꝥ God wille. buton he on husle geladian mote:· And gif man gehadodne mid fæhþe belecge. ⁊ secge ꝥ he wære dædbana. oþþe rædbana. ladige mid his magum ðe fæhþe moton mid beran. oþþe forebetan. ⁊ gif he is mægleas. ladige hine mid geferan. oþþe on fæsten fo. gif he ꝥ ðurfe. ⁊ ga to corsnæde ⁊ ðære æt gefare swa swa God wille:· And ne ðearf ænig mynstermunuc ahwær mid rihte fæhþbote biddan. ne fæhþbote betan. he gæþ of his mæglage. þonne he gebyhþ to regollage. ⁊ gif mæssepreost æfre ahwær stande on leasre gewitnesse. oþþe on manaþe. oþþe ðeofa gewita. oþþe gewyrhta beo. þonne sy he aworpen of gehadodra gemanan. ⁊ ðolige ægþer ge geferscipes. ge freondscipes. ge æghwilces weorþscipes. buton he wiþ God ⁊ wiþ men ðe deoplicor gebete. swa biscop him tæce. ⁊ him borh finde. ꝥ he ðanon forþ æfre swilces geswice:· And gif he hine geladian wille. geladige þonne be dæde mæþe. swa mid ðryfealdre swa mid anfealdre lade. be ðam ðe seo dæde sy:·

se ſicut diaconus, qui regularem vitam agit. Et ſi quis amicis deſtitutum altaris miniſtrum accuſationibus oneret, qui non habet ſacramentales, eat ad offam execratam, et ibi fiat, ſicuti Deus voluerit, niſi ſe per S. euchariſtiam purgare poſſit. Et ſi quis ſacris initiatum inimicitiae accuſet, et dicat, quod homicidii auctor ſit, vel conſiliarius, purget ſe per cognatos ſuos, qui inimicitiam tolerare vel emendare debent. Et ſi ſit cognatis deſtitutus, purget ſe per ſocios, vel jejunium ſuſcipiat, ſi audeat, et eat ad offam execratam, et ibi fiat, ſicuti Deus judicaverit. Et nullus templi monachus unquam jure inimicitiae compenſationem petere, nec [illegible] tur; deponat cognationis leges, cum tranſit ad [illegible] fuerit falſus teſtis, vel perjurus, vel furti conſcius, aut [illegible] tem, quam amicitiam, et cujuſlibet venerationem, niſi apud [illegible] modo compenſet, prouti epiſcopus eum inſtruxerit, et inveniat ſibi fidejuſſorem, quod inpoſterum ſemper a ſimili [crimine] ceſſaturus ſit. Et ſi eum [illegible] ratione.

VI. ———.

And we willaþ. ꝥ ælces hadesmen georne gebugan ælc to ðam riht ðe him to gebyrige. ⁊ huru ðinga Godes ðeowas. biscopas ⁊ abbodas. munecas ⁊ mynecena. canonicas ⁊ nunnan to rihte gebugan ⁊ regollice libban. ⁊ dæges ⁊ nihtes oft ⁊ gelome clypian to Criste. ⁊ for eal cristen folc ðingian georne:· And ealle Godes ðeowas we biddaþ. ⁊ læraþ. ⁊ huru ðinga sacerdas. ꝥ hi Gode hyran. ⁊ clænnesse lufian. ⁊ beorgan heom sylfum wiþ Godes yrre. ⁊ wiþ ðone weallendan bryne ðe weallaþ on helle:· Full georne hig witan. ꝥ hig nagon mid rihte ðurh hæmed ðinge wifes gemanan:· And se ðe ðæs geswican wille. ⁊ clænnesse healdan. hæbbe he Godes miltse. ⁊ to woruld wurþscipe. sy he ðegen lage wyrþe. ⁊ æghwilc cristen man for his Drihtnes ege unriht hæmed georne forbuge. ⁊ godcunde lage rihtlice healde:·

VI. [illegible]

Et volumus, ut cujuſlibet ordinis viri diligenter ſe ſubmittant ſinguli juri, quod ad eos pertinet, et praeſertim Dei miniſtri, epiſcopi et abbates, monachi et moniales, canonici et veſtales ad rectum inclinent, et regulariter vivant, et die ac nocte ſaepe et crebro Chriſtum invocent, et pro omni populo chriſtiano diligenter intercedant. Et [illegible] cemus, et praeſertim ſacerdotes, ut Deo obediant, et caſtitatem ament, et caveant ſibiipſis ab ira Dei et ab aeſtuante incendio, quod furit in inferno. Diligentiſſime ſciant, quod omnino non debeant coitus cauſa cum foemina communicare. Et ſi [illegible] ſervare velit, habeat Dei miſericordiam, et quoad terrenam venerationem ſit jure Thani dignus. Et quilibet chriſtianus ex timore Domini ſui injuſtum coitum ſedulo evitet, et leges eccleſiaſticas juſte obſervet.

VII. ———.

And we læraþ. ⁊ biddaþ. ⁊ on Godes naman beodaþ. ꝥ ænig cristen man binnan six manna sibba fæce on his agenum cynne æfre ne gewifige. ne on his mæges lafe. ðe swa neah sib wære. ne on his wifes nehmagon. ðe he sylf ær hæfde. na on his gefæderan. ne on gehalgodre nunnan. ne on ælætan ænig cristen man æfre ne gewifige ne ænige forligru ahwær ne begange. ne na ma wifa ðonne an hæbbe. ⁊ ꝥ beo his beweddode wif:· Ac beo be ðære anre ða hwile ðe heo libbe. ðus sceoldon æfre ge se ðe wille Godes lage gyman mid rihte. ⁊ wiþ helle bryne beorgan his sawle:·

VII. *De conjugiis prohibitis.*

Docemus etiam et rogamus, et in Dei nomine imperamus, ne aliquis chriſtianus intra ſextum cognationis gradum in propria affinitate unquam uxorem ducat; neque cognati ſui viduam, cui eadem vicinia cognatus erat; neque cognatam uxoris ſuae, quam antea habuerat ipſe; neque ſuſceptricem ſuam; neque conſecratam veſtalem; neque repudiatam aliquis chriſtianus unquam uxorem ducat; neque aliquam meretricem unquam ſectetur; neque plures una uxore habeat, et ea ſit legitime nupta uxor; ſed habitet cum illa ſola, quamdiu ipſa vixerit; ita ſemper [facere] debet, qui Dei leges juſte curare, et ab inferni incendio animam ſuam cuſtodire velit.

VIII. *De decimis reddendis.*

Et perſolvantur Dei jura quovis anno juſte diligenter, hoc eſt, arationis eleemoſyna decimo quinto die a Paſchate, et foetuum decimae ad Pentecoſten, et terrae primitiae ad feſtum Omnium Sanctorum; et ſi quis tunc decimas perſolvere nolit, prouti diximus, hoc eſt, decimas agri, eodem modo ac aratrum progreſſum fecit; tunc conveniant regis praepoſitus et epiſcopi, et fundi dominus et eccleſiae preſbyter, et ſumant invito illo decimam partem pro eccleſia, ad quam pertinet, et aſſignent ei nonam partem; et dividatur octava pars in duo, et capiat terrae dominus dimidium, et dimidium epiſcopus, ſive ſit regis, ſive Thani miniſter.

VIII. ———.

And gelæste man Godes gerihta æghƿylce geare rihtlice georne. ꝥ is. sulhælmesse fiftene niht ofer Eastran. ⁊ geoguþe teoþunge be Pentecosten. ⁊ eorþƿæstma be ealra halgena mæssan. ⁊ gif hƿa ðonne ða teoþunge gelæstan nelle. sƿa ƿe gecƿedan habbaþ. ꝥ is se teoþa æcer. eal sƿa se sulh hit gegaþ. ðonne fare ðær cyninges gerefa to. ⁊ ðær biscopes. ⁊ ðær landrican. ⁊ ðær mynstres mæssepreost. ⁊ nime unþances ðonne teoþan dæl to ðam mynster. ðe hit to gebyrige. ⁊ tæcan him to ðam nigoþum dæle. ⁊ to dæle man ða eahta dælas on tƿa. ⁊ fo se landhlaford to healfum. ⁊ to healfum se biscop. sy hit cyninges man. sy hit ðegnes:·

IX. *De nummo Romano.*

Et denarius Petri ad feſtum Petri [ſolvatur;] et ſi quis eum uſque poſt illum diem retinuerit, det epiſcopo illum denarium, et addat xxx. et regi centum viginti ſolidos.

IX. ———.

And Rom feoh be Petres mæssan. ⁊ se ðe ofer ðæne dæg hit healde. agife ðam biscope ðæne pening. ⁊ ðær to xxx. ⁊ ðam cyning cxx. scill:·

X. *De primitiis ſeminum.*

Et ſeminum primitiae ad Martini feſtum; et ſi quis eas uſque poſt illum diem retinuerit, det eas epiſcopo, et compenſet undecies, et regi cxx. ſolidos.

X. ———.

And cyricsceat to Martines mæssan. ⁊ se ðe hine ofer ðæne dæg healde. agife hine ðam biscope. ⁊ forgilde hine endlifan syþan. ⁊ ðam cyning cxx. scill:·

XI. *De decimis ad eccleſiam Thani pertinentibus.*

Si quis tunc Thanus ſit, qui in poſſeſſione ſua eccleſiam habeat, in qua ſit coemeterium, tradat tunc tertiam partem propriarum decimarum eccleſiae ſuae. Et ſi quis eccleſiam habeat, in qua non eſt coemeterium, det ex ix. partibus preſbytero ſuo id, quod velit, et quilibet eccleſiae cenſus primario tradatur templo ex omnibus ingenuorum focis.

XI. ———.

Gif hƿa ðonne ðegen sy. ðe on his boclande cyricean hæbbe ðe legerstoƿ on sy. gesylle ðonne ðriddan dæl his agenre teoþunge into his cyricean:· And gif hƿa cyricean hæbbe. ðe legerstoƿ on ne sy. do he of ðam nigon dælum his preoste ꝥ ꝥ he ƿille. ⁊ ga ælc cyricsceat into ðam ealdan mynstre be ælcon frigean heorþe:·

XII. *De pecunia pro lucernis.*

Et nummus candelaris ter quotannis [ſolvatur;] primo vigilia Paſchatis cera valoris dimidii oboli pro qualibet hyda, et deinde ad Omnium Sanctorum feſtum tot etiam, et poſtea ad Purificationem B. Mariae ſimiliter.

XII. ———.

And leohtgesceot ðriƿa on geare. ærest on Eastren æfen healf pening ƿurþ ƿexes æt ælcere hide. ⁊ eft to ealra halgena mæssan eal sƿa micel. ⁊ eft to ðæm sanctan Marian clænsunge eal sƿa:·

XIII. *De pecunia, quae dicitur ſymbolum animae, et de ſepultura.*

Et aequiſſimum eſt, ut pecunia ſepulchralis ſemper ſolvatur ad apertum ſepulchrum: et ſi quis aliquod corpus ex ſua parochia alibi humaverit, ſolvatur nihilominus pecunia ſepulchralis illi eccleſiae, ad quam illud pertinet.

XIII. ———.

And saƿlsceat is rihtast ꝥ man symle gelæste a æt openum græfe. ⁊ gif man ænig lic of riht scriftscire elleshƿær lecge. gelæste man ðone saƿlsceat sƿa ðeah into ðam mynstre ðe hit to hyrde:·

XIV. *De Dei juribus, feſtis, et jejuniis conſervandis.*

Et omnia Dei jura praeſerventur diligenter, prouti neceſſarium eſt; feſta et jejunia debito modo celebrentur; et fiat quolibet die dominico feſti celebratio a die Saturni hora pomeridiana, uſque ad diei Lunae auroram, et quilibet alius dies feſtus, prouti indictus fuerit.

XIV. ———.

And ealle Godes gerihta fyrþrige man georne. eal sƿa hit ðearf is. freolsa ⁊ fæstena healde man rihtlice. ⁊ healde man ælces Sunnan dæges freolsunga fram Sæternes dæges none. oþ Monan dæges lihtinge. ⁊ ælcne oþerne mæsse dæg. sƿa he beboden beo:·

XV. ——.

And Sunnan daga cyping we forbeodaþ eac eornostlice. ⁊ ælc folc gemot. butan hit for mycelre neodþearfe sy. ⁊ huntaþ fara ⁊ ealra woruldlicra weorca on ðam halgan dæge geswice man georne:·

XVI. ——.

And þ man ælc beboden fæsten healde. sy hit ymbren fæsten. sy hit lengten fæsten. sy hit elles oþre fæsten. mid ealre geornfulnesse. ⁊ to sanctam Marian mæssan ælcere. ⁊ to ælces apostoles mæssan fæste man. butan to Philippi ⁊ Iacobi mæssan. we ne beodaþ nan fæsten for ðam eastorlican freolse. ⁊ ælces Frigedæges fæsten. butan hit freols sy. ⁊ ne ðearf man na fæstan fram Eastran oþ Pentecosten. butan hwa gescriven sy. oððe he elles fæsten wille. eal swa of midwintra oþ octabas Epiphanie. þ is seofon niht ofer twelftan mæssedæge:·

XVII. ——.

And we forbeodaþ ordal. ⁊ aðas freolsdagum. ⁊ ymbren dagum. ⁊ lengten dagum. ⁊ riht fæsten dagum ⁊ fram Adventum Domini oþ se eahtaþa dæg agan sy ofer twelftan mæsse dæge. ⁊ fram Septuagesima oþ fiftene nihton ofer Eastran. ⁊ sancte Eadwardes mæsse dæg witan habbaþ gecoren. þ man freolsian sceal ofer eal Englaland. þ is. on ðam feowerteoþan dæge on Martio xv. kl. April. ⁊ sancte Dunstanes mæsse dæg on xiv. kl. Iunii. þ is. on ðam ðreottoðan dæge ðe byþ on Mæge*. ⁊ beo ðam halgan tidum eal swa hit riht is. eallum cristenum mannum sib ⁊ som gemæne. ⁊ ælc sacu totwæmed. ⁊ gif hwa oþrum scyle borh oððe bote æt woruldlicum ðingum. gelæste hit him georne ær. oððe æfter:·

XVIII. ——.

And we biddaþ for Godes lufan. þ ælc cristen man understande georne his agene ðearfe. forþam ealle we sceolon ænne timan gebidan. ðonne us wære leofre ðonne eall þ on middan earde is. þ we geworhton ða hwile ðe we mihton georne Godes willan. ac ðonne we sceolan habban anfeald lean. ðæs ðe we on life ær geworhtan:· Wa ðam ðonne ðe ær geearnode helle wite:· Ac uton swiþe georne fram synnan gecyrran. ⁊ ure ælc his misdæde urum scryftum geornlic andettan. ⁊ æfre geswican ⁊ geornlice betan:· And ælc ure oþrum beode. þ we willan þ man us beode:· Þis is rihtlice dom. ⁊ Gode swiþe gecweme. ⁊ se biþ swiþe eadig ðe ðone dom gehealt:· Forþam God ælmihtig us ealle geworhte. ⁊ eft deorum ceape geboh te. þ is. mid agenum life. ðe he for us eallum sealde:·

XV. *De die dominico.*

Et die Solis mercaturam etiam ſeveriſſime prohibemus, et omnem conventum populi, niſi pro maxima neceſſitate ſit; et venationem; et ab omnibus mundanis operibus in hoc ſancto die ſedulo ceſſandum eſt.

XVI. *De jejuniis.*

Et ut quodlibet injunctum jejunium cum omni diligentia obſervetur, ſive ſit jejunium quatuor temporum, ſive ſit jejunium quadrageſimale, ſive ſit aliud quodcunque jejunium; et quolibet feſto B. Mariae, et feſto cujuſcunque apoſtoli jejunetur; excepto feſto Philippi et Jacobi, [quia] non injungimus aliquod jejunium ante feſtum Paſchatis, et quolibet die Veneris [ſit] jejunium, niſi ſit feſtum; et non neceſſe eſt jejunare a Paſchate uſque ad Pentecoſten, niſi injunctum ſit, vel ipſe omnino velit jejunare; nec etiam a natali Domini uſque ad octavam Epiphaniae, h. e. ſeptem dies poſt duodecimum diem feſtum.

XVII. *De [illegible]*

Et prohibemus ordalium ac juramenta feſtis diebus, et diebus quatuor temporum, et diebus quadrageſimalibus, et juſtis diebus jejunalibus; et ab Adventu Domini [illegible] ſupra duodecimum diem [illegible] Septuageſima uſque ad decimum quintum diem ſupra Paſcha. Et ſancti Edweardi feſtum ſapientes elegerunt, ut feſtum [illegible] per omnem Angliam, h. e. xiv. die Martii, xv. cal. Aprilis; et ſancti Dunſtani feſtum xiv. cal. Junii, h. e. xxx. die in Maio. Et his [illegible] juſtum eſt, inter omnes chriſtianos [illegible] concordia ſit, et omnis fraus diſſipetur. Et ſi quis alicui fidejuſſionem vel compenſationem pro rebus terrenis debuerit, reddat ei ſedulo ante vel poſt.

XVIII. *De [illegible] et poenitentiam.*

Rogamus etiam per Dei amorem, ut quilibet chriſtianus intelligat ſedulo proprium ſuum commodum. Ante omnia tempus aliquod expectare debemus, quum quod, quamdiu potuimus, paruerimus diligenter voluntati Dei, nobis gratius erit, quam omne, quod in toto orbe eſt. Sed tunc ſimplicem mercedem habere debemus ejus, quod in vita antea fecimus. Vae illis tunc, qui promeruerunt inferni mulctam. Sed agedum, quam diligentiſſime a peccatis revertamur, et ſinguli delicta noſtra confeſſario noſtro ſedulo confiteamur, et ſemper abſtineamus, ac ſedulo compenſemus. Et ſinguli noſtrum aliis injungamus, quod volumus, ut nobis injungatur. Haec eſt lex juſta, et Deo valde grata, et is erit feliciſſimus, qui legem hanc ſervaverit. Namque Deus omnipotens nos omnes creavit, et deinde magno pretio, hoc eſt, propria vita, quam pro nobis omnibus tradidit, redemit.

* Cod. Saxon. Cott. Nero A. [illegible] Mart. et xiv. Ma[illegible] et Junii haud reſpondet. ‡ Cod. Cott. Nero A. I. [illegible]

XIX. *Ad euchariſtiam et probitatem.*

Et quilibet chriſtianus faciat, quod ipſum oportet; incumbat chriſtianiſmo ſuo diligenter, et praeparet ſe etiam ad communionem S. euchariſtiae ſaltem ter in anno, prouti cuilibet, qui propriam ſuam neceſſitatem intelligere velit, neceſſe eſt; et verbum ac factum erga quemlibet amicum ordinet cum juſtitia, et jusjurandum ac foedus caute ſervet; et quodlibet injuſtum diligenter ex hac terra ejiciatur, quantum fieri poteſt; et diligatur Dei juſtitia abhinc ſedulo verbis et factis. Tunc nobis omnibus Dei miſericordia propinquior erit.

XIX. ———.

And æghƿilc cristen man do sƿa him ðearf is. gime his cristendomes georne. ⁊ gearƿige hine eac to husel gange. huru ðriƿa on geare. gehƿa hine sylfne ðe his agene ðearfe ƿille understandan. sƿa sƿa him ðearf sy. ⁊ ƿord. ⁊ ƿeorc freonda gehƿylc fadige mid rihte. ⁊ aþ ⁊ ƿedd ƿærlice healde. ⁊ æghƿylc unriht aƿeorpe man georne of ðissum earde. ðæs ðe man don mæge. ⁊ lufige man Godes rihte heonon forþ georne ƿordes. ⁊ dæde. ðonne ƿurþ us eallum Godes miltse ðe gearuƿre:·

XX. *Ad fidelitatem erga dominos.*

Agedum faciamus etiam ſedulo, ſicut docemus; ſimus ſemper domino noſtro obſequentes et fideles, et perpetuo omnibus viribus cultum ipſius tueamur, et voluntatem ejus operemur. Omne namque, quod unquam pro vero domino fideliter fecerimus, omne illud nobiſipſis facimus ad majorem utilitatem. Illi namque certe Deus gratioſus eſt, qui domino ſuo vere obſequens eſt. Magna etiam cuilibet domino eſt utilitas, ut famulos ſuos juſte gubernet.

XX. ———.

Uton don eac georne sƿa ƿe gyt læran ƿillaþ. uton beon a urum hlaforde holde ⁊ getryƿe. ⁊ æfre eallum mihtum his ƿurþscipes ræran. ⁊ his ƿillan geƿyrcan:· Forþam eall ꝥ ƿe æfre for riht hlaford helde doþ. eall ƿe hit doþ us sylfum to mycelre ðearfe. forþam biþ ƿitodlice God hold. ðe byþ his hlaforde rihtlice hold:· And eac ah hlaford gehƿylc ðæs for micle ðearfe. ꝥ he his men rihtlice healde:·

XXI. *Ad Deum ex intimis colendum et fidem.*

Et omnes chriſtianos quam diligentiſſime docemus, ut interiore corde Deum ſemper diligant, et verum chriſtianiſmum libenter ſervent, et eccleſiaſticos doctores ſedulo audiant, et Dei doctrinam ac leges contemplentur, ac perſcrutentur ſaepe et crebro propriam ſuam utilitatem.

XXI. ———.

And ealle cristene men ƿe læraþ sƿiþe georne. ꝥ hig inƿeardre heortan æfre God lufian. ⁊ rihtne cristendom geornlice healdan. ⁊ godcundan lareoƿan geornlice hyran. ⁊ Godes lara. ⁊ laga smeagan. ⁊ spyrian oft ⁊ gelome hym sylfum to ðearfe:·

XXII. *Ut orationem dominicam et ſymbolum calleant.*

Docemus etiam, ut quilibet chriſtianus diſcat, ut ſaltem poſſit veram fidem recte intelligere, et "Pater noſter" ac "Credo" diſcat; quoniam uno quilibet chriſtianus Deum implorare, et altero veram fidem oſtendere debet. Chriſtus ipſe orabat prius "Pater noſter", et hanc orationem diſcipulos ſuos docebat. Et in oratione hac eccleſiaſtica ſunt ſeptem petitiones; hanc ſi quis ex animo oraverit, nuncium ſemper mittit ad Deum ipſum pro quolibet commodo, quod ipſi neceſſarium eſt, ſive in hac vita, ſive in futura. Sed quomodo quis unquam ex animo ad Deum orare poteſt, niſi internam habeat charitatem, et veram in Deum fidem; quoniam ille deinceps non obit mortem in chriſtianorum communione, nec in conſecrato coemeterio quieſcit, neque in vita ſua S. euchariſtiam percipit, neque bonus eſt chriſtianus, qui hoc diſcere nolit; neque ille debite alium ſuſcipere poteſt ad baptiſma, vel ad confirmationem, niſi haec diſcat, ut bene illa norit.

XXII. ———.

And ƿe læraþ. ꝥ ælc cristen man geleornige ꝥ he huru cunne rihtne geleafan ariht understanden. ⁊ Pater noster ⁊ Credo geleornian. forþam mid ðam oþrum sceal ælc cristen man hine to Gode gebiddan. ⁊ mid ðam oþrum gesƿutelian rihtne geleafan. Crist sylf sange Pater noster ærest. ⁊ ꝥ gebedde his leorninge cnihtuin tæhte. ⁊ on ðam godcundan gebede synd seofan gebedu. mid ðam se ðe hit inƿeardlice gesingþ. he geærendaþ to Gode sylfum ymbe æfre ælce neode ðe man beþearf. aþor for ðissum lyfe. oþþe forþam toƿeardan:· Ac hu mæg ðonne æfre ænig man hine inƿeardlice to Gode gebiddan. butan he hæbbe inƿeardlice soþe lufe ⁊ rihtne geleafan to Gode:· Forþam he nah æfter forþsiþe mid cristenra manna gemanan. ne on gehalgedan lictune to restene. ne he nah ðær halgan husles to onfonne her on life. ne he ne biþ ƿel cristen. ðe ꝥ geleornian nolde. ne he nah mid rihte oþres mannes to onfonne æt fulluhte. ne æt bisceopes handa ðe ma. ær he hit geleornige. ꝥ he hit ƿel cunne:·

XXIII. *Ut exitialia fugiant.*

Docemus etiam, ut exitialia peccata et diabolica facta quam diligentiſſime a quolibet evitentur et compenſentur libentiſſime, juxta confeſſarii conſilium, ſi quis per diaboli inſtigationem in peccata fuerit lapſus.

XXIII. ———.

And ƿe læraþ. ꝥ man ƿiþ healice synna. ⁊ ƿiþ deoflice dæda scylde sƿyþe georne on æghƿylcne timan. ⁊ bete sƿiþe georne be his scrifteres geþeahte. se ðe ðurh deofles scyfe on synna befealle:·

XXIV. And

XXIV. ———.

And we lærað. ꝥ man wið fulne galscipe. ⁊ wið unriht hæmed. ⁊ wið æghwylcne æwbryce warnige symle:·

XXIV. *Et inter haec ſtuprum, etc.*

Docemus etiam, ut homines a turpi ſtupro, et ab illicito concubitu, et ab omni adulterio moneantur ſemper.

XXV. ———.

And we lærað. eac georne manna gehwylcne. ꝥ he Godes ege habbe symle on his gemynde. ⁊ dæges ⁊ nihtes forhtige for synnum. dom dæg ondræde. ⁊ for helle agrise. ⁊ æfre him gehende endes dæges wene:·

XXV. *Ut caveant ſibi de tremendo judicio.*

Docemus etiam, ut quilibet homo diligenter Dei timorem in animo ſuo habeat, et die ac nocte caveat a peccatis, diem judicii timeat, et ab inferno abhorreat, et ſemper finem dierum adſtare ſibi arbitretur.

XXVI. ———.

Biscopas syndan bydelas. ⁊ Godes lage lareowas. ⁊ hi sceolan bodian. ⁊ bysnian georne godcunde ðearfe. gyme se ðe wylle. forðam wace bið se hyrde funden to heorde. ðe nele ðam heorde ðe he healdan sceal mid hreame bewerian. butan he elles mæge gif ðær hwylc ðeodsceaða sceaðian onginneþ:· Nis nan swa yfel sceaða. swa is deofol sylf: he bið a ymbe ꝥ an. hu he on manna sawlum mæst gesceaðian mæge:· Ðonne moton ða hyrdas beon swyðe wacore. ⁊ geornlice clypiende ðe wið ðonne ðeodsceaðan folce sceolan scyldan. ꝥ syndon biscopas. ⁊ mæssepreostas. ðe godcunde heorda bewarian. ⁊ bewerian sceolon mid wislican laran. ꝥ se wodfreca werewulf to swiðe ne slyte. ne to fela ne abite of godcundre heorde. ⁊ se ðe oferhogige ꝥ he Godes bodan hlyste. hæbbe hym gemæne. ꝥ wið God sylfne:· A sy Godes nama ecelic gebletsod. ⁊ lof him. ⁊ wuldor. ⁊ wurðmynt. symble æfre to worulde:· Amen:·

XXVI. *Ut epiſcopi et ſacerdotes fide obeant officia.*

Epiſcopi ſint praecones et doctores legum Dei, et explicent ac exemplo ſuo doceant libenter eccleſiaſtica officia: attendat his quicunque velit. Quoniam inutilis paſtor invenietur gregi, qui nolit gregem, quem tueri debet, clamore defendere, ſi alias poſſit, cum aliquod damnum gregi nocere incipit. Nullum eſt damnum adeo malum ac diabolus ipſe, qui ſemper hoc unum meditatur, quomodo animabus hominum maxime nocere poſſit. Tunc oportet paſtores eſſe valde vigiles, et diligenter clamantes, qui ab hoc latrone publico populum tueri debent. Hi ſunt epiſcopi et preſbyteri, qui eccleſiaſticum gregem defendere et tueri debent per ſapientes doctrinas, ne furioſus lycanthropus cum nimium diſcerpat, aut multos ex eccleſiaſtico grege mordeat. Et ſi quis maxime curet, ut Dei nunciis obediat, idem eſt, ac ſi Deo ipſi obediat. Semper ſit nomen Dei benedictum, et ſit laus ei, ac honor, et gloria, in omnes ſeculi aetates. Amen.

ÐIS is ðonne seo worldcunde gerædnes. ðe ic wille mid minan witenan ræde. ꝥ man healde ofer eall Englaland:·

HOC eſt ſeculare conſilium, quod ex conſultatione cum ſapientibus meis volo, ut obſervetur per totam Angliam.

I. ———.

Ðat is ðonne ærest. ꝥ ic wille. ꝥ man rihte laga upp arære. ⁊ æghwylce unlaga georne afylle ⁊ ꝥ man aweodige. ⁊ awyrtwalige æghwylce unriht. swa man geornost mæge of ðissum earde ⁊ arære up Godes riht. ⁊ heonan forð læte manna gehwylcne ge earme ge eadigene. folc rihtes wyrðe. ⁊ him man rihte domas deme:·

I. *De juſtitia efferenda.* Ll. Sax. 1.

Hoc igitur eſt primum, quod volo, ut juſtae leges ſanciantur, et quaelibet injuſtitia ſedulo damnetur, et ut ſarculetur ac eradicetur quodlibet injuſtum, quam diligentiſſime poſſit de hac terra, et promoveatur Dei juſtitia; ac inpoſterum omnes, tam pauperes quam divites, jure publico fruantur, et juſtum illis judicium reddatur.

II. ———.

And we lærað. ꝥ ðeah hwa agylte. ⁊ hine sylfne deope forwyrce. ðonne gefadige man ða steore. swa hit for Gode sy gebeorhlic. ⁊ for worulde aberendlic:· And geðence swiðe georne se ðe domes geweald age. hwæs he sylf georne. ðonne he ðus cweðe. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus. ꝥ is on Englisc. ⁊ forgif us Drihten ure gyltas. swa we forgyfað ðam ðe wið us agyltaþ:· And we forbeodað ꝥ man cristene men for ealles to lytlum huru to deaðe ne forræde. ac elles gerǽde man friðlice steora. folce to ðearfe. ⁊ ne forspille man for lytlum Godes handgeweorce. ⁊ his agenne ceap ðe he deore gebohte:·

II. *De miſericordia exhibenda in judicio.* Ll. Sax. 2.

Docemus etiam, quod licet quis delinquat, et ipſe profunde poeniteat, tunc adhibeatur moderatio [in poena irroganda,] prouti coram Deo decens, et coram mundo tolerabile eſt. Et meminerit diligentiſſime, qui judicio praeſidet, ejus, quod ipſe habere geſtit, cum hoc modo dicit: "Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus." Et prohibemus ne chriſtianus ante omnia ſaltem levis rei cauſa ad mortem tradatur; ſed potius mitis poena ſtatuatur in populi commodum; neque perdatur pro re parva Dei manuum operatio, et proprium ejus pretium, quod caro redemit.

III. *De chriſtiano non vendendo extra regnum.* Ll. Sax. 3.

Prohibemus etiam, ne chriſtianus quiſquam procul de terra vendatur, neque ad gentiliſmum ſaltem perducatur, ſed diligenter foveatur, ne anima perdatur, quam Chriſtus propria ſua vita redemit.

III. ———.

And ƿe forbeodaþ. ꝥ man cristen men ealles to swiþe of earde ne sylle. ne on hæþendom huru ne gebringe. ac beorge man georne. ꝥ man ða sawla ne forfare. ðe Crist mid his agenum life gebohte:·

IV. *De ſagis, ſortilegis, etc. ejiciendis.* Ll. Sax. 4.

Praecipimus etiam, ut terram circumquaque diligenter mundare incipiant, et a nefandis actionibus ubique abſtineant. Et ſi ſagae, vel arioli, ſicarii vel meretrices alicubi in regione deprehendantur, educantur ſedulo ex terra illa, vel in terra pereant omnino, niſi ceſſent a factis malis, et majori modo compenſent. Praecipimus etiam, ut profugi et exleges Dei ac hominum, ex patria exterminentur, niſi ſe ſubmittant, et quam diligentiſſime emendent. Et fures ac latrones publici brevi pereant, niſi ceſſent [a malefactis.]

IV. ———.

And ƿe beodaþ. ꝥ man eard georne clænsian agẏnne on æghƿẏlcan ende. ⁊ manfulra dæda æghƿær geswice. ⁊ gif ƿiccan. oþþe ƿigleras. morþƿẏrhtan. oþþe horcƿenan ahƿær on lande ƿurþan agẏtene. fẏse hig man georne ut of ðẏsan earde. oþþe on earde forfaran hig mid ealle. butan hi gesƿican. ⁊ ðe deopor gebetan:· And ƿe beodaþ. ꝥ ƿiþersacan. ⁊ utlagan Godes ⁊ manna. of earde geƿitan. butan hig gebugan. ⁊ ðe geornor gebetan:· And ðeofas. ⁊ ðeodsceaþan to timan forƿẏrþan. butan hig gesƿican:·

V. *De gentilium ſuperſtitionibus abolendis.* Ll. Sax. 5.

Prohibemus etiam ſerio omnem ethniciſmum. Ethniciſmus eſt, quum quis idola adorat, hoc eſt, quum quis adorat deos gentiles, et ſolem vel lunam, ignem vel fluvium, torrens vel ſaxa, vel alicujus generis arborum ligna, vel [quum quis] veneficium amat, vel ſicariatum committit ullo modo; vel ſortilegio, vel teda, vel aliquo phantaſmate aliquid perficit.

V. ———.

And ƿe forbeodaþ eornostlice ælcne hæþenscẏpe:· Hæþenscẏpe biþ. ꝥ man deofol gẏld ƿeorþige. ꝥ is. ꝥ man ƿeorþige hæþene godas. ⁊ sunnan. oþþe monan. fẏre. oþþe flodƿæter. ƿẏllas. oþþe stanas. oþþe æniges cẏnnes ƿudu treoƿa. oþþe ƿiccecræft lufige. oþþe morþƿeorc gefremme on ænige ƿẏsan. oþþe on hlote. oþþe on fẏrhte. oþþe on sƿẏlcra gedƿẏmera ænig ðing dreoge:·

VI. *De homicidis pejerantibus et moechantibus.* Ll. Sax. 6.

Homicidae et perjuri, ordinum violatores et adulteri ſubmittant ſe et emendent; vel ſcienter in peccatis moriantur.

VI. ———.

Manslagan ⁊ mansƿaran. hadbræcan ⁊ æƿbræcan. gebugan ⁊ gebetan. oþþe of cẏþþe mid sẏnnan geƿitan:·

VII. *Quod peccatum turpius ſit in diebus et locis ſacris: et majores magis ſunt plectendi.* Ll. Sax. 35.

Injuſtum non eſt ullo tempore permiſſum; attamen diebus feſtis, et in jejuniis, et in locis ſanctis diligentiſſime ab eo cavendum eſt. Et ſemper quo quis eſt potentior vel majoris ordinis, eo magis coram Deo et mundo injuſtum emendare debet. Et eccleſiaſtica compenſatio ſemper diligenter inquirenda eſt ex ſcriptis, et mundana compenſatio inquirenda eſt ex mundana lege.

VII. ———.

Nis on ænigne timan unriht alẏfed. ⁊ ðeah man sceal freolstidan. ⁊ fæstentidan. ⁊ on freolsstoƿan geornlicost beorgan. ⁊ a sƿa man biþ mihtigra. oþþe maran hades. sƿa sceal he deopor for Gode ⁊ for ƿorulde unriht gebetan. ⁊ godcunde bote sece man sẏmle georne be boc tæcinge. ⁊ ƿoruldcunde bote sece man be ƿoruld lage:·

VIII. *De miniſtrum altaris occidente.* Ll. Sax. 36.

Si quis altaris miniſtrum occiderit, ſit exlex apud Deum et apud homines, niſi per exilium et apud cognatos etiam magis compenſet, vel purget ſe capitali purgatione, et intra xxx. dies incipiat compenſationem ubique, tam apud Deum, quam apud homines [ſolvendo] omnia quae habet.

VIII. ———.

Gif hƿa ƿeofodðen afẏlle. sẏ he utlah ƿiþ God. ⁊ ƿiþ men. butan he ðurh ƿræcþ siþ ðe deopor gebete. ⁊ eac ƿiþ ða mægþe. oþþe geladige hine mid ƿerlade. ⁊ binnan ðritigum nihton aginne bote ægþer ge ƿiþ God ge ƿiþ men. be eallum ðam ðe he age:·

IX. *Ut rex ſit ordinatis et alienigenis patronus.* Ll. Sax. 37.

Si quis ſacris initiatum vel exterum aliquo modo ſeducat ad ea quae concernunt pecuniam vel vitam, tunc rex ei ſit loco cognati, et loco

IX. ———.

Gif man gehadodne man. oþþe ælþeodigne ðurh ænig ðinge forræde. æt feo. oþþe æt feore. ðonne sceal him cẏningc beon for mæg. ⁊ for

⁊ for mundboran. butan he elles oþerne hlaford hæbbe. ⁊ bete man ðam cyninge swa hit gebyrige. oþþe he ða dæde wrece swiþe deope:· Cristenum cyninge gebyraþ swiþe rihte þ he Godes æbylgðe wrece swiþe deope. be ðam ðe seo dæd sy:·

patroni, niſi is alium dominum habuerit, et compenſetur regi, prout decet, vel factum illud quam maxime vindicetur. Regem chriſtianum quam maxime decet, Dei injuriam quam ſeveriſſime ulciſci pro eo, quod factum eſt.

X. ———.

Gif weofod ðen manslaga wyrþe. oþþe elles to swiþe man weorc gewyrce. ðonne ðolige he ægþer ge hades. ge eþles. ⁊ wræcnige swa wide swa se papa him scrife. ⁊ ðæt bete georne. ⁊ gif he ladian wille. ladige hine mid ðryfealdan. ⁊ butan he binnan ðrittigum nihton bote aginne wiþ God ⁊ wiþ men. ðonne sy he utlah:·

X. *De miniſtro altaris homicida, etc.* Ll. Sax. 38.

Si miniſter altaris homicida fiat, vel alias magnum nefas perpetraverit, tunc perdat deinde tam ordinem quam honorem, et peregrinetur quam procul papa ei praeſcripſerit, et illud libenter emendet; et ſi ſe purgare velit, purget ſe triplo, et niſi intra xxx. dies compenſationem inceperit apud Deum et apud homines, tunc ſit exlex.

XI. ———.

Gif hwa gehadodne man binde. oþþe beate. oþþe swiþe gebysmrige. bete wiþ hine swa swa hit riht sy. ⁊ bisceope weofodbote be hades mæþe. ⁊ hlaforde oþþe cyninge be fullan mundbrice. oþþe geladige hine sylfne mid fullan lade:·

XI. *De ordinatum vinciente aut verberante.* Ll. Sax. 39.

Si quis ſacris initiatum vinciat vel verberet, vel admodum convitietur, compenſet ei prout juſtum eſt, et epiſcopo arae expiandae mulctam pro ordinis modo, et domino vel regi pro plena violatione pacis, vel purget ſeipſum plena compenſatione.

XII. ———.

Gif gehadod man hine forwyrce mid deaþscylde. gewylde hine man. ⁊ healde to biscepesdome be ðam ðe seo dæd sy:·

XII. *De ordinato capitis reo.* Ll. Sax. 40.

Si quis ſacris initiatus capitale crimen commiſerit, apprehendatur, et ſiſtatur coram curia epiſcopali pro illo, quod factum eſt.

XIII. ———.

Gif deaþscyldig man scrift spræce gyrne. ne wyrne hit man him æfre. ⁊ gif hit him hwa wyrne. gebete þ wiþ cyninge mid hund twentigum scyll. oþþe geladige hine nime fif men. ⁊ beo he sylf syxta:·

XIII. *De reo confeſſarium petente.* Ll. Sax. 41.

Si quis capitalis criminis reus ſedulo confiteri velit, non negetur illud ipſi unquam; et ſi quis ei negaverit, compenſet hoc apud regem cxx. ſolidis, vel purget ſe ſumens quinque homines, et ipſe ſit ſextus.

XIV. ———.

Gif man wealdan mæge. ne dyde man æfre on Sunnan dæges freolse ænigne forwyrhtne man. butan he fleo. oþþe feohte:· Ac wylde man hine. ⁊ healde þ se freols dæg agan sy:· Gif freoman freols dæge wyrce. ðonne gebete þ mid his halsfange. ⁊ huru wiþ God bete hit georne. swa swa man him tæce:· Ðeowman gif he weorce. ðolige his hyde. oþþe hydgyldes be ðam seo dæd sy:· Gif hlaford his ðeowan freols dæge nyde to weorce. ðolige ðæs ðeowman. ⁊ beo he syþþan folcfrig. ⁊ gylde lahslite se hlaford mid Denum. wite mit Englum. be ðam ðe seo dæd sy. oþþe hine geladige:·

XIV. *De die dominica et feſtis obſervandis.* Ll. Sax. 42.

Si apprehendi poteſt, non occidatur unquam diei Solis feſto aliquis occidendus homo, niſi fugiat vel pugnet; ſed apprehendatur et teneatur, uſque dies feſtus praeteriit. Si liber homo die feſto laboret, tunc compenſet hoc obſtricti colli mulcta, et ſaltem apud Deum diligenter compenſet, prouti docetur. Servus ſi laboret, vapulet vel pretium verberum pro ratione ejus, quod factum eſt, [luat.] Si dominus ſervos ſuos die feſto cogat ad laborandum, perdat ſervum, et ſit inpoſterum liber; et dominus ſolvat violatae legis poenam apud Danos, mulctam apud Anglos, pro ratione ejus, quod factum eſt, vel purget ſe.

XV. ———.

Gif frig man riht fæsten abrece. gilde lahslite mid Denum. wite mid Englum. be ðam ðe seo dæd sy. yfel biþ þ man riht fæsten tide ær mæle ete. ⁊ gyt wyrse. þ man mid flæscmete hine sylfne afyle:· Gif hit ðeowman gedo. ðolige his hyde oþþe hydgyldes be ðam ðe seo dæd sy:·

XV. *De jejunium violante.* Ll. Sax. 43.

Si liber homo verum jejunium diſſolvat, ſolvat violatae legis poenam apud Danos, mulctam apud Anglos, pro ratione ejus, quod factum eſt. Malum eſt tempore veri jejunii ante prandium edere, et adhuc pejus, ſeipſum carne defoedare. Si ſervus hoc fecerit, vapulet, vel pretium verberum pro ratione ejus, quod factum eſt, [luat.]

XVI. ———.

Gif hwa openlice lengcten bryce ðurh fe-

XVI. *Ut Quadrageſima et feſta non temerentur.* Ll. Sax. 44.

Si quis publice Quadrageſimam diſſolvat, per

dimicationem, vel per matrimonium, vel per rapinam, vel per aliquod nefandum facinus, duplo hoc compenſetur, uti in magno feſto, pro ratione ejus, quod factum eſt. Et ſi quis [hoc] neget, triplici purgatione ſe purget.

ohtlac geƿyrce. oþþe ðurh ƿiflac. oþþe ðurh reaflac. oþþe ðurh ænige healice misdæda. sy ꝥ tƿybete. sƿa on heah freolse. be ðam ðe seo dæd sy. ⁊ gif man ætsace. ladige hine mid ðryfealdre lade:·

XVII. *De eccleſiae debita vi detinente.* Ll. Sax. 45.

Si quis vi eccleſiaſticis judiciis ſe oppoſuerit, ſolvat violatae legis poenam apud Danos, plenam mulctam apud Anglos, vel purget ſe ſumens undecim, et ipſe ſit duodecimus. Si aliquem vulneret, compenſet hoc, et ſolvat plenam mulctam domino, et ab epiſcopo manum redimat, vel eam perdat. Si aliquem occiderit, ſit exlex, et perſequantur eum cum clamore omnes illi, qui juſtitiam volunt. Si ipſe auctor fuerit, quod ſit occiſus, pro eo quod ille juſtitiae ſe oppoſuerit, ſi hoc confirmetur, jaceat inultus.

XVII. ———.

Gif hƿa mid ƿige godcundra gerihta forƿyrne. gilde lahslite mid Denum. fulƿite mid Englum. oþþe geladige hine. nime endlifan. ⁊ beo sylf tƿelftan:· Gif he man geƿundige. gebete ꝥ. ⁊ gylde fulƿite ðam hlaforde. ⁊ æt bisceope ða handa alyse. oþþe hig alæte:· Gif he man afylle. beo he utlah. ⁊ him hente mid hreame ælc ðæra ðe riht ƿille:· Gif he geƿyrce ꝥ man hine afylle ðurh ꝥ ðe he ongean riht geanbyrde. gif man ꝥ gesoþige. licge agilde:·

XVIII. *De ſacrum ordinem violante.* Ll. Sax. 46.

Si quis ſacrum ordinem violaverit, emendet hoc pro dignitate ordinis, ſive per aeſtimationem capitis, ſive per mulctam, ſive per violatae legis poenam, ſive per omnem poſſeſſionem.

XVIII. ———.

Gif hƿa hadbryce geƿeorce. gebete ꝥ be ðæs hades mæþe. sƿa be ƿere. sƿa be ƿite. sƿa be lahslite. sƿa be ealre are:·

XIX. *De adulterio.* Ll. Sax. 47.

Si quis adulterium commiſerit, emendet per hoc quod factum eſt. Malum adulterium eſt, quod uxoratus homo cum ſoluta coeat, et multo pejus cum alterius uxore, vel cum ſacris initiata.

XIX. ———.

Gif hƿa æƿbryce geƿyrce. gebete ꝥ be ðam ðe seo dæd sy. yfel æƿbryce byþ ꝥ æƿfæst man ƿiþ æmtige forlicge. ⁊ mycele ƿyrse ƿiþ oþeres æƿe. oþþe ƿiþ gehadode:·

XX. *De inceſtuoſis.* Ll. Sax. 48.

Si quis inceſtum commiſerit, compenſet hoc pro dignitate cognationis, ſive per capitis aeſtimationem, ſive per mulctam, ſive per totam poſſeſſionem. Non eſt eadem ratio cum ſorore ac cum remotiore cognata coire.

XX. ———.

Gif hƿa sybleger geƿyrce. gebete ꝥ be sibbe mæþe. sƿa be ƿere. sƿa be ƿite. sƿa be ealra æhte:· Ne biþ na gelice. ꝥ man ƿiþ sƿuster gehæme. ⁊ hit ƿære feor sibbe:·

XXI. *De viduam violante.* Ll. Sax. 49.

Si quis viduam vi violaverit, compenſet hoc per capitis aeſtimationem. Si quis puellam vi ſtupraverit, compenſet hoc per aeſtimationem capitis.

XXI. ———.

Gif hƿa ƿudeƿan nyde næme. gebete ꝥ be ƿere:· Gif hƿa mæden nyd næme. gebete ꝥ be ƿere:·

XXII. *De uxoris adulterae poena gravi.* Ll. Sax. 50.

Si marito vivo uxor cum alio concubuerit, et illud manifeſtum fieret, fiat ipſa inpoſterum infamia mundi, et habeat verus maritus omnia, quae [illa] poſſidebat, ac perdat illa utrumque tam naſum quam aures. Et ſi accuſatio ſit, et purgatio fracta ſit, tunc epiſcopus poteſtatem [in eam] habeat, et ſeveriſſime judicet.

XXII. ———.

Gif be cƿycum ceorle ƿif be oþrum ƿere forlige. ⁊ hit open ƿeorþe. geƿeorþe heo to ƿoruld sceame syþþan hire sylfre. ⁊ hæbbe se riht ƿer eall ꝥ heo ahte. ⁊ heo ðolige ægþer ge nosu ge ða earan. ⁊ gif hit tihtle sy. ⁊ lad forberste. biscop ðonne ƿealde. ⁊ stiþlice deme:·

XXIII. *De uxorato fornicante aut concubinam habente.* Ll. Sax. 51.

Si vir uxoratus coeat cum propria ſua ancilla, amittat eam, et pro ipſa compenſet apud Deum, et apud homines. Et ſi quis legitimam uxorem habeat, et concubinam etiam, huic nullus preſbyter aliquos faciat ritus, qui chriſtianis fieri debent, niſi ceſſaverit, et quam maxime emendet, prouti epiſcopus eum edocuerit, et poſtea abſtineat ab iiſdem.

XXIII. ———.

Gif ƿiffæst ƿer hine forlicge be his agenre ƿylne. ðolige ðære. ⁊ bete for hine sylfne ƿiþ God. ⁊ ƿiþ men. ⁊ se þe hæbbe riht ƿif. ⁊ eac ceafese. ne do him nan preost nan ðæra gerihta. ðe man cristenum men don sceall. ær ðam he gesƿice. ⁊ sƿa deope gebete. sƿa biscop him tæce. ⁊ æfre sƿilces gesƿice:·

XXIV. Æl-

XXIV. ———.

Ælþeodige men gif hig heora hæmed rihtan nellan. of land mid heora æhtum. ⁊ sýnnan gewitan:·

XXIV. *Ut alienigenae libidinosi ejiciantur.* Ll. Sax. 52.

Si alienigenae concubitus ſuos reformare nolint, ex regione cum poſſeſſionibus et peccatis ſuis exterminentur.

XXV. ———.

Gif open morþ weorþe ꝥ man sý amýrdrede. agife man ðam magum. ⁊ gif hit tihtle sý. ⁊ æt lade mistide. deme se bisceop:·

XXV. *Ut homicida in purgatione cadens epiſcopo tradatur.* Ll. Sax. 53.

Si homicidium manifeſtum fiat, quod quis ſit trucidatus, tradatur cognatis [homicida;] et ſi accuſatio ſit, et purgatio male ſuccedat, judicet epiſcopus.

XXVI. ———.

Gif hwa Godes flýman hæbbe on unrihte. agife hine to rihte. ⁊ forgilde ðam ðe hit gebýrige. ⁊ gilde ðam cyning be his weregilde:· Gif hwa amensodne. oþþe utlahne hæbbe. ⁊ healde. plihte him sýlfum. ⁊ ealre his are:·

XXVI. *De eo, qui excommunicatum vel utlagatum cuſtodierit.* Ll. Sax. 64.

Si quis Dei fugitivum retineat injuſte, tradat eum ad juſtitiam, et compenſet illi, ad quem pertinet, ac emendet regi per capitis aeſtimationem. Si quis excommunicatum vel exlegem habuerit, et cuſtodierit, luat vitam et omnem ſuam poſſeſſionem.

XXVII. ———.

And gif hwa wille georne fram unrihte gecýrran eft to rihte. miltsige man for Godes ege. swa man best mæge ðam swiþe georne:·

XXVII. *De miſericordia exhibenda.* Ll. Sax. 65.

Et ſi quis deliberate ab injuſtitia deinde reverti velit ad juſtitiam, miſericordiam conſequatur ex timore Dei, quam optime et diligentiſſime fieri poſſit.

Pii regis pia peroratio. Ll. Sax. Epilog.

Nu bidde ic georne. ⁊ on Godes naman beode manna gehwýlcne. ꝥ he inweardlice heortan gebuge to his Drihtne. ⁊ oft ⁊ gelome smeage swiþe georne hwæt him sý to donne. ⁊ hwæt to forganne:· Eallum us is micel ðearf. ꝥ we God lufian. ⁊ Godes lage fýlgean. ⁊ godcundan lareowan geornlice hýran. forþam hý sceolon us lædan forþ æt ðam dome. ðonne God demeþ manna gehwýlcum be ærran gewýrhton:· And gesælig biþ se hýrde. ðe ðonne ða heorde into Godes rice. ⁊ to heofonlicre mýrhþe bliþe mot lædan for his ærran gewýrhtan:· And wel ðære heorde ðe gefolgaþ ðam hýrde. ðe hig deoflum ætwereþ. ⁊ Gode hý gestrýneþ:· Utan ðonne ealle anmodre heortan georne urum Drihtne cweman mid rihte. ⁊ heonon forþ sýmle scýldan us georne wiþ ðone hatan brýne ðe weallaþ on helle:· And don nu eac lareowas. ⁊ godcunde býdelas. swa swa hit riht is. ⁊ ealra manna ðearf is. bodian gelome godcunde ðearfe. ⁊ eal ðe gesceadwite hlýste him georne. ⁊ godcunde lara gehwa on geþance healde swiþe fæste. him sýlfum to ðearfe:· And a manna gehwilc to weorþunge his Drihtne do to Gode ðæs ðe he mæge. wordes. ⁊ dæde glædlice æfre. ðone býþ us eallum Godes miltsa ðe gearwur:· Aa sý Godes nama ecelice gebletsod. ⁊ lof hým. ⁊ wuldor. ⁊ wýrþmýnt sýmble æfre to worulde:· God ælmihtig us eallum gemiltsige swa his wille sý. ⁊ gehealde us æfre on ecnesse. sy hit swa:· Amen:·

Nunc diligenter rogo, et in Dei nomine oro quemlibet, ut ex intimo corde ad Dominum ſuum convertatur, et ſaepe ac crebro contempletur quam diligentiſſime id, quod ei eſt faciendum, et, quod omittendum. Nos omnes maxime decet Deum diligere, et Dei legibus obſequi, et eccleſiaſticis doctoribus ſedulo obedire, quoniam ii nos producent ad judicium, cum Deus judicabit quemlibet pro factis ſuis. Et beatus eſt paſtor, qui gregem ad Dei regnum, et ad caeleſte gaudium laetum ducere poteſt, propter facta ſua. Bene etiam eſt gregi illi, qui paſtorem ſequitur eum, qui illum a diabolis eripuit, et Deo acquiſivit. Agedum omnes unanimi corde diligenter Domino noſtro placeamus cum eo quod juſtum eſt, et inpoſterum ſemper caveamus diligenter ab incaleſcentè incendio, quod praevalet in inferno. Faciant nunc etiam doctores et eccleſiaſtici praecones, prouti juſtum, et cuilibet neceſſarium eſt; exponant ſaepe eccleſiaſticas neceſſitates, et omnis, qui diſcretus eſt, audiat eos diligenter, ac doctrinas eccleſiaſticas in mente retineat quam firmiſſime, in propriam ſui utilitatem; et ſemper quilibet homo in honorem Domini ſui praeſtet Deo ſuo id, quod poteſt, verbo et facto, hilariter ſemper. Tunc nobis omnibus Dei miſericordia paratior erit. Semper ſit nomen Dei in aeternum benedictum, ac gloria ei, et laus, et veneratio ſit ſemper in ſeculum ſeculi. Deus omnipotens ſit nobis omnibus miſericors, prouti ipſi placuerit, et conſervet nos ſemper ad aeternitatem. Fiat. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
BENEDICT IX. 2.	AGELNOTH. 14.	1034.	CANUTI 18.

Synodus Landavenſis ſub Joſeph XXVIII. *ibidem epiſcopo. In qua Mouric, rex Gualatmorcant, ob violatum refugium SS. Dubricii, etc. anathematizatur.* Ex MS. eccl. Landav. citante SPELMANNO.

MOURIC, rex Gualatmorcant, filius Huigel, iratus eſt cuidam potenti ſuo viro, et venit cum furore nimio ad Landaviam, frangendo refugium SS. Dubricii, Teliavi, et Oudocei, et accepit ab hoſtio eccleſiae uxorem illius viri nomine Seiſill, et in praeſentia epiſcopi Joſeph, et violato refugio ſanctorum, et vulnerato quodam de familia epiſcopi, et ablata uxore, et vi et fortitudine, mandavit pontifex per eccleſias totius parochiae adjacentis eccleſiae Landaviae ab hoſtio Taratir ſuper ripam Gui uſque ad ripam Tigui; et adunatis omnibus clericis de majori gradu uſque ad inferiorem, et in plena ſynodo anathematizavit regem, potius iniquum mandatorum Dei tranſgreſſorem. Et facto anathemate, et per patriam dilatato, rex requiſivit veniam apud Landaviam. Inprimis offerens ſe redditurum raptam uxorem, et vulneratum virum, familiarem epiſcopi, pacare muneribus cum refugii plena redintegratione: et juncta ſibi poenitentia cum data venia ad modum culpae, reddidit villam Freſgulich cum tribus modiis terrae Deo et SS. Dubricio, Teliavo, et Oudoceo, quae antea fuerat illorum, et tempore Judhail, regis Morcannuc, filii Arthruis, contemporanei Oudocei epiſcopi, et cum ſua tota libertate, et data communione in campo, et in ſylvis, in aqua et in paſcuis. De clericis teſtes ſunt Joſeph epiſc. Rind ſacerdos, Joſeph ſacerdos. De laicis Mouricus rex, Carataue filius Gulbrit, Seiſill filius Giſterth, Teudur filius Idguin. Finis illius [terrae] eſt Orpogniſma Dircruic, etc. Quicunque cuſtodierit, etc. ut ſaepe.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
LEO. IX. 2.	ROBERT. I.	1050.	EDWARD. CONFESS. 9.

Leges eccleſiaſticae Maccabaei, R. Scotorum, e ſecularibus ſuis depromptae. Ex Hect. Boeth. Hiſt. l. 12. p. 250. b. edit. MDLXXIV.

CHRISTO initiatum ad prophanum judicem non vocato: vocatum comparentemve non judicato, ſed ad ſacros antiſtites remittito.

Decimam partem terrae naſcentium paſtoribus eccleſiarum libere conferto, Deumque ſemper votis et oblationibus conſuetis adorato.

Qui pontificis auctoritatem annum totum execratus contempſerit, neque ſe interim reconciliarit, hoſtis reipub. habetor: qui vero duos annos in ea contumacia perſeverarit; fortunis omnibus multator.

Si quis quempiam, cujus ipſe ſumptibus aut victu non alitur quotidiano, ſeu ad publicum conventum, ſeu ad forum nundinaſve comitatus ut aſſecla fuerit, capitis reus eſto. (Vid. Hollinſ. hiſt. Scot. p. 172.)

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Saxon.
LEO. IX. 4.	STIGAND. I.	1052.	EDWARD. CONFESS. 9.

*Leges eccleſiaſticae S. Edwardi regis et confeſſoris e ſecularibus ſuis depromptae**. Ex MSS. Hovedeno conſentaneo ſub hoc titulo: [citante SPELMANNO.]

Incipiunt leges S. Edwardi regis, quas in Anglia tenuit, et quas Willielmus haeres et cognatus ſuus poſtea confirmavit.

I. POST acquiſitionem Angliae Wilielmus rex quarto anno regni ſui conſilio baronum ſuorum fecit ſummoneri per univerſos Angliae conſulatus Anglos nobiles, ſapientes, et ſua lege eruditos, ut eorum leges, et jura, et conſuetudines ab ipſis audiret. Electi igitur de ſingulis totius patriae comitatibus viri duodecim, jurejurando primum coram rege confirmaverunt, ut, quoad poſſent, recto tramite incedentes, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram divertentes, legum ſuarum et conſuetudinum ſancita patefacerent, nihil praetermittentes, nihil addentes, nihil praevaricando mutantes. A legibus igitur ſanctae matris eccleſiae ſumentes exordium, quoniam per eam rex et regnum ſolidum ſubſiſtendi habent fundamentum, leges, libertates, et pacem ipſius concionati ſunt, dicentes.

II. *De clericis et poſſeſſionibus eorum.*

Omnis clericus et etiam ſcholaris, et omnes eorum res et poſſeſſiones ubicunque fuerint, pacem Dei et ſanctae eccleſiae habeant.

* Pſeudonymas has leges eſſe contendit Hickeſ. diſſert. epiſtol. fol. 95. et nullas ab Edwardo rege leges fuiſſe conditas, cuilibet conſtat; idcirco cum Angli per aliquot principum ſuorum poſt Conqueſtum regna totis viribus allaboraſſe dicuntur leges Edwardi confeſſoris renovare, de legibus Anglo-Saxonicorum et Danorum regum ab Edwardo mutatis et correctis intelligendum eſt. Huic collectioni legum poſt tempora Wilhelmi primi quaedam acceſſerunt: nam cum de Danegeldo cap. 12. agitur, mentio fit Willielmi Rufi.

III. *De*

III. *De temporibus et diebus pacis regis.*

Ab adventu Domini uſque ad octavas Epiphaniae, pax Dei et ſanctae eccleſiae per omne regnum. Similiter a Septuageſima uſque ad octavas Paſchae. Item ab Aſcenſione Domini uſque ad octavas Pentecoſtes. Item omnibus diebus quatuor temporum. Item omnibus Sabbatis ab hora nona, et tota die ſequenti, uſque ad diem Lunae. Item vigiliis ſanctae Mariae, ſancti Michaelis, ſancti Johannis Baptiſtae, apoſtolorum omnium, et ſanctorum, quorum ſolennitates a ſacerdotibus dominicis annunciantur diebus, et Omnium Sanctorum, in Cal. Novembris, ſemper ab hora nona vigiliarum, et ſubſequente ſolennitate. Item in parochiis, in quibus dedicationis dies obſervatur. Item in parochiis eccleſiarum, ubi propria feſtivitas ſancti celebratur. Et ſi quis devote ad celebrationem ſancti adveniat, pacem habeat eundo, et ſubſiſtendo, et redeundo. Item omnibus chriſtianis ad eccleſiam cauſa orationis euntibus, pax in eundo et redeundo ſit eis. Similiter ad dedicationes, ad ſynodos, ad capitula venientibus, ſive ſummoniti ſint, ſive per ſe quid agendum habuerint, ſit ſumma pax. Etiamſi excommunicatus aliquis abſolvendi cauſa ad epiſcopum confugerit, abſolutus, eundo et redeundo pacem Dei et ſanctae eccleſiae habeat. Quodſi aliquis ei foriſfecerit, epiſcopus inde juſtitiam faciat. Veruntamen ſi quis arrogans pro epiſcopi juſtitia emendare noluerit, epiſcopus regi notum faciat. Rex autem conſtringat malefactorem, ut emendet, cui foriſſecerit, ſcilicet primum epiſcopo, deinde ſibi: et ſic erunt duo gladii, et gladius gladium juvabit.

IV. *De juſtitia ſanctae eccleſiae.*

Ubicunque regis juſtitia, vel cujuſcunque ſit placita tenuerit, ſi miſſus epiſcopi veniens illuc aperuerit cauſam ſanctae eccleſiae, ipſa primitus terminetur. Juſtum eſt enim, ut ubique Deus prae caeteris honoretur.

V. *De univerſis tenentibus de eccleſia.*

Quicunque de eccleſia aliquid tenuerit, vel in fundo eccleſiae manſionem habuerit, extra curiam eccleſiaſticam coactus non placitabit, quamvis foriſfecerit, niſi (quod abſit) in curia eccleſiaſtica rectum defecerit.

VI. *De reis ad eccleſiam fugientibus.*

Ubicunque reus vel noxius ad eccleſiam praeſidii cauſa confugerit; ex quo atrium eccleſiae tenuerit, a nemine inſequente nullatenus apprehendatur, niſi per pontificem vel miniſtros ejus. Quodſi fugiendo domum ſacerdotis, vel curiam ejus intraverit, eandem ſecuritatem et pacem habeat, quam et apud eccleſiam, dum tamen domus ſacerdotis et curia ejus in fundo eccleſiae conſiſtant. Hic ſi latro vel raptor eſt, quod male cepit (ſi ad manum eſt) reddat; et ſi illud penitus extirpaverit, et de ſuo proprio unde reddat habuerit, in integrum ei, cui damnum intulit, reſtituat. Quodſi more ſolito latro taliter egerit, et forte fortuito ad eccleſiam et ſacerdotum domos frequenter evaſerit, ablatione reſtituta, provinciam forisjuret, nec redeat; et ſi forte reditum fecerit, nullus eum hoſpitari praeſumat, niſi a rege data licentia.

VII. *De fractione pacis eccleſiae.*

Si quis vero ſanctae pacem eccleſiae violenter infregerit, epiſcoporum eſt juſtitia. Quodſi nocens ſententiam eorum diffugiendo, vel arroganter contemnendo deſpexerit, clamor de eo deferatur ad regem poſt xl. dies, et regis juſtitia mittet eum per vadimonium, et plegios (ſi habere poterit) uſque dum Deo primitus, regi et eccleſiae poſtea ſatisfaciat. Qui ſi infra xxxi. dies, ſive per amicos aut notos, ſive per juſtitiam regis inveniri non poterit, utlagabit eum rex verbo oris ſui. Si vero poſtea repertus fuerit, et retineri poſſit, vivus regi reddetur, vel caput ejus, ſi ſe defenderit. Lupinum enim gerit caput a die utlagationis ſuae, quod Anglice pulꝼeꞅheoꝼoꝺ dicitur. Et haec eſt lex communis et generalis de omnibus utlagatis.

VIII. *De decimis eccleſiae [reddendis, de ovibus et porcellis.]*

De omni annona decima garba Deo debita eſt, et ideo reddenda. Et ſi quis gregem equarum habuerit, pullum reddat decimum; qui unam tantum, vel duas habuerit, de ſingulis pullis ſingulos denarios. Similiter qui vaccas plures habuerit, decimum vitulum; qui unam, vel duas, de vitulis ſingulis obolos ſingulos. Et qui caſeum fecerit, det Deo decimum; ſi vero non fecerit, lac decimo die. Similiter agnum decimum, vellus decimum, caſeum decimum, butyrum decimum, porcellum decimum.

IX. *De apibus, et aliis multis minutis decimis.*

De apibus vero ſimiliter decima commodi, quin etiam de boſco, de prato, de aquis, et molendinis, parchis, vivariis, piſcariis, virgultis, hortis, et negotiationibus, et omnibus rebus, quas dederit Dominus, decima pars ei reddenda eſt, qui novem partes ſimul cum decima largitur. Qui eam detinuerit, per juſtitiam epiſcopi, et regis, ſi neceſſe fuerit, ad redditionem adigatur. Haec enim beatus Auguſtinus praedicavit et docuit, et haec conceſſa ſunt a rege, et baronibus, et populo. Sed poſtea inſtinctu diaboli, multi eam detinuerunt, et ſacerdotes locupletes negligentes, non curabant inire laborem ad perſequendas eas, eo quod ſufficienter habebant ſuae neceſſaria vitae. Multis enim in locis modo ſunt tres vel quatuor eccleſiae, ubi tunc temporis una tantum erat, et ſic coeperunt minui.

X. *De his, qui ad judicium ferri vel aquae judicati ſunt per juſtitiam regis.*

Die illo, quo judicium fieri debet, veniat illuc miniſter epiſcopi cum clericis ſuis, et ſimiliter juſtitia regis cum legalibus hominibus provinciae illius, qui videant et audiant, ut aeque omnia fiant; et quos Dominus per miſericordiam ſuam, non per merita ſalvare voluerit, quieti ſint et libere recedant; et quos iniquitas culpae, non Dominus damnaverit, juſtitia [regis] de ipſis juſtitiam faciat. Barones vero, qui ſuam habent curiam de ſuis hominibus, videant

deant ut ſic de eis agant, quatenus erga Deum reatum non incurrant, et regem non offendant. Et ſi placitum de hominibus aliorum baronum oritur in curiis ſuis, adſit ad placitum regis juſtitia, quoniam abſque ea placitum finiri non licet. Si qui barones judicia non habent, in hundredo, ubi placitum habitum fuerit, ad propinquiorem eccleſiam, ubi judicium regis erit, determinandum eſt, ſalvo jure baronum illorum.

XI. *De denario S. Petri, quod Anglice dicitur Romeſcot.*

Omnis, qui habuerit xxx. denariatus vivae pecuniae in domo ſua, de ſuo proprio (Anglorum lege) dabit denarium S. Petri: et lege Danorum dimidiam marcam. Iſte vero denarius debet ſummoniri in ſolennitate apoſtolorum Petri et Pauli, et colligi ad feſtivitatem, quae dicitur ad Vincula, ita ut ultra illum diem non detineatur. Si quiſpiam detinuerit, ad juſtitiam regis clamor deferatur, quoniam denarius hic eleemoſyna regis eſt; juſtitia vero faciat denarium reddere, et forisfacturam epiſcopi et regis. Quodſi quis plures domos habuerit, de illa, ubi reſidens fuerit in feſto apoſtolorum Petri et Pauli, denarium reddat.

XII. *Quid ſit Danegeldum, et qua occaſione ſit conſtitutum*.*

Danegeldi redditio propter piratas primitus ſtatuta eſt. Patriam enim infeſtantes, vaſtationi ejus pro poſſe ſuo inſiſtebant. Ad eorum quidem inſolentiam reprimendam, ſtatutum eſt Danegeldum annuatim reddi, ſcilicet xii. denarios de unaquaque hida totius patriae, ad conducendos eos, qui piratarum irruptioni reſiſtendo obviarent. De hoc quoque Danegeldo libera et quieta erat omnis eccleſia, et etiam omnis terra, quae in proprio dominio eccleſiae erat ubicunque jacebat, nihil prorſus in hac tali redditione perſolvens, quia magis in eccleſiae confidebant orationibus, quam in armorum defenſionibus. Hanc itaque tenuit Anglorum eccleſia libertatem, uſque ad tempora Willielmi regis junioris, qui Rufus vocabatur, donec eodem a baronibus Angliae auxilium requirente, ad Normanniam retinendam, de Roberto fratre ſuo cognomento Curtehoſe, Jeruſalem proficiſcente, conceſſum eſt ei, non lege ſtatutum tamen, neque firmatum, ſed hac neceſſitatis cauſa ex unaquaque hida ſibi dari iv. ſolidos, eccleſia non excepta. Dum vero collectio cenſus fieret, proclamabat ſancta eccleſia ſuam repoſcens libertatem, ſed nihil profecit.

XIII. *De multimoda pace regis, etc. Item de Manbota archiepiſcopi, epiſcopi, etc.*

Pax regis multiplex eſt, illa enim data manu ſua, quam Angli vocant cyninᵹeſ honde ſealde ᵹriþ. Alia, die (quo) primum coronatus eſt, quae dies tenet octo. In natali Domini, dies octo. In Paſchate, dies octo. In Pentecoſte, dies octo, etc. [Infra.] Manbote vero [i. compenſatio domino perſolvenda pro homine ſuo occiſo] Anglorum lege, regi, et archiepiſcopo tres marcas de hominibus eorum propriis: ſed epiſcopo ejuſdem comitatus, et conſuli, et dapifero regis viginti ſolidos, baronibus autem aliis decem ſolidos, etc.

XIV. *De theſauris in terra abſconditis et inventis.*

Theſauri de terra regis ſunt, niſi in eccleſia vel in coemeterio inveniantur: et licet ibi inveniatur, aurum regis eſt, et medietas argenti, et medietas eccleſiae, ubi inventum fuerit, quaecunque ipſa fuerit, vel dives, vel pauper.

XV. *Quid ſit regis officium, et de Carolo et Pipino filio ejus exemplum.*

Rex autem, qui vicarius ſummi regis eſt, ad hoc eſt conſtitutus, ut regnum terrenum, et populum Domini, et ſuper omnia ſanctam veneretur eccleſiam ejus, et regat, et ab injurioſis defendat, et maleficos ab ea evellat et deſtruat, et penitus diſperdat. Quod niſi fecerit, nec nomen regis in eo conſtabit, verum, teſtante papa Johanne, nomen regis perdit. Cui Pipinus et Carolus filius ejus nondum reges, ſed principes, ſub rege Francorum ſtulto ſcripſerunt, quaerentes ſi ita permanere deberent Francorum reges ſolo regio nomine contenti? a quo reſponſum eſt; illos decet vocari reges, qui vigilanter defendunt et regunt eccleſiam Dei, et populum ejus, imitati regem pſalmographum dicentem, "Non habitabit in medio domus meae, qui facit ſuperbiam," etc.

XVI. *De baronibus, qui ſuas habent curias et conſuetudines.*

Archiepiſcopi, epiſcopi, comites, barones, et omnes, qui habent ſacham, et ſocam, thol, theam et infangthefe, etiam milites ſuos et proprios ſervientes, ſcilicet dapiferos, pincernas, camerarios, coquos, piſtores ſub ſuo friborgo habeant. Et item iſti ſuos armigeros, vel alios ſibi ſervientes ſub ſuo friborgo. Quodſi cui forisfacerent, et clamor vicinorum de eis aſſurgeret, ipſi tenerent eos rectitudini in curia ſua: illi dico, qui haberent ſacham, et ſocam, thol, et theam, et infangethefe.

XVII. *De Sacha.*

Sacha eſt, quodſi quilibet aliquem nominatim de aliquo calumniatus fuerit, et ille negaverit, forisfactura probationis vel negationis (ſi evenerit) ſua erit.

XVIII. *De Soca.*

Soca eſt, quodſi aliquis quaerit aliquid in terra ſua, etiam furtum, ſua eſt juſtitia, ſi inventum fuerit, an non.

XIX. *De Thol.*

Thol [quod nos dicimus thelonium] eſt ſcilicet, quod habeat libertatem vendendi et emendi in terra ſua.

* Videtur hoc caput additum eſſe tempore Henr. II.

XX. De

XX. *De Theam.*

Theam, quod ſi quiſpiam aliquid interciet ſuper aliquem, et interciatus non poterit [illegible]rantum ſuum habere, erit foriſfactura ſua, et juſtitia ſimiliter de calumniatore, ſi deceperit.

XXI. *De Infangethefe.*

Omnis enim, qui habet ſacha et ſocha, tol et them, et infangethef, praedictas videlicet conſuetudines, juſtitia [cognoſcentis] latronis ſua eſt, de homine ſuo, ſi captus fuerit ſuper terram ſuam. Illi vero, qui non habent has conſuetudines, coram juſtitia regia rectum faciant in hundredis, vel in wapentachiis, vel in ſciris.

XXII. *De Judaeis.*

Sciendum quoque, quod omnes Judaei, ubicunque in regno ſunt, ſub tutela et defenſione regis ligea debent eſſe, nec quilibet eorum alicui diviti ſe poteſt ſubdere ſine regis licentia. Judaei enim et omnia ſua regis ſunt. Quodſi quiſpiam detinuerit eos, vel pecuniam eorum, perquirat rex, ſi vult, tanquam ſuum proprium.

XXIII. *Decretum regis de uſurariis.*

Uſurarios quoque defendit rex Edwardus, ne remaneret aliquis in toto regno ſuo. Et ſi quis inde convictus eſſet, quod foenus exigeret, omni ſubſtantia propria careret, et poſtea pro exlege haberetur. Hoc autem aſſerebat ille rex ſe audiſſe in curia regis Francorum, dum ibidem moraretur; quod uſura ſumma radix omnium vitiorum eſt*.

Ces ſont les leis et les couſtumes, que li reis William grantat à tut le peuple de Engleterre, apres le conqueſt de la terre. Ice les meiſmes que le reis Edward ſon coſin tint deuant lui.

Hae ſunt leges et conſuetudines quas Willielmus rex conceſſit univerſo populo Angliae, poſt terrae acquiſitionem; ipſae ſcilicet eaedem, quas rex Edwardus conſanguineus ejus, ante ipſum cuſtodivit.

I.

Co eſt à ſaueir. Pais à ſaint yglife, de quel forfait que home out fait en cel tens, e il pout venir a ſaint yglife, out pais de vie et de membre. E ſe alquons meiſt main en celui, qui la mere yglife requireit, ſe ceo fuſt v. eueſque, v. abbeie, v. yglife de religion, rendiſt ceo que il i auereit pris, e cent ſolz de forfait, e de mer yglife de paroiſſe xx. ſolz, e de chappele x. ſolz. E que enfraiant la pais le rei en Merchenelae, cent ſolz. les amendes, altreſi de Heinfare, e de aweit purpenſe.

CAP. I. *De pace ſanctae eccleſiae, et aſyli jure eidem conceſſo.*

Scilicet pax ſanctae eccleſiae, quodcunque foriſfactum quis fecerit hactenus, et venire poteſt ad ſanctam eccleſiam, pacem habeat vitae et membri. Et ſi quis injecerit manum in eum, qui matrem eccleſiam requiſierit, ſi ea ſit vel abbatia vel eccleſia religionis, reddat eum, quem ceperit, et centum ſolidos pro forisfactura: et de matre eccleſia parochiali xx. ſolidos: et de capella x. ſolidos. Et qui infringit pacem regis in lege Merciorum, centum ſolidorum ſint emendae, ſimiliter de "Heinfare" et de inſidiis praecogitatis.

II.

Et ſi alcons eſt apeles de muſter ſruiſſer, v de chambre, e il neit eſte blamed en arer, ſen eſcondit per xii. leals homes nomez ſei dudzime main, e ſil eſt altrefiee eſted blamed, ſen eſcondied a treis dubles, reo a ſauoir per xlviii. homes leals, nomes ſei trenteſiſte mein; e ſil auer nes pot, aut a la juiſe a treis dubles ſi co il deuit a treis du plein ſerment, e ſil a en arer larcin amended, alt al euve li arceueſqe auerad de forfaiture xl. ſolz en Merchenelae, e li eueſtres xx. ſolz, e li quens xx. ſolz, e le baron x. ſolz, e li vilain xl. deniers.

CAP. II. *De eo, qui monaſterium, ſeu eccleſiam vel domum fregerit.*

Et ſi quis appellatus fuerit de monaſterii vel eccleſiae infractione, vel camerae, et neque antea fuerit infamatus, excondicet ſeu purget ſe per xii. homines legales nominatos, ſe duodecima manu. Et ſi aliquando infamatus fuerit, purget ſe cum ter iterato teſtium numero, videlicet per xlviii homines legales nominatos ſe xxxvi. manu; et ſi illos habere non potuerit, eat ad judicium iteratum, quemadmodum debuerat ad ter iteratum ſacramentum. Et ſi antea latrocinium emendaverit, eat ad aquam. Archiepiſcopus habebit de foriſfactura xl. ſolidos in Merciorum lege, et epiſcopus xx. ſolidos, et comes xx. ſolidos, et baro x. ſolidos, et villanus xl. denarios.

* [illegible] eadem, hoc modo."

Cap. III. *De denario S. Petri,* [*ſeu Romeſcot*] *pendendo.*

Liber homo, qui habuerit in averiis campeſtribus triginta denarios, debet dare denarium ſancti Petri. Pro iv. denariis, quos dabit dominus, quieti erunt bordarii ejus, et ejus bonnarii, et ejus ſervientes. Burgenſis, qui dimidiam marcam habet in propriis catallis, debet dare denarium ſancti Petri. Qui in lege Danorum eſt liber homo, et habet averia campeſtria valoris dimidiae marcae in argento, dare debebit denarium ſancti Petri. Et per denarium quem dominus donaverit, quieti erunt ii, qui manent in ſuo dominico.

III.

Franc home, qui ad auer champeſter trente deniers vailaunt, deit doner le dener ſeint Pere. Le ſeignur pur iv. den. que il dourad, ſi erunt quietes ſes bordiers, e ſes boner, et ſes ſerianz. Li Burgeis, qui ad en ſon propre chatel demi marc vailant, deit doner le dener ſeint Pere. Qui en Denalae franc home eſt, e il auerad demi marc en argent vailant de auer champeſtre, ſi durad doner le dener ſeint Pere. E par le dener, qui li ſeignur durrat, ſi erent quietes ceals, qui meinent en ſon demanier.

Cap. IV. *De renuentibus S. Petri denarium pendere.*

Qui denegaverit denarium ſancti Petri, reddet denarium per juſtitiam ſanctae eccleſiae, et praeterea xxx. denarios pro forisfactura. Et ſi de ea re implacitatus fuerit per juſtitiam regis, forisfactura epiſcopo erit xxx. denarios, et regi xl. ſolidos.

IV.

Ki renent le dener ſeint Pere, le dener rendra per la juſtice de ſeint egliſe, e xxx. den. forfait. e ſi il en eſt plaide de la juſtiſe le rei, le forfait al eueſque xxx. den. e al Reĩ xl. ſolz.

Cap. V. *De inteſtatorum bonis.*

Si quis inteſtatus obierit, liberi ejus haereditatem ex aequo divident*.

V.

Si home mort ſans de viſe, ſi departent les enfans l'erite entre ſei per ywell.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Saxon.
Nicol. II. 1.	Stigand. 8.	1059.	Edward. Confess. 18.

Synodus Landavenſis ſub Hergualdo xxix. *ibidem epiſcopo. In qua familia regis excommunicatur ob vim illatam per ebrietatem medico et nepoti epiſcopi in feſto nativitatis Domini.* ‡ Ex MS. Landav. eccleſiae: citante Spelmanno.

FAMILIA Catgucauni regis Morcannue filii Mourici in die nativitatis Domini, viſitavit Landaviam bono affectu, et ut dicitur de virga Aaron verſa in draconem, animus illius familiae tardus ad ſperandum bonum, velox ad faciendum malum, et dilatus prae nimio gaudio tantae feſtivitatis, coepit bacchari copia potationis, ſequeſtrata diſcretione ſobrietatis, in tantum quod imperfecti viri amiſſa vi ſcientiae et pietatis, devaſtaverunt unum familiarem et nepotem Hergualdi epiſcopi, Berthutis nomine, virum juſtum et medicum totius patriae, et facta tam execrabili invaſione, et ſub ala SS. Dubricii, Teliavi, Oudocei et aſylo, miſit epiſcopus legatos ſuos per omnes eccleſias totius ſuae dioeceſeos obtemperantes ſibi infra oſtium Taratir ſuper ripam Gui et ripam Tyui, ut ſimul convenirent clerici majoris dignitatis electi tam, quam inferioris apud Landaviam; et in plena ſynodo depoſitis crucibus cum ſanctis reliquiis ad terram, et verſis cimbalis, ſimul et clauſo oſtio eccleſiae cum ſtipatis ſpinis, et ita carens ſervitio et paſtore remanſit diebus et noctibus, facto anathemate familiae regis et ſequeſtratae a tota orthodoxae fidei ſorte. Et audita tanta ſubmotione, et dilatata per patriam magno ſtrepitu et murmure, coepit rex lachrymari pro damnatione familiae ſuae, deſiderans potius pacem cum ſuo paſtore, quam participationem perpetratae injuriae. Advocatis omnibus comitibus ſuis requiſivit veniam apud Landaviam lachrymabili devotione, ſimul et familia ſegregata a chriſtianorum conſortio, et audita ejus prece, et data ſibi venia ſimul et familiae juncta cum poenitentia canonice, dixit rex, poſitis manibus ſuis ſuper altare Petri apoſtoli, et ſanctorum confeſſorum Dubricii, Teliavi, et Oudocei, et coram utroque populo clericali et laicali: Confirmo hanc eleemoſynam, tribuens Deo henriugunua videlicet, et ſanctis praedictis, et epiſcopo Hervualdo, et omnibus pontificibus Landaviae in ſempiterna conſecratione liberam ab omni ſervitio ſeculari et regali, et cum data communione incolis, in campo et in ſylvis, in aqua et in paſcuis, etc. De clericis teſtes ſunt, etc. Facto anathemate ſeparaturis hanc eleemoſynam ab eccleſia Landaviae et a paſtoribus ejus, data autem benedictione ſervaturis et confirmaturis inquieta pace, Amen.

* Non refero Confeſſoris has leges ad certum regni ejus annum aliquem, quod non ab eo inſtitutas cenſeo, ſed ex anteceſſorum ſuorum legibus (praeſertim regis Canuti, ut animadvertit Malmeſburius) ductae plerumque eſſent et promulgatae. Innuit hoc idem ipſarum titulus, in quo dicitur: Incipiunt leges S. Edwardi regis, quas in Anglia tenuit, id eſt, obſervavit; non quas tulit, hoc eſt, inſtituit. Verſionem Latinam legum harum Normannicarum clariſſimo Carolo du Frêne dom. du Cange quaeſtori regio debemus. Vid. Eadmer in Anſelmi edit. Pariſ. 1721. fol. 116. ſeqq.

‡ Hic primus fuit Heregvaldi annus epiſcopatus Landavenſis. Male clar. Spelmannus ſynodum hanc ad annum 1056. retulerat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg Saxon.
NICOL. II. 3.	STIGAND. 10	1061.	EDWARD. CONFESS. 20.

Bulla Nicolai papae II. *confirmans privilegia Dorcacaſtrenſis eccleſiae.* Ex MS, penes Dom. archiep. Cant. fol. 169. a.

NICOLAUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Wlwino, venerabili epiſcopo Dorcacaſtrenſi, ſuiſque ſucceſſoribus ibidem canonice promovendis imperpetuum. Cum magna nobis ſollicitudine inſiſtit cura, pro univerſis Dei eccleſiis ac piis locis vigilandum, ne aliquam neceſſitatis jacturam ſuſtineant, ſed propriae utilitatis ſtipendia conſequantur; ideo convenit nos tota mentis integritate eiſdem venerabilibus locis, ut ea, quae ſua ſunt ſtabilita permaneant providere. Igitur quia petiſti a nobis, kariſſime fili, cum Edwardi regis legatis atque literis noſtri videlicet amici, ut per noſtri privilegii paginam tuae eccleſiae, tibique necnon ſucceſſoribus tuis omnia perpetualiter confirmaremus, quae praefatae eccleſiae juſte et legaliter competunt; ſuggeſtioni tuae gratanter annuentes, per hujus noſtrae conſtitutionis decretum et apoſtolicae ſedis liberale edictum concedimus et confirmamus tibi, ſicut ſupra legitur, tuiſque ſucceſſoribus ibidem canonice promovendis imperpetuum, quaeque praefatae eccleſiae pertinent, tam quae inpreſentiarum poſſidet, vel poſſedit, et maxime parochiam Lindiſi, eccleſiamque Stov. cum Newerca et appendiciis, quas injuſte Alvricus archiepiſcopus Eboracenſis invaſit, uti per legatorum noſtrorum dicta, et per anteceſſorum teſtimonia et ſcripta agnovimus, quamque in futuro quocunque modo divinis et humanis legibus adquirere poterit, ſcilicet praenominata eccleſia cum omnibus rebus et poſſeſſionibus ſuis, ac pertinentiis mobilibus et immobilibus, ſeſeque moventibus, caſtris ſcilicet, caſſis villis, territoriis, eccleſiis, cum primitiis et decimationibus, cum omnibus quoque, quae pia devotio fidelium ſacris contulit ſibi vel contulerit oblationibus, pro ſalute vivorum atque etiam mortuorum. Statuentes per hujus noſtrae apoſtolicae ſedis, cui, Deo auctore, praeſidemus, auctoritatem, et noſtri edicti inviolabilem conſtitutionem, ut neque rex, neque archiepiſcopus, ſive dux, ſive marchio, ſeu comes, aut vicecomes, nec alia ſive magna ſive perſona cujuſcunque dignitatis vel ordinis contra hoc noſtrum privilegium praeſumat praefatam eccleſiam, aut te, kariſſime confrater, tuoſque imperpetuum ſucceſſores de bonis ſuis deinveſtire, aut inquietare, aut aliquid ibi contra ſanctos canones conſtituere, vel ordinare; ſed ita ſicut praedicta eccleſia, quae omnia praelibavimus, melius firmiuſve a ſuae conſtitutionis initio tenuit, teneas poſſideaſque tam tu, quam ſucceſſores tui ſub conſtitutionis hujus paginae et apoſtolica ſanctione. Si quis igitur, quod non optamus, contra hoc noſtrum privilegium venire temptaverit, et ſicuti ab apoſtolica auctoritate praeceptum ac corroboratum eſt, permanere non dimiſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, et cum Juda traditore, et Dathan et Abyron partem habere, niſi forte reſipuerit et digne ſatisfecerit. Qui vero pio intuitu in omnibus obſervato extiterit, cuſtodiens hujus privilegii noſtri conſtituta, ad cultum Dei reſpicientis benedictionis gratiam a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro conſequatur, et vitae aeternae particeps fieri mereatur. Datum 5. non. Maji per manus Bernardi, epiſcopi S. eccleſiae Peneſtrinae, anno ab incarnatione Domini MLXI. anno III. pontificatus Nicolai papae II. indict. XIV.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg Saxon.
ALEXAND. II. 1	STIGAND. 11.	1062	EDWARD. CONFESS. 21.

Alexander papa II. *Stigandum archiep. Cantuar. per legatos interdicit, et Eboracenſis archiepiſcopus Stigandi vices agit.* Ex Hoveden. Annal. par. 1.

ANNO Domini MLXII. legati Alexandri II. papae [viz. Armenfredus, Sedunenſis epiſcopus, et alius] pro reſponſis eccleſiaſticis ad regem Edwardum confeſſorem mittuntur: et regio praecepto Wigorniae per totam fere Quadrageſimam degebant, expectantes reſponſum ſuae legationis uſque ad curiam regalem proximi Paſchae, etc. Interea vacanti [per ceſſionem Aldredi] epiſcopatui Wigornenſi, Wulſtanus tam plebis quam cleri votis, annuente rege, ſuffectus eſt, praeſentibus etiam legatis, et ab Aldredo Eboracenſi archiepiſcopo [eo quod Stigando archiepiſcopo Doroberniae, epiſcopale officium tunc a papa interdictum eſſet, ideoque vivente Roberto archiepiſcopo, archiepiſcopatum ſuſcipere praeſumpſiſſet] conſecratus; canonica tamen profeſſione praefato Dorobernenſi archiepiſcopo Stigando, non ſuo ordinatori Aldredo facta. Inſuper et ipſe archipraeſul Eboracenſ. ordinator ejus, coram rege et regni optimatibus (ipſo Stigando factitante, propter ſubſequentium calumnias) profiteri juſſus eſt, ſe nullum jus eccleſiaſticae ſeu ſecularis ſubjectionis ſuper eum deinceps velle clamare, nec propter quod ab eo conſecratus eſt, nec quia ante conſecrationem ejus monachus factus eſt. Facta eſt autem haec illius ordinatio, anno aetatis ſuae plus L. regni vero regis Edwardi anno XX. indictione XV.

Conventus Weſtmonaſterienſis ſub Edwardo confeſſore.

CONVENTUS celeberrimus Weſtmonaſterii ſub R. Edwardo confeſſore habitus, in natali Domini, anno gratiae MLXVI. indictione III. regni ejuſdem regis xxiv. atque ultimo. Praeſentibus, Edwardo, rege et confeſſore, Eadgitha regina, Stigando archiepiſc. Cantuariae, Ealdredo archiepiſc. Eboraci, Caeteriſque Angliae epiſcopis, abbatibus, capellanis regis, comitibus, miniſtris (ſeu Thanis regiis) et militibus, qui in chartarum ſequentium ſubſcriptionibus nominantur.

Charta regis Edwardi confeſſoris eccleſiae S. Petri Weſtmonaſterienſi confecta; in qua epiſtola Leonis papae IX. *ad eundem regem recitatur.* * Ex autogr. in Bibl. Cotton.

IN nomine ſanctae et individuae Trinitatis ego Edwardus, Aethelredi regis filius, gratia Dei Anglorum rex, futuris poſt me regibus et omnium dignitatum gradibus, omniumque aetatum hominibus ſalutem et hujus rei notitiam. Scire vos volo, quoniam tempore avorum meorum, patriſque mei, multa et gravia bellorum pericula afflixerunt gentem Anglorum, et ipſos tam a ſuis, quam ab extraneis concitata; adeo ut pene periclitata ſit haereditaria regum ſucceſſio, magnumque interſtitium inter fratrem meum Edmundum, qui patri meo mortuo ſucceſſit, meque habitum ſit, invadentibus regnum Swegeno et Cnutho, filio ejus, regibus Danorum, ac filiis ipſius Cnuthi, Haroldo, et Hardecnutho; a quibus etiam alter meus frater Alfredus crudeliter occiſus eſt, ſoluſque, ſicut Joas occiſionem Otholie, ſic ego illorum crudelitatem evaſi. Tandem reſpectu miſericordiae Dei, poſt plures annos ego Edwardus ad paternum regnum reacceſſi, et eo potitus ſine ullo bellorum labore, ſicut amabilis Deo Salomon, tanta pace et rerum opulentia abundavi, ut nullus antecedentium regum ſimilis mei fuerit in gloria et divitiis. Sed gratia Dei non me, ut aſſolet, ex opulentia ſuperbia et contemptus, invaſit immo coepi recogitare, cujus dono et auxilio ad regni culmen evaſi; quoniam Dei eſt regnum, et cui vult dare illud; et quia mundus tranſit, et concupiſcentia ejus; qui autem totum ſe ſubdit Deo, feliciter regnat et perpetualiter dives eſt. Itaque deliberavi ire ad limina ſublimium apoſtolorum Petri et Pauli, et ibi gratias agere pro collatis beneficiis, et exorare ut eam pacem firmaret Deus perpetuam mihi et poſteris meis. Praeparavi ergo et denumeravi expenſas neceſſarias itineri, et honorabilia dona, quae ferrem ſanctis apoſtolis. Sed gravis ſuper hac re moeror habebat optimates meos, utpote memores malorum, quae ſub aliis regibus pertulerant, ne tanto domino, et pio patriae rege abſente, regnum noviter ſedatum aliqua turbaretur hoſtilitate; et metuentes id, quod et ſanctus Ezechias, ne ſi forte in via aut aegritudine, aut alio incommodo deficerem, haereditariis regibus carerent, maxime quod nullum habebam filium. Itaque communi habito concilio, rogabant me, ut ab hac intentione deſiſterem, pollicentes ſe ſatisfacturos Deo pro voto meo, tam in miſſarum et orationum oblatione, quam in eleemoſynarum larga diſtributione. Sed cum obnixe contradicerem, tandem utriſque placuit, ut mitterentur legati duo ab utraque parte, Ealdredus †, et Hermannus ‡ epiſcopi, et abbates Wilfricus et Aelfwynus, qui apoſtolico meam voluntatem et votum, et illorum petitionem indicarent, et ſecundum ejus ſententiam, quam mihi mandaret, promiſi me omnino facturum. Factum eſt ergo quod voluimus, et venientes Romam legati noſtri ex voluntate Dei, invenerunt collectam ſynodum in eadem urbe; cumque expoſuiſſent * meam voluntatem, et ſuam petitionem coram ducentis et quinquaginta epiſcopis, et alia multitudine ſanctorum patrum, tunc apoſtolicus ex conſultu ſanctae ſynodi, hanc epiſtolam mihi ſcripſit:

* Clar. Spelmannus tribus chartis acta conventus Weſtmonaſterienſis, quibus Edwardus rex poſſeſſiones et privilegia eccleſiae Weſtmonaſterienſi conceſſit, complecti voluit. Quia autem prima (ut ipſe credebat) mutila erat, et ſecundam ex prima et tertia ex incuria ſcribae confectam fuiſſe deprehendimus, duas tantum integras hic exhibemus; primam ex autographo in Bibl. Cotton. et alteram ex Spelm. MS. Sed audiamus ipſum de privilegiis eccleſiae, ac mutilo codice differentem. "Agitur de dotatione, privilegiis, celebri aſylo, etc. eccleſiae S. Petri Weſtmonaſterii, jam ab integro reaedificatae et dedicatae, regiiſque et papalibus diplomatibus ampliſſime munitae, prout liquet ex chartis praedicti regis Edwardi, et epiſtolis Leonis papae IX. et Nicolai II. quae hic inferius citantur, et una omnia confirmantur.

Chartae primae et ſecundae exemplaria, quae haberi videntur aliquando in exordio priſci MS. codicis (de defenſione ſanctuarii ſeu aſyli praedicti) ſurripuit nefarius quiſpiam uſque ad 9. folium, hoc eſt, uſque ad finem pene ſecundae chartae: ſaltem ſi charta illa mutila, ſecunda fuerit. Primus enim qui illic reſtat paragraphus, citatur alias in eodem codice, ſub nomine et inter membra primae chartae; ſic ut deſiderari integre videretur chartae ſecundae exemplar in exordio libri, vel utramque chartam eodem uti paragrapho." Et poſtea addit: "Conveniſſe hic videntur charta i. et ii. et charta ii et iii. (ut membratim exhibentur in MS.) totis interdum paragraphis; et in conventu iſto una eademque die omnes datae eſſe et confirmatae, hoc eſt, in ipſa die dedicationis, quae fieri conſtat 5. cal. Januarii, MLXVI. Poſteriores enim duae chartae hoc expreſſe datum ferunt; et in prima licet deſideretur, inde tamen liquet, quod rex ipſe in eadem dicit: "Novam a fundamentis baſilicam conſtruxi, et conſtructam dedicari feci 5. calend. Januarii." Sequi enim [igitur] oportet dedicationem, et praecedere ſecundam et tertiam chartam, ne alioquin prima non diceretur."

† Wigorn. poſt Eboracenſ. ‡ Shireburn. * MS. legit *impoſuiſſent*.

Leo

Leo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Edwardo, Anglorum regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quoniam voluntatem tuam laudabilem et Deo gratam agnovimus, gratias agimus ei, per quem reges regnant, et principes juſta decernunt. Sed quia prope eſt Dominus in omni loco omnibus invocantibus eum in veritate, et ſancti apoſtoli cum ſuo capite conjuncti unus ſpiritus ſunt, et pias preces aequaliter audiunt; et quia conſtat periclitari regionem Anglicam ex tua diſceſſione, qui fraeno juſtitiae ſeditioſos ejus motus cohibes; ex auctoritate Dei, et ſanctorum apoſtolorum, et ſanctae ſynodi abſolvimus te a peccato illius voti, pro quo Dei offenſam times, et ab omnibus negligentiis et iniquitatibus tuis, ea nimirum poteſtate uſi, quam Dominus in beato Petro conceſſit nobis, dicens, " Quaecunque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt et in caelis." Deinde praecipimus tibi ſub nomine ſanctae obedientiae et poenitentiae, ut expenſas, quas ad iter iſtud paraveras, pauperibus eroges, et coenobium monachorum in honore S. Petri, apoſtolorum principis, aut novum conſtruas, aut vetuſtum emendes, et augeas, et * ſufficientiam victualium fratribus de tuis reditibus conſtituas, quatenus dum illi aſſidue inibi Deum laudaverint, et ſanctis augeatur gloria, et tibi indulgentia; cui loco quicquid contuleris, vel collatum eſt, vel conferetur, ut ratum ſit apoſtolica auctoritate praecipimus, et ut ſemper habitatio monachorum ſit, et nulli laicae perſonae, niſi regi ſubdatur; et quaecunque privilegia ibi inſtituere volueris, ad honorem Dei pertinentia concedimus, et robuſtiſſima auctoritate confirmamus, et infractores eorum aeterna maledictione damnamus.

Haec et alia apoſtolici mandata cum referrent nobis legati, interea revelavit beatus Petrus cuidam probabilis vitae monacho incluſo, nomine Wlſino, voluntatem ſuam eſſe, ut reſtruerem locum, qui dicitur Weſtmonaſterium, quod a tempore ſancti Auguſtini primi Anglorum epiſcopi inſtitutum, multaque veterum regum munificentia honoratum, propter vetuſtatem, et frequentes bellorum tumultus pene videbatur deſtructum. Cumque hanc viſionem mihi meiſque retuliſſet, et apoſtolicae literae aequalia praecepta detuliſſent; contuli voluntatem meam cum voluntate Dei, et cum totius regni electione, dedidi me ad reſtructionem ejuſdem loci. Itaque decimari praecepi omnem ſubſtantiam meam, tam in auro et argento, quam in pecudibus, et omni genere poſſeſſionum, et deſtruens veterem, novam a fundamentis baſilicam conſtruxi, et conſtructam dedicari feci quinto calendas Januarii; in qua collocavi ipſa die reliquias, quas Martinus papa, et Leo, qui eum conſecravit, dederunt Aluredo regi, et quas ipſe a Carlomanno rege Francorum dari ſibi impetravit; cujus filiam pater ejus Ethelwulfus rex poſt mortem primae conjugis duxerat uxorem, quaeque ab ipſo ad ſucceſſorem ejus Ethelſtanum, deinde ad Edgarum, ad ultimum ad nos pervenerunt; ſcil. duas partes crucis Domini, et partem unius clavi, partemque tunicae ejus inconſutilis; et de veſtimentis ſanctae Mariae, et reliquias apoſtolorum Petri et Pauli, Andreae, Bartholomaei, Barnabae, et aliorum plurimorum ſanctorum; et quinque capſas aliis ſanctorum reliquiis plenas: et ſtatui, ut quicunque reus majeſtatis regiae, vel cujuſlibet alterius offenſae, ad locum, in quo pauſant iſtae reliquiae, confugerit, ejus rei, et membrorum, ac vitae impunitatem conſequatur.

Eodem die renovavi, confirmavi, et emendavi privilegia, quae famoſiſſimus avus meus Eadgarus, patruuſque meus Deo amabilis rex, et martyr glorioſus Eadwardus, ejuſdem Edgari filius, et ſanctiſſimus pater Dunſtanus, Cantuarienſis archiepiſcopus, ac piiſſimus rex Aethelredus, pater meus, illi loco contulerunt; meam quoque auctoritatem adjeci, augmentans decreta utilia admonitione venerabilium archiepiſcoporum Stigandi et Ealredi, et aliorum optimatum meorum; videlicet, ut ille locus in perpetuum ab omni ſeculari ſervitio ſit liber, et ſecundum beati Benedicti traditionem, poſt obitum abbatis ex eadem congregatione eligatur alter, qui dignus ſit. Aliorſum vero nullus niſi culpis promerentibus inibi inveniri nequiverit, qui dignus ſit tali officio fungi. Quod ſi evenerit, quod abſit, poteſtatem habeant de alio noto et familiari loco abbatem eligendi, cujus vita ſapientia et religione clareſcat. Laicorum autem vel clericorum nemo ipſius loci dominium uſurpare praeſumat. Poſſeſſiones vero, quae ibi a quibuſcunque donatae ſunt, nec abbas, nec alia quaelibet perſona licentiam habeat vendendi vel extraneis dandi, ſed regum munimine deinceps locus ipſe tueatur, ipſeque abbas regi ſoli ſerviens, commiſſum ſibi gregem ſpirituali et temporali paſtu abundanter foveat. Conceſſi etiam et confirmavi donationes, quae ab eiſdem regibus ante me donatae ſunt; hoc eſt, circa ipſum monaſterium xvii. hidas et dimidiam. In Hendune xx. In Heamſtede v. In Greneforde xii. et unam virgam. In Hanawelle viii. In Scepertune viii. In Sunnebyri vii. In Ealdenham x. in Daeccewyrthe iv. et unam virgam. In Wattune iv. et dimidiam. In Holewelle vi. et dimidiam. In Hamme ii. In Winitune iv. In Kynlevedene v. In Fentune iv. In Mordune x. In Eawelle ii. In Pereham vii. In Sillingtune iii. In Cillingtune iv. necnon et illas, quas optimates mei meo tempore addiderunt; ſcilicet Leofcild Muleſham cum omnibus ad ſe pertinentibus, Aegelricus Kyleweldum cum omnibus ad ſe pertinentibus, Wlſwinus Mapulderſtede cum omnibus ad ſe pertinentibus, Guthmundus Kynlevedene et Reine et Laecedune cum omnibus ad ſe pertinentibus, Aelfricus Wenſtede cum omnibus ad ſe pertinentibus, Atſere, Swaſte, Lygetum cum omnibus ad ſe pertinentibus, Ingulf Pacleſham cum omnibus ad ſe pertinentibus, Atſere Leoſne cum omnibus ad ſe pertinentibus, Foſtig Claeigate cum omnibus ad ſe pertinentibus, Aelwine Gottun Aegete cum omnibus ad ſe pertinentibus, Wlſtanus Deneham cum omnibus ad ſe pertinentibus, Siwardus dimidiam hydam in Agmodeſham, et unam in Weodune, Leoffi de Lun-

* MS. *ſufficientia.*

donia duas hidas et dimidiam in Wrtnelea. Poſtremo ego ipſe pro ſpe retributionis aeternae, et pro remiſſione delictorum meorum, et pro animabus patris mei et matris meae et omnium parentum meorum ad laudem omnipotentis Dei poſui in dotalicium, et in perpetuam haereditatem ſuper altare varia ornamentorum genera, quibus eccleſiae ſerviretur vel in cotidianis vel ſolennibus miniſteriis, et ad uſus fratrum inibi Deo ſervientium, de meo jure quod mihi ſoli competebat abſque ullius reclamatione vel contradictione. Iſta inprimis Langtun cum omnibus ad ſe pertinentibus, Gihtſlepe cum omnibus ad ſe pertinentibus, Stana cum omnibus ad ſe pertinentibus, Windleſore cum omnibus ad ſe pertinentibus, Hwaethamſtede cum omnibus ad ſe pertinentibus, Stithenaece cum omnibus ad ſe pertinentibus, Aeſcerwelle cum omnibus ad ſe pertinentibus, Den cum omnibus ad ſe pertinentibus, Suthburc cum omnibus ad ſe pertinentibus, Pertun cum omnibus ad ſe pertinentibus, Roteland cum omnibus ad ſe pertinentibus. Poſt mortem Eadgithae reginae, conjugis meae, Perſcoram cum omnibus ad ſe pertinentibus, Deorhyrſte cum omnibus ad ſe pertinentibus. Relaxavi igitur iſtis et omnibus ſupranominatis terris conſuetudines omnes et exactiones regalium et epiſcopalium miniſtrorum, ſicut anteceſſores mei reges prius fecerunt, ut nullis graventur oneribus expeditionum, nec pontium vel caſtrorum reſtructione, nec furis apprehenſione; et omnia, quae ad locum ipſum pertinent, ſint omnino libera, cellae, eccleſiae, terrae, coemeteria, paſcua, ſylvae, venationes, aquae, piſcationes cum reditibus, ſervitiis debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, cenſu, morthidii legibus, conſuetudinibus, cauſarum diſcuſſionibus, emendationibus ſive eccleſiaſticis ſive ſecularibus omnibus, quaecunque ſcriptis et teſtimonio bonorum hominum rememorari poterunt, quae a regibus conceſſa vel concedenda ſunt, ut nullus ex his ſubtrahere vel diminuere aut diſperdere qualibet occaſione, judicio, vel poteſtate praeſumat. Donavi etiam religioſo abbati Eadwino, qui tunc illi loco praeerat, et omnibus futuris poſt eum ibidem abbatibus in tota poſſeſſione monaſterii, ſacam et ſocam, theloneumque ſuum in terra et in aqua, et conſuetudinem, quae dicitur teames, latrones, latronumque captiones vel emiſſiones, et pacis fracturam, et pugnam in domo factam, et domus invaſiones et omnes aſſultus in ſuo jure in via et extra, in feſto et extra, in urbe et extra, et omnes leges et conſuetudines tam plene et tam libere, ſicut eas habebam in manu mea. Et ut omnia concludam, nullus ſuccedentium regum per vim aut per conſuetudinem paſtum ab eorum poſſeſſionibus exigat, ſed omnimodam libertatem perpetualiter habeant. Poſt hanc donationem excommunicaverunt omnes epiſcopi et abbates totius Angliae, ac monachi clerici ſecundum apoſtolici Leonis praeceptum eos, qui hoc conſtitutum infringerent, vel infringi permitterent, quantum in ipſis eſſet. Si quis ergo hanc noſtram donationem augere et amplificare voluerit, augeat Deus dies ejus proſperos hic et in futuro. Si autem evenerit, ut aliquis aut regum ſuccedentium vel alicujus perſonae homo, quod non optamus, diabolica temeritate fuerit elatus vel ſeductus, quatenus hoc noſtrum ſtatutum infringere, vel minuere, aut in aliud mutare velit, ſciat ſe perpetuo anathemate damnatum, niſi tamen digna ſatisfactione emendaverit. Sin autem emendatione fuerit indignus, ipſe quidem cum Juda traditore gehennae ignibus cremabitur; ſed haec carta nihilominus in ſua libertate permanebit, quamdiu chriſtiani nominis timor et amor in hac noſtra gente perſeveraverit. Ad ultimum chartam iſtam conſcribi et ſigillari juſſi, et ipſe manu mea ſignum ſanctae crucis impreſſi, et idoneos teſtes annotari praecepi. Ad corroborandam itaque hanc donationis libertatem ego Eadwardus, Deo largiente Anglorum rex, ſignum venerandae crucis impreſſi ✠. Ego Eadgitha regina huic donationi regis conſentiens ſubſcripſi ✠. Ego Stigandus archiepiſcopus conſenſ. et ſubſcr. ✠. Ego Walterus epiſcopus conſenſ. et ſubſ. ✠. Ego Wulſtanus epiſcopus conſen. et ſub. ✠. Ego Aelwinus abbas conſ. et ſub. ✠. Ego Wulfwoldus abbas ✠. Ego Leofwinus dux ✠. Ego Raulfus min. Aegelnodus ✠. Ego Ealdredus archiepiſcopus conſenſ. et ſubſ. ✠. Ego Leofricus epiſcopus conſenſi et ſub. ✠. Ego Siwardus epiſcopus conſ. et ſubſ. ✠. Ego Leofricus abbas conſ. et ſubſ. ✠. Ego Reinbald canc. ✠. Ego Gird dux ✠. Ego Rodbertus min. Wulfricus ✠. Ego Willelmus epiſcopus conſ. et ſubſ. ✠. Ego Wulfwinus epiſcopus conſ. et ſubſ. ✠. Ego Eadwinus abbas conſen. et ſubſ. ✠. Ego Aegelwius abbas conſ. et ſubſ. ✠. Ego Haroldus dux ✠. Ego Eſgarus min. ✠. Ego Eadnothus m. Siwardus ✠. Ego Heremannus epiſcopus conſ. et ſubſ. ✠. Ego Giſo epiſcopus conſ. et ſubſ. ✠. Ego Aegelſius abbas conſ. et ſub. ✠. Ego Baldwinus abbas conſ. et ſubſ. ✠. Ego Eadwinus dux ✠. Ego Bondius m. ✠. Ego Wigod min. Godricus ✠. Acta apud Weſtmonaſterium 5. kalendas Januarii die ſanctorum, innocentum anno dominicae incarnationis MLXVI. indictione tertia, anno regni ſereniſſimi Eadwardi regis viceſimo quinto. Spiþᵹaꞃuꞅ notarius ad vicem Reinbaldi regiae dignitatis cancellarii hanc cartam ſcripſi et ſubſcripſi in Dei nomine feliciter. Amen.

Alia

Alia charta ſancti Edwardi de alio privilegio, eccleſiae Weſtmonaſterienſi conceſſo.
Ex autographo in archivis eccleſ. Weſtmonaſt.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis, propter eos, qui juſtitiam Dei contemnunt, et ſuam volunt conſtituere. Quoniam juſtitiae Dei non ſunt ſubjecti, procurandum eſt hiis, qui eccleſiarum Dei privilegia conſtituunt, ut multiplices chartas, et multitudinem teſtium atque maledictionum congerant, quibus etſi non ſemper, tamen aliquotiens peſſimorum hominum impia protervia, et perniciosa praeſumptio tutius proteratur, retundatur, ac reverberetur, necnon fortiſſimo defenſionis robore funditus eradicetur. Quapropter ego Edwardus, gratia Dei Anglorum rex, notum facio omnibus futuris poſt me ſeculi generationibus: quoniam praecepto Leonis papae pro poenitentia et remiſſione peccatorum meorum, renovavi etelioravi baſilicam ſancti Petri, quae ſita eſt prope moenia principalis Anglorum urbis Lundoniae, et ab occidentali ora ejuſdem urbis, dicitur Weſtmonaſterium, quae aedificata quidem fuerat antiquitus ſub Mellito, Lundoniae primo epiſcopo, ſocio et contemporaneo ſancti Auguſtini, primi Cantuariae archiepiſcopi, et per ipſum beatum Petrum, angelico famulante ſervitio, ſanctae crucis impreſſione, et ſacri chriſmatis perunctione dedicata; ſed per frequentes incurſiones barbarorum, et maxime Danorum, qui, patre meo Aethelredo vivente, irruptionem in Angliam fecerant, et eo mortuo, cum fratre meo Eadmundo dimidium regnum ſub amicitiarum pactione tenuerant, fratremque meum alium Aelfredum miſerabiliter interceptum enecaverant, neglecta et penitus deſtructa videbatur.

Cum ergo renovaſſem eam, et multa privilegia regiae poteſtatis et apoſtolicae auctoritatis per beatum Leonem papam in ea conſtituiſſem, defuncto ipſo Leone, et confirmato in ejus loco Nicolao, placuit mihi renovare, meliorare, et confirmare conſuetudines et donationes pecuniarum, quas anteceſſores mei reges ſancto Petro inſtituerant, propter ſummam devotionem, quam habuit ſemper Anglorum gens erga eum et ejus vicarios. Itaque propter hoc negotium et alia quamplura, legatos miſi Romam, epiſcopum unum Aldredum, et duos electos ad ordinandum epiſcopos, Ghyſonem ſcil. et Walterum, ut a domno papa ſacrarentur. Venientes autem Romam, ab apoſtolico Nicolao cum honore, quo decebat, ſuſcepti, invenerunt ibi ad ſynodum congregatam multitudinem magnam epiſcoporum, abbatum, monachorum, et clericorum, caeterorumque fidelium; cumque audiente ſynodo ſuae legationis cauſam perorarent, hujus ſummam epiſtolae domno papae detulerunt.

* *Epiſtola regis Edwardi confeſſoris ad Nicolaum papam* II.

Summo univerſalis eccleſiae patri Nicholao, Eadwardus, gratia Dei Anglorum rex, debitam ſubjectionem et omnimodum ſervitium. Glorificamus Deum, quia curam habet ſuae electae eccleſiae, quoniam in loco boni praedeceſſoris, vos optimum ſucceſſorem conſtituit. Quapropter juſtum judicamus apud vos, velut ad ſolidam petram acuere et probare omnes bonas intentiones noſtras, et veſtram notitiam atque ſocietatem in bono habere, quatenus eas donationes et privilegia, quae obtinuimus apud praedeceſſorem veſtrum, renovetis et augeatis nobis; videlicet, ut quod ille injunxit nobis ſub nomine obedientiae ac poenitentiae, propter votum, quod voveram ire Romam, et in remiſſionem omnium peccatorum meorum, conſtruere coenobium monachorum in honore apoſtoli Petri, ratum faciatis, et privilegia poſſeſſionum et dignitatum ejuſdem loci confirmetis, renovetis, atque augeatis, et imperpetuum immutabilia ſtare decernatis. Ego quoque pro modulo meo, augeo et confirmo donationes et conſuetudines pecuniarum, quas habet ſanctus Petrus in Anglia, et ipſas pecunias collectas, cum regalibus donis mitto vobis, ut oretis pro me, et pro pace regni mei, et [illegible] liberi inſtituatis totius gentis Anglorum coram corporibus ſanctorum apoſtolorum. Valete.

His igitur literis a ſummo pontifice ſuſceptis, cum feliciter ad votum ſuum omnibus peractis a Roma redirent, conſulente ſancta ſynodo, tranſmiſſam a domno papa mihi detulerunt epiſtolam.

* *Bulla Nicolai papae ad S. Edwardum pro privilegiis.*

Nicolaus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, glorioſiſſimo ac piiſſimo, omnique honore digniſſimo, ſpirituali quoque filio noſtro Eadwardo, Anglorum regi, viſitationem omnimodam, ſalutem mellifluam, et benedictionem apoſtolicam. Omnipotenti Deo referimus grates, qui veſtram prudentiſſimam excellentiam in omnibus ornavit et decoravit erga beatum Petrum, apoſtolorum principem, et nobiſcum habere dilectionem, et in omnibus apoſtolicis conſentire cenſuris. Literas igitur veſtrae nobilitati tranſmittimus, et per eas ſocietatem ſanctorum apoſtolorum, et noſtram vobis damus, orantes miſericordiam illius, qui eſt Dominus omnium, et Rex ſuper omnia ſolus, ut ipſe vos participem faciat ex omnibus, ſi qua ſunt coram Deo, bonis operibus noſtris; et fratres nos, ac ſocios in ſua dilectione conſtituat in omni tempore amplius,

* Titulus deeſt in MS.

ac

ac non minorem partem noſtri obſequii vobis reconſignet in ſuo regno, quam nobiſmet ipſis provenire optamus. Erimus etiam deinceps pro vobis ſine dubio orantes aſſidue, ut ipſe Deus vobis ſubjiciat hoſtes et inimicos, qui contra vos voluerint inſurgere; et confirmet vos in paterno ſolio, et propria haereditate. Ac beatus Petrus ſit vobis cuſtos et adjutor ſemper in omni tribulatione. Claret enim Anglorum reges, pro reverentia et devotione, quam exhibuerunt beato Petro, gloria et honore floruiſſe, ac ipſius patrocinio famoſos triumphos obtinuiſſe; cujus beati apoſtoli meritis veſtro deſiderio et voluntati omnipotens Deus praeſtet effectum, et confirmet vobis paterni regni imperium, et tribuat pacis incrementum; et poſt praeſentis vitae decurſum perducat ad aeternum permanentis gloriae imperium.

Renovamus ergo, et confirmamus, et augemus vobis privilegia veſtra, ſcilicet, ut abſolutus ſitis ab illo voto, quod timebatis, et ab omnibus aliis peccatis et iniquitatibus veſtris, auctoritate illius, qui me, licet indignum, ſuae ſanctae ſedi praeeſſe voluit eccleſiae.

Praeterea illi loco, quem ſub nomine ſanctae poenitentiae conſtruendum, et meliorandum ſuſcepiſtis; quoniam [ut fertur] primam antiquitus conſecrationem a beato Petro accepit, cujus, licet indigni, vicarii ſumus, et quia regia antiquitus ſedes eſt; ex auctoritate Dei, et ſanctorum apoſtolorum, atque hujus Romanae ſedis, et noſtra concedimus, permittimus, et ſolidiſſime confirmamus, ut amplius inperpetuum regiae conſtitutionis et conſecrationis locus ſit, atque repoſitorium regalium inſignium, et habitatio perpetua monachorum, qui nulli omnino perſonae niſi regi ſubdantur, habeantque poteſtatem ſecundum regulam ſancti Benedicti, per ſucceſſiones eligere ex ſe idoneos abbates; neque introducatur per violentiam extranea perſona, niſi quam concors congregatio ſibi praeeſſe elegerit. Abſolvimus etiam eum locum ab omni ſervitio et dominatione epiſcopali, ut nullus epiſcopus illuc introeat ordinaturus, aut praecepturus aliquid, niſi ex petitione et conſenſu abbatis et monachorum. Et habeat idem locus liberum procinctum, id eſt, ambitum et coemeterium mortuorum circa ſe, abſque epiſcopali, vel cujuſcunque reſpectu, vel exactione; et omnia, quae ad libertatem et exaltationem illius loci, ad honorem Dei pertinentia, per noſtram auctoritatem accedere poſſunt, hilari atque promptiſſima voluntate concedimus.

Poſſeſſiones autem, quas antiqui reges, ſeu quicunque alii homines, vos quoque ac veſtri barones ad eundem locum contuliſtis, et chartas, quae ex eis factae ſunt, divina et noſtra auctoritate roboramus, et ratas ac ſtabiles eſſe decernimus, et infractores earum, vel invaſores, aut diminutores, aut diſperſores, venditores etiam aeterna maledictione cum Juda proditore damnamus, ut non habeant partem in beata reſurrectione; ſed a B. Petro ſe judicandos ſciant, quando ſedebit cum ſuis coapoſtolis, judicans duodecim tribus Iſrael. Vobis vero, et poſteris veſtris regibus committimus advocationem et tuitionem ejuſdem loci, et omnium totius Angliae eccleſiarum, ut vice noſtra cum conſilio epiſcoporum et abbatum conſtituatis ubique, quae juſta ſunt, ſcientes pro hoc vos recepturos dignam mercedem ab eo, cujus regnum et imperium nec deſinet, nec minuetur in ſeculum. Valete.

Hanc igitur epiſtolam apoſtolici privilegii placuit inſerere huic noſtrae confirmationi, ut ſecundum quod ſancto Leoni prius placuerat, mihique praeceperat concordanti, ad hoc ſucceſſore ejus Nicolao et eadem aut majora mihi praecipiente. Sciant omnes futurae generationes me pro voti praedicti abſolutione, peccatorumque meorum omnium remiſſione, et aeternae vitae remuneratione, pro animabus regum, tam ſucceſſorum, quam praedeceſſorum meorum, et omnium parentum meorum, pro pace et ſtabilitate regni mei, et proſperitate totius Anglorum populi, loco illi omnimodam libertatem, quantum ad poteſtatem terrenam, conceſſiſſe, et quod illi de eccleſiaſtica, hoc de regia libertate ſtatuo. Ejus igitur amoris ſtimulo et fide pleniſſima ac devotiſſima ſuffultus, cujus largiflua miſeratione in cathedra regali promotus ſum, cum conſilio et decreto archiepiſcoporum, epiſcoporum, comitum, aliorumque omnium meorum optimatum proſpiciens, hoc ipſi eccleſiae et habitantibus in ea, ſive pertinentibus ad eam, utile fore, non ſolum in praeſenti, ſed et in futuro, elegi ſanciendum, atque perpeti ſtabilimento ab omnibus confirmandum, ut pro Chriſti honore et amore, et pro reverentia ſummi apoſtolorum principis Petri, cujus patrocinio meipſum commiſi, et pro devotione et veneratione ſanctarum reliquiarum, quas eidem loco contuli, beatorum videlicet apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, et virginum; ut omnipotens Deus per iſtorum ſuffragia ſanctorum, depulſis cunctis adverſitatibus, cum pacis et honoris ſui ſtabilitate, ac perpetuae tranquillitatis ſullimatione locum illum cuſtodiat, diſponat, ac protegat et pro magnifica dignitate ſive regali excellentia ipſius eccleſiae, et pro quiete monachorum ibidem Deo famulantium, tantus honor eidem eccleſiae habeatur imperpetuum et obſervetur, ut neque nos, neque ſucceſſores noſtri, neque quilibet epiſcopus, nec quicunque de judiciaria poteſtate, in ipſam ſanctam baſilicam, vel in manentes in ipſa, vel in homines, qui cum ſuis terris, vel qualibuſcunque ſubſtantiis ad ipſam tradere, vel devovere ſe voluerint, niſi per voluntatem abbatis et ſuorum monachorum ullam unquam habeant poteſtatem; ſed ſit haec ſancta mater eccleſia peculiaris patroni noſtri domni et magni apoſtoli ter beati Petri libera et abſoluta ab omni invaſione vel inquietudine omnium hominum, cujuſcunque ordinis vel poteſtatis eſſe videantur.

Praeterea aliud conſtituo atque imperpetuo confirmo, ut quiſquis fugitivorum de quocunque loco, pro quacunque cauſa, cujuſcunque conditionis ſit, ipſum ſanctum locum vel procinctum ejus fugiens intraverit, immunis ſit omnino ac plenam libertatem conſequatur.

Placuit etiam mihi hanc optionis electionem, et libertatis donum gratiſſimo animo et integra voluntate augere, et privilegio iſto roborare, et

inſuper dono meo inviolabiliter confirmare omnes donationes terrarum vel eccleſiarum, aut aliarum rerum, quae ibi ab anteceſſoribus meis regibus, ſeu a quibuſcunque ante me donatae ſunt: necnon ad illas, quas vel ego, vel optimates mei, vel etiam quilibet de civibus intra Lundoniam donaverant, tam terras, quam conſuetudines, et omnia jura qualiumcunque cauſarum in omnibus terris, quae vel in Lundonia, vel in aliis quibuſcunque locis praedicto monaſterio adjacent, vel adjiciendae ſunt per gratiam Dei. Huic libertati concedo additamentum, in qua, ut ab omnibus apertius et plenius intelligatur, nomina conſuetudinum Anglice praecepi ponere. Scilicet mundbꞃẏce, buꞃhbꞃẏce, miꞅkænninᵹe, ꞅceaƿinᵹe, hlæꞅꞇinᵹe, ꝼꞃiþꞅocne, ꝼlẏmenaꝼẏꞃmþe, ƿeꞃᵹeldþeoꝼ, uꞇhleap, ꝼoꞃꝼænᵹe, ꝼẏhꝼænᵹe, ꝼẏꞃdƿiꞇe, ꝼihꞇƿiꞇe, ƿeaꞃdƿiꞇe, hænᵹeƿiꞇe, hamꞅocne, ꝼoꞃꞅꞇeall, inꝼanᵹeneþeoꝼ, ꞅaca, ꞅocna, ꞇoll, et ꞇeam, aliaſque omnes leges et conſuetudines, quae ad me pertinent. Renovavi etiam privilegia antiquorum regum, et ex nomine ſanctae Trinitatis et omnium ſanctorum, noſtra etiam regia auctoritate cum conſenſu atque conſultu primatum meorum interdixi, et chartam in praeſentia mea fieri juſſi, ut nullus unquam ſuccedentium regum, epiſcoporum, principum, comitum, vicecomitum, procuratorum, ſeu aliorum regum clientium, vel alia quaelibet magna vel parva perſona paſtum, cenſum, vel impenſionem, caſtrorum vel pontium reaedificationem, xenia ſeu munuſcula, vel aliud quidlibet ab eccleſia illa vel a terris ad eam pertinentibus per vim aut per conſuetudinem exigat, non opera, nec tributa vel expeditiones ad ſe trahat, ſed excluſa penitus exactione vel angaria cunctarum conſuetudinum omnia, ſicut in manu mea habueram melius, plenius et liberius, ita cum omnimoda libertate ſint conceſſa eidem eccleſiae, in terra et in aqua, in urbe et extra, in domo et extra, in villa et extra, in via et extra, in placito, in ſoca et ſaca, in thelonio, in furis apprehenſione et emiſſione, in ſanguinis effuſione, in campis et ſylvis, in pratis, in paſcuis, in aquis, in piſcariis, in molendinis, et omnibus ſuis appenditiis; quatenus ipſa religioſa concio pro remedio animae meae et omnium benefactorum ejuſdem eccleſiae, pervigiles perſolvat deprecationes, et more ſapientium virginum oleum bonae actionis ſervans, ſub habitu religionis, Chriſto Domino et ejus beato apoſtolo Petro indefeſſe deſerviat. Si quis autem contra hanc praeceptionis et auctoritatis noſtrae paginam ſenſerit, quicunque ille fuerit, cujuſcunque nominis et honoris, aetatis et poteſtatis, gradus et ordinis, et eam vel in magno vel in minimo infringere voluerit, et alios ad hoc conduxerit, unuſquiſque pro ſeipſo libras quinque partibus ſancti Petri perſolvat, et quicquid exinde fiſcus noſter ad partem noſtram ſperare poterat, in luminaribus vel ſtipendiis monachorum, ſeu et eleemoſynis pauperum ipſius monaſterii perenniter per noſtra oracula ad integrum ſit conceſſum atque indultum.

Hanc igitur chartam meae donationis et libertatis in die dedicationis praedictae eccleſiae recitari juſſi coram epiſcopis, abbatibus, comitibus, et omnibus optimatibus Angliae, omnique populo audiente et vidente; et ſecundum apoſtolici Leonis, ejuſque ſucceſſoris Nicolai conſtitutum, excommunicari feci eos, qui decretum noſtrum infringerent, vel infringi permitterent, quantum in ipſis eſſet. Quiſquis autem ſucceſſorum meorum hanc donationis libertatem firmiter atque inviolabiliter cuſtodierit, aeterna coronetur claritate, caeleſtiſque regni plena perfruatur felicitate.

Si quis vero, quod abſit, eam deſtruere voluerit, vel hujus noſtri decreti contradictor, convulſor, et temerator extiterit, cum Juda proditore aeterno anathemati ſubjaceat, niſi Deo et beato ſuo apoſtolo Petro digna poenitentia ſatiſfecerit.

Ut ergo haec [illegible] noſtris et futuri temporibus circa ipſum ſanctum locum perenniter firma et inviolata permaneat, vel per omnia tempora illaeſa cuſtodiatur atque conſervetur, et ab omnibus optimatibus noſtris, et judicibus publicis et privatis melius ac certius credatur; manus noſtrae ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborare, et idoneos teſtes annotare, atque ſigillo noſtro juſſimus ſigillari ✚.

Ego Eadwardus, Dei gratia Anglorum rex, hoc privilegium juſſi componere, et compoſitum cum ſigno dominicae crucis confirmando impreſſi ✚.

Ego Eadgida regina omni alacritate mentis hoc corroboravi ✚.

Ego Stigandus, ſanctae metropolis eccleſiae Cantuarienſis epiſcopus, confirmavi ✚.

Ego Ealredus, archiepiſcopus Eboracenſis eccleſiae, conſignavi ✚.

Ego Willielmus, epiſcopus Lundonienſis eccleſiae, ad omnia ſuperſcripta conſentiens ſubſcripſi ✚.

Ego Heremannus epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Wulfwius epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Walterus epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Leofricus epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Giſo epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Wulſtanus epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Siwardus epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Godwinus epiſcopus conſenſi et ſubſcripſi.

Ego Aegelſius abbas conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Eadwinus abbas conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Agelwius abbas conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Leofricus abbas conſen et ſubſcripſi ✚.

Ego Baldwinus abbas conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Wulfwoldus abbas conſenſi et ſubſcripſi ✚.

Ego Eadmundus abbas ✚.

Ego Reinbaldus regis cancellarius relegi et ſigillavi ✚.

Ego Oſbernus regis capellanus ✚.

Ego Petrus regis capellanus ✚.

Ego Rodbertus capellanus ✚.

Ego Haroldus dux ✠.
Ego Edwinus comes. ✠.
Ego Gud comes ✠.
Ego Leofwinus comes ✠.
Ego Markerus comes ✠.
Ego Eſgarus miniſter ✠.
Ego Bondius miniſter ✠.
Ego Radulphus miniſter ✠.
Ego Rodbertus miniſter ✠.
Ego Adnothus miniſter ✠.
Ego Agelnodus miniſter ✠.
Ego Wygodus miniſter ✠.
Ego Wulfricus miles ✠.
Ego Sywardus miles ✠.
Ego Godricus miles ✠.
Ego Colo miles ✠.
Ego Wulſwardus miles ✠.

Omnes conſentientes ſubſcripſimus ſtabilita apud Weſtmonaſterium quinto calendas Januarii, die ſanctorum innocentium, anno dominicae incarnationis milleſimo ſexageſimo ſexto, indictione tertia, anno regni Eadwardi nobiliſſimi, et clementiſſimi regis vigeſimo quinto.

Ego Aelfgeatus notarius ad vicem Reynbaldi, regiae dignitatis cancellarii, hoc privilegium ſcripſi et ſubſcripſi. In Dei nomine feliciter. Amen *.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. II. 9.	vacante.	1070.	GUILIELM. Conqueſt. 4.

Concilium generale Wintoniae habitum in octavis Paſchae anno Dom. MLXX. *praeſentibus rege Guilielmo, et legatis papae Alexandri* II. *ubi Stigandus, Cantuarienſis archiepiſcopus, invaſor eccleſiae declaratur, et deponitur.* Ex Roger. Hoveden. annal.

EODEM anno concilium magnum in octabis Paſchae Wintoniae celebratum eſt, jubente et praeſente rege Willielmo, domino Alexandro papa conſentiente, et per ſuos legatos Hermenfredum, Sedunenſem epiſcopum, et preſbyteros Johannem et Petrum, cardinales ſedis apoſtolicae, ſuam auctoritatem exhibente. In quo concilio Stigandus, Doroberniae archiepiſcopus, degradatur, tribus de cauſis; ſcil. quod epiſcopatum Wintoniae cum archiepiſcopatu injuſte poſſidebat, et quod, vivente Roberto archiepiſcopo, non ſolum archiepiſcopatum ſumpſit, ſed etiam ejus pallio, quod Cantuariae remanſit, dum vi et injuſte ab Anglia pulſus eſt, in miſſarum celebratione aliquamdiu uſus eſt, et a Benedicto, quem ſancta Romana eccleſia excommunicavit, eo quod pecuniis ſedem apoſtolicam invaſit, pallium accepit. Frater quoque ejus Agelmarus, Eſtanglorum epiſcopus, eſt degradatus. Abbates etiam nonnulli ibi degradati ſunt, operam dante rege, ut quamplures ex Anglis ſuis honoribus privarentur; in quorum loco, ſuae gentis perſonas ſubrogaret, ob confirmationem ſcil. ſui, quod noviter acquiſierat, regni. Hinc et nonnullos, tam epiſcopos, quam abbates, quos nulla evidenti cauſa, nec concilia, nec leges ſeculi damnabant, ſuis honoribus privavit, et uſque ad finem vitae cuſtodiae mancipatos detinuit, ſuſpicione (ut diximus) tantum inductus novi regni. In hoc itaque concilio, dum caeteri trepidi, utpote regis agnoſcentes animum, ne ſuis dignitatibus privarentur, timerent; venerandus vir Wlſtanus, Wigornienſis epiſcopus, poſſeſſiones quamplures ſui epiſcopatus ab Aldredo archiepiſcopo (dum a Wigornienſi eccleſia ad Eboracenſem transferretur) ſua potentia retentas, quae tunc, eo defuncto, in poteſtatem regiam devenerant, conſtanter proclamabat, exſpectabatque juſtitiam fieri tam ab ipſis, qui concilio praeerant, quam a rege flagitabat; at Eboracenſis eccleſia non habens paſtorem, qui pro ea loqueretur, muta erat. Judicatum eſt igitur, ut ipſa querela ſic remaneret, quouſque archiepiſcopo ibi conſtituto, qui eccleſiam defenderet, dum eſſet, qui ejus querelae reſponderet, ex objectis et reſponſis poſſet evidentius ac juſtius judicium fieri; ſicque tunc ea querela ad tempus remanſit. Die autem Pentecoſtes rex apud Windeſhoram

* Conventum hunc Weſtmonaſterienſem non concilium voco ſive ſynodum (verba ſunt clar. Spelm.) quia licet concilii ſive ſynodi ſpeciem habeat, ab auctoribus tamen priſci ſeculi non ſic reperio nominatum, ſed conventum; et conventus cauſam hanc fuiſſe perhibent. Ediderat a fundamentis rex piiſſimus Edwardus confeſſor labefactatam jam tum baſilicam ſeu eccleſiam S. Petri Weſtmonaſterii, ſupra modum ſeculi auguſtiſſimam; qua noſtratibus etiam exemplum dedit condendi eccleſias in formam crucis Chriſti paſſionalis, id eſt, productiore radio inferiori. Et hoc quidem illud eſt quod innuit Malmeſburius, Geſt. reg. li. 2. ca. 13. dicens, eum hanc eccleſiam "illo compoſitionis genere primum in Anglia aedificaſſe, quod nunc pene cuncti ſumptuoſis aemulantur expenſis." Aedificatam denuo, ampliſſimis poſſeſſionibus, privilegiis, aſylo celebri, ſive ſanctuario, regalibuſque plurimis munificentiis inſignivit; et ut Conſtantinus imperator congregatos in concilio Tyri (Theodoret. hiſt. li. 1. c. 30. Sozom. li. 3. ca. 25.) patres, et undequaque alios, ad conſecrationem baſilicae, quam Aeliae condidit, accerſivit; ſic rex Edwardus, ad dedicationem ſuae iſtius baſilicae Weſtmonaſterii conditae, magnates regni tam ſeculares, quam eccleſiaſticos convocat, ut brevi moriturus, regio huic ſuo operi coronidem ſacram imponeret. Modum dicat tibi bellus codex MS. fundationis monaſterii Rameſienſis ſect. 109. "Dehinc rex Edwardus in die natalis dominici, facto Londoniis generali totius fere nobilitatis Angliae conventu, cum gloria et honore regio coronatus eſt, ibidemque morbo tactus, quia quem metas ſibi vivendi praeſenſit poſiturum, eccleſiam Weſtmonaſterii, quam ipſe largis ſumptibus aedificatam, poſſeſſionibus ampliaverat et donis, in natali SS. innocentum, cum gaudio celebri et apparatu ſolenni fecit dedicari, ne quid tanto deeſſet aedificio, quod conſtructor pius magnanima liberalitate non adimpleſſet. Sic igitur rex Edwardus aevi ſanctitudinis et gloriae plenus, in vigilia Theophaniae, ſpiritum caelo mittens, caelibem pudicitiae florem, quem inter regni delicias, et inter amplexus conjugales, praeter periculum (quod praeter ſolitum eſt) conſervarat, virentemque perpetuo, floribus immiſcuit paradiſi. Exuviae regales intra ipſam baſilicam (ubi uſque hodie tam divinae virtutis, quam humanae devotionis frequentia honorantur) cum inſigni regio tumulatae ſunt. Cumque in ipſo die Theophaniae recens adhuc exuviarum regalium luctus ageretur, Haraldus, filius Godwini ducis, frater Aedgithae reginae, ſacramentum (quo antea Willielmo Normannorum duci regnum Angliae firmaverat) parvipendens, altitudine generis fretus, diademate regni ſeſe temere inſignivit, etc.

vene-

venerando Bajocenſi canonico Thomae Eboracenſis eccleſiae archiepiſcopatum, et Walcelino capellano ſuo Wintonienſis eccleſiae praeſulatum dedit; cujus juſſu mox in craſtino praedictus Sedunenſis epiſcopus, Armenfredus, ſynodum tenuit; Johanne et Petro, cardinalibus praefatis, Romam reverſis. In qua ſynodo Agelricus, Suthſaxonum pontifex, non canonice degradabatur, quem rex ſine culpa mox ad "Mearleſberg" in cuſtodiam poſuit; abbates etiam quamplures ſunt depoſiti: quibus depoſitis, rex ſuis capellanis, Arfracto orientalium Anglorum praeſulatum, et Stigando Suthſaxonum dedit epiſcopatum. Nonnullis etiam Normannicis monachis abbatias dedit. Et quia Dorobernienſis archipraeſul depoſitus eſt, et Eboracenſis erat defunctus, juſſu regis in octavis Pentecoſtes, ab eodem Armenfredo, Sedunenſi epiſcopo, ſedis apoſtolicae legato, ordinatus eſt Walcelinus.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Archiep. Ebor.	Reg. Angliae
ALEXAND. II. 9.	vacat.	[illegible]	[illegible]

Literae citatoriae ad concilium legatinum apud Wintoniam celebrandum. Ex MSS. Fr. Junii n. 99. inter codices MSS. Bodlej.

Epiſtola cardinalium urbis Romae ad Wulſtanum epiſcopum.

LICET Romana eccleſia circa correctionem omnium chriſtianorum invigilare debeat, ſpecialius tamen ei converſationis veſtrae mores convenit inquirere, et chriſtianam religionem, qua vos primitus inſtruxit, diligentia ſuae viſitationis reparare; hujus itaque ſolicitudinis debito nos qualeſcunque beati Petri apoſtoli miniſtros, et vice atque auctoritate domini noſtri papae Alexandri fultos, ad partes veſtras direximus, ut concilium vobiſcum celebraturi, quae in vinea Domini Sabaoth male pullulant reſecemus, et animarum et corporum utilitati profutura plantemus. Veſtram igitur fraternitatem in partem tantae ſolicitudinis apoſtolica auctoritate invitamus, ut tertia die poſt proximam Paſcha, remota omni occaſione, ad Winceſtram conveniatis, et omnes abbates dioeceſis veſtrae, oſtenſis his literis noſtris, vobiſcum venire commoneatis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Archiep. Ebor.	Reg. Angliae
ALEXAND. II. 9.	LANFRANC. 1.	[illegible]	[illegible]

De placito apud Pinendenam inter Lanfrancum archiepiſcopum, et Odonem, Bajocenſem epiſcopum. Ex textu Roffenſi fol. 169.

TEMPORE magni regis Willelmi, qui Anglicum regnum armis conquiſivit, et ſuis ditionibus ſubjugavit, contigit Odonem, Bajocenſem epiſcopum, et ejuſdem regis fratrem, multo citius, quam Lanfrancum archiepiſcopum in Angliam venire, atque in comitatu de Cantuar. cum magna potentia reſidere, ibique poteſtatem non modicam exercere. Et quia illis diebus in comitatu illo quiſquam non erat, qui tantae fortitudinis viro reſiſtere poſſet, propter magnam, quam habuit, poteſtatem, terras complures de archiepiſcopatu Cantuarberiae, et conſuetudines nonnullas ſibi arripuit, atque uſurpans ſuae dominationi aſcripſit. Poſtea vero non multo tempore contigit praefatum Lanfrancum, Cadomenſis eccleſiae abbatem, juſſu regis in Angliam quoque venire, atque in archiepiſcopatu Cantuarberiae, Domino diſponente, totius Angliae regni primatem ſublimatum eſſe. Ubi dum aliquamdiu reſideret, et antiquas eccleſiae ſuae terras multas ſibi deeſſe inveniret, et ſuorum negligentia anteceſſorum illas diſtributas atque diſtractas fuiſſe, reperiſſet, diligenter inquiſita et bene cognita veritate, regem quam citius potuit, et impigre inde requiſivit. Praecepit ergo rex comitatum totum abſque mora conſidere, et homines comitatus omnes Francigenas, et praecipue Anglos, in antiquis legibus et conſuetudinibus peritos in unum convenire. Qui cum convenerunt apud "Pinendenam," omnes pariter conſederunt. Et quum multa placita de diratiocinationibus terrarum, et verba de conſuetudinibus legum inter archiepiſcopum et praedictum Bajocenſem epiſcopum ibi ſurrexerunt, et etiam inter conſuetudines regales et archiepiſcopales, quae primo die expediri non potuerunt, ea cauſa totus comitatus per tres dies fuit ibi detentus. In illis tribus diebus diratiocinavit ibi Lanfrancus archiepiſcopus plures terras, quas tunc tenuerunt homines ipſius epiſcopi; viz. Herbertus, filius Ivonis, Turoldus de Hroveceſtra, Radulphus de Curva-ſpina, et alii plures de hominibus ſuis, cum omnibus conſuetudinibus et rebus, quae ad eaſdem terras pertinebant ſuper ipſum Bajocenſem epiſcopum, et ſuper ipſos praedictos homines illius et alios; ſc. Deſlinges, Eſtores, Preſtetuna, Damtuna, et multas alias minutas terras. Et ſuper Hugonem de Monteforti diratiocinavit Hrocinges et Broc: et ſuper Radulfum de Curva-ſpina lx. ſolidatas de paſtura Ingrean [inſula]. Et omnes illas terras et alias diratiocinavit ita liberas et quietas, quod in illa die, qua ipſum placitum finitum fuit, non remanſit homo in toto regno Angliae, qui aliquid inde calumniaretur, neque ſuper ipſas terras etiam parvum quicquam clamaret. Et in eodem placito, non ſolum iſtas praenominatas et alias terras, ſed et omnes libertates eccleſiae ſuae, et omnes conſuetudines ſuas renovavit, et renovatas ibi diratiocinavit. Soca, Saca, Toll, Team, Flymena,

mena, Fyrmꞇhe, Grithbrece, Foreſteal, Haimfare, Infangenþeoꝼ, cum omnibus aliis conſuetudinibus paribus iſtis, vel minoribus iſtis, in terris, et in aquis, in ſylvis, in viis, et in pratis, et in omnibus aliis rebus, infra civitatem et extra, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis. Et ab omnibus illis probis et ſapientibus hominibus, qui affuerunt, fuit ibi diratiocinatum, et etiam a toto comitatu concordatum atque judicatum, quod ſicut ipſe rex tenet ſuas terras liberas et quietas in ſuo dominico; ita archiepiſcopus Cantuarberiae ſuas terras omnino liberas et quietas in ſuo dominico. Huic placito interfuerunt Goisfridus, epiſcopus Conſtantienſis, qui in loco regis fuit, et juſtitiam illam tenuit; Lanfrancus archiepiſcopus, qui, ut dictum eſt, placitavit, et totum diratiocinavit; Comes Cantiae, videlicet praedictus Odo, Bajocenſis epiſcopus; Ernoſtus, epiſcopus de Hroveceſtra; Agelricus, epiſcopus de Ciceſtra, vir antiquiſſimus et legum terrae ſapientiſſimus, qui ex praecepto regis advectus fuit ad ipſas antiquas legum conſuetudines diſcutiendas et edocendas, in una quadriga; Richardus de Tunebrigge; Hugo de Monteforti; Willelmus Dearces; Haimo vicecomes; et alii multi barones regis, et ipſius archiepiſcopi; atque illorum epiſcoporum homines multi, et alii aliorum comitatuum; homines etiam cum toto iſto comitatu multae et magnae auctoritatis viri, Francigenae ſc. et Angli. In horum omnium praeſentia multis et apertiſſimis rationibus demonſtratum fuit, quod rex Anglorum nullas conſuetudines habet in omnibus terris Cantuarienſis eccleſiae, niſi ſolummodo tres. Et illae tres, quas habet, conſuetudines hae ſunt: Una, ſi quis homo archiepiſcopi effodit illam regalem viam, quae vadit de civitate in civitatem; altera, ſi quis arborem incidit juxta regalem viam, et eam ſuper ipſam viam dejecerit. De iſtis duabus conſuetudinibus, qui culpabiles inventi fuerint atque detenti, dum talia faciunt, ſive vadimonium ab eis acceptum fuerit, ſive non, tamen inſecutione miniſtri regis, et per vadimonium emendabant, quae juſte emendanda ſunt. Tertia conſuetudo talis eſt. Si quis in ipſa regali via ſanguinem fuderit, aut homicidium, vel aliud aliquid fecerit, quod nullatenus fieri licet, ſi dum hoc facit deprehenſus atque detentus fuerit, regi emendabit. Si vero deprehenſus ibi fuerit, et inde abſque vade dato ſemel abierit, rex ab eo nihil juſte exigere poterit. Similiter fuit oſtenſum in eodem placito, quod archiepiſcopus Cant. eccleſiae in omnibus terris regis et comitis debet multas conſuetudines juſte habere. Etenim ab illo die, quo clauditur Alleluia, uſque ad octav. Paſch. ſi quis ſanguinem fuderit, archiepiſcopo emendabit. Et in omni tempore, tam extra Quadrageſimam, quam infra, quicunque illam culpam fecerit, quae cılꝺƿıꞇe vocatur, archiepiſcopus aut totam aut dimidiam emendationis partem habebit; infra Quadrageſimam quidem totam et extra, aut totam aut dimidiam emendationem. Habet etiam in iiſdem terris omnibus quaecunque ad curam et ſalutem animarum videntur pertinere. Hujus placiti multis teſtibus multiſque rationibus determinatum finem poſtquam rex audivit, laudavit; laudans cum conſenſu omnium principum ſuorum confirmavit, et ut deinceps incorruptus perſeveraret, firmiter praecepit. Quod propterea ſcriptum eſt hic, ut et futurae in aeternum memoriae proficiat; et ipſi futuri ejuſdem eccleſiae Chriſti Cantuarberiae ſucceſſores ſciant, quae et quanta in dignitatibus ipſius eccleſiae a Deo tenere, atque a regibus et principibus hujus regni aeterno jure debeant exigere.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Alexand. II. 10.	Lanfranc. 2.	1071.	Guilielm. Conqueſt. 5.

Concilium Pedredae. Ex Chron. Rad. de Diceto.

Lanfrancus Thomam Eboracenſem conſecravit epiſcopum; quo conſecrato, reverendi Wlſtani, Wigornenſis epiſcopi, mota eſt iterum querela, et in concilio in loco, qui vocatur Pedreda, celebrato, coram rege et Doroberniae archiepiſcopo, et primatibus totius Angliae, Dei gratia adminiculante, eſt terminata.

Chronicon Walteri Coventre paulo aliter narratiunculam hujus concilii concludit—archiepiſcopo Lanfranco, et epiſcopis, et abbatibus, comitibus, et primatibus totius Angliae terminata eſt, et cauſa epiſcopo Wigorn. adjudicata.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Alexand. II. 11.	Lanfranc. 3.	1072.	Guilielm. Conqueſt. 6.

Concilium Windleſhorenſe, [*ſive generale concilium Anglorum, de jure et primatu Dorobernenſis eccleſiae*.*] Ex MS. Cott. Domit. A. 5. fol. 13. et regiſt. Arundel. I. vol. fol. 13, 14. et MS. Cant. eccl. A. 5, 6.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXII. pontificatus autem domini Alexandri papae undecimo, regni vero Willielmi, glorioſi regis Anglorum et ducis Normannorum, ſexto, ex praecepto ejuſdem Alexandri papae, annuente eodem rege, in praeſentia ipſius, et epiſcoporum atque abbatum ventilata eſt cauſa de primatu, quem Lanfrancus, Dorobernenſis archiepiſcopus, ſuper Eboracenſem eccleſiam jure ſuae eccleſiae proclamabat; et de

* Ex MS. Cantuar. hunc titulum deſumpſi. Cod. Cott. legit: "Atteſtatio regis Willielmi primi de primatu Cantuar. eccleſiae, cum ſubſcriptionibus epiſcoporum et abbatum." Arundel. "Nota de antiquo jure Cant. eccleſiae in eccleſia Ebor."

ordi-

4

ordinationibus quorundam epiſcoporum, de quibus ad quem ſpecialiter pertinerent, certum minime conſtabat. Et tandem aliquando, diverſis diverſarum ſcripturarum auctoritatibus probatum atque oſtenſum eſt; quod Eboracenſis eccleſia Cantuarienſi debeat ſubjacere, ejuſque archiepiſcopi, ut primatis totius Britanniae diſpoſitionibus, in hiis, quae ad chriſtianam religionem pertinent, in omnibus obedire. Subjectionem vero Dunelmenſis, hoc eſt Lindisfarnenſis epiſcopi, atque omnium regionum a terminis Lichifeldenſis epiſcopi, et Humbrae magni fluvii uſque ad extremos Scotiae fines; et quicquid ex hac parte praedicti fluminis ad parochiam Eboracenſis eccleſiae jure competit, Cantuarienſis metropolitanus Eboracenſi archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus inperpetuum obtinere conceſſit; ita ut, ſi Cantuarienſis archiepiſcopus concilium cogere voluerit, ubicunque ei viſum fuerit, Eboracenſis archiepiſcopus ſui praeſentiam, cum omnibus ſibi ſubjectis, ad nutum ejus exhibeat, et ejus canonicis diſpoſitionibus obediens exiſtat. Quod autem Eboracenſis archiepiſcopus profeſſionem Cantuarienſi archiepiſcopo facere etiam cum ſacramento debeat, Lanfrancus, Dorobernenſis archiepiſcopus ex antiqua anteceſſorum conſuetudine oſtendit; ſed ob amorem regis, Thomae Eboracenſi archiepiſcopo ſacramentum relaxavit, ſcriptamque tantum profeſſionem recepit, non praejudicans ſucceſſoribus ſuis, qui ſacramentum, cum profeſſione, a ſucceſſoribus Thomae exigere voluerint. Si archiepiſcopus Cantuarienſis vitam finierit, Eboracenſis archiepiſcopus Doroberniam veniet, et eum, qui electus fuerit, cum caeteris praefatae eccleſiae epiſcopis, ut primatem proprium jure conſecrabit. Quodſi Eboracenſis archiepiſcopus obierit, is, qui ei ſucceſſurus eligitur, accepto a rege archiepiſcopatus dono, Cantuariam, vel ubi Cantuarienſi archiepiſcopo placuerit, accedet, et ab ipſo ordinationem canonico more ſuſcipiet.

Huic conſtitutioni conſenſerunt praefatus rex, et archiepiſcopi, Lanfrancus Cantuarienſis, et Thomas Eboracenſis, et caeteri, qui interfuerunt, epiſcopi et abbates. Ventilata eſt autem haec cauſa, prius apud Wentanam civitatem in paſchali ſolennitate, in capella regia, quae ſita eſt in caſtello; poſtea in villa regia, quae vocatur Windleſor[a], ubi et finem accepit in praeſentia regis, epiſcoporum, abbatum diverſorum ordinum, qui congregati erant apud curiam, in feſtivitate Pentecoſtes.

✠ Signum Willielmi regis. ✠ Signum Matildis reginae.

Ego Hubertus, S. Romanae eccleſiae lector, et domini Alexandri papae legatus, ſubſcripſi.

Ego Lanfrancus, Dorobernenſis archiepiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Thomas, Eboracenſis archiepiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Willielmus, Lundonienſis epiſcopus, conſenſi.

Ego Hermannus, Siraburnenſis epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Wulſtanus, Wigornenſis epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Walterus, Herefordenſis epiſcopus, conſenſi.

Ego Giſo, Wellenſis epiſcopus, conſenſi.

Ego Remigius, Dorcacenſis epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Walchelinus, Wentanus epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Herfaſtus, Helmeanenſis epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Stigandus, Ciceſtrenſis epiſcopus, conſenſi.

Ego Siwardus, Hroſenſis epiſcopus, conſenſi.

Ego Oſbernus, Exonienſis epiſcopus, conſenſi[b].

Ego Odo, Bajocenſis epiſcopus et comes Cantiae, conſenſi.

Ego Gosfridus[c], Conſtantienſis epiſcopus et unus de primatibus Anglorum, conſenſi.

Ego Scollandus, abbas coenobii S. Auguſtini, conſenſi.

Ego Elfwinus, abbas coenobii, quod Rameſei dicitur, conſenſi.

Ego Elnodus, Glaſtonienſis abbas, conſenſi.

Ego Thurſtanus, abbas coenobii, quod in inſula, quae dicitur Ely, ſitum eſt, conſenſi.

Ego Wivoldus[d], abbas coenobii, quod Certeſei dicitur, conſenſi.

Ego Elwinus, abbas coenobii Eveſham[e], conſenſi.

Ego Fredericus, abbas coenobii S. Albani, conſenſi.

Ego Goisfridus, abbas coenobii S. Petri, quod non longe a Lundonia ſitum eſt, conſenſi.

Ego Baldwinus, abbas coenobii S. Edmundi, conſenſi.

Ego Thoroldus, abbas de Burgo, conſenſi.

Ego Adelelmus[f], abbas coenobii Abendoniae, conſenſi.

Ego Rualodus, abbas novi monaſterii Wentoniae, conſenſi.

[a] Reg. Arund. *Wyndſor.* [b] Ordinem ſubſcribentium paululum mutat MS. Cant. MS. Co[illegible] modo legunt. [c] MS. Arundel. *Goiffridus* [illegible] [d] MS. Cant. [illegible] [e] MS. [illegible] [f] MS. Cant. *Ethelelmus.*

Epiſtola Alexandri II. *papae Willelmo, regi Anglorum, hortans eum, ad perſiſtendum in fide, et ad ſequendum monita Lanfranci, archiep. Cantuar.* Ex regiſt. Cant. eccl. A. fol. 7. a.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo filio Willelmo, glorioſo regi Anglorum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Omnipotenti Deo laudes gratiaſque referimus, quod hoc in tempore, licet mundus in maligno poſitus, plus ſolito pravis incumbat ſtudiis, tamen inter mundi rectores et principes egregiam veſtrae religionis famam intelligimus, et quantum honoris ſanctae eccleſiae, tum ſimoniacae haereſis vires opprimendo, cum catholicae libertatis uſus et officia confirmando, veſtra virtus impendat, non dubia relatione cognoſcimus. Sed quoniam non iis, qui bona demonſtrant initia, ſed in fine probatis, praemium et corona promittitur; excellentiam veſtram plena dilectione monemus, ut in ſtudio chriſtianiſſimae devotionis veſtrae perſiſtatis. Et primo quidem eccleſias Chriſti, quae in regno veſtro ſunt, religioſo cultu et juſtis diſpoſitionibus exornetis, commiſſa vobis regni gubernacula, ita juſtitiam tenendo, tractetis, ut ex operum rectitudine, quod ſcriptum eſt, cor regis in manu Dei, vobis manifeſte congruat. Rogamus etiam dilectionem veſtram, ut eccleſiaſticas perſonas ab injuria defendatis, viduas et orphanos et oppreſſos miſericorditer relevando protegatis; quum licet ille Rex regum, et ſupernus arbiter totius regni, quod vobis tradidit, rationem a vobis exigat; pro his tamen diſtrictius appellabit, quibus hic non ſunt vires et arma, niſi veſtra potentia. Ad haec igitur perficienda et aliarum virtutum incrementa percipienda, fratris noſtri Lanfranci, Cantuarienſis archiepiſcopi, monitis et conſiliis gloriam veſtram hortamur adquieſcere, quem chariſſimum membrum et unum ex primis Romanae eccleſiae filiis lateri veſtro aſſidue non adjunctum eſſe dolemus, ſed ex fructu, quem eccleſiae in regno veſtro tribuit, conſolationem ejus abſentiae ſumimus. Praeterea eminentiae veſtrae notum eſſe volumus, quod cauſa Alricii, qui olim Ciceſtrenſis eccleſiae praeſul dictus, a ſuppoſitis legatorum noſtrorum depoſitus eſt, non ad plenum nobis tractata videtur. Ideoque, ſicut in canonibus cautum eſt, in priſtinum locum debere reſtitui judicavimus; deinde cauſam ejus juxta cenſuram canonicae traditionis diligenter retractandam, et diffiniendam praedicto fratri noſtro archiepiſcopo Lanfranco commiſimus. Item ſibi negotium de decernenda lite, quae inter archiepiſcopum Eboracenſem et epiſcopum Dorcaceſtrenſem de pertinentia dioeceſis eorum eſt, firmiter injungendo commendavimus, ut hanc cauſam diligentiſſime pertractet, et juſto fine determinet. In cauſis autem pertractandis et diffiniendis ita ſibi veſtrae et apoſtolicae auctoritatis vicem dedimus, ut quicquid in eis, juſtitia dictante, determinaverit, quaſi in noſtra praeſentia diffinitum, deinceps firmum et indiſſolubile teneatur. Multa vobis praeter haec ſignificata dediſſemus, niſi quod ea in hujuſmodi dilectiſſimi fratris noſtri Lanfranci et ejuſdem fideliſſimi vobis ore poſuimus, ut ejus viva voce et noſtrae dilectionis affectum plenius cognoſcatis, et reliqua noſtrae legationis verba attentius audiatis. Deus autem omnipotens det vobis quaecunque ſibi ſunt placita et velle et poſſe, ut et hic auctor ſit noſtri gubernaculi, et retributor in gloria ſempiterna gaudii.

Lanfranci, archiepiſcopi Cantuar. epiſtola ad Alexandrum papam II. *de primatu eccleſiae Cantuar. ſuper eccleſiam Eboracen.* Ex MS. Cott. Cleopat. E. 1. fol. 48. b. ſeq.

DOMINO totius chriſtianae religionis ſummo ſpeculatori, Alexandro papae, Lanfrancus, indignus ſanctae Dorobernenſis eccleſiae antiſtes, debitam cum omni ſervitute obedientiam. Meminiſſe debet humiliter excellens excellenterque humilis beatitudo veſtra, quia quo tempore apud vos fuimus, Eboracen. eccleſiae antiſtes adverſum me palam murmuravit, clam detraxit, in praeſentia celſitudinis veſtrae calumniam ſuſcitavit, dicens; me injuſte velle agere, eo quod ſuper ſe ſuamque eccleſiam jure noſtrae eccleſiae primatum niterer obtinere. De quorundam quoque ſubjectione epiſcoporum, quos eccleſiae ſuae conatus eſt aggregare, antiquam ſua querela non eſt veritus temerare conſuetudinem. Quibus de rebus vos, ſicut ſanctum prudentemque paſtorem decuit et oportuit, per ſcriptum ſententiam promulgaſtis, quatenus conventus Anglicae terrae epiſcoporum, abbatum, caeterarumque religioſi ordinis perſonarum utriuſque partis rationes audiret, diſcuteret, definiret: factumque eſt ita. Convenerunt enim ad regalem curiam apud Wentanam civitatem in paſchali ſolennitate epiſcopi, abbates, caeterique ex ſacro ac laicali ordine, quos fide et actione morumque probitate par fuerat conveniſſe. Inprimis adjurati ſunt a nobis ex veſtra auctoritate per ſanctam obedientiam; deinde regia poteſtas per ſemetipſam

ipſam conteſtata eſt eos per fidem et ſacramentum, quibus ſibi colligati erant, quatenus hanc cauſam intentiſſime audirent, auditam ad certum rectumque finem ſine partium favore perducerent. Utrumque omnes concorditer ſuſceperunt, ſeſeque ita facturos ſub praefata obligatione ſpoponderunt. Allata eſt igitur eccleſiaſtica gentis Anglorum hiſtoria, quam Eboracenſis eccleſiae preſbyter, et Anglorum doctor Beda compoſuit; lectae ſententiae, quibus pace omnium demonſtratum eſt, a tempore beati Auguſtini, primi Dorobernenſis archiepiſcopi, uſque ad ipſius Bedae ultimam ſenectutem, quod fere centum et quadraginta annorum ſpatio terminatur, anteceſſores meos ſuper Eboracenſem eccleſiam, totamque inſulam, quam Britanniam vocant, necnon et Hiberniam primatum geſſiſſe, curam paſtoralem omnibus impendiſſe; in ipſa Eboracenſi urbe perſaepe lociſque finitimis, ubi eis viſum fuit, epiſcopales ordinationes atque concilia celebraſſe, Eboracenſes antiſtites ad ipſa concilia vocaſſe, et, cum res popoſciſſet, de ſuis eos actibus rationem reddere compuliſſe. Epiſcopos quoque, quorum ſubjectionem in quaeſtionem adduxerat, infra illud centum et quadraginta annorum ſpatium per Dorobernenſes archiepiſcopos fuiſſe ſacratos, ad concilia vocatos; quoſdam quoque, exigentibus culpis, ab eis cum Romanae ſedis auctoritate depoſitos. Multaque in hunc modum, quae epiſtolaris modeſtia per ſingula explicare non poteſt. Diverſa ad legendum porrecta concilia, quae diverſis temporibus diverſis de cauſis a meis ſunt anteceſſoribus celebrata. Quae tametſi non eandem ſuae inſtitutionis habuere materiam, eandem tamen de primatu, et ſubjectionibus epiſcoporum tenuere ſententiam. Recitatae eorundem, de quibus quaeſtio verſabatur, epiſcoporum ante praedeceſſores meos factae electiones, et per eos ordinationes, qui Dorobernenſi eccleſiae de ſua obedientia ſcriptas reliquerunt profeſſiones. Urbs namque, quae nunc Cantuarberia nominatur, antiquis temporibus ab ipſius terrae incolis Dorobernia vocabatur. Acceſſerunt omnium teſtimonia, qui omnia, quae ſcripta ſonuerunt, ſe ſuis quiſque temporibus vidiſſe et audiſſe conſtantiſſime firmaverunt. Nec defuerunt geſta, quibus reſervatum eſt, cum Anglia per plures eſſet regulos diviſa; Northanhumbrorum regem, ubi ſita eſt civitas Eboraca, accepto pretio, cuidam ſimoniaco epiſcopium vendidiſſe; pro qua culpa a Dorobernenſi archiepiſcopo ad concilium vocatum fuiſſe, nolentemque venire, pro ſua inobedientia excommunicationis ſententiam pertuliſſe. Cujus communionis atque conſortii omnis illarum partium eccleſia tamdiu abſtinuit, quoad uſque concilio ſeipſum exhibuit, culpam dixit, quod male geſtum eſt, correxit; de reliquo fore ſe emendaturum ſpopondit. Quae res non mediocre tulit indicium, anteceſſores meos ſuper illam terram, illamque eccleſiam habuiſſe primatum. Ultimum quaſi robur, totiuſque cauſae firmamentum prolata ſunt anteceſſorum veſtrorum Gregorii, Bonifacii, Honorii, Vitaliani, Sergii, item Gregorii, Leonis, item ultimi Leonis privilegia atque ſcripta, quae Dorobernenſis eccleſiae praeſulibus, Anglorumque regibus, aliis atque aliis temporibus, variis de cauſis ſunt data, aut tranſmiſſa. Reliqua enim reliquorum tam auctentica, quam eorum exemplaria in ea combuſtione atque abolitione, quam eccleſia noſtra ante quadriennium perpeſſa eſt, penitus ſunt abſumpta. His atque aliis, quae particulatim breviterque explicari non poſſunt, ex parte noſtrae eccleſiae in cauſa peroratis, contra tantam tantarum auctoritatum evidentiam pauciſſimas contradictiones oppoſuit; epiſtolam illam praecipue ferens in medium, qua beatus Gregorius Lundonienſem atque Eboracenſem eccleſiam pares eſſe, nec alteram alteri ſubjacere inſtituit. Quam ſcripturam cum in rem nihil facere concordi ſententia cuncti protinus definiſſent, pro eo, quod nec ego Lundonienſis epiſcopus eſſem, nec de Lundonienſi eccleſia eſſet quaeſtio inſtituta; vertit ſe ad alia egena atque infirma argumenta, quae poſt paucam moram, Chriſto revelante, paucis objectionibus ſunt abolita. Quem, cum rex dulci paternaque reprehenſione argueret, quod contra tantam argumentorum copiam tam inops rationum venire praeſumpſiſſet; reſpondit ſe antea ignoraſſe Dorobernenſem eccleſiam tot tantiſque auctoritatibus, tamque perſpicuis rationibus eſſe munitam. Verſus itaque ad preces eſt. Rogavit enim regem, ut me rogaret, quatenus omnem mentis rancorem adverſus eum pro hac cauſa diu conceptum omitterem, pacem diligerem, concordiam facerem, aliqua, quae mei eſſent juris, ſtudio ei charitatis concederem. Cui petitioni ego libenter et cum gratiarum actione aſſenſum praebui, quia miſerante Deo, non ego, ſed ille priſcae conſuetudinis violator, cauſa erat iſtius ſcandali. Facta eſt igitur communi omnium aſtipulatione de hac re quaedam ſcriptura, cujus exemplaria per principales Anglorum eccleſias diſtributa, futuris ſemper temporibus teſtimonium ferant, ad quem finem cauſa iſta fuerit perducta. Cujus exemplar vobis quoque, quibus ſanctam totius mundi eccleſiam conſtat eſſe commiſſam, tranſmittendum curavi, ut ex hoc atque aliis, quae tranſmiſſa ſunt, perſpicue cognoſcatis, ex more anteceſſorum, quid mihi Chriſtique eccleſiae, quam regendam ſuſcepi, concedere debeatis. Omnipotens Dominus vitam veſtram, ad honorem ſanctae eccleſiae, veſtris diſpoſitionibus divinitus commiſſae, in tempore prolixam faciat, quatenus poſt tempus, quae ſine tempore ſunt, prolixa aeternitatis ſpatia vobis concedat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
ALEXAND. II. 11.	LANFRANC. 3.	1072.	GUILIELM. Conqueſt. 6.

Epiſtola Alexandri II. *papae, ad Lanfrancum, Cantuar. archiepiſcopum, de conſervando monaſterio in Dorobernia.* Ex MS. Cott. Cleopatra E. I. fol. 49.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo fratri in Chriſto, Lanfranco, venerabili Cantuariorum archiepiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Accepimus a quibuſdam venientibus de veſtris partibus ad limina ſanctorum apoſtolorum Petri et Pauli, quod quidam clerici, aſſociato ſibi terrenae poteſtatis, laicorum videlicet, auxilio, diabolico ſpiritu repleti, moliuntur de eccleſia ſancti ſalvatoris in Dorobernia, quae eſt metropolis totius Britanniae, monachos expellere, et clericos inibi ſtatuere. Cui nefario operi molitionis ſuae hoc adjicere conantur, ut in omni ſede epiſcopali ordo monachorum extirpetur, quaſi in eis non vigeat auctoritas religionis. Qua de re zelo Dei compulſi ſcrutinium de privilegiis eccleſiarum fieri praecepimus, et venit ad manus ſtatutum praedeceſſoris noſtri beatae memoriae Gregorii majoris de eccleſiis Angliae, quomodo ſcilicet praecepit Auguſtino, gentis veſtrae apoſtolo, ut ejuſdem ordinis viros, cujus et ipſe noſcitur eſſe, poneret in praefata ſede metropolitana; cujus praeceptionis inter alia haec ſubnexa ſunt: Quia tua, inquit, fraternitas monaſterii regulis erudita, in eccleſia Anglorum, quae nuper, auctore Deo, ad fidem perducta eſt, hanc debet converſationem inſtituere, quae in initio naſcentis eccleſiae fuit patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex iis, quae poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Quam communionis regulam ordini monachorum permaxime congruere, nemo qui dubitat. Hinc habetur epiſtola Bonifacii, qui quartus a beato Gregorio eccleſiae Romanae, cui, auctore Deo, praeſidemus, praefuit, quam Aethelberto, regi Anglorum, et Laurentio archiepiſcopo, praedeceſſori veſtro, tranſmiſit, in qua, quibuſdam praemiſſis, hujuſmodi cenſura anathematis uſus eſt: Glorioſe, inquit, fili, quod ab apoſtolica ſede per coepiſcopum Mellitum poſtulaſtis, libenti animo concedimus, id eſt, ut veſtra benignitas in monaſterio, in Dorobernenſi civitate conſtituto, quod ſanctus doctor veſter Auguſtinus, beatae memoriae Gregorii diſcipulus, ſancti ſalvatoris nomini conſecravit, cui ad praeſens praeeſſe dignoſcitur dilectiſſimus frater noſter Laurentius, licenter per omnia monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat, apoſtolica auctoritate decernentes, ut ipſi veſtrae ſalutis praedicatores monachi monachorum gregem ſibi aſſocient, et eorum vitam ſanctitatum moribus exornent. Quae noſtra decreta, ſi quis ſucceſſorum veſtrorum regum, ſive epiſcoporum, clericorum, ſive laicorum, irrita facere temptaverit, a principe apoſtolorum Petro, et a cunctis ſucceſſoribus ſuis anathematis vinculo ſubjaceat; quoad uſque, quod temerario auſu peregit, Deo placita ſatiſfactione poeniteat, et hujus inquietudinis veſtrae emendationem promittat. Unde quia, ratione dictante, quieti eccleſiarum utile eſſe perſpeximus, praeſens decretum ſupranominatorum patrum confirmamus, et vice apoſtolorum ſub eodem anathemate eos conſtringimus, quicunque huic obviare contenderint.

Conſtitutiones Lanfranci, archiepiſcopi Cantuarienſis ‡. Ex MS. Dunelm. B. iv. 24. fol. 47.

LANFRANCUS, indignus ſanctae Dorobernenſis eccleſiae antiſtes, dilectiſſimis fratribus ſuis, Henrico priori, et caeteris, ſalutem et benedictionem. Mittimus vobis noſtri ordinis conſuetudines ſcriptas, quas excerpſimus ex conſuetudinibus eorum coenobiorum, quae noſtro tempore majoris auctoritatis ſunt in ordine monachorum. Addidimus quoque perpauca, et mutavimus nonnulla, et maxime in celebrandis quibuſdam feſtis, excellentius in noſtra eccleſia oportere ea agi cenſentes, propter primatem ſedem. In quibus nec nobis, qui praeſentes ſumus, nec iis, qui poſt nos venturi ſunt, in aliquo praejudicamus, ut non vel eis addere, vel ab eis tollere, vel in eis permutare aliqua valeamus, ſi aliter ea commodius poſſe fieri vel magiſtra ratione, vel doctiorum auctoritate intelligamus. Quantumlibet enim quiſquam proficiat, maximus ei defectus eſt exiſtimare, ſe ultra non poſſe proficere: nam numerus fratrum auctus vel diminutus, facultates locorum, varietates rerum, quae ſaepe eveniunt, diverſitates ſenſuum, quod alii quidem ſic, et alii ſic intelligunt, pleraque diu ſervata, plerumque aliter ordinari compellunt; hinc eſt, quod nulla fere eccleſia imitari aliam per omnia poteſt: illud tamen cautiſſime attendendum eſt, ut ea, ſine quibus anima ſalvari non poteſt, omnibus modis inviolata ſerventur; fidem dico, contemptum mundi, charitatem, caſtitatem, humilitatem, patientiam, obedientiam, de perpetratis culpis poenitudinem, earumque humilem confeſſionem, frequentes orationes, competens ſilentium, multaque in hunc modum; haec ubi ſervantur, rectiſſime poteſt dici regulam ſancti Benedicti, et monachorum ibi ordinem cuſtodiri, quoquomodo varientur caetera, quae pro arbitrio diverſorum in diverſis ſunt coenobiis inſtituta; cujuſ-

‡ Quo anno Lanfrancus conſtitutiones has ediderit, haud certo conſtat; nos ad annum poſt ſuſceptum archiepiſcopatum, tertium eas referimus, quo (dicente Will. Malmeſb.) inſolentiam monachorum Cantuarienſium ſecularium repreſſit et extinxit.

modi

modi ſunt, quod in praecipuis ſolemnitatibus alibi in tunicis tantum, quos froccos vocant, et alibi in albis et cappis cantores ad veſperas reſponſorium canunt; quod in eiſdem feſtivitatibus in aliis locis albis ſolummodo, et in aliis cappis etiam induti procedunt; quod in quibuſdam coenobiis viceni, vel triceni, aut plus, aut minus ſimul in alveis, et in quibuſdam ſinguli in ſingulis catinis pedes in clauſtro ante mandatum abluunt; quod pleraque monaſteria menſe Februario, tranſacta beatae Mariae feſtivitate, officium mortuorum poſt veſperas dicere incipiunt, et pleraque uſque ad Septuageſimam praeſtolantur. Hujus generis alia plurima exiſtunt, quae pro ſui prolixitate breviter enumerari non poſſunt; haec tamen ipſa, poſtquam ſervanda ſubjectis a paſtoribus ordinantur, ab iis, quorum tota vita in obedientia ſita eſt, ſine culpa minime violantur. Inde vero nemo turbetur, quod in tractatu earum conſuetudinum nomen abbatis tantum, non epiſcopi vel archiepiſcopi, ponitur: ordo quippe monachorum deſcribitur, quorum per abbates frequentius, quam per antiſtites vita diſponitur; quamvis et ipſi antiſtites, ſi paternam curam vice Chriſti ſubjectis ſuis impendant, non abſurde abbates, id eſt patres, congruo ſuis actibus vocabulo, appellari queant. Deus pacis et dilectionis vobiſcum maneat, et ipſe pace et dilectione ſua vos repleat, et ab omnibus peccatis clementer abſolvat. Amen, Amen.

Calendis Octobris remaneat meridiana, quam facere ſolent monachi in aeſtate. A dominica prima hujus menſis cantetur, et legatur de libris Machabeorum uſque ad feſtivitatem Omnium Sanctorum; canantur hymni dominicis diebus uſque ad Adventum Domini, ad nocturna "Primo dierum," ad laudes, "Aeterne rerum conditor." Privatis diebus, poſt matutina, uſque ad feſtivitatem Omnium Sanctorum, revertantur ad lectos ſuos; illuceſcente autem die, pulſetur a cuſtode eccleſiae parvulum ſignum modice. Surgentes fratres in nocturnalibus ſuis, et infantes et juvenes cum luminaribus ſuis, veniant in eccleſiam, et facta oratione, cantent Primam, et pſalmos familiares cum collectis ſuis, et ſeptem pſalmos et litaniam; inde exeuntes, ſedeant in clauſtro. Pueri vero primitus alte legant, et poſtea, ſi opus fuerit, cantent. Omni tempore antequam legant infantes, nullus in clauſtro legat aut cantet, niſi in ſilentio, nec ad confeſſionem pergat. Antequam ſonet ſignum ad apparatum Tertiae; nullus calciet ſe diurnalibus ſuis, exceptis iis, quibus extra clauſtrum cura obedientiae injuncta eſt; et hi priuſquam exeant, aliquantulum in clauſtro ſedere debent et expectare, ut prius infantes in ſcholis ſuis legant. Cum appropinquaverit tempus horae tertiae, pulſetur a ſecretario modice ſignum minimum, quam "Skillam" vocant, et ſtatim pergant in dormitorium, et calcient ſe diurnalibus, et cultellos accipiant; deinde ad lavatorium veniant, et prius lavent ſe, et poſtea pectinent: dehinc ad eccleſiam veniant, aquam benedictam ſumant, in chorum vadant, et incumbentes terrae infantes expectent. Cum vero infantes loti fuerint, et ſe pectinare inceperint, pulſetur majus ſignum ad horam; accedentes et ipſi ad aquam benedictam, in chorum veniant, et dimiſſo ſigno, omnes ſimul tres orationes faciant. Quibus factis, pulſetur minus ſignum, et canatur Tertia: inchoato pſalmo "Miſerere mei, Deus," ſurgentes miſſam matutinalem celebraturi ante et retro faciant, et ſe induere pergant. Celebrata miſſa, ſedeant omnes in choro, praeter aliquos converſos, qui ſacerdotem et eos, qui ad miſſam ſervierunt, adjuvare debent; quod, cum expleverint, redeant et ipſi in chorum: tunc, jubente abbate, prior ſonet ſignum minimum. Deinde eant omnes in capitulum, duo et duo, ſicut ſunt priores, majores prius, poſtea infantes. Peracto capitulo, pulſata tabula dicto ab abbate vel priore, "Benedicite" loquentur in clauſtro. Infantes capitulum ſuum teneant, et poſtea in refectorium pergant. Poſt Sextam nullus in clauſtro loquatur, donec infantes de monaſterio exeant, et minimus eorum alta voce "Benedicite" dicat; facto intervallo, pulſata ad apparatum miſſae ſkilla, pulſato ad miſſam ſigno, oratione facta, dicatur ab infante litania, induantur, qui celebraturi ſunt miſſam, et ſervituri ſunt ad miſſam. Quarta et ſexta feria, ſi poſt Sextam, et ante miſſam per clauſtrum proceſſuri ſunt, non pulſetur ſkilla ad apparatum miſſae, ſed cum opus proceſſionis ſecretarius inſtare proſpexerit, ſonet unum de mediocribus ſignis. Quo audito, ſtatim ſilentium fiat in clauſtro. Diſcalcient ſe, manus abluant, in eccleſiam vadant, factaque oratione, et pulſatis duobus ſignis, dictis, quae dici ſolent, proceſſionem faciant, ſicut in iiſdem diebus in Quadrageſima, et in aeſtate, de qua poſterius dicendum eſt; poſt miſſam, pulſato ſigno, agatur oratio: poſt orationem vadant in refectorium accipere mixtum hebdomadarii, coquinae, et menſae lector. Si vero alii ſint, qui pro utilitate eccleſiae majori miſſae non poſſint intereſſe, in poteſtate abbatis vel prioris ſit, utrum et ipſi mixtum accipere, et ſtatutam hebdomadariis debeant quantitatem panis et potus habere. Alii vero fratres interim in choro ſedeant, et qui voluerint, legant: ſervitoribus in chorum redeuntibus, pulſetur ſignum, cantetur Nona. Cantata Nona, exeant prior ad percutiendum cymbalum, hebdomadarii, coquinae, et caeteri, qui ſerviturі ſunt, ad injuncta ſibi officia.

Calendae Novembris, ſi die dominica evenerint, feſtivitas Omnium Sanctorum ſolenniter agatur; ſequentibus vero privatis diebus reſponſoria dicantur "Vidi Dominum," et lectiones longae ex prophetis. Si vero dies calendarum feria ſecunda, aut tertia, aut quarta evenerit, praecedente dominica inchoetur hiſtoria "Vidi Dominum," ſed tamen intervalla non niſi poſt calendas incipiant. Si vero quinta vel ſexta feria, vel ſabbato calendae extiterint, ſequente dominica inchoetur hiſtoria, et lectiones ex prophetis; lectiones vero grandes et intervalla mox poſt feſtivitatem inchoentur. Ab hac feſtivitate uſque ad quintam feriam ante Paſcha niſi duodecim lectiones aut octava fuerint, canantur privatis diebus poſt orationes ante nocturna officia triginta pſalmi ab "Ad Dominum cum tribularer" uſque "Omnis ſpiritus laudet Dominum."

minum." Primi decem pro defunctis ſine "Gloria;" ſequentes decem pro congregatione, bini cum una "Gloria," extremi decem pro familiaribus et benefactoribus, et hi bini cum una "Gloria" ſinguli cum precibus et collectis ſuis; et poſt nocturna et familiares pſalmos officium mortuorum, et matutinae laudes de omnibus ſanctis et "Verba mea," ſi tricenarium habent. Poſt haec deſcendentes a dormitorio, ſedeant in choro; infantes in capitulo cum luminaribus diligenter a magiſtris cuſtodiantur, canentes quod neceſſarium erit, aut ſi nimis profunda nocte ſurrexerint, pauſent jacentes ad ſedilia ſua. Iſto intervallo debet prior cum abſconſa accenſa per chorum ire, ac videre quam regulariter ſedeant, deinde per altaria et membra monaſterii, ne forte aliquis ibi dormiat. Si vero aliquem orantem invenerit, ſilenter pertranſeat; quodſi aliquem dormientem repererit, evigilato in chorum ſigno facto reverti praecipiat. Deinde debet per clauſtrum et in capitulum ire, ac videre qualiter ſe habeant magiſtri, et infantes, et per loca alia, ubi neceſſarium eſſe perſpexerit. Cum tempus fuerit, pulſato ſigno, venientibus pueris, facta oratione, canantur matutinae laudes, commemoratio ſanctorum. Prima cum pſalmis familiaribus, et precibus, et collectis ſuis cum ſeptem pſalmis et litania: poſt haec ita omnia agenda ſunt, ut ſupra dictum eſt in menſe Octobri. Secretario autem ſolicite providendum eſt, ut tali hora matutinas laudes faciat incipere, quatenus omnia luce clareſcente finiantur. Si autem aliqua dubietate deluditur, et aliquid noctis poſt litaniam fuerit, ſicut ſupra in primo intervallo, ita ſe habeant fratres, videlicet, ut praeter ſanguine minutos nullus revertatur ad ſtratum. Clareſcente vero die exeant in clauſtrum ſedere. Ad completorium hymnus "Chriſte, qui lux es et dies."

Dominica ante Adventum Domini canatur hiſtoria de ſancta Trinitate. Hymnus "Primo dierum." Pſalmi "Domine in virtute tua," et reliqui. In tertio nocturno pronuncietur evangelium "Cum ſublevaſſet," et idem legatur a ſacerdote reveſtito cum collecta "Excita Domine." Ad laudes pſalmi "Dominus regnavit." Antiphonae de Trinitate, et ſimiliter ſuper horas uſque ad veſperas, cum capitulis et verſibus et collectis ad "Benedictus" antiphona et collecta de Trinitate. Poſt collectam dicatur antiphona ex evangelio "Cum ſublevaſſet" cum "Gloria Patri." Verſus "Dominus regnavit," collecta "Excita Domine." Sermo in capitulo et miſſa matutinalis de dominica, major de ſancta Trinitate. Si feſtivitas duodecim lectionum ipſa die evenerit, non mutetur ipſa duodecim lectionum feſtivitas.

Sabbato praecedente dominicam de Adventu Domini, dimittatur ad veſperas oratio de cruce, uſque ad octavas Epiphaniae. Si feſtivitas ſancti Andreae in hac die evenerit, agantur pleniter veſperae de apoſtolo. Finitis veſperis, incipiatur antiphona, "Ecce nomen Domini" cum "Gloria Patri." Dicta antiphona, ſequatur verſus et collecta de Adventu Domini. In craſtino ad invitatorium duo fratres in albis, in ſede epiſcopali in cappis. Et ubicunque ordo monachorum, qui hic deſcribitur, ad invitatorium, et ad "Benedictus," et ad "Magnificat" praecipitur eſſe in albis. In ſede epiſcopali inſtitutum eſt eſſe in cappis. Lectiones de Iſaia propheta uſque ad nativitatem Domini. In matutinis laudibus pſalmi "Miſerere mei Deus" et reliqui. Ad "Benedictus" ſacerdos in alba incenſet altaria. Ad Primam capitulum "Domine miſerere noſtri" omnibus dominicis et feſtis uſque ad nativitatem Domini "Gloria in excelſis Deo" minime dicatur, ad majorem miſſam diaconus et ſubdiaconus caſulis ſint induti. Dominicis et aliis feſtis, quibus duodecim lectiones faciunt, adipem comedant; ſi feſtivitas ſancti Andreae in hac die evenerit, praecedente Sabbato, ſicut in vigilia jejunetur, et miſſa de vigilia dicatur. Commemoratio ad veſperas et in craſtino ad matutinas laudes, et miſſa matutinalis de apoſtolo agatur, feſtivitas vero in craſtinum differatur. Ad veſperas ipſius diei capitulum et caetera, quae ſequuntur, de apoſtolo dicantur: dehinc commemoratio de Adventu. Privatis diebus preces "Oremus pro omni gradu eccleſiae." Feria quarta, ſexta, et Sabbato, quatuor temporum pronuncientur evangelia ipſorum dierum. Vigilia Thomae apoſtoli, ſi dies dominicus non fuerit, radantur fratres, et ſic balneentur, qui volunt balneari, ut duobus diebus ante dominicam Nativitatis ſint omnes balneati. Si neceſſe ſit, ipſo apoſtolicae feſtivitatis die balneari poſſunt. Ipſa autem balnea hoc ordine diſponantur: praecedente die debet abbas, aut qui ordinem tenet, providere unum ſeniorem religioſum atque prudentem, cui praecipiat curam habere de ipſis, qui commoneat fratres, qua hora ire debeant, et videre, quam ordinate ibi ſe contineant. Qui ſenior illuc pergens, videat qualiter ſint praeparata, et quales famuli ibi ſint deputati, ſcilicet non infantes nec juvenes, ſed aetate provectiores. Quodſi aliquid incongruum viderit, indicet camerario, et ille ſtatim emendet. Reverſuſque ſenior in clauſtrum, commoneat fratres, quod opus eſſe cognoverit. Sed hoc caveat, ne adoleſcentes et novitii ſimul eant, ſed cum ſenioribus. Illi vero fratres, quos commonuerit, poſtquam raſi fuerint, accipientes veſtimenta, quae mutare debent, pergant ad locum, in quo balnea praeparantur, ibique exuentes veſtimenta ſua ſic ordinate, ut in dormitorio facere conſueverunt, intrent, unuſquiſque ubi ei fuerit demonſtratum, et depoſito velo, quod ante eos pendet, ſedeat cum ſilentio. Si quid vero ei neceſſarium fuerit, modeſte ſigno aliquo petat, famulus vero elevato velo deferat illi celeriter quod petit, et ſtatim revertatur. Poſtquam ſatis ablutus fuerit, non delectetur ibi diutius demorari. Surgens vero calciatus atque veſtitus, ſicut in dormitorio conſuevit, ablutis manibus revertatur in clauſtrum. Adoleſcentes, qui ſunt in cuſtodia, cum cuſtodibus ſuis eant, et revertantur. A Prima uſque ad completorium omnibus horis poſſunt ire fratres ad balnea, ſed nullus praeſumat ire abſque licentia fratris, cui hoc commiſſum eſt. Si vigilia dominicae Nativitatis in dominica die evenerit, duo fratres invitatorium de dominica in albis dicant, primum et ſecundum nocturnum de ipſa dominica fiant, tertium, et matutinae laudes de vigilia.

gilia. Poſt primam collectam commemoratio de dominica: miſſa matutinalis de dominica, major de vigilia: alia vero die ſicut privatis diebus, ſigna pulſentur et triginta pſalmi dicantur. Invitatorium duo canant, ſed non in albis. Evangelium pronuncietur. Capitulum ad nocturnum, et oratio, et verſus de vigilia. Caetera ſicut retro actis diebus, ſcilicet officium mortuorum, matutinae de omnibus ſanctis, infantes in dormitorium vadant, et in capitulum revertantur. Ad laudes ſicut aliis diebus pulſetur unum ſignum, factaque oratione ſupra formas pulſentur omnia ſigna. Quibus ceſſantibus, incipiant matutinas laudes. Pſalmi "Dominus regnavit" et reliqui Primam, antiphonam hebdomadarius incipiat. Capitulum, "Paulus ſervus Chriſti Jeſu." Sacerdos indutus alba incenſet altaria. Preces "Ego dixi Domine." Pſalmum unum "Miſerere mei Deus." Commemoratio ſanctorum, Prima, pſalmi, litania; dicta Tertia et miſſa matutinali ſignum capituli diutius ſolito eſt pulſandum, ut, cunctis occupationibus praetermiſſis, ad initium capituli omnes conveniant, ut cum Chriſti Domini noſtri nativitas pronunciatur, proſternant ſe cuncti in terram. Lector etiam ante Analogium pariter orantes, uſque dum qui ordinem tenet, oratione facta erigat ſe. Pronuncietur evangelium, et ex eo ſermo agatur; poſt Sextam facto intervallo pulſetur ſignum, conveniant fratres in eccleſiam, orationem communiter faciant, litania minime dicatur, induantur miſſam celebraturi, ſacerdos honorifice, Levita Dalmatica, duo ſubdiaconi tunicis, unus ad prophetiam, et alter ad epiſtolam, duo albis ad reſponſorium, cantor hebdomadarius cappa, ad chorum tres converſi, unus ad thuribulum, duo ad candelabra, pulſetur claſſicum, ad canonem ſupra formas proſternantur tabulae refectorii coopertae.

In nocte dominicae Nativitatis omnia ſigna primum pulſentur: ad invitatorium quatuor fratres in cappis. In unoquoque nocturno ad tertiam lectionem duo ſacerdotes cappis induti duo thuribula circumferant, primo duobus altaribus majori et matutinali, dehinc fratribus in choro ſedentibus. In tertio nocturno pronuncientur evangelia haec "Liber Generationis." "Exiit edictum." "Paſtores." "In principio." Quibus expletis, cum reſponſoriis ſuis incipiat dominus abbas "Te Deum laudamus." Quo dicto, legat evangelium "Liber Generationis." Dicta oratione, incipiat cantor antiphonam "O beata infantia." Quam canentes eant ad altare ſanctae Mariae, et ibi dictis matutinis de omnibus ſanctis, vadant in dormitorium. Deinde pulſetur unum de majoribus ſignis, ſicut pulſari ſolet ſkilla in duodecim lectionibus poſt capitulum ante matutinalem miſſam. Tunc fratres, qui ad miſſam induendi ſunt, vadant ad locum conſtitutum, ubi ſit optimus ignis a famulis camerariis praeparatus: baccilia quoque, et manutergia, et aqua calida ad abluendas manus. Hac ſola vice antequam lavent, pectunt capita ſua. Alio enim tempore prius lavant, poſtea pectinant. Poſt haec pergant in eccleſiam, et facta oratione, induant ſe ad celebrandam miſſam. Sacerdos honorifice, Levita Dalmatica, duo ſubdiaconi tunicis, unus ad prophetiam, et alter ad epiſtolam, ad reſponſorium et alleluia, quot cantor praeceperit, et hi in cappis, tres converſi, tres cantores in choro, ante quos duo candelabra cum cereis accenſis, infantes omnes; pulſetur claſſicum, et poſt inchoetur miſſa. "Gloria in excelſis Deo" et ſequentia canantur. Celebrata miſſa exeant ſacerdos, et qui ad miſſam ſervierunt, et qui in choro albis vel cappis induti fuerunt: quibus deveſtitis, et pulſatis omnibus ſignis, cantent matutinas laudes. His ita expletis, factaque commemoratione de ſancta Anaſtaſia, et dictis familiaribus pſalmis, revertantur ad ſtrata. Apparente autem luce, pulſetur, ut ſupra, unum de majoribus ſignis. Quo audito, expedite ſurgentes omnes, et abluti manus, et facies, qui ad miſſam induendi ſunt, veniant in oratorium, factaque oratione, induantur, ſicut ad priorem miſſam. Ad quam miſſam, antequam incipiatur, pulſetur claſſicum. Expleta autem miſſa, vadant in dormitorium calciare ſe; poſtea ſolito more loti, et pexi, faciant in oratorio orationes tres ſolitas, dicta Tertia omnes induti cappis faciant proceſſionem. Ad quam Tertiam dicatur antiphona, "Hodie intacta Virgo", cum autem venitur ad locum, ubi dicitur "Ipſum adoremus", ab omnibus flexis ad terram genibus ſupplicetur; et hoc ſervetur quotienſcunque praedicta antiphona in monaſterio cantatur.

Tres ſequentes feſtivitates, id eſt, beati Stephani, Johannis apoſtoli, ſanctorum Innocentum, uno et eodem modo celebrentur. Eccleſia his tribus diebus, ſicut in die dominicae Nativitatis ornata permaneat. Pulſentur ſigna, accendantur luminaria, agantur caetera omnia, ſicut in aliis duplicibus, et ſecundae dignitatis feſtivitatibus; de quibus poſterius dicendum eſt. Ad veſperas ſuper pſalmos imponant antiphonas de ipſis feſtivitatibus, quibus et quas cantor praeceperit. Tranſactis primis diebus de ipſis feſtivitatibus, nulla commemorario fiat, niſi in extremis ipſarum feſtivitatum diebus; et tunc tantum tres lectiones fiant. Per totam hebdomadam miſſa matutinalis, "Puer natus," major in quinta die "Dominus dixit:" in craſtino introitus "Puer natus" et quod ſequitur de "Lux fulgebat." Hi duo dies agantur ſicut in privatis duodecim lectionibus, niſi quod tres lectiones fiant. Pronuncientur viciſſim in eis evangelia dominicae Nativitatis. Feſtivitas ſancti Silveſtri agatur, ſicut privata feſtivitas duodecim lectionum. Tertium nocturnum, et laudes de dominica Nativitate: Officium "Dum medium ſilentium", ante Epiphaniam dicatur. Circumciſio Domini celebretur, ſicut una de tribus ſuperioribus feſtivitatibus, excepto quod aula monaſterii non ornatur, quae quinto dominicae Nativitatis die diſparari debet.

In craſtino poſt circumciſionem Domini incipiant legere epiſtolas ſancti Pauli. Poſt nocturna agant officia mortuorum, poſtea pulſetur ſignum, cantent matutinas laudes, et matutinas de omnibus ſanctis, poſtea revertantur ad lectos. Hoc modo agatur uſque ad octavas Epiphaniae, niſi fuerit feſtivitas duodecim lectionum.

In vigilia Epiphaniae non jejunetur; officium ad

ad miſſam "Lux fulgebat." Ad veſperas ſuper pſalmos una antiphona; "Stella iſta;" in craſtino ad invitatorium tres in cappis. Proceſſio non agatur ipſa die, niſi dies dominica ſit. Tunc enim fit in albis ante Tertiam per clauſtrum, ſacerdote eunte per officinas, ſicut mos eſt dominicis diebus. Ad veſperas dicantur antiphonae, et pſalmi uſque ad capitulum, ſicut in die Nativitatis. Ultima octavarum die agatur totum ſervitium noctis de ipſis octavis, commemoratio tantum de ſancto Hilario, et miſſa matutinalis, veſperae uſque ad capitulum, ſicut in die Epiphaniae.

Poſt octavam diem Epiphaniae inchoentur reſponſoria de pſalmis; pſalmodia vero et caetera omnia agantur nocte, ac die, ſicut ante Nativitatem.

Vigilia Purificationis ſanctae Mariae dicantur ad veſperas antiphonae "O admirable," et reliquae; pſalmi, "Dixit Dominus" cum caeteris. Capitulum "Ecce ego mitto angelum meum." In craſtino cantica "Populus qui ambulabat." Ad Tertiam ſint omnino albis induti. Dicta Tertia ponatur ante altare tapetum, ubi ſupra ponantur candelae, quas benedicat ſacerdos, aqua benedicta aſpergat, et incenſet alba et ſtola indutus. Poſtea cuſtos dividat eas, ſingulis ſingulas tribuens. Cum autem coeperint accendi, cantor incipiat antiphonam "Lumen ad revelationem." Qua dicta et cum verſibus cantici "Nunc dimittis," quantum cantor ſatis eſſe perſpexerit repetita, exeant ad proceſſionem, cantore incipiente antiphonam "Ave gratia," et alias, ſi neceſſe fuerit, per majores monaſterii portas introeant, ante crucifixum ſtationem faciant. Finito cantu, quem inceperant, cantore ſtatim incipiente antiphonam "Cum inducerent," canentes chorum intrent, pulſentur ſigna, et miſſam celebrent. Poſt refectionem in clauſtro ſedeant, donec ſervitores de refectorio exeant, qui cum exierint et monaſterium ingreſſi fuerint, pulſentur duo majora ſigna, et canatur Nona. Qua cantata, exeat prior, et ſonet cymbalum, et poſtea vadant in refectorium. Hanc conſuetudinem habeant uſque ad dominicam Palmarum, exceptis jejuniorum diebus. Hoc die inchoandus eſt pſalmus "Ad Dominum cum tribularer," qui pro vigilia mortuorum dicendus eſt, uſque ad calendas Novembris. Ad veſperas antiphonam "Tecum principium", pſalmum "Dixit Dominus," antiphonam "Redemptionem," pſalmum "Confitebor," antiphonam "Exortum eſt," pſalmum "Beatus Vir," antiphonam "De fructu," pſalmum "Memento." Privatis diebus poſt veſperas agant vigiliam mortuorum, niſi in craſtino ſit feſtivitas duodecim lectionum. Poſt nocturna uſque ad quintam feriam ante Paſcha privatis diebus dicant ſolitos duos pſalmos, cum precibus et collecta, poſtea "Exultabunt Domino:" dehinc matutinas de omnibus ſanctis; reliqua omnia, ſicut ante navitatem Domini.

Dominica prima Septuageſimae "alleluia" ex toto dimittatur: loco "alleluia" per ſingulas horas "Laus tibi Domine rex aeternae gloriae" uſque ad paſchalis vigiliae veſperas dicatur. Hiſtoria "In principio fecit Deus" canatur; quinque libri Moyſi, et Joſuae, et Judicum, et Ruth ad legendum ponantur dominicis diebus, et caeteris duodecim lectionibus uſque ad Paſcha. Capitulum ad primam "Domine miſerere noſtri" dicatur; "Gloria in excelſis Deo," et "Ite miſſa eſt" uſque ad paſchale Sabbatum minime dicatur, Dalmatica et tunica ad miſſam uſque ad coenam Domini minime induantur, loco earum caſulis miniſtri veſtiantur. Ipſo die adipem comedant; deinceps uſque ad Paſcha abſtineant.

Feria quarta in capite jejunii capitula "Convertimini ad me", et caetera, quae ſequuntur. Poſt Sextam revertantur in clauſtrum locuturi; cum tempus fuerit, pulſetur unum de mediocribus ſignis, quo pulſato, ſtatim ſilentium fiat in clauſtro. Diſcalcient ſe, et pergant abluere manus, et ſic vadant in eccleſiam ſine ulla mora, faciantque orationem unam communiter. Qua facta, pulſentur duo ſigna, inchoante infante "Exſurge Domine," pſalmus "Deus auribus noſtris." His expletis dicat ſacerdos "Oſtende nobis Domine." Sequatur "Kyrie eleyſon. Pater noſter," et "Ne nos," pſalmus, "Deus miſereatur noſtri", capitulum, et "Veniant ſuper nos", collecta pro peccatis, "Exaudi quaeſumus Domine ſupplicum preces." Poſt haec benedicat ſacerdos cineres, ſtolam tantum habens, et ſparſa deſuper aqua benedicta, mittat cineres ſuper capita fratrum dicendo: "Memento quia cinis es, et in cinerem reverteris." Interim cantetur antiphona "Immutemus" cum verſibus pſalmi "Deus miſereatur noſtri" uno aut pluribus, ſi opus fuerit. Hoc facto, exeant ad proceſſionem cantantes has antiphonas, "Exaudi nos" "Juxta veſtibulum." Quae duae antiphonae, id eſt, "Exaudi nos" et "Juxta veſtibulum," ad omnes proceſſiones Quadrageſimae, quae quarta et ſexta feria fiunt, eodem ordine cantentur. Percantatis antiphonis, incipiant duo infantes litaniam. Hoc ordine agatur proceſſio ſexta feria, quae ſequitur caput jejunii, et quarta, et ſexta feria per totam Quadrageſimam uſque ad quartam feriam ante paſchalem feſtivitatem; niſi feſtivitas duodecim lectionum in ipſis feriis evenerit. Notandum, quia ſi in capite jejunii feſtivitas duodecim lectionum evenerit, non celebratur ipſa die, ſed differtur in craſtinum.

Dominica prima Quadrageſimae invitatorium duo in albis: Poſt completorium ſuſpendatur cortina inter chorum et altare. Feria ſecunda ante tertiam, debent eſſe coopertae crux, coronae, capſae, textus, qui imagines de foris habent. Priuſquam fratres intrent capitulum, cuſtos librorum debet habere congregatos libros in capitulo ſuper tapetum extenſum, praeter eos, qui praeterito anno ad legendum dati ſunt; illos enim intrantes capitulum ferre debent, quiſque ſuum in manu ſua; de qua re praemoniti eſſe debent a praedicto librorum cuſtode in capitulo praecedentis diei; legatur ſententia regulae ſancti Benedicti de obſervantia Quadrageſimae; facto igitur ex ea ſermone, praedictus librorum cuſtos legat breve, qualiter praeterito anno fratres habuerunt libros. Cum vero audierit unuſquiſque nomen ſuum pronunciari; reddat librum, qui ad legendum ſibi alio anno fuerat commendatus; et qui cognoverit ſe non perlegiſſe

giſſe librum, quem recepit, proſtratus culpam dicat, et indulgentiam petat. Iterum praedictus librorum cuſtos unicuique fratri alium librum tribuat ad legendum; diſtributis per ordinem libris, praefatus librorum cuſtos in eodem capitulo inbreviet nomina librorum, et eos recipientium; ſi hac die feſtivitas duodecim lectionum evenerit, legantur duae lectiones in capitulo, una de evangelio, et altera de obſervantia Quadrageſimae; altera ſtatim legatur poſt alteram; lecta poſteriore lectione tunc primum dicat lector "Tu autem Domine;" ipſa die incipiant preces "Oremus pro omni gradu eccleſiae;" pſalmos proſtratos, id eſt, ſeptem poenitentiales; et ſeptem primos graduum, binos quidem unum hinc, et alterum inde, per ſingulas horas uſque ad veſperas; ad veſperas vero quatuor cum capitulis et collectis pro peccatis, adjungentes in fine, "Et ad beneficia recolenda, quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes." Hac die incipiant abſconſam portare ad ſecundam tantum lectionem. Tribus diebus, id eſt, ſecunda feria, quarta, et ſexta uſque ad Paſcha, nec pulſetur tabula poſt capitulum, nec loquantur in clauſtro. Quarta et ſexta feria poſt ſextam, antequam de choro exeant, dicant "Deus auribus noſtris." In his duabus feriis poſt Nonam ſedeant in clauſtro, factoque parvo intervallo, pulſet ſecretarius unum de mediocribus ſignis; tunc diſcalcient ſe omnes, et lavent manus, veniantque in chorum, et facta oratione, inchoet infans antiphonam "Exſurge Domine, adjuva nos." Pulſentur duo ſigna; dicat ſacerdos "Oſtende nobis Domine," ſubſequatur "Kyrie eleyſon. Pater noſter." Pſalmus quarta feria "Deus miſereatur noſtri;" ſexta feria, "Deus in adjutorium meum." Item ſacerdos "Et veniat ſuper nos;" oratio pro peccatis. Poſtea inchoet cantor antiphonam, et eant ad proceſſionem. Litania ut ſupra. Ad hanc proceſſionem nullus vadat calciatus, niſi ſacerdos et Levita. Si quis pro aliqua infirmitate nudis pedibus ire nequiverit, de proceſſione remaneat. Redeuntes de proceſſione nullus praeſumet ſe calciare ſine licentia. Expleta miſſa, et facta oratione ad veſperas lavent pedes et manus, et canant veſperas.

Si feſtivitatem celebrari in Quadrageſima contigerit, praecedenti die dum canitur "Agnus Dei," ad majorem miſſam colligatur cortina, et auferantur de choro formae, quae auferri ſolent, in duodecim lectionibus; miſſa finita, agatur oratio veſpertina ſicut Sabbato. Poſt collectam de feſtivitate dicatur antiphona de feria, cum "Gloria Patri" pſalmi proſtrati minime dicantur. Poſt veſperas de omnibus ſanctis canantur veſperae mortuorum, vigilia mortuorum minime agatur; in die feſtivitatis poſt matutina de omnibus ſanctis dicantur matutina mortuorum. Poſtea revertantur ad lectos; poſt primam, dictis conſuetis pſalmis familiaribus cum capitulis et collectis ſuis, dicantur ſeptem pſalmi cum litania. Per ſingulas horas uſque ad veſperas a prima incipientes, dicant pſalmum "Inclina Domine" pro his, quos proſtrati dicturi erant. Poſt capitulum ſedeant in clauſtro cum ſilentio, uſque dum pulſetur ſignum ad Tertiam; infantes quoque poſt capitulum ſuum deſcendentes de dormitorio, hoc intervallo in ſchola [illegible] ſedeant et legant. Totam diem ſolenniter agant, utraeque miſſae ad majus altare celebrentur. Ad miſſam jejunii nec litania praemittatur, nec ad canonem ſupra formas curventur. Ad veſperas, niſi in craſtino ſit feſtivitas duodecim lectionum, inter ſigna dicant "Deus auribus noſtris," poſt collectam feſtivitatis collectam de feria, cum "Gloria Patri", poſt veſperas de omnibus ſanctis, veſperas pro defunctis; vigilia mortuorum ipſa die minime agatur. Poſt completorium cortina extendatur, et formae in chorum referantur.

Sabbato ad veſperas ante paſſionem Domini dimittatur oratio de cruce, nec ad reſponſoria, nec ad invitatoria, nec ad miſſas dicatur "Gloria," uſque ad Paſcha, niſi miſſa familiaris ſit in conventu, vel extra conventum, et niſi feſtivitatem alicujus ſancti hoc tempore celebrari contingat. Quae ſi evenerit, et ad reſponſoria et ad miſſam dicatur "Gloria Patri" ſicut alio tempore. Hoc tempore legatur Jeremias uſque ad Paſcha.

Dominica in Palmis ad invitatorium, duo in albis. Evangelium pronuncietur "Cum appropinquaſſet, [illegible] lo; in quo capitulo ordinet abbas vel prior proceſſionem, et quid quiſque portare debeat, et qualiter ordinate eant, ac redeant fratres. Sacerdotes ad privatas miſſas unam tantum collectam dicant. Evangelium "Cum appropinquaſſet," paſſionem nullus legat, niſi frater, qui in formis cantat; miſſa matutinalis cum una collecta. Poſt matutinalem miſſam benedicatur aqua, ad quam ſint omnes albis induti. Fiat proceſſio per clauſtrum, ut mos eſt, omnibus dominicis diebus. Intrantibus eccleſiam pulſentur ſigna, et finito reſponſorio, et dictis, quae dici ſolent dominicis diebus, canatur Tertia. Cantata Tertia, legatur evangelium "Turba multa." Poſtea [illegible] et flores, et frondes, ante majus altare ſupra tapetum poſita, aquam benedictam aſpergat, et incenſet: accedentes ſecretarii diſtribuant ea, palmas abbati et prioribus et perſonis honeſtioribus; flores et frondes caeteris. Interim cantore incipiente, canatur antiphona "Pueri Hebraeorum" et alia "Pueri Hebraeorum." His ita expletis, proficiſcatur proceſſio, cantore incipiente quae ad hanc proceſſionem cantari oportet; qua de choro exeunte, pulſentur omnia ſigna. Praecedant famuli cum vexillis, ſequatur converſus ferens ſitulam cum aqua benedicta; alii duo portantes duas cruces, item duo cum duobus candelabris accenſis deſuper cereis, alii duo ferentes duo thuribula, igne et thure referta; Quod thus in thuribulo debet ponere, vel abbas, ſi in choro eſt, converſis thuribula et acerram cum thure deferentibus, vel ipſe cantor, ſi abbas deeſt. Ipſe enim diſtribuit, quae portanda ſunt, et proceſſionem ordinat. Hos ſequantur duo ſubdiaconi, portantes duos textus evangeliorum. Poſt quos [illegible] infantes cum magiſtris; poſt quos caeteri fratres praecedentes abbatem, qui ultimus procedit, duo et duo, ſicut [illegible]. Haec ſunt, quae ad hanc proceſſionem cantanda ſunt, vel omnia, vel quantum [illegible], quae [illegible]

" Ante ſex dies." "Cum appropinquaret." "Prima autem azymorum." " Dominus Jeſus." " Cogitaverunt." " Cum audiſſet populus." " Omnes collaudant." Cum autem perventum fuerit ad ipſum locum, fiat ſtatio a toto conventu: cantore autem incipiente antiphonam, "Occurrunt turbae", exeant duo ſacerdotes albis induti, qui portent feretrum, quod parum ante diem ab eiſdem ſacerdotibus illuc debet eſſe delatum, in quo et corpus Chriſti debet eſſe reconditum; ad quod feretrum praecedant ſtatim, qui vexilla portant, et cruces, et caetera, quae ſuperius dicta ſunt. Et ſtantibus iis, qui feretrum portant, ſtabunt et ipſi a dextera, et a ſiniſtra ipſius feretri ordinate, ſicut venerunt. Pueri vero accedentes ſtabunt verſis vultibus ad ipſas reliquias cum magiſtris ſuis, et quibuſdam cantoribus, qui auxilio eis eſſe poſſunt. Majores vero verſi erunt adinvicem, eo modo, quo in choro ſtare ſolent. Sic autem ordinetur haec ſtatio, ut modicum intervallum ſit inter pueros et majorem conventum. Finita antiphona, " Occurrunt turbae," incipiant pueri, et qui cum eis ſunt, antiphonam " Oſanna filio David," flectentes genua, et in principio et in fine antiphonae, quia in utroque Oſanna dicitur. Quam antiphonam chorus repetat, et ſimiliter genua flectat. Deinde a pueris cantetur antiphona " Cum Angelis," in fine tantum antiphonae genua flectentibus Quae antiphona a conventu repetatur, et ſimiliter venia accipiatur. Taliter his peractis, abbate vel cantore incipiente antiphonam, " Ave, Rex noſter, " tranſeant portitores feretri per medium ſtationis, praecedentibus iis, qui vexilla portant, et caeteris ſuperius dictis portitoribus, ſervato ab omnibus ordine in redeundo, quem habuerunt in eundo. Quibus tranſeuntibus flectent genua, non ſimul omnes, ſed ſinguli hinc, et inde, ſicut feretrum tranſibit ante eos. Percantata hac antiphona, cantent et alia, ſi ſpatium loci plura popoſcerit; cum venerint ad portas civitatis, ſtationem faciant, ſeparatis abinvicem, prout locus patietur, utriſque lateribus, feretrum vero ante introitum portarum ſic ponatur ſuper menſam pallio coopertam, ut praedicti portitores ex utroque latere ſtantes, habeant ad feretrum in medio eorum poſitum verſas facies ſuas. Locus vero ſuper introitum portarum honeſte debet eſſe paratus cortinis et dorſalibus. Taliter ordinata ſtatione canant pueri de loco apto, et qui praecepto cantoris cum eis erunt, " Gloria laus," et ſimiliter chorus reſpondeat; pueri, " Iſrael es tu Rex;" et chorus, "Cui puerile decus; " item pueri, "Plebs Hebraea tibi," et chorus, "Cui puerile." Item pueri "Coetus in excelſis;" et chorus; " Gloria laus." His dictis, inchoet cantor reſponſorium, "Ingrediente Domino;" et ingrediente civitatem proceſſione, duo majora ſigna pulſentur, donec caetera ſigna, proceſſione intrante in chorum, pulſentur ad miſſam. Sic ordinata proceſſio veniens uſque ante portas monaſterii, faciat ſtationem, ſervantibus pueris ordinem ſuum inter utrumque chorum. Deponatur iterum feretrum ſuper menſam pallio coopertam; cantor vero ſic antea inceptum habeat reſponſorium. "Collegerunt," ut tunc prope cantatum ſit: Quo cantato, tres, aut quatuor fratres induti cappis, quas ſecretarius ibi paratas habeat, canant verſum "Unus autem," ſtantes inter chorum et reliquias. Quo finito, cum regreſſu intrent eccleſiam, cantore inchoante antiphonam " Principes ſac." et aliam "Appropinquabat." Et ingreſſi eccleſiam, faciant iterum ſtationem per omnia ſimilem ante crucifixum prius detectum. Atque ibi a tribus vel quatuor fratribus cantetur in cappis reſponſorium " Circumdederunt me." Quo cantato, incipiat abbas reſponſorium " Synagogae" et intrent chorum, ſonantibus ad miſſam ſignis, miſſam celebrent, palmas et frondes in manibus habeant, eaſque poſt oblationem panis et vini, diacono incipiente, cuncti per ordinem offerant; tabulae refectorii coopertae ſint. Poſt menſam meridiana hora in lectis ſuis quieſcant. Appropinquante hora nona, pulſet ſecretarius ſignum minus modice; tunc ſurgant omnes, et lavent manus et facies, et pectant ſe, et pergant in eccleſiam, ſedeantque in choro. Cum infantes loti fuerint, et ad terſoria ire coeperint, pulſante majus ſignum ſecretario, ſurgant omnes de ſedilibus ſuis, et ingreſſis chorum infantibus, faciant prius orationem, poſtea cantent Nonam: qua cantata, pulſato cymbalo a priore, pergant omnes in refectorium. Talis ordo de meridiana ſervetur tota aeſtate, exceptis jejuniorum diebus, uſque ad calendas Octobris.

Feria tertia radendi ſunt fratres in clauſtro ſimul ipſa die, et in craſtino debent eſſe balnea praeparata. Quae quo ordine fiant, et quomodo illuc fratres ire, et qualiter ibi ſe habere debeant, ſuperius dictum eſt, cum ſermo eſſet de balneis ante Chriſti nativitatem praeparandis.

Feria quarta non agatur proceſſio; caetera agantur more ſolito uſque ad veſperas; ante veſperas non dicantur pſalmi " Deus auribus noſtris," pulſentur ſigna ſicut in feſtis diebus, reſponſorium " Circumderunt me." Hebdomadarius canat preces " Ego dixi Domine," pſalmus ad preces ſolummodo " Miſerere mei Deus." Pſalmi proſtrati non dicantur. Poſt veſperas de omnibus ſanctis, dicantur veſperae pro defunctis, officium mortuorum, quod poſt menſam dici ſolet, non dicatur, hymnus ad completorium " Te lucis ante terminum," qui ſimiliter dicendus eſt omnibus diebus uſque ad calendas Novembris. Poſt completorium cortina deponatur.

Feria quinta tot candelae accendantur ante altare, quot antiphonas et quot reſponſoria cantari oportet. Finitis tribus orationibus, ſedentes pſallant ſinguli ſilenter quindecim pſalmos abſque " Gloria Patri, " cum capitulis, et collectis conſuetis: ad "Pater noſter" proſternant ſe ſuper formas, et abbate ſignum faciente, ſurgant; inter pſallendum, et ante nocturnam pulſentur ſigna, ſicut in duodecim lectionibus; pulſatis omnibus ſignis inchoet hebdomadarius antiphonam "Zelus domus tuae ". Cum incipiunt pſalmum, petant veniam ſuper formas, et ad matutinas laudes ſimiliter. Per ſingulas antiphonas et ſingula reſponſoria extinguantur ſingulae candelae: lectiones ſine " Jube, Domine " vel " Tu autem" legantur. Primae tres de Lamentationibus Jeremiae ſine cantu, et alphabetis praeſcriptis. In ſecundo nocturno, de expoſitione pſalmi; " Exaudi

audi Deus orationem meam cum deprecor." In tertio de epiſtola Pauli; "Convenientibus vobis," antiphonae omnes, et verſiculi abſque finis melodia. In matutinis laudibus cum incipiunt pſalmum, "Laudate Dominum," vadant magiſtri inter infantes, qui et verſi ſunt ad priores, ſicut et ipſi infantes; juvenes vero, qui in cuſtodia ſunt, mixtim ſint in ordine ſeniorum. Candelae extinguantur in toto monaſterio praeter unam, quae in choro ardeat; quae et ipſa, cantore incipiente antiphonam "Traditor autem," extinguatur; finita antiphona, curventur ſuper formas ſub ſilentio dicentes, "Kyrie eleyſon: Pater noſter," preces, "Ego dixi, Domine": pſalmum, "Miſerere mei, Deus," ſolum ſine "Gloria Patri;" collectam, "Reſpice quaeſumus Domine;" ſignoque facto ab abbate vel priore, ſurgentes inclinent, ſicut ſolent, ante et retro; et ſtet unuſquiſque in loco ſuo, uſquequo magiſter infantum laternas accenſas in chorum deferat, et ipſis infantibus tribuat. Secretarius quoque accendat lumen ante altare, unde juvenes laternas ſuas accendant. His ita peractis, revertantur omnes ad lectos ſuos; luceſcente die, ita ut pueri et juvenes ſine laternis poſſint exire, pulſetur a ſecretario parvulum ſignum modice. Statim ſurgentes fratres calcient ſe nocturnalibus ſuis, et ſic veniant in chorum, curvantes ſe ſuper formas in ordine ſuo, quouſque infantes veniant: qui dum venerint, peracta oratione, factoque ſigno ab abbate, ſurgentes ſtatim incipient hymnum; "Jam lucis orto ſidere;" abſque "Deo Patri ſit gloria." Et inchoata antiphona, dicantur regulares pſalmi, et "Quicunque vult" ſine "Gloria Patri," finita antiphona, curvati ſuper formas, dicat unuſquiſque apud ſe in ſilentio "Kyrie eleyſon, Pater noſter, Credo in Deum," preces uſque ad confeſſionem, factoque ſigno ab abbate, dicatur confeſſio; deinde ſilenter quae ſequuntur, dicant "Converte nos," et caetera "Miſerere mei Deus" ſine "Gloria," collectam "Domine Deus, qui ad principium." Poſthaec dicantur in alto ſeptem pſalmi abſque "Gloria" cum ſolita litania: deinde ſedeant in clauſtro uſque Tertiam. Cum tempus Tertiae fuerit, ſonet ſecretarius minimum ſignum, ſicut aliis diebus; tunc pergant fratres ſe calciare, et caetera ſicut aliis diebus fieri ſolet, pulſato ad Tertiam ſigno, factis tribus ſolitis orationibus. Pulſato alio ſigno, inchoet ſtatim infans hymnum "Dei fide qua vivimus," ſed non dicatur ultimus verſus "Gloria tibi Trinitas;" et pronunciata antiphona, dicantur pſalmi regulares a beato Benedicto inſtituti ſine "Gloria;" dictis pſalmis et percantata antiphona, curvati ſupra formas dicant in ſilentio "Kyrie eleyſon, et caetera quae ſequuntur; collecta "Reſpice quaeſumus, Domine." Poſt haec pulſetur ſolitum ſignum ad capitulum; lectio ſine "Jube Domine" verſus in ſilentio dicatur, legatur ſententia de regula ſancti Benedicti ſine "Tu autem;" factoque ex ea ſermone, correctis, quae corrigi oportet, dicantur conſuetudines, quae agendae ſunt ab ipſo capitulo, uſque ad craſtinum capitulum; dehinc ordinentur, quae ad ſervitium totius diei ordinanda ſunt. Quibus ordinatis, ſurgant canentes alte "Verba mea," ſi defunctum aut breve pro defuncto habent. In ſilentio autem dicant "Pater noſter; A porta inferi; Abſolve, Domine;" pulſata tabula loquantur in clauſtro; cum tempus fuerit, pulſetur ſignum ad Sextam, et facta oratione, pulſatoque alio ſigno, inchoet infans hymnum, et caetera, ſicut fecerunt ad Tertiam; dehinc pulſato ſigno, loquantur iterum in clauſtro. Tunc ſecretarius pulſet parum ſignum minimum, ſicut in duodecim lectionibus ante matutinalem miſſam; celebretur tunc ab hebdomadario minoris miſſae miſſa pauperibus, qui mandato intereſſe debent, ducente eos fratre eleemoſynario, cooperantibus caeteris fratribus, quibus injunctum fuerit; expleta miſſa, communicet ſacerdos ipſos pauperes de [illegible] tantum ſanctae crucis in nomine Domini ſuper eas facto; dehinc ducantur ad reficiendum: [illegible] actis, pulſato ſigno ad N[illegible], pulſatoque alio ſigno, [illegible] Sext[illegible]. Qu[illegible] miſſam ſunt celebraturi, ſacerdos [illegible], vel [illegible] bus honoriſice, [illegible] turica, duo ad [illegible] candelabra, et ad thuribulum. Interim auferantur [illegible] Pulſentur [illegible] hebdomad[illegible] feſtive celebr[illegible] nime dicatur, niſi epiſcopus miſſam celebret, et chriſma faciat, nunc etiam in fine miſſae "Ite miſſa eſt" dicitur. [illegible] crandum, quot ſufficere poſſint ipſo die, et in craſtino ad communicandum. Quatuor [illegible] diebus nullus a communione ſe ſubtrahat, niſi ſubtrahend[illegible] fere miſſa, [illegible] ſetur tabula ad veſperas. Expleta miſſa [illegible] oratio [illegible], praecedente proceſſione, cum qua ad alt[illegible] venit, vadat ad locum conſtitutum, decenter ire praeparatum, ibique reponat corpus Domini, incenſato ipſo loco, et ante repoſitionem et poſt repoſitionem; ante quem locum lumen continue ardeat. Quo completo, vadant in refectorium accipere mixtum: ingreſſi autem refectorium, faciant ante et retro ante ſedilia ſua, et conſidentes ſumant mixtum de pane tantum et potu, quem ſuper juſtitias ſuas a refectorariis in ſcyphis poſitum invenerint. Dum haec aguntur, cellerarius, et eleemoſynarius, et caeteri, quibus injunctum fuerit, introducant pauperes in clauſtrum, et faciant eos ordinate ſedere, alterum juxta alterum. Qui pauperes, priuſquam clauſtrum introeant, pedes ſuos abluere debent aqua calida, a camerariis miniſtrata. Omnia vero in locis convenientibus debent eſſe praeparata, quae ad mandatum opus ſunt neceſſaria, ſcilicet aqua calida a camerariis in vaſis idoneis parata; alia quoque vaſa, ac terſoria ad pedes, manutergia ad manus, a cellerario ſcyphi, et potus, et ſi quae ſunt hujuſmodi; praeſto ſint ad ſerviendum famuli camerarii, et aliorum miniſtrorum, qui ad hoc ſunt idonei. Qui prius per eos, quibus juſſum fuerit, bene debent eſſe inſtructi, qualiter eos ſervire oporteat. His ita ordinatis, cum viſum fuerit abbati, ſurgant. Reliqui quoque fratres ſurgentes ante et retro inclinent. Egreſſi re-

fectorium infantes divertant cum magiſtris ſuis in ſcholam ſuam, ibique ſtent mixtim cum magiſtris ſuis ante pauperes ſuos: reliqui quoque fratres veniant ante pauperes ſuos, et ſtent ordinate ante eos, ſicut ſunt priores ſinguli ante ſingulos; abbas vero duos habeat. Tunc prior juſſu abbatis percutiat tabulam tribus ictibus, et inclinantes ſe flexis ad terram genibus, adorent Chriſtum in pauperibus; abbas vel cantor incipiat antiphonam "Dominus Jeſus," et alias, quae conveniunt. Singuli ſingulis abluant pedes, tergant et oſculentur ore et oculis; ablutis cunctorum pauperum pedibus, duo ex fratribus, quibus juſſum fuerit, miniſtrent abbati, unus aquam, et alter manutergium; famuli autem reliquis fratribus; poſtea accipiens abbas baccilia, et manutergium a fratribus, qui ei ſervierunt, reliqui fratres a famulis, ſerviant et ipſi pauperibus: a quibus ſubſequentes fratres accipientes, miniſtrent et ipſi per ordinem. Quo peracto, ſupradicti ſervitores miniſtrent abbati, et reliquis fratribus ſcyphos cum potu. Tum prior percutiat tabulam tribus ictibus, et dicatur ab omnibus moderata voce "Benedicite," et data benedictione, tribuant potum pauperibus, oſculantes eorum manus, et receptis ſcyphis, dent ſinguli ſingulis pauperibus duos denarios, aut quot abbas praeceperit, iterum oſculantes eorum manus. Ipſos denarios dare debet fratribus cellerarius, aut camerarius, ſecundum quod abbati viſum fuerit; fratres, qui eo anno defuncti ſunt, ſuos pauperes ad hoc mandatum habere debent; ſimiliter et familiares illi, pro quibus unus in hoc mandato pauperes debere poni abbas decreverit. Quibus pauperibus ſupradicto modo ſerviant fratres, quibus injunctum fuerit: alter nullus praeſumat. Quamdiu ad hoc mandatum, cantant, id eſt, dum pauperum pedes ac manus lavantur, ſedere poſſunt, qui volunt, eo tamen modo, quo ſedetur in choro, uno ſcilicet ſedente inter duos ſtantes. Dum tamen propinatur potus, ſedere poſſunt omnes, quicunque volunt, alter juxta alterum, non obſervato illo ſtandi vel ſedendi ordine: inter haec ſecretarius obſervare debet congrua intervalla, quibus tabulam ad veſperas pulſare debeat; ſemel videlicet lotis pedibus, et ſemel lotis manibus. Propinato omnibus potu, reverſis ſingulis in loca ſua, prior ter percutiat tabulam. Tunc abbas vel ſacerdos mediocri voce dicat capitulum "Oſtende nobis Domine." Fratres omnes flexis ad terram genibus reſpondeant, "Et ſalutare tuum de nobis:" dehinc inclinati ſuper genua ſua tantum dicant "Kyrie eleyſon, Pater noſter," abbas vel ſacerdos dicat mediocri voce "Et ne nos; Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuam; In medio templi tui; Tu mandaſti mandata tua; Cuſtodiri minis; Domine, exaudi orationem meam; Et clamor meus ad te veniat; Dominus vobiſcum; Oremus: Adeſto, Domine Jeſu Chriſte, officio noſtrae ſervitutis, et quia tu pedes lavare dignatus es tuis diſcipulis, ne deſpicias opera manuum tuarum, quae nobis retinenda mandaſti; ſed ſicut his exteriora abluuntur inquinamenta corporum, ſic a te omnia noſtra interiora laventur peccata; quod ipſe praeſtare digneris." Ad cujus finem omnes reſpondentes "Amen;" et inclinantes ſe ante et retro, vadant ad eccleſiam, mediocri voce canentes pſalmum "Miſerere mei, Deus." Interim ſecretarius et aliqui fratres ſecum percutiant tabulas gradatim, eoque modo atque ordine, quo ſigna pulſari ſolent in feſtivis diebus: dicto pſalmo, et fratribus in ordine ſuo in choro ſtantibus, ſtatim puer incipiat antiphonam "Calicem ſalutaris;" ad cujus inchoationem petitur venia ab omnibus ſupra formas dicto pſalmo "Magnificat," et repetita antiphona ſine finis melodia, curvati ſupra formas, dicant in ſilentio, "Kyrie eleyſon," "Pater noſter;" preces, "Ego dixi, Domine," pſalmum, "Miſerere mei, Deus," collecta "Proſpice, quaeſumus, Domine." Si aliquis de foris veniens benedictionem petierit, omnibus horis accipiat ipſo die, quo venerit, his tribus diebus: tabulae refectorii coopertae ſint: ad cymbalum et ſuper tabulam abbatis ponantur tabulae cum malleolis, verſus et benedictiones in refectorio, et "Miſerere mei, Deus," poſt menſam humili voce dicantur, lector ſine petita benedictione legat, et ſine "Tu autem, Domine," terminet. Interim dum fratres ſunt in refectorio, ſecretarii diſcooperiant omnia altaria, et parent duo analogia, unum quod in capitulo eſt, et alterum in monaſterio, quod ante collationem in refectorium deportetur; poſtquam fratres a menſa ſurrexerint, et de monaſterio, ac dormitorio ſolito more redierint, lavent ſibi pedes, ut Sabbato fieri ſolet; praeparentur cuncta, quae ad mandatum ſunt neceſſaria. Refectis ſervitoribus, et pedibus ablutis, pulſetur tabula, et ad bibendum in refectorium vadant; poſt haec egreſſis fratribus de refectorio, prior clauſtri, jubente abbate, percutiat tabulam ad mandatum. Introgreſſis in capitulum fratribus, priore clauſtri ſedente in loco abbatis, praecingant ſe linteis abbas et prior, et inchoante priore clauſtri, antiphonam "Dominus Jeſus;" veniant in capitulum, abbas ad dexteram, et prior ad ſiniſtram, ſequentibus eos fratribus, qui ad ſervitium eorum ipſa die in capitulo fuerint ordinati; et utrique, flexis genibus, lavent pedes fratrum, et tergant, et oſculentur. Camerarii praeſto eſſe debent, qui madefactis terſoriis, alia miniſtrent, quotiens opus fuerit: lotis omnium, qui in capitulo ſunt, pedibus, ſedeant foris ante capitulum prior, et praedicti ſervitores cum eo. Quorum pedes praecinctus terſorio abbas, flexis genibus, abluat, et tergat, et oſculetur, ſervientibus ſibi fratribus ad hoc obſequium deputatis. Poſt haec redeat abbas in ſedem ſuam, ad quem prior praecinctus terſorio veniens cum fratribus ſibi deputatis, lavet pedes ejus, et tergat, et oſculetur, et ablutis pedibus ſuis, ſtatim deferat ſibi aquam ad abluendas manus, uno eorum, qui ſibi ſervierunt, tenente manutergium: deinde, redeunte priore clauſtri in locum abbatis, exeat abbas, et accipientes ipſe et prior baccilia cum aqua, et manutergia, duo fratres, qui de coquina ipſa ſeptimana ſerviunt, qui inter caeteros adjutores ad hujus mandati obſequium ordinari debent, ſerviant omnibus ad abluendas manus, ſicut ſervierunt ad abluendos pedes. His expletis, exeat abbas

abbas et prior, et ſervitores eorum, et ante capitulum praebeat eis abbas aquam ad abluendas manus, tenente manutergium uno eorum fratrum, qui ad hoc obſequium ei deputati ſunt. Quo peracto, praecedens abbas, et caeteri ſequentes eum, introeant capitulum, et faciant ante et retro, ſicut ſolet fieri die Sabbati ab eis, qui mandatum fecerunt. Poſtea pergat abbas ad ſedem ſuam, ſurgente conventu, donec ſedeat; reliqui ſimiliter ad loca ſua; ceſſante autem cantu, et ſecretario percutiente tabulam ad collationem, qui petita licentia ad eam percutiendam perrexit, hora congrua ingrediatur diaconus capitulum, qui poſt manuum ſuarum ablutionem ad ſe praeparandum ibit alba, et ſtola, et Dalmatica indutus, textum evangelii portans, praecedentibus tribus converſis, portantibus candelabra, et thuribulum igne et thure refertum: ipſe enim diaconus antequam exeat de monaſterio ponere debet thus in ipſo thuribulo; quibus ingredientibus capitulum, totus conventus aſſurget ſtans, donec unus verſus de evangelico ſermone perlectus eſt; cum autem tempus eſſe perſpexerit, innuat abbas priori, ut vadat percutere tabulam; et cum audierit prior a diacono "Surgite, eamus hinc," percutiat tabulam, ſicut ſolet percuti cymbalum: quod dum fit, ſurgant omnes, ac praecedente diacono cum textu, et converſis cum candelabris et thuribulo; ſequatur conventus in refectorium, ſicut fit in Sabbato ad charitatem. Ibi ſecretarius habeat analogium de eccleſia paratum, impoſitoque deſuper textu, iterum mittat diaconus thus in thuribulum, et incenſet analogium et textum. Et ſedente majore priore in loco abbatis, ad ejus nutum incipiat diaconus lectionem ab eo loco, ubi dimiſerat; et percutiente refectorario tabulam uno ictu, abbas et fratres, qui ad pedes lavandos ipſius adjutores extiterant, vadant ad locum, ubi potus charitatis paratus eſt, ferente vitreas phialas, aut ſcyphos fratrum in manibus ſuis. Et accepto vino in praedictis vaſis, tacente lectore, praecedant ad gradum, ſicut mos eſt: refectorarius vero ex quo, accepto potu, incipiunt ire, paulatim percutiat tabulam ſuam, quouſque ad gradum perveniant. Quo cum pervenerint, ter aut quater feſtinantius percutiat, et ceſſet. Tunc omnibus humili voce dicentibus "Benedicite," ſacerdos hebdomadarius ſurgat, et eadem voce benedictionem faciat. Benedictione facta, porrigat abbas priori potum, et reliquis, ſicut ſunt priores; oſculans eorum manus, miniſtrantibus ei fratribus, qui cum ipſo potum ad gradum detulerunt: miniſtrato potu majoribus et infantibus; poſt majores accedat abbas ad diaconum, qui collationem legit, et, expectato fine incepti verſus, praebeat ei potum; dehinc tribus illis, qui de candelabris et thuribulo ſerviunt, ſervitoribus abbatis candelabra et thuribulum interim tenentibus: qui et ſcyphos a diacono et ab eis recipientes, portent ad tabulam abbatis, et ſuper eam ponant. His actis, praedicti ſervitores abbatis, qui cum eo potum ad gradum detulerunt, ante ipſum gradum ſimul veniant, et ante et retro faciant, et poſtea ſeſſum vadant: quibus abbas ſimiliter potum ferat, oſculans eorum manus, miniſtrantibus illi fratribus illis, qui ei ad lavandos pedes prioris, et ipſorum ſervitorum miniſtraverunt; hoc facto, abbas ad ſedem ſuam vadat, et ante eam ante et retro faciat, aſſurgente ſibi conventu, donec ſedeat. Prior vero ſurgens porrigat illi potum, oſculans ejus manum: lecto ſermone, quantum abbati viſum fuerit, innuente eo, diaconus lectionem abſque "Tu autem, Domine," finiat, et, clauſo libro, ante et retro faciat, et poſtea Dalmaticam, et ſtolam, et manipulum ſupra analogium ponat; converſi vero candelabra, et thuribulum ſuper menſam abbatis ferant, et ante ipſam menſam ante et retro faciant. Poſt haec et diaconus, et converſi, ad ipſam menſam ſedentes, bibant, diaconus juxta abbatem, converſi juxta diaconum, ſicut ſunt priores; abbas vero, lecto ſermone, ſtatim percutiat uno ictu tabulam, et poſtea tot vicibus, quot vicibus ſkillam percuti conſuetudo eſt Sabbato, ad charitatem poſt mandatum. Interim duo ſecretarii ſurgant, et analogium et Dalmaticam, cum textu, et ſtola, et manipulo, ad monaſterium ferant. Poſt haec abbas ſurgat, et humili voce dicat "Adjutorium noſtrum in nomine Domini;" et eadem voce conventus reſpondeat, "Qui fecit caelum et terram:" deinde praecedente diacono, cum converſis, candelabra et thuribulum portantibus, ſequatur conventus ad monaſterium, ſecretario percutiente tabulam ad completorium, et facta confeſſione, dicant completorium bini aut terni ſub ſilentio. Poſt completorium tres orationes, ſolito more, faciant; prior tabulam percutiat tribus ictibus poſt orationes infantum, ſicut ſkillam pulſare ſolet. Notandum eſt autem in hujus diei obſequio, quia ſi abbas ſufficere valet, omnium fratrum pedes ſolus in hac die lavare debet, teſtante enim beato Benedicto, vices Chriſti agit in monaſterio, et maxime in hoc miniſterio.

Feria ſexta ante nocturna pulſetur tabula in clauſtro, et ante cellarium, et ante domum infirmorum, ad excitandos dormientes. Poſt orationes ſolitas, ſicut in quinta feria, quindecim pſalmi dicantur, candelae extinguantur, lectiones in primo et ſecundo nocturno legantur, unde lectae ſunt in quinta feria. In tertio nocturno de epiſtola ad Hebraeos "Fratres feſtinemus ingredi;" et caetera omnia uſque ad Primam, ſicut in quinta feria. Ad Primam, pulſata tabula, ſurgentes nudis pedibus vadant ad monaſterium, et ſic maneant omnes, donec impleatur diei officium, niſi juſſu abbatis calcientur pro nimia aſperitate frigoris; quod ſi evenerit, officio tantum intererunt nudis pedibus. Primam et omnes horas diei, praeter veſperas, uſque ad veſperas Sabbati dicant, ſicut in quinta feria, excepto quod in quinta feria in alto cantantur hymni, intonantur pſalmi, cantantur antiphonae; in his vero duobus diebus haec omnia in ſilentio et indirectum dicuntur; dicta Prima ſeptem pſalmos et litaniam in alto dicant: poſtea ſedeant omnes in clauſtro, et inchoante abbate, dicant pſalterium ex integro; quo completo, vadant ad confeſſionem, qui voluerint, uſque ad horam officii. Appropinquante hora tertia, pulſata tabula, ſicut ſolent, pergant in dormitorium: dehinc abluti et pectinati, pulſata tabula,

tabula, vadant ad monaſterium, et factis ſolitis orationibus, dicant Tertiam. Poſt Tertiam, pulſata tabula, pergant in capitulum: in quo verſus in ſilentio dicatur, et ſententia, ſicut in quinta feria de regula legatur. Poſt ſermonem narrentur, et ordinentur, quae agenda ſunt uſque ad craſtinum capitulum: exeuntes de capitulo ſedeant in clauſtro non loquentes, ſed cantantes aut legentes; dicta Nona induantur ſacerdos, et Levita, et reliqui, qui ad officium ſunt ſervituri: procedant ad altare ſacerdos et Levita ſoli, ſacerdos in caſula, diaconus in ſtola, nullaque praemiſſa ſupplicatione dicat ſacerdos, "Oremus;" et diaconus, "Flectamus genua;" et ad alteram collectam ſimiliter. Altare ſit coopertum deſuper uno tantum lintheamine; ſingulos tractus duo in albis canant; paſſio abſque "Dominus vobiſcum" legatur; ad quam nec candelabrum, nec thuribulum; et cum perventum fuerit ad locum, ubi dicitur "Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi," ſint duo de indutis juxta altare, hinc et inde trahentes ad ſe duos pannos, qui ante officium ſuper altare miſſi fuerant, lintheo tamen remanente ſubtus miſſale; lecta paſſione, dicantur orationes ſolennes, ſicut in miſſali continentur. Pro cunctis ordinibus flectantur genua, niſi pro Judaeis. His expletis, depoſita caſula, et ſtolis, revertantur ſacerdos et Levita in chorum in albis. Tunc duo ſacerdotes, quibus cantor juſſerit, induti albis, accedant ad crucem, quae debet eſſe praeparata, et cooperta ad altare matutinale, quam accipientes, ferant eam paulatim progredientes, et cantantes verſus "Popule meus;" duo Levitae in albis, ſtantes ante gradus ante altare majus, reſpondeant "Ἅγιος ὁ Θεὸς," chorus autem dicat "Sanctus Deus:" tunc ſacerdotes, "Quia eduxi vos;" Levitae, "Ἅγιος;" chorus, "Sanctus;" ſacerdotes, "Quid ultra?" Levitae, "Ἅγιος;" chorus, "Sanctus." Tunc ſacerdotes, crucem ferentes, veniant ante altare, et cum finierint "Sanctus," ſtatim diſcooperientes eam incipiant ambo antiphonam "Ecce lignum;" et tunc demum omnes flectant genua. Repetatur antiphona cum verſibus pſalmi "Beati immaculati," quantum cantori viſum fuerit: dehinc canantur alia ad hoc ſervitium pertinentia, quantum opus fuerit; tapetia ſint extenſa ante altare, ſuper quae proſternantur primum domnus abbas, et induti, interim in locum eorum, qui tenent crucem, ſuccedentibus aliis; deinde caeteri, ſicut eſt ordo eorum. Et non prolixe adorantes, jaceant, ſed breviter et pure orantes: poſtea unuſquiſque oſculetur pedes crucifixi, et poſt revertatur in chorum; quod ſi convenerint aliqui, vel clerici vel laici, volentes adorare crucem, portetur eis crux in alium locum, ubi aptius adorent eam, quae, ſi per chorum tranſierit, flexis ad terram genibus adoretur a fratribus, non ſimul omnibus, ſed ſicut portabitur coram eis. Adorata ab omnibus cruce, portitores ejus elevantes eam, incipiant antiphonam "Super omnia ligna cedrorum," et ſic vadant ad locum, ubi eam collocare debent; tunc omnes petant veniam, flexis ad terram genibus. His ita geſtis, ſacerdos reſumpta caſula, cum ſtola, et diaconus ſtola, praecedentibus converſis cum candelabris et thuribulo, vadant ad locum, ubi quinta feria corpus Domini fuit repoſitum: et poſito incenſo in thuribulo, incenſet illud, et ſic tradat diacono ad reportandum. In eundo et redeundo converſos ſequatur diaconus, ſacerdos extremus veniat. Cum appropinquant altari, adorent omnes fratres, flexis genibus, corpus Domini: collocato ſuper altare Chriſti corpore, facta in calice vini et aquae commixtione, dicta a ſacerdote cum diacono confeſſione, facta ſuppliciter a ſacerdote ad altare oratione, incenſet ſacerdos corpus Chriſti, et calicem; deinde dicat, mediocri voce, "Oremus, Praeceptis ſalutaribus," et caetera, uſque "Et ne nos inducas in tentationem;" et chorus reſpondeat "Sed libera nos a malo;" dehinc ſacerdos in ſilentio, "Libera nos, quaeſumus, Domine," et caetera, uſque "In unitate Spiritus Sancti Deus;" et poſt, moderata voce, "Per omnia ſecula ſeculorum," et reſpondente choro "Amen," nihil amplius dicat; miſſaque in calicem, ſicut ſolet, particula dominici corporis, communicet ſe, et fratres omnes, ſine oſculo pacis. Communicatis omnibus, pulſetur tabula, et fiat oratio veſpertina; qua completa, exeant in clauſtrum, et lavent pedes de aqua calida, et calcient ſe diurnalibus ſuis. Poſtea, pulſatis tabulis, redeuntes in chorum, dicant veſperas in ſilentio, eiſdem, ſicut in quinta feria, pſalmis, antiphonis, precibus, collectis, niſi quod pro pſalmo "Voce mea," qui dictus eſt quinta feria: hac die dicitur pſalmus "Benedictus Dominus Deus meus." Dictis veſperis et pulſata tabula, eant in refectorium, ubi reficiantur pane tantum et aqua, et herbis crudis: cibi fratrum coquantur in coquina, ſicut caeteris diebus, et inde portentur ad eleemoſynam: ſolitus quoque potus detur pauperibus; reficiente conventu, ſecretarii adjunctis ſibi ſacerdotibus, quot neceſſarii fuerint, et quibus juſſum fuerit, remaneant in eccleſia, ad abluenda altaria omnia, quae prius lavanda ſunt aqua, deinde vino; refectis ſervitoribus, poſtquam de monaſterio et dormitorio in clauſtrum redierint, pulſata tabula, fratres eant in refectorium propter ſervandum ordinem, quaſi ad bibendum, et bibant aquam, qui voluerint, alium potum minime; illis exeuntibus de refectorio, et in clauſtro reſidentibus, facto congruo intervallo, pulſetur tabula, et vadant omnes ad collationem; a qua, jubente abbate, percuſſa a priore tabula, ſurgentes pergant in refectorium ad charitatem bibendam.

Sabbato ſancto percutiatur tabula ante nocturna ſicut in ſexta feria, et caetera ſimiliter fiant, uſque ad Primam; in tertio nocturno legatur de epiſtola Pauli apoſtoli, "Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum." Ad Primam ſurgant in nocturnalibus ſuis; Primam, et ſeptem pſalmos, et litaniam, et caeteras horas, uſque ad veſperas dicant, ſicut in ſexta feria; in capitulo legatur ſententia de regula ſancti Benedicti, et diſponantur quae agenda ſunt, uſque ad paſchale capitulum; ante capitulum et poſt capitulum debent ſecretarii monaſterium et omnia altaria ornare, cereos ubicunque eſſe debent collocare, cereum ad benedicendum in loco ſuo ſtabilire;

in quo a cantore ſcribi debet quotus annus ille ſit ab incarnatione Domini, et crux deſignari infixis in quinque locis quinque granis incenſi; poſt Nonam induantur, qui officium ſunt celebraturi, et ad officium ſpecialiter ſerrituri, et infantes omnes, ſacerdos alba, et ſtola, caeteri albis induti, in chorum redeant. Dehinc procedant ad ſacrandum ignem, canentes pſalmum quinquageſimum; primus omnium ſecretarius, qui haſtam portat, in qua ſacratum ignem reportet. Dehinc portitor aquae benedictae: poſt hos, qui portant crucem, et thuribulum: dehinc ſacerdos, qui ignem ſacraturus eſt: poſt quem infantes; dehinc reliqui induti; poſt quos alii fratres, ſicut procedunt in dominicis diebus; ſacrato igne, projiciat ſacerdos aquam benedictam ſuper eum, et poſtea ex carbonibus ipſius ignis impleatur thuribulum; quo impleto, imponat ſacerdos thus, et incenſet ignem; tunc accendatur cereus, quem portare in haſta debet ſecretarius; accendatur et candela in laterna, ut ſi forte in eundo extinguatur cereus, ex ea accendatur; hanc laternam portare debet unus de magiſtris puerorum. Ad hanc proceſſionem candelabra non portantur: eundem ordinem ſervent in redeundo, quem habuerunt in eundo. Revertentes dicant hos pſalmos "Deus in nomine tuo: Miſerere mei Deus, miſerere mei: Deus miſereatur noſtri: Deus in adjutorium:" in ſede epiſcopali canatur a duobus pueris hymnus "Inventor rutili." Ignis ſanctificatus, qui in clauſtro remanſit, a famulis cellerarii colligatur, et ex hoc igne omnes foci in omnibus officinis prius extincti iterum accendantur. Plurima monachorum coenobia faciunt hanc ad ſanctificandum ignem proceſſionem, in quinta etiam feria et ſexta; ſecretario praeferente cereum in haſta, vel virga in quinta feria; priore in ſexta; abbate in Sabbato. Proceſſione in chorum reverſa ſine candelabris et thuribulo, ſacerdos indutus caſula procedat ad altare: diaconus vero ſtola et Dalmatica indutus, veniat ad abbatem; et petat ab eo benedictionem; dehinc vadat ad cereum, et benedicat eum, nec ante benedictionem, nec poſt benedictionem ante et retro faciens, unus autem ex converſis, cum tempus fuerit, indicante cantore, deferat abbati ignitis carbonibus plenum thuribulum: in quo thure injecto accedat ad diaconum, et juxta eum ſit, ut cum tempus fuerit, accipiat diaconus ab eo thuribulum, et incenſet cereum. Secretarius vero ſit paratus, ut cum dictum fuerit "Rutilans ignis accendit," ſtatim accendat cereum: benedictione peracta, diaconus, depoſita Dalmatica, et ſtola, ad ſuum locum in chorum revertatur; cereus vero non extinguatur, uſque in craſtinum poſt veſperas, lectiones ſtatim inchoentur, ſacerdos abſque diacono dicat orationes ad altare, ſicut ſunt per ordinem; ultima oratione dicta, cantor, et alter frater, quem voluerit, induti cappis incipiant in choro litaniam ternam, hoc modo, cantores "Kyrie eleyſon;" dexter chorus ſimiliter reſpondeat "Kyrie eleyſon;" deinde ſiniſter, et caetera eodem modo uſque ad finem litaniae: ternos ſanctos de unoquoque ordine dicant: ad ſingula ſanctorum nomina uterque chorus inclinet, cantores ad nullum: incepta litania, fratres accedant ad formas, ſicut in duodecim lectionibus, ad Tertiam ſacerdos revertatur in ſecretariam et depoſita caſula et ſtola, redeat in chorum. Cum dixerint cantores "Omnes ſancti orate pro nobis," exeant de choro ſacerdos, Levita, ſubdiaconus, tres converſi, et induat ſe ſacerdos caſula, Levita Dalmatica, ſubdiaconus tunica. Finita litania, pronuncient cantores tribus vicibus alta voce "Accendite," et tunc primum accendantur candelabra, et caetera luminaria, quae ante altare, et circa altare ſunt, et cantores incipiant feſtivum "Kyrie eleyſon," et ſacerdos, cum proceſſione ſolita, ad altare procedat, et ſigna tunc pulſari incipiant, nec deſinant, uſque ad finem "Kyrie eleyſon." Et tunc primum det cantor cappas iis, qui "Alleluia" et tractum cantaturi ſunt. Finito "Kyrie eleyſon," incipiat ſacerdos, "Gloria in excelſis Deo." Quando legetur evangelium, non teneantur candelabra, ſed ſolum thuribulum: in hac conſuetudine concordant omnes fere principales monachorum eccleſiae, quae noſtro tempore majoris auctoritatis ſunt, ſicut et in eo quod offerenda, et "Agnus Dei" et "Communio" ad hanc miſſam non dicuntur, licet caetera feſtive dicantur. In quibuſdam quoque non improbandae auctoritatis coenobiis, nec ante ſacerdotem ad altare procedentem hac die candelabra portantur. Celebrata fere miſſa, ſacerdote incipiente "Per Dominum noſtrum," incipiant pulſari duae ſkillae ad veſperas, ut mos eſt in maximis feſtivitatibus: reſponſo "Deo gratias," ad "Ite miſſa eſt" fiat oratio veſpertina; qua facta vadant infantes in refectorium, ſi aliqui adeo parvi ſunt, ut uſque poſt veſperas expectare non poſſint; interim pulſentur majora ſigna, duo et duo; ad extremum pulſatis omnibus ſignis, canantur veſperae, ut decet, ſolenniter: hebdomadarius cantor incipiat "Alleluia" ex aliqua antiphona, ex qua cantor praeceperit; pſalmi "Confiteantur," capitulum, "Si conſurrexiſtis," reſponſorium, "Angelus Domini locutus eſt," hymnus "Ad coenam agni;" verſus, "Reſurrexit Dominus;" ad "Magnificat," "Veſpere autem Sabbati;" collecta, "Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem." Poſt veſperas procedant ad crucifixum.

Die ſancto Paſchae ante vigilias matutinas pulſentur omnia ſigna, dehinc duo et duo, ſicut mos eſt; ad invitatorium quatuor in cappis, pſalmi a beato Benedicto inſtituti, id eſt "Domine in virtute tua" et caeteri; ad lectiones circumferantur thuribula, ſicut in die dominicae Nativitatis inſtitutum eſt: totum denique officium more monachorum agatur: proceſſio ad crucifixum poſt matutinas laudes, et poſt veſperas, per totam iſtam ſeptimanam vadat; miſſa matutinalis hac die cum una collecta; proceſſio in cappis: ad veſperas pſalmi regulares id eſt "Dixit Dominus" et reliqui, qui diebus dominicis dici ſolent; ſuper pſalmos antiphonae, quae ad matutinas laudes dictae ſunt. Tribus ſequentibus diebus ante vigilias pulſentur ſigna, duo et duo; ad invitatorium tres in cappis; pſalmi feriales dicantur, ſex ſub una antiphona, et ſex ſub alia; duo et duo primum,

et

et ſecundum reſponſorium; tertium tres laudes ſub una antiphona; ad thuribula duo ſacerdotes cappis induti ad laudes, et ad veſperas; miſſa matutinalis cum una collecta: ad majorem omnes ſint cappis induti; ad veſperas per totam hebdomadam ſub una antiphona dicantur pſalmi, qui in die Paſchae ad veſperas dicti ſunt. Tribus ſequentibus diebus, ad invitatorium duo in froccis; ad nocturna pſalmi feriales, tres lectiones de pronunciato evangelio; major miſſa, et caetera omnia, ſicut in duodecim lectionibus. In hac hebdomada non loquantur in clauſtro: miſſa matutinalis "Reſurrexi," omnes horae cum antiphonis canantur: Sabbato tantum ad veſperas pſalmi cum "Alleluia" dicantur.

Octavo die ad invitatorium tres in cappis: ad lectiones legantur paſchales ſermones; in tertio nocturno pronuncietur evangelium "Cum eſſet ſero;" miſſa matutinalis "Quaſi modo geniti;" proceſſio in albis: major miſſa "Reſurrexi," ad quam ſint omnes cappis induti; feria ſecunda ponatur ad legendum liber Actuum apoſtolorum uſque ad ſequentem dominicam; ad utrumque nocturnum, et ad omnes horas "Alleluia" dicatur, uſque ad aſcenſionem Domini: poſt capitulum pulſata tabula, loquantur in clauſtro; poſt Nonam, cum exierint de refectorio, pergant in capitulum, et ſupplicent ante et retro, pulſetque prior tabulam tribus ictibus, dicatque ter, "Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina;" et conventus idem ter reſpondeat adjungentes "Gloria Patri, Kyrie eleyſon; Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon, Pater noſter;" et prior "Et ne nos," "Adjutorium noſtrum in nomine Domini," conventus, "Qui fecit caelum et terram;" et a priore dicto "Benedicite," poſt loquantur in clauſtro: hic loquendi ordo teneatur uſque ad idus Septembris privatis diebus, niſi jejunium fuerit.

A dominica prima poſt octavas Paſchae, legatur Apocalypſis, et canatur hiſtoria "Dignus es Domine" duabus ſeptimanis. A dominica tertia uſque ad aſcenſionem Domini legantur ſeptem canonicae epiſtolae, et canatur hiſtoria "Si oblitus:"

Diebus Rogationum dictis matutinis pro defunctis, fratres ad lectos redeant, et qui volunt, plus ſolito dormiant: his enim diebus meridianis horis non dormiunt, nec aliquo ſonitu, ut aliis diebus mos eſt, mane excitantur, ſed cum tempus congruum viſum fuerit, excitare debent infantes magiſtri eorum, quam quietius poſſunt. Quibus in clauſtro legentibus, ſurgant ſine mora, qui in lectis adhuc quieſcunt. Poſt Primam, et familiares pſalmos Primae, et ſeptem pſalmos et litaniam, dicatur miſſa de jejunio ad majus altare: poſt cujus primam orationem dicantur aliae, quae ad majorem miſſam quotidianis diebus dici ſolent, addita in fine alia, id eſt, "Sanctorum tuorum interceſſionibus." Omnes offerant ad pacem, ſolus prior, aut qui in loco prioris eſt, vadat. Sententia de regula legatur in capitulo, et ordinetur proceſſio. Poſt Tertiam ſumant mixtum pueri, et infirmi, qui jejunare non poſſunt. Cantata Sexta, vadant in dormitorium, ſicut alio tempore, quando meridianis horis in lectis quieſcere ſolent, et facto intervallo parviſſimo, pulſetur ſkilla; dehinc nudis pedibus de dormitorio deſcendant, manus abluant, ad eccleſiam vadant, orationem faciant. Qua facta, incipiat infans antiphonam "Exſurge Domine." Interim pulſentur duo ſigna: cantata antiphona, dicat ſacerdos "Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam:" ſequatur "Kyrie eleyſon, Pater noſter," pſalmus "Deus miſereatur noſtri;" in craſtino "Deus in adjutorium meum;" dehinc ſacerdos "Et veniat ſuper nos," collectam pro peccatis. Poſtea ſonantibus ſignis, exeant proceſſuri canentes, incipiente cantore, quae ad proceſſionem pertinent, praecedant famuli cum vexillis, ſequetur converſus cum aqua, poſt quem alius cum cruce: dehinc ſubdiaconus ferens textum, poſt quem fratres laici, dehinc infantes cum magiſtris, poſt quos cantores, extremis prioribus, et praecedentibus junioribus, ſicut eſt ordo eorum; in egreſſu monaſterii ſint famuli camerarii, habentes ibi baculos praeparatos, quos tribuant fratribus ad ſe ſuſtentandos: cum pervenerint ad eccleſiam, ad quam ituri ſunt, incipiat cantor antiphonam vel reſponſorium de ſancto, in cujus honorem fundata eſt ipſa eccleſia; intrantes fratres reddant baculos praedictis famulis, ab eiſdem iterum recepturi exeuntes. Finito incepto cantu, dicat ſtatim ſacerdos capitulum de ſancto illo, et collectam cum "Dominus vobiſcum" alta voce et ſolenniter; infans "Benedicamus Domino." Quo dicto, inclinantes ſe faciant orationem. A qua, facto ſigno, ſurgentes inclinent ante et retro. Dum haec fiunt, ſacerdos et Levita et caeteri, qui circa altare ſervituri ſunt, praeparare ſe debent ad celebrandam miſſam, ſecretarius quoque pallio et honeſtis pannis altare decenter parare; omnia enim, quae ad hoc ſervitium ſunt neceſſaria, inſtantia ſecretarii illuc prius debent eſſe delata. Paratis omnibus, celebretur iterum miſſa de jejunio: poſt primam orationem dicatur oratio de ſancto illo, cujus eſt eccleſia, nullaque amplius: celebrata fere miſſa, duo fratres, qui cappis induti, debent dicere "Agnus Dei," ad portas monaſterii inclinantes ſe ante et retro, regrediantur, ſumentes ſecum aliquos ex famulis, quibus juſſum fuerit, et dicentes inter ſe litaniam, quam conventus in reditu cantaturus eſt; expleta miſſa, accedant ſtatim fratres, quibus juſſum fuerit, et ſtantes in medio pronuncient litaniam: interim ſacerdos, et qui ad miſſam ſervierunt, expediant ſe, et ſic revertantur in chorum. Poſt "Sanctum Johannem et omnis chorus prophetarum," pronuncient illum ſanctum duabus vicibus, in cujus nomen eſt eccleſia dedicata; poſtea inclinantes ſe omnes ante et retro, regrediantur eo ordine, quo venerunt; cantores litaniae producant aut brevient ipſam litaniam, ſecundum quantitatem itineris, qui in redeundo pergere debent poſt infantes, ante reliquum conventum cantorum. Cum autem proceſſio rediens ante monaſterii introitum venerit, ſtatione facta, litaniam finiant: qua finita, cantores ejus in ordinem ſuum redeant, et praedicti duo cantores, qui praeceſſerant cappis induti, nudis pedibus ante portas mona-

monaſterii ſtantes dicant "Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis." Chorus ſimiliter reſpondeat; cantores "Suſcipe deprecationem noſtram, qui ſedes ad dexteram Patris:" chorus "Agnus Dei" ſicut ſupra: cantores "Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, ſicut erat in principio, et nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum, Amen." Interim praecedentibus, qui vexilla portant, et caetera, quae ſuperius dicta ſunt, ſequantur cantores, et reliquus conventus; dicta "Gloria" reſpondeat conventus "Agnus Dei" ut ſupra. Conventu intrante monaſterium, pulſentur ſigna; cantores "Exaudi Deus:" conventus "Voces noſtras," cantores "Exaudi Chriſte," conventus "Miſerere nobis," cantores "Exaudi Deus," conventus "Orationem populi tui." Cunctis fratribus chorum ingreſſis, collocata cruce, et reliquis, quae portata ſunt, in locis ſuis, praedicti duo cantores in medio chori ſtantes pronuncient litaniam "Sancte ſanctorum Deus, miſerere nobis," priores a parte altaris ſint, reliqui poſt eos, ſicut eſt ordo eorum. Expleta litania pulſetur ſignum ad Nonam, factaque oratione Nonae, vadant in clauſtrum lavare pedes; quibus lotis revertentes in chorum, pulſato alio ſigno cantent Nonam; ad veſperas ſecunda et tertia feria, pulſentur ſigna, ſicut privatis diebus; inter ſigna dicantur pſalmi "Deus auribus noſtris;" poſt veſperas de omnibus ſanctis, dicantur veſperae mortuorum: vigilia mortuorum his diebus non agatur, ſi proceſſio extra clauſtrum perrexerit; alioquin agatur, ſicut ſolet: his tribus diebus ad nocturna, capitula; et collectae de reſurrectione, et ad veſperas ſecundae et tertiae feriae; ad matutinas vero laudes, et ad Tertiam, et ad Sextam, et ad Nonam, capitula et collectae de jejuniis. Si in his tribus diebus feſtivitas duodecim lectionum evenerit, totum ſervitium noctis, et diei, de ipſa feſtivitate agatur: dicta Tertia et pulſatis omnibus ſignis, miſſa ipſius feſtivitatis, ſicut alio tempore ſolenniter celebretur; proceſſio vadat, ſicut aliis diebus, excepto quod calciati, et ſine baculis ibunt. Miſſa jejunii ad monaſterium, quo proceſſerint, celebretur. Si autem feſtivitas trium lectionum evenerit, commemoratio ipſius tantummodo fiat ad veſperas, et ad matutinas laudes, et ad priorem miſſam de jejunio.

Sabbato in vigilia Pentecoſtes ſurgentes a meridiana abluti, et pectinati ad eccleſiam veniant, et oratione facta induantur officium celebraturi; et ad officium ſervituri; agatur officium feſtive, ſicut in Sabbato ſancto; cantor, et alius frater, quem voluerit, induti cappis pronuncient litaniam ternam, ſicut in vigilia Paſchae; cum pronunciatum fuerit "Accendite," accendatur cereus benedictus, et reliqua luminaria; unus enim cereus ſolummodo ante illam horam debet eſſe accenſus ante altare; cum inceperint "Kyrie eleyſon," pulſentur omnia ſigna; ſequatur "Gloria in excelſis Deo:" ad evangelium teneantur candelabra, et thuribulum; poſt miſſam pulſatis duobus majoribus ſignis, faciant orationem Nonae etiam duo cantores in cappis. In craſtino et totis octavis agatur ſicut in paſchali ſolennitate, et octavis paſchalis ſolennitatis, niſi quod octava hujus feſtivitatis die, utraque miſſa eſt "Spiritus Domini."

Feria ſecunda, ſi nulla feſtivitas ſit, dicatur miſſa "Domine in tua miſericordia." Hac hebdomada inchoanda ſunt jejunia, quae regula praecipit, quarta et ſexta feria uſque ad idus Septembris, niſi rationabilis cauſa exiſtat, cur abbas vel prior bis reficiendi licentiam tribuat; poſt capitulum ipſis jejuniorum diebus, ſedeant in clauſtro loquentes: ſecretarius vero non pulſabit minimum ſignum, ſicut conſuetudo eſt, poſt capitulum, ad apparatum miſſae: poſt Tertiam pergant infantes, et minuti ſanguine, et infirmi, quibus licentia data eſt accipere mixtum; poſt Sextam agatur meridiana: a qua ſurgentes nudis pedibus, in clauſtrum veniant, afferentes calciamenta ſua; poſt haec abluti, et pectinati veniant in eccleſiam, et facta oratione pulſatiſque duobus ſignis, inchoet infans "Exſurge Domine," et caetera, ſicut longe ſuperius dictum eſt; hic ordo ſervandus eſt feria quarta et ſexta uſque ad feſtivitatem Omnium Sanctorum, niſi ſit vigilia, cujus miſſa ſolenniter celebretur, tunc enim proceſſio ex toto dimittitur.

Dominica prima poſt octavas Pentecoſtes cantantur hymni ad nocturna, et ad matutinas laudes, "Nocte ſurgentes:" "Ecce jam noctis," qui canendi ſunt dominicis diebus, uſque ad dominicam primam menſis Octobris, ponantur ad legendum libri Regum, et Paralipomenon, uſque ad dominicam primam menſis Auguſti; hiſtoria "Deus omnium." Dominica primi menſis Auguſti ponant Salomonem uſque ad dominicam primam menſis Septembris, reſponſoria "In principio."

Dominica prima menſis Septembris ponant Job, Tobi, Judith, Heſter, Eſdram, uſque ad dominicam primam menſis Octobris.

Ab idibus Septembris privatis diebus agantur continue jejunia, quae regula praecipit, atque ipſa die iduum incipiant jejunare, ſicut ſanctus Benedictus inſtituit, una tantum vice loquantur in clauſtro, uſque ad calendas Octobris, id eſt, poſt capitulum uſque ad Tertiam. Poſt Sextam in dormitorium vadant, et poſt parviſſimum intervallum pulſato minimo ſigno deſcendant, lavent, ad monaſterium pergant, factaque oratione dictaque litania, miſſam celebrent. Celebreta fere miſſa, pulſetur ſignum ad Nonam. Poſt miſſam, facta oratione, pergant ſervitores accipere mixtum. Quibus revertentibus, pulſato alio ſigno, canatur Nona.

Quinque ſunt praecipue feſtivitates, id eſt, natale Domini, reſurrectio ejus, Pentecoſte, aſſumptio ſanctae Dei genitricis Mariae, feſtivitas Loci. Servatis omnibus, quae de Sabbato ſancto dicta ſunt, in harum feſtivitatum vigiliis ornetur totum monaſterium, et omnia altaria, ſecundum facultatem loci, ſicut honeſtius fieri poteſt; mundentur officinae, et clauſtrum: ſedilia refectorii, capituli, clauſtri tegantur, bancalibus ſternatur juncus. Ad miſſam jejunii induantur honeſte, qui eam ſunt celebraturi; ſacerdos honorifice; diaconus Dalmatica; ſubdiaconus tunica; tres converſi, cantor hebdomadarius cappa, duo fratres ad reſponſoria; ante miſſam pulſentur ſigna, ſicut in feſtis diebus, lita-

litania minime dicatur; "Kyrie eleyſon," feſtivum canatur, una tantum collecta dicatur. Si feſtivitas in hac die evenerit, miſſa matutinalis de ea cantetur. Ad Nonam duo majora ſigna pulſentur, ad veſperas duo minima, dehinc gradatim duo et duo, ad extremum omnia. Inter ſigna luminaria monaſterii omnia accendantur. Ante ſingula altaria, quae extra preſbyterium ſunt, ſingula luminaria ardeant: antiphonas ſuper pſalmos, quibus cantor praeceperit, incipiant, reſponſorium quatuor in cappis canant, antiphona ad "Magnificat" ter dicatur; abbas et prior cappis induti incenſent utraque preſbyterii altaria, ante, et deſuper utrique ſimul ſinguli ſingula latera; parati ſint duo alii ſacerdotes hebdomadarii, ſcilicet majoris et minoris miſſae, qui thuribula de eorum manibus accipiant, et hinc et inde per altaria, quae extra ſunt, circumferant: qui revertentes in chorum abbati prius, priori poſtea ferant, poſt eis, qui reſponſorium cantaverunt, non ambo ſimul, ſed unus hinc, et alter inde; dehinc duo converſi in albis caeteris fratribus. Abbati de libro ſerviat, qui thuribulum de ejus manu accepit. In his vigiliis tabulae refectorii debent eſſe coopertae.

In craſtino ante nocturnas vigilias ad excitandos fratres pulſentur omnia ſigna; dehinc gradatim duo et duo, ad extremum omnia. Ad invitatorium quatuor in cappis. Terna reſponſoria in tribus nocturnis duo et duo; quartum quatuor, octavum quinque, duodecimum ſex canant. In tribus nocturnis, dum legitur tertia lectio, duo ſacerdotes cappis induti incenſent altaria majus et minus; dehinc ferant abbati, et priori, et caeteris fratribus, per ordinem; octavum et duodecimum reſponſorium poſt "Gloriam" a capite repetantur; pronunciato evangelio altare diſcooperiatur, et omnia luminaria accendantur. Ad "Te Deum laudamus" duo majora ſigna pulſentur; lecto evangelio, collecta dicta, pulſatis omnibus ſignis, inchoet ſacerdos matutinas laudes, dehinc in veſtiarium reverſus, caſulam et ſtolam deponat, et ſic in alba, cum manipulo in chorum redeat, incepto hymno exeat, manipulum deponat, cappam induat, et cum alio fratre ſimiliter induto, ſicut ad heſternas veſperas cum thuribulis per altaria vadat, duobus converſis cum eis indutis in albis. Si abbas evangelium legerit, poſt evangelium indutus cappa in chorum revertatur: antiphona ad "Benedictus" ter dicatur; ad Primam duo majora ſigna pulſentur. Tres cerei ante altare accendantur, ſimiliter ad Tertiam, et Sextam et Nonam; capitulum breviter peragatur. Miſſa matutinalis cum una collecta et praefatione dicatur; dum ſacerdos in canone eſt, remanentibus infantibus cum magiſtris ſuis in choro, qui ante miſſam debent eſſe induti, caeteri pergant induere ſe, qui accipientes a ſecretario veſtimenta extra ſecretariam ſe induant. Si vero locus parvus eſt, exeant aliqui in clauſtrum vel capitulum, et ibi induant ſe: meliores vero albae tribuantur prioribus et honeſtioribus perſonis; unuſquiſque mox ut indutus fuerit, revertatur in chorum; miſſa peracta, ſi dies dominicus non fuerit, ceſſante majore ſigno, quod incepta ultima collecta miſſae pulſari coepit, fiat oratio Tertiae. Poſt orationem, pulſato alio ſigno, cantetur Tertia; ſi vero dies dominicus fuerit expleta matutinali miſſa, non pulſato adhuc Tertiae ſigno, fiat aqua benedicta, ſicut aliis dominicis diebus fieri ſolet, dum cantant "Aſperges me" pulſetur majus ſignum ad Tertiam. Aſperſa aqua benedicta, vadat ſacerdos per officinas cum portitoribus aquae, et crucis: ceſſante ſigno fiat oratio Tertiae. Qua expleta, pulſato alio ſigno canatur Tertia; ſacerdos interim, qui per officinas ivit, revertens ante introitum monaſterii, dicat orationem ſolitam; dehinc intrans ante unum de altaribus via ſanctorum; dicta Tertia, diſtributis cappis, diſpoſitis in choro a cantore, qui ea, quae portanda ſunt, portare debent, exeant omnes hoc ordine proceſſuri; primum converſus ferens ſitulam cum aqua benedicta, dehinc duo portantes duas cruces, poſt quos duo cum duobus candelabris accenſis, deſuper cereis, alii duo ferentes duo thuribula, igne et thure plena; hos ſequantur duo ſubdiaconi tunicis induti, portantes duos evangeliorum textus, poſt quos infantes cum magiſtris ſuis: extremi abbas, et priores, praecedentibus aliis binis et binis, ſicut eſt ordo eorum. Cum proceſſio de choro incipit exire, pulſentur duo majora ſigna, non ceſſatura uſque dum proceſſio in chorum ſit reverſa, ceſſentque alia ſigna; procedentes per majores januas monaſterium introeant, et ante crucifixum ſtationem faciant. Qua facta expleto cantu, quem inceperant, incipiat abbas, vel cantor quod ad ipſum diem pertineat, et ſic ſonantibus omnibus ſignis chorum introeant, eiſque ceſſantibus miſſam incipiant. Ante miſſae introitum ſternatur unum, aut duo tapetia per tranſverſum chori, ubi ſtare debeat cantor, et caeteri, quos ad ſe vocaverit ad chorum regendum: omnes cerei, qui in coronis ſunt, et caetera luminaria, quae in choro, et preſbyterio, et ante crucifixum ſunt, accendantur. Cantor provideat quot, et qui, quae ſingulariter cantanda ſunt, cantent. Ad ſequentiam duo majora ſigna pulſentur. "Communio," ſi opus fuerit, repetatur cum verſu, et "Gloria Patri." Expleta miſſa pulſentur omnia ſigna, unuſquiſque veſtimentum ſuum, et cappam, utraque bene plicata deferat ſecretario ad arcam; feſtivae mappae ſuper tabulas refectorii ſint extenſae, ita ut ante pendeant. Sint et quotidianae, lotae tamen, ſuper quas manducent fratres: manutergia etiam candida, et honeſta ſuper terſoria quotidiana ſint extenſa: quae manutergia poſt capitulum a camerariis ſunt extendenda; nullus tamen fratrum debet ibi manus tergere, niſi ſolummodo ad refectionem primam, et ſero ad coenam. Ad Nonam duo majora ſigna pulſentur. Ad veſperas agatur de ſignis, et cereis, ſicut actum eſt ad veſperas praecedentis diei. Poſt coenam refectis ſervitoribus, colligant refectorarii mappas feſtivas, et bene plicatas reddant celerario conſervandas; camerarius vero honeſtiora terſoria accipiat et cuſtodiat.

Sunt aliae feſtivitates, quae magnifice celebrantur, quamvis non aequaliter ſuperioribus, ſunt autem hae: Epiphania; purificatio ſanctae Mariae;

riae, feſtivitas ſancti Gregorii; annunciatio Chriſti; octava dies paſchalis ſolennitatis; feſtivitas ſancti Alfegi martyris; aſcenſio Chriſti; feſtivitas ſancti Auguſtini Anglorum archiepiſcopi; octava Pentecoſtes dies; nativitas ſancti Johannis Baptiſtae; paſſio apoſtolorum Petri et Pauli; tranſlatio ſancti Benedicti; nativitas ſanctae Mariae; feſtivitas ſancti Michaelis; feſtivitas Omnium Sanctorum; feſtivitas ſancti Andreae; dedicatio eccleſiae; harum omnium feſtivitatum praecedentibus diebus ornentur altaria, preſbyterium, chorus, membra monaſterii, ex utraque parte chori; pulſentur ſigna ſicut in praecipuis feſtis, accendantur duae partes cereorum coronae preſbyterii, et omnia luminaria, quae circa majus altare ſunt, et cereus ante crucifixum: antiphonae, ſi propriae habentur, quibus cantor praeceperit, ſuper pſalmos imponant; ſin autem, cum una antiphona de ipſa feſtivitate canantur; reſponſorium duo in cappis; antiphona ad "Magnificat" bis dicatur; duo ſacerdotes cappis induti ad thuribula, ſicut ſuperius de praecipuis feſtivitatibus dictum eſt. Miſſae vigiliarum aſcenſionis Chriſti, Johannis Baptiſtae, apoſtolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum feſtive celebrentur: ſi quaelibet harum vigiliarum, vel alia aliqua, quae feſtive celebretur, dominica die evenerit, totum ſervitium noctis, et miſſa matutinalis de dominica agatur; major vero miſſa, cum "Alleluia" poſt reſponſorium de vigilia dicatur, excepta dominicae Nativitatis vigilia, in qua, ſi ita evenerit, in tertio nocturno de ipſa vigilia cantatur, et legitur. In craſtino ante nocturnas vigilias pulſentur ſigna, bina et bina, dehinc ſimul omnia: ad invitatorium tres in cappis, tria reſponſoria in tribus nocturnis duo et duo canant, quartum tres, octavum quatuor, duodecimum quinque, quod poſt "Gloriam" a capite repetatur; pronunciato evangelio altare diſcooperiatur; luminaria, ſicut ad veſperas praecedentis diei, accendantur; antiphona ad "Benedictus" bis dicatur, et thuribula ſimiliter circumferantur; ad Primam duo ſigna pulſentur, tres cerie accendantur, ſimiliter ad Tertiam, et Sextam, et Nonam; ornentur ſedilia, extendantur mappae et terſoria, ſicut ſupra dictum eſt: miſſa matutinalis de ipſa ſolennitate cum una collecta, niſi ſit feſtivitas alicujus ſancti, unde commemoratio fiat; quod ſi evenerit, matutinalis miſſa erit de ſancto, et collecta prima, ſecunda de ipſa ſolennitate, et non amplius: ſacerdotes ad miſſas privatas ſimiliter collectam unam: dicta matutinali miſſa canatur Tertia, celebretur miſſa in cappis, excepta purificatione ſanctae Mariae, in qua ad miſſam ſint omnes albis induti propter cereos, praeter cantorem, et eos, qui circa eum ſunt, quos cappis etiam indutos eſſe oportet. Excipiuntur quoque beati Gregorii et dominicae Annunciationis feſtivitates, quando inter Quadrageſimam celebrantur. In his enim ſimiliter ſint omnes albis induti, praeter ſupradictos, et eos, qui reſponſorium et tractum cantant: hi namque, praecipiente cantore, accedentes ad cantandum cappas in choro induant, et cum percantaverint venientes in veſtiarium, eas ibi deponant: cantor quot, et quos voluerit ad ſe vocet: numerus cantantium reſponſorium, et "Alleluia," et caetera, quae cantanda ſunt, in arbitrio cantoris ſit. Celebrata miſſa, pulſentur omnia ſigna; ſi aliqua harum feſtivitatum dominica die evenerit, dicta matutinali miſſa, fiat aqua benedicta, et proceſſio per clauſtrum, ſicut ſolet dominicis diebus, omnes tamen ſint albis induti. Ad Nonam pulſentur ſigna duo, et agantur veſperae, ſicut praecedente die. Feſtivitatem beati Gregorii inter ſuperiores ideo computamus; quia noſtrae, id eſt, Anglorum gentis apoſtolus eſt. Si dominicae Annunciationis feſtivitas aliqua Quadrageſimae dominica evenerit, in craſtinum differatur; alioquin ſervitium dominici diei reſtaurari non poſſet; veſperae uſque ad capitulum de dominica agantur, capitulum de feſtivitate dicatur; poſt primam collectam commemoratio dominicae diei fiat: ſi Sabbato evenerit, totum diei ſervitium de ipſa ſolennitate agatur. Poſt primam veſpertinam collectam, collecta de dominica dicatur, excepto Sabbato ante Palmas, in quo ſi haec feſtivitas evenerit, de ipſa feſtivitate agatur ſervitium uſque ad capitulum veſpertinum. Ipſo die duo fratres in froccis reſponſorium cantent, unus ſacerdos cappa indutus altaria incenſet; poſt primam collectam commemoratio feſtivitatis fiat. Si vero tertia feria poſt Palmas evenerit, feſtivitas quidem, ſicut dictum eſt, celebretur, ſed fratres in craſtino radantur, et tunc poſt capitulum, et poſt Sextam in clauſtro loquantur. Qui autem ipſo die balneari non poterunt, in craſtino qui voluerint balneentur. Si vero quinta feria vel ſexta vel Sabbato ante Paſcha, vel in ipſa paſchali ſolennitate, vel tribus ſequentibus diebus evenerit, in quintam feriam poſt paſchalem ſolennitatem differatur; feſtivitas iſta tunc ita ſolenniter agatur, ſicut paſchalis ſolennitas, excepto quod pro ſkilla ante nocturnas vigilias ad excitandos fratres claſſicum non pulſetur, nec proceſſio fiat; antiphonae, et reſponſoria, quae in hac feſtivitate in Quadrageſima canerentur, in hoc quoque tempore, cum adjunctis "Alleluiis" canantur; verſiculi quoque omnes cum finali "Alleluia" dicantur: invitatorium, "Alleluia Alleluia" ſecundum melodiam invitatorii, "Ave Maria," cantica de adventu Domini.

Die aſcenſionis Chriſti fiat proceſſio in albis, vel extra clauſtrum circa monaſterii curiam, praecedentibus vexillis, et reliquiis cum reliquis, quae ad feſtivam proceſſionem praecedere ſolent, vel per clauſtrum ſine vexillis. Ex quo incipit proceſſio exire, pulſentur duo ſigna, ſicut ſuperius dictum eſt, in die nativitatis ſanctae Mariae: ad veſperas pſalmi, "Dixit Dominus; Laetatus ſum in his; Niſi Dominus; Memento Domine;" cum antiphona "De fructu ventris tui," qui pſalmus cum hac antiphona quartus dicitur in omnibus feſtivitatibus ſanctae Mariae. In feſtivitate ſancti Michaelis pſalmi ad veſperas "Dixit Dominus; Confitebor; Beatus vir:" aliud "Confitebor" cum antiphona "In conſpectu angelorum."

Vigilia Omnium Sanctorum ad veſperas pſalmi cum antiphonis de ipſis pſalmis, qui quotidie ad eorum memoriam ſolent dici; preces, "Poſt partum virgo" et caetera: cum dictum fuerit "Adducentur regi virgines poſt eam" adjungatur

jungatur "Pro fratribus noſtris abſentibus; Mitte eis Domine auxilium de ſancto;" "Domine exaudi orationem; Domine Deus virtutum; Dominus vobiſcum:" poſt collectam commemoratio ſolummodo de ſancta cruce. In craſtino ad laudes ſimiliter preces "Poſt partum virgo:" ad veſperas pſalmi, et ſuper pſalmos antiphonae, ſicut praecedente die; dictis veſperis pulſentur omnia ſigna, et productius ſolito canantur veſperae pro defunctis, niſi in craſtino ſit dies dominicus, vel quaelibet feſtivitas duodecim lectionum, collecta una "Fidelium Deus," ſequente autem nocte ad vigiliam mortuorum, pulſentur ſimiliter omnia ſigna. Ipſa die ſacerdotes omnes celebrent miſſas, pro omnibus fidelibus defunctis. Qui vero ſacerdotes non ſunt, injungantur eis in capitulo pſalmi pro miſſis. Agatur miſſa matutinalis feſtive, pulſentur omnia ſigna, cappa ſit in choro; Levita, et ſubdiaconus caſulis induantur, duo infantes reſponſorium in albis, duo majores fratres tractum ſimiliter in albis, tres converſi ad thuribulum et candelabra: ſeptem diebus plena officia, uſque ad triginta dies "Voce mea et verba mea." In feſtivitate dedicationis eccleſiae cerei accenſi ad priores veſperas per omnia altaria, quae ipſa die ſacrata fuerunt, non extinguantur uſque in craſtinum poſt completorium. Cantica "Laetare Jeruſalem; Urbs fortitudinis: Non vocaberis ultra." Ipſa die celebretur miſſa per unumquodque altare, ſi numerus ſacerdotum tantus eſt: dicta Tertia, agatur proceſſio feſtiva in albis, aut circa monaſterium, ſi locus aptus eſt, aut per clauſtrum praecedentibus, quae feſtivam proceſſionem praecedere ſolent, et ingrediatur monaſterium per majores januas, fiatque ſtatio ante crucifixum. Pſalmi ad veſperas, qui in feſtivitate virginum dici ſolent. Haec feſtivitas octavas habet.

Sunt aliae tertiae dignitatis feſtivitates, quae non tantopere celebrantur; hae autem ſunt feſtivitas ſancti Vincentii, converſio ſancti Pauli, Philippi et Jacobi, inventio ſanctae crucis, Jacobi apoſtoli, ſancti Petri in calendis Auguſti, Laurentii martyris, octava dies aſſumptionis ſanctae Mariae, Bartholomaei apoſtoli, Auguſtini doctoris, decollatio Johannis Baptiſtae, exaltatio ſanctae crucis, Matthaei apoſtoli, Simonis et Judae, beati Martini, Thomae apoſtoli; et ſi quae aliae feſtivitates, ita celebrari inſtituantur. Pridie ante has feſtivitates parentur duo preſbyterii altaria, preſbyterium et chorus. Ad Nonam et ad veſperas pulſentur ſigna, ſicut privatis duodecim lectionibus, niſi quod majora ſigna pulſari debent. Tria candelabra ante altare, et caetera luminaria, quae circa ſunt, accendantur. Veſperae cum una antiphona de ipſa feſtivitate canantur, niſi praecedat feſtivitas, de qua dicantur veſperae, uſque ad capitulum: reſponſorium, ſi propria hiſtoria eſt, duo fratres canant in froccis ſuis; ſi non eſt propria hiſtoria, ſicut in feſtivitatibus quorundam apoſtolorum; aut ſi jam cantata eſt quemadmodum octava die aſſumptionis ſanctae Mariae, duo pueri dicant breve reſponſorium: ſacerdos indutus cappa, incenſet altaria; converſus ſit in alba; in craſtino ad invitatorium duo in cappis; tria reſponſoria in tribus nocturnis, ſinguli ſingula; quartum reſponſorium duo, octavum tres, duodecimum quatuor, quod poſt "Gloriam" repetatur. Pronunciato evangelio, diſcooperiatur altare, et accendantur luminaria, ſicut pridie ad veſperas: ad "Te Deum laudamus," duo mediocria ſigna pulſentur; poſt lectum evangelium ſacerdos in chorum redeat in alba; ad laudes duo pueri, breve reſponſorium, ſive ſit propria hiſtoria, ſive non; et ad veſperas ſimiliter. Ad Primam pulſetur unum de majoribus ſignis; accendantur duo cerei ante altare, et per omnes horas uſque ad veſperas. Ad miſſam in choro omnes ſint in albis, praeter cantorem, et eos, qui ſecum erunt, qui etiam, cappis induti, chorum regere debent. Ad Nonam pulſetur ſignum, ſicut ad Primam: antiphonas ſuper pſalmos ad veſperas imponant juvenes, quibus cantor praecepit; caetera agantur, ſicut ad veſperas praecedentis diei.

Ad priores veſperas inventionis ſanctae crucis hymnus "Vexilla regis." In craſtino invitatorium et duo nocturna de martyribus, tertium de ſancta cruce, cantica "Domine, audivi," quod dividatur in tres "Glorias:" prima "Gloria" eſt ante verſum "Pro iniquitate;" ſecunda ante verſum "Egreſſus es." Hymnus ad laudes "Luſtra ſex," miſſa matutinalis de martyribus, major de S. cruce, pſalmi ad veſperas "Dixit Dominus; Confitebor; Beatus vir; Laudate pueri; hymnus "Vexilla regis."

In exaltatione S. crucis ſimile ſervitium eſt ſervitio inventionis ejuſdem, niſi quod in hac S. crux adoratur, in illa minime. In hac itaque ſolennitate, dicta Tertia, ſternatur preſbyterium tapetibus, uſque ad majus altare; quo facto, exeant de parte matutinalis altaris duo fratres in albis, quibus cantor praeceperit, portantes crucem coopertam, donec veniant ſuper gradum, qui ante altare eſt propior ipſi altari: tunc a portantibus diſcooperta cruce, et ab eiſdem incepta antiphona "Ecce lignum crucis," omnes flectant genua; ac deinde, ſuper tapetia proſtrati toto corpore, adorent eam, et oſculentur pedes crucifixi, ſicut ſunt priores. Cantata antiphona ſupradicta, incipiat cantor antiphonam "Crucem tuam adoramus," quam repetant per ſingulos verſus pſalmi "Deus miſereatur;" deinde alia quae conveniunt, ſi opus fuerit, adorata cruce, praedicti duo fratres, qui eam tenent, incipiant ſimul alta voce antiphonam "Super omnia;" et flectentibus omnibus genua, fixaque cruce in loco ſuo, pulſatis ſignis, celebretur miſſa. Ad introitum "In nomine Domini omne genu flectatur;" evangelium, "Nunc judicium eſt mundi."

Quinque dies dominici ſunt, qui communia quaedam inter ſe habent ſeparata a caeteris diebus dominicis; dominica videlicet prima de adventu Domini; dominica prima Septuageſimae; dominica prima Quadrageſimae; dominica in medio Quadrageſimae; dominica Palmis. In his duo invitatorium canant in albis: ſacerdos, lecto evangelio, exutus in veſtiario caſula et ſtola, revertatur in chorum in alba, cum manipulo, exiturus incepto hymno, et incepta antiphona ad "Benedictus," ſimiliter

ter in alba intraturus, et incenſum per altaria portaturus; chorus ab heſterna die debet eſſe paratus, et per chorum juncus ſparſus. Ad utraſque veſperas et ad laudes, duo fratres, in froccis reſponſorium canant. Tabulae refectorii ſint coopertae, honeſta manutergia ſint extenſa ſuper terſoria, ſicut in omnibus feſtivitatibus, in quibus invitatorium in cappis canitur; quae extendantur et colligantur, ſicut ſuperius dictum eſt.

In omnibus feſtivitatibus duodecim lectionum, quaecunque ſint, et in omnibus diebus, qui infra octavas ſunt, in quibus in clauſtro non loquuntur monachi, quamvis ipſi dies trium lectionum ſint, et in omnibus vigiliis, in quibus miſſae, pulſatis omnibus ſignis, feſtive aguntur, et in omnibus Sabbatis jejuniorum quatuor temporum, cum cantor inchoaverit "Gloria Patri," ad officium, ſacerdos ingrediatur ad altare, ferens miſſale manibus ſuis, praecedentibus tribus converſis cum candelabris et thuribulo, ſubdiacono poſt eos cum textu, ſubdiaconum ſequente diacono, et poſito miſſali ſuper altare, faciat orationem ſuppliciter inclinatus; diaconus quoque retro poſt eum ſimiliter faciat; factaque oratione, ſignet ſe ſacerdos, et oſculetur textum evangelii, quem ſubdiaconus ſuper altare poſitum habere debet; diaconus quoque ſimiliter ſignans, ſe faciat ante et retro, et veniens ad ſiniſtram ſacerdotis, oſculetur cornu altaris, dehinc faciant ſimul confeſſionem; qua facta, impoſito a ſacerdote thure in thuribulo, tribuat diaconus ſacerdoti thuribulum, humiliter oſculans brachium ejus. Accepto thuribulo, ſacerdos incenſet altare ante et deſuper, reddatque diacono; diaconus incenſet utraque altaris latera, et altare matutinale, et ſic reddat converſo: qui deferens in chorum offerat primum cantori et ipſis, qui cum eo ſunt; dehinc in dextro choro omnibus per ordinem, et ſic in ſiniſtro; deinde infirmis, qui extra chorum ſunt, duo vero converſi, qui tenent candelabra ante altare, non dimittant ea uſque quo inchoetur "Kyrie eleyſon." Quo inchoato depoſitis candelabris, revertantur in chorum. Ad evangelium ſimiliter, deferatur thuribulum ad ſacerdotem. Poſt evangelium, dum canitur offerenda vel verſus offerendae, converſus afferat thuribulum cum acerra cantori, quicunque ille ſit, qui chorum tenet, ſi feſtivitas ſit duodecim lectionum, vel feſtivi dies ſint trium lectionum intra octavas ſuperius deſcriptas: cantor vero, cum viderit tempus eſſe, ponat incenſum in thuribulo, et mittat diacono ad altare, et diaconus tribuat ſacerdoti, niſi abbas, vel epiſcopus in choro ſit, vel miſſam celebret: quod ſi evenerit, ad ipſum deferatur thuribulum cum acerra; ad introitum et ante evangelium, a diacono et converſo; poſt offerendam a cantore et converſo. Circa finem miſſae cum perventum fuerit ad prioris collectae "Per Dominum noſtrum," deponant duo converſi candelabra ante altare, et ſic cum eo, qui thuribulum tenet, revertantur in veſtiarium. Expleta miſſa, ſequatur ſacerdos praecedentem diaconum, ferentem miſſale.

Si feſtivitas trium lectionum eveniat in aliqua die dominica, vel in alia feſtivitate alicujus ſancti, quae propriam hiſtoriam habeat, vel ſi propriam hiſtoriam non habet, in albis tamen, vel in cappis ſit, commemoratio de feſtivitate trium lectionum ſolummodo fiat ad priores veſperas, et ad matutinas laudes, et miſſa matutinalis de ea canatur: ſi vero hiſtoria jam alia die dominica cantata eſt, aut illa alia feſtivitas duodecim lectionum hiſtoriam propriam non habet, nec in albis, nec in cappis ſit, antiphona de feſtivitate, de qua tres lectiones fierent, ad cantica pronuncietur, et deinceps totum ſervitium uſque ad finem ultimae collectae de ea agatur. Poſt "Benedicamus" fiat commemoratio feſtivitatis, de qua octo lectiones fuerint: omnes quoque horae de illa dicantur, ſermo in capitulo, et miſſa major, matutinales vero unde laudes fuerunt.

Si feſtivitas alicujus ſancti, de qua duodecim lectiones fiunt, eveniat in die dominica, de qua hiſtoria jam cantata ſit, aut ſubſequente die dominica cantari poſſit, totum ſervitium noctis et diei de ſancto agatur, miſſa tantum matutinalis de dominica dicatur: tertium enim nocturnum de dominica die nunquam erit, niſi praecedentia duo de ea fiant.

In omnibus dominicis diebus, et in prima die dominicae Nativitatis ad majorem miſſam tantum, et in die dominicae Circumciſionis, et Epiphania, et in prima die paſchalis ſolennitatis, et in die Aſcenſionis, et in prima die Pentecoſtes, et in feſtivitate Omnium Sanctorum, et in dedicatione eccleſiae, et in omnibus feſtivitatibus beatae Mariae, et in die paſſionis apoſtolorum Petri et Pauli, et in caeteris feſtivitatibus aliorum apoſtolorum, dicatur ad majorem miſſam "Credo in unum Deum;" nam ad matutinalem miſſam in conventu nunquam dicitur.

Quotiens diſponitur, ut aliqua perſona cum feſtiva proceſſione ſuſcipiatur, tangatur ter breviter unum de majoribus ſignis, ut hoc ſigno conveniant omnes fratres in eccleſiam ad induendum ſe: et cum omnes cappis induti fuerint, ſi tanta capparum copia eſt, aut caſulis, et Dalmaticis, ſi cappae deſint, et pueri tunicis, expectent ſedentes in choro, donec procedant. Secretarius interim extendat unum tapetem, et deſuper pallium ante majus altare ſuper priorem gradum, et ſimiliter faciat ante crucifixum in medio eccleſiae. His peractis, cum indicatum fuerit, jam prope adeſſe perſonam, pulſentur duo majora ſigna; tunc aliqui de majoribus accipiant aquam benedictam, et caetera, quae ad feſtivam proceſſionem portari ſolent; hos praecedentes ſequantur abbas, et caeteri, ut ſunt priores: pueri cum magiſtris ſuis extremi veniant, et in ordine ſuo ſtent inter duos choros: cum facta fuerit ſtatio ad ſuſceptionem perſonae, quae cum ſuſcipitur, det ei abbas aſperſorium cum aqua in manum, ſi epiſcopus fuerit; aliam perſonam aſpergat ipſe: dehinc porrigatur ei incenſum ſimiliter ab abbate, textus a priore. Dum haec fiunt, pulſentur omnia ſigna; cantor vero incipiat cantum, qui conveniat perſonae; dehinc revertatur proceſſio; pueri cum magiſtris ſuis primi ingrediantur eccleſiam, hos ſequantur reliqui, ſicut in ſtatione fuerunt: extremus veniat abbas cum ſuſcepta perſona, praecedenti-

bus eos ſupradictis portitoribus. Ingreſſi monaſterium, faciant ſtationem ante crucifixum; pueri vero ſimiliter ſtent inter utroſque choros: praedicti portitores paulatim progrediantur per medium eorum, et ſtent ante crucifixum, verſis vultibus ad eum; interim oret ſuſcepta perſona. Finito cantu, ſurgente ea ab oratione, incipiat cantor antiphonam, vel reſponſorium de ſancto, in cujus honorem fundata eſt eccleſia: tunc praecedant praedicti portitores depoſituri in locis ſuis ea, quae portant, ſtatim cum ad altare venerint. Sequantur infantes; poſt hos reliqui eo ordine, quo ſuperius dictum eſt. Ingreſſi chorum, ſtent a parte altaris ex utraque parte, ſicut ſunt priores: oret iterum ſuſcepta perſona; finito quod cantatur, ſurgat, et ſi epiſcopus eſt, qui ſuſcipitur, poſt datam benedictionem oſculetur omnes fratres per ordinem: fratres vero, qui induti ſunt, non flectant genua ante eum, ſicut ſolent facere, cum oſculantur epiſcopum, vel abbatem, vel principem terrae, ſed humiliter inclinantes ſe procedant ad oſculum ejus. Si ſpiritualis perſona fuerit, et abbas expedire judicaverit, diſveſtitis fratribus, et in capitulo, ſicut ſolent, conſidentibus, ducatur illuc praedicta perſona, et petita benedictione, legatur ante eam lectio divina: qua finita, cum "Tu autem, Domine" ſermonem, ſi voluerit, de ea faciat. Si abbas fuerit, qui ſuſcipitur, ante introitum capituli egredientes fratres oſculetur. Si vero capitulum non intraverit, ſervata competenti hora in clauſtro oſculetur eos. Abbas cum eligitur, omnes fratres, vel major et melior pars in ejus electionem conſentire debent: electus autem, ſi extra monaſterium conſecratur, cum redierit cum feſtiva proceſſione, ſuſcipiatur: ipſe vero in utraque ſtatione proſtratus jaceat. Finito cantu ſecundae ſtationis, epiſcopus, ſi adeſt, vel legatus ejus, in loco et ſtatione abbatis, eum ſtatuat; quo ſtatuto, ſi epiſcopus abeſt, incipiat prior "Te Deum laudamus," quod dum cantant, accedant omnes fratres, ſicut ſunt priores, ad oſculum ejus, bis flectentes genua, ſemel ante oſculum, et ſemel poſt oſculum: ex illa die in omni loco ſingulari reverentia honorandus eſt. In primo capitulo ubi ſederit, omnes, qui intra monaſterium obedientias habent, et res monaſterii ſervant, ſuarum obedientiarum claves ante pedes ejus ponant: ipſe vero recommendet eis ipſas obedientias, ſi non aliter ordidandas eſſe decreverit. Inclinari debet a toto conventu cum poſt inceptam antiphonam inclinat, cum in tabula in capitulo nominatur, ſi ibi praeſens eſt, cum in pſalmo vel in alio aliquo fallitur in choro, pro quo veniam petat. Eunte eo ad legendum, vel redeunte a legendo, aſſurgat ei totus conventus; tranſeunte eo per clauſtrum, vel per quemcunque locum, aſſurgant ei omnes, ante quos tranſit, quoaduſque pertranſeat: cum capitulum introierit, fratribus jam in eo conſidentibus, de omnibus gradibus omnes deſcendant, donec idem conſideat; ubicunque ſit, ibi debet eſſe ordo et diſciplina: quapropter in quocunque loco fuerit, ſive in clauſtro, ſive extra clauſtrum, cum reprehendit aliquem fratrem inordinate agentem, ſive loquentem, mox ille coram eo humiliter veniam petat, ſicut in capitulo, et tamdiu ſtet ante illum, donec illum jubeat ſedere. Et ſi viderit illum iraſci, tamdiu ſatisfaciat ante ipſum veniam petendo, quouſque illum reddat placatum. Abbas tamen providere debet, ne hoc faciat coram ſecularibus hominibus: ubicunque ſederit, nullus juxta eum ſedere praeſumat, niſi ipſe juſſerit: juſſus vero ſedere, ad genua ejus ſe flectat, et oſculetur, et ſic humiliter juxta eum ſedeat. Quicunque ei in manum aliquid dederit, vel de manu ejus aliquid acceperit, oſculetur manum ipſius; intraturo in refectorium duo fratres ſerviant ei de aqua et manutergio. Quamdiu in choro fuerit, nullus infantibus, niſi eo jubente, audeat diſciplinam inferre. Quamdiu dormierit in lecto ſuo mane, nullus ſonitum audeat facere; magiſter tamen infantem ſi viderit tranſire horam, qua ſonitus a priore fieri ſolet, ſurgat, et quam quietius poſſit infantes excitet, virga tantummodo tangens pannos, quibus cooperti ſunt: quo facto, exeuntes de dormitorio lavent ſe et pectant, et factis ſolitis orationibus, in ſcholam ſuam redeant, et cum ſilentio ſedeant, donec abbas de lecto ſurgat: cum alicubi extra monaſterium moram faciens, mandat conventui ſalutes ſeu orationes, omnes, qui in capitulo ſunt, inclinent, flexis uſque ad ſuppedaneum ſcabellum genibus: eodem modo fit pro papae vel regis ſalutatione: pro aliarum vero perſonarum ſalutationibus, humiliter inclinetur tantum. Cum autem alicui fratri mandat hujuſmodi aliquid, ubicunque dicatur ei ipſa ſalutatio, continuo humiliter inclinet flexis ad terram genibus: quicunque frater ad eum extra clauſtrum venerit, primum dicat "Benedicite," deinde indicet propter quam cauſam venerit: nec ſedere coram eo, nec recedere ab eo audeat ſine ejus licentia; accepta ab eo recedendi licentia, primum dicat "Benedicite," deinde recedat; omnis totius monaſterii ordinatio ex ejus arbitrio pendeat; ſi quid novum, neceſſitate cogente, vel ratione ſuadente, eo abſente, in monaſterium ordinatum fuerit; cum redierit, indicetur ei, et poſtea fiat, ſicut ipſe praeceperit: ſi de monaſterio exierit, et vel una nocte extra moratus fuerit, mox ut redierit cuicunque fratri abſtinentia in capitulo injuncta fuerit, abſolutus erit. Cum de hac vita deceſſerit, de proximo invitandus eſt abbas, vel epiſcopus ad ſepeliendum eum. Praeter omnia, quae aliis defunctis fratribus fieri ſolent, addantur ei haec: circumdentur ei ſacerdotalia indumenta, et virga paſtoralis ponatur in ejus dextro brachio; "Verba mea," per unius anni circulum pro eo dicatur; et juſtitia ejus per totum ipſum annum ad menſam abbatis quotidie cum tribus pulmentis danda pauperibus ponatur: omni anno anniverſarius dies mortis ejus feſtive celebretur.

Servata abbati in omnibus reverentia, prior, qui et praepoſitus in regula nominatur, honorabilior eſt reliquis miniſtris domus Dei; ipſe ſolus caeterorum miniſtrorum primum ſuae partis locum habet in choro, in capitulo, in refectorio. Ipſi ſoli ſervit ſacerdos de thuribulo poſt abbatem, ad veſperas, et ad matutinas laudes, quotienſcunque ad eaſdem horas circumfertur thuribulum per chorum: ea quoque, quae extra

tra

tra clauſtrum ſunt, ſi abbas deeſt, juxta ipſius arbitrium diſponuntur: ſi abbas longius a monaſterio fuerit, ipſe deponere poteſt eos, quos intellexerit non juxta proficuum eccleſiae, res ſibi commiſſas tractare. Quotiens res expoſtulat, tenet, aut teneri jubet capitulum de omnibus ſervientibus, qui intra officinas monaſterii converſantur, et ſecundum merita delinquentium, eo jubente, vindictae inferuntur. Intrante eo capitulum, omnes ei aſſurgant, ſtantes in ſuppedaneis, donec conſideat. Quodſi tardaverit, et prior clauſtri in loco ſuperiori prius ſederit, intrare non debet. Si cauſa fuerit, quae differri non poſſit, aut non debeat, ingreſſo eo, prior clauſtri ex altera parte prior omnibus ſedeat. Tranſeunte eo per clauſtrum, vel per chorum, non aſſurgetur ei; volente eo ſedere in clauſtro, ubi alii fratres ſedent, aſſurgunt ei tantum juxta quos ſedere vult: ubicunque extra clauſtrum fratres ſedentes invenerit, aſſurgunt ei omnes.

Prior clauſtri quocunque major prior eat, ſi fieri poſſit, in clauſtro, vel circa clauſtrum debet ſemper eſſe, et ordinem clauſtri omni ſolicitudine ſervare; cum abbas et major prior abſunt, ſi contingat quemlibet fratrum ex infirmitate laborare, poteſt ei praecipere in domum infirmorum ire, et ſi tanta aegritudo eſt, carnem comedere. Ad ipſum maxime pertinet infirmos fratres viſitare, et quid agant, et quid velint cognoſcere, et in omnibus, quae vel corporibus, vel animabus eorum neceſſaria ſunt, conſulere. Abſente majore priore, capitulum ſervientium debet tenere, et ſecundum culpas vindictas inferre, ſed non eſt ſui juris quemlibet addere vel auferre; ſui quoque officii eſt omni die poſt completorium, ſuſcepta, dante hebdomadario ſacerdote, a fratribus aqua benedicta, remanere, donec omnes pertranſeant in aliquo congruo loco, unde bene poſſit obſervare, qui ſint, qui non reverenter incedunt, et qui in exitu eccleſiae, ut mos eſt, non velant caputiis capita ſua, et multa hujuſmodi: egreſſo toto conventu, accepta abſconſa, ſi nox eſt, vadat per cryptam et caetera membra monaſterii, ubi ſuſpicio poteſt eſſe per clauſtrum, capitulum, caeteraſque officinas ſubtiliter obſervando, ne aliquis frater, qui non debeat, ibi remanſerit, et ne forte oſtia clauſtri vel armariorum non firmata remanſerint. His ita expletis vadat in domum infirmorum, eodem modo conſideraturus, utrum omnes in lectis ſuis jam collocati ſint, et habeant ſe ſilenter, et omnibus modis regulariter, ſicut mos eſt. Revertens quoque in dormitorium hoc idem conſideret; in hyeme autem ad intervallum, quod fit inter nocturna et matutinas laudes, ſi major prior abeſt, eandem circam facit, quam majorem priorem debere facere ſuperius dictum eſt; cum in tractatu menſis Novembris de hoc intervallo ſermo fuiſſet. Facit et aliam circam, cum, tardantibus veſperis, ſervitores nocte in refectorio coenant, et fratres, qui majori coenae interfuerunt, accenſis luminaribus in capitulo eos expectant, circumit enim tunc ſuperius dicta loca, obſervans ne aliqui, qui cum caeteris in capitulo ſedere debeant, otioſis verbis, aut alicui vanitati intendant; quod cum accidit, ſi tanta noctis obſcuritas eſt, accendantur luminaria in monaſterio, clauſtro, dormitorio, ut exeuntes, ab utraque coena videant, quo procedant: ſervitores vero ſurgentes a coena ante capitulum, tunc ad monaſterium vadant: et dum tranſeunt ante capitulum, incurvati eant, quoaduſque pertranſeant. Ante introitum tamen capituli ſe erigant, et ſolito more ad orientem verſi humiliter inclinent. Fratres quoque, qui in capitulo ſedent, ſurgentes a ſedibus ſuis, illis tranſeuntibus, humiliter ſe inclinare debent. Quaecunque major prior, dum in monaſterio eſt, concedere poteſt, vel prohibere, ulciſci culpas vel indulgere, haec quoque prior clauſtri, abſente eo, facere poteſt, exemptis majoribus cauſis, quas vel ipſius majoris prioris, vel abbatis judicio reſervare debet, ubicunque vel in refectorio, vel in capitulo, ſive in clauſtro, ſive extra clauſtrum, aſſurgi debere majori priori ſuperius dictum eſt; abſente ipſo majore priore, huic aſſurgi ſimiliter debet.

Circumitores monaſterii, quos alio nomine "Circas" vocant, juxta ſancti Benedicti praeceptum certis horis circumire debent monaſterii officinas, obſervantes incurias, et negligentias fratrum, et ſtatuti ordinis praevaricationes; iſti eligantur de totius monaſterii melioribus et prudentioribus, qui nec malitioſe pro privato odio unquam clamorem de quolibet faciant, nec pro privata amicitia negligentias aliquorum taceant. Numerus eorum ſit ſecundum facultatem loci, et neceſſitatem rei; hi religioſe et ordinate maxime in circumeundo debent incedere, et exemplum religionis videntibus oſtendere: dum circumeunt nulli ſignum faciant, nulli quacunque occaſione loquantur, ſtudioſe tantum negligentias, et offenſiones inſpiciant, et tacite praetereuntes, de eis poſtea in capitulo clamores faciant. Cum autem extra clauſtrum inveniunt aliquos fratres loquentes, ſimul aſſurgant eis ipſi loquentes, dicatque eis unus eorum, ſi ita eſt; quia per licentiam loquuntur ibi: circumitores vero, nec verbo nec ſigno ei reſpondeant, ſed modeſte pertranſeuntes intenta aure ſubaudiant, ne ipſa verba ſint inutilia, quae non oporteat dici. Cum autem cum famulo, ſeu cum alio quolibet laico inveniunt aliquem fratrem loquentem, non eſt mos, ut ipſe frater aſſurgat cuilibet eorum, aut dicat eis quicquam; nunquam, cum circumeunt, debent ſimul ire, ſed unus hac, et alter illac, ſecundum quod injunctam curam inter ſe diviſerint, et abbas, vel prior eis ordinaverit; officinas monaſterii nunquam pro hac cura egrediantur, ſed per oſtia earum proſpiciant, ſi forte aliqui fratres per curiam vadant vagantes, aut ſtent vel ſedeant fabulantes: hac ſunt horae, quibus ex conſuetudine circumire debent, quamvis et aliis horis, ſi abbas, vel prior ita oportere judicaverit. Completis tribus orationibus, quas conventus facit ante pſalmos, quos ante nocturna dicere ſolet, tunc enim, accenſa candela in abſconſa, unus eorum in dormitorio debet circumire lectos omnium, et omnia ſedilia in neceſſariis ſolicite conſiderans, ne forte aliquis frater dormiens ibi remanſerit, dehinc revertatur in monaſterium; et circumeat omnia altaria in cryptis, et quae ex utraque

que parte chori ſubtus ſunt, caeteraque monaſterii loca, ubi ſuſpicio poterit eſſe, diligenter obſervans, ne aliquis frater ibi dormiat, vel jaceat, vel inordinate ſedeat: ſanguine vero minuti, et aegri, et debiles non clamantur in capitulo, ſi ea hora inveniantur ſedendo quidem, non jacendo quieſcere. Caeteros vero cum dormientes invenerit, non eos quocunque modo tangat, ſed modeſte atque ordinate ſonitum tantummodo, quo excitentur, faciat. Circa medietatem ſecundi nocturni, et in laudibus paululum ante "Laudate Dominum de caelis" accenſa candela in abſconſa circumeat praedicta monaſterii loca, obſervans omnia, quae ſuperius dicta ſunt: in die autem circumeat poſt offerendam minoris et majoris miſſae; et poſt coenam, cum bis fratres reficiunt, et poſt prandium, cum ſemel; vadant et in fine vigiliae defunctorum: ſurgant etiam ſaepe de prandio, aut coena, non omnes quidem, ſed aliqui cum ſuſpicantur ſe inventuros aliquid negligentiae, hoc vero non longe a refectorio fiat, ut, ſi opus fuerit, ſtatim poſſint occurrere cum aliis; ad verſum, qui finito prandio vel coena dicitur, iſti attente, et reverenter audiendi ſunt in capitulo. Auditis eis, qui ſponte venias petunt, iſtorum eſt primos clamores facere.

Cantor, quamdiu abbas in monaſterio eſt, conventum ſequens, non ſcribatur in tabula ad lectionem, vel ad reſponſorium, ut videlicet ſi forte abbati commodum non fuerit legere aut cantare, ipſe ſine mora pro eo inveniatur paratus: cum vero abbas extra monaſterium eſt, vel intra monaſterium conventum ſequi non poteſt, in locum ipſius ſcribatur cantor in tabula, ad lectionem, et ad reſponſorium. Quicunque lecturus, aut cantaturus eſt aliquid in monaſterio, ſi neceſſe habet ab eo, priuſquam incipiat, debet auſcultare. Ipſius eſt omni hora ſolicite providere, ne eveniat negligentia in quocunque obſequio, quod fit in monaſterio: ſi quis oblivioſus non inceperit, cum incipere debet reſponſorium, aut antiphonam, vel aliud hujuſmodi, ſive in eodem jam bene incepto, aliquo modo deviaverit, ipſe debet eſſe proviſus, atque paratus, ut ſine mora, quod incipiendum erat, incipiat, vel eum, qui fallendo deviaverat, in viam reducat: ad ipſius arbitrium cantus incipitur, elevatur, remittitur, nulli licet cantum levare, niſi ipſe prius incipiat, ipſius eſt omnes fratres in tabula ad omnia officia annotare, non conſiderato converſionis ordine aut voluntate eorum, ſed ſecundum quod ei viſum fuerit, honeſtatem et aedificationem in hoc vigilanter conſideranti. In feſtivitatibus, quae fiunt in cappis, ſecretarius debet eligere quod opus fuerit de melioribus cappis earum, quae ipſo die habentur in choro, et ante initium miſſae ponere eas ſupra dextram formam chori; cantor vero diſtribuat eas fratribus illis, quos ſecum in choro habere voluerit: ipſa enim capparum diſtributio, eorum eſt ad regendum chorum advocatio: nulluſque eorum ante finem miſſae, de choro debet recedere ſine ejus licentia. Cantor vero, cujuſcunque ordinis, vel aetatis ſit, in medio eorum debet eſſe in choro. Quotienſcunque textus, aut thuribulum affertur eis, utrumque prius cantori offeratur, niſi aliquis epiſcopus, vel abbas, ſeu major prior, vel ille, qui tenet ordinem, ibi ſit inter eos: cantor in dextro choro ſemper ſit, et dum tenet chorum quicquid incipit, ſive "Kyrie eleyſon," ſive aliud hujuſmodi, dexter chorus prius ſuſcipiat, quod ab eo inceptum fuerit, et ſequatur ipſum: omnes qui in choro ſunt inclinati quidem cantant "Sanctus Sanctus Sanctus" niſi verſus interponantur, erecti vero "Dominus Deus Sabaoth" et caetera: cantor et illi, qui cum eo ſunt, totum erecti canant: ad collectas omnes, et cum ſacerdos dicit "Orate fratres," et ad totum "Pater noſter" inclinentur, ſed ad finem ipſius "Pater noſter" reſponſo, "Sed libera nos a malo," erigantur, quod aliis non licet. Eodem modo fit cum in feſtis in albis ſolus, vel cum aliis chorum tenet, quod non licet ei, qui in dominicis et hujuſmodi feſtis hebdomadarius cantor exiſtit. In omnibus praecipuis ſolennitatibus, cum eveniunt in dominicis diebus, ſcribatur in tabula ad officium miſſae, et cum eo duo, quos ipſe voluerit: de thuribulo poſt offerendam ei deferendo ſuperius dictum eſt. Cum fit opus manuum, ipſius eſt aut legere aut magiſtro infantum oſtendere, quo in loco infans debeat lectionem incipere. In dominicis diebus, et hujuſmodi feſtis, incepta offerenda accedat, qui chorum tenet, ad cantorem, faciatque illi ſignum incipiendi verſus offerendae: ad ipſum enim pertinet tunc incipere eos etiam, ſi ſuccentor chorum teneat; cantor viſo ſigno inclinet ei, et hebdomadarius cantor ſimiliter ipſi: incepto unoquoque verſu, cantor ante et retro faciat, et omnes infantes inclinent; ipſius eſt notificare abbati omnes cantus, quos ipſe cantat aut incipit. Cura brevium, qui foras mitti ſolent pro defunctis fratribus, et cura numerandi tricenaria et ſeptenaria ad eum pertinet: de univerſis monaſterii libris curam gerat, et eos in cuſtodia ſua habeat, ſi ejus ſtudii, et ſcientiae ſit, ut eorum cuſtodia ei commendari debeat.

Ad ſecretarii officium pertinet, omnia ornamenta monaſterii, et omnia inſtrumenta et ſupellectilem, quae ad ipſum monaſterium pertinent, cuſtodire; horas providere; in duodecim lectionibus pronunciato evangelio in tertio nocturno et in feſtivis octavis altare diſcooperire; textum tunc in veſtiarium portare, quem ſacerdos ferat, cum in cappa per ſingulos dies proceſſerit ad altare; ſacerdoti ab altari ad analogium reverſo abſconſam cum candela miniſtrare; finitaque collecta eandem abſconſam recipere; et poſtea textum ponere ſuper altare. Ipſius eſt ſigna pulſare, vel qualiter pulſentur aliis indicare; de nulla hora ſonanda a quovis licentiam petit, niſi de ſola prima, et collatione; excepto de tertia et veſperis; cum loquentibus fratribus abbas in clauſtro ſedet; candelas per officinas diſtribuit, ſecundum quod opus fuerit, et abbas vel prior praeceperit. De ſepulturis, tam monachorum, quam laicorum curam gerit, ut videlicet fiant, et ubi fiant. Sui officii eſt calices bis in hebdomada, aut ſaepius, ſi opus fuerit, lavare, corporalia quoque ante Paſcha ſemper, et quotiens reliquis anni partibus expedit; utrumque ſi diaconus aut preſbyter ſit; ſi vero non ſit, priori, vel abbati indicare, et ipſius licentia

centia alicui, qui hujus ordinis ſit, hanc curam commendare; lavandis corporalibus, quanta potſit, diligentia adhibeatur, vaſa aenea ad nullos alios uſus deſtinata, ad hoc opus habeantur; aqua, qua lavantur, ſicut et calicum in ſacrarium projiciatur: lotis dum ſiccantur, ne aliquae ſordes adhaereant, omnibus modis provideatur. Cura faciendi hoſtias ſuper eum eſt, quae, ut mundiſſime et honeſtiſſime fiant, ſummopere ſtudere debet. Inprimis, ſi fieri poteſt, frumentum cum magno ſtudio granatim eligatur, electum in ſacculo mundo, et de bono panno facto, et ad hoc opus tantum parato ponatur, et a famulo boni ſtudii, ad molendinum deferatur. Quo delato famulus aliud frumentum in ipſo molendino moli prius faciat, ut illud, unde hoſtiae fieri debent, ſine aliqua ſorde moli poſtea valeat: reportata farina ſecretarius vas, et locum, quo farina buletari debet, in circuitu cortina paret, ipſemet vero, indutus alba, et velato amictu capite, hoc opus agat. Ea autem die, qua hoſtiae fieri debent, ſecretarius et fratres, qui eum juvare debent, antequam incipiant, manus et facies lavent, albis induantur, capita amictibus velent, praeter eum, qui ferra tenturus, et inde ſerviturus eſt. Horum unus ſuper tabulam mundiſſimam ipſam farinam aqua conſpergat, et manibus fortiter compingat, et maceret, frater, qui ferra, in quibus coquuntur, tenet, manus chirothecis habeat involutas. Interim dum ipſae hoſtiae fiunt, et coquuntur, dicant iidem fratres pſalmos familiares horarum, et horas canonicas, vel de pſalterio ex ordine, quod tantundem valeat, ſi ita potius voluerint. Silentium loquendi omnino teneant, ille tamen, qui ferra tenet, ſi neceſſe ſit, breviter quod vult indicare poteſt famulo, qui focum facit, et ligna portat, quae debent eſſe valde ſicca, et ante multos dies de induſtria praeparata. Ejus ſolicitudinis eſt ampullas vinarias, et aquarias bis in hebdomada, id eſt quarta feria, et Sabbato lavare; omni die vinum ad aquam ad miſſas celebrandas portare, offerentibus ad utramque miſſam hoſtias miniſtrare; candelas ad lectiones, et in matutinis laudibus, ad primam collectam accendere: quae matutinae laudes, ſi ultra modum et indecenter tardaverint, ſecretarius, cui hujus rei cura tunc commiſſa erit, ante gradum ſatisfactionum proſternatur, quouſque ipſa collecta uſque ad "Benedicamus Domino" finiatur: quo incepto, nulla expectata licentia, recedat, et ante et retro non faciat. Hoc modo ſatisfaciat, quocunque die hujuſmodi negligentia eveniat, et inde poſtea in capitulo aliam veniam non petat. Et quia hujus miniſterii, et in his, quae ſcripta ſunt, et in multis aliis, quae ſcripta non ſunt, multiplex, et valde implicita cura eſt, non uni tantum ſed multis commendari, atque inter eos dividi debet: unus eorum ſit magiſter aliorum, ad cujus diſpoſitionem caeteri agant, majoribus cauſis ſervatis arbitrio abbatis vel prioris.

Camerarii eſt procurare omnia veſtimenta, et calceamenta, et lectos, et ſtramenta lectorum, quae fratribus ſunt neceſſaria, et juxta regulam habere conceſſa; raſoria quoque, et forfices, terſoria ad radendum; terſoria in clauſtro pendentia; terſoria et manutergia mandati, et omnia vaſa ejus: vitreas dormitorii facit, et reficit, cum opus eſt; dat ferra, quibus ferrantur equi abbatis, et prioris, et omnium hoſpitum, quibus ferra dari abbas vel prior praeceperit; fratribus quoque in iter profecturis cappas, faſciolas, calcaria; ſemel in anno renovari facit foenum in omnibus lectis fratrum, et tunc etiam mundari dormitorium.

Ad cellerarii miniſterium pertinet, omnia, quae in pane, et potu, et diverſis ciborum generibus fratribus ſunt neceſſaria, ſecundum facultatem loci procurare, omnia vaſa cellarii, et coquinae, et ſcyphos, et juſtas, et caetera vaſa refectorii, et omnem horum trium neceſſariam ſupellectilem miniſtrare: pater totius congregationis debet eſſe, de ſanis, et maxime infirmis fratribus ſolicitudinem habere: praeter conſilium abbatis, vel prioris de majoribus cauſis nihil facere; rogandus eſt ab eo cantor, ut ante aliquot dies praemoneat eum, et praenunciet ei diem, quo ſententia ſua de regula legenda eſt in capitulo, ut videlicet honeſtum, et feſtivum ſervitium ipſa die poſſit facere fratribus in refectorio: tabulae tamen refectorii non ſint coopertae: lecta vero in capitulo et expoſita praedicta ſententia, cum dictum fuerit a priore "Loquamur de ordine noſtro;" ſtatim proſtratus in loco, ubi mos eſt, dicat: Iſtam obedientiam, quae mihi injuncta eſt, mea culpa, negligenter, et tepide, et multa aliter quam oportet tracto; et in ea in multis offendo Dominum, et noſtros ſeniores, mea culpa: et requiro inde abſolutionem veſtram et ſeniorum. Quo dicto, abſolvat eum, qui capitulum tenet, de his offenſis, quas ibi enumeraverit; et de omnibus reliquis, quae in eo ſunt. Ad cujus abſolutionis finem reſponſo ab omnibus, cum omni devotionis affectu, ut mos eſt, "Amen," vadat ad pedem ejus, et deinde jubeatur ire ſeſſum; finito capitulo, et dicto "Verba mea," ſi ipſa die dici debet, in eodem capitulo dicant fratres pro eo quinquageſimum pſalmum: quo completo cum "Gloria Patri, et Pater noſter," dicat hebdomadarius "Et ne nos inducas, Salvum fac ſervum tuum, Dominus vobiſcum, Oremus, Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo;" et reliqua. Quodſi ſuſcepto brevi pro defuncto, ipſa die canentes "Verba mea," in monaſterium ituri ſunt; priuſquam eant, praedictum pſalmum, cum capitulis, et collecta dicant. Si autem praedictam ſententiam contigerit tali die legi, qua non poſſit refectio honorabiliter fieri, ſicut eſt in vigiliis quatuor temporum, et hujuſmodi diebus, petat cellerarius a priore et capitulo licentiam, quo differre poſſit refectionem in aliam diem, qua honeſtius et plenius fieri valeat.

Frater, qui ad ſuſcipiendos hoſpites deputatus eſt, in ipſa hoſpitum domo haec praeparata habere debet; lectos, ſedilia, menſas, manutergia, mappas, ſcyphos, ſcutellas, cochlearia, baccilia, et ſi qua ſunt hujuſmodi; ligna quoque; panem vero et potum, et caetera cibaria, ad opus hoſpitum per famulos ſibi deputatos, in cellario recipit. Quicunque abbati, vel priori, ſeu alicui de clauſtro loqui vult, legationem ſuam huic debet injungere: ipſe vero nihil inde alicui aliquo modo indicans, ad abbatem vel priorem voluntatem hoſpitis perferat; et poſtea, quod ipſe

decreverit, fiat. Si autem fratri, qui in clauſtro eſt, loquendi cum hoſpite, vel propinquo, vel extraneo conceſſa licentia fuerit, iſtius eſt ipſum fratrem de clauſtro ad hoſpitem ducere: quodſi abbati, vel priori non placuerit ut ſimul loquantur, nec verbum nec ſignum, nec aliquem nutum ipſi fratri faciat, quo aliquid inde percipere quolibet modo valeat; ipſius eſt prae omnibus ſolicite obſervare de fratribus, qui in obedientiis ſunt, cum ad monaſterium redeunt, utrum famulos idoneos, et cellam regularem habeant, et quomodo ſe in curia contineant, ut ſi extra ordinem aliquid fecerint, clamorem inde ſuper eos in capitulo faciat; ſi extranei clerici ſe dixerint in refectorio velle comedere, iſtius eſt voluntatem ipſorum abbati vel priori indicare. Quodſi abbas, vel prior petitioni eorum annuerit, iſte eos, quomodo in refectorio ſe habere debeant, bene inſtruat, et ita inſtructos, pulſato jam cymbalo, in locutorium adducat, ibique abbas vel prior, ſi abbas deeſt, manibus eorum aquam tribuat, et poſtea praedictus frater eos ad menſam abbatis ducat: completo autem prandio, atque exeunte conventu de refectorio, praefatus eorum ductor poſt abbatem, vel priorem ſolus cum illis remaneat, et ſequatur cum eis proceſſionem, donec de oſtio refectorii exeat, poſtea ducat eos extra clauſtrum mediocri voce pſallendo cum eis, " Miſerere mei, Deus," et caetera quae ſequuntur. Ipſius eſt extraneum monachum, qui ignarus loci ſit, per clauſtrum in monaſterium ad orationem ducere; breves pro defunctis per manum illius magiſtro infantum dari, vel in capitulum deferri debent; ad eum pertinet ſeculares homines, qui ſocietatem fratrum ſuſcepturi ſunt, adducere in capitulum; ipſius eſt volentibus videre officinas, ipſas officinas oſtendere, obſervato ut conventus tunc in clauſtro non ſedeat, nec aliquem ocreatum, vel calcaria habentem, nec aliquem, qui nudis pedibus ſit, vel ſolis femoralibus calceatus in clauſtrum pro qualibet cauſa introducat: ſuum praeterea eſt novitios, qui de ſeculo veniunt, in capitulum adducere, et docere eos priorem petitionem facere.

Eleemoſynarius aut per ſe, ſi opportunum ſibi eſt, perquirat, aut per veraces et fideles homines cum multa ſolicitudine perquiri faciat, ubi aegri et debiles jaceant, qui non habent, unde ſe ſuſtentare valeant; ſi autem ipſemet ad perquirendum et viſitandum perrexerit, duos famulos ſecum habeat, et priuſquam intret domum, ad quam iturus eſt, mulieres, ſi aliquae in ea ſunt, exire faciat: ingreſſus domum blande conſoletur aegrum, et offerat ei quod melius habet, et ſibi intelligit eſſe neceſſarium: quodſi aeger aliud requirit, et ipſum perquirat, ſi aliquo modo habere potuerit. In eas autem domos, in quibus mulieres aegrae vel debiles jacent, nunquam introeant, ſed per unum de famulis ſuis, quod habere poteſt, et eis neceſſarium eſt, tranſmittat; prius tamen quam aliquid de ſupradictis agat, abbati, vel priori indicet, et ſecundum eorum diſpoſitionem eleemoſynam monaſterii eis diſpenſet.

Frater, cui cura domus infirmorum committitur, et infirmis fratribus ſervire deputatur, coquum ſuum habeat et coquinam ſeparatim, ſi loci ſitus, et facultas talis ſit, ut quod infirmis praeparari neceſſarium eſt, opportuno tempore parari poſſit; omnia fercula apponenda infirmis ipſe adminiſtret eis: omni die poſt completorium ſpargat aquam benedictam per omnes eorum lectos: factis tribus orationibus, quae fiunt ante nocturna, circumeat cum abſconſa lectos infirmorum omnium, obſervans ſolicite, ne aliquis, qui valeret ſurgere, in lecto remanſerit; ipſius eſt praecipue manifeſtare, et clamare in capitulo, negligentias omnium in praedicta domo commorantium: cum perceperit infirmum jam eſſe prope finem ſuum, ſuum eſt praecipere famulis ſuis, ut calefaciant aquam ad lavandum ipſum. Cura de feretro cuſtodiendo et adminiſtrando, cum opus fuerit, ſuper eum eſt, et ſuper famulos ſuos, ſicut et cura de adminiſtranda tabula, quam ex more prior ſemel percutit, completa ablutione ipſius defuncti; defuncto fratre, et in monaſterium deportato, locum, in quo jacuit, mundari, et foeno vel junco renovari faciat; abbas vel prior omnibus modis ſolicitudinem gerat, ne aliquid, quod ad hoc miniſterium neceſſarium eſt, in illa domo unquam deficiat.

Cum de corpore, vel ſanguine Domini tanta negligentia aliquo caſu accidit, ut cadat deorſim; ſive in alium locum, ubi plene percipi non poſſit, quo ceciderit, et utrum ad terram inde aliquid venerit, quam citius fieri poſſit, indicetur res abbati vel priori, qui adjunctis ſibi aliquibus fratribus propere veniat ad locum, ubi hoc contigerit. Et ſi corpus ceciderit, vel ſanguis effuſus fuerit ſuper lapidem, aut terram, aut lignum, aut mattam, aut tapetem, aut aliquid hujuſmodi, pulvis terrae colligatur, pars illa lapidis radatur, pars ligni, mattae, tapetis, aut ſi quid aliud eſt hujuſmodi, abſcindatur, et in ſacrarium projiciatur; quodſi locus, ubi ceciderit, manifeſte deprehendi nequiverit, et tamen deorſim cecidiſſe conſtiterit, in loco, et circa locum, in quem maxime cecidiſſe crediderint, ſimiliter colligatur, radatur, abſcindatur, et in ſacrarium recondatur: hi vero, quorum negligentia hoc evenerit, in proximo capitulo humiliter culpam ſuam dicant, judicium nudi ſuſcipiant, et injungatur eis poenitentia, vel de jejunio, vel judiciis, vel pſalmis, vel aliquid hujuſmodi: quibus de judicio ad loca ſua reverſis, omnes ſacerdotes, qui tunc praeſentes erunt, ſurgant, et ad judicia ſuſcipienda cum omni devotione ſe offerant. Tunc ille, qui capitulum tenet, ſeptem tantum quos voluerit de ipſis ad ſuſcipienda judicia retineat, et caeteris ire ſeſſum praecipiat. Finito capitulo, omnes ſimul proſtrati dicant ſeptem pſalmos, in monaſterio incipientes eos pſallere, cum exeunt de capitulo: quos ſequatur " Pater noſter," cum his capitulis et collecta, " Et veniat ſuper nos miſericordia tua, Domine; Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum; Dominus vobiſcum; Oremus; Exaudi, Domine, preces noſtras, et confitentium tibi parce peccatis, ut quos conſcientiae reatus accuſat, indulgentia tuae miſerationis abſolvat, per:" aut illam collectam, " Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper:" aut aliam pro peccatis. Si vero ſuper

ſuper corporale, vel ſuper aliquem honeſtum pannum ſanguis ceciderit, certumque fuerit quo ceciderit, pars illa panni in aliquo calice abluatur, et prima ablutio a fratribus abſumatur, reliquae duae in ſacrarium projiciantur. In primo autem capitulo dicta culpa, hi ſoli tantum, quorum negligentia hoc evenit, ſupradictam diſciplinam ſuſtineant; fratres vero omnes ſeptem pſalmos cum capitulis, et collecta, ſicut ſuperius dictum eſt, in monaſterio dicant: ſi ipſa die brevis pro defuncto in capitulo lectus fuerit; prius canant "Verba mea" pergentes in eccleſiam; poſtea ſeptem pſalmos, ſicut ſuperius dictum eſt: ſi vero alio aliquo modo de hoc ſacramento levior negligentia evenerit, ex judicio abbatis, vel prioris leniori vindicta frater, cujus culpa hoc contigerit, puniatur.

Qua die radendi ſunt fratres, citius ſolito pulſetur ſignum ad Primam vel ad Tertiam, ſi ipſa Tertia ante capitulum dici debet: in capitulo non diu ſedeant, ſed neceſſariis rebus explicitis ſurgentes, pulſata tabula, dictoque "Benedicite," exeant in clauſtrum. Infantes ipſa die capitulum non teneant, ſed ſtatim poſt alios exeant, et in ſcholam ſuam pergant; reſidentibus cunctis, et ad radendum paratis incipiat abbas, aut prior, quinque pſalmos, id eſt, "Verba mea" pro defunctis; ſacerdos hebdomadarius ſedens dicat collectas, alter quoque hebdomadarius juxta eum ſedeat, et cum eo pſalmos teneat; poſt quinque pſalmos dicant omnes canonicas horas, in quarum fine uſque ad veſperas non dicat ſcerdos "Dominus vobiſcum," nec "Benedicamus Domino," ſed poſt "Per omnia ſecula ſeculorum;" ſtatim incipiat "Deus in adjutorium meum:" poſt veſperas vero, dicto "Benedicamus Domino," pſallantur veſperae mortuorum, dehinc completorium ut canonici; poſtea familiares pſalmi horarum. Nullus in cuculla radatur, ſed prius cuculla exutus, et frocco indutus, cuculla plicata et juxta ſe poſita radatur; ille, qui radit, frocco exutus ſit. Juvenes, qui ſunt in cuſtodia, cuſtodes ſuos radant, et cuſtodes ipſos juvenes: quodſi cuſtos nequiverit, aut neſcierit radere, roget aliquem maturum fratrem, ut eum radat, ipſe tamen cuſtodiens ipſum juxta eum ſedeat. Juvenes quoque ſive nutriti, ſive de ſeculo venientes, utrique tamen extra hujuſmodi cuſtodiam exiſtentes, non praeſumant, ut alter alterum radat, ſed ſeniores ab illis, et illi a ſenioribus radantur; magiſtri pueros radant, et ipſi a pueris radantur; ſi tamen hujuſmodi ſcientiam habent. Hiemali tempore, quando pueri et ſanguine minuti, atque infirmi poſt capitulum accipiunt mixtum, refectorarii primi ſe radant, et poſt pſalmos, tam cito apparatum refectorii faciant, ut fratres accepturi mixtum omnia parata inveniant. Quamdiu pſalmi dicuntur, nemo tondeatur, vel caput abluat, vel ungues incidat, nec extra clauſtrum ſine licentia ire praeſumat; finitis pſalmis dicat abbas vel prior "Benedicite," et reſponſo "Dominus" poſtea loquantur: tunc lixivia in clauſtrum deferatur, et qui vult, caput lavet, quiſque ſibi, nullus alii, praeter magiſtros infantum, qui parvulis pueris, qui id non poſſunt, capita lavare debent; frater dum raditur, ſi ſignum ad horam ſonuerit, induat cucullam ſuper froccum, et pergat in chorum, ſi tamen omnino barbam raſam aut omnino adhuc intactam habet, alioquin extra chorum maneat. Ipſo die, quo ſe radunt fratres, mappae in refectorio mutandae ſunt; aliis diebus, quando fratres in clauſtro loquuntur, qui neceſſe habet, tonderi poteſt in clauſtro, ſed per licentiam abbatis ſive prioris.

Licentia minuendi ſanguinem omni tempore ſtatim poſt capitulum petenda eſt, et cellerario indicanda hora minuendi eſt; in hieme poſt evangelium majoris miſſae, in aeſtate poſt nonam ante veſperas, in Quadrageſima poſt veſperas; cum ii, qui minuendi ſunt, calciati nocturnalibus ſuis ad locum, qui huic operi deputatus eſt, venerint; verſi ad orientem ante et retro inclinent, deinde priore eorum incipiente verſum "Deus in adjutorium meum intende," ter dicant, et caetera, ſicut in aeſtate poſt Nonam in capitulo, quando fratres loquuntur in clauſtro; ſi unus tantum fuerit, ſolus hoc faciat, poſtea exuant froccos, et parent ſe ad minuendum. Silentium ibi omnino teneant niſi neceſſitas loqui cogat, quae differri aut non poſſit, aut non debeat. Quod ſi evenerit, breviter et modeſte, et humillima voce id fiat: chorum non cogantur intrare uſque in craſtinum poſt orationem Primae, vel Tertiae, quo tempore ante capitulum Tertia dicitur: ſi plus indigent petita licentia, diutius extra chorum remaneant. Craſtino die nocturnales ſuos calcient; duobus diebus mixtum accipiant: cum ad ipſum mixtum ventum fuerit, ſi tempus ſit, quo fratres ſemel reficiunt, ſimul omnes dicant verſum, et ante mixtum, et poſt mixtum, cum pſalmo "Miſerere mei Deus;" et reliquis eo modo, quo dicitur a conventu, cum bis reficiunt omnes fratres: benedictio a priore licentia detur; lectio ab uno aliquo memoriter recitetur; in refectorio totum fiat. In craſtino minutionis clamatus aliquis minutorum ſurgat, et ad petendam veniam ſe offerat, aliquis vero eorum, quibus minutio nota eſt, priori dicere debet, quod frater ille minutus ſit, et prior ei praecipere ut ſtando loquatur, et maxime ſi de vena brachii minutus ſit: ſi culpa levis ſit, indulgeatur ei; ſi autem talis fuerit, quae ſine corporali diſciplina dimitti non debeat, in aliud tempus differatur. Haec ſunt tempora, quibus fratres minui non debent, niſi neceſſitas cogat. Si in craſtino feſtivitas duodecim lectionum ſit, exceptis Sabbatis Quadrageſimae uſque ad paſſionem Domini; ſi craſtina die feſtivitas trium lectionum ſit, in qua miſſa in cappis celebretur, ſicut ſunt tres dies poſt Paſcha, et tres poſt Pentecoſten, quatuordecim dies ante Paſcha, ſi ipſa die, vel in craſtino canonica jejunia ſint, quae violari non poſſint; feſtivitas Omnium Sanctorum, quia in craſtino omnes ſacerdotes pro defunctis miſſas celebrare, et reliqui pſalmos pro miſſis ordinates dicere debent.

Cum ſacerdoti majoris miſſae hebdomadario aliquid dormienti evenerit, propter quod ipſa die miſſam celebrare non debeat, ſi fuerit privata dies, non dimittat quicquam facere de ſuo officio, niſi miſſam, et benedictiones in refectorio, et completorium, quia aqua benedicta poſt comple-

completorium fratres aſpergere ad ipſum pertinet, qui completorium dixit, et miſſam celebravit; quodſi duodecim lectiones fuerint, dimittat etiam veſperas, matutinas quoque laudes, ſi ad ipſas reveſtiri debeat ſacerdos; finita autem principali oratione, cum ſacerdos reveſtitus, qui pro eo facit officium, exierit de choro, ſacerdos hebdomadarius in quacunque parte chori ſit, nullo expectato ſigno, compleat reliqua omnia, quae ſequuntur: cum autem ipſe hebdomadarius reveſtitus cantat veſperas, aut matutinas laudes, et, completa principali oratione, egreditur chorum, ut exuatur, tunc uni de ſuo choro, cui voluerit, ſignum faciat, ut agat pro eo commemorationem ſanctorum: qua completa, hebdomadarius reverſus in chorum compleat quae ſequuntur.

Frater in aliquod iter profecturus, et in craſtino non reverſurus, accipiat benedictionem exeundi; ſi vero contigerit ut altera die revertatur, non accipiat benedictionem revertendi; ſi autem profecturus ſperat ſe in craſtino rediturum, non accipiat benedictionem eundi; quodſi evenerit, ut ultra biduum moretur, reverſus revertendi benedictionem accipiat. Ille vero frater, qui, accepta pergendi benedictione, ultra biduum moratus fuerit, ſi ipſo die, quo redierit, in aliquem locum extra monaſterium perrexerit, et unius noctis moram fecerit, in craſtino reverſus omnes revertendi benedictiones accipiat, quia ex quo primum abiit, non jacuit in monaſterio; ſi vero ſine benedictione exeat, ſperans ſe in craſtino rediturum, et ita eveniat, atque ipſa die qua rediit, extra monaſterium, ubi una nocte moretur, in aliquem locum pergat, reverſus ipſa die omnes revertendi benedictiones accipiat. Hoc propterea fit, quia duabus continuis noctibus extra monaſterium fuit. In exeundo nullam benedictionem accipiat, niſi ultro biduum ſe moraturum exiſtimet. Si frater quilibet deforis veniens accipiat utramque benedictionem, veniendi, ſcilicet, atque exeundi, nec ſit ei opportunum ſtatim vel etiam per totam ipſam diem exire, ad quotcunque horas in monaſterio fuerit, accipiat benedictiones veniendi, exeundi vero minime; niſi forte contigerit eum ipſa nocte in monaſterio remanere, tunc enim in craſtino, ſi exire voluerit, ſuſcipiat eam. Ad veſperas, vel ad completorium nunquam debet dari benedictio exeundi; frater, accepta benedictione, ſi priuſquam de clauſtro exeat, ſignum regularis horae ſonuerit, cum caeteris in chorum pergat, et dicta hora, in viam ſuam vadat; ſi autem extra clauſtrum fuerit, et priuſquam portam curiae egreſſus ſit, ad regularem horam ſignum pulſatum fuerit, ad eccleſiam redeat, et regularem horam extra chorum dicat, et poſtea viam ſuam teneat. Faſciolatus, aut cinctus, ſive cum cappa, nunquam in clauſtrum introeat. Fratres in viam directi cum horam regularem dicunt, aut orationem faciunt, aut "Deus in adjutorium meum," cum "Gloria Patri" dicunt, ſi dies talis eſt, ſicut in monaſterio, genua flectant; ſed ante et retro nuſquam faciant, nec, cum falluntur, veniam petant, niſi ſint in eccleſia: diebus, quibus ſuper formas orant dicturi aliquam horam, ſi equitant, de equis deſcendant, et inchoata hora, ac venia petita, a manibus chyrothecas, et a capitibus capitia auferant, et ſic aſcenſis equis horam finiant: quodſi inter pſallendum neceſſitas loquendi eveniat, finita locutione iterum a capite horam incipiant: dum hora in hoſpitio canitur, aut cum manducant, froccis induti ſint, aut ſolis cucullis cunctam pſalmodiam, quam in nocte eis dicere commodum non eſt, equitantes per viam dicant, praeter eam, quam in die dicere ſolent; ad complendum ordinem, ad vitandam curioſitatem, ſcurrilitatem, otioſitatem, antequam dormitum vadant, completorium dicant; quo dicto, ſi grandis, quae vitari non debeat, neceſſitas loquendi eveniat, dicto verſu, quam brevius fieri poſſit, loquantur. Et ſi ante matutinas hoc accidat, completorium iterum dicant, et poſtea ſilentium teneant. Ubicunque monachus ſit tota nocte, ante eum lumen ardeat. De monachis in viam directis hunc morem coenobia illa tenent, quae noſtro tempore noſtri ordinis majorem auctoritatem habent. Beatus tamen Benedictus moram dierum non determinat, ſed abſolute imperat, ut de itinere reverſus monachus, per omnes canonicas horas benedictionem accipiat.

Dum regularis hora praeter completorium in monaſterio canitur, nullus fratrum loquatur inter officinas totius monaſterii, nec infra totam curiam; nec etiam in domo infirmorum, praeter illos, quos tanta infirmitas anguſtat, ut eos interim ſilentium tenere non ſinat: completorium vero dum canitur, licet priori, et eis, qui per licentiam de completorio remanent, de utilibus et neceſſariis rebus loqui; ſimiliter dum regularem horam fratres in eccleſia dicunt, nullus comedat in refectorio, excepto ſolo completorio, tunc enim licet iis, qui aliqua utilitate impediti ante illam horam ſe expedire non poſſunt, et fratribus, qui deforis veniunt comedere in refectorio; qui ſi ante collationem incipientes comedere circa finem completorii coenam ſuam commode explere non valent, licet eis a menſa ſurgere, et in monaſterium ad benedictionem ire, et poſtea in refectorium ad complendam coenam redire.

Ad levis culpae ſatisfactionem adjudicatus, frater a communi menſa ſeparetur, uſurus cibo, et potu, quibus alii fratres, niſi ei nominatim fuerit interdictum, refecturus hora nona, ſi fratres ſexta, vel ad veſperam, ſi fratres hora nona: in monaſterio, et in capitulo, in loco ubi ſolet eſſe, ſit aut ultimus omnium, aut inter utrumque, ſecundum quod culpa fuerit, et abbas praeceperit. In eccleſiam miſſam non celebret, epiſtolam, vel evangelium, vel lectionem non legat, reſponſorium non canat, antiphonam ſuper pſalmos non imponat, nec aliquid hujuſmodi, niſi cum caeteris agat, ad candelabrum, vel ad thuribulum non ſe reveſtiat, ad offerendam, vel ad pacem non accedat: circa finem regulariter inſtituti operis Dei, tam in nocte, quam in die, cum incipiunt "Kyrie eleyſon," proſternat ſe ante gradum, ubi benedictiones accipiuntur, ibique tamdiu proſtratus jaceat, uſquequo dicatur "Qui tecum vivit:" ſi feſtivitas duodecim lectionum eveniat, tamdiu ab hac ſatisfactione quieſcat, quouſque privati dies redeant. Dum fra-

tres in refectorio comedunt, ipſe ſit in eccleſia; cum abbati placuerit ab hac ſatisfactione abſolvere eum, ſi in monaſterio in conventu fuerit, mittat ad illum, cum proſtratus fuerit, unum de prioribus, qui circa eum ſunt, qui ex parte ipſius ſignum proſtrato faciat, ut ſurgat: qui ſtatim ſurgens humiliter abbati inclinet, et ad locum ſuum vadat. Porro ſi abbas in capitulo ſederit, rogantibus fratribus, dicat ei, Indulta ſit vobis haec levis culpae ſatisfactio, vel aliquid hujuſmodi; et ille frater ſtatim ſurgat, et ad pedes abbatis vadat, et poſtea in locum ſuum revertatur: ſi abbas in itinere fuerit, licet priori vel ei, qui ordinem tenet, abſente priore, hoc totum facere.

Si frater aliquis (quod Deus avertat) culpam gravem commiſerit, et ipſa culpa manifeſtata ſecreto emendari competenter nequiverit; in capitulo ante abbatem in conventu fratrum examinetur, et communi judicio frater ille corporalem diſciplinam acriter patiatur; et in gravis culpae ſatisfactione eſſe jubeatur; qui accepta diſciplina veſtitus atque cinctus, cultellum ſuum ibi deponat, caput ſuum caputio cooperiat, et cum ſummo ſilentio ad locum huic negotio ordinatum pergat, praecedente fratre illo, qui clavem ipſius loci ſervat; tunc abbas provideat unum de ſenioribus, cui eum cuſtodiendum ſecure poſſit committere, qui eum ad horas ducere, et poſt horas ad locum ſuum debeat eum reducere; qui ſenior poſt capitulum ſecreto ab abbate inquirat; quo ordine frater ille vivet, et quid, aut qua hora comedere debeat: loquatur ei frater ille, et alii, quibus abbas praeceperit, caeterorum autem nemo illi ſocietur, neque colloquatur. Cum pulſatur ſignum ad horam, cuſtode ſuo ducente, cooperto capite, ante oſtium monaſterii veniat; et ſi conventus adhuc monaſterium non intravit, quouſque totus introeat, ibi proſtratus jaceat, ſi vero jam intravit, ſtet ibi, et inclinet, et genua flectat, ſicut fratres, qui in choro ſunt; dum cantatur hora, ſi aliqui fratres juxta ſe tranſierint, humiliter inclinet eis: tranſeunte tunc abbate, proſtratus veniam petat, ſi frater ille juxta ſe cum tranſire cognoverit: finitis horis regularibus exeuntium ab eccleſia pedibus, cooperto capite, proſternatur, quouſque omnes pertranſeunt. Ingredientes vero et egredientes dicant ei ſub ſilentio, "Miſereatur tibi Deus." Egreſſis omnibus operto capite, cuſtode ſuo praecedente, ad locum unde venit revertatur; in capitulum, ſtatutis ab abbate diebus, praedicto cuſtode eum ducente, veniat, et corporale judicium humiliter, et patienter ſuſtineat, de cibo, et potu competens ei miſericordia impendatur, ne forte nimiis anguſtiis oppreſſus immoderata triſtitia abſorbeatur; hoc modo tractetur, quoaduſque humilitate, et patientia, et emendationis promiſſione, adjunctis fratrum precibus, miſericordiam conſequatur: qua vero die precantibus fratribus, decreverit abbas miſericordiam ei impendere, eo modo, quo ſuperius dictum eſt, in capitulum veniat, proſtratus culpam ſuam fateatur, et emendationem promittat, et miſericordiam quaerat, juſſus ſurgere frequenter ſe proſternat, et eadem verba, et ſimilia dicat, ceſſaturus cum abbas dixerit ei, Sufficiat: poſtea jubeatur exuere, et corporalis diſciplinae judicium ſuſtinere. Quo facto dicat ei abbas; Motus fratrum noſtrorum precibus, et patientia, et humilitate veſtra, et promiſſione emendationis veſtrae, hanc miſericordiam vobis impendo, ut dehinc cum fratribus ſitis in refectorio, in loco, quem vobis deſignabimus, comedatis, diſciplinam corporalem pro hac culpa ulterius non ſuſcipiatis; de caeteris ad comprobandum adhuc humilitatem, et patientiam veſtram, ita vos habete, ſicut frater, qui in levis culpae poenitentia eſſe jubetur, excepto quod incepto "Kyrie eleyſon," ad gradum vos non proſternetis, ſed expleta regulari hora, in loco, in quo ſtabitis, ſicut beatus Benedictus praecipit, flexis ad terram genibus, ſicut qui in pſalmo fallitur, humiliter ſatisfacietis. Hoc audito frater ille ad pedes abbatis vadat, et rediens in locum, in quo ſtabat, tres genuum flectiones, ante ſcilicet, et ad dexteram, et ad ſiniſtram, cum omni devotione faciat, gratias referens fratribus, quia pro ſe rogaverunt, et humiliter ſupplicans quatenus adhuc rogare dignentur. Poſtea deſignet abbas ei locum, ubi eſſe debeat, et eo praecipiente ſeſſum vadat. Haec quidem culpa ad abbatem proprie pertinet corrigenda; qui tamen ſi deſit a patria, nec ad praeſens, ut veniat, expectatur, a priore corrigi poteſt totius congregationis aſſenſu.

Si frater peccans peccatum ſuum defendere potius, quam cognoſcere et emendare voluerit, proclamatus etiam abbati vel priori contumaciter reſpondere praeſumpſerit, admonitus quoque ut reſipiſcat, in ſua pertinacia permanere decreverit; hunc talem ſurgentes fratres quot, et quibus juſſum fuerit, violenter arripiant, et in carcerem, hujuſmodi arrogantibus deputatum, trahant, vel ferant, ibique depoſitus tamdiu ſervata diſcretione affligatur, quouſque ſuperbiam deponat, culpam cognoſcat, humiliter emendationem promittat. Quodſi, inſpirante Deo, evenerit, res prius in capitulo oſtendatur, dehinc a fratre, cui hujuſmodi cura injuncta ſit, in capitulum deducatur; introeat autem vel nudus, ſicut fugitivus monachus, vel indutus, prout res popoſcerit, conſiderata qualitate et quantitate vel praecedentis culpae, vel ſubſequentis arrogantiae; poſtea tractetur ſicut ſuperius dictum eſt, hoc eſt, vel graviter, ſi gravi, vel leviter, ſi levi culpae fuerit deputatus. Quod ſi ſpiritu diabolico plenus ſuperbire magis, quam promittere emendationem elegerit, adhibeantur ei de toto conventu orationum ſuffragia. Si vero abbas nec ſic ſuam induſtriam praevalere conſpexerit, prudenter tractet cum conſilio omnium fratrum, utrum expediat eum vel diutius detineri, vel de monaſterio expelli.

Fugitivus de monaſterio monachus, ſi reverſum ad monaſterium ſuſcipiendum eum eſſe abbas judicaverit, hoc modo ſuſcipiatur. In hoſpitali domo aliquantis diebus primum maneat ad clauſtrum, vel ad officinas clauſtri, vel ad monaſterium, niſi juſſus nullatenus accedat; ut interim poenitudinis ſuae, et humilitatis, et patientiae aliquod documentum oſtendat, nullus frater ſecum converſetur, nullus ei in aliquo conſortio vel colloquio conjungatur, niſi ei ab

abbate, vel a priore, vel ab eo, qui ſervat ordinem, jubeatur. Ea vero die, qua in capitulum intraturus eſt, in locutorio veſtimentis ſuis ſe exuat, ſtaminia, ſi habitum non reliquit, circumpoſito cingulo ſe circumcingat, ſiniſtro brachio cucullam plicatam, et in dextera manu virgas ſumat, et ſic nudis pedibus, et nudo deſuper corpore, ducente eum fratre, cui injunctum fuerit, in capitulum veniat: qui ingreſſus in loco, ubi proſterni ſolet, ſtatim ſe proſternat: interrogatus more ſolito, culpam dicat; dehinc ſedens corporalem diſciplinam ad imperium abbatis ſuſcipiat; qua ſuſcepta, cuculla ibi tantum induta, ſicut venit, ſed non ferens virgas, in locutorium redeat, ibi ſe calciet, et regulariter induat, et in capitulum rediens, tamdiu ſe proſternat, donec ab abbate dicatur ei, Sufficiat: injungatur ei ſatisfactio gravis culpae, et in ipſa ſatisfactione habeat ſe, ſicut ſuperius dictum eſt, cum de gravi culpa ageretur: ſi abjectis monaſticis veſtimentis, in ſeculari habitu ad monaſterium redit, ſervatis circa eum caeteris, quae ſuperius dicta ſunt, ſeculari veſte, in qua reverſus eſt, circumcinctus, ſicut ſupra de ſtaminia dictum eſt, et non portans cucullam, capitulum ingrediatur; et poſt ſuſceptam diſciplinam, cuculla a camerario ante ipſum poſita, ab eo ſuſcipiatur, et ibi ſtatim induatur.

Veniens aliquis ad converſionem de ſeculo, inprimis ſicut alii hoſpites ſuſcipiatur in hoſpitio; cujus voluntate cognita, frater, qui cellae hoſpitum procurator eſt, abbati, vel abſente abbate, ei, qui ordinem tenet, rem nunciet. Loquatur cum eo abbas, vel prior, vel aliquis ſpiritualis frater, cui injunctum fuerit; qui ſi deſiderium petentis ex Deo eſſe cognoverit, oſtendatur res fratribus in capitulo; quorum audito conſilio, ſi ſuſcipiendum eum eſſe abbas decreverit, ſtatuta die ducente eum praedicto hoſpitum ſuſceptore, et doctus ab eodem qualiter petitionem facere debeat, in capitulum veniat, in loco, ubi proſterni ſolet, ſe proſternat, interrogatus quid dicat? quam humiliter poterit, in his, vel in ſimilibus verbis petitionem ſuam faciat; "Dei miſericordiam, et veſtram ſocietatem, et fraternitatem hujus loci requiro, in hoc monaſterio monachus fieri, et Deo ſervire deſidero." Reſpondet ei abbas, vel qui loco abbatis ordini praeeſt: "Societatem, et conſortium electorum ſuorum concedat nobis omnipotens Deus:" et reſponſo a toto conventu, "Amen;" juſſus ſurgere ſurgat, pronuncientur ei dura, et aſpera, quae in hoc ordine perferunt, qui pie, et regulariter vivere volunt: item duriora, et aſperiora, quae ſi indiſciplinate ſe habeat, ſibi poterunt evenire. Quibus auditis, ſi adhuc in propoſito ſuo perſtiterit, et duriora et aſperiora ſe paratum perferre promiſerit, reſpondeatur ei ab eo, qui capitulum tenet: "Dominus Jeſus Chriſtus ſic perficiat in vobis, quod pro ejus amore promittitis, ut ejus gratiam, et vitam aeternam habere poſſitis." Et reſpondentibus omnibus "Amen;" ſubjungat "Et nos pro ejus amore hoc tenore concedimus vobis, quod tam humiliter, et tam conſtanter requiritis." Hoc audito, novitius vadat, et humiliter oſculetur pedes ipſius: tunc ipſo praecipiente, ducat eum magiſter novitiorum in eccleſiam, ibique coram quolibet altari extra chorum ſedens praeſtoletur, donec capitulum finiatur. Quo finito, ducat eum praedictus magiſter ſuus in cellam camerarii, vel in aliam domum, ubi id, quod agendum eſt, opportunius fieri poſſit, benedicta ſibi prius corona, ſi laicus ſit, cum antiphonis, et pſalmis, et collectis ad hoc officium ordinatis, vel in eccleſia ante introitum miſſae, ad gradum ubi benedictiones fratres accipiunt, vel in capella infirmorum, aut in capella abbatis, ſecundum quod ipſi abbati placuerit; ductus itaque novitius, ſive laicus ſive clericus, in praedictum locum, tondeatur, et radatur more monachorum; dehinc veſtibus ſecularibus exuatur, et rebus monaſterii regularibus, praeter cucullam, caputio aſſuto tunicae induatur: dum haec aguntur a fratribus, quibus injunctum fuerit, ſeptem poenitentiales pſalmi indirectum dicantur; ſic paratus ducatur in conventum fratrum; in choro, ſi clericus eſt, ultimus ſit in ordine clericorum; ſi laicus laicorum, et ad proceſſionem, ſimiliter in capitulo, et refectorio, ſicut eſt ordo converſionis ejus. In cella novitiorum dormiat, aut in dormitorio, ſi coenobium hujuſmodi cellam non habet; in conventu non legat, ſolus non canat, ad miſſam non offerat, pacem non ſumat, in clauſtro ſeparatim ſedeat cum magiſtro ſuo in loco novitiis deputato, nullus ei loquatur aut ſignum faciat, abſque magiſtri ſui licentia. Magiſter talis ſit, qui exemplo vitae, et verbo doctrinae poſſit eum de anima ſua monere, et ordinem docere. Loquentibus in clauſtro fratribus, ſi quis amore Dei, et zelo juſtitiae ad eum venire, eumque vel arguere vel monere voluerit, licet ut veniat, et accepta a magiſtro licentia, quod dicere voluerit, dicat; facto autem clamore, ſtatim ſurgens coram magiſtro ſuo, ſicut fratres, in capitulo veniam petat, non ſeſſurus, donec, emendatione promiſſa, idem magiſter praecipiat. Et de levibus quidem culpis hoc modo agatur; pro majoribus autem culpis, aut in capitulo, pro quantitate culpae corripiatur; aut ſi ibi cella novitiorum eſt, in ea quemadmodum in capitulo increpetur, et verberetur; de capitulo, facto ſermone, quotidie exeat, et interim in monaſterio maneat, niſi pro majori culpa, ut dictum eſt, caſtigandus remaneat; de his culpis, quas in ſeculo geſſit, et quae in hoc ordine ſibi evenerunt, vel eveniunt, frequentes confeſſiones faciat abbati, et priori, ſpiritualibus fratribus, quibus haec cura injuncta eſt. Tranſactis pleriſque diebus, ſi vita ejus fratribus, et fratrum converſatio ſibi placuerit, monendus eſt a magiſtro ſuo, quatenus roget priorem et aliquos majores fratres, ut et ipſi pro eo intercedant apud abbatem, pro benedictione tribuenda, et profeſſione ſuſcipienda. Quodſi eum benedicere abbati placuerit, ſtatuta die in capitulo finito ſermone, in loco, ubi ſolet, ſe proſternat, proſtratuſque pro impetranda benedictione petitionem faciat; juſſo eo ſurgere, narrentur ei rerum dura et gravia, quae in noſtro ordine a ſanctis patribus ſunt inſtituta: qui ſi haec omnia et adhuc graviora, ſi neceſſe fuerit, humiliter et patienter ſe ferre paratum eſſe reſponderit: interroget abbas confidentes fratres, quid inde ſentiant? et utrum

precibus

precibus ejus annuendum eſſe concedant? Quibus reſpondentibus ſe libenter concedere, adjungat, Et nos concedimus in nomine Domini: quo dicto, vadat ad pedes abbatis, vel ejus, qui ordini praeeſt, ſi abbas deeſt: dehinc reverſus in locum, in quo ſtabat, flexis ad terram genibus, humiliter inclinet ante, et ad dextram, et ad ſiniſtram, gratias referens fratribus pro miſericordia eorum precibus ſibi impenſa. Poſtea praecipiente abbate cum magiſtro ſuo exeat; finitoque capitulo, ſi ſcribendi ſcientiam habet, profeſſionem ſuam ſcribat, aut, ſi neſcit ſcribere, alium roget, qui pro ſe ſcribat; ipſe tamen in fine ipſius profeſſionis ſignum crucis faciat: deinde, ablato a tunica caputio, uſque ad horam benedictionis ſuae extra chorum maneat. Cantor vero procurare ſibi debet membranam, et incauſtum, et ſcriptorem, ſi neſcit ſcribere. Hora benedicendi in arbitrio abbatis eſt, videlicet aut ante introitum miſſae, ſi miſſam non celebrat, aut poſt evangelium, ſive miſſam celebret, ſive non: ipſe tamen in conſecratione monachi, ſi ei commodum eſt, miſſam celebrare debet, ſicut canones praecipiunt; lecto igitur evangelio, intrante chorum novitio, praecedente eum magiſtro ſuo, incipiente dextero choro, dicat conventus pſalmum "Miſerere mei, Deus;" novitius ante altare veniens ſuper gradum ſe proſternat, dictoque pſalmo, ſurgens profeſſionem ſuam legat, et ſuper altare ponat. Quodſi ignarus literarum eſt, magiſter ſuus debet eam pro eo legere, et ipſe novitius ſuper altare ponere: quo facto, flexis coram altari genibus, veniam petat, et poſtea ad locum, ubi ſe proſtravit, rediens, verſum "Suſcipe me, Domine," ter dicat; ibique inter dicendum ter genua flectat; quem verſum ter repetens conventus adjungat ad ultimum "Gloria Patri, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon, Pater noſter," conventu incipiente, "Gloria Patri;" novitius inclinatus provolvat ſe in circuitu, et ſtatim proſternat ſe. Abbas, dicto "Et ne nos inducas in tentationem;" et reſponſo "Sed libera nos a malo," incipiat pſalmum, "De profundis:" quo finito a conventu cum "Gloria Patri," adjungat "Salvum fac ſervum tuum; Mitte ei, Domine, auxilium de ſancto; Nihil proficiat inimicus in eo; Eſto ei, Domine, turris fortitudinis; Domine, exaudi orationem meam; Dominus vobiſcum." Deinde collectam, "Deus indulgentiae Pater:" item aliam; "Deus, qui per coeternum Filium:" item aliam; "Domine Jeſu Chriſte, qui es via:" dictis his tribus collectis ſingulis, cum integro "Per Dominum noſtrum," incipiat abbas hymnum "Veni, creator Spiritus:" quo a conventu devote et ſolenniter decantato, dicat collectam "Sancte Spiritus, qui te Deum ac Dominum;" qua dicta, ſurgat novitius, et ſpargat ſuper eum abbas aquam benedictam; eoque ſtante benedicatur cuculla, et aſpergatur aqua benedicta; qua benedicta accedat novitius ad abbatem, et, flexis genibus, ſtet ante eum, quem tunica exuens abbas dicat "Exuat te Dominus veterem hominem, cum actibus ſuis;" et induens eum cuculla, ſubjungat, "Induat te Dominus novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia et ſanctitate veritatis:" ad utrumque reſpondeant audientes fratres "Amen:" ſubſequatur ſuper eum flexis genibus inclinatum, oratio "Deus miſericors, Deus clemens;" qua dicta, oſculetur eum abbas, induens caput ejus caputio: dehinc ducatur per chorum ad oſculandum omnes fratres, ultimus collocetur. Tribus diebus communionem corporis et ſanguinis Chriſti accipiat; tertia die ad pacem miſſae auferat ei caputium de capite abbas, vel cui abbas praeceperit, ſi ipſe id faciendi opportunitatem non habet: ante hanc horam, ex quo benedictus eſt, ſummum ſilentium teneat, de capitulo facto ſermone exeat, ad proceſſionem non vadat, cuculla indutus, cucullato capite dormiat: in primo autem capitulo, quo ei licet loqui, debet magiſter ejus de eo memoriam habere coram abbate dicens: Domine, ſi placeret vobis praecipere, poſſet iſte frater ab hac die inantea legere, et cantare in conventu, ſicut alii fratres; reſpondente abbate: Faciat, cum benedictione Dei; inclinet ipſe novitius ad abbatem de loco, in quo ſedet. Ex illa die cujuſcunque ordinis ſit, habet licentiam exequendi omnia, quae ſui ordinis ſunt, niſi ſit ſacerdos; ipſi enim infra primum converſionis ſuae annum miſſam celebrare non licet, niſi in ſeculo probatae caſtitatis fuerit, et abbas pro hac re ſpecialem ei licentiam dederit.

Offerendus puer, facta ſibi prius corona, manibus portans hoſtiam, et calicem cum vino, ſicut mos eſt, poſt evangelium ſacerdoti, qui miſſam celebrat, a parentibus offeratur. Qua oblatione a ſacerdote ſuſcepta, involvant praedicti parentes manus pueri in palla, qua altare coopertum eſt, et cujus pars anterius pendet, et tunc ſuſcipiat eum abbas: quo facto, praefati parentes coram Deo, et ſanctis ejus ſtatim promittant, quod per ſe, vel a ſe ſuppoſitam perſonam ſuſceptum ordinem puer nunquam relinquat, neque ei ſe aliquid ſcienter daturos, unde puer, quod abſit, perire poſſit; hanc promiſſionem prius ſcriptam coram teſtibus verbis ibi prius edicant, et poſtea ſuper altare ponant. His expletis, benedicat abbas cucullam, et exuens puerum cappa vel pellibus, vel aliqua hujuſmodi chlamyde, dicat, "Exuat te Dominus veterem hominem," ut ſupra, et induens eum cuculla, ſubjungat, "Induat te Dominus novum hominem," etc. dehinc ducatur ad radendum et veſtiendum, ſicut noſtri ordinis conſuetudo eſt; cum vero adulta aetate facturus profeſſionem fuerit, fiant ei caetera, quae ſuperius debere fieri converſo jam diximus. Hoc enim, quod modo factum eſt, iterari non oportet.

Omni die minimi ſigni, ad deſignandum capitulum, incipiente ſono, fratres omnes, qui ſedent in choro, ſtatim ſurgere, et verſi ad orientem interim debent ſtare; fratres quoque, qui alicubi in monaſterio ſunt, chorum intrare. Nullus eorum librum teneat; nullus in libro aliquid legat, aut inſpiciat: nullus in clauſtro pro qualibet occaſione tunc ſedeat: praedicti ſigni ceſſante ſonitu, praecedentem priorem ſequantur alii, ſicut eſt ordo converſionis eorum: conſidentibus fratribus in capitulo ad nutum ordinem tenentis, petita benedictione, lectis et pronunciatis,

ciatis, quae legi et pronunciari conſuetudo eſt, facto ſermone, "Dicto loquamur de ordine noſtro;" ſi clamatur aliquis, qui commune cum uno, aut pluribus nomen habeat, niſi clamans ita diſcernat et determinet, ut nulla dubitatio poſſit eſſe, omnes, qui ejuſdem nominis ſunt, cujus eſt ille, qui clamatur, ſtatim debent ſurgere, et ad venias humiliter ſe praeſentare, donec clamator determinare eligat, de quo dicat: ipſa autem determinatio ab ordinibus vel officiis, ſi poſſit fieri, debet eſſe hoc modo; Domnus Edwardus preſbyter, diaconus, ſubdiaconus, ſecretarius, magiſter infantum, vel juvenum, vel aliquid hujuſmodi, non archidiaconus, non Londinenſis, non aliquid cognominatum de ſeculo: clamator ei, ſuper quem clamorem facit, in ipſo capitulo judicium non faciat: interrogatus more ſolito, qui proſternitur ad omnes venias "Mea culpa" dicat, excepto cum ſocietatem poſtulat, aut obedientiae abſolutionem, aut cum aliquis frater miſericordiam petit pro ſuo propinquo noviter, et poſtquam ad ordinem venit, defuncto, patre ſcilicet, matre, fratre, ſorore, vel cum unus, aut plures pro eo, qui in gravis culpae ſatisfactione poſitus eſt, miſericordiam petunt, vel cum aliquis frater in longum iter profecturus eſt, aut cum aliquid magnum, et arduum, et ſuis viribus impar fratri injungitur: in his et hujuſmodi hoc modo reſpondetur; "Dei miſericordiam et veſtram requiro et obſecro," etc. ſicut ratio rei, pro qua petitur, poſtulat. Suſcepturus judicium aut ſola groſſiori virga ſuper ſtaminiam verberetur, et proſtratus jaceat, aut pluribus gracilioribus virgis, et nudus ſedeat, utrumque ad arbitrium ejus, qui praeeſt ordini, conſiderata qualitate, et quantitate culpae, dum corporalis diſciplina infertur fratri, omnes inclinato capite debent eſſe, et pio et fraterno affectu compaſſionem ſuper eum habere. Interim nemo in capitulo debet loqui, nemo ad illum aſpicere, exceptis gravibus perſonis, quibus licet pro eo intercedere; clamatus, ſuper eum, a quo clamatus eſt, in ipſo capitulo clamorem facere non licet, diſciplinam corporalem inferat, quicunque ille ſit, cui ab abbate vel priore injungitur; hoc obſervato, ne infantibus vel juvenibus aut novitiis id facere injungatur. Nemo ibi cum uno, aut pluribus ſecreto loquatur, quicquid quis loquitur, a rectore ordinis, et a toto conventu audiatur. Sermo tantum ſit de utilibus, et de his, qui ad ordinem pertinent; loquente uno, taceant alii; verba loquentis nemo interrumpat, praeter eum, qui rector eſt ordinis, cui licet loquenti praecipere, ut ſileat, ſi forte ei ſermo illius ſuperfluus et inutilis videatur. Rectore ordinis incipiente loqui, etiamſi aliquis loquebatur, taceat, et ab omnibus ſummum ſilentium fiat.

Si placet abbati aliquem fratrem pro ſuis meritis honorare, et conſiderata perſonae ejus honeſtate, in ſuperiore loco ſtatuere, audito, frater ille, ab abbate ſedente in capitulo, ire ſuperius, ſedere juxta illum fratrem; ſtatim ſurgens ad pedes abbatis vadat, et poſtea ad locum, ubi ei praecipitur, ſeſſum pergat, et ex illa die in monaſterio, et proceſſione, et refectorio ipſum locum habeat: laicum converſum beatus Benedictus non praecipit taliter promoveri. Si tamen abbati promovere eum placuerit, locum, quem in capitulo ſuſcipit, in refectorio etiam tenebit; in monaſterio vero, et proceſſione ſuper eos converſos eſſe jubebitur, quibus frater ille, juxta quem locum habet, prior eſſe dignoſcitur. Evenire poteſt, cum hujuſmodi promotio ordinatur, ut abſentes ſint aliqui fratres honeſti, et bonis actionibus praediti; quibus prior ſit frater ille, juxta quem promotus ſedere jubetur; et ideo determinate oportet ei in capitulo dici, utrum ſuper ipſos etiam abſentes, cum redierint, eſſe debeat. Ingrediens frater capitulum loquentibus aliis "Benedicite" dicat; egrediens vero, ſi eſt reverſurus, nec ante et retro faciat, nec "Benedicite" dicat: ſi non eſt reverſurus, utrumque agat.

Monachus petiturus concedi ſibi ſocietatem, et beneficium monaſterii introductus in capitulum, "Benedicite" dicat: dehinc proſtratus ad gradum, ubi conſuetudo eſt, interrogatus quid dicat? humili et devoto corde in his verbis reſpondeat: "Peto per miſericordiam Dei, et veſtram, et omnium iſtorum ſeniorum ſocietatem, et beneficium hujus monaſterii:" quo dicto reſpondeat abbas; "Omnipotens Dominus concedat vobis quod quaeritis, et ipſe praeſtet vobis conſortium electorum ſuorum:" poſtea juſſus ut ſurgat, accedat ad abbatem, et ab eo per librum regulae ſumat monaſterii ſocietatem. Qua ſumpta, acceptoque ab eo oſculo, inclinet ſe ad pedes abbatis, deinde oſculetur omnes fratres in circuitum. Quo facto revertatur ad locum, ubi ſe proſtravit, ibique tres genuum flectiones ſolito more faciat. Fratres vero inclinent ei, dehinc praecipiente abbate ſeſſum vadat, deſignato ei prius loco, ubi ſedere debet. Porro ſi abbas fuerit, ingrediente eo in capitulum, totus conventus ei aſſurgat, et tamdiu ſtet, quouſque humo proſtratus, ſicut ſuperius, petitionem faciat, et erectus cum monachis ſuis ſocietatem ſuſcipiat, eaque ſuſcepta, juxta abbatem conſideat; monachi vero, ejus ſocietate ſuſcepta, reverſi ad locum, ubi ſe proſtraverunt, tres genuum flectiones, ſicut ſuperius dictum eſt, faciant: egredientes fratres de capitulo oſculentur abbas, et monachi ejus. Si major congregatio fuerit, ab oſculo ceſſari poteſt, quod in multis jam coenobiis fieri conſuevit; ſi ſecularis perſona fuerit ante abbatem, vel juxta abbatem, ſi honorabilis perſona ſit, ſedeat; poſtea oſtenſa ejus petitione fratribus, per textum evangelii ſocietatem ſuſcipiat: dehinc ad oſculandum fratres, ſi mulier non ſit, in circuitum pergat.

Tali hora prior mane ad excitandos fratres ſonitum debet facere, ut pueri, factis ſolitis orationibus, in clauſtro valeant legere. Qui cum legere inchoant, alte quamdiu legant, ſeparati abinvicem ita ſedeant, ut alter alterum nec manibus, nec veſtibus contingere poſſit. Infans infanti non ſigno innuere, non verbo aliquid dicere, niſi vidente atque audiente magiſtro, praeſumat; non de loco, in quo ſedet, ſine praecepto, vel licentia ſurgat. Quocunque pergunt infantes, unus magiſter inter duos infantes ſit. Tranſeuntes ante fratres inclinent fratribus, et fratres eis ſedentes tantum; duobus

una

una laterna ſufficiat; ſi tres fuerint, tertius alteram portet; ſi plures fuerint, hoc ordine diponantnr. In nullius manum aliquid dent; de nullius manu aliquid accipiant, niſi abbatis, prioris majoris, magiſtri eorum, et hoc non ubique, ſed in congruis locis, ubi aliter eſſe non poſſit, aut non debeat. Cantor quoque, cum in ſcholis eorum eſt, poteſt librum, in quo cantari, aut legi debet, dare eis, et accipere ab eis. Ad altare ſi ſerviunt, dant etiam ibi, et accipiunt, ſicut ordines eorum expoſcunt. In capitulo ſuo vapulent, ſicut majores in majori capitulo: confeſſuri ad abbatem, vel ad priorem vadant, vel ad eos, quos ſpecialiter in capitulo deſignaverit abbas. Dum confitetur unus, ſedeat alter in ſuppedaneo, magiſtro eorum extra capitulum ſedente in proximo: ſi poſt verſum, qui ante cibum dicitur, ingrediuntur refectorium, vel poſt "Gloriam" primi pſalmi ad horas intrent chorum, ipſi quidem ad loca ſua vadant, ſolito more inclinent, magiſter vero eorum ad loca, quae tardantibus inſtituta ſunt, eat: puero, qui ante menſam abbatis ſervit, abſtinentia cibi, vel potus ſine ejus praecepto minime injungatur. Quodſi praecipiente eo injungitur, aut ei indulgeatur, aut interim a menſa abbatis removeatur. In choro, praeſente abbate, niſi praecepto ejus nullus eos percutiat, nullus exuere faciat. Abſente eo, cantor de iis, quae ſui officii ſunt, eos caſtiget; prior vero de caeteris, in quibus ſe leviter habent. Ubicunque ſint, praeter perſonas ſuperius deſignatas, nullus eis ſignum faciat, nullus arrideat. In ſcholam eorum nullus ingrediatur, nullus cum eis alicubi loquatur, niſi ſibi ab abbate, vel priore ingrediendi, vel loquendi licentia concedatur; meridianis horis in lectis ſuis nunquam legant, nihil aliud ibi agant, ſed cooperti tantum quieſcant. Unus ſuper alios magiſtros ſit magiſter eorum maturus et diſcretus, qui auditis clamoribus, culpas delinquentium moderata diſcretione ſciat vel punire, vel indulgere; collocatis in lectis ſuis aſſiſtant magiſtri, dum ſint cooperti, in nocte cum accenſis candelis.

Juvenes tam nutriti quam de ſeculo venientes, qui magiſtrit cuſtodiendi commendantur, in multis ſicut infantes, de quibus ſuperius dictum eſt, cuſtodiantur; remoti, ut ſupra, a ſeinvicem ſedeant; extra locum cuſtodiae ſuae ſine cuſtode nuſquam procedant; duo et duo laternas ferant, abbati, vel priori et nulli alii, niſi ſpecialiter deſignatum ſit, confeſſiones ſuas faciant. Meridianis horis in lectis ſuis non debent legere, non ſcribere; non quippiam operis facere; ſed cooperti tantum quieſcere; lectos ſuos ante, vel inter lectos magiſtrorum habere; ſi neceſſe habent ſurgere, prius magiſtros excitent, et poſtea accenſa laterna, ſi nox eſt, ad neceſſitates ſuas explendas cum magiſtris ambulent. Praeter abbatem, priorem, magiſtroſque eorum, nulli liberum ſit in loco cuſtodiae eorum deputato ſedere, nec verbo, nec ſigno aliquid eis innoteſcere, niſi accepta licentia ab abbate, vel priore: quae licentia cum conceditur, magiſter ſedere debet inter juvenem et eum, qui juveni loquitur; juvenis cum juvene non loquatur, niſi audiente, et intelligente magiſtro, quid utrinque dicatur. Magiſtri inter eos ſedeant, vel ante illos, ſic ut eos, cum volunt, conſpicere valeant. Cum dormitum vadunt, tamdiu ſtent ante ipſos magiſtri, uſque dum ipſi juvenes in lectis ſuis jaceant cooperti: ſi nox eſt, cum candelis accenſis aſſiſtant. In monaſterio, capitulo, refectorio, proceſſione mixti ſint ſenioribus, non obſervato, ſi neceſſe ſit, ordine converſionis eorum. Si ad menſam legunt, vel de coquina ſerviunt, ſurgentibus a menſa fratribus [illegible] ad monaſterium vadant, et dicto [illegible] cum cuſtodibus ad refectorium revertantur: duo ſimul, aut plures, ſi fieri poſſit, de conventu non remaneant: quodſi paucitas majorum, et pluralitas juvenum aliter agendum coegerit, ſufficientes eis cuſtodes deputentur: porro ſi cuſtodia illa juvenum, qu[illegible] tenetur, magis [illegible] ac ſeparatis abinvicem [illegible] deant, ſinguli ſingulis, [illegible] pia eſt, cuſtodes habeant, ſinguli ſingulas laternas in nocte teneant. [illegible] linquat, niſi commendatum alicui fratri, in quo et de quo bene confidat. Omnis denique cuſtodia ei adhibeatur, quae ſuperius deſcripta eſt.

Frater aliqua ſui corporis incommoditate detentus, ſi conventum ſequi non poteſt, humiliter prius in capitulo petita venia, juſſus ſurgere ſtans fateatur ſe non poſſe conventibus intereſſe propter infirmitatem ſuam. Cui reſpondet abbas, vel qui loco abbatis ordini praeſidet: "Omnipotens Dominus concedat vobis utilem ſanitatem, ſicut vobis expedire cognoſcit. Amodo tractate vos, ſecundum infirmitatem veſtram, et remanete de conventibus, ſicut vobis melius viſum fuerit." Si aegritudo adeo invaluerit, ut in conventu remanere non poſſit, praecipiat abbas fratri, cui hujuſmodi cura impoſita eſt, ut ducat aegrum in cellam infirmorum; [illegible] bilitatem loci, tam de communibus cibis, quam de eſu carnis, ut nullius rei, ſi fieri poſſit, indigentiam patiatur. Ex quo carnem comedere incipiet, quocunque perget, caput opertus caputio, et [illegible]. Qua vero die ſanitate recepta ad conventum redire voluerit, ſi carnem comederit prius raſus, ad horam, quae ante capitulum canitur, chorum introeat, et ſi poſt ipſam horam in conventu miſſa dicitur, ad ipſam non offerat. Ingreſſus capitulum, cum indictum fuerit de ordine loqui, primus ſurgat, et in loco, ubi conſuetudo eſt, proſtratus veniam petat. Interrogatus, et reſpondens, ut fieri ſolet, juſſus ſurgere haec vel ſimilia verba dicat: "Domine infirmitate mea gravatus, in domo infirmorum diu f i; in cibo et potu, et aliis multis offendi, et contra ordinem noſtrum feci, et inde peto abſolutionem veſtram:" hoc dicto, abſolvat eum abbas dicens: "Omnipotens Dominus abſolvat vos ab his, et ab omnibus aliis veſtris delictis." Conventu reſpondente Amen; offerat ſe frater ille ad pedem abbatis; poſtea reverſus ad locum, ubi ſe proſtravit, gratias referens abbati, et toti conventui, quia miniſtrata ſunt ei, quae infirmitati ſuae fuerant neceſſaria, tres genuum flexiones ſolito more faciat: ipſa die et deinceps, quan-

tum opus fuerit, jubeatur mixtum accipere. Si vero carnem non comedit, in diſpoſitione abbatis ſit, qua hora in conventum petita licentia redire, et quomodo ſe de caetero habere debeat.

Si infirmus magis ad mortem, quam ad ſalutem tendere videatur, et ſe petat inungi, frater, qui domui infirmorum praeeſt, rem fratribus in capitulo narret; tunc, jubente abbate, vel qui loco abbatis in capitulo ſedet, exeant ſacerdos hebdomadarius, ſecretarius, quatuor converſi, et parent, quae ad hujuſmodi negotium parari oportet. Quibus paratis, expletiſque quae in capitulo agi ordo requirit, exeuntes de monaſterio tranſeant ante capitulum, hoc ordine procedentes; primus ex converſis unus cum ſitula aquae benedictae; dehinc alius cum cruce; poſt hos duo cum candelabris; extremi ſecretarius cum oleo; et ſacerdos alba indutus, et ſtola, cum manipulo portans librum; iſtis tranſeuntibus ſurgens conventus, percuſſaque tabula, ſi dies talis eſt, egrediens de capitulo jungatur eis, et pſallentes ſeptem pſalmos ad aegrum veniant, et ordinate circumſtent, ſicut locus, in quo jacet, fieri permittit. Primum ſpargatur aqua benedicta, dehinc finitis pſalmis ſequatur "Kyrie eleyſon," et capitula, et collectae, quae ordinatae ſunt uſque ad confeſſionem. Facta confeſſione abſolvatur ab omnibus, et ipſe abſolvat omnes: dehinc oſculetur ab omnibus: interim dicantur aliae collectae uſque ad unctionem: facta unctione, lavet ſacerdos manus, et projiciatur aqua in ignem, vel in ſacrarium deferatur; quo facto dictis collectis, quae ſequuntur, vadat ſacerdos, praecedentibus duobus converſis cum candelabris, vadat et tertius ad thuribulum deferendum; quibus revertentibus flexis genibus adorent omnes corpus Domini, quod a ſacerdote affertur; quo allato, abluto prius ore ejus, communicetur infirmus, niſi forte ipſa die communicatus ſit. Si fratres ipſa die poſt capitulum pſallentes "Verba mea" in monaſterium ituri ſunt, expletis in choro pſalmis dictaque collecta, paratis ante majus altare, quae ſupra dicta ſunt, exeant, et ſequantur eo ordine, quo ſuperius indicatum eſt: quod etiam finitis quibuſlibet horis a prima uſque ad completorium obſervandum eſt, ſi neceſſitas urgeat non expectare capitulum. Porro ſi nec hora ipſa, qua percantata id fieri debeat, expectare poteſt, diſponat abbas, vel prior, ſicut melius poſſit, quia neceſſitas lege non tenetur. His expletis revertatur conventus in clauſtrum; ſed infantes minime ingrediantur ad tenendum ſuum capitulum; ab hac die, niſi melioretur infirmus, carnem non comedat. Quotidie iſtud pro eo ſervitium impendatur. Ad miſſam matutinalem collecta, "Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus aeterna credentium," cum caeteris duabus: aliquando, ſi dies vacuus fuerit, ipſa matutinalis miſſa pro eo canatur: ad majorem miſſam poſt "Sanctus" pſalmus primus "Domine ne in furore tuo" ab unoquoque ſub ſilentio dicatur, "Kyrie eleyſon: Pater noſter; ſalvum fac ſervum tuum; mitte ei Domine auxilium de ſancto;" collecta; "Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus aeterna". Et hoc tamdiu agatur, quouſque ad ſanitatem redire videatur. Porro ſi ad ſanitatem minime redire, mortique potius appropinquare dignoſcitur, ex quo certa in eo mortis ſigna apparere inceperint, ſine duobus fratribus eſſe non debet, qui diebus, et noctibus quamdiu intellectum tenet, legant coram eo paſſiones Domini, et evangelia; et cum intellectu privatus fuerit, quamdiu ſupervixerit, pſalterium ex ordine decantare non ceſſent: et ſic ordinetur, ut diſcedentibus duobus, ſuccedant alii duo; horas vero regulares ibi dicant, aegro autem in agonia poſito, et jamjam, ſi ita viſum fuerit, morituro, famulus, qui ad hoc deputatus eſt, cilicium expandat, et ſupra illud ad menſuram longitudinis et latitudinis, quam ipſum cilicium habet, ſignum crucis de cineribus faciat; morientemque fratrem deſuper ponat; cui poſtea indeſinenter aſſidens ſtudioſe conſideret, qua hora exitum ejus conventui debeat indicare. Cumque eum jam in exeundo viderit laborare, geſtans manu tabulam ad oſtium clauſtri currat, ictuque creberrimo acriter eam ibi percutiat, quouſque in conventu auditum eſſe cognoſcat: quo percepto ſonitu, ſi ad majorem vel minorem miſſam, vel ad regularem horam fuerint, remanentibus in choro infantibus cum magiſtris ſuis, et aliquibus fratribus, quibus juſſum fuerit, reliqui omnes ad aegrum currant, et mediocri voce canentes "Credo in unum Deum," ad eum veniant: fratres vero, qui remanſerunt, expleto quod coeperant, eodem modo currentes et canentes ad morientem properent: ubicunque vero alias, vel quocunque alio negotio occupatos praedictus ſonus invenerit, ſine aliqua excuſatione vel mora ſimiliter currentes et "Credo in unum Deum" canentes, ad aegrum veniant. Quo pervenientes, et "Credo in unum Deum" communiter explentes; canant ſeptem pſalmos poenitentiales ſine "Gloria." Quibus expletis ſubjungat ſacerdos capitulum "Parce Domine, parce famulo tuo, quem redimere dignatus es pretioſo ſanguine tuo, ne in aeternum iraſcaris ei;" hoc tertio a ſacerdote dicatur, et per ſingulas vices a toto conventu repetatur: deinde ſequatur litania, quae ſolet, quam protrahi, vel breviari oportet, ſecundum quod fratris exitus viſus fuerit admonere; ſi autem, ut aliquando fit, litania expleta nondum migraverit, conventus diſcedat, aliquibus fratribus, quibus juſſum fuerit, ibi remanentibus, qui pſalterium ex ordine pſallere incipiant: cum autem venerit hora, ut iterum fratres vocari debeant, ſupradicto modo vocentur et veniant: egreſſa jam de corpore anima, tribus vicibus, cum parvis intervallis, pulſentur ſigna; cantor incipiat reſponſorium "Subvenite ſancti Dei," quo cum verſu et regreſſu expleto, ſubjungat ſacerdos, "Proficiſcere anima chriſtiana;" quo dicto incipiant commendationem animae, dictaque prima collecta "Tibi Domine commendamus," ſacerdote et conventu proſequente caetera, portetur corpus ad lavandum ab his, de quorum ordine fuit, id eſt ſacerdos a ſacerdotibus, diaconus a diaconis, et ſic in reliquis ordinibus, converſus a converſis: infans tamen non ab infantibus, ſed a converſis. Hi vero ſunt, qui lavare non debent corpus defuncti. Sacerdos hebdomadarius, et reliqui miniſtri, qui circa altare ſerviunt,

viunt, et vaſa ſacrata contrectant; hebdomadarii, coquinae, cellerarii, refectorarii; dum lavatur corpus, camerarius praeſto eſſe debet, habens veſtimenta idonea, et fila, et acus ad conſuendum et caetera, quae ſui officii ſunt, et huic operi neceſſaria: inter lavandum circumcinctus ſit ſtaminia, qua indutus antea erat circa pudendas ſui corporis partes; lotus autem veſtiatur ſtaminia nova, vel noviter lota, et cuculla, et in capite ejus ponatur ſudarium, in modum caputii de ſtaminia factum; huic ſuperducatur caputium cucullae, et cum filo in tribus locis annectatur; calcietur caligis de ſupradicto panno factis, uſque ad genua attingentibus, et nocturnalibus; manus cuculla ſint coopertae; cuculla hinc et inde conſuatur, et circa crura ſimiliter: nocturnales alter alteri filo connectantur; taliter paratum corpus feretro imponatur, et pallio cooperiatur; quo expleto, expletiſque quae in conventu dici coeperant, percutiat prior tabulam uno ictu. Quo audito inclinati fratres dicant "Pater noſter:" ſacerdos circa corpus aquam benedictam ſpargat, et incenſet: dehinc dicat, "Et ne nos inducas; a porta inferi;" poſtea collectam. His ita geſtis, pulſentur ſigna: cantor incipiat reſponſorium, "Subvenite ſancti Dei;" et praecedentibus iis, qui ſitulam cum aqua, crucem, candelabra, thuribulum portant: ſequentibus infantibus, et reliquo conventu, extremis eis, qui corpus lavarant, et portant, veniant in eccleſiam. Poſitoque corpore in loco, ubi poni ſolet, ceſſent ſigna, figatur crux ad caput ejus: ponantur duo candelabra, unum ad caput, et alterum ad pedes, cum cereis deſuper accenſis, qui continue ibi ardeant uſquequo ad ſepulturam deferatur; finito cantu inclinati dicant "Pater noſter," ſacerdos, "Et ne nos; a porta inferi," collectam, ſicut ſuperius dictum eſt; his peractis, ſi ſonitus tabulae de refectorio fratres adduxerat, ablutis manibus, ad refectorium revertantur, perficiantque quod imperfectum remanſerat, remanentibus cum corpore aliquibus fratribus, quot, et quibus injunctum fuerit, qui pſalmos ibi interim canant, nunquam enim ſine pſalmodia corpus eſſe debet, excepto quando in choro aliquid communis officii celebratur. Conventus in die circa corpus ſemper debet eſſe, niſi quando canunt horas, vel miſſas, vel proceſſionem circa clauſtrum, vel extra clauſtrum, ſi ita contingat, faciunt, vel in capitulo ſunt aut in refectorio, aut in dormitorio meridianis horis, et tunc tamen deputentur aliqui fratres, qui ibi remaneant, pſalterium ex ordine pſallant, commendationem animae agant, veſperas, vigilias, cum laudibus, "Verba mea" et haec eadem frequenter; nocte vero poſt completorium, incipiens primam vigiliam dexter chorus faciat, ſecundam ſiniſter, perſolventes utrique ſupradicta obſequia, prout quantitas noctium fieri permiſerit, hoc obſervato diligenter, ne utrique priores in una vigilia deputentur. Circa finem primae vigiliae exeat prior ferens abſconſam, et vadat in dormitorium, excitetque fratres, qui ſecundam vigiliam facturi ſunt. Poſt matutinas laudes, dictis in choro, quae dici ordo expoſcit, quicquid ſupereſt, noctis, infantes cum magiſtris canendo expendant; interſint quoque infirmi illi, qui in domo infirmorum aſſidue converſantur, et facultatem hoc faciendi habere videntur: caeteri vero fratres in lectis ſuis quieſcant, uſquequo facto mane ſurgentes, calciati, loti, et pexi, factiſque orationibus aggregentur et ipſi ad corpus. Quibus aggregatis pergant infantes ſe calciare, lavare, et pectere, ſolitaſque orationes facere, et poſt accedant et ipſi, et hoc fit, ſi dies talis ſit, ut poſt matutinas laudes ad lectos redire fratribus licitum ſit. In hieme vero, quando intervalla fiunt, ſi poſt litaniam aliquid ſupereſt noctis, licet praedictis reliquis fratribus in lectis ſuis uſque ad diem quieſcere; veſtiti tamen, et calceati quieſcant; infantes, ſicut ſuperius dictum eſt, cum magiſtris et infirmis ſuam circa corpus vigiliam agant. Ea autem hora, poſtea omnes calcient ſe, et lavent, et pectinent, ſolitaſque orationes faciant, quas ordo illus temporis poſcit, ſedentes pſallant niſi ad "Magnificat," et ad "Benedictus:" tunc enim ſtare debent; ad "Pater noſter," et ad collectas, quas ſacerdos dicit, inclinati ſint ſuper genua ſua. Si ante nocturnas vigilias frater obierit, tanta jam noctis parte tranſacta, ut duas vigilias facere commodum non ſit, locato in eccleſia corpore, fratres omnes vigilantes et pſallentes ibi remaneant: infantes, cum magiſtris ſuis, dormitum in dormitorium redeant. Quamdiu corpus ſuper terram eſt, nullus in clauſtro loquatur; tabula tamen, ſi dies talis ſit, in capitulo pulſetur, et "Benedicite" dicatur, ſicut aliis diebus: ſi tamen ipſa die poſt capitulum ſepeliri debet, priuſquam ſepeliatur, nulli liceat extra clauſtrum monaſterii exire, niſi tam prope ſit locus, ut ad ſepeliendum fratrem poſſit redire. Omnes, qui poſſunt, ipſo die pro eo miſſam celebrent; miſſa matutinalis, pro eo feſtive agatur, etiamſi dies praecipuae feſtivitatis ſit. Ad quam miſſam quotiens diaconus incenſat altare, ad corpus quoque incenſandum cum thuribulo debet accedere. Facto in capitulo ſermone, abſolvat eum abbas, vel qui ordini praeeſt. Deinde praecipiat celebrari pro eo triginta diebus triginta miſſas, ſingulis videlicet diebus ſingulas miſſas, praeter eas, quae in conventu celebrandae ſunt, ita ut nullus praetereat dies, quo miſſa pro eo non celebretur, niſi paraſceve ſit, aut Sabbatum ſanctum: et qui inchoat non ipſa die, qua ſepelietur, ſed in craſtino inchoare debet: celebratis quiſque ſibi adjunctis miſſis ipſo die id in capitulo dicat, quatenus alii, qui ſubſequi debeat, ibidem abbas aut prior idem injungat: ipſo die infantes ſuum capitulum non teneant. Quacunque hora, per totum diem poſt ſonitum, quem prior ad excitandos fratres mane facere ſolet, frater moriatur, ſepultura ejus uſque poſt craſtinum capitulum differatur, niſi rationabilis cauſa exiſtat, quae vel poſt majorem miſſam, vel poſt nonam ſepeliri eum ſuadeat: et maxime ſi ante horam, quae vel aeſtate vel hieme ante capitulum dicitur, mori eum contingat. Quod cum accidit, praeter ſervitium, quod pro mortuo fratre facere ſolent fratres, integrum pſalterium, cum integra mortuorum pſalmodia, pro eo ſingulis eſt fratribus injungendum. Si ante nocturnas vigilias moritur, ſubſequente ſimiliter die poſt capitulum ſepeliatur. Si inter ipſas vigilias, vel

poſtea

poſtea ante praedictum ſonitum de hoc ſeculo migret, poſt majorem miſſam tradi eum ſepulturae oportet. Si feſtivitas duodecim lectionum, aut trium, in qua in clauſtro minime loquantur fratres, ipſa die fuerit, poſt capitulum celebretur pro eo miſſa matutinalis feſtivo more, ſicut ſuperius dictum eſt: dehinc dicta Tertia, miſſaque majore, pergant ad ſepeliendum fratrem. Ad quem accedentes ſive de capitulo, ſive de choro exeant, canendo "Verba mea," ad corpus veniant: interim pulſetur tribus vicibus unum de majoribus ſignis, ut, ſi qui forte abſunt, ad hunc ſonum ſine mora conveniant. Secretarius abbati, et priori, et ſacerdoti, qui obſequium facturus eſt, cereos diſtribuat, candelas reliquis fratribus, magiſter infantibus. Sacerdos indutus ſit alba, cum ſtola, et manipulo, albis duo fratres ex iis, qui antea laverant mortuum: albae vero ſint ad hujuſmodi negotium ſpecialiter deputatae. Ii, qui portant ſitulam cum aqua benedicta, crucem, candelabra, thuribulum, ſtent hinc, et inde ad caput defuncti, reliquus conventus ad dexteram, et ad ſiniſtram, ſicut eſt ordo eorum. Sacerdos adveniens prius aſpergat corpus aqua benedicta, dehinc accedens ad caput defuncti ſtet ita, ut praedictos portatores ad dexteram ſuam, et ſiniſtram habeat. Accedant duo cantores, et ſtantes inter altare, quod ibi ſitum eſt, et corpus, dicant, "Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon." Conventu duo priora repetente, et ultimum "Kyrie eleyſon," cum eis dicente: poſtea ſacerdos, humiliter inclinatis omnibus, dicat collectam, "Oremus; Non intres in judicium;" qua dicta, praedictis cantoribus incipientibus canatur reſponſorium cum verſu, "Qui Lazarum;" quod dum canitur, incenſet ſacerdos altare, quod ibi eſt, et corpus; hoc agatur ſecundo, et tertio, excepto quod aliae collectae, et alia reſponſoria dici debent, ſicut in libris, ubi actio hujus officii ordinata eſt, continetur. Finitis verſibus tertii reſponſorii, quod cantor praeceperit, repetatur a capite reſponſorium: quo percantato, roget ſacerdos pro eo orari, ita dicendo, "Pater noſter; Et ne nos; Non intres; A porta inferi; Dominus vobiſcum; Oremus; Inclina, Domine, aurem tuam," et reliqua: his ita peractis, cantore incipiente antiphonam, "In paradiſum," exeant canentes pſalmum, "In exitu Iſrael:" praecedant praedicti portitores aquae, crucis, candelabrorum, et thuribuli; ſequantur ſacerdos, et cantor, cujus officii ſpecialiter intereſt omni ſolicitudine providere, ne in hoc obſequio aliqua poſſit negligentia evenire. Poſt hos procedant infantes cum magiſtris ſuis, dehinc reliqui fratres, extremis prioribus, praecedentibus junioribus, ſicut eſt ordo converſionis eorum; poſt omnes veniant, qui corpus portant, hi vero ſint, ſi commode fieri poſſit, qui laverant illud, adjuvantibus eos, ſi opus fuerit, aliis fratribus, quibus abbas, aut prior praeceperit. Cum exire incipiunt, pulſentur ſigna, uſquequo corpus collocatum ſit in ſepultura; cum vero ad ſepulturam pervenerint, ſtent ordinate hinc et inde, ſicut in choro ſtare ſolent. Sacerdos ſtet inter duos choros, non longe a ſepultura, ad dexteram ejus, et ad ſiniſtram, qui portant aquam, et crucem, etc. de quibus dictum eſt ſuperius: dicta collecta "Piae recordationis affectu," accedat ſacerdos, et aſpergat ſepulchrum aqua benedicta, et impoſito thure, tribuat thuribulum uni eorum, qui albis induti illuc deſcenderant, et incenſetur ſepulchrum. Dehinc dicta collecta "Obſecramus miſericordiam tuam," duo ex fratribus, qui foris ſunt, pallium deſuper extendant, alii duo, corpus de feretro accipientes, illis tribuant, qui in tumulum deſcenderant. Illi diligenter illud in ſepulchro componant, et abſolutionem ſcriptam, et a fratribus lectam ſuper pectus ejus ponant, et operiant; et ſtatim exeuntes, et ad monaſterium revertentes, exuti albis, et induti veſtibus ſuis, ad conventum redeant. Corpore in ſepultura poſito, protinus extinguantur candelae, et ceſſent ſigna. Expletis reliquis, ſicut in codice, in quo hoc officium ordinatum eſt, reperitur, revertantur canentes ſeptem pſalmos poenitentiales: ſacerdos praecedens infantes cum ad monaſterium venerit, divertat in veſtiarium, et depoſita alba, et manipulo, atque indutus veſtibus ſuis, revertatur in chorum, et proſtratus cum caeteris proſtratis, quod reliquum eſt de pſalmis, dicat; quibus dictis ſubjungant "Requiem aeternam dona eis, Domine; Pater noſter; Et ne nos; A porta inferi; Dominus vobiſcum:" collecta, "Satisfaciat tibi, Domine, Deus noſter." Poſt haec revertantur in clauſtrum, et dicto ab infante "Benedicite," loquantur in clauſtro, ſi dies talis et hora ſit; ſeptem plena officia pro eo in conventu agant; triginta diebus "Verba mea," et ad omnes horas "Voce mea" pro eo dicant: ſingulariter unuſquiſque, quantum abbas praeceperit pro anima ejus faciat; triginta quoque diebus, aut pluribus, ſi abbas ordinaverit, panem unum cum potu, et regularibus cibis eleemoſynarius accipiat.

Si frater extra monaſterium de hac vita migraverit, nec fratres ſecum fuerint, qui eum abluant, caeteraque, quae ſuperius dicta ſunt, circa eum adimpleant; deportatus ad monaſterium in feretro, quod ſibi praemitti debet, cum pallio per portas curiae ingrediatur, et cooperante fratre, cui infirmorum cura commiſſa eſt, in domo infirmorum deponatur; quo depoſito, famulus, ut ſolet, ad oſtium clauſtri veniat, tabulam percutiat, conventus adveniat, fiantque caetera, acſi de hac vita migraſſet in eadem infirmorum cella, excepto quod non dicitur "Proficiſcere anima chriſtiana:" porro ſi fratres ſecum fuerint unus aut plures, factaque ſunt ei, quae in tali negotio fieri oportet, procedat ei conventus obviam per majores monaſterii portas, pſallendo hos pſalmos, "Miſerere mei, Deus, ſecundum; Deus, in nomine tuo; Miſerere mei, Deus, miſerere mei; Ad Dominum cum tribularer;" et qui ſequuntur, donec ad corpus perveniant; at ubi pervenerint, faciant ſtationem verſi ad alterutrum; ſacerdos alba indutus, et ſtola, accedat et aſpergat corpus aqua benedicta, et incenſet; dehinc moneat, ut orent pro eo, dicendo "Pater noſter; Et ne nos; Non intres in judicium; Requiem aeternam; A porta inferi; Dominus vobiſcum; Oremus:" collecta, "Suſcipe, Domine, animam ſervi tui:"

aliam,

aliam, "Suſcipe, Domine, ſervum tuum." Inde revertantur, cantore incipiente reſponſorium, "Subvenite." Dum intrant in eccleſiam, pulſentur omnia ſigna, et deponatur in loco, in quo caeteri fratres deponi ſolent, et agantur caetera, quae agerentur, ſi in domo infirmorum mortuus, et de illa domo illuc deportatus fuiſſet.

Quacunque hora, ex quo infantes mane incipiunt legere uſque ad collationem, de monacho congregationis alibi defuncto, atque ſepulto, vel ſepeliendo, certus nuncius, aut brevis ad monaſterium venerit; ſi fratres non ſunt in capitulo, aut in refectorio, aut in dormitorio meridianis horis, aut ſi in monaſterio, vel extra monaſterium non interſint alicui obſequio, quod deſeri, et imperfectum relinqui commodum non ſit, ſtatim prior tabulam percutiat, et reſidentibus in capitulo fratribus, fratris obitum nunciet; et ſubjungat "Eamus, et faciamus ei quod juſtum eſt, et noſtri ordinis conſuetudo habet:" et ſurgentes, et "Verba mea" canentes, ſonantibus ſignis, in chorum veniant, expletiſque inceptis pſalmis cum collecta, veſperas mortuorum, et officium cum novem lectionibus et laudibus dicant, accenſis ante altare duobus luminaribus: miſſa matutinalis pro eo feſtive dicatur, niſi dies dominicus aut magna ſolennitas ſit. Quod ſi evenerit, in alium diem differatur. Poſt haec in primo capitulo abſolvatur. Continuatio triginta miſſarum, ſi in eo loco, ubi mortuus eſt, non fit; pro eo injungatur, fiantque caetera, quae pro fratre congregationis in congregatione defuncto fieri ſolent.

Papae Rom. [illegible]	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	[illegible]
Gregor. VII. 1.	Lanfranc. 4.	[illegible]	[illegible]

Lanfranci, Cantuar. archiepiſcopi, literae Donato, Hiberniae epiſcopo, de baptiſmate, et de ſacra communione. Ex MS. Cott. Veſpaſ. E. iv. fol. 203.

LANFRANCUS, indignus ſanctae Cantuarienſis eccleſiae antiſtes, venerando Hiberniae epiſcopo Donato, et iis, qui ſibi literas tranſmiſerunt, ſalutem et benedictionem. In itinere poſiti, et a civitate, in qua nobis ſedes epiſcopalis eſt, longe ſepoſiti eramus, quando literas veſtras, nuncio veſtro deferente, ſuſcepimus; quem cum rogaſſemus, ut ſaltem paucis diebus nobiſcum maneret, quatenus perquiſitis libris congruum pro captu noſtro ad conſulta veſtra reſponſum vobis referret, petitioni noſtrae effectum negavit, et ſe diutius non poſſe morari multis aſſertionibus allegavit. Itaque dulciſſimam nobis fraternitatem veſtram paterna charitate monemus, ne indignum vobis ſit, quod de tanta re tam breviter reſpondemus. Revera et procul pulſa omni ambiguitate ſciatis, neque tranſmarinas eccleſias, neque nos Anglos hanc de infantibus tenere ſententiam, quam putatis. Credimus enim generaliter omnes omnibus aetatibus plurimum expedire, tam viventes quam morientes dominici corporis et ſanguinis perceptione ſeſe munire; nec tamen, ſi priuſquam corpus Chriſti et ſanguinem ſumant, contingat baptizatos ſtatim de hoc ſeculo ire, ullatenus credimus eos, quod Deus avertat, propter hoc in aeternum perire. Alioquin veritas non eſſet verax, quae dicit, "Qui crediderit et baptizatus fuerit, ſalvus erit;" et per prophetam, "Et effundam ſuper vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris;" quod de baptiſmo eſſe dictum omnes hujus ſententiae expoſitores concorditer aſſeverant. Et Petrus, apoſtolus, "Et vos nunc ſimilis formae ſalvos facit baptiſma;" et Paulus apoſtolus, "Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis;" Chriſtum eſt enim induere, habitatorem Deum per remiſſionem peccatorum in ſe habere. Nam ſententia illa, quam Dominus in evangelio dicit, "Niſi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis," quantum ad comeſtionem oris non poteſt generaliter dicta eſſe de omnibus: plerique etenim ſanctorum martyrum ante baptiſmum quoque diverſis excruciati poenis de corpore migraverunt; eos tamen in numero martyrum computat, et ſalvos credit eccleſia, per illud Domini teſtimonium, quo dicitur, "Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui eſt in caelo:" infantem quoque non baptizatum, ſi morte imminente urgeatur, a fideli laico, ſi preſbyter deſit, baptizari poſſe canones praecipiunt, nec eum tamen, ſi ſtatim moriatur, a conſortio fidelium ſejungunt. Neceſſe eſt ergo praedictam Domini ſententiam ſic intelligi, quatenus fidelis quiſque divini myſterii per intelligentiam capax carnem Chriſti et ſanguinem non ſolum ore corporis, ſed etiam amore et ſuavitate cordis comedat et bibat, videlicet amando et in conſcientia pura dulce habendo, quod pro ſalute noſtra Chriſtus carnem aſſumpſit, pependit, reſurrexit, aſcendit, et imitando veſtigia ejus et communicando paſſionibus ipſius, in quantum humana infirmitas patitur, et divina ei gratia largiri dignatur: hoc eſt enim vere et ſalubriter carnem Chriſti comedere, et ſanguinem ejus bibere. Quam ſententiam in libro de doctrina chriſtiana beatus Auguſtinus exponens ſic ait: "Facinus vel flagitium jubere videtur; figura ergo eſt praecipiens paſſioni dominicae communicandum eſſe, et ſuaviter atque utiliter in memoria recondendum, quod pro nobis caro ejus vulnerata et crucifixa ſit." Figuram vocat figuratam locutionem; neque enim neget veritatem carnis et ſanguinis Chriſti, quod pleriſque ſchiſmaticis viſum eſt, et adhuc non ceſſat videri. Et Dominus in evangelio: "Qui manducat carnem meam, et bibit ſanguinem meum, in me manet, et ego in eo;" quod exponens beatus Auguſtinus, ait: "Hoc eſt namque carnem Chriſti et ſanguinem ſalubriter comedere et bibere, in Chriſto manere, et Chriſtum in ſe manentem habere. Nam et Judas, qui Dominum tradidit, cum caeteris apoſtolis ore accepit, ſed quia corde non comedit, judicium ſibi aeternae damna-

1

damnationis accepit." Quaeſtiones ſecularium literarum nobis ſolvendas miſiſtis, ſed epiſcopale propoſitum non decet operam dare hujuſmodi ſtudiis; olim quidem juvenilem aetatem in his detrivimus, ſed accedentes ad paſtoralem curam abrenunciandum eis decrevimus. Valete.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. VII. 1.	LANFRANC. 4.	1073.	GUILIELM. Conqueſt. 7.

Epiſtola Thomae, Eboracenſis archiepiſcopi, ad Lanfrancum, Dorobernenſem archiepiſcopum. Ex MS. Cott. Veſpaſ. E. iv. fol. 204. b.

PIISSIMO et ſanctiſſimo Cantuariorum archiepiſcopo, totius quoque Britanniae ſummo paſtori, Lanfranco, Thomas fidelis ſuus, et, niſi praeſumptuoſum ſanctitati ſuae videatur, Eboracenſis eccleſiae archiepiſcopus, caeli portas Petri vice juſtis et injuſtis juſte aperire et claudere. Ecce, pater ſanctiſſime, filius tuus ad te clamat, ſed magis filia, Eboracenſis videlicet eccleſia, ad eam, cui diſpoſitione divina praeſides, eccleſiam, tanquam ad maternum recurrens ſinum, pie poſtulat, ut ex abundantia maternarum deliciarum reparetur inopia ſuarum ſe deſerentium, immo longe et inter barbaras nationes poſitarum virium. Siquidem venit ad nos quidam clericus, quem miſit Paulus comes, cum literis ſigillatis de Orchadum partibus, ſignificans in eis epiſcopatum ſuae terrae eidem clerico ſe conceſſiſſe. Ac ille anteceſſorum tuorum ordine cuſtodito poſtulat a nobis epiſcopum ſe conſecrari. Cui, quod juſte petit, injuſte denegare non poſſumus. Precamur ergo, nobis duos epiſcopos dirigat paternitas veſtra, quorum fulti orationibus et auxilio, tantae rei ſacramentum canonice compleamus: illa autem procul arceatur ſuſpicio, quam nuperrime nobis noſter frater et coepiſcopus ſubintulit Remigius, me ſcilicet inpoſterum quaeſiturum Dorcaceſtrenſis vel Wigornenſis epiſcopi hac de cauſa ſubjectionem: dico enim coram Deo, me nunquam hoc facturum: ſi placet igitur ſanctitati veſtrae, ut juxta petitionem noſtram nobis facere dignemini locum, Eboracum, tempus 5. nonas Martias nobis immutabiliter conſtituimus, et vobis ſignificamus. Ergo vivas et valeas et ſpiritualibus incrementis uſque quaque proficias.

Epiſtola Lanfranci, Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopi, ad Wlſtanum, Wigornenſem, et ad Petrum, Ceſtrenſem epiſcopos, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXIII. *indictione* xi. Ibid. fol. 204. a.

LANFRANCUS, gratia Dei ſanctae Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopus, venerabilibus fratribus Wlſtano, Wigornenſi, et Petro, Ceſtrenſi epiſcopis, ſalutem. Inſinuavit nobis venerabilis frater noſter Thomas, Eboracenſis archiepiſcopus, advenisse de Orchadum inſulis ad ſe quendam clericum, quem in epiſcopatum ipſius terrae, praecipiente et inſinuante Paulo comite, teſtatur eſſe electum. Et quia ex antiquo more ſui juris eſt praefatarum inſularum praeſules conſecrare, petit a me, ut mittam ſibi de noſtris ſuffraganeis duos, qui tantae rei ſacramentum cum eo valeant celebrare. Rogantes itaque praecipimus, et praecipientes rogamus, quatenus omni excuſatione ſummota, illuc eatis, et ex noſtro praecepto ſecum, quod juſtum eſt in tanto rei myſterio, compleatis; non enim decet, ut qui ſacrandus in hanc terram venit, et cum omni humilitate ſacrari ſe poſtulat, inopia adjutorum a tanto regno non ſacratus abſcedat. Terminum hujus conſecrationis lator vobis praeſentium indicabit. Et ne forte ſoliciti ſitis, putantes, quod vel ipſe vel ſucceſſores ejus hac occaſione ſuper eccleſias veſtras jus praelationis quandoque conentur arripere, literas, quas ipſe mihi tranſmiſit, fraternitati veſtrae ſolicitudinem de futuro gerens curavi tranſmittere. Quas, et has, quas vobis tranſmitto, in archivis eccleſiarum veſtrarum ob memoriam futurorum ſervatum iri praecipio.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR VII. 3.	LANFRANC. 6.	1075.	GUILIELM. Conqueſt. 9.

Concilium generale ſub Lanfranco habitum, de matronis et virginibus, quae ad monaſteria virginum confugere, ad caſtitatem ſuam, contra Normannorum inſanam libidinem, privilegio veli tuendam; an ad ſeculum redeant et fiant conjuges. Ex Eadmeri hiſt. novorum lib. iii. p. 58.

QUANDO ille magnus Willielmus hanc terram primo devicit, multi ſuorum ſibi pro tanta victoria applaudentes, omniaque ſuis voluntatibus atque luxuriis obedire, ac ſubdi debere autumantes, non ſolum in poſſeſſiones victorum, ſed et in ipſas matronas et virgines, ubi eis facultas aſpirabat, nefanda libidine coeperunt inſanire. Quod nonnullae praevidentes, et ſuo pudori metuentes, monaſteria virginum petivere, acceptoque velo, ſeſe inter ipſas a tanta infamia protexere. Quae clades, cum poſtmodum ſedata, et pro temporis qualitate pax rebus data fuiſſet, quaeſitum ab eodem patre Lanfranco eſt, quid de his, quae tali refugio ſuam pudicitiam ſerva-

ſervaverunt, ipſe ſentiret; eſſentne videlicet conſtringendae in monaſterio velum tenere, quod acceperant, necne. At ipſe quaeſtionem ipſam conſilio generalis concilii taliter ſolvit; ut eis pro caſtitate, quam ſe tam [illegible] rei oſtenſione amare teſtatae fuerant, debitam magis reverentiam judicaret exhibendam, quam ullam ſervandae religionis continentiam, niſi propria illam voluntate appeterent, violenter ingerendam.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
GREGOR. VII. [illegible]	LANFRANC. 6.	[illegible]	[illegible]

‡ *Concilium Londini celebratum anno Domini* [illegible] *regis Willielmi* [illegible] *ix. praeſidente Lanfranco, Dorobernenſis eccleſiae archiepiſcopo.* Ex vetuſto regiſtro Wigorn. eccleſ. collat. cum MS. Cantuar. eccleſ. A. vii. 6.

ANNO incarnationis dominicae MLXXV. regnante glorioſo Anglorum rege, Willielmo, anno regni ejus nono, congregatum eſt Lundoniae in eccleſia beati Pauli apoſtoli concilium totius Anglicae regionis, epiſcoporum videlicet et abbatum; necnon et multarum religioſi ordinis perſonarum, jubente atque eidem concilio praeſidente Lanfranco, ſanctae Dorobernenſis eccleſiae archipraeſule, totiuſque Britanniae inſulae primate; conſidentibus ſecum viris venerabilibus Thoma, Eboracenſi archiepiſcopo, Willielmo, Lundonienſi epiſcopo, Goiſfrido, Conſtantienſi (qui cum tranſmarinus eſſet epiſcopus, in Anglia multas poſſeſſiones habens, cum caeteris in concilio reſidebat) Walkelino Wintonienſi, Hermanno Siraburnenſi, Wlſtano Wiriceſtrenſi, Waltero Herefordenſi, Giſone Wellenſi, Remigio Dorcacenſi ſeu Lincolnienſi, Herfaſto Helmeamenſi ſeu Norwicenſi, Stigando Seleugenſi, Oſberno Exonienſi, Petro Licifeldenſi; Roffenſis eccleſia per idem tempus paſtore carebat: Lindisfarnenſis, qui et Dunelmenſis, epiſcopus canonicam excuſationem habens, concilio intereſſe non poterat.

Et quia multis retro annis, in Anglico regno uſus conciliorum obſoleverat; renovata ſunt nonnulla, quae antiquis etiam canonibus noſcuntur definita.

Ex concilio igitur Toletano quarto, Milevitano, atque Bracharenſi ſtatutum eſt, ut ſinguli ſecundum ordinationis ſuae tempora ſedeant, praeter eos, qui ex antiqua conſuetudine, ſive ſuarum eccleſiarum privilegiis digniores ſedes habent: de qua re interrogati ſunt ſenes et aetate provecti, quid vel ipſi vidiſſent, vel a majoribus atque antiquioribus veraciter ac probabiliter accepiſſent; ſuper quo reſponſo, petitae ſunt induciae, ac conceſſae, uſque in craſtinum. Craſtina autem die concorditer perhibuere, quod Eboracenſis archiepiſcopus ad dextram Dorobernenſis ſedere debeat; Lundonienſis epiſcopus ad ſiniſtram; Wentanus juxta Eboracenſem. Si vero Eboracenſis deſit; Lundonienſis ad dextram, Wentanus ad ſiniſtram.

Ex regula beati Benedicti dialogo Gregorii, et antiqua regularium locorum conſuetudine, ut monachi ordinem debitum teneant; infantes praecipue et juvenes in omnibus locis deputatis ſibi idoneis magiſtris cuſtodiam habeant; nocte luminaria ferant generaliter omnes, niſi a praelatis conceſſa proprietate careant. Si quis vero aliquid proprii ſine praefata licentia habere, in morte fuerit deprehenſus, nec ante mortem id reddiderit, cum poenitentia et dolore peccatum ſuum confeſſus; nec ſigna pro eo pulſentur, nec ſalutaris pro ejus abſolutione hoſtia immoletur, nec in coemeterio ſepeliatur.

Ex decretis ſummorum pontificum, Damaſi viz. et Leonis; necnon ex conciliis Sardicenſi atque Laodicenſi, in quibus prohibetur epiſcopales ſedes in villis exiſtere, conceſſum eſt regia munificentia, et ſynodali auctoritate praefatis tribus epiſcopis de villis ad civitates tranſire; Her[illegible] de Seleugeo ad Ciceſtram; Petro de Liceſelde ad Ceſtram. De quibuſdam, qui in villis ſeu vicis adhuc degebant, dilatum eſt uſque ad regis audientiam, qui in tranſmarinis partibus tunc temporis bella gerebat.

Ex multis Romanorum praeſulum decretis, diverſiſque ſacrorum canonum auctoritatibus, ne quis alienum clericum, vel monachum ſine commendatitiis literis retineat vel ordinet.

Ad comprimendam quorundam indiſcretorum inſolentiam, ex communi decreto ſancitum eſt, ne quis in concilio loquatur, praeter licentiam a metropolitano ſumptam, exceptis epiſcopis et abbatibus.

Ex decretis Gregorii majoris, necnon minoris; ut nullus de propria cognatione, vel uxoris defunctae, ſeu quam cognatus habuit, uxorem accipiat, quoaduſque parentela ex alterutra parte ad ſeptimum gradum perveniat.

Ut nullus ſacros ordines, ſeu officium eccleſiaſticum, quod ad curam animarum pertineat, emat vel vendat. Hoc enim ſcelus a Petro apoſtolo in Simone Mago primitus damnatum eſt; poſtea a ſanctis patribus vetitum, et excommunicatum.

Ne oſſa mortuorum animalium, quaſi pro vitanda animalium peſte, alicubi ſuſpendantur; nec ſortes, vel aruſpicia, ſeu divinationes, vel aliqua hujuſmodi opera diaboli ab aliquo exerceantur. Haec enim omnia ſacri canones prohibuerunt, et eos, qui talia exercent, data ſententia excommunicaverunt.

Ex conciliis Eliberitano * et Toletano † undecimo; ut nullus epiſcopus, vel abbas, ſeu qui-

‡ MS. C.[illegible]

† Anno CD. ca. 6.

libet

libet ex clero, hominem occidendum, vel membris truncandum judicet, vel judicantibus ſuae auctoritatis favorem commodet.

✠ Ego Lanfrancus Dorobernenſis archiepiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Thomas Eboracenſis eccleſiae epiſc. ſubſcripſi ‡.

✠ Ego Willielmus Lundonienſis eccleſiae epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Walchelinus Wintonienſis eccleſiae epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Gauffridus Conſtantinenſis epiſc. et unus de Angliae terrae primatibus ſubſcripſi.

✠ Ego Hermannus Sariſberienſis eccleſiae epiſc. ſubſcrip.

✠ Ego Wlſtanus Wigornenſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Walterus Herefordenſis epiſc. ſubſcrip.

✠ Ego Giſo Wellenſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Remigius Lincolnienſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Herfaſtus Norwicenſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Stigandus Ciceſtrenſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Oſbernus Exonienſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Petrus Ceſtrenſis epiſc. ſubſcripſi.

✠ Ego Anſchitillus archidiaconus S. Dorobernenſis eccleſiae ſubſcripſi.

✠ Ego Scotlandus abbas S. Auguſtini ſubſcripſi.

✠ Ego Riwalo abbas S. Petri Wintoniae ſubſcripſi.

✠ Ego Athelelmus abbas Abendoniae ſubſcipſi.

✠ Ego Baldwinus abbas S. Edmundi ſubſcripſi.

✠ Ego Elwinus abbas de Eveſham ſubſcripſi.

✠ Ego Alfwinus abbas de Rameſeig. ſubſcripſi.

✠ Ego Serlo abbas Glouceſtrenſis ſubſcripſi.

✠ Ego Fredericus abbas Verolamii ſubſcripſi.

✠ Ego Lewardus abbas Muchelaniae ſubſcripſi.

✠ Ego Lewinus abbas de Coventre ſubſcripſi.

✠ Ego Eſwardus abbas Abbatiſberiae ſubſcripſi.

✠ Ego Oſirich abbas de Hortuna ſubſcripſi.

✠ Ego Tedwinus abbas Eligenſis ſubſcripſi.

✠ Ego Wlnoldus abbas Certieſeig. ſubſcripſi.

✠ Ego Elnoldus abbas Gleaſtinberiae ſubſcripſi.

✠ Ego Galanus de Wincelcumbe ſubſcripſi.

✠ Ego Warinus abbas Meldunenſis ſubſcripſi.

✠ Ego Eadmundus abbas Perſorae ſubſcripſi.

✠ Ego Elſi abbas de Bada ſubſcripſi.

✠ Ego Elewinus abbas de Middeltune ſubſcripſi.

✠ Ego Eadwardus abbas de Cernel ſubſcripſi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
GREGOR. VII. 3.	LANFRANC. 6.	1075.	GUILIEL. Conqueſt. 9.

Concilii Londinenſis aliud exemplar. Ex vet. cod. MS. in bibl. publ. acad. Cantabrig. citante Spelm.

ANNO incarnationis dominicae MLXXV. regnante glorioſo Anglorum rege Willielmo, anno regni ejus IX. congregatum eſt Londoniis, in eccleſia beati Pauli apoſtoli, * concilium Anglicae regionis; epiſcoporum viz. et abbatum, necnon et multarum religioſi ordinis perſonarum, praeſidente Lanfranco, ſanctae Dorobernenſis eccleſiae archipraeſule, totiuſque Britannicae inſulae primate; conſidentibus ſecum viris venerabilibus, Thoma, Eboracenſi archiepiſcopo, Willielmo, Londonienſi epiſcopo, Wulſtano, Wyriceſtrenſi, et aliis XI. Quia retro multis annis in Anglico regno uſus conciliorum obſoleverat, renovata ſunt nonnulla, quae antiquis etiam canonibus noſcuntur definita. Ex concilio igitur Toletano quarto, Milevitano, atque Bracarenſi ſtatutum eſt, ut ſinguli, ſecundum ordinationis ſuae tempora ſedeant, praeter eos, qui ex antiqua conſuetudine, ſive ſuarum eccleſiarum privilegiis, digniores ſedes habent; et tunc decretum eſt etiam ex regula beati Benedicti in dialogo Gregorii, ut generaliter omnes monachi, niſi a praelatis conceſſa, proprietate careant.

Si quis vero aliquid proprii, ſine praefata licentia, habere in morte fuerit deprehenſus, nec ante mortem id reddidit, cum poenitentia et dolore peccatum ſuum confeſſus; nec ſigna pro eo pulſentur, nec ſalutaris pro ejus abſolutione hoſtia immoletur, nec in coemeterio ſepeliatur.

Decretum eſt etiam ex decretis majoris Gregorii, necnon minoris, ut nullus de propria cognatione, vel uxoris defunctae, ſeu quam cognatus habuit, uxorem accipiat, quoaduſque parentela ex alterutra patre ad ſeptimum gradum perveniat.

Item, ut nullus ſacros ordines ſeu officium eccleſiaſticum, quod ad curam animarum pertineat, emat vel vendat. Hoc enim ſcelus a Petro apoſtolo in Simone Mano primitus damnatum eſt; poſtea a ſanctis patribus vetitum, et excommunicatum.

Nec oſſa mortuorum animalium, quaſi pro

‡ Omittit codex Cantuar. reliqua nomina; addens poſt Eborac. ſubſcriptionem, "Subſcripſerunt et alii epiſcopi" vel "Abbates, qui interfuerunt."
* Vide hiſt. eccl. S. Pauli p. 195.

vitanda

vitanda animalium peſte, alicubi ſuſpendantur; nec ſortes, vel aruſpicia, ſeu divinationes, vel aliqua hujuſmodi opera diaboli ab aliquo exerceantur. Haec enim omnia ſacri canones prohibuerunt, et eos, qui talia exercent, data ſententia, excommunicaverunt.

Iterum, ut nullus epiſcopus, vel abbas, ſeu quilibet ex clero hominem occidendum, vel membris truncandum judicet, vel judicantibus ſuae auctoritatis favorem commodet. Hoc ſancitum atque confirmatum eſt coram duobus archiepiſcopis, et xii. epiſcopis, et Aſchetillo, archidiacono Dorobernenſis eccleſiae, et xxi. abbatibus de archipraeſulatu Cantuarienſi.

In illis temporibus diverſis auctoritatibus probatum atque oſtenſum eſt, quod Eboracenſis eccleſia Cantuarienſi eccleſiae debeat ſubjacere, ejuſque archiepiſcopi, ut primatis totius Britanniae, diſpoſitionibus in hiis, quae ad chriſtianam religionem pertinent, in omnibus obedire.

Subjectionem vero Dunelmenſis epiſcopi, atque termines a fluvio Humbre, uſque ad ultimos fines Scotiae, ſub regimine Eboracenſis eccleſiae affirmaverunt; profeſſionem cum ſacramento vero, ob amorem regis, Eboracenſi archiepiſcopo Thomae Lanfrancus archiepiſcopus relaxavit, ſcriptamque tantum profeſſionem recepit, non praejudicans ſucceſſoribus ſuis, qui ſacramentum cum profeſſione a ſucceſſoribus Thomae exigere voluerint.

Papa Rom.	Archiep. Cant.	Anno Christi	Rex Angliae
GREGOR. VII. 4.	LANFRANC. 7.	1076	GULIELM. CONQUEST. 10

Concilii Wintonienſis capitula et injunctiones.

CELEBRATI concilii apud Winceaſtram capitula e libro Saxonico Wigornenſis eccleſiae, etiamque e libro Exceſtrenſis eccleſiae deprompta (dicante Spelmanno) uſque ad haec verba: "Haec eſt poenitentiae inſtitutio:" nam in illo libro ante haec verba ponuntur capitula concilii apud Windleſoram celebrati in Pentecoſten.

1. De introitu epiſcoporum et abbatum per ſimoniacam haereſim.
2. De ordinationibus paſſim factis, et per pretium.
3. De vita et converſatione eorundem.
4. Quod epiſcopi bis concilia celebrent per annum.
5. Ut epiſcopi archidiaconos et caeteros ſacri ordinis miniſtros in eccleſiis ſuis ordinent.
6. Ut epiſcopi liberam facultatem habeant per dioeceſim tam de clericis, quam de laicis.
7. Ut epiſcopi et ſacerdotes laicos invitent ad poenitentiam.
8. De apoſtaticis clericis et monachis.
9. De epiſcopis, ut certas ſedes habeant, et ut nullus conſpirationem faciat contra principem.
10. Ut laici decimas reddant, ſicut ſcriptum eſt.
11. Ut nullus invadat eccleſiaſtica bona.
12. Ut nullus clericus ſecularia arma ferat.
13. Ut clericis et monachis digna reverentia exhibeatur. Qui haec non fecerit, anathema ſit.

Capitula concilii apud Wintoniam celebrati. Ex MS. Cotton. Tiber. C. 1. n. 3.

1. QUOD nulli liceat duobus epiſcopatibus praeſidere.
2. Quod nullus per ſimoniacam haereſim ordinetur.
3. Quod extranei clerici, ſine commendatitiis literis non recipiantur.
4. Quod ordinationes certis temporibus fiant.
5. De altaribus, ut lapidea ſint.
6. Quod ſacrificium de cerviſia, vel ſola aqua non fiat; ſed ſolummodo aqua vino mixto.
7. De baptiſmate, quod in Paſcha et Pentecoſte ſolummodo celebretur, niſi periculum mortis fuerit.
8. Ut in eccleſiis, niſi ab epiſcopis conſecratis, miſſae non celebrentur.
9. Ut in eccleſiis corpora defunctorum non ſepeliantur.
10. Quod tintinnabula non pulſentur, quando miſſa celebratur tempore ſecreti.
11. Quod de criminibus ſoli epiſcopi poenitentiam tribuant.
12. Quod monachi, qui habitum dimiſerint, neque in militia, neque in conventu clericorum recipiantur, ſed excommunicati habeantur.
13. Quod quiſque epiſcopus omni anno ſynodum celebret.
14. Ut decimae ab omnibus reddantur.
15. Ut clerici aut caſte vivant, aut ab officio recedant.
16. Ut calices non ſint cerei, vel lignei.

Injunctiones de poenitentia eorum, qui alios occidunt in bello. Ex vetuſto libro Saxonico, ad Wigorn. eccl. quondam ſpectante, citante Spelm.

HAEC eſt poenitentiae inſtitutio ſecundum decreta Normannorum praeſulum, auctoritate ſummi pontificis, confirmata per legatum ſuum Ermenfredum, epiſcopum Sedunenſem, imponenda illis hominibus, quos Willielmus, Normannorum dux, ſuo juſſu armavit, et qui abſque juſſu ſuo erant armati, et ex debito ei militiam debebant.

1. Qui magno praelio ſcit ſe hominem occidiſſe, ſecundum numerum hominum pro unoquoque uno anno poeniteat.

2. Pro unoquoque quem percuſſit, ſi neſcit eum inde mortuum fuiſſe; ſi numerum retinet, pro unoquoque quadraginta diebus poeniteat, ſive continue, ſive per intervalla.

3. Si autem percuſſorum vel occiſorum numerum ignorat, ad arbitrium epiſcopi ſui, quoad vivit, uno die in hebdomada poeniteat; aut ſi poteſt, vel eccleſiam faciendo, vel eccleſiam largiendo perpetua eleemoſyna redimat.

4. Qui autem neminem percuſſerit, ſi percutere voluerat, triduo poeniteat.

5. De clericis, qui pugnaverunt, aut pugnandi gratia armati fuerunt, quia pugnaſſe eis illicitum erat ſecundum inſtituta canonum, acſi in patria ſua peccaſſent, poeniteant. Poenitentia monachorum ſecundum regulam ſuam, et abbatum judicia ſtatuantur.

6. Qui autem tantum praemio adducti pugnaverunt, cognoſcant ſe, ſicut pro homicidio, poenitere debere.

7. Sed qui in publico bello pugnaverunt, pro miſericordia tres annos poenitentiae eis epiſcopi ſtatuerunt.

8. De ſagittariis, qui ignoranter aliquos occiderunt, vel abſque homicidio vulneraverunt, tribus Quadrageſimis poeniteant.

9. Quicunque, excepto hoc praelio ante regis conſecrationem, victus quaerendi cauſa, per regnum diſcurrerunt, et hoſtibus repugnantibus, aliquos occiderunt, pro ſingulis uno anno poeniteant.

10. Qui autem non neceſſitate victus, ſed praedandi cauſa diſcurrerunt, et aliquos occiderunt, tres annos poeniteant.

11. Qui autem poſt conſecrationem regis hominem occiderunt, ſicut de homicidiis ſponte commiſſis poeniteant; hoc excepto, ut ſi quis de illis quemque, qui adhuc repugnabant regi, occidit vel percuſſit, ſicut ſupra poeniteat.

12. De adulteriis, et raptibus, et fornicationibus quibuſcunque, acſi in patria ſua peccaſſent, poeniteant.

13. De violatione eccleſiarum, ſimiliter res, quas de eccleſia abſtulerunt, ſi reddere eidem, cui abſtulerunt, poſſunt, reddant; ſi hoc non poſſunt, alii eccleſiae reddant. Si autem reddere noluerint; ſtatuerunt epiſcopi, ut neque ipſi vendant, neque alii emant*.

* Clar. Spelmannus tria proxime praecedentia concilii Wintonienſis capitula eodem anno promulgata eſſe ſtatuit; ſaepe citatus autem vir eruditus Joh. Johnſonus in Collect. eccleſ. legum vol. 2. praefat. canones primos A. C. MLXX. ſecundos A. C. MLXXI. et tertios A. C. MLXXII. editos fuiſſe aſſerit. Verba ejus haec ſunt: "Sir Henry Spelman mentions three councils in the year MLXXVI. and the canons of the firſt of theſe you will find inſerted at that year; but the other two muſt have been holden, I conceive, ſome years before; eſpecially becauſe the Rates of Penance are ſubjoin'd to theſe councils in two old books, from which Sir H. S. tranſcribed them; and thoſe Rates are ſaid to have been confirmed by Hermenfride, the pope's legate. For it is notorious, that he came hither in the beginning of the year MLXX. and ſummoned a council to be holden at Wincheſter on the third day after Eaſter the ſame year, in which archbiſhop Stigand and others were depoſed, and in which I ſuppoſe the firſt ſet of canons were made. The next council holden at Wincheſter was that mentioned by the Latin Continuator of the Saxon chronicle, who ſays, that Lanfranc in his ſecond year held a general council at Wincheſter, in which many things relating to the chriſtian worſhip were enjoined: and this very well agrees with the titles of thoſe ſixteen canons, which I have therefore placed in the year MLXXI. tho' it is poſſible the council might not be holden before the next year; a great part of which falls in with the ſecond of Lanfranc: and he muſt have returned back from Rome, whither he went in his ſecond year, before he could keep this council. I put the Rates of Penance immediately after the titles of the canons then made, for they could not be ſooner decreed by the Normans, that is Lanfranc, and the new biſhops; but for diſtinction's ſake I date them MLXXII. It ſeems probable that Hermenfride left them with thoſe of the biſhops, in which he had the greateſt confidence, and they in this council reſolved to execute them."

Clar. Hodius in Hiſtor. convoc. injunctiones has de poenitentia ad concilium Wintonienſe A. D. MLXX. celebratum refert. Et vir eruditus Joh. Marſhamus in Propylaeo ſuo ad Monaſticon, notitiam canonis primi harum injunctionum acceptum refert clar. Langbainio, dicens: "Hunc canonem nondum inter editos ex ſynodico olim Wigornienſis eccleſiae codice, circa ipſa Willielmi regis tempora literis Saxonicis per Vulfgeatum ſcriptorem Wigornienſem exarato, communicavit mecum vir eruditiſſimus D. Gerardus Langbainius."

Concilium

P[illegible] R[illegible].	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	R[illegible]
GREGOR. VII. 4.	LANFRANC. [illegible]	1076	[illegible]

Concilium Wintonienſe tempore Lanfranci archiepiſc[illegible]. Ex M. Parker Antiq. Britan. eccl. edit. London. p. 173.

SEXTO anno celebrabatur concilium apud Wintoniam in haec verba: Anno ab incarnatione Domini MLXXVI. indictione XIV. regnante in Britannia glorioſiſſimo rege Willielmo, praeſidente Cantuariae Lanfranco, totius Britanniae primate; in Eboraco vero Thoma archiepiſcopo; eo inquam anno, in calend. Aprilis habita eſt ſynodus Wintoniae convocata ab eodem Cantuarienſis eccleſiae primate. In qua fratris noſtri Ailrici, Ciceſtrenſis quondam epiſcopi, cauſa canonice definita, et ad certum finem perducta eſt; decretumque eſt, ut nullus canonicus uxorem habeat. Sacerdotes vero in caſtellis, vel in vicis habitantes, habentes uxores, non cogantur, ut dimittant; non habentes interdicantur, ut habeant; et deinceps caveant epiſcopi, ut ſacerdotes vel diaconos non praeſumant ordinare, niſi prius profiteantur, ut uxores non habeant; nulluſque clericus aut monachus in epiſcopatu alicuju[illegible] ſuſcipiatur, a[illegible]que epiſcopi ſui literis; ſi quis vero monachus, etiam canonice ſuſceptus fuerit, non permittatur eccleſiis publice deſervire, etc. Statutum eſt etiam, ne aliquis clericus civilis vel ruſticus de beneficio eccleſiae aliquod ſervitium reddat, praeter illud, quod fecit tempore regis Edwardi; laici vero, ſi de crimine ſuo accuſati fuerint, et epiſcopo ſuo obedire noluerint, vocentur ſemel, et iterum, et tertio: ſi poſt tertiam vocationem emendare noluerint, excommunicentur; ſi autem poſt excommunicationem ad ſatisfactionem venerint, foriſfacturam ſuam, quae Anglice vocatur oferhyrneſſe ſeu lahſlite, pro unaque vocatione, epiſcopo ſuo reddant. Praeterea ſtatutum eſt, ut nullus filiam ſuam, vel cognatam det alicui abſque benedictione ſacerdotali; ſi aliter fecerit, non ut legitimum conjugium, ſed ut fornicatorium judicabitur. Supplantationes vero eccleſiarum omnibus modis interdicimus.

P[illegible]	Archiep. Cantuar.	[illegible]	[illegible]
G[illegible] VII. 5	LANFRANC. [illegible]	10[illegible]	[illegible]

C[illegible] W[illegible]. E[illegible] chron. Rad. de D[illegible] in ann.

IN charta Will. primi [illegible] monaſterio Weſtmonaſterienſi poſt nomina teſtium, ſcilicet archiepiſcoporum, epiſcoporum, comitum, et aliorum ſeniorum, haec pro auctoritate regis ad cauſas eccleſiaſticas tractandas inſeritur: Ego Robertus de Oleyo confirmavi, Ego Hamo dapifer ſignavi; multis praeterea illuſtrium virorum perſonis, et reg[illegible] principibus diverſi [illegible], qui ſimiliter ſuae confirmationi piiſſimo affecta [illegible] tempore a regia poteſtate e diverſis provinciis et urbibus ad univerſalem ſynodum, pro cauſis quibuſlibet ſanctae eccleſiae audiendis et tractandis, ad praeſcriptum celeberrimum coenobium, quod Weſtmonaſterienſe dicitur, convocati.

P[illegible]	Archiep. Cantuar.	[illegible]	R[illegible]
GREGOR. VII. 6.	LANFRANC. 9.	1078.	[illegible]

[illegible] Londini a Lanfran[illegible], arch[illegible] Can[illegible], celebratum. Ex Polyd. Virg. hiſt. l. 9. p. 15[illegible].

EO tempore, auctore Lanfranco, habitum eſt Londini antiſtitum, reliquorumque ſacerdotum concilium; in quo decretum eſt, ut aliquot ſedes epiſcopales, quae in oppidulis, ac pagis antea fuerant, in urbibus et locis celeberrimis collocarentur. Quo factum eſt, ut Bathonia, Lincolnia, Sariſberia, Exonia, Ceſtria, atque Ciceſtria urbes hujuſmodi novo epiſcoporum domicilio nobilitatae ſint; id quod infra perappoſitus magis perſpicue indicabit locus. Adfuit in concilio Vulſtanus, Wigornienſis epiſcopus, vir etſi literarum neſciens, ſanctitate tamen vitae multo clariſſimus. Hunc Lanfrancus, ut hominem imperitum, et ob id, quemadmodum praedicabat, minime ea dignitate dignum, privavit; quanquam illud (ut vulgo ferebatur) non ea inprimis de cauſa fecerat, quia rudis ingenii eſſet, ſed ut potius in locum ejus, voluntate principis, homo Normannus ſurrogaretur; quod Deus non permiſit. Porro Vulſtanus coactus indumenta pontificalia deponere, divino animi ardore repente inflammatus, regi inquit: "Melior te his me ornavit, cui et reddam:" atque deinde ad ſepulchrum divi Edouardi, cujus beneficio epiſcopus factus fuerat, profectus, et veſtitu inſigni ſe exuens, baculum ita alte in lapide monumenti infixit, uti nulla vi extrahi poſſet. Quo miraculo rex et Lanfrancus territi, magnopere virum ſanctum orarunt, ut ſumptis indumentis inſignibus ſuo potiretur honore; quorum tamen injuriam Vulſtani ſingularis ſanctitas plurimum infamavit. Fuit is annus

nus a natali Chriſti MLXXVIII. Normannorum vero adventus xi. ſecundum haec in eo conventu nihil non, quod ad conſervationem rei chriſtianae pertineret, multo ſanctius curatum eſt; ſed ante omnia mores ſacerdotum parum puri, quam proxime potuit, ad priſcorum patrum regulam revocati ſunt, eſtque illis inpoſterum tempus recte vivendi modus praeſcriptus. H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
GREGOR. VII. II.	LANFRANC. 14.	1083.	GUILIELM. Conqueſt. 17.

*Lanfranci, archiepiſcopi Cantuar. epiſtola Stigando, Ciceſtrien. epiſcopo, de archidiaconis, et officio clericorum**. Ex Eadm. l. i. hiſt. nov. p. 12.

LANFRANCUS, gratia Dei archiepiſcopus, dilectiſſimo fratri Stigando, Ciceſtrenſi epiſcopo, ſalutem. Clerici villarum noſtrarum, qui in veſtra dioeceſi exiſtunt, queſti nobis ſunt, quod veſtri archidiaconi, repertis occaſionibus, pecunias ab eis exquirunt, et a quibuſdam jam acceperunt. Meminiſſe debet fraternitas veſtra, quia contra morem anteceſſorum noſtrorum et veſtrorum vobis conceſſimus, eiſque imperavimus, quatenus ad veſtras ſynodos irent, et ea, quae ad chriſtianae religionis notitiam prodeſſe poſſunt, ſine interpellatione vel diſcuſſione aliqua, a vobis audirent. Si quae in ipſis culpae invenirentur, ſuſpenſa iterum vindicta, ad noſtrum examen ſervarentur, et nobis vel in miſerendo vel in ulciſcendo, ſicut ſemper conſuetudo fuit, obnoxii tenerentur. Mandamus itaque vobis, ut male accepta ſine dilatione reddi jubeatis, et miniſtris veſtris ne ulterius id praeſumant, ſervandae charitatis ſtudio, prohibeatis. Nos vero preſbyteris noſtris, qui extra Cantiam conſtituti ſunt, omnino praecipimus, ne ad veſtram vel alicujus epiſcopi ſynodum amplius eant, nec vobis, nec aliquibus miniſtris veſtris pro qualibet culpa reſpondeant. Nos enim, cum ad villas noſtras venerimus, quales ipſi vel in moribus, vel in ſui ordinis ſcientia ſint, paſtorali auctoritate veſtigare debemus. Chriſma tamen a vobis accipiant, et ea, quae antiquitus inſtituta ſunt, in chriſmatis acceptione perſolvant. Sicut namque ea, quae antiquitus uſque ad noſtra tempora anteceſſores noſtri habuerunt, ſolerti vigilantia cupimus illibata cuſtodire; ita aliis debita aliqua, quod abſit, uſurpatione denegare nolumus.

Sede Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
vacante.	LANFRANC. 16.	1085.	GUILIELM. Conqueſt. 19.

Synodus Gloceſtrenſis. Ex chron. Anglo-Sax. p. 186.

HOC anno— ad natales Domini fuit rex in Gleawceſter cum ſuis proceribus, et tenuit ibi curiam ſuam quinque dies; poſtea autem archiepiſcopus et clerici habuerunt ſynodum trium dierum. Ibi fuit Mauricius electus in epiſcopum ad Lundene, et Willelmus ad Northfolc, et Rodbeardus ad Ceaſterſcire; hi autem omnes erant regis capellani.

ON ðiꞅum ᵹeaꞃe— Ða ꞇo ðam miꝺe ƿinꞇꞃe ƿæꞅ ꞅe cẏnᵹ on Gleaƿe-ceaꞅꞇꞃe miꝺ hiꞅ ƿiꞇan. ⁊ heolꝺ ðæꞃ hiꞅ hiꞃeꝺ v. ꝺaᵹaꞅ. ⁊ ꞅiþþan ðe Aꞃcebiꞅcop ⁊ ᵹehaꝺoꝺe men hæꝼꝺen ꞅinoþ ðꞃeo ꝺaᵹaꞅ. Ðæꞃ ƿæꞅ Mauꞃiciuꞅ ᵹecoꞃen ꞇo biꞅcop on Lunꝺene. ⁊ Ƿillelm ꞇo Noꞃþꝼolce. ⁊ Roꝺbeaꞃꝺ ꞇo Ceaꞅꞇeꞃ-ꞅciꞃe. hi ƿæꞃon ealle ðæꞃ cẏnᵹeꞅ cleꞃecaꞅ.

† *Charta regis Willielmi primi, qua ſecernit placita eccleſiaſtica a cauſis civilibus.* Ex cod. MS. penes dec. et capit. eccl. cathed. S. Pauli London. A. fol. 1. a. collat. cum regiſtro Lincoln. Remigius fol. 9.

W. Dei gratia rex [a] Anglorum, R. Bainardo, et G. de Magnavilla, et P. de Valoines, caeteriſque meis fidelibus de Eſſex, et Hertfordſchire, et de Middleſex, ſalutem. Sciatis vos omnes et ca teri mei fideles, qui in Anglia manent, quod epiſcopales leges, quae non bene, nec ſecundum ſanctorum canonum praecepta, uſque ad mea tempora in regno Anglorum fuerunt, communi concilio, et [b] concilio [c] archiepiſcoporum et epiſcoporum, et abbatum, et omnium principum regni mei, emendandas judicavi. Propterea mando, et regia auctoritate praecipio, ut nullus epiſcopus, vel archidiaconus de legibus epiſcopalibus amplius in Hundret placita teneant; nec cauſam, quae ad regimen animarum pertinet, ad judicium ſecularium hominum adducant; ſed quicunque ſecundum epiſcopales leges de quacunque cauſa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc epiſcopus elegerit et nominaverit, veniat; ibique de cauſa ([d] vel culpa) ſua reſpondeat, et non ſecundum Hundret, ſed ſecundum canones et epiſco-

* Stigandus ſedem ſuam epiſcopalem Selſeja Ciceſtriam anno MLXXXIII. tranſtuliſſe dicitur. Ad hunc ergo annum archiepiſcopi Lanfranci epiſtolam ipſi miſſam referimus.

† Charta domini W. Dei gratia reg. Angl. ita MS. Lincoln. [a] Angliae, comitibus, vicecomitibus, et omnibus Francigenis et Anglis, qui in epiſcopatu Remegii epiſcopi terras habent, ſalutem. [b] conſilio. [c] archiepiſcoporum meorum, et caeterorum epiſcoporum, et abbatum. [d] Deſunt.

piſcopales leges rectum Deo et epiſcopo ſuo faciat. Si vero aliquis, per ſuperbiam elatus, ad juſtitiam epiſcopalem venire contempſerit, et noluerit, vocetur ſemel, [d] ſecundo, et tertio; quodſi nec ſic ad emendationem venerit, excommunicetur; et ſi opus fuerit ad hoc vindicandum, fortitudo et juſtitia [e] regis vel vicecomitis adhibeatur: ille autem, qui vocatus ad juſtitiam epiſcopi venire noluerit, pro unaquaque vocatione legem epiſcopalem emendabit. Hoc etiam defendo, et mea auctoritate interdico, ne ullus vicecomes aut praepoſitus, [f] ſeu miniſter regis, nec aliquis laicus homo de legibus, quae ad epiſcopum pertinent, ſe intromittat; nec aliquis laicus homo alium hominem ſine juſtitia epiſcopi ad judicium adducat: judicium vero in nullo loco portetur, niſi in epiſcopali ſede, aut in illo loco, quem epiſcopus ad hoc conſtituerit.

[g] Quoad tempus autem confectionis iſtius chartae, videtur fuiſſe circa ann. Dom. MLXXXV. nam Matth. Pariſ. de geſtis regis Willielmi ſub hoc anno locutus, ait:— "Rex Willielmus paulo ante Remigio, Fiſcanni monacho, dederat Dorkeceſtriae praeſulatum; ſed Remigius anno MLXXXV. ad Lincolniam epiſcopatum tranſtulit, ibique condidit eccleſiam in ſummitate montis." Et haec charta eſt inter privilegia epiſc. Lincoln. poſtquam tranſlatus eſſet epiſcopatus.

Sede Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	[illegible]
vacante.	LANFRANC. 16	[illegible]	[illegible]

Concilia celebrata per Lanfrancum archiepiſcopum. Ex MS. Cott. Domitian. A. v. fol. 14. a.

LANFRANCUS, Cantuarienſis archiepiſcopus, et totius Angliae primas, diverſa in diverſis locis Angliae celebravit concilia; quibus ad nutum ipſius Lanfranci interfuit Thomas, Eboracenſis archiepiſcopus, cum caeteris epiſcopis Angliae. Primum itaque celebravit idem Lanfrancus generale concilium apud Wintoniam; ſecundum apud Londoniam; tertium iterum apud Wintoniam; quartum, et quintum apud Gloceſtriam. His omnibus Lanfranci conciliis interfuit Thomas, Eboracenſis archiepiſcopus. Interfuit etiam conſecrationibus epiſcoporum, qui a Lanfranco ſacrati ſunt; viz. Herneſti, Roffenſis epiſcopi, quem ſacravit Lanfrancus apud Weſtmonaſterium; et Mauricii, Londonienſis epiſcopi, quem ſacravit Lanfrancus apud Wintoniam.

Sic et in caeteris Thomas Eboracenſis, Lanfranci, Cantuarienſis archiepiſcopi, canonicis paruit juſſionibus.

Anno xviii. pontificatus ſui obiit Lanfrancus, Cantuarienſis archiepiſcopus, apud Cantuariam; cujus interfuit ſepulturae Thomas, Eborac. archiepiſcopus, cum caeteris epiſcopis Angliae. Haec MS. Cotton.

Gervaſius in actis pont. Cant. col. MDCLIV. ſex Lanfranci concilia enumerat his verbis: "Quia a multis retroactis temporibus uſus conciliorum obſoleverat, ad extirpanda vitia concreta et virtutes inferendas, in diverſis locis concilia (Lanfrancus) celebravit. Primum apud Wintoniam, in quo certis ex cauſis depoſuit Wulfricum, abbatem de Hida, et alia plura et utilia inſtituit. Secundum tenuit concilium in eccleſia S. Pauli Londoniae, in quo recognitum eſt a majoribus terrae, quod Eboracenſis archiepiſcopus ſedere debeat ad dexteram archiepiſcopi Cant. Londonienſis ad ſiniſtram; caeteri vero epiſcopi ſecundum tempus conſecrationis ſuae ſedebunt; et ita deinceps obſervatum eſt. Tertium concilium tenuit apud Wintoniam. Quartum vero in Londonia, in quo depoſuit Alnothum, Glaſtonienſem abbatem. Quintum apud Claudiam. Sextum apud Gloceſtriam, in quo depoſuit Wlretelum (l. Wlket) abbatem de Cruland." Eundem numerum locaque conciliorum a Lanfranco celebratorum repetit codex MS. chronologiae Anglo-Saxonicae inſertus ex MS. collegii corporis Chriſti Cantabrigienſis, p. 178. ſeq. circa quae notandum eſt Claudiam et Gloceſtriam unum eundemque eſſe locum.

Papae Rom.	Sede Cant.	Anno Christi	[illegible]
URBANI II. 5.	vacante	[illegible]	[illegible]

Acta ſynodi apud Wigorniam a S. Wlſtano habitae anno MXCII. *continent. privilegium S. Wlſtani de eccleſia S. Elenae et S. Wlſtani.* Ex Wharton. Anglia Sacra vol. i. p. 542.

EGO Wlſtanus, gratia Dei Wigornenſis epiſcopus, decrevi ſynodum congregare in monaſterio ſanctae Mariae in criptis, quas ego a fundamentis aedificavi, et per miſericordiam Dei poſtea dedicavi. Haec ſynodus habita eſt anno dominicae incarnationis MXCII. indictione xv. Ad hanc ſynodum invitati convenerunt omnes ſapientiſſimae perſonae de tribus comitatibus noſtrae dioeceſeos, Wigraceſtriae videlicet, Glauceſtriae, Warewicciae; eo quod ego longaevus dierum, imbecillitatem corporis mei ſentiens, et finem vitae meae inſtare intelligens, cupiebam res eccleſiaſticas noſtrae curae commiſſas canonice tractare, et quaeque emendanda forent,

[d] *et ſec.* [illegible] Remig. f. 1. [e] [illegible] 1. [f] *aut* f. 9

[g] In regiſtro Remigii [illegible] extat duplex exemplar, primum fol. 1. ante chartas pro translatione epiſcopatus, alterum, et ut videtur [illegible] antiquius, fol. 9. utriuſque variis lectionibus in margine [illegible]

5

forent, illorum ſapienti conſilio corrigere et emendare. Noſtra itaque humilitate in hac ſynodo praeſidente, orta eſt quaeſtio inter duos preſbyteros, Alfnothum ſcilicet, preſbyterum ſanctae Elenae, et Alam, preſbyterum ſancti Albani, de parochiis et conſuetudinibus eccleſiarum ſuarum. Horum preſbyterorum altercatio ſanctam ſynodum multum detinuit. Hanc litem ego canonice diſcindere cupiens, juſſi ſeniores quoſque, et quibus notiſſimae eſſent antiquae inſtitutiones eccleſiarum ſeu parochiarum Wigraceſtriae, veritatem edicere tam de ſupradictarum, quam de omnium eccleſiarum urbis Wigraceſtriae antiquiſſimis inſtitutionibus et parochiis. Et cum inter ſupradictorum preſbyterorum diſceptationem auditus eſt a ſancta ſynodo clamor filiorum eccleſiae, monachorum videlicet, quod ipſi damna paterentur ſuorum redituum, quos juſte habere debuiſſent de ſua eccleſia, ſanctae Elenae ſcilicet, propter tam diuturnam preſbyterorum diſcordiam juſſi, ſicut de inſtitutionibus caeterarum eccleſiarum, ſic etiam de hujus matris eccleſiae inſtitutione dicerent. Ad harum rerum ſcrutinium ex noſtro praecepto fuerunt Thomas prior, Alfere ſecretarius, Godricpirl camerarius, Uhtred cantor, Agelric archidiaconus, Edwine frater ejus, Frideric, Agelmar preſbyter, cum aliis quamplurimis, quos ad hoc elegi. Hi omnes igitur communi habito conſilio reverſi in ſanctam ſynodum, affirmaverunt nullam eſſe parochiam in tota urbe Wigrac. niſi tantum matris eccleſiae. Eccleſiam vero ſanctae Elenae vicariam hujus matris eccleſiae extitiſſe, a temporibus Aethelredi regis et Theodori archiepiſcopi, qui locum tunc fundaverunt, et ibi Boſelum primum epiſcopum conſtituerunt anno incarnationis Domini DCLXXX. indict. vii. Haec inſtitutio a tempore ſupradicti Boſeli, per tempora omnium epiſcoporum hujus ſanctae eccleſiae per manus clericorum in hac ſede ſervientium inconvulſa ſervata eſt, uſque ad tempora beati Oſwaldi archiepiſcopi, qui opitulatione Eadgari regis, et auctoritate pii patris Dunſtani, Cantuarienſis archiepiſcopi, de irregulari converſatione clericorum in regularem converſationem et habitum monachorum tranſtulit et mutavit hujus eccleſiae congregationem anno dominicae incarnationis DCCCCLXIX. indict. xii. Hujus pii patris Oſwaldi temporibus Wynſius, ſanctae Elenae preſbyter, vicarius hujus ſanctae matris eccleſiae extitit. Hic idem monitis ſancti Oſwaldi cum caeteris, qui in clericali habitu huic eccleſiae utcunque ſerviebant, mundo poſthabito, monaſticae religionis habitum ſuſcepit, et claves eccleſiae S. Elenae, quarum ipſe ſicut vicarius cuſtos extiterat, cum terris, decimis, caeteriſque reditibus ad communem uſum monachorum reddidit. Wynſio proinde monacho facto, cum caeteris, qui ſecum ſponte converti elegerunt; tam praedicta eccleſia, quam caeterae, quae nunc uſque monachorum ſunt eccleſiae terrae, ſepulturae, vel quaelibet aliae conſuetudines ſeu dignitates eccleſiaſticae, quae clericorum quaſi propria hactenus extiterant, in jus monachorum tranſierunt, et in communem uſum illorum redactae ſunt, aſſenſu regis Eadgari, et beati Dunſtani, ſanctique Oſwaldi archiepiſcoporum. Anno tertio converſionis Wynſii preſbyteri, beatus Oſwaldus prioratum ei ſuper monachos hujus eccleſiae conceſſit, aſſenſu ejuſdem regis. Conceſſit etiam illi omnibuſque ſuis ſucceſſoribus, prioribus hujus eccleſiae, decanos eſſe ſuper omnes eccleſias ſuas et preſbyteros; ita videlicet quod nullus decanus, nullus archidiaconus de monachorum eccleſiis ſeu clericis ſe intromittat, niſi per priorem eccleſiae. Omnes eccleſiaſticas conſuetudines prior ſicut ſummus decanus epiſcopi pro ſuis eccleſiis epiſcopo perſolvat. Harum rerum, ſicut ab anteceſſoribus noſtris didicimus, et his noſtris temporibus ſub anteceſſore noſtro Aldredo, et vobis hactenus ſervatas vidimus, teſtes ſumus. Hoc igitur teſtimonium ego Wlſtanus verum comprobans, litem preſbyterorum ſedavi, et veram comprobationem teſtimonio hujus ſanctae ſynodi literis noſtris et ſigillo corroboravi; cavens, ne amodo de his rebus in hac ſancta et matre eccleſia inter monachos et alias quaſlibet perſonas diſſenſio, ſive ſcandalum oriatur. Servantibus haec vita aeterna donetur in caeleſtibus. Qui autem fregerit, vel in pejus mutaverit, cum diabolo et angelis ejus perpetuis damnetur cruciatibus. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
URBANI II. 5.	ANSELM. I.	1093.	GUILIELM. Rufi 7.

Conventus omnium epiſcoporum Angliae pridie nonas Decembris, anno Dom. MXCIII. *ad conſecrandum Anſelmum, archiepiſcopum Cantuar. in quo differentia metropolitani et primatis abſolvitur.* Ex Matth. Pariſ. in anno MXCIII. et Eadm. Hiſt. Nov. p. 21.

EODEM anno convenientibus totius Angliae epiſcopis, inter quos Thomas, Eboracenſis archiepiſcopus erat, a quo Anſelmus Cantuarienſis electus conſecratur antiſtes pridie nonas Decembris. Verum cum ante ordinandi pontificis examinationem Walkelinus, Wintonienſis epiſcopus, eccleſiaſtico more, electionem ſcriptam legeret, Thomas, archiepiſcopus Eboracenſis, queſtus eſt, ſcriptum rite non eſſe factum. Nam cum diceretur, " Fratres coepiſcopi mei, vobis eſt cognitum, quantum temporis elapſum eſt, ex quo ſancta Dorobernenſis eccleſia, totius Britanniae metropolitana, paſtore caruerit;" reſpondit Thomas, et dixit: " Si totius Britanniae eccleſia Dorobernenſis metropolitana eſt, eccleſia Eboracenſis, quae metropolitana eſſe ſcitur, metropolitana non eſt; et quidem eccleſiam Cantuarienſem primatem eſſe ſcimus, non metropolitanam. Quibus verbis ſanae rationi conſentire perceptis, immutato ſcripto, pro "totius Britanniae eccleſia metropolitana; totius Britanniae primas ſcriptum eſt," et controverſia tota ceſſavit. Itaque conſecravit illum, ut primatem totius Britanniae.

Conci-

Concilium Rochinghamiae quinto id. Martii, anno Domini MXCIV. *regia ſanctione indictum; in quo ferme totius regni nobilitas (praeter epiſcopos et clerum) conveniebat ad ventilationem hujus quaeſtionis; viz. utrum ſalva reverentia et obedientia ſedis apoſtolicae, poſſet archiepiſcopus Anſelmus fidem terreno regi ſervare, an non?* Ex Eadmer. Hiſt. Nov. p. 26.

FIT itaque conventus omnium dominico die in eccleſia, quae eſt in ipſo caſtro ſita, ab hora prima, rege et ſuis ſecretius in Anſelmum conſilia ſua ſtudioſe texentibus. Anſelmus autem, epiſcopis, abbatibus, et principibus ad ſe a regio ſecreto vocatis, eos et aſſiſtentem monachorum, clericorum, laicorum numeroſam multitudinem hac voce alloquitur: " Fratres mei, filii eccleſiae Dei, omnes dico, qui hic congregati eſtis in nomine Domini, precor intendite, et cauſae, propter quam ventilandam adunati eſtis, pro viribus opem veſtri conſilii ferte. Quae autem ipſa cauſa ſit, brevi, qui nondum pleniter audiſtis, ſi placet, audite. Verba quaedam orta ſunt inter dominum noſtrum regem et me, quae quandam videntur diſſenſionem generare: nam cum nuper licentiam adeundi Urbanum, ſedis apoſtolicae praeſulem, juxta morem anteceſſorum meorum, pro pallii mei adeptione, ab eo poſtulaſſem; dixit ſe Urbanum ipſum pro papa nec dum ſuſcepiſſe, et ideo nolle me ad eum illius rei gratia properare. Quinetiam ait, ſi eundem Urbanum aut quemlibet alium ſine mea electione, et auctoritate in regno meo pro papa ſuſcipis, aut ſuſceptum tenes, contra fidem, quam mihi debes facis, nec in hoc me minus offendis, quamſi coronam meam mihi tollere conareris; unde ſcias in regno meo nullum te participium habiturum, ſi non apertis aſſertionibus probavero, te omnis obedientiae ſubjectionem Urbano, de quo agitur, pro voto meo negaturum. Quod ego audiens, admiratus ſum: ſiquidem abbas eram, ut noſtis, in alio regno, per miſericordiam Dei converſatus ad omnes ſine querela; nulla vero ſpe vel deſiderio pontificatus, ſed quibuſdam rationabilibus cauſis, quas nullatenus omittere poteram, in hanc terram ſum venire coactus. Ipſo autem rege infirmato, omnes, qui tunc aderatis, ei ut matri ſuae et veſtrae, ſcilicet eccleſiae Cantuarienſi, per inſtitutionem pontificis ante mortem ſuam, conſuleret, pro voto conſuluiſtis. Quid dicam? ſuſcepto conſilio, placuit illi et vobis in hoc opus eligere me. Objeci plurima, ſubducere me praeſulatui geſtiens; nec adquieviſtis; profeſſus ſum inter alia, me hunc, de quo nunc querela iſta conſeritur, Urbanum pro apoſtolico ſuſcepiſſe, meque ab ejus ſubjectione, quoad viveret, vel ad horam diſcedere nolle; et qui ad hoc tunc temporis mihi contradiceret, nemo fuit: ſed quid? rapuiſtis me, et coegiſtis onus omnium ſuſcipere, qui corporis imbecillitate defeſſus, meipſum vix poteram ferre. In quo facto putabatis forſan mihi ad votum ſervire; ſed quantum illud deſideraverim, quam gratum habuerim, quantum in illo delectatus ſim, dicere in praeſenti quidem cum nihil proſit, ſupervacaneum aeſtimo. Verum ne quis in hac re conſcientiam meam neſciens ſcandalizetur in me, fateor, verum dico, quia ſalva reverentia voluntatis Dei, maluiſſem illa die, ſi optio mihi daretur, in ardentem rogum comburendus praecipitari, quam archiepiſcopatus dignitate ſublimari. Attamen videns importunam voluntatem veſtram, credidi me vobis, et ſuſcepi onus, quod impoſuiſtis, confiſus ſpe auxilii veſtri, quod polliciti eſtis. Nunc ergo ecce tempus adeſt, quo ſeſe cauſa obtulit, ut onus meum conſilii veſtri manu levetis. Pro cujus conſilii adeptione petivi inducias, ab eo die, quo mihi praefata verba dicta ſunt, in hunc diem, quatenus in unum conveniretis, communi conſilio inveſtigaretis, utrumnam poſſim ſalva fidelitate regis ſervare obedientiam apoſtolicae ſedis. Petivi, inquam, inducias et accepi, et ecce gratia Dei adeſtis; omnes itaque, ſed vos praecipue, fratres et coepiſcopi mei, precor et moneo, quatenus iſtis diligenter inſpectis ſtudioſius, ſicut vos decet, quo inniti queam, mihi conſilium detis; ita ut et contra obedientiam papae nihil agam, et fidem, quam domino regi debeo, non offendam. Grave ſiquidem mihi eſt vicarium beati Petri contemnendo abnegare; grave fidem, quam regi me ſecundum Deum ſervaturum promiſi, violare; grave nihilominus, quod dicitur impoſſibile mihi fore unum horum, non violato altero, cuſtodire." Ad haec epiſcopi reſponderunt: " Conſilium, quod a nobis petis, penes te eſt, quem prudentem in Deo ac bonitatis amatorem eſſe cognoſcimus, et ob hoc in tam profunda re conſilio noſtro non eges; verum ſi remota omni alia conditione, ſimpliciter ad voluntatem domini noſtri regis conſilii tui ſummam transferre velles, prompta tibi voluntate, ut nobiſipſis conſuleremus. Attamen, ſi jubes, verba tua ipſi domino noſtro referemus, et cum audierimus quid inde ſentiat, dicemus tibi." Annuit ipſe, et fecerunt ut dixerant. Praecepit itaque rex, ut omnia in craſtinum, quia dies dominica erat, differrentur, et Anſelmus ad hoſpitium ſuum, curiam mane repetiturus, reverteretur. Factum eſt ita, et mane juxta condictum reverſi ſumus. Itaque Anſelmus, in medio procerum et conglobatae multitudinis ſedens, ita orſus eſt: " Si juxta quod a vobis, domini fratres, heſterno die conſilium de praeſenti cauſa petivi, vel nunc dare velletis, acciperem." At illi: " Quod heri reſpondimus, modo reſpondemus; ſcilicet, ſi pure ad voluntatem domini regis conſilii tui ſummam transferre volueris, promptum, et quod in nobiſipſis utile didicimus, a nobis conſilium certum habebis; ſi autem ſecundum Deum, quod

dic-

ullatenus voluntati regis obviare poſſit, conſilium a nobis expectas, fruſtra niteris; quia in hujuſmodi nunquam tibi nos adminiculari videbis." Quibus dictis conticuerunt, et capita ſua, quaſi ad ea, quae ipſe illaturus erat, demiſerunt. Tunc pater Anſelmus, erectis in altum luminibus, vivido vultu, reverenda voce iſta locutus eſt: "Cum nos, qui chriſtianae plebis paſtores, et vos, qui populorum principes vocamini, conſilium mihi principi veſtro, non niſi ad unius hominis voluntatem dare vultis; ego ad ſummum paſtorem, et principem omnium, ego ad magni conſilii angelum curram, et in meo, immo in ſuo et eccleſiae ſuae negotio, conſilium, quod ſequar, ab eo accipiam. Dicit beatiſſimo apoſtolorum Petro, "Tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam, et portae inferi non praevalebunt adverſus eam; et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit et in caelis ligatum, et quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum et in caelis." Communiter etiam apoſtolis omnibus, "Qui vos audit, me audit, et qui vos ſpernit, me ſpernit; et qui tangit vos, ſicut qui tangit pupillam oculi mei." Haec ſicut principaliter beato Petro, et in ipſo caeteris apoſtolis dicta accipimus; ita principaliter vicario beati Petri, et per ipſum caeteris epiſcopis, qui vices agunt apoſtolorum, eadem dicta tenemus; non cuilibet imperatori, non alicui regi, non duci, non comiti. In quo tamen terrenis principibus ſubdi ac miniſtrare debeamus, docet et inſtruit idem ipſe magni conſilii angelus, dicens, "Reddite, quae ſunt Caeſaris, Caeſari, et quae ſunt Dei, Deo." Haec verba, haec conſilia Dei ſunt; haec approbo, haec ſuſcipio, haec nulla ratione exibo. Quare cuncti noveritis in communi, quod in his, quae Dei ſunt, vicario beati Petri obedientiam, et in his, quae terrenae domini mei regis dignitati jure competunt, et fidele conſilium et auxilium pro ſenſus mei capacitate impendam." Finierat pater in iſtis: omnes igitur aſſidentes oppido turbati, cum feſtinatione et magno tumultu ſurrexerunt, turbationem ſuam confuſis vocibus exprimentes; ut eos illum eſſe reum mortis una clamare putares. Converſique ad illum, cum jurgio, "Scias," inquiunt, "Nos haec verba tua minime domino noſtro tua vice portaturos." Quibus dictis, ad regem reverſi ſunt. Quia ergo nemo, cui verba ſua regi deferenda tuto committeret, cum Anſelmo remanſit, ipſemet ad regem ingrediens, quae dixerat viva voce innotuit, illicoque reverſus eſt. Ad quae rex vehementer iratus, cum epiſcopis atque principibus intentiſſime quaerere coepit, quid dictis ejus objicere poſſit, nec invenit. Scandalizati ergo inter ſe, abinvicem ſunt in partes diviſi; et hic duo, ibi tres, illic quatuor in unum conſiliabantur, ſtudioſiſſime diſquirentes, ſi quo modo poſſent aliquod reſponſum contra haec componere, quod et regiam animoſitatem deliniret, et praelibatas ſententias Dei adverſa fronte non impugnaret. Solus inter haec Anſelmus ſedebat tantum innocentia cordis ſui, et in miſericordia Domini Dei fiduciam habens. Adverſariis vero ejus conciliabula ſua in longum protelantibus, ipſe ad parietem ſe reclinans, leni ſomno quieſcebat: facta itaque longa mora redeunt epiſcopi cum nonnullis principibus a rege, haec viro dicentes: "Vult dominus noſter rex, omiſſis aliis verbis, a te ſub celeritate ſententiam audire, de his videl. quae inter illum et te dicta fuerunt apud Ilingeham; unde petiſti inducias in hunc diem reſpondendi. Res nota eſt, et expoſitione non indiget. Veruntamen noveris totum regnum conqueri adverſum te, quod noſtro communi domino conaris decus imperii ſui, coronam auferre; quicunque enim regiae dignitatis ei conſuetudines tollit, coronam ſimul et regnum tollit. Unum quippe ſine alio decenter haberi non poſſe probamus. Sed recogita, rogamus te, et Urbani illius, qui offenſo domino rege nil tibi prodeſſe, nec ipſo pacato tibi quicquam valet obeſſe; obedientiam abjice, ſubjectionis jugum excute, et liber, ut archiepiſcopum Cantuarienſem decet, in cunctis actibus tuis voluntatem domini regis, et juſſionem expecta: necne, quod ſecus egiſti culpam agnoſce, ac ut tibi ignoſcat, voto illius in omni, quod a te inde petierit, ſapientis more concurre, quatenus inimici tui, qui caſibus tuis nunc inſultant, viſa dignitatis tuae ſublevatione erubeſcant. Haec, inquam, haec rogamus, haec conſulimus, haec tibi tuiſque neceſſaria eſſe dicimus, et confirmamus." Reſpondit: "Quae dicitis, audio, ſed, ut ad alia taceam, abnegare obedientiam domini papae nullatenus volo. Jam dies declinat in veſperam. Differatur, ſi placet, in craſtinum cauſa iſta, quo tractans mecum, reſpondeam quod Deus inſpirare dignabitur." Suſpicati ergo illum, aut quid diceret ultra neſcire, aut metu addictum jam ſtatim coepto deſiſtere; reverſi ad regem perſuaſerunt inducias nulla ratione dandas, ſed cauſa recenti examinatione diſcuſſa, ſupremam, ſi ſuis adquieſcere conſiliis nollet, in eum mox judicii ſententiam invehi juberet.

His addit M. Parkerus in Antiquit. eccleſ. Britan. in Anſelmo. Eadem etiam habes in Eadmero. l. c.

— Regem de tranſmare regreſſum Anſelmus adiit, et ut ſibi Romam ad papam Urbanum pro ſtola ſui archiepiſcopatus eundi licentiam daret, humiliter petiit. At ille ad nomen Urbani turbatus, dixit ſe illum pro papa non tenere, nec ſuae conſuetudinis eſſe, ut abſque ſua electione alicui liceret in regno ſuo papam nominare. Hinc igitur orta quaedam gravis diſſentio eſt, ſed in aliud tempus diſcutienda eſt dilata. Jubet ergo, ut totius Angliae epiſcopi, abbates, et principes ad diſcuſſionem diſſidii hujus apud caſtrum, quod Rochingham dicitur, una veniant: factum eſt; et tertia ſeptimana Quadrageſimae juxta edictum convenerunt. Cauſa in medium ducitur, et Anſelmus diverſis querelis hinc inde concutitur. Siquidem multi, ſed maxime epiſcopi, regiae voluntati favere volentes, ſpreto aequitatis judicio, id probare nitebantur, quod Anſelmus, ſalva fide, quam regi debebat, nullatenus poſſet in regno ipſius Urbanum ſedis apoſtolicae praeſulem pro papa tenere. Quibus cum plura, quae ratio tulerat, objecta fuiſſent, et Anſelmus eos ex verbis Domini, "Reddite quae

quae ſunt Caeſaris Caeſari, et quae ſunt Dei Deo," aliiſque nonnullis, quae ratio nulla refellere poſſet, penitus infraenaſſet; illi e contra quod dicerent non habentes, eum in regem blaſphemare uno ſtrepitu clamavere, quandoquidem auſus erat in regno ejus (niſi eo concedente) quicquam vel Deo aſcribere: igitur ad unam regiae indignationis vocem, quidam ex epiſcopis archiepiſcopo ſuo atque primati omnem ſubjectionem atque profeſſam obedientiam uno impetu abnegant, eique unitatem fraternae ſocietatis pari voto miſerandi abjurant. Quidam vero in eis tantum, quae ex parte Urbani papae praeciperet, illi ſe negant obedituros. Epiſcopi itaque omnes (Roffenſi ſolo excepto) aut uno aut alio modo debitam illi ſubjectionem et obedientiam abnegant. Rex etiam ipſe cunctam ei confidentiam et ſecuritatem in ſuis omnibus adimit, nec ſe illum pro archiepiſcopo vel patre amplius habiturum jurat, niſi ipſi vicario beati Petri ulterius obediturum ſtatim deneget. Tres dies in iſto negotio clamoribus in Anſelmum, et contumeliis gravidi expenſi ſunt; tandem in hoc fine concludunt.

At Anſelmus in ſuo propoſito conſtans, poſtulat a rege, ut tutus regno diſcedat; quo ſibi negato, factae ſunt utrinque induciae ad Pentecoſten, et plena pax et tranquillitas promiſſa. Nihilominus Anſelmus, hominibus ſuis captis et ſpoliatis, terriſque vaſtatis in immenſum afflictus eſt. Poſt haec tamen Urbanum per Walterum, Albanenſem epiſcopum (qui pallium Anſelmo a Roma Cantuariam detulit) pro papa ſuſcepit. Cujus ſtilus, etſi Urbano et Anſelmo adverſus regem et praelatos benignior eſt; tamen oſtendit non eſſe novum, papalem juriſdictionem ab Angliae regibus recuſari. In hac autem tractanda controverſia, rex cum Urbano papa privatim egit de Anſelmo ab Anglia penitus abducendo. Sed cum ob eximiam viri doctrinam, morumque probitatem id efficere non poterat, Anſelmus, accepto jam pallio, archiepiſcopalem curam et auctoritatem, rege connivente, exercuit, et Samuelem quendam Dublinenſem archiepiſcopum, Malchumque Waterfordienſem primum epiſcopum, ad regis Murchertach, populique in Hibernia petitionem, alioſque epiſcopos, accepta ſubjectionis profeſſione, Lamethae conſecravit.

Papae Rom. [illegible]	Archiep. Cantuar.	[illegible]	[illegible]
Urbanus II. [illegible]	ANSELM. 2.	[illegible]	[illegible]

Wolſtani, Wigornienſis epiſcopi, epiſtola Anſelmo, Cantuar. archiepiſcopo, de conſuetudine eccleſiae Cantuar. Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. 1. pag. 22. ſeq.

REVERENDISSIMO ac beatiſſimo vitae ſanctitate et ſummae ſedis dignitate praelato, Anſelmo archiepiſcopo, Wolſtanus ſervorum Dei minimus, Wigornienſis eccleſiae epiſcopus merito indignus, orationum obſequia fideliaque ex charitate ſervitia. Novit prudentia veſtra quotidianos labores et oppreſſiones ſanctae eccleſiae, malignis eam opprimentibus, et ipſis, quos oportuerat eam tueri, auctoribus exiſtentibus. Ad hos repellendos et contra tales ſanctam eccleſiam defendere, ſanctitas veſtra locata eſt in ſumma arce. Ne igitur dubitet, non eam ſecularis potentiae timor humiliet, non favor inclinet; ſed fortiter incipiat, incepta cum Dei adjutorio perficiat, inſurgentibus obſiſtat, opprimentes reprimat, ſanctamque matrem noſtram contra tales defendat. De his autem, unde nobis dignitas veſtra ſcribere, et noſtrae parvitatis conſilium eſt dignata quaerere, quantum recordari poſſumus, dicere non omittimus. Hanc denique, unde conſuluit, cauſam ventilari nunquam audivimus, quod nullus aliquando extitit, qui hanc Cantuarienſi archiepiſcopo poteſtatem adimere vellet, et ne dedicationem propriarum duntaxat eccleſiarum publice faceret, defenderet. Extant quippe et in noſtra dioeceſi altaria, et quaedam etiam eccleſiae in [illegible] villis, quas Stigandus, veſtrae excellentiae praedeceſſor, haud tamen jure eccleſiaſticae haereditatis, ſed ex dono poſſederat ſecularis poteſtatis, ab ipſo dedicata noſtris et anteceſſoris noſtri temporibus, nobis inconſultis, nec antea nec poſtea inde calumniantibus, utpote hanc ſpiritualem poteſtatem ejuſdem metropolitani epiſcopi eſſe ſcientibus. Judicium tamen hinc agitatum, aut hoc ex jure ſibi judicatum aliquando minime audivimus, ſed quod in noſtra dioeceſi eum feciſſe libere agnovimus, in aliorum etiam facere poſſe credimus. Ecce quantum inde reminiſci aut ſcire potuimus, prudentiae veſtrae intimavimus; jam quid faciendum ſit, ipſa conſideret. Valeat paternitas veſtra et oret pro nobis.

Anſelmi, Cantuar. archiepiſcopi, litera Urbano papae II. *afflictiones, quas in Anglia paſſus eſt, exponens.* Ex Eadm. Hiſt. Nov. lib. 2. f. 43.

DOMINO et patri cum amore reverendo et cum reverentia amando ſummo pontifici, Urbano, frater Anſelmus, ſervus eccleſiae Cantuariae, debitam ſubjectionem et orationum devotionem. Novimus, domine reverende, et pater diligende, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſublimavit ſanctitatem veſtram in eccleſia ſua ad conſulendum et ſubveniendum his, qui ad ſupernae patriae requiem anhelantes, in hujus ſeculi exilio diverſis fatigantur tribulationibus. Hac igitur ſpe et conſideratione ego humilis ſervus veſter in anguſtiis cordis mei ad ſinum paternae et apoſtolicae pietatis veſtrae per exhibitionem praeſentiae meae confugere diſpoſui; ſed hoc utique facere non poſſum, ſicut deſidero. Cur autem non poſſim, per praeſentium latorem cognoſcetis. Quoniam ergo per memetipſum praeſentiam veſtram ſecundum de-

ſide-

ſiderium meum adire nequeo, per literas, ut poſſum, clementiae veſtrae anguſtias meas inſinuo, quatenus ejus conſolatione eaedem anguſtiae mitigentur, et anima mea deſideratam tranquillitatem per affectum veſtrae compaſſionis ſe adipiſci gratuletur. Tanta enim eſt cordis mei tribulatio, ut nec verbis nec literis ſufficiam illam exprimere, ſed oro Deum, qui novit occulta, ut eam vos intelligere faciat, et per viſcera miſericordiae ſuae viſcera veſtra ad ejus miſerationem ſecundum deſiderium et neceſſitatem meam commoveat. De hac tamen mea neceſſitate, et meo deſiderio aliqua aperio, per quae veſtram prudentiam poſſe intelligere quid mihi expediat, non dubito. Notum eſt multis, mi pater pie, qua violentia, et quam invitus, et quam contradicens captus ſim et detentus ad epiſcopatum in Anglia, et quomodo obtenderim repugnantiam ad hujuſmodi officium naturae, aetatis, imbecillitatis, et ignorantiae meae, quae omnino omnes ſeculi actiones fugiunt, et inconſtabiliter execrantur, ut nullatenus illas tolerare poſſim cum ſalute animae meae. In quo archiepiſcopatu jam per quatuor annos manens, nullum fructum feci, ſed in immenſis et execrabilibus tribulationibus animae meae inutiliter vixi, ut quotidie magis deſiderem mori extra Angliam, quam ibi vivere. Nam ſi ita vitam praeſentem, ſicuti eram, ibi finirem, plus videbam animae meae damnationem quam ſalutem. Videbam enim multa mala in terra illa, quae nec tolerare debebam, nec epiſcopali libertate corrigere poteram. Ipſe quoque rex faciebat quaedam, quae facienda non videbantur de eccleſiis, quas poſt obitum praelatorum aliter, quam oporteret, tractabat. Me etiam et eccleſiam Cantuarienſem multis modis gravabat. Terras namque ipſius eccleſiae, quas poſt mortem archiepiſcopi Lanfranci, cum in manu ſua archiepiſcopatum teneret, militibus ſuis dederat, mihi; ſicut eas idem archiepiſcopus tenuerat, non reddebat, ſed inſuper alias ſecundum libitum ſuum, me nolente, dabat. Servitia gravia et anteceſſoribus meis inuſitata ultra quam ferre poſſem, aut pati deberem, a me exigebat. Legem autem Dei, et canonicas et apoſtolicas auctoritates voluntariis conſuetudinibus obrui videbam. De hiis omnibus cum loquebar, nihil efficiebam, et non tam ſimplex rectitudo, quam voluntariae conſuetudines obtendebantur. Sciens igitur quodſi haec ita uſque in finem tolerarem, in damnationem animae meae ſucceſſoribus meis tam pravam conſuetudinem confirmarem, nec de his placitare poteram (nullus enim aut conſilium aut auxilium mihi ad haec audebat dare) petii a rege licentiam adeundi veſtram paternitatem, quatenus illi et cordis mei anguſtias oſtenderem, et deinde ejus conſilio et auxilio, quod ſalubrius eſſet animae meae, agerem. Qua de re iratus petiit, ut de hujus licentiae petitione quaſi de gravi offenſa illi ſatisfacerem, et ſecurum illum facerem, me deinceps nullo modo requiſiturum, pro aliqua neceſſitate, apoſtolicum, nec ſaltem inde locuturum, aut ſi unquam hoc facturus eram, in praeſenti hoc facerem. Sic itaque mare tranſii cauſa ad vos veniendi. Quod, ſicut dixi, facere non poſſum. Quoniam autem impoſſibile eſt me hujuſmodi vitae concordare, aut animam meam in tali epiſcopatu ſalvari, tum propter rerum, quas dixi, qualitates, tum propter meas multimodas et ſenſus, et morum, et naturae, et aetatis imbecillitates; haec eſt ſumma ſupplicationis meae, propter quam ad vos ire volebam, ut ſicut Deum animae meae, et animam meam Deo deſideratis, per paternam et apoſtolicam pietatem, quae cor veſtrum inhabitat, animam meam de vinculo tantae ſervitutis abſolvatis, eique libertatem ſerviendi Deo in tranquillitate reddatis, ne abundantiore triſtitia, ſicut jam nimis paſſa eſt, abſorbeatur, et de dolore temporali ad aeternum pertrahatur; deinde ut eccleſiae Anglorum ſecundum prudentiam et auctoritatem apoſtolatus veſtri conſulatis. Omnipotens Dominus veſtram ſanctitatem nobis in ſuae gratiae proſperitate diu ſervet incolumem, et conterat Sathanam et portas inferi ſub pedibus veſtris. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
URBANI II. 10.	ANSELM. 5.	1097.	GUILIELM. Ruſi. 11.

Concilium habitum in Hibernia, quo Murchertachus rex, epiſcopi, nobiles, clerus, et populus illius inſulae Anſelmum, Cantuariae archiepiſcopum, primatem eorum, rogant, ut Waterfordenſe oppidum in epiſcopatum erigat. Ex Eadmer. H. N. p. 36.

REX Hiberniae, Murchertachus nomine, et Doſnaldus epiſcopus, cum caeteris epiſcopis, et quique nobiles, cum clero et populo ipſius inſulae miſerunt nuncios ac literas ad Anſelmum, innoteſcentes ei civitatem quandam Watafordiam nomine, in una ſuarum provinciarum eſſe, cui ob numeroſam civium multitudinem expediret epiſcopum inſtitui; ſimulque petentes, ipſe quatenus primatus, quem ſuper eos gerebat, poteſtate, et qua fungebatur vicis apoſtolicae auctoritate, ſanctae chriſtianitati, ac neceſſariae plebium utilitati inſtituendo eis pontificem ſubveniret. Jam enim ſecula multa tranſierant, in quibus eadem civitas abſque providentia et cura pontificali conſiſtens, per diverſa temptationum pericula jactabatur. Elegerant autem idem ipſi in hoc officium quendam ſuae gentis virum vocabulo Malchum, eumque ſacrandum, cum communi decreto, ad Anſelmum tranſmiſerunt. Decretum autem hoc eſt:

Anſelmo, Dei gratia Anglorum archiepiſcopo, clerus et populus oppidi Watafordiae, cum rege Murchertacho et epiſcopo Doſnaldo, ſalutem in Domino. Pater ſancte, caecitas ignorantiae nos diu detrimenta ſalutis noſtrae ſuſtinere coegit, quod magis eligimus ſerviliter dominico jugo colla ſubtrahere, quam liberaliter paſtorali obedientiae ſubeſſe. Nunc autem quantum proficiat

ciat paſtorum cauſa agnovimus, cum aliarum rerum ſimilitudines ad mentem revocamus; quia ſine regimine nec exercitus bellum, nec navis marinum audet attemptare periculum. Navicula ergo noſtra mundanis dedita fluctibus ſine paſtore contra callidum hoſtem qua ratione pugnabit? Propterea nos et rex noſter Murchertachus et epiſcopus Dofnaldus et Dermeth, dux noſter, frater regis, eligimus hunc preſbyterum Malchum, Walkelini Wintonienſis epiſcopi monachum, nobis ſufficientiſſime cognitum, natalibus et moribus nobilem, apoſtolica et eccleſiaſtica diſciplina imbutum, fide catholica prudentem, moribus temperatum, vita caſtum, ſobrium, humilem, affabilem, miſericordem, literatum, hoſpitalem, ſuae domui bene praepoſitum, non neophytum, habentem teſtimonium bonum in gradibus ſingulis. Hunc nobis petimus a veſtra paternitate ordinari pontificem, quatenus regulariter nobis praeeſſe valeat et prodeſſe, et nos ſub ejus regimine ſalubriter Domino militare poſſimus. Ut autem omnium noſtrorum vota in hanc electionem convenire noſcatis, huic decreto canonico, promptiſſima voluntate, ſinguli manibus propriis roborantes ſubſcripſimus. Ego Murchertachus, rex Hiberniae ſubſcripſi. Ego Dermeth, dux frater regis ſubſcripſi. Ego Dofnaldus, epiſcopus SS. Ego Idunan, epiſcopus Midiae SS. Ego Samuel, Dunenſi, epiſc. SS. Ego Ferdomnachus, Laginienſium epiſcopus SS. Subſcripſerunt his multo plures, quos nos brevitati ſtudentes notare non neceſſarium duximus.

Igitur Anſelmus conſiderans et intelligens eos juſta et utilia petere, petitioni eorum libens annuit. Electum ergo pontificem diligenter in his, quae ſacra jubet auctoritas examinatum, ac multorum cum vitae ſuae teſtimonio dignum epiſcopatu comprobatum, ſumpta ab eo ex more de ſubjectionis ſuae obedientia profeſſione, ſacravit eum Cantuariae, quinto KL. Januarii, aſſiſtentibus et cooperantibus ſibi in hoc miniſterio ſuo duobus epiſcopis ſuis, Radulpho ſcilicet Ciceſtrenſi, et Gundulpho Roffenſi.

Papae Rom. [illegible] [illegible] [illegible]
PASCHAL. II. 2 [illegible] [illegible] [illegible]

Concilium eccleſiaſticum in cauſa matrimonii R. Henrici cum Mathilde Lambethae celebratum. Ex Eadmer. lib. 3. Hiſt. Nov.

REX Henricus a nuptiis cum Mathilde filia Malcolmi, regis Scotorum prohibebatur, "Quod ea inter ſanctimoniales in monaſterio ab infantia nutrita et adulta, credebatur a multis in ſervitium Dei a parentibus oblata, eo quod publice viſa fuerat earum, inter quas vivebat, more velata. Quae res, dum illa jam olim dimiſſo velo a rege amaretur, cum plurimorum ora laxaret, et eos a cupitis amplexibus retardaret; ipſa [Mathildis] Anſelmum [archiepiſcopum Cantuar.] cujus in hoc nutum omnes expectabant, adiit, conſilium de negotio, et auxilium ſubmiſſa prece quaeſivit. Cui ille famam, quae ferebatur, injiciens, affirmabat nulla ſe unquam ratione in hoc declinandum, ut ſuam Deo ſponſam tollat, et eam terreno homini in matrimonium jungat. Refert illa, et penitus ſe negat oblatam; negat etiam ſe vel ſemel aliquando ſua voluntate fuiſſe velatam; et haec ſi credere aliter nolit, offert ſe judicio totius Anglorum eccleſiae probaturam, etc."

Differt Anſelmus ſententiam ferre, et cauſam judicio "Religioſarum perſonarum regni determinandam pronunciat. Statuto itaque die coeunt ad nutum illius epiſcopi abbates, nobiles quique, ac religioſi ordinis viri in villa S. Andreae de Roveceſtra, quae Lambeta vocatur, quo et ipſum praeſentis negotii tunc tenor adduxerat. Cauſa igitur juxta praeſcriptam ſeriem in medium deducta eſt. Prodeunt hinc inde idonei teſtes, verba puellae purae veritati ſubnixa proteſtantes. Accedunt iſtis archidiaconi duo, Willielmus videlicet Cantuarienſis, et Humbaldus Serberienſis, quos pater Anſelmus Wiltuniam, ubi illa fuerat educata, pro hujus rei certitudine rimanda direxerat, qui publica voce teſtati ſunt, ſe et rem a ſororibus diligentiſſime perquiſiviſſe, et nihil, quod relatae rationi obſiſteret, ab eis capere potuiſſe. Monet ergo Anſelmus, et per chriſtianam obedientiam omnibus imperat, ut nullum a veritate favor aut timor deflectat, ſed ſicuti revera cauſae Dei, quo juſte determinetur, unuſquiſque pro viribus opem ferat; Ne, quod abſit, aiens, talis judicii ſententia prodeat, cujus exemplo in ſuperventuris temporibus, vel ſua quilibet libertate non jure privetur, vel Deus his, quae ſui juris eſſe debent, injuria defraudetur. Acclamant omnes ita faciendum, et ſe non aliter facturos ſpondent.

Remoto itaque a conventu ſolo patre [Anſelmo archiep. Cant.] eccleſia Angliae, quae convenerat in unum, de proferenda ſententia tractat. Deinde illo in medium reverenter adducto, expoſitum eſt, quid de negotio communis omnium conſenſus invenerit. Ratum aiunt perſpecta re ſibi videri, et ad hoc comprobandum paratos ſe aſſerunt, nulla ſententia poſſe puellam pro cauſa ſua jure conſtringi, quin libertate corporis ſui quocunque modo legaliter velit, valeat uti. Quod licet, inquiunt, levi argumento probare poſſemus; eo tamen, cum opus non ſit, ſuperſedemus, noſtris argumentis firmiorem tenentes parem judicii hujus ſententiam a venerandae memoriae praedeceſſore veſtro, et patre, et magiſtro noſtro Lanfranco ſimili de cauſa promulgatam. Nam quando ille magnus Willielmus hanc terram primo devicit, multi ſuorum ſibi pro tanta victoria applaudentes, omniaque ſuis voluntatibus atque luxuriis obedire ac ſubdi debere autumantes, non ſolum in poſſeſſiones victorum, ſed et in ipſas matronas et virgines, ubi eis facultas aſpirabat, nefanda libidine coeperunt inſanire. Quod nonnullae praevidentes, et ſuo pudori metuentes, monaſteria virginum petivere, acceptoque velo, ſeſe inter ipſas

a ſancti-

a tanta infamia protexere. Quae clades cum poſtmodum ſedata, et pro temporis qualitate pax rebus data fuiſſet; quaeſitum ab eodem patre Lanfranco eſt, quid de his, quae tali refugio ſuam pudicitiam ſervaverunt, ipſe ſentiret; eſſentne videlicet conſtrigendae in monaſterio velum tenere, quod acceperant, nec ne? At ipſe quaeſtionem ipſam conſilio generalis concilii taliter ſolvit; ut eis pro caſtitate, quam ſe tam manifeſtae rei oſtenſione amare teſtatae fuerant, debitam magis reverentiam judicaret exhibendam, quam ullam ſervandae religionis continentiam, niſi propria illam voluntate appeterent, violenter ingerendam. Et adjunxerunt: His interfuimus, haec approbari a ſapientibus viris audivimus, et haec in praeſenti negotio valere volumus, ac roborari poſtulamus. Licet enim ſciamus cauſam illarum iſtius eſſe leviorem; dum illa ſponte, iſta coacta pari de cauſa velum portaverit; tamen ne quis nos favore cujuſvis duci exiſtimet, non ultra progedi in judicio volumus, hoc ſolo contenti, ut quod valuit in majori, valeat in minori. Tunc Anſelmus ad haec: Scitis quid monuerim, quid praeceperim, quidque polliciti ſitis. Cum igitur ſecundum quod vobis viſum eſt juſtius, in commune judicaveritis, ſicut aſſeritis, ego judicium veſtrum non abjicio, ſed eo ſecurius illud ſuſcipio, quo tanti patris auctoritate ſuffultum audio."

Illa [Mathildis] dehinc in medium ducitur, geſta comi vultu audit et amplectitur, auditum ſibi praeſtari paucis precatur. Loquens ergo obtulit ſe vel ſacramento vel alia, quam magis eligerent, eccleſiaſtica lege probaturam, ſolidae veritati ſubnixam eſſe jam definitam rationem ſuam. Quod non propterea facturam fatetur, quaſi ſibi non creditum eſſe putet, ſed ut malevolis hominibus omnem deinceps blaſphemandi occaſionem amputet. Reſpondetur nihil horum opus eſſe, quoniam ſi malus homo de malo theſauro cordis ſui protulerit mala, dicto citius opprimetur, ipſa veritate jam tantarum perſonarum aſtipulatione probata et roborata. Allocutione poſthaec et benedictione Anſelmi potita abiit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 2.	ANSELM. 8.	1100.	HENRIC. I. 1.

Epiſtola Paſchalis papae II. *epiſcopis et regi Angliae confirmans privilegia eccleſiae Cantuar.* Ex MS. Cott. Cleopatr. E. i. fol. 54.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Angliae epiſcopis, et chariſſimo filio Henrico illuſtri regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Veniente ad nos chariſſimo ac reverendiſſimo fratre noſtro Radulpho, Cantuar. archiepiſcopo, veſtram ad nos legationem miſſam per venerabilem fratrem Herbertum Norwicenſem epiſcopum novimus. Et quidem gravibus infirmitatum moleſtiis impediti, iidem fratres et coepiſcopi pervenire ad noſtram praeſentiam minime valuerunt; ſed nunciorum venerabilibus honeſtiſque perſonis pervenientibus, eorum ſcripta ſuſcepimus, in quibus et ipſorum poſtulationes et veſtrae legationis vota perſpeximus. Id enim optabatur, id poſcebatur, ne eccleſia Cantuarienſis temporibus noſtris ſua dignitate privetur, ne nos eandem dignitatem minuamus, aut minui ſinamus, qua videlicet dignitate potita eſt, ex quo a beato Gregorio per beatum Auguſtinum fundata eſt. Praeter haec literarum indicia, legati, qui ad nos miſſi ſunt, ut ſapientes ac ſtrenui viri aſſertiones ſuas prudenter, inſtanter, et efficaciter executi ſunt. Nos profecto et legatorum perſonas, et legatorum aſſertiones, et veſtrum omnium ſuggeſtiones, tanquam chariſſimorum fratrum benigne hilariterque ſuſcepimus, quia vobis in Chriſto propter Dominum placere optamus. Veſtrae igitur dilectioni notum haberi volumus, quia Cantuarienſis eccleſiae dignitatem nec imminuimus, nec imminuere deliberamus; beatum namque Gregorium, apoſtolicae ſedis pontificem, tanquam praecipuum Chriſti Domini membrum, tanquam chriſtiani populi paſtorem et doctorem, tanquam ſalutis aeternae miniſtrum, in omnibus veneramur, et rata eſſe cupimus, quae ab ejus inſtitutionibus proceſſerunt. Illam ergo dignitatem, quam ab eo per beatum Auguſtinum Cantuarienſis ſuſcepit eccleſia, et quam frater noſter ſanctae memoriae Anſelmus jure ac poſſeſſione legitima tenuiſſe cognoſcitur, nos profecto nullatenus imminuimus, ſed in eodem ſtatu eſſe Cantuarienſem eccleſiam volumus, ut auctentica ejus privilegia juſta canonum ſanctiones nullis perturbationibus violentur. Dat. Beneventi 9. cal. Aprilis.

Literae Paſchalis papae ſecundi, quibus Henricum primum, Angliae regem, monet de electo in archiepiſcopum Ebor. eccleſia ſua ſpoliato, et ut ea ſerventur jura archiepiſcopatus, quae ſancivit Gregorius papa. Ex MS. Cott. Claudius A. i. fol. 38.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Henrico, illuſtri Anglorum regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Nos auctore Deo de probitate tua non tantum bona ſed etiam meliora confidimus; idcirco monemus excellentiam tuam, ut divinae gratiae ſemper memor exiſtas, quae tibi et regni pacem et juſtitiae notitiam tribuit. Honorem igitur Dei et eccleſiarum ejus in regno tuo diligenter obſerva, et juſtitiam efficaciter exequere, quia per honorem

norem Dei tuus profectò honor augebitur. Audivimus electum Eboracenſis eccleſiae virum ſapientem et ſtrenuum ſine judicio ab Eboracenſi eccleſia ſequeſtratum, quod nimirum divinae juſtitiae, et ſanctorum patrum inſtitutionibus adverſatur. Nos quidem neque Cantuarienſem eccleſiam minui, neque Eboracenſem volumus praejudicium pati, ſed eam conſtitutionem, quae a beato Gregorio, Anglicae gentis apoſtolo, inter eaſdem eccleſias conſtituta eſt, firmam cenſemus illibatamque ſervari. Idem ergo electus, ut juſtitia exigit, ad ſuam eccleſiam omnimodis revocetur. Si quid autem quaeſtionis inter eaſdem eccleſias agitur, praeſentibus utriſque partibus in noſtra praeſentia pertractetur, ut praeſtante Deo utraque eccleſia finem ſuae juſtitiae conſequatur. Dat. Beneventi nonis Aprilis.

Paſchalis ſecundi papae epiſtola ad archiepiſcopos et clerum Angliae mittentis Anſelmum legatum in Angliam, ut ſynodales conventus celebret. Ex MS. Cott. Claudius A. i. fol. 38.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, et abbatibus per Angliam, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Licet vos religioſos prudenteſque noverimus, multa tamen inter vos correctione digna fieri non ignoramus; eccleſia enim Dei non ſolum fructuoſis palmitibus, ſed etiam infructuoſis exuberat; unde agricolis neceſſe eſt ad inutilia reſecanda falcem frequenter apponere. Haec nimirum cura ſacroſanctae Romanae eccleſiae ab ipſis apoſtolis conſuetudinem fecit ſuos per diverſas provincias apochriſiarios deſtinare, qui ad vineae dominicae curam agricolas Domini debeant ſolicitius excitare. Eapropter dilectum filium noſtrum Anſelmum, ſancti Sabae abbatem, virum utique religioſum ac ſapientem, cum praeſentibus ad vos literis deſtinamus, ut cum fraternitate veſtra ſynodales debeat celebrare conventus, et per Dei gratiam quae ſunt evellenda evellere, et quae plantanda plantare procuret. Praecipimus ergo ut eum tanquam [illegible] vicarium reverenter [illegible]tes, communicatis ſtudiis ad Domini vineam excolendam vivacitate ac ſolicitudine debita ſatagatis. Super beati Petri eleemoſyna colligenda ſegnius [illegible] egiſſe cognovimus; veſtram itaque fraternitatem monemus et praecipimus, ut eam deinceps ſtudioſius et ſine quorumlibet dolo Romanae eccleſiae tranſmittere debeatis. Dat. apud Tranſtiberim 9. cal. Junii.

Alia ejuſdem epiſtola Roffenſem epiſcopum ad ſedem Cantuarienſem [illegible] tranſlatum indignantis. Ibidem.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cantuarienſis eccleſiae filiis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Eccleſiae veſtrae legatos benigne ſuſcepimus, tanquam viros religioſos atque prudentes, ſed legatio, quam ad nos cum literis veſtris attulerunt, nobis non ingrata tantum ſed etiam gravis fuit; ſignificabatur enim Roffenſis epiſcopi ad metropolim veſtram facta tranſlatio, quod praeter ſcientiam et conniventiam noſtram praeſumi omnino non debuit, quia ſanctorum patrum decretis inhibitum prorſus agnoſcitur. Pro religione tamen et honeſtate perſonae, quae tranſlata dicitur, nos hanc praeſumptionem veſtram toleramus; ſed noſtrum ad vos legatum in proximo dirigemus, largiente Domino, qui ſuper hoc negotio quae fuerint diſponenda diſponat. Dat. Laterani 12. cal. Martii.

Literae Paſchalis II. *ſummi pontif. quibus primatum Anſelmo Cantuarienſi archiepiſcopo confirmat.* Ex MS. Cott. Fauſt. B. vi. fol. 96. b.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Anſelmo, Cantuarienſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Fraternitatis tuae poſtulationibus nos annuere tuae ſapientiae et religionis perſuadet auctoritas; quondam enim in literis ab apoſtolica tibi ſede directis, Cantuarienſis eccleſiae primatum ita tibi plenum conceſſimus, ſicut a tuis conſtat praedeceſſoribus fuiſſe poſſeſſum. Nunc autem petitionibus tuis annuentes, tam tibi, quam tuis legitimis ſucceſſoribus eundem primatum, et quicquid dignitatis ſeu poteſtatis eidem ſanctae Cantuarienſi, ſeu Dorobernenſi eccleſiae pertinere cognoſcitur, literis praeſentibus confirmamus, ſicut a temporibus beati Auguſtini praedeceſſores tuos habuiſſe apoſtolicae ſedis auctoritate conſtiterit. Dat. Laterani 16. cal. Decembris, indictione xii.

Paſchalis papae II. *epiſtola Osberno, Exon. epiſcopo, de ſepultura monachorum.* Ex MS. Cott. Veſpaſ. E. iv. fol. 208. b.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Oſberno, epiſcopo Execeſtrenſis eccleſiae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Et patrum ſanxit auctoritas, et eccleſiaſticae conſuetudinis ſtabilitas exigit, ut ſicut in clauſtris ſuis viventes religioſi monachi converſantur, ita et defunctorum corpora infra monaſteriorum ſuorum ambitum requieſcant, ut illud ex divino munere cum cordis valeant exultatione cantare " Haec requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam." Vos autem, ut audivimus, monachos ſancti Martini de bello in veſtra civitate converſantes ſepeliri infra monaſterii ſui ambitum prohibetis, et grave eſt, ut in eo loco quiſquam cum devotionis gratia converſetur, unde cadaver ſuum praevidet omnimodis propellendum. Qua de re dilectioni veſtrae praeſenti ſcripto mandamus, praecipientes et prohibentes, ne ulterius ſupradictis monachis coemeterium ad ſepeliendos ſuos interdicatis, ſed ſicut vobis per anteceſſoris noſtri beatae memoriae domini Urbani literas praeceptum eſt, concedatis. Tua, chariſſime frater Oſberne epiſcope, intereſt eiſdem fratribus coemeterium benedicere, et eorum religionem ad omnipotentis Dei ſervitium confovere. Si quis autem huic inſtitutioni contraire temptaverit, venerabili fratri et coepiſcopo Anſelmo injunximus, ut in eum tanquam ſedis apoſtolicae contemptorem apoſtolici rigoris ultionem exerceat.

Ejuſdem epiſtola Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, privilegia priſtina confirmans. Ibidem fol. 209. a.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Anſelmo, Cantuar. epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Tibi, reverendiſſime frater Anſelme, et per te ſanctae Cantuarienſi eccleſiae praeſentis decreti pagina confirmamus, quicquid parochiarum vel metropolitano vel epiſcopali jure ad eandem cognoſcitur eccleſiam pertinere. Quicquid praeterea dignitatis aut honoris poſt beati Auguſtini tempora eidem Dorobernenſi eccleſiae ſedis apoſtolicae conceſſit auctoritas, nos quoque tuae tuorum legitimorum ſucceſſorum ſtrenuitati concedimus; nimirum omnia quiete ac libere poſſidenda, quae praedeceſſor veſter Lanfrancus memoriae reverendae antiſtes occupatorum manibus erepta reſtituit, reſtituta poſſedit in eccleſiis, in villis, ſylvis, et pratis, in aquis, aquarumve diſcurſibus, in terra vel mari, ſalvis videlicet caeterorum metropolitanorum privilegiis. Pallii vero uſum ita fraternitas tua obtineat, ſicut a tuis praedeceſſoribus habitum conſtat temporibus per anni ſpatium Romanae ſedis inſtitutione diſtinctis.

Ejuſdem epiſtola Anſelmo, archiepiſcopo Cantuar. de presbyterorum filiis. Ibidem.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Anſelmo, Cantuar. epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. De preſbyterorum filiis, quid in Romana eccleſia conſtitutum ſit, fraternitatem tuam neſcire non credimus. Caeterum quia in Anglorum regno tanta hujuſmodi plenitudo eſt, ut major pene et melior clericorum pars in hac ſpecie cenſeatur, nos diſpenſationem hanc ſolicitudini tuae committimus. Eos enim, quos ſcientia et vita commendat, apud vos ad ſacra officia promoveri pro neceſſitate temporis et eccleſiae utilitate concedimus, ut tamen inpoſterum conſtitutionis eccleſiaſticae praejudicium caveatur. De perſona quoque Richardi, Elienſis abbatis, petentibus filiis noſtris Henrico rege et Willielmo de Warelwaſt permittimus, ut eum in communionem tuam praemiſſa ſatisfactione ſuſcipias, et ſi ad monaſterium regium utilis ejus perſona conſpicitur, tuae diſpenſationi committimus. Caetera etiam, quae in regno illo pro neceſſitate temporis diſpenſanda ſunt, juxta gentis barbariem, juxta eccleſiae opportunitates, ſapientiae et religionis tuae ſolicitudo diſpenſet. Dat. 3. cal. Junii.

Anſelmi, Cantuarienſis archiepiſcopi, literae Paſchali II. *papae de inveſtituris eccleſiarum.* Ibidem.

PASCHALI domino et patri reverendo, ſummo pontifici, Anſelmus, ſervus eccleſiae Cantuarienſis, debitam ſubjectionem cum orationum aſſiduitate. Non debeo tacere excellentiae veſtrae, quod per eam Dei gratia operatur in Anglia et in Normannia: rex, qui dominatur Anglis et Normannis, obedienter ſuſcipiens veſtram juſſionem, inveſtituram eccleſiarum renitentibus multis omnino deſeruit. Quod ut faceret, Robertus, comes de Mellento, et Richardus de Redveris, ut fideles veſtri et filii eccleſiae veſtris attracti monitis, vehementer inſtiterunt. Rex ipſe in perſonis eligendis nullatenus propria utitur voluntate, ſed religioſorum ſe penitus committit

mittit conſilio. De me autem quantas debeo gratias paternae benignitati veſtrae ſcribendo non ſufficio reddere, ſed eas in charta cordis mei ſcriptas lego aſſidue. Cum enim ſicut ſervi veſtri dilecti fratres noſtri Willielmus et Baldwinus retulerunt, vitae meae corruptibilis curam, ne cito deficiat, tam benigna ſolicitudine mihi gerere praecipitis, non modicum pietatis affectum magnitudinem veſtram erga parvitatem meam habere monſtratis. Omnipotens Deus vitam veſtram in omni proſperitate diu cuſtodiat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 2.	ANSELM. 8.	1101	HENRIC. I. 1

Paſchalis papae II. *epiſtola Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, de inveſtituris eccleſiarum.* Ex MS. Cott. Veſpaſ. E. iv. fol. 209. b.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Anſelmo, Cantuarienſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quod Anglici regis cor ad apoſtolicae ſedis obedientiam omnipotentis Dei dignatio inclinavit, eidem miſerationum Domino gratias agimus, in cujus manu regum corda verſantur. Hoc nimirum tuae charitatis gratia, tuarumque orationum inſtantia factum credimus, ut in hac parte populum illum, cui tua ſolicitudo praeſidet, miſeratio ſuperna reſpiceret. Quod autem et regi et hiis, qui obnoxii videntur, adeo condeſcendimus, eo affectu et compaſſione factum noveris, ut eos, qui jacebant, erigere valeamus: qui enim ſtans jacenti ad ſullevandum manum porrigit, nunquam jacentem eriget, niſi et ipſe curvetur. Caeterum quamvis caſui propinquare inclinatio videatur, ſtatum tamen rectitudinis non amittit. Te autem, frater in Chriſto venerabilis et chariſſime, ab illa prohibitione, ſive, ut tu credis, excommunicatione abſolvimus, quam ab anteceſſore noſtro ſanctae memoriae Urbano papa adverſus inveſtituras aut hominia factam intelligis. Tu vero eos, qui inveſtituras acceperunt, aut inveſtitos benedixerunt, aut hominia fecerunt, cum ea ſatisfactione, quam tibi per communes legatos Willielmum et Baldwinum, viros fideles ac veridicos ſignificamus, Domino cooperante ſuſcipito, et eos vice noſtrae auctoritatis abſolvito, quos vel ipſe benedicas, vel a quibus volueris benedici praecipias, niſi aliud in aliis forte reperies, propter quod a ſacris ſint honoribus repellendi. Caeterum Elienſi abbati tuae communionis conſortium ſubtrahes, quamdiu abbatiam retinere praeſumpſerit, quam contempto noſtri oris, quod praeſens audierat, interdicto per repetitam inveſtituram praeſumpſit invadere. Si qui vero deinceps praeter inveſtituras eccleſiarum praelationes aſſumpſerint, etiamſi regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc a benedictionis munere arceantur, donec per omnipotentis Dei gratiam ad hoc omittendum cor regium tuae praedicationis imbribus molliatur. Praeterea ſuper epiſcopis, qui falſum, ut noſti, a nobis rumorem retulerunt, cor noſtrum vehementius aggravatur, quia non ſolum nos laeſerunt, ſed multorum ſimplicium animas deceperunt, et regem adverſus charitatem ſedis apoſtolicae impulerunt. Unde et inultum eorum flagitium, Domino cooperante, non patimur. Veruntamen quia filii noſtri regis inſtantia pro eis nos pulſat attentius, etiam ipſis communionis tuae participium non negabis, donec veniendi ad nos praeceptum accipiant. Sane regem et ejus conjugem ac proceres illos, qui pro hoc negotio cum rege ex praecepto noſtro laboraverunt, et laborare nitentur, quorum nomina ex ſupradicti Willielmi ſuggeſtione cognoſces, juxta ſponſionem noſtram a poenitentiis ſuis et peccatis abſolves. Igitur quandoquidem omnipotens Dominus tantum nos in Angliae regno ad ſuum et eccleſiae ſuae honorem in hac praeſtitit correctione proficere, ea deinceps manſuetudine, diſpenſatione, ſapientia, proviſione circa regem et principes tua fraternitas ſatagat, ut quae minus adhuc correcta ſunt, auxiliante Domino Deo noſtro, per tuae ſolicitudinis ſtudium corrigantur. Qua in re ita dilectioni tuae noſtrum ſentias adeſſe praeſidium, ut quae ſolveris abſolvamus, quae ligaveris alligemus. Rotomagenſis epiſcopi cauſam, et interdictum in eum juſtitia dictante prolatum, tuae deliberationi commiſimus; quod ei indulgeris, indulgemus. Fraternitatem tuam ſuperna dignatio per tempora longa conſervet incolumem. Dat. 10. cal. Aprilis.

Paſchalis papae II. *literae Anſelmum, archiepiſcopum Cantuar. ad obeundum munus ſuum exhortans.* Ex MS. Cott. Cleopatr. E. i. fol. 52.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri et coepiſcopo Anſelmo, Cantuariorum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Non ignoras divinae voluntatis eſſe conſilium, ut religio tua in Anglici regni regione praeſideat. Cum enim perverſi regis odia declinans receſſum elegiſſes, et procul ab Anglicis tumultibus tecum habitans Deo viveres, de perverſo rege ſua omnipotens Deus judicia perpetravit. Te autem totius populi poſtulatione vehementi, et novi regis devotione mirabili ad cathedram, quam pro Deo dimiſeras, revocavit. Deo autem gratias, quia in te ſemper epiſcopalis auctoritas perſeverat, et inter barbaros poſitus non tyrannorum violentia, non petentum gratia, non incenſione ignis, non effoſſione manus, a veritatis annunciatione deſiſtis. Rogamus itaque, ut quod agis, agas, quod loqueris, perloquaris. Non enim deficiet ſermonum noſtrorum opumque principium, qui in principio erat verbum; neque nos in ipſo deficiemus, qui eſt Dei virtus, et Dei ſapientia. Eundem enim cum patribus

tribus noſtris ſpiritum habentes, credimus, propter quod et loquimur; et verbum quidem Dei non eſt alligatum; nos autem humiliamur nimis. Caeterum in hac humiliatione cum Deo mente excedimus, in ejus veritate mendacia hominum intuemur. Qua de re in ſynodo nuper apud Lateranenſe conſiſtorium celebrata, patrum noſtrorum decreta renovavimus, ſancientes, et interdicentes, ne quiſquam omnino clericus hominium laico faciat, aut de manu laici eccleſias, vel eccleſiaſtica dona ſuſcipiat. Haec eſt enim ſimoniacae pravitatis radix, dum ad percipiendos honores eccleſiae ſecularibus perſonis inſipientes homines placere deſiderant. Idcirco ſanctorum conciliorum reverenda majeſtas ſecularium principum poteſtatem ab eccleſiaſticis electionibus decrevit arcendam, ut ſicut per ſolum Chriſtum prima in baptiſmo eccleſiae janua, ultima in morte vitae aperitur aeternae; ita per ſolum Chriſtum ovilis Chriſti oſtiarius ſtatuatur, per quem Chriſti ovibus non pro mercedibus ovium, ſed pro Chriſto ingreſſus et egreſſus ad vitam procuretur aeternam. Haec, frater chariſſime, prolixiori poſſent et oratione et ratione tractari; ſed ſapientiae tuae pauca ſuggeſſiſſe ſatis eſt, quae et orationibus divinis abundat, et eccleſiaſticis eſt rationibus aſſueta. Haec ita doceas, ſicut tuo ſcis primatui expedire. Quem profecto ita fraternitati tuae plenum et integrum confirmamus, ſicut a tuis conſtat praedeceſſoribus fuiſſe poſſeſſum; hoc perſonaliter adjicientes, ut quamdiu regno illi religionem tuam divina miſericordia conſervaverit, nullius unquam legati, ſed noſtro tantum debeas ſubeſſe judicio. Dat. Laterani 17. cal. Maii.

Papae Rom.	Archiep Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 2.	ANSELM. 8.	1100.	HENRIC. I. 1.

Paſchalis II. *papae epiſtola Anſelmo, Cantuar. archiep. de injuriis eccleſiae Cantuar. illatis, et de excommunicatione in comitem de Mellento et complices promulgata.* Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. iv. pag. 79.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Cantuarienſi archiepiſcopo, Anſelmo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. De illata tibi injuria membra eccleſiae non modicum patiuntur, quia, ſicut dicit apoſtolus: "Si compatitur unum membrum, compatiuntur et caetera membra." Licet enim corporali ſeparemur praeſentia, unum tamen in capite ſumus. Tuas namque injurias ac repulſas, aeque ac noſtras, portamus. Illud etiam nos vehementer affligit, quod tua religio regno ſublata eſt Anglico. Quae enim ſunt ſine paſtore oves, lupus rapit et diſpergit. Idcirco de tua ad eos reverſione modis, quibus poſſumus, laboramus. Unde in concilio nuper habito, ex communi fratrum et coepiſcoporum ſententia deliberatum eſt, et regis conſiliarios, qui ad inveſtiturae flagitium illum impellunt, et eos, qui ab eo inveſtiti ſunt, ab eccleſiae liminibus repellendos, quia de libera facere conantur ancillam. Quam nimirum ſententiam nos Sancti Spiritus judicio in comitem de Mellento, et ejus complices promulgavimus, et eandem ipſam in eos, qui ſunt inveſtiti a rege, ejuſdem Sancti Spiritus judicio confirmamus. Regis vero ſententia ea ex cauſa dilata eſt, quia ſuos ad nos nuncios in praeteritae Paſchae tempore debuit deſtinare. Dat. Lateranis 7. cal. Aprilis.

Paſchalis II. *papae epiſtola Anſelmo, archiepiſcopo Cantuar. de ſimonia, et cauſa epiſcopi Gualenſis.* Ibid. l. iii. p. *66*.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Adverſus illam venenoſam ſimoniacae pravitatis radicem, eccleſiarum videlicet inveſtituram, quam valide, quam robuſte, quam ſevere patres noſtri praeteritis temporibus obviaverint, ſapientiae tuae ſatis eſt manifeſtum. Reverendae in Chriſto memoriae praedeceſſoris noſtri domini Urbani tempore apud Barum, collecto venerabilium epiſcoporum et abbatum ex diverſis partibus concilio, in quo tua religio et noſipſi interfuimus, ſicut qui nobiſcum aderant, reminiſcuntur in eandem peſtem excommunicationis eſt prolata ſententia. Et nos eundem cum patribus noſtris ſpiritum habentes, idem ſapimus, et eadem teſtamur. De ſacerdotum et Levitarum filiis dudum nos tibi ſcripſiſſe reminiſceris. Porro ſi promoti fuerint inventi, et ſpe promotionis adempta, in eo, quo reperti ſunt, ordine manere voluerint, quia illa eis macula non ex proprii culpa reatus inhaeſit, non videtur, ſi alias digni fuerint, in eos depoſitionis ſententiam dari, ut ſe iterum negotiis implicent ſecularibus, cum in eis ordinationis tempore propriae voluntatis arbitrium non remanſerit. Gualenſis epiſcopi cauſam ſacris omnino canonibus obviare non neſcis. Caeterum quia inter barbaros barbarice et ſtolide promotus eſt, in tuae fraternitatis arbitrio ponimus; ſic tamen ut de caetero in ea regione hujuſmodi non praeſumatur animadverſio. Quod ſuper ejuſdem epiſcopi negotio, et aliis rebus per fideles nuncios dirigimus, tanquam ex noſtro ore audias. Munera, quae beato Petro miſiſti, recepimus cum gratiarum actione, unde ab illo, qui omnium bonorum eſt retributor, mercedem recipias. Dat. Beneventi 2. id. Decembris.

Paſchalis

2

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 2.	ANSELM. 8.	[illegible]	HENRIC. I. [illegible]

Paſchalis papae II. *epiſtola Anſelmo, Cantuar. archiepiſcopo, de inveſtituris e manibus laicorum auferendis.* Ex Eadm. Hiſt. Nov. lib. iii. f. 71.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Anſelmo, Cantuarienſi venerabili fratri et coepiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Suaviſſimas dilectionis tuae ſuſcepimus literas, charitatis calamo ſcriptas. Neque enim aliud chartae calamus indidit, quam quod de fonte charitatis intinxit. In his reverentiam devotionis tuae complectimur, et perpendentes fidei tuae robur, et piae ſolicitudinis inſtantiam, exultamus, quia, gratia Dei tibi praeſtante auxilium, te nec minae concutiunt, nec promiſſa ſuſtollunt. Dolemus autem, quia cum fratres noſtros epiſcopos, legatos regis Anglorum, benigne ſuſcepiſſemus, quae nec diximus eis, nec cogitavimus, redeuntes ad propria, retulerunt. Audivimus enim eos dixiſſe, quodſi rex in aliis bene ageret; nos inveſtituras eccleſiarum nec prohibere nec factas excommunicare, et quod ideo volebamus chartae committere, ne ſub hac occaſione et caeteri principes in nos inclamarent. Unde Jeſum, qui renes et corda ſcrutatur, in animam noſtram teſtem inducimus, ſi ex quo hujus ſanctae ſedis curam coepimus gerere, hoc immane ſcelus vel deſcendit in mentem. Et hoc Deus avertat a nobis ut eſt, et non ſurrependo inficiat nos, ut aliud habeamus ore promptum, aliud corde reconditum; cum contra mendaces propheta imprecetur, dicens: "Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa." Si vero noſtro ſilentio pateremur eccleſiam felle amaritudinis et impietatis radice pollui, qua ratione poſſemus apud internum judicem excuſari, cum Dominus ſub ſpecie ſacerdotum dicat prophetae, "Speculatorem te dedi, domus Iſrael?" Non bene cuſtodit urbem, qui in ſpecula poſitus, dum non obſiſtit, eam hoſtibus diripiendam exponit. Si ergo virgam paſtoralitatis ſignum, ſi annulum ſignaculum fidei tradit laica manus, quid in eccleſia pontifices agunt? eccleſiae honor atteritur, ſolvitur diſciplinae vigor, et omnis religio chriſtiana conculcatur, ſi, quod novimus, ſacerdotibus ſolis deberi laica patiamur temeritate praeſumi. Non eſt laicorum eccleſiam tradere, nec filiorum matrem adulterio maculare. Jure ergo privandus eſt patrimonio, qui matrem polluit adulterio, nec meretur eccleſiaſticae benedictionis conſortium, qui eam impia infeſtatione inſequitur. Laicorum enim eſt eccleſiam tueri, non tradere. Ozias quidem, cum illicitum ſibi ſacerdotium vendicaret, lepra percuſſus eſt. Filii quoque Aaron, quia alienum ignem impoſuerunt, igne divino conſumpti ſunt. Alienum eſt ab eccleſia, et a ſacris canonibus eſt inhibitum, ne principes et ſeculares viri inveſtituras non ſolum [illegible]re, ſed nec electioni epiſcoporum ſe audeant violenter inſerere. In ſeptima quippe ſynodo, [illegible] ſcriptum eſt: "Sancta et univerſalis ſynodus definivit neminem laicorum principum, potentumve ſemet inſerere electioni epiſcoporum, vel promotioni eorum." Si ergo filii Aaron, quia ignem alienum intulerunt, corporaliter puniti ſunt; iſti, qui a laicis, a quibus alienum eſt, eccleſiam ſuſceperunt, ſpirituali gladio feriuntur. Epiſcopos autem, qui veritatem in mendacio invocarunt, ipſa veritate, quae Deus eſt, in medium introducta a beati Petri gratia, et a noſtra ſocietate excludimus, donec Romanae eccleſiae ſatisfaciant, et reatus ſui pondus agnoſcant. Quicunque vero intra praedictas inducias inveſtituram ſeu conſecrationem acceperunt, a conſortio fratrum et ordinatores et ordinatos alienos habemus, nec eis ad excuſationem deceptio ſufficit, quia et propheta ab alio propheta deceptus, nec ideo mortem evaſit. Rogamus interea charitatem tuam nos tuis ſanctis precibus commendari, ut quanto propius ad Deum paſſibus virtutum acceleras, nobis orationum tuarum manus extendas. Omnipotens Deus, qui te ad hujus ſtadii curſum invitavit, felici conſummatione perducat ad praemium. Dat. 2. id. Decembris apud Beneventum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 3.	ANSELM. 9.	[illegible]	HENRIC. I. 2.

Concilium Windeſhorenſe, chartam fundationis eccleſ. Norwic. confirmans. Ex reg. prior. Norwic. I. fol. 19.

HERBERTUS, epiſcopus Norwic. cum tempus opportunum accidiſſet, ad parliamentum domini regis, ubi archiepiſcopi, abbates, priores Angliae, et magnates convenerant, accedens, de conſenſu regis et reginae, B. Anſelmi, tunc Cant. archiepiſcopi, epiſcoporum, abbatum, et magnatum, fecit chartam de fundatione et dedicatione Norwic. eccleſiae, cum ſolennitate quâ decebat, cui conſenſum et aſſenſum adhibentes, ſubſcripſerunt apud Windſhores, menſe Septembri MCI. rex et Matilda regina; archiepiſcopi Cant. et Ebor. epiſcopi octo, praeter Tuſculenſem epiſcopum, papae legatum, xi. comites et magnates, vii. abbates, iv. clerici.

Concilium Londinenſe. Ex Will. Malmeſb. et Eadmero.

SPELMANNUS ex Florentio Wigornienſi, Will. Malmeſburio, et Binio ſynodum duoque concilia Londinenſia cum adjunctis conſtitutionibus et capitulis ejuſdem anni exhibet; quae omnia unum concilium actaque ejus conſtituiſſe Coſſartius in conciliis ſuis contendit. Cujus veſtigia prementes, notulaſque ejus adjicientes, ſequenti concilium Londinenſe modo deſcribimus.

Binius duo fingit hoc anno concilia Londinenſia; alteri depoſitionem abbatum quinque et aliorum clericorum incontinentium tribuit, alteri decreta multa ad eccleſiae reformationem. Uno tamen haec omnia Londinenſi concilio perfecta ſunt, ut conſtat ex ipſo, quem adducit Binius, Willelmo Malmeſburienſi, multoque magis ex Eadmero, S. Anſelmi diſcipulo, et perpetuo comite, ac convictore, qui profitetur ita concilium a ſe tradi, ut ab Anſelmo ipſo deſcriptum accepit. Eum vero ſequamur auctorem, et Londinenſe anni MCII. concilium iiſdem, quibus ipſe, verbis deſcribamus. Eadem prope ſunt Willelmi Malmeſburienſis, qui ab Eadmero ea mutuatus eſt.

" Per idem tempus (inquit Eadmerus Hiſt. Nov. lib. iii. p. 67. ſeqq.) celebratum eſt generale concilium epiſc. et abbatum totius regni in eccleſia B. Petri apoſtolorum principis, quae in occidentali parte Lundoniae ſita eſt. Cui concilio praeſedit Anſelmus, archiepiſc. Dorobernenſis, conſidentibus ſecum archiep. Eboracenſi, Gerardo, Mauritio, epiſc. Lundonenſi, Willelmo, electo epiſcopo Wintonienſi, Roberto, epiſc. Lincolnienſi, Samſone Wigornenſi, Roberto Ceſtrenſi, Johanne Bathonienſi, Herberto Norwicenſi, Radulpho Ciceſtrenſi, Gundulfo Roffenſi, Hervaeo Bangorenſi, et duobus noviter inveſtitis, Rogerio ſcilicet Serberienſi, et Rogerio Herefordenſi. Oſbernus autem Exonienſis infirmitate detentus, intereſſe non potuit. In hoc concilio multa eccleſiaſticae diſciplinae neceſſaria ſervari Anſelmus inſtituit, quae poſtmodum ſedis apoſtolicae pontifex ſua auctoritate confirmavit. Cujus concilii ſeriem, ſicut ab eodem patre Anſelmo deſcripta eſt, huic operi inſerere non incongruum exiſtimavimus. Scribit itaque ſic:

Anno dominicae incarnationis MCII. quarto autem praeſulatus Paſchalis ſummi pontificis, tertio regni Henrici, glorioſi regis Anglorum, ipſo annuente celebratum eſt concilium in eccleſia beati Petri, in occidentali parte juxta Lundoniam ſita; communi conſenſu epiſcoporum, et abbatum, et principum totius regni. In quo praeſedit Anſelmus, archiepiſcopus Dorobernenſis, et primas totius Britanniae, conſidentibus venerabilibus viris Gerardo, Eboracenſi archiepiſcopo, Mauritio, Lundonienſi epiſcopo, Willielmo, Wintoniae electo epiſcopo, aliiſque, tam epiſcopis quam abbatibus. Huic conventui affuerunt, Anſelmo archiepiſcopo petente a rege, primates regni; quatenus, quicquid ejuſdem concilii auctoritate decerneretur, utriuſque ordinis concordi cura et ſolicitudine tutum ſervaretur. Sic enim neceſſe erat, quum multis retro annis ſynodali cultura ceſſante, vitiorum vepribus ſucceſcentibus, chriſtianae religionis fervor in Anglia nimis refrixerat.

Primum itaque ex auctoritate ſanctorum patrum ſimoniacae haereſis ſurreptio in eodem concilio damnata eſt. In qua culpa inventi, depoſiti ſunt Guido, abbas de Perſcor, et Wimundus de Taveſtoch, et Ealdwinus de Rameſeia, et alii nondum ſacrati, remoti ab abbatiis; ſcilicet Godricus de Burgo, Haymo de Cernel, Egelricus de Middeltune. Abſque ſimonia vero remoti ſunt ab abbatiis, pro ſua quiſque cauſa, Richardus de Heli, et Robertus de ſancto Edmundo, et qui erat apud Micelenei.

II. Statutum quoque eſt, ne epiſcopi ſecularium placitorum officium ſuſcipiant; et ut non ſicut laici, ſed ut religioſas perſonas decet, ordinatas veſtes habeant; et ut ſemper et ubique honeſtas perſonas teſtes habeant ſuae converſationis.

III. Ut etiam archidiaconatus non dentur ad firmam.

IV. Ut archidiaconi ſint diaconi.

V. Ut nullus archidiaconus, preſbyter, diaconus, canonicus uxorem ducat, vel ductam retineat. Subdiaconus vero quilibet, qui canonicus non eſt, ſi poſt profeſſionem caſtitatis uxorem duxerit, eadem regula conſtringatur.

VI. Ut preſbyter quamdiu illicitam converſationem mulieris habuerit, non ſit legalis, nec miſſam celebret; nec ſi celebraverit, ejus miſſa audiatur.

VII. Ut nullus ad ſubdiaconatum, aut ſupra, ordinetur ſine profeſſione caſtitatis.

VIII. Ut filii preſbyterorum non ſint haeredes eccleſiarum patrum ſuorum.

IX. Ne quilibet clerici ſint ſecularium praepoſiti, vel procuratores, aut judices ſanguinis.

X. Ut preſbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant.

XI. Ut veſtes clericorum ſint unius coloris, et calceamenta ordinata.

XII. Ut monachi vel clerici, qui ordinem ſuum abjecerunt, aut redeant, aut excommunicentur.

XIII. Ut clerici patentes coronas habeant.

XIV. Ut decimae non niſi eccleſiis dentur.

XV. Ne eccleſiae aut praebendae emantur.

XVI. Ne novae capellae fiant ſine conſenſu epiſcopi.

XVII. Ne eccleſia ſacretur, donec provideantur neceſſaria et preſbytero et eccleſiae.

XVIII. Ne abbates faciant milites, et ut in eadem domo cum monachis ſuis manducent et dormiant, niſi neceſſitate aliqua prohibente.

XIX. Ne monachi poenitentiam cuivis injungant, ſine permiſſu abbatis ſui, et quod abbates eis licentiam de hoc dare non poſſunt, niſi de eis, quorum animarum curam gerunt.

XX. Ne

XX. Ne monachi compatres, vel monachae commatres fiant.

XXI. Ne monachi teneant villas ad firmam.

XXII. Ne monachi eccleſias niſi per epiſcopos accipiant, neque ſibi datas ita expolient ſuis reditibus, ut preſbyteri ibi ſervientes, in hiis, quae ſibi et eccleſiis neceſſaria ſunt, penuriam patiantur.

XXIII. Ut fides inter virum et mulierem, occulte et ſine teſtibus de conjugio data, ſi ab alterutro negata fuerit, irrita habeatur.

XXIV. Ut criniti ſic tondeantur, ut pars aurium appareat, et oculi non tegantur.

XXV. Ne cognati uſque ad ſeptimam generationem ad conjugium copulentur, vel copulati ſimul permaneant. Et ſi quis hujus inceſtus conſcius fuerit, et non oſtenderit, ejuſdem criminis ſe participem eſſe cognoſcat.

XXVI. Ne corpora defunctorum extra parochiam ſuam ſepelienda portentur, ut preſbyter parochiae perdat, quod inde illi juſte debetur.

XXVII. Ne quis temeraria novitate corporibus mortuorum, aut fontibus, aut aliis rebus, quod contigiſſe cognovimus, ſine epiſcopali auctoritate reverentiam ſanctitatis exhibeat.

XXVIII. Ne quis illud nefarium negotium, quo hactenus homines in Anglia ſolebant velut bruta animalia venundari, deinceps ullatenus facere praeſumat.

XXIX. Sodomiticum flagitium facientes, et eos in hoc voluntarie juvantes, in hoc eodem concilio gravi anathemate damnati ſunt; donec poenitentia et confeſſione abſolutionem mereantur. Qui vero hoc crimine publicatus fuerit; ſtatutum eſt, ſi quidem fuerit perſona religioſi ordinis, ut ad nullum amplius gradum promoveatur; et ſi quem habet, ab illo deponatur. Si autem laicus, ut in toto regno Angliae legali ſuae conditionis dignitate privetur. Et ne hujus criminis abſolutionem hiis, qui ſe ſub regula vivere non voverunt, aliquis niſi epiſcopus facere praeſumat.

XXX. Statutum quoque eſt, ut per totam Angliam in omnibus dominicis diebus excommunicatio praefata renovetur.

Et hic quidem Londonienſis concilii textus eſt (pergit Eadmerus) qui poſt non multos inſtitutionis ſuae dies multos ſui tranſgreſſores in omni hominum genere fecit. Sane quod ultimum, de renovanda excommunicatione dominicis diebus ſtatutum fuit; ipſemet Anſelmus rationabili diſpenſatione uſus, poſtponi conceſſit. Finito concilio, Anſelmus Lundonia diſceſſit. Hactenus Eadmerus.

Hujus concilii plures alii meminerunt: inter quos Florentius Wigornienſis in Chronico ad ann. MCII. “ Poſt haec,” inquit, “ in feſtivitate ſancti Michaelis rex [Henricus primus] fuit Lundoniae apud Weſtmonaſterium, et cum eo omnes principes regni ſui, eccleſiaſtici et ſecularis ordinis; ubi duos de clericis duobus epiſcopatibus inveſtivit; Rogerum videlicet, cancellarium, epiſcopatu Searesbirienſi, et Rogerum, larderarium ſuum, pontificatu Herefordenſi. Ubi etiam Anſelmus archiepiſcopus tenuit magnum concilium de his, quae ad chriſtianitatem pertinent, conſedentibus ſecum archiepiſcopo Eboracenſi, Gerardo, Mauricio Londonienſi, Guilielmo, electo epiſcopo Wintonienſi, Roberto Lincolnienſi, Samſone Wigornenſi, Roberto Ceſtrenſi, Johanne Bathonienſi, Hereberto Norwicenſi, Radulpho Ciceſtrenſi, Gundulpho Roffenſi, Hervaeo Bangorenſi, et duobus inveſtitis Rogero et Rogero. Oſbernus autem, epiſcopus Exonienſis, infirmitate detentus, intereſſe non potuit. In hoc concilio plures abbates Francigeni et Angli ſunt depoſiti, et honoribus privati, quos injuſte acquiſierunt, aut in eis inhoneſte vixerunt; ſcilicet Guido Perſorenſis, Aldwinus Rameſienſis, Wimundus Taveſtokenſis, Haimo de Cernel, et ille de Micelenecia, Aegelricus de Middeltuna, Godricus de Burgo, Richardus de Heli, Robertus de S. Eadmundo.

Radulphus vero Niger ad annum eundem: Anſelmus, inquit, archiepiſcopus poſt mortem Guillelmi Rufi reverſus de exilio, tenuit concilium cum omnibus Angliae epiſcopis; ac plures abbates, tam Francigenos quam Anglos, quia inhoneſte ſe habuerant, degradavit; cunctiſque prohibuit preſbyteris ulterius uxores habere.

“ G. C. Geſta autem integra hujus concilii non habemus, ſed eorum duntaxat breviaria. Quod ex Anſelmi ad Willelmum archiepiſcopum epiſtola, certo diſcimus. Ait enim Anſelmus, “ De hiis qui tonderi nolunt, dictum eſt, ut eccleſiam non intrent; non tamen praeceptum eſt, ut ſi ingrederentur, ceſſarent ſacerdotes, ſed tantum annuncient illis, qui contra Deum et ad damnationem ſuam ingrediuntur.” Quae in canonibus non ſunt. Neque enim in viceſimo tertio, ubi praeſcribitur tondendorum laicorum modus, prohibentur ii, qui non parebunt, eccleſiae aditu; neque vox eſt ulla, quae ſacerdotibus imperet, ut eos admoneant officii.”

Illam autem Anſelmi epiſtolam, quia nonnulla hujus concilii decreta explicat, operae pretium erit hic deſcribere.

ANSELMUS archiepiſcopus Willelmo archiepiſcopo dilecto ſuo ſalutem et benedictionem.

Sententias capitulorum concilii expoſitas nolo vobis aut alicui ad praeſens mittere, quia quando in ipſo concilio expoſitae ſunt, non potuerunt ad plenum et perfecte recitari, propterea quia ſubito ſine praemeditatione, nec competenti tractatione, ſicut oportuerat, ſunt prolatae. Unde quaedam videntur addenda, et forſitan quaedam mutanda, quod non niſi communi conſenſu coepiſcoporum noſtrorum nolo facere. Volo ergo eas dictare, et prius eiſdem epiſcopis oſtendere, cum primo convenerimus, quam per eccleſias Angliae dictatae et expoſitae mittantur. Nomina tamen rerum, de quibus ibi locuti ſumus, vobis mittimus, ut ſecundum quod recordari poteritis, nos de illis decreviſſe faciatis. De illis, qui ante excommunicationem vel poſt excommunicationem, neſcientes eam factam, Sodomitico peccato peccaverunt, par et ſimul erit ſententia, ſi confitentes poenitentiam petierint; quam ſecundum veſtram diſcretionem dabitis, conſiderantes aetatem, peccati diuturnitatem, et utrum habeant uxores, annon; et ſecundum quod videatis eos poenitere, et

dein-

deinceps integram correctionem promittere. Conſiderandum etiam eſt, quia hactenus ita fuit publicum hoc peccatum, ut vix aliquis pro eo erubeſceret, et ideo multi magnitudinem ejus neſcientes, in illud ſe praecipitabant. Illi vero, qui poſt excommunicationem cognitam ſe peccato contaminaverunt, graviori ſunt mulctandi poenitentia. Quam etiam in veſtra diſcretione ſecundum praedictas cauſas ponimus. De hiis, qui tonderi nolunt, dictum eſt, ut eccleſiam non ingrederentur; non tamen praeceptum eſt, ut, ſi ingrederentur, ceſſarent ſacerdotes; ſed tantum annunciarent illis; quia contra Deum et ad damnationem ſuam ingrediuntur. De calceamentis laicorum nihil decrevimus, ſed tantum clericorum. De archidiaconibus et canonicis, qui uxores ſuas derelictas extra domos ſuas in maneriis ſuis ponunt; exiſtimo interim, donec aliud ſtatuatur, tolerandum, ſi certam promiſſionem fecerint, ſe nullam converſationem cum illis habituros, nec ſine legitimis teſtibus locuturos. De preſbyteris, qui timore non audent foeminas ſuas relinquere, quod ſtatutum eſt concilio, ſervabitur; quia quamdiu eas aliqua occaſione tenebunt, nec miſſas celebrabunt, nec legales erunt, ſed tantum uſque ad initium Quadrageſimae, ſi habuerint, qui pro illis caſte in eccleſiis ſerviant, beneficiis eccleſiae non privabuntur. Illos autem, qui preſbyteros propinquas ſuas dimittere prohibent, ſicut eos, qui contra Deum et contra chriſtianitatem agunt, arguite, et totum peccatum fornicationis preſbyterorum illis imputandum oſtendite; et noſtram, et omnium coepiſcoporum noſtrorum excommunicationem promittite.

" G. Coſſar. quod ait media epiſtola de his, qui tonderi nolunt, intelligo non de clericis, qui canone xii. jubentur patentes coronas habere; ſed de laicis, qui can. xxii. jubentur ſic tonderi, " Ut pars aurium appareat." De iiſdem loquitur can. vi. concilii Rotomagenſis anno MXCVI. " Nullus homo, inquit, comam nutriat, ſed ſit tonſus; alioquin excommunicetur." H. I.

Anſelmus in feſto Michaelis (Angelocratorem pag. 69. audis) in concilio Londonienſi prohibuit primum uxores ſacerdotibus in Anglia. Sequenti anno innumerabiles Sodomitas invenit, et propterea quaedam ſtatuta edidit ad Pauli fanum. H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 5.	ANSELM. 11.	1103.	HENRIC. I. 4.

Concilium Londinenſe ſuper eccleſiarum inveſtituris. Ex R. Hoved. Annal. p. 470. parte priori.

ANNO MCIII. magna diſcordia facta eſt inter regem Henricum et Anſelmum archiepiſcopum, eo quod archiepiſcopus nollet conſentire, ut rex daret inveſtituras eccleſiarum, neque communicare iis, quibus rex jam dederat eccleſias; quia apoſtolicus ſibi, et omnibus hoc interdixerat. Unde rex praecepit Gerardo, archiepiſcopo Eboracenſi, ut conſecraret epiſcopos, quibus ipſe rex dederat inveſtituras; ſcilicet Willielmum Giffardum, et Rogerum, qui fuerat capellanus ejus, cui jam dederat Saleſbirienſem eccleſiam. Gerardus praeceptum regis ſuſcepit, ſed Willielmus Giffardus cauſa juſtitiae illud, et benedictionem Gerardi archiepiſcopi ſprevit, unde regis judicio omnibus exſpoliatus, eliminatur a regno; caeteri vero inconſecrati remanſerunt. Reinelmus autem paulo ante epiſcopatum Herefordenſem regi reddidit, quia intellexit ſe Deum offendiſſe in hoc, quod de manu laici alicujus inveſtituram eccleſiae ſuſcepiſſet.

Gerardi, Ebor. archiepiſcopi, et aliorum epiſcoporum epiſtola Anſelmo, Cantuar. archiep. de damnis eccleſiae querens et reditum ejus in Angliam exoptans. Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. iv. p. 84.

PATRI dilectiſſimo Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, Gerardus, Eboracenſis archiepiſcopus, * et Robertus Ceſtrenſis, et Herbertus Norwicenſis, et Radulphus Ciceſtrenſis, et Samſon Wigornenſis epiſcopi, et Willielmus, Wintonienſis electus, ſalutem. Suſtinuimus pacem, et ipſa longius receſſit; quaeſivimus bona, et invaluit turbatio. Viae Sion lugent, quia eas conculcant incircumciſi. Templum moeret, quia intra ſancta ſanctorum et ad ipſam aram irruperunt laici. Exſurge, ut olim, ſenex ille Mathathias; habes in filiis tuis virtutem Judae, ſtrenuitatem Jonathae, prudentiam Simonis. Hii tecum praeliabuntur praelium Domini, et ſi ante nos appoſitus fueris ad patres tuos, de manu tua ſuſcipiemus haereditatem laboris tui. Sed jam non eſt tibi pigritandum. Ut quid enim peregrinaris, et oves tuae ſine paſtore pereunt? Jam apud Deum nulla tibi remanet excuſatio. Te enim non ſolum ſubſequi, ſed et praeire, ſi juſſeris, parati ſumus. Veni ergo ad nos, veni cito, vel nos, aut ex nobis aliquos ad te venire jube, ne dum ſejuncti a te ſumus, in ſiniſtram te partem inclinent eorum conſilia, qui ſua quaerunt. Nos enim jam in hac cauſa non quae noſtra, ſed quae Dei ſunt, quaerimus.

* Fuit hic Robertus de Limeſey, epiſcopus Lichefeldenſis, qui ſedem ſuam e Ceſtria ad Coventriam A. MCII. April. 18. amovit; qui ex loco ſedis Ceſtrenſis vocatur.

Reſcriptum

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 5.	ANSELM. II.	1103	HENRIC. I. 4.

Reſcriptum Anſelmi, archiepiſcopi Cant. ad literas praecedentes. Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. iv. p. 84.

ANSELMUS, archiepiſcopus Cantuarienſis, amicis ſuis et coepiſcopis, quorum literas ſuſcepit, ſalutem. Condoleo et mente compatior tribulationibus, quas vos et eccleſia Angliae ſuſtinetis; ſed ad praeſens ſecundum meam et veſtram voluntatem ſubvenire nequeo, quia nondum quid, et quantum confidere poſſim, ſum certus, donec per legatos noſtros, quos in proximo Roma redituros expecto, quid apud dominum papam effecerint, cognoſcam. Bonum tamen eſt, et gratum mihi, quia tandem cognoſcitis, ad quid vos perduxit, ut mitius dicam, veſtra patientia, et quia promittitis mihi auxilium veſtrum, non in mea ſed in Dei cauſa, et invitatis me non pigriter venire ad vos. Quamvis enim hoc modo facere non poſſim, quia rex non vult me eſſe in Anglia adhuc niſi diſcordem a juſſione papae, et ejus concordem voluntati; et ego nondum certus ſim quid poſſim, ſicut dixi; tamen gaudeo pro veſtra bona voluntate, et epiſcopali conſtantia, quam promittitis, et exhortatione, quam mihi facitis. Ut autem aliquos ex vobis ad me venire faciam, ſicut poſſitis, ne, dum ſejuncti ſumus abinvicem, pervertant conſilium meum, qui ſua quaerunt, ad praeſens non opinor oportere. Spero enim in Deo, quia nullus cor meum a veritate, in quantum cognoſcam, poterit avertere, et quia in proximo Deus mihi, quid facere queam, oſtendet, et ego quam citius potero, vobis notificabo. Quid autem vobis interim faciendum ſit, prudentia veſtra ſatis intelligit, ſed tamen dico, quia ego in quantum ſperando in Deo conſcientiam meam ſentio, pro redimenda vita mea non praeberem aſſenſum, neque miniſtrum aut executorem ejus mali me facerem, [illegible] audio noviter ſuper eccleſias Angliae promulgari. Valete.

Papae Rom.	[illegible]	Anno Chriſti	[illegible]
PASCHAL. II. 9.	[illegible]	[illegible]	HENRIC. I. 8.

Paſchalis papae II. *reſcriptum ad Henricum primum, Angliae regem, ſuper inveſtituris.* Ex MS. Cott. Domitian. A. viii. fol. 10.

PASCHALIS epiſcopus Henrico regi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Legationis tuae verba, fili chariſſime, gratanter accepimus, ſed vellemus, obedientiam promittentis. In quibus, nimirum S. Romanae eccleſiae illa in tuo regno pollicebaris, quae tempore tui patris habuerat, eos honores requirens, quos anteceſſorum noſtrorum temporibus pater tuus habuerat: quae profecto omnia grata in ſuperficie videntur; interius requiſita, et legati tui vocibus expoſita, gravia et vehementiſſima paruerunt. Quaerebas enim, ut tibi epiſcoporum, abbatumque per inveſtituram conſtituendorum, jus et facultas a Romana indulgeretur eccleſia, et quod per ſe ſolum fieri omnipotens Dominus perhibet, hoc regiae fieret poteſtatis. Ait enim Dominus; "Ego ſum oſtium: per me, ſi quis intraverit, ſalvabitur." Cum autem eccleſiae oſtium reges eſſe arrogant, fit profecto, ut qui per eos eccleſiam ingrediuntur, non paſtores, ſed fures et latrones habeantur, eodem Domino dicente; "Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille fur et latro." Et quidem, ſi a nobis magnum aliquid tua dilectio poſtularet, quod cum Domino, cum juſtitia, cum noſtri ordinis ſalute concedi poſſet, gratanter utique concederemus. Hoc vero tam grave, tam indignum eſt, ut nulla ratione catholica id admittat eccleſia. Facilius ad extrema quaelibet beatus Ambroſius cogi potuit, quam imperatori eccleſiae permitteret poteſtatem: reſpondit enim; "Noli gravari te imperator, ut putes in ea, quae divina ſunt, imperiale aliquod jus habere: noli te extollere, [illegible] tius imperare, eſto Dei ſubditus. Scriptum eſt;" "Quae Dei Deo, quae Caeſaris Caeſari." Ad imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem eccleſiae. Publicorum tibi moenium jus commiſſum [illegible] Quia [illegible] Chriſti conjugio copulata."

Audis O rex! adulteram eccleſiam nuncupari, quae non legitime nupſerit: eccleſiae ſiquidem [illegible] ta ſcripturam illam, qua ex fratris uxore frater non ſui nominis filios ſuſcitare praecipitur, et ſponſae contemptor a futuro ſponſo diſcalciari mandatur. Vides igitur O rex, quam ignominioſum, quam periculoſum ſit, per filios ſuos matrem adulterio pollui. Si ergo eccleſiae filius es, quod utique omnis catholicus chriſtianus eſt, permitte matri tuae legitimum ſortiri conjugium; ut non per hominem, ſed per Deum et hominem Chriſtum legitimo ſponſo copuletur eccleſia. Per Deum enim epiſcopos eligi, cum canonice eliguntur, teſtatur apoſtolus Paulus, dicens, "Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron." Et beatus Ambroſius, "Merito, inquit, creditur, quod divino eſſet electus judicio, quem omnes poſtulaviſſent." Et poſt pauca; "Ubi univerſorum poſtulatio congruit, dubitare nos nequaquam oportet ibi Dominum Jeſum voluntatis auctorem et petitionis arbitrum fore, et ordinationis praeſulem et largitorem gratiae." Propterea propheta David ad eccleſiam lo-

quens, ait; "Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii; conſtitues eos principes ſuper omnem terram." Eccleſia filios generat: eccleſia principes ſtatuit.

Poſſemus alia de ſcripturis ſanctis teſtimonia et exempla proponere, quibus conſtaret eccleſiae ſponſos ac paſtores epiſcopos, non ſecularium poteſtatum nutu, ſed Chriſti diſpoſitione et eccleſiae judicio praeponendos; unde etiam imperator Juſtinianus ſanxit in legibus ſic; "Debet prius diſceptari de vita epiſcopi, utrum bona ſit, an reprehenſibilis, et utrum bonis teſtimoniis muniatur, an non?" Et infra, "Fiat, inquit, facultas unicuique, ſi velit, contradicere: et ſiquidem ante conſecrationem fuerit contradictio facta?" non prius conſecretur epiſcopus, niſi diſceptatio de contradictione ſit facta, ut undique appareat innoxius is, qui ad epiſcopatum vocatur. Ecce quod populi totius eſſe pronunciat imperator, hoc ſui ſolius eſſe regia poteſtas inceſſit: ipſius etiam imperatoris lege cautum eſt, ut nec profectio, nec ingreſſus ad imperatorem, ſine metropolitani literis pateret epiſcopo. Quem ergo in curia tua, ſine metropolitani literis admittere non debes, eum vis, O rex, in eccleſia principem conſtituere? monſtroſum profecto eſt, ut patrem filius generare, homo deum creare debeat?

Sacerdotes namque in ſcripturis ſanctis deos vocari, tanquam Dei vicarios manifeſtum eſt; unde ſanctae memoriae Conſtantinus imperator de epiſcoporum cauſis diſceptare auſus non fuiſſe deſcribitur: propter hoc Romana et apoſtolica eccleſia per praedeceſſores noſtros regiae uſurpationi et inveſtiturae abominabili vivaciter obviare curavit, et per tyrannos graviſſimis perſecutionibus affecta, uſque ad tempora noſtra non deſtitit.

Confidimus autem in Domino, quoniam nec in nobis confidentiae ſuae virtutem eccleſiae princeps Petrus et epiſcoporum primus amittet. Porro ſecularium poteſtatum et regum in eccleſia quid ſit officium, exponit apoſtolus Paulus, dicens; "Dei enim miniſter eſt tibi in bonum, non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in ira ei, qui male agit." Et Petrus apoſtolus in eadem verba conſentiens; "Sive regi, quaſi praecellenti, ſive ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum."

Interea rex, nullius tibi perſuaſio profana ſurripiat, quaſi, aut poteſtati tuae aliquid diminuere, aut nos in epiſcoporum promotione aliquid nobis velimus amplius vendicare. Immo, ſi ab hoc propter Deum deſiſtas, quod contra Deum eſſe manifeſtum eſt, quod cum Deo, nec tu exercere, nec nos concedere, aut cum noſtra, ſeu tua ſalute poſſumus; quicquid deinceps poſtulaveris, quod cum Deo poſſumus, libentius indulgebimus, et honori tuo, et ſullimationi propenſius inſiſtemus.

Nec aeſtimes, quod poteſtatis tuae culmen infirmetur, ſi ab hac profana uſurpatione deſiſtas; immo tunc validius, tunc robuſtius, tunc honorabilius regnabis, cum in regno tuo divina regnabit auctoritas. Tunc amicitiam et familiaritatem noſtram firmius obtinebis, et regni tutores beatos apoſtolos habebis; nec tibi tunc in petitionibus tuis abeſſe poterimus, cui petitionum noſtrarum fautorem Deum adeſſe ſenſerimus. Ipſe omnipotens Deus, in cujus manu corda ſunt regum, aſſit hortatui noſtro, aſſit auditui veſtro, ut, dum juxta praecepta ejus, tuas diſpoſueris actiones, ipſe regnum tuum pacis et honoris ſtabilitate ac ſullimitate diſponat.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 9.	ANSELM. 15.	1107.	HENRIC. I. 8.

Concilium Londinenſe *.

ANNO divinae humanationis MCVII. rex Henricus, congregato univerſali concilio, cum multis orbatis eccleſiis, paſtores ſecundum canones delegaſſet; inter reliquas propriae capellae ſuae de Bello non immemor, quendam Cadomenſem monachum, Radulfum nomine, qui cum Lanfranco archipraeſule Angliam adierat, et tunc aſcitus ſub venerabili pontifice Gundulpho Roffenſis eccleſiae prioratum ſtrenue adminiſtrabat, ipſum praedictae eccleſiae praefecit abbatem, etc. Res in hoc concilio geſtas Matthaeus Pariſ. in Hiſtoria Angl. anno MCVII. his verbis ſummatim recenſet: "Eodem anno factus eſt conventus epiſcoporum et abbatum pariter et magnatum Londoniis in palatio regis, praeſidente archiepiſcopo Anſelmo, cui annuit rex Henricus et ſtatuit, ut ab eo tempore in reliquum nunquam per donationem baculi paſtoralis vel annuli quiſquam de epiſcopatu vel abbatia per regem vel quamlibet laicam manum inveſtiretur in Anglia: concedente archiepiſcopo, ut nullus ad praelationem electus, pro homagio, quod regi faceret, conſecratione ſuſcepti honoris privaretur." Haec Matth. Pariſienſis. Eadem iiſdem prope verbis refert Matth. Weſtmonaſter. in Chronico, anno ſupranominato; necnon Rogerus Hovedenus in ſuis Annalibus. Quia autem uterque ex Eadmero, rerum inſpectore et individuo Anſelmi comite, haec deſcripſerat, ex lib. ejus iv. Hiſt. Novorum p. 91. concilii hujus geſta enarrabimus.

In calendis Auguſti conventus epiſcoporum, abbatum, procerum regni Lundoniae in palatium regis factus eſt. Et per tres continuos dies, abſente Anſelmo, inter regem et epiſcopos ſatis actum de eccleſiarum inveſtituris, quibuſdam ad

* Concilium magnum Londoniae habitum in palatio regis Henrici primi an. Dn. MCVII. cal. Auguſti, praeſidente ipſo rege, an. regni ſui octavo. Et aſſidentibus archiepiſcopis Anſelmo Cantuar. (poſt triduum) Gerardo Eboracenſi continuo ut videtur, etc. In quo rex inveſtituras cedit, eccleſiaſque viduatas paſtoribus donat: hominiumque praelatorum, Anſelmi conceſſione, deinceps obtinet. Ex Chron. Abb. de Bello, citante SPELM.

hoc nitentibus, ut rex eas faceret more patris ac fratris ſui, non juxta praeceptum et obedientiam apoſtolici. Nam papa in ſententia, quae exinde promulgata fuerat, firmus ſtans, conceſſerat hominia, quae Urbanus papa aeque ut inveſtituras interdixerat; ac per hoc regem ſibi de inveſtituris conſentaneum fecerat, ut ex epiſtola, quam ſupra deſcripſimus, colligi poteſt. Dehinc, praeſente Anſelmo, aſtante multitudine, annuit rex et ſtatuit, ut ab eo tempore in reliquum nunquam per dationem baculi paſtoralis, vel annuli, quiſquam epiſcopatu vel abbatia per regem, vel quamlibet laicam manum inveſtiretur in Anglia; concedente quoque Anſelmo, ut nullus in praelationem electus pro hominio, quod regi faceret, conſecratione ſuſcepti honoris privaretur. Quibus ita diſpoſitis, pene omnibus eccleſiis Angliae, quae ſuis erant paſtoribus diu viduatae, per conſilium Anſelmi ac procerum regni, ſine omni virgae paſtoralis, aut annuli inveſtitura, patres a rege ſunt inſtituti. Inſtituti quoque ſunt ibidem et eodem tempore ab ipſo rege quidam ad regimen quarundam eccleſiarum Normanniae, quae ſimiliter ſuis erant patribus deſtitutae.

Inter iſta coepit Anſelmus coram rege regnique epiſcopis atque principibus exigere a Gerardo, archiepiſcopo Eboracenſi, profeſſionem de ſua obedientia et ſubjectione, quam non fecerat, ex quo de epiſcopatu Herefordenſi in archiepiſcopatum Eboracenſem, ut ſupra meminimus, tranſlatus fuerat. Ad quae cum rex ipſe diceret ſibi quidem non videri neceſſe eſſe, ut profeſſioni, quam ordinationis ſuae tempore Gerardus fecerat, aliam ſuperadderet, praeſertim cum, licet eccleſiam mutaverit, idem tamen qui fuerat in perſona permanſerit, nec a prima profeſſione abſolutus extiterit. Anſelmus in praeſenti quidem regiis verbis adquievit, ea conditione, ut Gerardus in manum ſibi daret ſe eandem ſubjectionem in archiepiſcopatu ei ſervaturum, quam in epiſcopatu profeſſus fuerat. Annuit Gerardus, et ſua manu impoſita manui Anſelmi, interpoſita fide ſua, pollicitus eſt ſe eandem ſubjectionem et obedientiam ipſi et ſucceſſoribus ſuis in archiepiſcopatu exhibiturum, quam Herefordenſi eccleſiae ab eo ſacrandus antiſtes promiſerat.

Exin ſtatutum eſt, ut qui ad epiſcopatum electi erant, Cantuariam irent, et ibi dignitatis ipſius benedictionem ex more ſuſciperent. Haec Eadmerus.

Acta concilii hujus MS. codex abb. Croiland. ſub Joiffrido abbate pag. 104. citante Spelmanno ita deſcribit.

Magnificus autem Anglorum rex Henricus, hoc in tempore, pro Roberti fratris, ac aliorum ſuorum adverſariorum a Deo ſibi praefata felici victoria, intima devotione, gratias multiplices accumulans et exſolvens, tam epiſcoporum et abbatum totius cleri Angliae, quam comitum, baronum, optimatum, et procerum totius regni ſui, celeberrimo concilio apud Londonias conſtituto, ſui cordis proprio et ſanctiſſimo motu, coram omnibus coadunatis, inveſtituras amodo eccleſiarum, per annulum et baculum remiſit, electiones praelatorum omnibus eccleſiis libere conceſſit, epiſcopatuum et abbatiarum vacationes ſucceſſoribus reſtituendas integre promiſit, ac omnia alia, quae ſancta mater eccleſia diu antea ſuſpiraverat, regali munificentia contulit, ſuis tantum juribus regalibus ſepoſitis et exceptis. Quantum tunc gaudium, quam devotus arridebat populus, quam ſolenniter et ſancte omnes et ſinguli regis animum ad ſidera extollebant, nullus ediceret, nec Tullius edoceret. Illa namque vice venerabilis archiepiſcopus Cantuariae Anſelmus, aſſiſtente ſibi reverendo archiepiſcopo Eborum Gerardo, uno die ſex epiſcopo ſa ſuis eccleſiis canonice electos conſecravit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Rex Angliae
PASCHAL. II. 9.	ANSELM. 1[illegible]	11[illegible]	HENRIC. I. 8.

Diſpenſatio de promovendis presbyterorum filiis ad ſacra officia. Ex Eadm. lib. iv. Hiſt. Nov. p. 91. et ex Epiſt. decret. Paſchalis.

CUM in Romana eccleſia inſtitutum eſſet, ut presbyterorum filii ad ſacra officia non promoverentur, nunc decretali Paſchalis epiſtola ad Anſelmum, archiepiſcopum Cantuar. dat. 3. calend. Junii, anno Domini MCVII. (id eſt.) vii. H. I. quia in Anglorum regno tanta hujuſmodi plenitudo eſt, ut major pene et melior clericorum pars in hac ſpecie cenſeatur; Anſelmo conceditur diſpenſandi facultas, pro neceſſitate temporis et utilitate eccleſiae; ita tamen, ut inpoſterum conſtitutionis eccleſiaſticae praejudicium caveatur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
PASCHAL. II. 10.	ANSELM. 15.	1108	HENRIC. I. 9.

Concilium Londinenſe in feſto Pentecoſtes adverſus incontinentes clericos. Ex Eadmer. Hiſt. Nov. lib. iv. p. 94. et Flor. Wigorn. et Rog. Hovedeno.

MULTI presbyterorum ſtatuta concilii Lundonienſis, necne vindictam, quam in eos rex exercuerat, quorum ſuperius mentionem fecimus, poſtponentes, ſuas foeminas retinebant, aut certe duxerant, quas prius non habebant. Quod incontinentiae crimen rex ſubvertere cupiens, adunatis ad curiam ſuam in ſolennitate Pentecoſtes apud Lundoniam cunctis majoribus regni, de negotio cum Anſelmo archiepiſcopo, et caeteris epiſcopis Angliae tractavit, eoſque ad malum illud extirpandum regali auctoritate atque potentia fultos roboravit. Unde Anſelmus,

archi-

archiepiſcopus Cantuarienſis, et Thomas, electus archiepiſcopus Eboracenſis (nam Gerardus tunc nuper ad eandem curiam tendens abierat) et omnes alii Angliae epiſcopi ſtatuerunt in praeſentia ejuſdem glorioſi regis Henrici, aſſenſu omnium baronum ſuorum.

I. Statutum eſt, ut preſbyteri, diaconi, ſubdiaconi caſte vivant, et foeminas in domibus ſuis non habeant, praeter proxima conſanguinitate ſibi junctas, ſecundum hoc quod ſancta Nicaena ſynodus definivit.

II. Illi vero preſbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui poſt interdictum Londonienſis concilii foeminas ſuas tenuerunt, vel alias duxerunt, ſi amplius miſſas celebrare voluerint, eas a ſe omnino ſic facient alienas, ut nec illae in domos eorum, nec ipſi in domos earum intrent, ſed neque in aliqua domo ſcienter conveniant, neque hujuſmodi foeminae in territorio eccleſiae habitent.

III. Si autem propter aliquam honeſtam cauſam eas colloqui oporteat, cum duobus legitimis teſtibus extra domum colloquantur.

IV. Si vero in duobus aut tribus legitimis teſtibus, vel publica parochianorum fama, aliquis eorum accuſatus fuerit, quod hoc ſtatutum violaverit; purgabit ſe adjunctis ſecum ordinis ſui idoneis teſtibus, ſex ſi preſbyter, quatuor ſi diaconus, duobus ſi ſubdiaconus fuerit. Cui autem haec purgatio defecerit, ut tranſgreſſor ſacri ſtatuti judicabitur.

V. Illi autem preſbyteri, qui divini altaris et ſacrorum ordinum contemptores praeelegerint cum mulieribus habitare, a divino officio remoti omnique eccleſiaſtico beneficio privati, extra chorum ponantur, infames pronunciati.

VI. Qui vero rebellis et contemptor foeminam non reliquerit, et miſſam celebrare praeſumpſerit, vocatus ad ſatisfactionem ſi neglexerit, octavo die excommunicetur.

VII. Eadem ſententia archidiaconos et canonicos omnes complectitur de mulieribus relinquendis, et de vitanda earum converſatione, et de diſtrictione cenſurae, ſi ſtatuta tranſgreſſi fuerint.

VIII. Jurabunt archidiaconi omnes, quod pecuniam non accipient pro toleranda tranſgreſſione hujus ſtatuti, nec tolerabunt preſbyteros, quos ſcient foeminas habere, miſſam cantare, vel vicarios habere. Similiter decani facient. Qui vero archidiaconus vel decanus hoc jurare noluerit, archidiaconatum vel decanatum perdet.

IX. Preſbyteri vero, qui, relictis mulieribus, Deo et ſacris altaribus ſervire elegerint, xl. dies ab officio ceſſantes, pro ſe interim vicarios habebunt, injuncta eis poenitentia ſecundum quod epiſcopis eorum viſum fuerit.

X. Omnia vero mobilia lapſorum poſthac preſbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum, et canonicorum tradentur epiſcopis, et concubinae cum rebus ſuis, velut adulterae.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 11.	ANSELM. 16.	1109.	HENRIC. I. 9.

Anſelmi, Cantuarienſis archiepiſcopi, literae Thomae, archiepiſcopo Eboracenſi electo, hortantes eum ad faciendam profeſſionem, et ſuſcipiendam conſecrationem. Ex Eadmer. Hiſt. Nov. lib. iv. fol. 97.

ANSELMUS, archiepiſcopus Cantuarienſis, amico ſuo Thomae, electo archiepiſcopo eccleſiae Eboracenſis, ſalutem. Canonica auctoritas praecipit, ut eccleſia epiſcopatus ultra tres menſes non maneat ſine paſtore. Quoniam autem regi placuit conſilio baronum ſuorum, et noſtra conceſſione, ut veſtra perſona eligeretur ad archiepiſcopatum Eboracae, non debet per vos terminus ſalubriter conſtitutus diutius differri. Unde miror, quia poſt electionem veſtram non requiſiſtis, ut conſecraremini, ad quod electi eſtis. Mando itaque vobis, ut octavo id. Septembris ſitis apud matrem veſtram eccleſiam Cantuarienſem, ad faciendum quod facere debetis, et ad ſuſcipiendam conſecrationem veſtram. Quod ſi non feceritis, ad me pertinet, ut ego curam habeam et faciam, quae pertinent ad epiſcopale officium in Eboracenſi archiepiſcopatu. Praeterea audivi, quod vos, priuſquam conſecremini, facere vultis, ut electus epiſcopus S. Andreae de Scotia apud Eboracam conſecretur. Quod nec vos facere debetis, nec ego concedo, ſed omnino interdico ne fiat, aut de illo, aut de aliqua perſona, quae in regimen animarum debet provehi ab archiepiſcopo Eboracenſi, quia non pertinet ad vos dare vel concedere alicui regimen aut curam animarum, quia nondum accepiſtis. Valete.

Thomae, archiepiſcopi Eboracenſis electi, reſponſum ad literas praecedentes de conſecratione ſua. Ibidem pag. 98.

DILECTISSIMO patri et venerabili domino Anſelmo, ſanctae Cantuarienſis eccleſiae archiepiſcopo, Thomas, Eboracae metropoli electus, licet indignus, ſalutem et amicae fidelitatis obſequium. Gratias ago vobis, reverende pater, quod me ſemper dilexiſtis, et audiviſtis, et de proventu meo exultavit, et laetatum eſt cor veſtrum in Domino. Dominus Deus retribuat vobis pro me. Quod ad conſecrationem meam venire diſtuli, cauſa fuit non una, nec parva, quae me detinuit. Pecuniam, quam pro facultate mea magnam cauſa veniendi ad vos contraxeram, ultra ſpem meam, et nimium diu moratus, totam diſpendi Wintoniae, a qua citius diſcedens, ad vos venire diſpoſueram. Placuit autem domino noſtro regi, ut

quum ille legatos Romam pro cauſa ſua mitte- bat, ego cum eis meum mitterem ad requirendum eccleſiae noſtrae pallium. Feſtinanter igitur conſilio regis ad propria reverſus ad hoc opus quaeſivi, et adhuc quaero pecuniam, ſed parum, niſi graviter mutuatam invenio; quoniam dominus Gerardus archiepiſcopus eccleſias noſtras, et homines, et ipſum dominium noſtrum multum pauperavit. Et certe rex promiſit mihi, quod vobis colloqueretur, et dilationem meam apud vos excuſaret. Termino a vobis conſtituto, Domino auxiliante, ero apud ſanctam Cantuarienſem eccleſiam, ſi opportune potero, ſuſcepturus et facturus quae debeo. Quodſi non potero, cum mihi paternitas veſtra mandavit, ut quindecim diebus ante vobis renunciarem, precor benignitatis veſtrae ſanctitatem, ut decem diebus ante vobis renunciare poſſim, mihi concedatis. Literas vero paternitatis veſtrae requiro in teſtimonium perſonae et electionis noſtrae, quales debetis, et ſcitis oportere. Hoc modo veſtra ſanctitas meae parvitati debet, [illegible] non debet. De electo epiſcopo S. Andreae de Scotia, quod audiſtis, rumores ſunt, quibus credere non oportet. Facile ergo eſt interdici, quod ut fieret [illegible] Domino noſtro ſupplicat eccleſia. Sanctae Cantuarienſis eccleſiae congregationem ſaluto, et oro, ut pro me oret. Valete.

Papae Rom. PASCHAL. II. 11.	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Anſelmi, archiepiſcopi Cantuarienſis, reſponſum ad literas Thomae, archiepiſcopi Eboracenſis, de tempore conſecrationis et profeſſionis ejus. Ex Eadmer. Hiſt. Nov. lib. iv. p. 98.

ANSELMUS, archiepiſcopus Cantuarienſis, amico ſuo Thomae, electo archiepiſcopo Eboracenſi, ſalutem. Mandaſtis mihi in literis veſtris, quod termino a me vobis conſtituto, Deo auxiliante, Cantuariae eritis, ſi opportune poteritis, ſuſcepturus et facturus quod debetis. Rogaſtis quoque, ut ſi id efficere non valetis, concederem, quatenus id mihi decem diebus ante renunciare poſſetis; ſed et Willielmus clericus nuncius veſter precatus eſt me ex veſtra parte, quatenus ego ipſum terminum adventus veſtri aliquantum extenderem, ut ad nos opportunius poſſetis venire. Quod et ego cauſa veſtri amoris et opportunitatis libenter facio. Ne itaque opus ſit vos mihi quicquam ante de veſtro adventu renunciare, ſummoneo vos, ut die dominico, qui erit quinto cal. Octobris, Cantuariae ſitis, [illegible] ſuſcipiendam conſecrationem veſtram. Praeterea quod dicitis in literis veſtris vos pecuniam quaerere, ut Romam mittatis pro pallio eccleſiae veſtrae, non concedo. Et puto, quod id fruſtra faceretis, quoniam nullus debet habere pallium, antequam ſit conſecratus. Literas, quas [illegible] veſtrae, cum mihi locuti fueritis, et oſtenderitis, cui eas dirigere debeo, libenter faciam pro vobis, ſicut [illegible]. Valete.

Ejuſdem literae Paſchali II. papae, de pallio ab archiepiſcopo Eboracenſi et epiſcopo Londonienſi expetito. Ibid. pag. 99.

DOMINO et patri vere diligendo et reverendo Paſchali, ſummo pontifici, Anſelmus, ſervus eccleſiae Cantuarienſis, debitam obedientiam, cum fidelibus orationibus. Quoniam fortitudo et directio eccleſiarum Dei maxime pendet ex auctoritate paternitatis veſtrae poſt Dominum, quando ratio exigit, ad ejus libenter recurrimus auxilium et conſilium. Archiepiſcopus Eboracenſis, Gerardus nomine, migravit de hac vita. Et alius, Thomas nomine, loco ejus electus eſt. De quo rumor eſt, quod quaeritur ei pallium, antequam ſit conſecratus, et mihi faciat profeſſionem, ſecundum antiquam conſuetudinem anteceſſorum meorum, et ſuorum. Haec eſt igitur ſumma precum mearum in hac re, ut antequam conſecretur, et mihi debitam obedientiam (ſicut dixi) profiteatur, et hoc factum eſſe literis noſtris cognoſcatis, a veſtra excellentia pallium non ſuſcipiat. Quod non dico idcirco, quod illi pallium invideam, ſed quoniam quidam autumant et etiam procurant, ut ſi hoc a vobis conceſſum fuerit, confidat ſe profeſſionem debitam mihi poſſe denegare. Si enim hoc contingeret, ſcitote, quia eccleſia Angliae ſcinderetur, et ſecundum ſententiam Domini dicentis: "Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur," deſolaretur, et vigor apoſtolicae diſciplinae in ea non parum debilitaretur. Ego quoque nullatenus remanerem in Anglia. Non enim [illegible] pati, ut (me in ea vivente) primatus eccleſiae noſtrae deſtrueretur. Hoc ipſum et eodem affectu ſuggero reverentiae veſtrae de Lundonia, ſi ejus epiſcopo pallium petitur, quod nunquam habuit, ut ſcilicet ad hoc nullatenus aſſenſum praebeat. Quidam namque concinnant ſub hac ſpecie boni, primatus Cantuariae dignitatem, quemadmodum non oportet, humiliare. Miſi ſanctitati veſtrae in hoc anno poſt Pentecoſten literas per Bernardum, ſervientem domini Petri camerarii veſtri, quod rex Angliae conqueritur, quod ſuſtinetis regem Teutonicum dare inveſtituras eccleſiarum ſine excommunicatione, et ideo minatur ſine dubio ſe reſumpturum ſuas inveſtitu-

ras, quoniam ille ſuas tenet in pace. Videat igitur prudentia veſtra ſine dilatione, quid inde agere debeatis, ne quod tam bene aedificaſtis, irrecuperabiliter deſtruatur. Rex enim noſter diligenter inquirit, quod de illo rege facitis. Oramus Dominum Deum, ut nos laetificet de diuturna proſperitate veſtra.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 11.	ANSELM. 16.	1109.	HENRIC. I. 10.

Reſcriptum Paſchalis papae II. *ad literas Anſelmi, Cantuarienſis archiepiſcopi.* Ex Eadmer. Hiſt. Nov. lib. iv. p. 100.

PASCHALIS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Literas tuae dilectionis recepimus, per quas affabilitatis tuae dulcedinem recognovimus. Bene autem et ſapienter egiſti, quod nos de cauſa et honore Cantuarienſis eccleſiae praemonitos et cautos reddidiſti. Nos ſiquidem in te ipſius beati Auguſtini Anglorum apoſtoli perſonam venerabilem intuemur, et ideo honori tuo vel eccleſiae tuae aliquid detrahere omnino refugimus; unde quae rogaſti, libenter ſuſcepimus, et ad ſervandum tuum, et eccleſiae tuae honorem, cuſtodiam et ſolicitudinem adhibemus. Porro quod in eiſdem literis ſignificaſti, ſcandalizari quoſdam quod regem Teutonicum dare inveſtituras eccleſiarum toleramus; nec toleraſſe nos aliquando, nec toleraturos ſcias. Expectavimus quidem, ut ferocia gentis illius edomaretur. Rex vero, ſi in paternae nequitiae tramite perſeveraverit, beati Petri gladium, quem jam educere coepimus, proculdubio experietur. Dat. Beneventi 4. id. Octobris.

Concilium Londinenſe in cauſa Thomae, archiepiſcopi Eboracenſis electi. Ibidem p. 102. ſeq.

IN ſubſequenti feſtivitate Pentecoſtes rex Henricus curiam ſuam Lundoniae in magna mundi gloria et diviti apparatu celebravit. Qui tranſactis coronae ſuae feſtivioribus diebus, coepit agere cum epiſcopis et regni principibus, quid eſſet agendum de conſecratione electi eccleſiae Eboracenſis. Ad quod recitata eſt coram eo epiſtola, ipſi electo ab Anſelmo deſtinata, interdicendo videlicet illi benedictionem, ſi primo non faceret eccleſiae Cantuarienſi profeſſionem. Quam Robertus, comes de Mellento, ſibi expoſitam ubi intellexit ſciſcitatus eſt, quiſnam epiſcoporum eandem epiſtolam ſuſcipere auſus fuerit, praeter aſſenſum et imperium domini regis, in qua interrogatione epiſcopi advertentes comitem velle calumniam movere, qua eos regiae majeſtati obnoxios faceret, remoti a multitudine, habito conſilio ſtatuerunt apud ſe, ſuis omnibus, ſi regia ſententia hoc forte comitis inſtinctu dictaret, ſe malle deſpoliari, quam iis, quae Anſelmus de praeſenti querela praeceperat, non obtemperare. Erant autem hii, Richardus Lundonienſis, Willielmus Wintonienſis, Robertus Lincolnienſis, Herbertus Norwicenſis, Rogerius Serberienſis, Radulfus Roffenſis, Reinelmus Herefordenſis, Robertus Ceſtrenſis, Johannes Bathonienſis, Radulphus Ciceſtrenſis, Willielmus Exonienſis. Iſtis ergo, firmato conſilio, ut diximus inter ſe, viſum eſt Samſonem, Wigornenſem epiſcopum, accerſendum, et quam de negotio ſententiam ferret etiam ipſe, perquirendum. Factum eſt, et reſpondit: “ Licet hunc, qui in pontificatum Eboracenſem electus eſt, olim ex conjuge filium ſuſceperim, eique juxta ſeculum et carnis naturam honoris ac dignitatis provectu jus aequiſſime debeam, multo maxime tamen id matri meae eccleſiae Cantuarienſi debeo, quae me in eum, in quo ſum, honorem provexit, et gratiae, quam a Chriſto Domino meruit, me per pontificale miniſterium participem fecit. Quapropter notum omnibus eſſe volo, me et literis patris noſtri Anſelmi de cauſa, quae nunc inter nos agitur, factis, modis omnibus obediturum, nec unquam aſſenſum praebiturum, ut is, qui electus eſt in epiſcopatum Eboracenſem, aliquatenus conſecretur, donec de ſubjectione ſua eccleſiae Cantuarienſi debitam et canonicam obedientiam profiteatur. Ipſe enim praeſens fui, quando frater meus Thomas, archiepiſcopus Eboracenſis, tum antiquis conſuetudinibus, tum invincibilibus allegationibus actus, eandem profeſſionem Lanfranco, archiepiſcopo Cantuarienſi, et cunctis ejus ſucceſſoribus fecit.” His dictis illico, ſimul omnes epiſcopi ad regem reverſi ſunt, conſtanter et literas, ſuper quibus comes ſciſcitatus fuerat, ſe ſuſcepiſſe, et contra eas nulla ratione quicquam acturos aſſerentes. Ad quae cum idem comes caput agitaret, autumans jam in illos quaſi de contemptu regis crimen injiciendum, dixit rex: “ Quicquid in iis aliorum ſententia ferat, de me conſtat, quia cum epiſcopis ſentio, nec vel ad horam excommunicationem Anſelmi ſubjacere aliquatenus volo. ” Quibus auditis, gaviſi ſunt omnes. Et agentes Domino grates pariter conclamaverunt Anſelmum adeſſe, et quam non poterat in corpore degens, jam mundo abſentem cauſam eccleſiae ſuae determinaſſe. Deinde in laudibus eximii principis demoratum eſt, ac ut ipſe dignitatem primatus eccleſiae Cantuarienſis humiliari a nullo permitteret, poſtulatus; ſiquidem in hoc, dicunt, conſuetudines antiquae et earum confirmationes, aſtipulatione totius regni ſub magno rege Willielmo factae, necne privilegia, quae his priora exiſtunt ab apoſtolica ſede ipſi eccleſiae collata corrumperentur, ſcinderentur, annihilarentur. Adquievit iſtis rex, et juſſit ipſarum quoque ſcripta auctoritatum, quae eccleſia Cantuarienſis

tuarienſis habebat, ſub celeritate afferri, allata recitari. Quod ubi factum eſt, intulit: "Quid amplius quaeritur? auctoritates et privilegia apoſtolicae ſedis, et quae in praeſentia patris et matris meae ſub teſtimonio et confirmatione epiſcoporum, abbatum, et procerum regni definita ſunt, ut quaſi de epiſtola Anſelmi penitus taceatur, ego in quaeſtionem mitterem, ego novis ambagibus agitari permitterem? immo ſciat Thomas ſe aut ſubjectionem et obedientiam eccleſiae Cantuarienſi ejuſque primatibus, ut anteceſſores ſui profeſſi ſunt, profeſſurum, aut archiepiſcopatui Eboracenſi ex toto ceſſurum. Eligat ergo, quod vult." Conſideratis itaque Thomas auctoritatibus, quibus eccleſiam Dorobernenſem niti, et circumvallari videbat, ſpretis clericis ſuis, quorum ſe conſilio crediſſe ſero dolebat, ſe contra ipſas auctoritates nolle ſtare, ſed morem anteceſſorum ſuorum ſequendo, et ipſis adquieſcere, et eccleſiam ipſam deinceps ſemper diligere velle dixit et honorare. Praecepit igitur rex, ut profeſſio, quam Thomas erat facturus in ſui praeſentia, dictaretur, ſcriberetur, ſigilloque ſuo, ne quid in ea quovis molimine, antequam eam profitendo Thomas legeret, mutaretur, ſervaretur incluſa. Quod et factum eſt.

Dominica ergo die, quae fuit 4. cal. Julii, convenerunt, jubente rege, Richardus Lundonienſis, Willielmus Wintonienſis, Radulphus Roffenſis, Herbertus Norwicenſis, Radulphus Ciceſtrenſis, Ranulphus Dunelmenſis, et Hervaeus Bangorenſis epiſcopi in eccleſia beati Pauli Lundoniae pro conſecratione Thomae. Inter ſolitam ergo examinationem, ſuo loco profeſſionem de ſubjectione et obedientia S. eccleſiae Dorobernenſi exhibenda Richardus, Lundonienſis epiſcopus, qui Thomam erat ſacraturus, ab illo exegit. Profeſſio igitur, ſicut erat ſigillata, ſibi coram omnibus oblata eſt, fractoque ſigillo evoluta et lecta ab eo eſt ita:

"Ego Thomas, Eboracenſis eccleſiae conſecrandus metropolitanus profiteor ſubjectionem et canonicam obedientiam ſanctae Dorobernenſi eccleſiae, et ejuſdem eccleſiae primati, canonice electo et conſecrato, et ſucceſſoribus ſuis canonice inthronizatis, ſalva fidelitate domini mei regis Henrici Anglorum, et ſalva obedientia ex parte mea tenenda, quam Thomas anteceſſor meus ſanctae Romanae eccleſiae ex parte ſua profeſſus eſt."

Intererat huic officio prior eccleſiae Dorobernenſis, Conradus nomine, et ex monachis ejuſdem loci quamplures, qui pro hoc ipſo, quoniam res eos maxime reſpiciebat, illo convenerant. Lectam itaque profeſſionem cum a Thoma ſibi oblatam Richardus, antiſtes Lundonienſis, accepiſſet, eam nominato priori et fratribus tradidit, dicens: "Hanc fratres et domini mei in teſtimonium auctoritatis veſtrae eccleſiae ſuſcipite, et ipſam vobis factam in memoriam poſteritatis ſervate."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Ann. Chr.	Reg. Angl.
PASCHAL. II. 11.	ANSELM. 1[illegible]	1109.	HENRIC. I. 10.

Anſelmi, archiepiſcopi Cantuarienſis, epiſtola Willelmo, Execeſtrenſi epiſcopo, de Eborac. archiepiſcopi ſubjectione ſedi Cantuar. praemittenda. Ex reg. Cant. fol. 8. b. vid. Eadmer. fol. 102.

ANSELMUS, archiepiſcopus Cantuarienſis, dilecto amico ſuo reverendo epiſcopo, Willelmo, Execeſtrenſi, ſalutem. Mando et praecipio vobis per ſanctam obedientiam, quam eccleſiae Cantuarienſi, et mihi debetis, ut ſecundum quod in ſubjectis literis, quas Thomae, electo eccleſiae Eboracenſi deſtinavi, ſcriptum eſt, vos erga ipſum Thomam a modo teneatis:

Anſelmus, miniſter eccleſiae Cantuarienſis, Thomae, electo archiepiſcopo Eboracenſi. Tibi, Thoma, in conſpectu omnipotentis Dei ego Anſelmus, archiepiſcopus Cantuarienſis, et totius Britanniae primas, loquor, loquens ex parte ipſius Dei, ſacerdotale officium, quod meo juſſu in parochia mea per ſuffraganeum meum ſuſcepiſti, tibi interdico, atque praecipio, ne te de aliqua cura paſtorali ullo modo praeſumas intromittere, donec a rebellione, quam contra eccleſiam Cantuarienſem incepiſti, diſcedas, et ei ſubjectionem, quam anteceſſores tui, Thomas videlicet et Gerardus, archiepiſcopi, ex antiqua anteceſſorum conſuetudine profeſſi ſint, profitearis. Quod ſi in iis, quae coepiſti magis perſeverare, quam ab eis deſiſtere delegeris, omnibus epiſcopis totius Britanniae ſub perpetuo anathemate interdico, ne tibi ullus eorum manus ad promotionem pontificatus imponat, vel ſi ab externis promotus fueris, pro epiſcopo, vel in aliqua chriſtiana communione te ſuſcipiat. Tibi quoque, Thoma, ſub eodem anathemate ex parte Dei interdico, ut nunquam benedictionem epiſcopatus Eboracenſis ſuſcipias, niſi prius profeſſionem, quam anteceſſores tui, Thomas et Gerardus, eccleſiae Cantuarienſi fecerunt, facias. Si autem epiſcopatum Eboracenſem ex toto dimiſeris, concedo ut officio ſacerdotali, quod jam ſuſcepiſti, utaris.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 14.	vacante.	1112.	HENRIC. I. 13.

Synodus Uſneachenſis in Hibernia. Ex Waraeo de Praeſul. Hibern. p. 12.

ANNO MCXII. vel (ſecundum annales Ultonienſes) IV. ſynodus habita eſt in loco dicto "Fiad-mac Aenguſa" (aliis Uſneach) cui interfuerunt Cellachus Comorbanus Patricii et Maelmurrius O Dunan, archiſenior Hiberniae (forte idem qui in annalibus Conatienſibus dictus eſt Mirelus O Dunan, archiepiſcopus Caſſelienſis) una cum 50 epiſcopis, 300 preſbyteris, et 3000 ordinis eccleſiaſtici, ad regulas vitae et morum clero et populo praeſcribendas. Eidem porro ſynodo interfuiſſe dicitur Moriertachus O Brien, rex Hiberniae, cum proceribus Legh-moae ſive partis auſtralis Hiberniae. Meminit ad eundem annum concilii magni epiſcoporum et omnium magnatum Hiberniae Henricus Marleburgenſis, vicarius de Balliſcadan in dioeceſi Dublinienſi, ſed perperam a Mauritio Mac Loghlin, rege Hiberniae, convocatum aſſerit. Siquidem Mauritius ille regnum non iniit ante annum MCLVII.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 15.	vacante.	1113.	HENRIC. I. 14.

Inquiſitio facta per David, principem Cumbriae, de poſſeſſionibus eccleſiae Glaſguenſis. Sir James Dalrymple's Collections. p. 337. ſeqq.

IGITUR quandoquidem praedeceſſorum inſtituta mortalium literarum oſtentatione, et ſcribarum deliberatione ad memoriam revocantur, nos Cumbrenſium quaedam geſta nobilium praeſentibus apicibus memoriae commendamus. In Cumbria itaque regione quadam inter Angliam et Scotiam ſita, fide catholica in illis climatibus exuberante ac propagante, domeſtici filii ac proceres regni, cum rege provinciae cooperante, in honorem Dei et ſanctae Mariae piae genitricis, eccleſiam Glaſguenſem, ſedem ſcilicet pontificalem Cumbrenſis regionis fundaverunt, et dignis ſanctionibus pro priſtina ſanctorum religione patrum ſolidaverunt. Haec vero pulchris initialibus et eccleſiaſticis inſtitutionibus, ſanctae quoque fidei rudimentis inolevit, et diſpoſitione divina ſanctum Kentigernum in epiſcopum admiſit, qui caeleſtis affluentiam doctrinae ſitientibus propinaret, et cibum ſpiritualem ut fidelis diſpenſator eſurientibus miniſtraret. Verum enimvero fraudulentus exterminator ſupradictam eccleſiam diu inviolabiliter conſtare ingemiſcens, conſuetis verſutiis ſuis, poſt multa temporum curricula, ſcandala intolerabilia Cumbrenſium eccleſiae machinavit; dicto namque Kentigerno pluribus ſucceſſoribus ſub piae religionis perſeverantia ad Dominum tranſmigratis, diverſae ſeditiones circumquaque inſurgentes, non ſolum eccleſiam et ejus poſſeſſiones deſtruxerunt, verum etiam totam religionem vaſtantes, ejus habitatores exilio tradiderunt. Sic ergo omnibus bonis exterminatis, magnis temporum intervallis tranſactis, diverſae tribus diverſarum nationum ex diverſis partibus affluentes, deſertam regionem praefatam inhabitaverunt; ſed diſpari gente et diſſimili lingua et vario more viventes. Hanc facile ſeſe conſentientes gentilitatem potius quam fidei cultum (O nos infelices damnatae habitationis habitatores, more pecudum irrationabiliter degentes!) dignatus eſt Dominus, qui neminem vult perire, propitiatione ſua viſitare; tempore nimirum Henrici, regis Angliae, Alexandro, Scotorum rege, in Scotia regnante, miſit iis Deus David, praedicti regis Scotiae germanum, in principem et ducem, qui eorum impudica et ſcelerata contagia corrigeret, et animi nobilitate et inflexibili ſeveritate contumelioſam eorum contumaciam refraenaret. Hic nempe bene vivendi ſtudio fervidus, prophanae multitudinis miſeriae condolens, ut paſtorali ſolicitudine, qua diutius caruerunt, eorum opprobria deleret, divino inſtigatus hortamine, Johannem quendam religioſum virum, qui eum educaverat, vitamque ejus Deo non imbecilliter devotam noverat, conſilio peritorum, clericorumque ſuorum auxilio in epiſcopum elegit. Sed cum epiſcopus cognita infelicis populi feritate, et abominabili vitiorum multiplicitate utpote perterritus, Hieruſalem proficiſci diſpoſuiſſet ab apoſtilico Paſchali, licet invitus, conſecratus, officium ſuſceptae ſolicitudinis nullatenus differre voluit, ſed cum gaudio ſub plebis alacritate a principe et a proceribus regni receptus, verbum praedicationis, Spiritu Sancto largiſſime operante, per Cumbrenſem parochiam diffudit. David vero, Cumbrenſis regionis princeps, amore praecipue Dei, partim quoque religionis dilectione et admonitione, terras eccleſiae Glaſguenſi pertinentes, ſingulis Cumbriae provinciis, quae ſub dominio et poteſtate ejus erant (non enim toti Cumbrenſi regioni dominabatur) inquirere fecit, ut avidus ipſius eccleſiae reſtaurationis, poſſeſſionum earum, quas antiquitus tenuerat, poſteris et ſequacibus ſuis certitudinem relinqueret. Has vero auxilio et inveſtigatione ſeniorum hominum et ſapientiorum totius Cumbriae pro poſſe ſuo inveſtigavit, quae inferius ſubſcribuntur: Carlemen, Cauicas, Cauicatlethein, Lengartheyn, Patelanthe, Cunclut, Pamichel, Stobetis, Pentejacob, Alnecromha, Kenecoun, Lileſcliva, Aſchecheyro, Hodelm, Edingaheyin, Abermelio, Driniſdal, Colchtaim, Kenercrold, Aſchebi, Brumerhede, Kenergilt, Lii Peebles, una carrucata terrae et eccleſia Lii Kenegryd, una acra et eccleſiae Lii Mereboda, una carrucata et eccleſia. . . Has terras fere pertinentes eccleſiae Glaſguenſi, rogatu et imperio praedicti principis

4

principis Uchtrede filius Waldef, Guiliel. filius Boed, Leyſing et Ogga, Cumbrenſes judices, Halden filius Eadulf, hujus rei teſtes ſunt, ut audientes et videntes, Matildis comitiſſa, quae ex parte conceſſit ſua, Willielmus nepos ipſius principis, Coſpatricius frater Delphini, Waldef frater ſuus, Coſpatricius filius Uchtred, Coſpatricius filius Alden, Oſolf filius Eadmer, Maccus filius Undneyn, Uchtred filius Scot, Ulchel filius Alſtan, Hugo de Morevil, Paganus de Brauſa, Oſber de Ardena, Gervaſius Riddel, Guide de Caynes, Beringarius Engarn, Robertus Corbitts, Walterus de Lindeſaya, Robertus de Burnevilla, Renaldus Denninſtans, Walterus filius Winemarii, Gulielmus Venator, Alanus de Parci, Walterus de Bron.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 17	RADULPH 2	1115	HENRIC. I. 15.

Alexandri, Scotorum regis, epiſtola Radulfo, Cantuar. archiepiſcopo, de morte Turgodi, epiſcopi S. Andreae, et de ſubſtituendo et conſecrando alio. Ex Eadm. Hiſt. Nov. lib. v. fol. 117.

DOMINO et patri chariſſimo Radulfo, venerabili Cantuarienſi archiepiſcopo, Alexander, Dei miſericordia rex Scotorum, ſalutem et devotae fidelitatis obſequium. Notificamus vobis, benigniſſime pater, quod epiſcopus eccleſiae ſancti Andreae apoſtoli, dominus videlicet Turgodus, 2. cal. Septembris migravit a ſeculo. Unde valde contriſtamur tanto ſolatio deſtituti. Requirimus ergo veſtrae [paternitatis] conſilium et auxilium, ſicut confidimus in vobis, ut ſecundum Deum talem ſubſtituere valeamus, qui nos et gentem noſtram per Deo placitam converſationem regere et docere utiliter ſciat. Petimus etiam, ut recordari dignemini, quid vobis jam quadam vice ſuggeſſimus de epiſcopis eccleſiae ſancti Andreae, quod in antiquis temporibus non ſolebant conſecrari, niſi ab ipſo Romano pontifice, vel ab archiepiſcopo Cantuarienſi; hocque tenuimus, et per ſucceſſiones temporum ex auctoritate ratum habuimus, quouſque dominus Lanfrancus archiepiſcopus, neſcimus quo pacto, abſentibus nobis, et noſtris, Thomae, Eboraci archiepiſcopo, illud ad tempus relaxaverat. Quod omnino veſtra, ſi placet, auctoritate ſuffulti, ut amplius ſic remaneat, non concedimus. Nunc igitur, ſi ad id nobis noſtraeque eccleſiae reparandum veſtrum adjutorium ſperare debemus, quod humillime [illegible] deſideramus et petimus, ſecreto nobis certitudinem dignis veſtris apicibus remandare curate. Valete.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 18.	RADULPH. 3.	1116.	HENRIC. I. 17.

Concilium Saleſburienſe in cauſa ſucceſſionis in regnum, et querelae inter archiepiſcopos Cant. et Ebor. Ibid. et ex W. Coventr. in ann.

POST HAEC 13. cal. Aprilis (verba ſunt Eadmeri) factus eſt conventus epiſcoporum, abbatum, et principum totius regni apud Serberiam, cogente eos illuc ſanctione regis Henrici. Siquidem Normanniam ſe proxime transfretaturum diſpoſuerat, et quid ſibi eventurum foret, ignorans, Willielmum, quem ex ingenua conjuge ſua filium ſuſceperat, haeredem regni ſubſtituere ſibi volebat. Igitur agnita regis voluntate, mox ad nutum ejus omnes principes facti ſunt homines ipſius Willielmi, fide et ſacramento confirmati. Radulphus autem, archiepiſcopus Cantuarienſis, et alii epiſcopi, atque abbates regni Anglorum fide et ſacramento profeſſi ſunt, ſe et regnum et regni coronam, ſi defuncto patre ſuo ſuperviverent, in eum, omiſſa omni calumniâ et occaſione, tranſlaturos, eique, cum rex foret, hominia fideli mente facturos. De his ita. Habita quoque eſt his diebus cauſa de querela, quae inter archiepiſcopum Cantuariorum, et electum pontificem Eboracenſem per integrum pene annum verſata fuerat. Defuncto ſiquidem Thoma, electus erat ad regimen praedicti pontificatus quidam de clericis regis, vocabulo Thurſtanus, connivente Radulpho archiepiſcopo, et aliam, quam rei exitus probavit, de eo habente opinionem. Hic itaque electus, cum ab ipſo pontifice moneretur, ut eccleſiae Cantuarienſi faceret, quod debebat, et benedictionem ſuam eccleſiaſtico more ſuſciperet, reſpondit benedictionem quidem ſe libenter velle ſuſcipere, ſed profeſſionem, quam exigebat, et anteceſſores ſuos feciſſe ſciebat, nulla ratione facturum. Cujus verbis quia Radulphus nec auditum praebere aequanimiter voluit, negotium ipſum eouſque indeterminatum remanſit. Ipſe quoque Thurſtanus legatos ſuos Romam direxerat, modis, quibus apud Romanos agi oportere ſciebat, a papa cupiens abſolutionem debitae profeſſionis obtinere, ſed nihil effecerat. Rex autem Henricus, uti advertit Thurſtanum in ſua pervicacia ſtare, et eandem pervicaciam quaſi ex tuitionis ſuae fiducia fulcire ac manutenere, rupit ei ipſius fiduciae nodos, et aperte proteſtatus eſt, illum aut morem anteceſſorum ſuorum tam in profeſſione facienda, quam et in aliis dignitati eccleſiae Cantuarienſis ex antiquo jure competentibus, executurum, aut epiſcopatu Eboracenſi, cum benedictione funditus cariturum. Ad quae ille, clericorum quaſi dignitatis ſuae libertati ficta reverentia acclamantium, ſuique cordis conſilio impraemeditatius credens, renunciavit pontificatui; ſpondens regi et archiepiſcopo, ſe, dum viveret, illum non reclamaturum, nec

nec aliquam calumniam inde moturum, quicunque ſubſtitutus fuiſſet. Haec ille. Walt. Coventre in chronico ad annum ita de hoc concilio loquitur: Anno MCXVI. conventio optimatum et baronum totius Angliae apud Saleſbir. 14. cal. Aprilis facta eſt — Habita eſt ibi cauſa de querela, quae inter archiepiſcopum Cant. Radulphum, et electum pontificem Eborum per integrum annum verſata fuerat. Hic potius archiepiſcopatui renunciavit, quam obedientiam ſedi Cant. profiteretur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
PASCHAL. II. 19.	RADULPH. 4.	1117.	HENRIC. I. 18.

Leges eccleſiaſticae ſub rege Henrico I. * *continentes chartam regis Henrici primi de libertatibus Angliae: et habuit quilibet comitatus talem.* Ex lib. rub. in ſcaccar. fol. 163. b. citante Spelm.

HENRICUS, rex Anglorum, Sanſoni epiſcopo et Urſoni de Abetot, et omnibus baronibus et fidelibus ſuis, tam Francigenis, quam Angligenis, de Wireceſtreſcira, ſalutem.

Sciatis me Dei miſericordia, et communi conſilio baronum regni Angliae, regem coronatum eſſe. Et quia regnum oppreſſum erat injuſtis exactionibus, ego reſpectu Dei, et amore, quem erga vos habeo, ſanctam Dei eccleſiam inprimis liberam facio; ita quod nec vendam, nec ad firmam ponam, nec mortuo archiepiſcopo, ſeu epiſcopo, ſive abbate, aliquid accipiam de dominio eccleſiae, vel de hominibus ejus, donec ſucceſſor in eam ingrediatur.

— Et ſi quis baronum vel hominum meorum infirmabitur, ſicut ipſe dabit vel dare diſpoſuerit pecuniam ſuam, ita datam eſſe concedo. Quodſi ipſe morte praeventus, vel armis, vel infirmitate, pecuniam ſuam nec dederit, nec dare diſpoſuerit, uxor ſua, ſive liberi, aut parentes, aut legitimi homines ejus eam pro anima ejus dividant, ſicut melius eis viſum fuerit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
CALLIXT. II. 2.	RADULPH. 7.	1120.	HENRIC. I. 21.

Alexandri, regis Scotorum, epiſtola Radulpho, Cantuar. archiepiſcopo, rogans ut Eadmerus epiſcopatui S. Andreae in Scotia praeficiatur. Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. v. f. 130.

ALEXANDER, Dei gratia rex Scotorum, Radulpho, reverendo Cantuarienſi archiepiſcopo, et cum reverentia diligendo, ſalutem. Audita proſperi adventus veſtri in Angliam jamdiu a me deſiderati manifeſta relatione, de incolumitate ac proſperitate veſtra congaudens, ſummoque protectori gratias inde referens, cum temporalium undique occupatio curarum iter meum, ut veſtra ad praeſens valeam frui praeſentia, impediat, tam literarum deſignatione, quam legatorum relatione animae meae affectum veſtrae bonitati cupio manifeſtare. Tantae etenim diſcretionis perſonae fretus conſilio, bonum propoſitum peroptime ad boni operis effectum (Deo annuente) non dubito me poſſe perducere. Veſtram igitur latere nolo excellentiam, eccleſiam S. Andreae in regno meo exiſtentem jamdiu paſtorali cura deſtitutam, Dei et veſtrae benignitatis providentia paſtore idoneo, deſiderantem me velle conſolari. Quocirca veſtrae pietatis depoſco clementiam, ut quandam perſonam a pleriſque mihi laudatam, Eadmerum ſcilicet monachum, ſi vobis idonea viſa fuerit, ut pontificali inthronizetur dignitate, mihi liberam concedatis. Verens enim ſummum paſtorem me graviter offendiſſe, cum gregem ſuum negligentia mea aliiſque forſan criminibus impedientibus paſtoris penuria deſolatum, et a tramite veritatis in pluribus exorbitatum diu permiſerim, filiali etiam timore timens in hac re, eum amodo offendere, ad veſtrae fontem diſcretionis recurro, ut priſtinae memor exiſtens dilectionis inter nos habitae, me filium veſtrum paterno affectu ſpiritualiter, jamdiu a vobis adoptatum, veſtri munimine conſilii in hac re tueamini. Vale.

Radulphi, Cantuar. archiepiſcopi, literae Henrico, regi Anglorum, Alexandri, regis Scotorum, conſilium de Eadmero exponentes. Ibid. fol. 131.

HENRICO, regi Anglorum, charo domino ſuo, ac ſummo honore venerando, frater Radulphus, ſanctae Cantuarienſis eccleſiae indignus ſacerdos, et totus conventus ejuſdem eccleſiae, ſalutem, et orationes, et fidelia obſequia. Notum facimus ſublimitati veſtrae Alexandrum, regem Scotorum, cum conſenſu cleri et populi regni ſui, legatos ſuos ad nos miſiſſe, et conſilium curae paſtoralis ad opus eccleſiae S. Andreae a noſtra eccleſia expetiiſſe. Conſiderantes ergo

* Leges hae e libro legum regis Henrici primi decerptae ſunt. Quo autem anno conditae ſint, certo non conſtat, ſed vivente uxore ſua Matilda regina (ut patet in prooemio earum) etiam et filiis ſuis. Obiit autem regina ipſa anno dicti regis XVII. i. e. A. C. MCXVIII. filii vero ſubmerſi ſunt anno ſequenti. Nos igitur leges has anno obitum reginae praecedente promulgatas eſſe ſtatuimus.

eorum juſtam petitionem, et tam divini amoris reverentiam, quam ſanctae matris eccleſiae utilitatem attendentes, laudandis deſideriis pium praebuimus aſſenſum. Conceſſimus ergo juxta petitionem eorum perſonam eccleſiae noſtrae ab eis de nominatam, domnum Eadmerum, quem a pueritia diſciplinis eccleſiaſticis ſublimiter inſtitutum, et ſanctis moribus decenter ornatum, ad officium ſacerdotale omnino ſcimus idoneum. Veſtram igitur venerabilem ſublimitatem ſubmiſſo corde depoſcimus, ut veſtrae celſitudinis pia voluntate atque auctoritate, et illorum Deo digna petitio, et ſuper tam neceſſario eccleſiae Dei negotio noſtrae humilitatis conceſſio roboretur. Omnipotens Deus ſublimitatem veſtram ad honorem ſuum et munimen eccleſiae ſuae per longa tempora incolumem cuſtodire, et poſt temporale regnum dignitate perennis regni ſublimare dignetur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Anglae
CALLIXT. II 2.	RADULPH. 7.	1120.	HENRIC. I. 21.

Reſcriptum regis ad literas Radulphi, arch. Cant. Ex Eadm. Hiſt. Nov. lib. v. fol. 131.

HENRICUS, rex Angliae, Radulpho, archiepiſcopo Cantuariae, ſalutem. Volo et concedo, ut monachum illum, unde rex Scotiae te requiſivit, liberum ei concedas ad conſuetudinem terrae ſuae in epiſcopatu S. Andreae. Teſte Everardo de Calna apud Rothomagum.

Radulphi, Cantuar. archiepiſcopi, literae Alexandro, regi Scotorum, Eadmerum in Scotiam dimittere promittentes. Ibid.

CHARO domino et amico intimo Alexandro, Dei gratia regi Scotorum, Radulphus archiepiſcopus ſalutem et orationes. Gratias Deo innumerabiles referimus, qui ad cognoſcendum atque petendum quae debebatis, remotis nebulis, mentis veſtrae oculos aperuit. Gratias nihilominus generalitati veſtrae, qui petitionibus veſtris legitimis nos vobis ex amicis amiciſſimos, ex familiaribus familiariſſimos et junctiſſimos reddidiſtis. Licet enim ipſis petitionibus, quaſi oculum aut dexteram a corpore noſtro avellere quaeratis, laudare tamen habeo juſtum deſiderium veſtrum, et in quantum potero, ſecundum Deum illi obtemperare. Volens quidem, et ſi pace Dei et veſtra poteſt dici, invitus aſſentior bonae veſtrae voluntati; volens vero, quia Dei voluntati, quem in hoc facto praeſentem atque propitium conſpicio, reſiſtere non audeo, nec cor veſtrum in nos amaricare; invitus autem, quod quaſi ſolus, et patris conſolatione ac relevatione aſſidua, et filii ſapientis conſilio et auxilio in infirmitate noſtra ac aetate deſtituor. O ſapientis viri conſilium, ſi nos eo non ſpoliaretis et eum ſpolietis, qui tantum virum, tam famoſum, tam eccleſiae Dei utilem, vita et moribus et literis divinis, et, ſi opus fuerit, ſecularibus a pueritia inſtructum, terrae veſtrae conſilio praeeſſe, in his, quae ad Deum pertinent, ſatagatis. Si alius ex partibus longinquis, quod petitis peteret, pro certo ſciatis, non paterer elongari a nobis cordis noſtri arcanum; ſed vobis nihil eſt ſecundum Deum, quod abnuere velimus. Mittimus ergo ad vos perſonam, quam petitis, et omnino liberam, ut a vobis certius diſcat, ſi ad honorem Dei et ſanctae matris, Cantuarienſis videlicet eccleſiae, ſpectet petitio veſtra. Caute igitur et cum conſilio tractate quod agitis, quia ſunt multi, qui libenter ſacrationem iſtius diſturbarent, et ſi valerent, diſturbando caſſarent. Proinde noſtrum eſſet conſilium, ut quam citius ad nos remitteretur ſacrandus, ne dilatione quod timemus interveniat, vel quod nollemus. Salutat vos conventus fratrum eccleſiae noſtrae vere fideles veſtri, et omnino ad ſervitium veſtrum parati. In commune autem rogamus, ut ita vos habeatis erga fratres noſtros, qui in regno veſtro ſunt, ut Deus vobis inde gratias habeat, et nos. Valete.

Alexandri, regis Scotorum, epiſtola Radulpho, archiepiſcopo Cantuar. nuncians Eadmeri abitum e Scotia. Ibid. f. 135.

ALEXANDER, Dei gratia rex Scotorum, Radulpho, archiepiſcopo Cantuarienſi, in ipſo, qui vita eſt, ſemper vivere. Immenſae bonitati veſtrae petitioni meae condeſcendenti, perſonam in praeſulatu S. Andreae ſublimandam mihi mittendo, animi mei affectus benevolens, et, ut juſtum eſt, obnoxius, innumerabiles gratias reddit. Sed perſona in epiſcopatu poſita, conſuetudinibus terrae moribuſque hominum, ut res et tempus exigebat, et ut juſtum et neceſſarium eſſet, condeſcendere noluit. Ipſa vero tandem perſona in praeſentia quorundam epiſcoporum, et comitum, proborumque terrae meae virorum me requiſivit, ut ei licentiam recedendi, et de fidelitate, quam mihi fecerat, libertatem concederem, cum nullo modo remanere vellet, niſi eum in captione detinerem. Haec audiens, ei his verbis reſpondi; quodſi aliquas dictis vel factis injurias ei a me illatas, et quod in aliquibus, quae ei facere debuiſſem, me defeciſſe demonſtraret, pro Dei amore et meo honore libentiſſime praeſto eſſem emendare. Ad haec in praeſentia omnium aſtantium dixit, quod nullas dictis aut factis ei injurias injeceram, nec unquam in aliqua re, quam ei facere debuiſſem, defeceram. Praeterea egomet, et epiſcopi, et

conſules,

conſules, aliique terrae meae probi homines, ibi aſtantes, reverentiae obedientiam in quibuſcunque juſtum eſſet, magna animi benignitate obtulimus, et pro penuria honeſtae exhibitionis reverentiae non eſſe neceſſe ei praeſulatum relinquere, cum magna admonitione retulimus; ut etiam remaneret, donec regi Angliae et vobis nunciaſſem, ut amborum conſilio frui poſſem, obnixe rogavimus. His auditis, mihi reſpondit, quod nullo modo remaneret, niſi eum in captione detinerem; ſe enim nec utilem nec idoneum in praeſulatus regimine ſciebat, et ſi remaneret, detrimentum animae ſuae, et aliorum imminere videbat. Communi tandem conſilio nolui eum vi retinere, petitioni ſuae, quamvis invitus, adquievi; et epiſcopatum reddidit, et foedus amicitiae inter me et ipſum oſculo confirmavit. Et haec eſt rei veritas, quam literis vobis declarare volui, ne, ſi aliud ad aures veſtras perveniret, crederetis. Sciat denique bonitas veſtra, quod vobis penitus ut amicus fidelis obnoxius eſſe cupio, et conſilio veſtro, veſtrae etiam dilectioni ſubdi deſidero. Ut domino Eadmero honorem exhibeas obnixe poſtulo. Vale.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
CALLIXT. II. 2.	RADULPH. 7.	1120.	HENRIC. I. 21.

Radulphi, Cantuar. archiepiſcopi, literae Alexandro, regi Scotorum, de reditu Eadmeri in Angliam. Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. v. fol. 135.

ALEXANDRO, illuſtri regi Scotorum, frater Radulphus, Cantuarienſis eccleſiae miniſter, ſic regnare in regno terreno, ut cum Chriſto regnare poſſit in caelo. Gratias, quas poſſumus, venerabilis domine, ſublimitati veſtrae referimus pro dilectionis et honoris munere, quod erga parvitatem noſtram nunciis, et literis referentibus vos habere dignoſcimus. In quo, vos proculdubio nos pro poſſe ſemper devotos habebitis, et, ſi quid in vita noſtra, Domino largiente, fructuoſum inveniatur, veſtrum eſſe ſecure ſciatis. Gratias etiam ex bona voluntate vobis perſolvimus pro ſuſceptione chariſſimi filii noſtri Eadmeri, videlicet electi epiſcopi veſtri, quem ſecundum petitionem veſtram vobis tranſmiſſum honorifice tractaſtis. Quem nos etiam ad partes noſtras redeuntem, prout decuit tantam perſonam, officioſe ſuſcipientes, in adventu ipſius non mediocriter laetati ſumus. Cumque ſecretius poſtea inter nos ſermo verſaretur, audivimus eum aliqua a ſenſu literarum veſtrarum, quas prius audieramus, diverſa ſentire, nec omnibus antea auditis ex toto aſſenſum praebere. Nunc itaque, quoniam in ſcriptis veſtris aliud legimus, et aliud ab ipſo fratre percepimus, conſilio nobis eſt, ut eundem filium noſtrum apud nos retineamus, quouſque, Domino ducente, in Angliam veniatis, niſi forte aliquid aliud, quod nobis faciendum ſit, antea mandaveritis. Cum autem, Deo donante, vobis praeſentialiter loqui, et rerum cauſas hinc inde audire poterimus, ſi vita et doctrina hujus amici noſtri vobis et patriae veſtrae utilis eſſe videtur, injuncta ſibi obedientia ad electionis ſuae locum, ſi eum ſuſcipere vultis, redire poterit. Si vero in conſpectu veſtro aliud placitum fuerit, nos eum, ut virum in lege Domini multipliciter inſtructum, et omni bono opere aptum, cum magno gaudio retinebimus, et ſic ſpem bonam in miſericordia Dei habentes, ejus reditum fructuoſum habebimus. Vale.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
CALLIXT. II. 3.	RADULPH. 8.	1121.	HENRIC. I. 22.

Radulphi, archiepiſcopi Cantuarienſis, epiſtola Calixto II. *papae miſſa, querentis de injuria ſibi et eccleſiae Cantuar. illata in conſecratione archiepiſcopi, et cauſis eccleſiae Eboracenſis* †. Ex MS. Cott. Domitian. A. v. fol. 2. ſeqq.

REVERENDISSIMO domino et unice colendo patri ſummo pontifici, Callixto, et univerſae ſanctae et apoſtolicae eccleſiae Romanae, Radulphus, Cantuarienſis archiepiſcopus, et tota eccleſia Cantuarienſis, in Domino ſalutem et debitam ſubjectionem. Quoniam exigentibus malis noſtris nova quidem temporibus his eccleſiae Cantuarienſi, et ab exordio chriſtianitatis Anglorum inaudita ſubintravit adverſitas, alio modo jam quam prior uſus erat veſtrae majeſtati, alloqui praeſumimus excellentiam, O beatiſſime domine, et unice colende pater. Cogimur namque ad querelas, viderit Deus cauſam eccleſiae ſuae, qui mutat et ordinat omnia, prout ipſe novit. Siquidem ex quo beatus pater Gregorius ſanctum et venerabilem virum Auguſtinum ad praedicandum populis Anglorum deſtinavit, in conſuetudinem religionis devenit, quatenus apoſtolica ſedes quicquid dignitatis, primatus, et privilegii catholico et canonico more dicebat, eccleſiae Cantuarienſi impenderet, et eccleſia Cantuarienſis quicquid humilitatis, ſubjectionis, et fidei chriſtiano et eccleſiaſtico jure decebat, apoſtolicae ſedi perpetua ſtabilitate referret. Id firmum et illibatum ſervatum eſt, excepto quod Stigandus quidam hujus ſanctae Cantuarienſis eccleſiae contra canonicam et propriam conſuetudinem praeſulatum invaſit, qui tempore Alexandri II. papae, aſſiſtentibus cardinalibus, ab apoſtolica ſede directis, in Wintonienſi urbe accuſatus, convictus et depoſitus, a ſuperba temeritate deſivit; praeter hunc neminem Cantuarienſium epiſcoporum contra ſedem apoſtolicam quicquam invaſiſſe vel praeſumpſiſſe,

† Ut chronologia Radulphi, Cantuar. archiepiſcopi, cum aetate Callixti II. papae Romani, coincideret, annum MCXXI. epiſtolae huic praefiximus. Callixtus enim anno MCXIX. papatum adeptus eſt; Radulphus autem anno MCXXII. Octobris 20. archiepiſcopatui valedixit.

ſumpſiſſe, hiſtoria vel memoria didicimus. Unde recte et pulchre dictum eſt, ut quingentis jam et eo amplius annis, quicquid prima et ſumma apoſtolicae ſedis auctoritas ad catholicae fidei veritatem confirmandam, ad ſanctae et univerſalis eccleſiae pacem obſervandam, vel ad bonorum morum honeſtatem dilatandam in poſteros derivaret, id totum ſancta Cantuarienſis eccleſia inviolate cuſtodiens, per omnes Britanniarum partes inter ſubditos praedicaret: et quis erit vel etiam noſtrae partis ſummus adverſarius, qui infra tot annorum ſpatia aliud quicquam de noſtra eccleſia ſe didiciſſe audeat confiteri? nempe, quod pace veſtra dictum iri potuerit, quis veterum hiſtoriarum noſtrae eccleſiae ſeriem noſſe [illegible] t, tam diu [illegible] m [illegible] inter ſedem apoſtolicam et eccleſiam Cantuarienſem reperi[illegible] benevolentiam, [illegible] jam quaſi du[illegible] in majorem, et [illegible] minorem judicaverit, ſed quantum ad imperii et obedientiae eandem attinet voluntatem, illam et iſtam unam et eandem eſſe putaverit? Facile namque inter chriſtianorum animos juſtum imperium et voluntarium obediendi obſequium [illegible] comparat unitatem: porro quod Roma Cantuariae, id Cantuaria toti Britanniae [illegible] et beneficio miniſtravit. Unde igitur obſcuratum eſt aurum, et mutatus eſt color optimus? [illegible]tia quippe et delatione [illegible] excellentia veſtra turbata eſt, et rumore novitatum tantae diu unitati [illegible] paulisper infirmata deficere; et niſi, quia Deo permittente, adeo praeſentium dierum malitia, indignum erat, ut delatorum novitas tanta facilitate in noſtram graſſaretur injuriam, et chriſtianae pacis confunderet unitatem. Porro cum ſcriptum ſit, ne tranſgrediaris terminos, quos poſuerunt patres tui, irreligioſum eſt, ut epiſcopus Eboracenſis ultra pedem tendat novae praeſumptionis, quam eccleſiae ſuae facultas erat et norma priſcae conſuetudinis. Caeterum epiſcopo Cantuarienſi in debitum et aeternae ignominiae dedecus erit, ſi de privilegiis eccleſiae ſuae quicquam diminuat, et unde juſte ab antiquo illam inveſtitam reperit, inertiae ſuae conſenſu diebus ſuis expoliari permittit. "Malo," inquit beatus Gregorius, "quaelibet adverſa pati, quam eccleſiam Petri temporibus meis degenerari." Cum igitur Paulus dicat, "Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit;" nihil indebitum ab epiſcopo Eboracenſi epiſcopus Cantuarienſis expoſtulat, niſi ut ſibi canonicam ſubjectionis humilitatem debeat, quam anteceſſores ejus anteceſſoribus ſuis debuiſſe fideliter conſtat. Unde beatus Gregorius "Omnia" inquit, "quae antiquitas ſtatuit, intemerata ſerventur." Nempe nulli ſapienti incognitum, cujus capitis membrum eſt, qui propriae vanitate ſurreptionis alterius eccleſiae juſtitiam deterit; et cui teſtamento chriſtianae inſtitutionis ſubjectus eſt, ei contra fas rectitudinis ſimilis eſſe contendit; apoſtoli nimirum ſententia eſt, "Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit." Hoc eſt igitur, hoc eſt, ſereniſſime pater, quod tota conqueritur eccleſia Cantuarienſis, quia, ſicut dictum eſt, in injuriam noſtram pauculorum hominum nova graſſatur importunitas. Et locus, qui eccleſiae noſtrae hactenus beneficio aliquantulum habuit ſtatum religionis, in fine dierum juſtitiae noſtrae detrahet audacia propriae adinventionis: et certe non immerito moti ſumus, quia patriae, ut ita dicam, extremus angulus in eccleſia Dei diſſenſionis intulit moleſtiam, et tam perpetuam eccleſiae Cantuarienſis aboleret eminentiam; quodſi hucuſque ignorat Eboraca, quid jam per quadringentos et eo amplius annos utilitatibus ſuis Cantuaria contulit, [illegible] ipſa Cantuaria debuit, vixerit, ut aſſertionibus noſtris credere velint; publicas et veteres gentis Anglorum hiſtorias [illegible], tam E[illegible]ſis quam Cantuarienſis eccleſiarum privilegia inquirant, nec veritati, quos non habet angulos inducant. Quodſi veterum patrum inſtitutis et literis non credunt, nec verbis noſtris credituri ſunt. Miramur, inquiunt, quibus inſtitutis veterum gloriantur; praeſertim cum beatus Gregorius, qui primus populis Anglorum chriſtianitatis officium procuravit, et eccleſiarum noſtrarum leges et conſuetudines inſtituit, in Anglia duo pallia, duas ſedes metropolitanas, Lundonienſem videlicet et Eboracenſem, duos archiepiſcopos ordinaſſe videatur, quibus poſt obitum Auguſtini hanc diſtinctionem imponit, ut qui fuerit ordinatus prior habeatur. Id ſane, ut videatur, intendens, ut non Cantuaria, ſed Lundonia metropolis diceretur, et eſſet. Unde verum ſapientibus liquet, quia alterius metropolis tranſmutatio alteri non tranſlatae nec fuit, nec eſſe debuit priſcae dignitatis ablatio. Sed Cantuarienſis in quam metropolis nec ante illud decretum nec poſt tranſlata fuiſſe reperitur. Nil ergo noſtra intereſt, quicquid inter Lundoniam et Eboracum diſtinguitur, tantum ab utraque Cantuariae canonica reverentia teneatur. Siquidem in eccleſiaſtica hiſtoria gentis Anglorum, quam venerabilis Beda preſbyter luculento et veriſſimo ſtilo deſcribit, luce clarius eſt, quia praedicante Auguſtino et ſociis ejus verbum Dei Cantuariorum populo, tam eorum rex, quam idem populus, relicto gentilitatis ritu, unitati ſe ſanctae Chriſti eccleſiae credendo ſociavere. Nec diſtulit rex, quin etiam ipſis doctoribus ſuis locum ſedis eorum gradui congruum in Dorobernenſi metropoli ſua donaret, ſimul et neceſſarias in diverſis ſpeciebus poſſeſſiones conferret. Interea vir Domini Auguſtinus venit Arelas, et ibi juxta quod juſſa ſancti patris Gregorii acceperat, genti Anglorum ordinatur archiepiſcopus; reverſuſque inde Britanniam jam non Lundonienſis, ſed Dorobernenſis archiepiſcopus, miſit continuo Romam Laurentium preſbyterum et Petrum monachum, qui beato pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem Chriſti ſuſcepiſſe, ac ſe epiſcopum non Lundoniae ſed Doroberniae factum eſſe referrent, ſimul et de eis, quae neceſſariae videbantur quaeſtionibus, ejus conſulta flagitans: nec mora congrua queſtui reſponſa recepit, quae etiam hiſtoriae ſuae Beda inſerere commodum duxit. Porro ſciendum, quia tunc in Lundonia et finitima gente ejus, ſicut idem hiſtoriographus memorat, necdum ad fidem converſa, principatum habebat, non ipſe rex, ſed quidam nepos Aethelberti, regis Cantuariorum, quamvis

ſub poteſtate poſitus ejuſdem Aethelberti. At vero Auguſtinus, teſtante Beda, ubi in regia civitate ſedem epiſcopalem, ut praediximus, accepit; recuperavit in ea regio fultus adminiculo eccleſiam, quam inibi antiquo Romanorum fidelium opere factam fuiſſe didicerat, et eam in nomine ſancti ſalvatoris ſacravit, atque ibidem ſibi habitationem ſtatuit, et cunctis ſucceſſoribus ſuis. Revertentes igitur poſthaec, qui, ſicut dictum eſt, Romam miſſi fuerant, retulerunt ſecum ad Auguſtinum illam famoſiſſimam beati patris Gregorii epiſtolam, in qua inter Lundonienſem ſaepedictam diſtinxiſſe videtur. De cujus diſtinctionis intelligentia, ne quid dubium remaneret, Johannes Levita Romanus, in vita beati Gregorii, ad Johannem papam ita ſcribit, dicens: "Miſit," inquit, "beatus Gregorius Auguſtino pallium, jubens, ut ſub metropoli ſua Cantiae duodecim epiſcopos ordinaret, ad Lundoniam et Eboracam ſingulos epiſcopos mitteret, qui duodecim ſub ſe nihilominus epiſcopos conſecrantes, pallium ab apoſtolica ſede perciperent, et poſt Auguſtini obitum ipſe inter eos primus haberi debuiſſet, qui primus conſecrare meruiſſet." Juxta quam prudentis viri ſententiam nequaquam ſucceſſoribus Auguſtini beatus Gregorius debere ſubtrahi praeſignavit, quicquid primatus, ſeu dignitatis illi, ſicut ejuſdem gentis apoſtolo, apoſtolicae ſedis auctoritate conceſſit. Nam et ipſum ab illo uſque inpraeſens inveſtitura Cantuarienſium epiſcoporum indefinenter obtinuit. Denique in eadem beatus Gregorius ita: "Ad Eboracam," inquit, "civitatem te volumus mittere, quem ipſe judicaveris ordinandum, ita ut ſi eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſe quoque duodecim epiſcopos ordinet, et metropolitani honore perfruatur." At vero neque Auguſtinus, neque Laurentius, neque tertius ab Auguſtino Mellitus, Dorobernenſis archiepiſcopus, aliquem ad Eboracam deſtinavit ordinandum epiſcopum. Quartus autem ab eo Juſtus Paulinum antiſtitem conſecravit, et eum provinciae Eboracenſis populis praedicatorem delegavit. De quo Juſto ſcire velim, an eum Eboracenſes erga ſe minoris fuiſſe dignitatis aſſeverent, quam Gregorius Auguſtinum fore decrevit, an ejuſdem; qui fecit quod ille facere debuit; nec tamen fortaſſe potuit. Ni fallor ejuſdem prorſus, inquient, quia nil impedit perſonarum diverſitas, ubi idem facit eadem et voluntas et poteſtas; ita tamen ut ſucceſſores Paulini itidem cenſerentur cum ſucceſſoribus Juſti, quales futuri eſſe decernuntur, cum ſucceſſoribus Auguſtini. Habuit igitur vel unum Auguſtinus ſucceſſorem, quem eccleſia Eboracenſis et habuit et habere debuit primatem. Sed enim Paulinus gentem, ad quam miſſus eſt, a gentilitatis errore convertit, et ab apoſtolica ſede pallium ſuſcipiens, in Eboraca cathedram epiſcopalem inſtituit, epiſcopum tunc in provincia ſua neminem creavit. Ac deinde poſthaec defuncto Juſto, Honorius pro eo Cantuarienſis ſuccedit epiſcopus. Turbatis itaque rebus Northanhimbrorum, cum nil alicubi praeſidii niſi in fuga eſſe videret, Paulinus rediit ad matrem ſuam Cantuarienſem eccleſiam, atque ab Honorio archiepiſcopo multum honorifice ſuſceptus eſt. Quo in tempore Roffenſis eccleſia, quae non Cantuariae tantum magiſterio, verum etiam temporali dominio hucuſque ſerviebat, paſtorem minime habebat; ac per hoc curam ipſius praefatus Paulinus invitatione et praecepto Honorii archiepiſcopi ſuſcepit ac tenuit, uſquedum et ipſe ſuo tempore ad caeleſtia regna cum glorioſi fructu laboris aſcendit. In qua eccleſia moriens, pallium quoque, quod a Romano papa acceperat, reliquit: quocirca ſimplicium auribus planum eſt, quia in omni primatu ſui ſimilem alterum habuit Auguſtinus ſucceſſorem, niſi forte Eboracenſes dicant Paulinum ſuum interim non ſubjectum, quamdiu ſuus, ſubjectum vero, quia Roffenſis poſtmodum erat epiſcopus. Sane quicquid egit, ſubjectionis praetendit judicium, et quod recepit, eccleſiae Cantuarienſis inſigne erat beneficium. Denique in tota illa hiſtoria venerabilis Bedae preſbyteri certum eſt, Eboracam nec fidei nec religionis ullam habuiſſe conſtantiam, niſi beneficio et gratia Cantuarienſis eccleſiae. Quippe quae uſque ad haec Normannorum tempora vix unquam clericos vel monachos inſtituit, nec in provincia ſua aliquem epiſcopum procreavit, neque ipſa ſuis etiam pontificibus ſepulturam procuravit. Interea poſt deceſſionem Paulini provincia Northanhimbrorum religione fluctuabat et fide; quocirca rogatu Deo dilecti regis Oſwaldi, Scotorum epiſcopi, beatae memoriae Aidanum conſecratum antiſtitem in Angliam tranſmiſerunt; qui primus in Lindisfarnenſi inſula ſedem epiſcopalem accepit, tempore vero ſequenti, mutatis rebus, qui tunc epiſcopus Lindisfarnenſis, nunc dicitur et eſt Dunelmenſis. Poſt quem itidem Scoti uſque ad quatuor viritim epiſcopos ad eandem inſulam direxerunt: de quibus Scotis praetereundum non eſt, quia juxta decretum beati patris Gregorii ſuffraganei erant Cantuarienſis archiepiſcopi. In illa namque ſaepedicta epiſtola poſtquam de diſtinctione Lundonienſis et Eboracenſis epiſcopi, unde movetur tanta contentio, ſatis actum eſt, beatus Gregorius ad Auguſtinum ita ſubjungit, dicens: "Tua vero fraternitas non ſolum eos epiſcopos, quos ordinaverit, neque hos tantummodo, qui per Eboracae epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiam omnes Britanniae ſacerdotes habeat Deo Domino noſtro Jeſu Chriſto auctore ſubjectos." Et idem in reſponſionibus ad eundem ita: "In Galliarum epiſcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus, Britanniarum vero omnes epiſcopos tuae fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi perſuaſione roborentur, perverſi auctoritate corrigantur." Britannias ſiquidem pluraliter appellat, propter diverſas ejuſdem inſulae provincias et linguarum diviſiones. Beda namque cum Britanniae qualitatem deſcriberet, "Haec," inquit, "inſula inpraeſenti juxta numerum librorum, quibus lex divina ſcripta eſt, quinque gentium linguis unam eandemque ſummae veritatis et verae ſublimitatis ſcientiam ſcrutatur et confitetur, Anglorum videlicet, Britonum, Scotorum, Pictorum et Latinorum, quae meditatione ſcripturarum caeteris omnibus eſt facta communis. Idem in tertio ejuſdem hiſtoriae libro: "Denique," inquit, "omnes

" omnes nationes et provincias Britanniae, quae in quatuor linguas, id eſt, Britonum, Pictorum, Scotorum, et Anglorum diviſae ſunt, in ditionem Oſwaldus accepit." Et ſaepenumero idem in eodem volumine evidenter diſtinguit inter Scotos, qui Britanniam, et illos, qui incolunt Hiberniam. Epiſcopos igitur Scotiae beatus Gregorius ſuffraganeos deputavit Cantuarienſis eccleſiae; illos ſane duntaxat illa apoſtolicae ſedis auctoritate decernens, qui ante beati Auguſtini adventum in Angliam ab olim converſis Britonibus et Scotis inſtituebantur antiſtites; de quibus, ut ibi legitur, plurimos Auguſtinus in exordio epiſcopatus ſui convocavit ad colloquium ſuum, fraterna admonitione ſuadens, ut pace catholica ſecum habita, communem evangelizandi gentibus pro Domino laborem ſuſciperent: qui cum longa diſputatione habita Auguſtino et ſociis ejus aſſenſum praebere noluiſſent, tandem utriuſque partis concordia caecus adducitur in medium, cujus illuminatione conjectum eſt vera eſſe quaecunque Auguſtinus aſtruebat. Attamen illi nil horum, quae aſtruebantur, ſe facturos, neque illum pro archiepiſcopo habituros eſſe reſpondebant; unde factum eſt, ut minitante et praedicente Auguſtino, ſuae poſtmodum cum ſuis graviſſimam paterentur cenſuram perverſitatis, quia utiliter noluerunt obedire allegationibus veritatis. Et de Laurentio ſucceſſore Auguſtini Beda ita ſubſequitur dicens: " Denique, " inquit, " non ſolum novae, quae de Anglis erat collecta, eccleſiae curam gerebat, ſed et veterum Britanniae incolarum, necnon et Scotorum, qui Hiberniam inſulam Britanniae proximam incolunt, populis paſtoralem impendere ſolicitudinem curabat. Quam videlicet paſtoralis curae ſolicitudinem nunquam poſtea Cantuarienſis eccleſia tam univerſae Britanniae, quam Hiberniae beneficio ſimul et primatu impendere ceſſavit, niſi modo quando a novis et omnium veterum acutiſſimis Eboracenſis eccleſiae doctoribus omnia in aliud et melius corriguntur." Porro defuncto Honorio, Deuſdedit ſextus in epiſcopatu eccleſiae Dorobernenſis accipitur; cujus in tempore vir quidam, Ceadda nomine, magnae et religioſae ſimplicitatis in epiſcopatum eccleſiae Eboracenſis eligitur. Cumque Doroberniam conſecrandus advenerit, Deuſdedit archiepiſcopum jam migraſſe de ſeculo reperit; quapropter ad quendam illius ſuffraganeum, qui ſolus in tota Britannia orthodoxus remanſerat, divertit, et ab eo conſecratus Eboracum rediit. Interea quoque vacante Dorobernia quidam Wilfridus a rege Northanhimbrorum electus, Galliam mittitur, et conſecratus Angliam revertitur. Igitur tam rex Cantuariorum, quam rex Northanhimbrorum, licet ipſe duos jam epiſcopos in provincia ſua conſecrari obtinuiſſet, Britanniam tamen totam a nuper accepta chriſtiana religione vacillare timentes, quia Cantuaria archiepiſcopum non haberet, pari conſenſu electum quendam preſbyterum, nomine Wighardum, ad apoſtolicam ſedem conſecrandum direxerunt. Qui apud Vitalianum papam optime ſuſceptus, ſuperveniente peſtilentia ibidem obiit peregrinus. Quo defuncto, quidam magnae virtutis monachus, Theodorus nomine, Tharſo Ciliciae natus, tam lingua Graeca quam Latina praeditus, tam ſecularis philoſophiae quam eccleſiaſticae ſapientiae gratia refertus, ab ipſo papa eligitur, conſecratur, et comitante eum Adriano abbate, aeque viro ſapientiſſimo, non ſolum Doroberniae, ſed, ſicut Beda ſaepenumero memorat, totius Britanniae archiepiſcopus deſtinatur. Cujus laudis vitae, et primae dignitatis praeconium ſaepedictus hiſtoriographus eleganter exprimit dicens: " Ut enim " inquit " breviter dicam tantum profectus ſpiritalis tempore praeſulatus illius Anglorum eccleſiae, quantum nunquam ante potuere, ceperunt. Neque unquam prorſus ex quo Britanniam petierunt Angli, feliciora fuerunt tempora, dum et fortiſſimos chriſtianoſque habentes reges, cunctis barbaris nationibus eſſent terrori, et omnium vota adnuper audita caeleſtis regni gaudia penderent, et quicunque lectionibus ſacris cuperent erudiri, haberent in promptu magiſtros, qui docerent." Pervenit igitur Theodorus ad eccleſiam ſuam, non aliunde ſed ab apoſtolica ſede directus, comitante Adriano, ſicut Beda refert, qui cooperator exiſtens diligenter attenderet, ne quid ille contrarium veritati, fidei, et eccleſiae, Graecorum more in eccleſiam, cui praeeſt, introduceret. Moxque peragrata inſula tota quaquaverſum Anglorum gentes morabantur, nam et libentiſſime ab omnibus ſuſcipiebatur et audiebatur, rectum vivendi ordinem tam clero quam populo diſſeminabat, quaeque erant mutanda, mutabat, quae corrigenda corrigebat, cujus primatu et doctrina tam eccleſiae ſtatus, quam epiſcoporum numerus proficiebat. Iſque erat primus in archiepiſcopis Doroberniae, ſicut Beda eiſdem verbis teſtatur, cui omnis Anglorum eccleſia manus dare conſentiret. Ubi tunc Eboracenſium haec nova et admirabilis induſtria, quae jam in noviſſimis diebus male molitur eripere, quod jam eccleſia Cantuarienſis per quadringentos et eo amplius annos inviolate meruit poſſidere. Nec hiſtoria docet, nec memoria tenet, quando per tam diuturnum ſpatium primatu ſuo eccleſia Cantuarienſis exuta fuiſſe dicatur, niſi modo, quando Eboracenſium novitas in noſtram injuriam vehementer et proſpere elevatur, vel beati Gregorii vel ſacrorum canonum auctoritate didicimus, quia quicquid altera eccleſia ſaltem per triginta vel quadraginta annos illibate meruit obtinere, alterius poſtmodum eccleſiae improbitate non debeat amittere. Nobis autem omnium miſerrimis nec quadringentorum annorum poterit quicquam diuturnitas ſubvenire. Fatendum plane eſt, quia juxta prophetam pertranſierunt multi, et novorum Eboracenſium multiplex eſt ſcientia. Si voluerint fateantur et acclament quia illorum ſumus, quia eccleſia Cantuarienſis illorum mancipatur ſervitio; ſit eis pro ratione et voluntas et praeſumptio, vel dicant, quo tempore, quo auctore eccleſia Eboracenſis hanc manus dationem excuſſit, quia poſt beatum Theodorum uſque modo eccleſia Cantuarienſis merito beneficium et primatum obtinere promeruit. Caeterum interim videamus quid Beda referente, beatus Theodorus circa Eboracum et ejus provinciam egerit, quid chriſtianae religionis, quid fidei, quid eccleſiaſticae et canoni-

cae inſtitutionis ibidem operatus fuerit: niſi forte caſſare velint quicquid ille ordinavit, quia illis abſentibus immo necdum exiſtentibus quicquam ordinare praeſumpſit. Igitur Theodorus audiens quod Ceadda Eboracenſis epiſcopus aſſiſtentibus non catholicis epiſcopis fuerit ordinatus, depoſuit eum. Sed quia vir vitae venerabilis et mirae religionis erat, aliquanto tempore poſt canonice reconciliatum praefecit eum in provincia Dorobernenſi eccleſiae, quae modo Ciceſtrenſis appellatur, adminiſtrante Eboracae civitatis epiſcopium praedicto viro venerabili Wilfrido, qui non ſolum Eboracenſis ſed etiam omnium Northanhimbrorum epiſcopus erat. Cum autem idem Wilfridus emergentibus cauſis ab epiſcopatu, Egfrido rege cogente, per auctoritatem Theodori pulſus fuiſſet, ipſe Theodurus nolens provinciam Northanhimbrorum epiſcoporum ſolatio carere, duos epiſcopos ordinavit, et unum Eboracenſi, alterum Lindiſfarnenſi eccleſiae, praefecit; quibus etiam opportuno tempore poſt in eadem provincia locis opportunis alios tres addidit, et eorum aliis decedentibus alios, quos volebat, ſubrogavit. Quanta ibi bona Theodorus fecerit, quotiens concilia congregaverit, quot monaſteria per diſcipulos ſuos inſtituerit, in eccleſiaſtica Anglorum hiſtoria luce clarius eſt videre. Occiſo autem rege Egfrido, ipſe Theodorus praefatum Wilfridum a Ciceſtrenſi pontificatu, quem ipſe Wilfridus in Seleſei converſa per ſe ad fidem Chriſti tota auſtralium Saxonum provincia primus inſtituit abſtractum, Eboracae et toti provinciae Northanhimbrorum epiſcopum reſtituit, remotis iis quos jam olim eo repulſo ipſemet eidem provinciae, ut diximus, inſtituerat. Tranſlato autem ad caeleſtia Theodoro, ſucceſſor ejus Birhtwaldus, Cantuarienſis archiepiſcopus, coacto generali concilio in parochia Eboracenſi ſaepe nominatum Wilfridum propter cujuſdam contra eccleſiam Cantuarienſem factam inobedientiae culpam, loco pontificatuque ſubmovit, et poſtmodum monitus a Romano pontifice Johanne; ſuis omnibus eum reveſtivit, ſicque in pace quatuor annis ſupervixit, quinto ad Dominum tranſiit: juxta quod ei a Roma remeanti et apud Meldum Galliae urbem infirmanti, ſanctus Michael archangelus repromiſit. Nulli ergo ſapienti dubium, tam Theodorum quam ejus ſucceſſorem in Eboraco et ejus provincia primatum habuiſſe, qui toties in eiſdem locis epiſcopos inſtituerunt et reſtituerunt, et quibus omnes, ut Beda teſtatur, manus dare conſenſerunt. Hucuſque gentis noſtrae fidem et eccleſiae primitias et antiquam ſeriem, venerabilis Beda commemorat. Verum Eboracenſes velut ex aliqua paritate ſibi non mediocriter arrogare videntur, quia videlicet Honorius papa inter Cantuarienſem et Eboracenſem epiſcopum ita convenire judicat, ut cum eorum alter ex hac vita tranſierit, qui ſupereſt alterum in loco defuncti debeat ordinare. Et quidem id ita conſtat hucuſque fuiſſe ſervatum, quatenus videlicet quandocunque epiſcopus Eboracenſis a Cantuarienſi conſecrandus erat, ubicunque juberet Cantuarienſis, illuc Eboracenſis conſecrandus adiret; vel quandocunque Cantuarienſis ab Eboracenſi conſecrandus erat, illuc conſecraturus adveniret, ubi Cantuarienſis juberet. Non eſt igitur acclamanda parilitatis aequalitas, ubi tempore, primatu, cura, et beneficio totum jure vindicat alterius et facultas et inveſtiturae illibata diuturnitas. Et ni fallor, nec hiſtoria nec memoria tenent Eboracenſes, quod omnibus his contradicere valeant. Unde chriſtianis auribus ſatis liquet, cujus temeritatis audacia eſt matri filiam velle rebellare, cujus ſemper miniſterio religionis ſuae lac ſumpſit et gratiam. Superbe igitur Eboracenſis Cantuarienſi ſubtrahere nititur, quod tanto merito priſcae ſubjectionis debeatur. "Grave nimis eſt," inquit beatus Gregorius, "contra veterem uſum ſacerdotes ſibi quicquam arripere. Religio chriſtianae veritatis eſt, malle ubi decet humiliter ſubjici, quam ſuperbe majoribus ubi non decet aequari." "Fuit," inquiunt, "iſta ſubjectio quamdiu eccleſia Eboracenſis fuit ſine pallio". Revera, inquam, ſicut in veteribus chronicis Anglorum invenitur, centum viginti quinque annis ſine pallio perduravit. Non igitur temere debet praetermitti, quod tanto tempore potuit obtineri. Et ſi adeo meruit eccleſia Eboracenſis per Cantuarienſem enutriri, non ſit tunc ingrata beneficio, ſed eo magis humilis et obnoxia matris ſolatio. Pullorum crudelitas notari ſolet, qui poſt incrementum aetatis, intendunt jugulo matris. Et Dominus per prophetam, "Filios," inquit, "enutrivi et exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me." Porro ſi reſtituto pallio aliquatenus meruit creſcere, non tamen adeo, ut per ſe valeat exiſtere. Quomodo namque metropolitanus vel archiepiſcopus jure vocatur, cui nulla epiſcoporum provincia ſuffragatur. Habet, inquiunt, Lindiſfarnenſem, qui et Dunelmenſem; habet Glaſguenſem. Excepto, inquam, interim hoc Normannorum tempore, fatemur plane, quia tempore priori nunquam Eboracenſis archiepiſcopus aut Lindisfarnenſem ſuffraganeum habuit, aut Glaſguenſem. Sane dicant Eboracenſes, quem unquam archiepiſcopus Eboracenſis epiſcopum inſtituit? quem unquam in provincia ſua conſecravit? Immo, ſi pace illorum dici poteſt, Ripenſem et Haguſtaldenſem, quos eccleſia Cantuarienſis inſtituit, eccleſia Eboracenſis per terrenae poteſtatis ſurreptionem deſtituit. At vero Glaſguenſi breviter intimandum, quod eſt antiquorum Britonum epiſcopus, quos beatus pater Gregorius ſingulatim epiſcopo Cantuarienſi ſubjectos fore decrevit. Cujus videlicet eccleſiae epiſcopus, ſicut a majoribus natu illorum traditur, uſque ad haec Normannorum tempora, vel ab epiſcopo Scotorum, vel Gualenſium Britonum conſecrari ſolebat. Caeterum de Lindisfarnenſi, a quibus inſtitui vel conſecrari ſolebat, luce clarius ſupra oſtenſum eſt; ſed de inſtitutis antiquorum quid interim Eboracenſibus ſua intereſt providere. Invadant ſecuri et dicant. Alii laboraverunt, nos autem in labores eorum introeamus. Lapidatus eſt Naboht, nullo impediente, poſſideamus vineam ejus. Eſto tamen; habeat duos Eboracenſis ſuffraganeos epiſcopos; quibus vel eorum altero defunctis qualiter alios canonice ſolus reſtituat, perſpicuum non eſt: niſi forte cum voluerit uti libuerit, vel archiepiſcopum Cantuarienſem vel ejus provin-

ciales

ciales accerſiri jubeat; quibus dicto citius adventantibus, ſuos Eboracenſis inſtituat. Decernit, inquiunt, beatus Gregorius, ut epiſcopus Eboracenſis duodecim epiſcopos ordinare debeat, qui ſuae poſtmodum ſubjaceant ditioni. Habeat, inquam, dominus Eboracenſis vel duodecim, vel tredecim, vel quot ipſe creavit epiſcopos, et conſecravit. Illos ſaltem Cantuarienſi benigne dimittat, quos Cantuarienſis inſtituit, et diu ſine calumniarum retractatione obtinuit. Quid enim, inquiunt, reſtituto pallio neminem archiepiſcopus Eboracenſis ſuffraganeum habuit? ſi habuit, inquam, oſtendant vel per veritatis hiſtoriam, vel per teſtimoniorum memoriam uſque ad haec Normannorum tempora alicujus epiſcopi ſuam inveſtituram. Denique Alcuinus, qui et Albinus, famoſiſſimus et antiquus Caroli imperatoris magiſter, ad Adelardum, archiepiſcopum Cantuarienſem, ſcribens, inter caetera ſic dicit: "Eccleſiaſtica dignitas ubique exaltetur, ſanctaque ſedes, quae prima fuit in fide, prima ſit in ſanctitate et honore. Quae quidem partim diſciſſa eſt non rationabili, ut videtur, conſideratione, ſed quadam poteſtatis cupiditate. Quodſi fieri poſſet ut pacifice aduneтur, et ſciſſio reſarciatur, bonum videtur hoc fieri cum conſilio omnium ſacerdotum Chriſti; ita tunc ut ille pallio diebus ſuis non exuatur, licet ordinatio epiſcoporum ad ſanctam et primam ſedem recurrat." Teſtatur etiam Alcuinus in eadem epiſtola, quia per invaſores regni haec eccleſiae diſciſſio, et praedicta pallii reſtitutio provenit. Nam et Leo papa, quo invaſore id uſurpatum eſt, inſinuat ſcribens ad Coenwlfum, regem Merciorum, qui ſunt populi Anglorum: "De epiſtola," inquit, "quam Aethelardus reverendiſſimus et ſanctiſſimus nobis emiſit, quemadmodum popoſcit veſtra excellentia, ſicut decebat, ſanctitati ejus enucleatius reddidimus reſponſum, quia nos de clerico illo apoſtata, qui aſcenderat in regnum, ſimilem deputantes Juliano, depravato, et anathematizantes abjicimus, quatenus eum a nequiſſimo expellamus regno, et de ſalute animae illius procuremus. Nam pro hujuſmodi valde laudavimus fratrem noſtrum praefatum archiepiſcopum, quia pro fide orthodoxa animam ſuam poſuit." Ecce antiquo et hactenus illibato more Roma Cantuariam pro defenſione fidei orthodoxae beatificat, invaſorem regni, et apoſtatam notat, quo auctore contra eccleſiae Cantuarienſis debitam honeſtatem, alter, qui non debebat, palliatur. Ecce alterius et longinqui imperii magiſter jam per ſeculum uſitato nomine primam ſedem appellat, et manente pallio, ordinationem epiſcoporum ad primam ſedem recurrere debere judicat, quam in fine ſeculorum contra veterem et illebatum uſum, nova temeritate eccleſia Eboracenſis exhaeredare feſtinat. O mira et inaudita perverſitas! ſi plus valeat uſurpatae temeritatis audacia, quam diuturnae et inconcuſſae veritatis fida memoria. Contra hujuſmodi Leo papa ſic ſcribit: "Nec mos nec noviter introducta conſuetudo fuit eccleſiae noſtrae, contra antiqua ſtatuta nova vel inuſitata praeſumere; ſicut ex veterum hiſtoriarum auctoritate didicimus, credimus propter quod et loquimur." Haec fuit toto Anglorum tempore eccleſiae Cantuarienſis prima excellentia, O beatiſſime et unice colende pater! Caeterum toto hoc Normannorum tempore qualiter inter Cantuarienſes et Eboracenſes convenerit, praeſens et viva memoria declarabit. Siquidem a Normannis Anglia debellata, et, ſicut ante dictum eſt, Stigando depoſito, cum vacaret eccleſia Cantuarienſis, electus eſt in archiepiſcopum Lanfrancus, abbas Cadomenſis, vir reverendiſſimus, et omnis tam divinae quam ſecularis philoſophiae peritiſſimus, et totius Latinitatis magiſter doctiſſimus. Qui conſecratus in ſede propria a ſuis, invitavit electum Eboracenſem, virum honeſtae caſtitatis et bene literatum, Thomam nomine, quatenus ad primam ſedem Cantuarienſem conſecrandus adveniret. Venit, et profiteri monitus primo diſtulit. Tandem poſt haec profeſſus conſecratus eſt. Interea Romam ambo veniunt, et apud Alexandrum papam de palliis morem gerunt. Fortaſſis arrogantiae videretur edicere, quanta tunc reverentia Lanfranco apud ſedem apoſtolicam aſſurgitur, vel quanta ſubjectione Lanfrancus omnibus diebus ſuis apoſtolicae majeſtatis imperium proſequitur. Acceptis itaque palliis, Thomas de appetita et accepta profeſſione etiam papa calumniam movet, et Lanfrancus pro loco et tempore eccleſiae ſuae [illegible] exhibet. At vero dominus papa bona deliberatione praecepit, quatenus uterque revertatur ad propria, et collectis in unum majoribus natu, tam epiſcopis quam nobilibus Britanniae, illorum memoria et veterum hiſtoriarum teſtimonio tanta diſciſſio terminetur. Igitur peractis his, nihil aliud diffiniri potuit, quam quod eccleſiarum priſca conſuetudo, ſicut praefati ſumus, et tenuit et inſtituit. Quocirca Thomas ſibi hactenus incognitam rerum veritatem edoctus, et humiliter veniam petens, Lanfranco et primae ſedi reconciliatur. Eo ſane reconciliationis tempore quaecunque inpoſterum ſuboriri poterat altercationis occaſio, removetur, et tunc primum Eboracenſium metropolitanus eccleſiae Lindisfarnenſis epiſcopus, Lanfranco concedente, ſuffraganeus adhibetur. Ita duntaxat, quatenus inpoſterum de facienda profeſſione ſcrupuloſitas nulla remaneret, et Cantuariae prima ſedes in ſui primatus honore priſtino perduraret. Unde et Alexander papa inter alia, quae Lanfranco mittebat, ita ſcribit: "Accepimus," inquit, "a quibuſdam venientibus de veſtris partibus ad limina ſanctorum apoſtolorum Petri et Pauli, quod quidam clerici aſſociato ſibi terrenae poteſtatis, laicorum videlicet, conſilio, diabolico ſpiritu repleti, moliuntur de eccleſia ſancti ſalvatoris in Dorobernia, quae eſt metropolis totius Britanniae, monachos expellere, et clericos inibi ſtatuere." Igitur Thomas Eboracenſis tres viritim ſibi ſuccedentes epiſcopos, quorum unus hodieque ſupereſt, in Lindisfarnenſi eccleſia conſecravit. Nec tamen in urbe ſua, quippe ſolus non poterat, ſed ubi eccleſia Cantuarienſis in provincia ſua concedebat, et epiſcoporum ſuorum ſolatia exhibebat. Poſt haec Lanfrancus in ſenectute bona defungitur, et in locum ejus beatae memoriae Anſelmus, Beccenſis abbas, eligitur; cujus vitam virtutibus et miraculis glorioſam ſpiritalis et incomparabilis ſapientiae quidam divinus ſplendor illumina-

illuminavit. Hunc Thomas Eboracenſis in Dorobernia metropoli ſua ordinaturus et venit, et totius Britanniae primatem conſecravit; qui cujus obedientiae et humilitatis et fidei erga ſedem apoſtolicam fuerit, teſtantur perſecutiones, exilia, et pericula, quae, ſicut pene totus mundus agnovit, pro libertate Romanae eccleſiae patienter ſuſtinuit. Quem quidem cum Willielmus junior, rex Anglorum crudeliſſimus, ad abnegandum Urbanum papam illum coegiſſet, ſolus pene cum eccleſia ſua in tota Anglia Romani nominis ſplendorem non foedavit. Quapropter inter alia, quae paſſus eſt, etiam ille dominus Thomas Eboracenſis nec Deum timens, nec Romanae majeſtatis fidem reverens, chriſtiano et ſancto viro juſſu quidem praedicti regis nefando ore fraternitatem abnegavit. Quo tandem defuncto, in locum ejus quidam Gerardus ſuccedit, de cujuse lectione, vita, moribus, et miſerrimo obitu melius eſt ſilere, quam quicquam, quod chriſtianae pietatis aures offendat, enarrare. Interea ſedes apoſtolica de inveſtituris eccleſiarum cum rege Anglorum conſtanter actitabat. Unde et bonae memoriae Paſchalis papa ſcribens ad Anſelmum archiepiſcopum, cum provida deliberatione non debere per manus laicorum inveſtituras eccleſiarum dari decreviſſet, poſtea ſic infert: "Haec ita doceas," inquit, "ſicut tuo ſcis primatui expedire, quem profecto fraternitati tuae ita plenum et integrum confirmamus, ſicut a tuis conſtat praedeceſſoribus fuiſſe poſſeſſum." De cujus primatus confirmatione item Paſchalis Anſelmo ſic: "Quondam," inquit, "in literis ab apoſtolica ſede tibi directis, Cantuarienſis eccleſiae primatum ita tibi plenum conceſſimus, ſicut a tuis conſtat praedeceſſoribus fuiſſe poſſeſſum. Nunc autem petitionibus tuis annuentes, tam tibi, quam tuis legitimis ſucceſſoribus eundem primatum, et quicquid dignitatis ſeu poteſtatis eidem ſanctae Cantuarienſi ſeu Dorobernenſi eccleſiae pertinere cognoſcitur, literis praeſentibus confirmamus." Porro Gerardus accepto pallio de Roma Britanniam veniens, contra decretum domini papae, pro voluntate regis, graviter mentitus eſt. In ea namque fide, qua vivere epiſcopus debet, juravit, quia contra decretum ſuum dominus papa regi Anglorum inveſtituras eccleſiarum conceſſiſſet. Qua de re epiſtolae vel Anſelmi ad Paſchalem, vel Paſchalis ad Anſelmum habentur. Haec et alia his ſimilia Gerardus Eboracenſis contra Romanam eccleſiam attemptare praeſumebat, dum Anſelmus Cantuarienſis pro illa perſecutiones et exilia libenter pati non formidabat. Vae peccatis meis quibus ad malum imputatur, quicquid praedeceſſores mei optime meruerunt, et dominus Thurſtanus Eboracenſis ſola noſtrae partis injuria redimit, quicquid praedeceſſores ejus male geſſerunt. Vel ſi illi imputari non debet praedeceſſorum ſuorum culpa, mihi prodeſſe non debebit praedeceſſorum meorum virtus et juſtitia. Quia etſi peccata Radulphi tanta ſunt, ut pati talia debeat; Auguſtini, Theodori, Lanfranci et Anſelmi peccata nulla ſunt, ut noviſſimis temporibus pati iſta mereantur. Porro Gerardus cum Anſelmo de facienda profeſſione data fide juraſſet, fallaci tamen ut erat animo, profiteri diſtulit. Quippe ſe interim erga regem in via ſua proſperari, et dominum Anſelmum in via Dei et fide ſedis apoſtolicae cernebat injuriis et odiis hominum affligi. Tum Gerardo bonae memoriae Paſchalis ita ſcribit: "Quanquam," inquit, "prave adverſus nos, immo contra matrem tuam ſanctam Romanam eccleſiam te non ignoremus egiſſe, praeſentibus tamen literis tibi mandamus, ut profeſſionem tuam venerabili fratri noſtro Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, facere non negligas. Audivimus enim quondam praedeceſſorem tuum ex hac eadem re contentionem moviſſe, et cum in praeſentia domini Alexandri ſecundi papae ventilata eſſet, ex praecepto ejus diffinitione habita, poſt varias quaeſtiones Lanfranco praedeceſſori ſuo et ſucceſſoribus ſuis eandem profeſſionem feciſſe. Unde et nos quod tunc temporis diffinitum eſt, volumus, auctore Deo, firmum illibatumque ſervari." Interea Gerardus Eboracenſis miſerrima et ſubita morte defungitur, et in locum ejus vir valde caſtus et bene literatus Thomas junior ſubrogatur. Qui non longe poſthaec, defuncto in pace chriſtianiſſimo viro Anſelmo archiepiſcopo, profeſſus ſanctae et primae eccleſiae Cantuarienſi, conſecratus eſt in Lundonia ab ejus urbis epiſcopo. Is itaque quendam Britonem Glaſguenſi eccleſiae ordinavit epiſcopum, quae jam pene praeter memoriam non habuerat epiſcopi ſolatium. De quo epiſcopo ſciendum, quia, ſicut praedictum eſt, ſi antiquorum Britonum epiſcopus eſt, ſecundum beati patris Gregorii decreta Cantuarienſis eccleſiae ſuffraganeus eſt. Quodſi forte propter provinciarum viciniam, licet mutato et loco et populo, idem Pictorum epiſcopus debet putari, nihilominus eccleſiae Cantuarienſi ſuffragatur, utpote inſtitutus et creatus a Theodoro archiepiſcopo, ſicut Beda teſtatur. Veruntamen ſicut in geſtis ſanctorum virorum Columbae, videlicet preſbyteri, et abbatis, qui, Beda referente, ante adventum beati Auguſtini in Britannia primus Scotorum et Pictorum populis Chriſtum praedicavit, et venerabilis Cantugerni epiſcopi, qui primus Glaſguenſi eccleſiae praefuit, invenitur, non iſte eſt Candidae Caſae epiſcopus, quem Theodorus inſtituit, ſed unus de illis antiquis Britanniarum epiſcopis fuit, quos, ſicut ſaepe dictum eſt, ſingulatim beatus Gregorius eccleſiae Cantuarienſi ſubjugavit. Haec eſt igitur Cantuarienſis et Eboracenſis eccleſiarum priſcae conſuetudinis inſtitutio, quam non momentaneo et novo ritu, ſed per quadringentos, et eo amplius annos illibato more ſanctorum patrum acceptavit, et facultas et chriſtianae ſimplicitatis cauta diſpenſatio, O beatiſſime papa, et unice colende pater. Hoc eſt, hoc eſt, quod requirit eccleſia Cantuarienſis, quod non extorquetur impetu ſuperbiae, ſed debetur officio chriſtianitatis et obedientiae. Equidem juſtitiae fas eſt, non culpa vehementiae, ſacerdotes non ſegniter vindicare, quicquid eccleſiae ſuae poſtulat et uſus libertatis, et privilegium gratiae. Unde et Auguſtinus ad Simplicianum libro primo, "Quis non videat," inquit, "iniquitatis neminem argui poſſe, qui quod ſibi debetur exegerit, nec eum certe, qui quod ei debetur

betur donare noluerit." Et quis, inquam, ore ſobrio dominum Eboracenſem reprehendat, quaſi acceptae calamitatis et contumeliae, ſi primae ſedi et ſanctae Cantuarienſi eccleſiae ſolvere velit, quicquid olim dignum fuiſſe deprehenditur, et diuturnitate conſuetudinis et merito juſtitiae. Unde et concilio Toletano undecimo capitulo, unuſquiſque, qui ad gradus eccleſiaſticos eſt acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti ſui innodationem promittat. Et certe Radulphus peccator non merito arguendus eſt alicujus infamiae, quippe qui chriſtianae fidei vinculo detinetur, quatenus eccleſiae ſuae, cujus licet indigne ſuſcepit regimina, non debeat excellentiam libertatis ſubvertere, quam tanto tempore tot praedeceſſores ejus ſanctiſſimi et ſapientiſſimi viri voluerunt et potuerunt obtinere. Solent enim Romani pontifices de obſervandis indeclinabiliter decretis anteceſſorum ſuorum ante conſecrationem ſuam profiteri, et mihi quiſquam audeat imponere, quatenus eccleſiae meae privilegia debeam evacuare. Quodſi forte alicujus occaſionis articulo tantum nefas praeſumam attingere, certum eſt, quod ſpiritalis reus ero adulterii, quia primam fidem irritam feci. Hinc profecto beatus Gregorius ſcribit ita: "Grave nimis," inquit, "et contra ſacerdotale conſtat eſſe propoſitum, velle cujuſquam eccleſiae privilegia olim indulta confundere." Quod autem nec ipſi ſummo pontifici liceat ſanctorum patrum traditionibus contraire, Zoſimus papa ſic teſtatur: "Contra ſtatuta," inquit, "patrum aliquid concedere aut mutare, nec hujus quidem ſedis poteſt auctoritas." Viderit igitur apoſtolicae ſedis ſumma prudentia, quanta benevolentia veritatis digni ſunt, quorum aſtutia et delatione veſtra adverſum nos ingratitudo convaluit, quatenus de conſecratione domini mei Eboracenſis epiſcopi dignaretur incipere, quod nemo per tot tempora praedeceſſorum veſtrorum conſuevit, vel ſaltem inchoavit. Et avertat Deus ne majeſtati veſtrae ſurrepat illorum invidia, qui malevole dicunt Cantuariam contra nos tranſgredi, quia juxta paternarum inſtitutionum terminos juſte exigit legitimam ſubjectionem Eboracenſis epiſcopi. Errant, inquam, quia hoc Cantuaria meruit, hoc, ſalva benevolentia Romanae ſedis excellentiae, non contra Petrum, ſed cum Petro et ſub Petro multis millibus dierum tenuit; hoc priſcae conſuetudinis inveſtitura, et antiquitatis veneranda majeſtas inſtituit. Et ut interim beati Gregorii utamur verbis, "Quia cunctis liquet unde Britanniarum regionibus fides ſancta prodierit, cum priſcam conſuetudinem ſedis apoſtolicae eccleſiae Cantuarienſis humilitas repetit, quid aliud quam bona ſoboles ad ſinum matris recurrit?" Ravennas olim epiſcopus, in tempore beati Gregorii de uſu pallii in ſolennibus litaniis eccleſiae ſuae priſcam conſuetudinem ſolo teſtium juramento comprobavit; nobis nec veritatis hiſtoria, nec apoſtolicae ſedis data privilegia, nec tantae diuturnitatis inveſtitura prodeſſe ſufficiet. Admonitus, inquiunt, ad dominum papam cum prope eſſet, venire noluiſti. Venire, inquam, nolui, quia non potui. Novit Deus, qui me voluntate ſua corripuit, quia paſſionis meae moleſtia tantae majeſtatis tumultum, et terrorem ſuſtinere non potuit. Denique infirmitas non habet legem. Quantumcunque igitur velit, lapidabit me domini mei Eboracenſis epiſcopi et ſuorum violentia certe, non dabo vineam meam, nec vendam haereditatem patrum meorum. Habeamus, inquiunt, veritatis et opportunitatis indicium, facile eſt oſtendere, quod nihil debemus Cantuariae, niſi quod omnis eccleſia omni eccleſiae. Totam illorum, inquam, de qua gloriantur facilitatem, ſuperius expoſuimus, O ſereniſſime domine et reverendiſſime pater! Quae tamen illorum facultas quantacunque ſit, hic jure ventilanda eſſet, ubi antiquitatis hiſtoriae, ubi veterum chronica habentur, ubi provinciae et provinciarum ſingula loca dignoſci, et praeſens teſtium memoria poteſt adhiberi. Et quidem in ſecularibus judiciis ſolent minores poteſtates cum ſuis inferioribus quaecunque inter ſe diſcrepare videntur, in curia tractare, nec antea majoris poteſtatis curiae praeſentari, quam juſtitiae veritatem in ſua deprehendantur violaſſe. Nec judicatur ibi debere quemquam ſubire judicium, donec inveſtiatur, unde ſine judicio paſſus eſt ſpoliari. Qua in re nec ſacri canones diſſentire videntur, qui etiam ad veritatis diffinitionem triginta vel quadraginta annorum inveſtituram in rebus eccleſiaſticis ſatis eſſe teſtantur. Et quid de hominibus jactare conamur, cum inter Deum et eccleſiarum poteſtates iſta ſit habitudo, ut quicquid earum judicio in curia religionis eccleſiaſticae fuerit ſolutum, in caelo ſolutum credatur, et quod hic fuerit ligatum, ibi etiam ligatum teneatur. Nihil ergo indignum excellentiae veſtrae, ſi eccleſia Cantuarienſis, quae, ſicut notum eſt, de pietate apoſtolicae ſedis fidei primordia, lucra virtutis, et religionis accepit incrementa; in chriſtiana fide mereatur intra curiam provinciae ſuae obtinere, quod tanto tempore praedeceſſorum veſtrorum legitima voluntate potuit habuiſſe. Neque dominus Eboracenſis pace veſtra indignetur reddere ſanctae Cantuarienſi eccleſiae, quod ab anteceſſoribus ſuis redditum eſt, humiliter intendens, et in mente cum propheta ita revolvens: "Neque melior ſum quam patres mei." Memineritque ſapienter quia diſcernit Chriſtus reges ſuper columbam, et "Maledictus omnis, qui facit opus Dei fraudulenter." Sapiatque quorum caput eſt, qui dixit in corde ſuo, aſcendam ſuper altitudinem nubium, et ſimilis ero altiſſimo. Nullius rem concupiſcimus aut invadimus; terminos, quos poſuerunt patres noſtri, juſte vindicamus. Manus dationem, ſubjectionem, et profeſſionem Eboracenſis eccleſiae ſemper eccleſia Cantuarienſis obtinuit; idem requirimus, quia ita inveſtitam reperimus. Quocirca viderit ſanctae ſedis apoſtolicae ſumma juſtitia, ſi ſpoliari debet per ſubreptionem unius hominis, quod potuit haberi per ſpatium tanti temporis. Mementote, quod pace veſtra dixerim, quid apoſtolus dicat: "Patres," inquit, "nolite provocare ad iracundiam filios veſtros." Et propter Deum providete, ne ſuper nos obvenerit, quod ipſa veritas clamat: "Tradentur filii a parentibus." Neque vero quiſquam ſapiens et benevolus juſtum eſſe fateatur, ut quoties ab aliquo

quo juris noſtri ſuffraganeo provocamur, toties Romanae majeſtatis curiam adeamus. Denique ſanctitatis et juſtitiae veſtrae celſitudinem appellamus, quatenus eccleſiae noſtrae terminos, quos poſuerunt patres veſtri, firmos et integros obſervetis, quatenus more ſuo eccleſia Cantuarienſis totius bonae voluntatis veſtrae ſequatur imperium et optimum principatum. Quodſi vobis utile nec oneroſum videtur, poteſtis et debetis de cardinalibus veſtris, et de Galliarum epiſcopis, quos volueritis, huc tranſmittere, in quorum praeſentia ſapienter aſtruatur, ſi ita fuit primatus eccleſiae noſtrae, ſicut praelocuti ſumus, necne, vel ſi quicquam habeant Eboracenſes, quod contra haec omnia certum valeant approbare. Iterum atque iterum majeſtatem veſtram appellamus, ne in diebus noviſſimis ſanctae Cantuarienſis eccleſiae bonam fidem, et erga beati Petri ſummam et primam ſedem optimam obedientiam deſpiciatis. Valeat in Chriſto ſanctitas veſtra, O beatiſſime papa et unice colende pater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
CALLIXT. II 4.	RADULPH. 8.	1122.	HENRIC. I. 23.

Synodus Glocestrenſis. Ex Gervaſii Act. pontif. Cantuar. p. 1662. apud hiſt. Angl. ſcriptores x.

SECUNDO non. Februarii factus eſt conventus epiſcoporum, abbatum, ac procerum ex praecepto regis apud Gloceſtriam pro ſubſtituendo pontifice in locum defuncti. Juſſu quoque regis quidam ex monachis Cantuarienſibus venerunt illuc patrem ſibi electuri, ſive ſuſcepturi. Verum dum ſui ordinis perſonam juxta morem a tempore beati Auguſtini eccleſiae Cantuarienſi ſervatum monachi expeterent, et epiſcopos omnes eo quod clerici erant, in hoc ſibi penitus infeſtos haberent, regis pedibus proſtrati petierunt lachrymoſa voce, ne inſuetae profeſſionis hominem contra morem antiquum ſibi ſineret praeponi, cum tot in Anglia monachos haberet et abbates. Ad haec epiſcopi conturbati nulla ratione praebere potuerunt aſſenſum. Petierunt inducias monachi, ut ſuper hiis conventum Cant. et epiſcopum Roffenſem, qui ibidem non erat propter ſuam, quam habebat infirmitatem [conſulerent.] Repulſi ſunt etiam ab hac petitione. Dixerunt enim epiſcopi eos ab eccleſia perpetuo eliminandos utpote tranſgreſſores et contemptores. Rex, inquiunt epiſcopi, dominus eſt, nec veſtrum eſt in aliquo ſuae contradicere voluntati.

Eadmeri epiſtola Alexandro, regi Scotorum, cauſam exponens quare epiſcopatum in Scotia recuſavit acceptare. Ex Eadmer. Hiſt. Nov. lib. vi. fol. 139.

ALEXANDRO, illuſtri regi Scotorum, Eadmerus, quondam electus epiſcopus Scotiae, ſalutem et ſervitium. Pro benigna voluntate, quam ſe erga me veſtra excellentia olim habuiſſe monſtrare dignata eſt, gratias, quas poſſum, vobis exſolvo. Et quidem benignitatis veſtrae non meritorum meorum fuiſſe non neſcio, quod praetermiſſis innumeris, quos et vitae probitas, et ſapientiae atque prudentiae illuſtrabat auctoritas, me in epiſcopatum elegiſtis, et regno veſtro in iis, quae Dei ſunt, praeeſſe voluiſtis. Reddat vobis omnipotens Deus pro tam bona voluntate illud praemium, quod bona voluntas meretur apud eum. Et hoc utique orat quotidie, et deſiderat anima mea. Quod autem res alium, quam propoſiti communis tenor extiterit, eventum ſortita eſt, Dei diſpoſitioni, quam penetrare vel ſubterfugere nemo poteſt, aſcribendum fore non dubito. Quid tamen ex diſceſſu meo a pontificatu didicerim, ſi facultas mihi daretur ſecretius vobis loquendi, ſanctae fidei veſtrae notificarem. Licet enim corpore a vobis diſceſſerim, noveritis tamen pro certo, quod fidem, quam vobis debeo, Deo juvante, non violabo. Unde veſtrum et regni honorem in quibuſcunque potero, ſi non ſpreveritis, fideliter quaeram, ipſo teſte, qui conſcientiae meae ſolus et verus inſpector eſt. Nec haec dico, quod multum deſiderem in regno veſtro epiſcopari, ſed tamen mallem dignitatem terrae veſtrae augeri, quam minorari. Praeterea noverit beatitudo veſtra, quod omnes, qui audiunt, qualiter electus, ſuſceptus, et pontificatu ſaiſitus, et loco pontificis ſubſtitutus fui, una ſententia aſſerunt, nec me juſte potuiſſe epiſcopatum dimittere, nec alium, me vivente, juxta legem Domini ſubſtitui poſſe. Nec enim vir uxorem ſuam, aut uxor virum, ut alii nubat, dimittere legaliter poteſt. Sed fortaſſis dicitis, tu dimiſiſti; dimiſi quidem, ſed, quod cum pace veſtra dicatur, illata vi, cui contraire nequivi. Cum enim perpes diſcordia et interminabiles inimicitiae mihi ex veſtra parte per eos, quos vobis familiares eſſe ſciebam, intenderentur, niſi epiſcopatui funditus cederem, et his, veſter habitus circa me et diſſaiſitio, qua me bis rebus ad pontificatum pertinentibus, ſine lege et judicio ſpoliaſtis, atteſtarentur, neceſſario dimiſi, quod ablatum retinere non potui. Sed de iſtis epiſtolari brevitate diſquiri commode non valet. Quamobrem, omiſſis iſtis, breviter ſuggero, quia, ſi in pace veſtra permittitis, et opem, ut veſtram regalem ſublimitatem decet, ferre volueritis, ut ad vos honorifice redeam, ad explendum apud vos ſervitium Dei, et veſtrum, ſecundum voluntatem Dei conabor iter aggredi, et in omnibus voluntati veſtrae parere, niſi, quod abſit, videar voluntati Dei reſiſtere. Quodſi amplecti minime vultis, ultra non poſſum. Deo cauſam eccleſiae ſuae committo: ipſe videat, ipſe diſpenſet, ipſe, quod quiſque meretur, in hoc ſuo negotio cuique reddat. Ego liberavi, ut

ut aeſtimo, animam meam; ego, uti debui, coram eo expoſui cauſam meam, paratus in omnibus ſequi voluntatem ſuam. Ne tamen putetis me in aliquo velle quicquam derogare libertati vel dignitati regni Scotorum, ſecurum vos eſſe volo, quia quod a me petiiſtis, et ego tunc quidem adquieſcere nolui, aeſtimans aliud quam ſecundum quod poſtmodum didici aeſtimare debebam, de rege ſcilicet Anglorum, de pontifice Cantuariorum, et de benedictione ſacerdotali, ſi hucuſque perſiſtitis in ſententia veſtra, me amplius contradictorem non habetis, nec illa me a ſervitio Dei, et amore veſtro, quin quod volueritis faciam, ullo modo divellent; tantummodo alia, quae pontificis ſancti Andreae jure competunt, mihi liceat cum veſtra bona voluntate adminiſtrare. Haec olim vobis inſinuaſſem, ſed quia rumor quaque diſcurrebat, vos in Angliam, poſtpoſita omni ambiguitate, tunc vel tunc, aut certe tunc venturum, ſcribere diſtuli, quod magis optabam ſecreto vobis affatu declarare. Sive igitur iſta ſuſcipiatis, ſive altiori conſilio poſtponatis, ego, quod mea refert, pura et ſimplici conſcientia feci, ipſo cuncta inſpiciente, et examinante, qui novit quid cuique redditurus aequo moderamine ſit. Quoniam ergo in manu ejus ſunt etiam corda omnium regum, intimo corde rogo, ut ipſe cor veſtrum, et actus veſtros ad ſe ſua gratia dirigat, quatenus et eccleſia ſua, quae in regno veſtro peregrinatur, veſtra ope in ſancta converſatione de die in diem proficiat, et animae veſtrae poſt hanc vitam beatitudinis aeternae merces exinde proveniat. Amen. Quid de iſtis, excellentiae veſtrae placeat, benigne quaeſo mihi fideli veſtro literis ſuis notificare dignetur. Vale.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
CALLIXT. II. 4.	RADULPH. 8.	1122.	HENRIC. I. 23.

Radulphi, Cantuar. archiepiſcopi, literae Alexandro, regi Scotorum, rogantis ut Eadmerum ad epiſcopatum in Scotia revocet. Ex Eadm. Hiſt. Nov. l. vi. p. 140.

ALEXANDRO, illuſtri regi Scotorum, Radulphus, Cantuarienſis eccleſiae miniſter, et fratrum conventus, Domino Chriſto in ea deſerviens, per illum in terra regnare, cui famulatur omnis militia caeleſtis. Novit prudentia veſtra, chariſſime domine, quanto tempore ſedes epiſcopalis, quae in patria veſtra praecipua habetur, ſuo caruerit paſtore, quae procul dubio quanto fuerit ſuo deſtituta vigore, tanto deterius ſubditorum ruina inde proveniet. Unde hortamur ſtrenuitatem veſtram, quam divina propitiatio inter alios reges ita abſque notabili reprehenſione hucuſque honoravit, ut ab omnibus laudabilis habeatur, quatenus tanto religionis detrimento finem dantes, paſtorem, quem vos canonice elegiſtis, et nos legaliter ad vos miſimus, ad ſedem ſuam ex bona voluntate veſtra revocetis. Et cum nec in vobis nec in ipſo culpa pateat, quare hoc digne fieri non debeat, ex patrum auctoritate non intelligimus, qualiter, iſto vivente, alium, memorata eccleſia veſtra poſſit ſortiri epiſcopum; quia ſponſa Dei, ſuo ſuperſtite, ne fiat adultera, niſi legalem omnem contemnit maritum. Quapropter quomodocunque hactenus, hoc dilatum fuerit, virum, ſicut ſperamus, vobis utilem, et in lege Dei a pueritia nobiliter inſtructum, in primum dilectionis veſtrae gradum, et in officium ſibi injunctum, pro veſtra gloria revocate. Deus pacis et dilectionis, a quo omne bonum conſilium procedit, ſit ſemper vobiſcum. Quid vobis videatur de iis, quae vobis mandamus, nobis precamur reſcribi facite. Valeat dilectio veſtra cum domina regina uxore veſtra, et cum omnibus, qui ea, quae juſta ſunt, volunt, et vos diligunt, glorioſe domine, et honorandae ſanctae matris eccleſiae fili. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
CALLIXT. II. 6.	GUILIELM. 2.	1124.	HENRIC. I. 25.

Edictum regis Henrici I. *de viduatis eccleſiis.* Ex Chron. abb. de Bello, citante Spelmanno.

ANNO itaque incarnationis Deificae MCXXIV. generale domini regis Henrici per fines totius Angliae, ad purificationem ſanctae Dei genitricis Mariae, divulgatur edictum, ut quaecunque paſtoribus viduatae fuiſſent eccleſiae, ſibimet proſpicientes, regis in tranſmarinis partibus praeſentiam adirent ad ſuſcipiendos praelatos per idoneos legatos. Tunc eccleſiae de Bello prior, Hildewardus nomine, cum tribus ejuſdem monaſterii monachis mare tranſiens regem adiit, concioneque facta rex conſilio uſus archiepiſcopi Cantuar. Willielmi, necnon et epiſcopi Ciceſtrenſis Seifredi, qui tunc ad epiſcopatum Ciceſtrenſem electus fuerat, eccleſiae de Bello monachum Cantuar. quendam Warnerum nomine, abbatem delegavit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII II. 1.	GUILIELM. 3.	1125.	HENRIC. I. 26.

Bulla Honorii papae II. *Alexandro, epiſcopo Lincolnienſi privilegia confirmans ejuſdem eccleſiae.* Ex MS. dom. archiep. Cantuar. fol. 169. b.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Alexandro, Lincolnienſi epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus legitime promovendis, inperpetuum. Pia et diligens maternae cura ſolicitudinis teneros filios conſuevit dulciter educare, et adultis, unde ſuſtentari valeant, ſagaciter providere. Proportionaliter itaque ſancta Romana eccleſia in fide Petri fundata omnium eccleſiarum obtinet principatum, parvulos et imbecilles lacte ſapientiae ſuae nutrit, provectis autem et devotis profundioris ſcientiae pabula ſubminiſtrat, et ut liberius divinis vacare poſſint obſequiis, apoſtolicae ſedis munimine ab hoſtium incurſione defendit. Hac igitur inducti ratione, Lincolnienſem eccleſiam, cui, Deo auctore, dilecte in Domino frater Alexander epiſcope, praeſides, ſub apoſtolicae ſedis tutelam excipimus, et contra pravorum hominum moleſtiam, auctoritate ejus, defenſione et privilegio communimus. Bona ergo et poſſeſſiones, quas juſte et legitime poſſidet, vel infuturum, largiente Domino, canonice poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, et per vos eccleſiae Lincolnienſi et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus nominibus annotanda. Videlicet in civitate Lincolniae burgum quod vocatur Willingtorp, Hundegatam, eccleſiam Omnium Sanctorum Netelham, Ludam, Stou, Noritonam, Newercam, Slaford, Lidentonam, Spaldewic, Buchendenam, manerium ſitum juxta Legreceſtram civitatem, Chileſbei, Eropoſeiam, Banebiriam, Tamam, Nundentonam, Dorcheceſtriam, Woburnam, abbatiam de Egeneſham, cum omnium ſupradictorum pertinentiis, parochiam epiſcopalem Lindeſiam, Nicholaſira, Leeceſtraſira, Hamtonaſira, Buchinghamſira, Oxinafordſira, Huntendonaſira, Herefordſira pars. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum clerico vel laico liceat praefatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur uſibus eccleſiaſticis profutura. Si quae igitur eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei et Domini et redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud diſtrictum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, Amen. Datum Laterani per manum Almerici, S. R. E. diaconi card. et cancellarii, 3. cal. Februarii, indictione iv. incarnationis dominicae MCXXV. pontificatus autem domini Honorii papae ſecundi anno I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII II. 2.	GUILIELM. 4.	1126.	HENRIC. I. 27.

*Concilium Londinenſe**. Ex Sim. Dunelm. Hiſt. in ann.

ANNO Domini MCXXV. Johannes Cremenſis, accepta ab apoſtolico ſuper Britanniam legatione, cum diu in Normannia retentus eſſet, a rege tandem permiſſus in Angliam tranſvehitur, et ab eccleſiis honorifice accipitur, juxta quod ipſe commendatitias in hoc ipſum ad illas ab apoſtolico acceperat literas, quarum inferius exemplaria hic ponuntur:

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Johanni, preſbytero cardinali, apoſtolicae ſedis legato, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quemadmodum bonorum filiorum eſt ſubjecta devotionis humilitate patribus obedire, ita patrum intereſt benignae charitatis affectu filiis providere. Curam igitur et ſolicitudinem tibi a praedeceſſore noſtro felicis memoriae, papa Callixto II. in Angliae regno commiſſam providentiae dilectionis tuae committimus. Obſecramus autem in Domino, ut tanquam ſapiens et diſcretus Romanae eccleſiae filius, quae ad honorem Dei et ſedis apoſtolicae pertinent honeſtatem, ſtudioſius opereris. Data Laterani idibus Aprilis.

Sunt praeterea in hiſtoria Simeonis Dunelm. aliae duae epiſtolae Honorii papae; una eſt ad epiſcopos Angliae, altera ad regem Scotiae.

* Vide Binium tom. III. part. ii. p. 469. ubi e Florentii Wigornenſis continuatore (ſub anno MCXXV. pag. 499.) hujus concilii rationem atque canones promulgavit. Gravem etiam Matthaeo Pariſ. ignominiam impingit, quod proditam de libidine cardinalis Cremenſis narrationem ipſe etiam exaggeret; defenſionem, quam texuit Baronius, fuſius apponens. Haec clar. SPELM.

Vir ille doctiſſimus duas bullas ac ſummonitionem ad concilium hoc Londinenſe ex MS. Landaven. eccleſiae praepoſuit actis ſive canonibus in ea ſynodo ſtabilitis; cui nos manum damus, addentes tertiam bullam ex archivis Eboracenſibus, quam ſecunda reſpicere videtur.

Hono-

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis fratribus et filiis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, proceribus, et caeteris, tam clericis quam laicis, per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quamvis in extremis terrarum poſiti ſitis, ad Petri tamen apoſtoli curam chriſtianae fidei vos facit univerſalitas pertinere; cum enim Petro dictum eſt, "Paſce oves meas, paſce agnos meos," profecto nulla ovium, nullus agnorum exceptus eſt ad Chriſti conſortium pertinentium, qui non Petri commiſſus ſit paſtioni. Speciali praeter hoc ſorte regnum Angliae B. Petro et Rom. eccleſiae pertinere, ſanctiſſimi patris noſtri Gregorii papae auctoritas, et B. Auguſtini praedicatio manifeſtat. Hoc igitur diſpoſitionis debito provocamur, vobis longe poſitis ſolicitiore diligentia providere. Quamobrem chriſtianum filium noſtrum Johannem, cardinalem S. Romanae eccleſiae ſacerdotem, in partem noſtrae ſolicitudinis evocantes, vices ei noſtras in partibus veſtris commiſimus. Qui nimirum de eccleſiarum correctione ac ſtabilitate, de religionis augmento, et de caeteris, quae probanda vel improbanda viſa fuerint, cum veſtrae dilectionis auxilio cooperantibus ſanctorum apoſtolorum patrociniis pertractabit. Rogamus ergo vos, et monemus, atque praecipimus, ut eum tanquam S. Petri vicarium reverenter ſuſcipiatis, humiliter audiatis, atque ad ipſius vocationem ſynodales cum eo conventus ſolenniter celebretis, quatenus per ipſius et veſtram induſtriam in regno veſtro, quae corrigenda ſunt, corrigantur, quae firmanda ſunt, Sancto inſpirante Spiritu, firmentur. Data Laterani 2. idibus Aprilis.

Super Scotiae quoque regnum idem Johannes legati ſuſcepit officium, apoſtolico ſuper hoc regi ipſius gentis has literas mittente:

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio David, illuſtri Scotorum regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Oportet devotos et humiles beati Petri diſcipulos, quae ad honorem S. Romanae eccleſiae ſpectare cognoverint attentius operari. Unde nobilitati tuae rogando mandamus, ut dilectum filium noſtrum Johannem cardinalem, cui vices noſtras in partibus illis commiſimus reverenter ſuſcipias, et honores; epiſcopos etiam terrae tuae, cum ab eo vocati fuerint, ad concilium ſuum facies convenire. Controverſiam, quae inter Thurſtanum, Eboracenſem archiepiſcopum, et epiſcopos terrae tuae diu agitata eſt, eidem legato noſtro diligentius indagandam diſcutiendamque committimus. Finalem vero ſententiam apoſtolicae ſedis judicio reſervamus. Dat. Laterani idibus Aprilis.

Bulla papae Honorii II. *Thurſtano, Ebor. archiep. privilegia nonnulla concedens eccleſiae Eboracenſi.* Ex reg. Grenefeld, arch. Ebor. fol. 46.

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Thurſtano, Eboracenſi archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis inperpetuum. In eminenti apoſtolicae ſedis ſpecula, diſponente Domino, conſtituti, ex injuncto nobis apoſtolatus officio fratres noſtros epiſcopos intima charitate diligere, et eccleſiis ſibi a Deo commiſſis ſuam debemus juſtitiam conſervare, pro ipſarum quoque volumus ſtatu ſatagere, atque earum quieti et utilitate ſalubriter, auxiliante Domino, providere. Ideoque chariſſime frater Thurſtane, archiepiſcope, tibi tuiſque ſucceſſoribus, et per vos Ebor. eccleſiae, cui auctore Deo praeſides, Eboracenſis eccleſiae metropol. ſuffraganeos, et quicquid parochiarum vel epiſcopali vel metropolitico jure ad eandem cognoſcitur eccleſiam pertinere, inperpetuum confirmamus. Antiquam ſane Ebor. eccleſiae dignitatem integram conſervari auctore Deo cupientes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ne ulterius aut Cantuar. archiepiſcopus Eboracen. profeſſionem quamlibet exigat, aut Eboracen. Cantuarienſi exhibeat; neque, quod penitus a beato Gregorio prohibitum eſt, ullo modo Ebor. Cantuar. ditioni ſubjaceat, ſed juxta ejuſdem patris conſtitutionem, iſta inter eos honoris diſtinctio inperpetuum conſervetur, ut prior habeatur, qui prior fuerit ordinatus. Quod ſi Cantuar. archiepiſcopus Ebor. electum gratis et ſine ſubjectionis exactione conſecrare noluerit, electus Ebor. a ſuffraganeis ſuis, aut a Romano pontifice libere conſecretur. Porro antiquas libertatis conſuetudines et poſſeſſiones, quas vel in praeſenti legitime obtinetis, vel infuturo, largiente Deo, juſte poteritis adipiſci, eccleſiae Ebor. praeſentis privilegii auctoritate firmamus, ſtatuentes, ut nullus eas auferre, imminuere, vel temerariis audeat vexationibus infeſtare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione et gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis pro futuro. Illud quoque capitulo praeſenti ſubjungimus, ut eccleſiae S. Andreae Hagulſtadenſ. S. Joh. Beverlac. S. Wilfridi de Rippon, S. Mariae de Suthwella, S. Oſwaldi de Glouceſtr. in omnibus poſſeſſionibus, et libertatibus, et conſuetudinibus vobis veſtriſque ſucceſſoribus, necnon et Ebor. eccleſiae integre, ſemper, et quiete permaneant. Si quae igitur eccleſiaſtica ſaeculariſve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei et Domini redemptoris noſtri, Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem eccleſiae juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud diſtrictum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Hac auctoritate Johannes praedictus, circuiens Angliam, etiam ad regem Scotorum David pervenit apud fluvium Twedam, qui Northymbriam et Loidam diſterminat, in loco qui Roceſburh nominatur, ubi officio legationis peracto, rediens ad Lundoniam, celebravit concilium, quod de capitulis ſubter annexis habebatur in hunc modum.

Sed

Sed priuſquam ad concilii canones veniamus, exemplar literarum, quibus in eodem convocando uſus eſt Cantuarienſis archiepiſcopus (prout habetur in Landavenſi codice MS.) liceat exhibere. Nam a legato ipſo non videtur convocatum, ſed legati juſſu ab archiepiſc. Cantuariae: ſic autem codex ille.

Summonitio Willielmi, Cantuarienſis archiepiſcopi.

Willielmus, Cantuarienſis archiepiſcopus, Urbano, Landavenſi epiſcopo, ſalutem. Literis iſtis tibi notum facere volumus, quod Johannes, eccleſiae Romanae preſbyter cardinalis atque legatus, ordinatione, noſtraque conniventia concilium celebrare diſpoſuit Lundoniae in nativitate beatae ſemper virginis Mariae.

Propterea praecipimus, ut in praefato termino in eodem loco nobis occurras cum archidiaconibus et abbatibus et prioribus tuae dioeceſeos, ad definiendum ſuper negotiis eccleſiaſticis, et ad informandum ſeu corrigendum, quae informanda vel docenda ſeu corrigenda docuerit ſententia convocationis noſtrae.

Capitula in concilio Londinenſi confirmata. Ex Sim. Dunelm. in hoc anno. Necnon cod. MS. conciliorum Wigorn. eccleſiae collat. cum MS. colleg. S. Joh. Bapt. Oxon. n. H. 56.

Anno [a] ab incarnatione Domini MCXXVI. pontificatus autem domini papae Honorii ſecundi anno primo, regnante piiſſimo et glorioſiſſimo Henrico Anglorum rege, Willielmi magni filio, anno vero regni ipſius 27. celebrata eſt ſynodus Lundoniae in eccleſia beati Petri apoſtolorum principis, apud Weſtmonaſterium, menſe Septembri, nona die ejuſdem menſis; ubi, poſt multarum diſcuſſionem cauſarum, promulgata ſunt haec capitula et ab omnibus confirmata, numero 17. Praefuit autem illi ſynodo Johannes de Crema, S. Romanae et apoſtolicae eccleſiae de titulo S. Chryſogoni, preſbyter cardinalis, et praedicti domini papae Honorii in Angliam legatus, cum Thurſtano Eboracenſi, Willielmo Cant. archiepiſcopis, et cum epiſcopis diverſarum provinciarum numero XX. et abbatibus circiter XL. et cum innumera cleri et populi multitudine.

1. Sanctorum patrum veſtigiis inhaerentes, quemquam in eccleſia per pecuniam ordinari auctoritate apoſtolica prohibemus.

2. Interdicimus etiam, ut pro chriſmate, pro oleo, pro baptiſmate, pro poenitentia, pro viſitatione infirmorum, ſeu unctione, pro communione corporis Chriſti, pro ſepultura nullum omnino pretium exigatur.

3. Satuimus praeterea et apoſtolica auctoritate decernimus, ut in conſecrationibus epiſcoporum, vel abbatum benedictionibus, ſeu in dedicationibus eccleſiarum, non cappa, non tapetae, non manutergium, non baccinia, et nil omnino per violentiam, niſi ſponte oblatum fuerit, penitus exigatur.

4. Nullus abbas, nullus prior, nullus omnino monachus vel clericus eccleſiam, ſive decimam, ſeu quaelibet beneficia eccleſiaſtica de dono [vel manu] laici ſine proprii epiſcopi [b] aſſenſu ſuſcipiat: quod ſi praeſumptum fuerit, irrita erit donatio hujuſcemodi, et ipſe canonicae ultioni ſubjacebit [c].

5. [d] Sancimus praeterea, ne quis eccleſiam ſibi ſive praebendam paterna vendicet haereditate, aut ſucceſſorem ſibi in aliquo eccleſiaſtico [e] conſtituat beneficio: quod ſi praeſumptum fuerit, nullas vires habere permittimus, dicentes cum pſalmiſta, "Deus meus pone illos ut rotam, qui dixerunt, haereditatem poſſideamus ſanctuarium Dei."

6. Adjicientes quoque ſtatuimus, ut clerici, qui eccleſias ſeu beneficia habent eccleſiarum, et ordinari, quo liberius vivant, ſubterfugiunt, cum ab epiſcopis invitati fuerint; ſi ad ordines promoveri contempſerint, eccleſiis ſimul et beneficiis earum priventur.

7. Nullus in decanum, nullus in priorem niſi preſbyter, nullus in archidiaconum niſi diaconus promoveatur.

8. Nullus in preſbyterum, nullus in diaconum, niſi ad certum titulum ordinetur; qui vero abſolute fuerit ordinatus, ſumpta careat dignitate.

9. Nullus abbas, nullus omnino clericus, vel laicus quemquam per epiſcopum in eccleſia ordinatum abſque proprii [f] judicio epiſcopi praeſumat ejicere. Qui autem ſecus facere praeſumpſerit, excommunicationi ſubjaceat.

10. Nullus epiſcoporum alterius parochianum ordinare, vel judicare praeſumat; unuſquiſque enim ſuo domino ſtat aut cadit; nec tenetur aliquis ſententia non a ſuo judice prolata.

11. Nemo excommunicatum alterius praeſumat in communionem ſuſcipere; quod ſi ſcienter fecerit, et ipſe communione careat chriſtiana.

12. Praecipimus etiam ne uni perſonae in eccleſia [g] diverſi tribuantur honores.

13. Preſbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, canonicis uxorum, concubinarum, et omnium omnino foeminarum contubernia auctoritate apoſtolica inhibemus, praeter matrem, aut ſororem, vel amitam, ſive illas mulieres, quae omnino careant ſuſpicione. Qui [h] decreti hujus violator extiterit confeſſus vel convictus, ruinam proprii ordinis patiatur.

14. Uſuram et turpe lucrum clericis [i] omnimodis prohibemus. Qui vero ſuper crimine tali confeſſus fuerit, aut convictus, a [k] proprio gradu dejiciatur.

15. Sortilegos, ariolos, et auguria quaeque ſectantes, eiſque conſentientes excommunicari praecipimus, perpetuaque [l] damnamus infamia.

16. Inter conſanguineos ſeu affinitate propinquos uſque ad ſeptimam generationem matrimonia contrahi prohibemus. Si [m] qui vero a-

[a] Ab *Anno ab incarnatione* uſque ad *populi multitudine* deſunt in MS. [b] MS. inſerit *auctoritate et.* [c] *ſubjaceat.* [d] *Satuimus* pro *ſancimus.* [e] *beneficio conſtituat.* [f] *epiſcopi judicio.* [g] MS. inſerit: *archidiaconatus aut.* [h] *hujus decreti.* [i] *Omnino* pro *omnimodis.* [k] *gradu proprio.* [l] *notamus* pro *damnamus.* [m] *quando* pro *qui.*

liter conjuncti fuerint, ſeparentur.

17. Interdicimus etiam, ut viri proprias uxores de conſanguinitate impetentes et teſtes, quos adducunt, non ſuſcipiantur, ſed priſca patrum in omnibus ſervetur auctoritas.

[n] His taliter ſynodali decreto confirmatis, Johannem Romam revertentem comitantur ab ipſo evocati Thurſtanus Eboracenſis et Willielmus Cantuarienſis, de ſuis cauſis in apoſtolica audientia acturi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
HONORII II. 2	GUILIELM. 4.	1126.	HENRIC. I. 27.

Concilium Roxburgenſe epiſcoporum Scotiae. Ex Sim. Dunelm. Hiſt. apud x. Scriptores pag. 252.

JOHANNES de Crema, S. Chryſogoni preſbyter cardinalis, a papa Honorio ſecundo in Britanniam miſſus, concilium hoc apud Roxburg vel Rocheſburh ad diſcutiendam controverſiam inter Thurſtanum, archiep. Eb. et epiſcopos Scotiae celebravit; uti ex Sim. Dunelm. conſtat.

Bullam legationis ad munus hoc obeundum papa Johanni Cremenſi dedit hujus tenoris:

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio David, illuſtri Scotorum regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Oportet devotos et humiles beati Petri filios, etc. Vid. pag. praecedent.

Quid autem in hoc concilio actum ſit, ac an, et quonam modo animos epiſcoporum Scotiae ab archiepiſc. Eboracenſi alienos legatus conciliaverit, nullibi, quod ſciam, reperitur. Dicitur tamen apud ſcriptorem modo memoratum, quod peracto legationis officio, Londoniam redierit concilium celebraturus; unde colligere licet, concilium hoc Roxburgenſe ante Londinenſe fuiſſe habitum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
HONORII II. 3.	GUILIELM. 5.	1127	HENRIC. I. 28.

Bulla pro Legatina poteſtate archiep. Cantuar. data. Ex MS. Cott. Cleop. E. 1.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis fratribus et filiis epiſcopis, abbatibus, baronibus, et caeteris clericis per Angliam et Scotiam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sponſa Chriſti SS. eccleſia in firmamento apoſtolicae fidei radicata, tanquam devota mater et propitia, conſuevit mitibus et humilibus filiis vitae pabula miniſtrare, tam iis, qui longe poſiti ſunt, quam iis, qui prope. Propinqui ſiquidem per exhibitam ſibi noſtrae perſonae praeſentiam, longinqui vero per legatorum noſtrorum miniſterium viſitantur. Quum igitur vos tanquam unicos et ſpeciales B. Petri filios fore cognoſcimus, chariſſimo fratri noſtro Guilielmo, Cant. archiepiſcopo, in Anglia et Scotia commiſimus, quatenus conſtitutus illic a nobis apoſtolicae ſedis legatus, charitatis veſtrae fretus auxilio, ad honorem Dei, et SS. Romanae eccleſiae, et animarum veſtrarum ſalutem, corrigenda corrigere, et firmanda valeat, operante Domino, confirmare. Quapropter univerſitati veſtrae mandando praecipimus, ut ei ſicut legato noſtro, humiliter obedire, et cum ab eo invitati pro eccleſiarum ſtatu et chriſtianae religionis incremento fueritis, ad ejus vocationem unanimiter convenire, et ſynodales cum eo ſtudeatis celebrare conventus. Dat. Lateran. 8. cal. Febr.

[n] *His taliter* [illegible] in MS

Concilium generale Weſtmonaſterienſe triduo habitum in monaſterio S. Petri, viz. tertio idus Maii, etc. an. Dn. MCXXVII. *praeſidente Guilielmo, archiepiſcopo Cantuariae, Romanae ſedis legato.* Ex continuatore Flor. Wigorn. collat. cum MSS. Regio 10. A. viii. et Spelm.

GUILIELMUS, DOROBERNENSIS archiepiſcopus, congregavit generale concilium omnium epiſcoporum et abbatum, et [a] quarumque religioſarum perſonarum totius Angliae, apud monaſterium ſancti Petri in occidentali parte Lundoniae ſitum. Cui concilio praeſedit ipſe ſicut archiepiſcopus Cantuariae et legatus apoſtolicae ſedis, conſidentibus ſecum, Guilielmo, Wintonienſi epiſcopo, Rogero Sareſbirienſi, Guilielmo [b] Exceſtrenſi, Alexandro Lincolnienſi, Herveo Elienſi, Everardo Norwicenſi, [c] Sigefrido Ciceſtrenſi, Richardo Herefordenſi, Godefrido Bathonienſi, Johanne Roſenſi, [d] Bernardo de ſancto David [e], Urbano Glamorgatenſi, ſive Landavenſi, David [f] Bangornenſi, Richardus Lundonienſis et Robertus Coventrenſis jam obierant, nec aliquis in ſedem [g] illorum eo uſque ſucceſſerat. Thurſtanus [h] autem, Eboracenſis archiepiſcopus, directis nunciis et literis rationabili cauſa oſtendit ſe conventui [i] ipſi [k] intereſſe non potuiſſe. [l] Randulphus vero, Dunholmenſis epiſcopus, eo tendens, infirmitate correptus eſt, [m] nec iter coeptum perficere potuit, ſicut prior eccleſiae, et clerici, quos illuc direxerat, ſub teſtimonio veritatis atteſtati ſunt. Wigornienſis [n] autem epiſcopus, Simon ad parentes ſuos trans mare iverat, et nondum reverſus erat. Confluxerant quoque illuc magnae multitudines clericorum, laicorum, tam divitum, quam mediocrium, et factus eſt conventus grandis et inaeſtimabilis. Sedit autem 3. diebus, id eſt tertio idus Maii, et die ſequenti [o] tertioque poſt [p] hoc, qui fuit 17. [q] cal. Junii. Acta ſunt ibi de negotiis ſecularibus nonnulla, quaedam quidem determinata, quaedam [r] dilata, quaedam vero, propter nimium aeſtuantis turbae tumultum, ab audientia judicantium profligata. Quae autem communi epiſcoporum conſenſu in ipſo concilio decreta ſunt et ſtatuta, ſicut illic publice recitata ſunt et ſuſcepta, in hoc opere placuit annotare. Sunt igitur haec:

1. Eccleſias et eccleſiaſtica beneficia, ſeu quoſlibet eccleſiaſticos honores vendi vel emi, auctoritate beati Petri apoſtolorum principis, et noſtra, omnino prohibemus. Qui vero hoc praeceptum violaſſe convictus fuerit, clericus quidem, etiamſi canonicus regularis ſit vel monachus, ab ordine [s] deponatur; laicus vero exlex et excommunicatus habeatur, et ejuſdem eccleſiae vel beneficii poteſtate privetur.

2. Ordinari quemquam per pecuniam in [t] eccleſia Dei vel promoveri auctoritate ſedis apoſtolicae [u] modis omnibus interdicimus.

3. Exactiones certas pecuniarum pro recipiendis monachis, canonicis, et ſanctimonialibus condemnamus.

4. Nullus in decanum niſi preſbyter, nullus in [x] archidiaconatum niſi diaconus conſtituatur: quodſi quis ad hos honores infra praedictos ordines jam deſignatus eſt, moneatur ab epiſcopo ad ordines accedere. Quodſi juxta monitionem epiſcopi ordinare refugerit, eadem, [y] ad quam deſignatus fuerat, careat dignitate.

5. Preſbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, et omnibus canonicis contubernia mulierum illicitarum [a] penitus interdicimus. Quodſi concubinis (quod abſit) vel [b] conjugibus [c] adhaeſerint, eccleſiaſtico priventur ordine, [d] honore [e] ſimul, et beneficio. Preſbyteros vero parochiales (ſi qui tales fuerint) extra chorum ejicimus, et infames eſſe decernimus.

6. Archidiaconis vero et miniſtris (quibus hoc incumbit) auctoritate Dei et noſtra praecipimus, [f] ut omni ſtudio et ſolicitudine procurent ab eccleſia Dei hanc perniciem [g] omnino eradicare. Quodſi qui in hoc negligentes, vel (quod abſit) conſentientes inventi fuerint, primo et ſecundo ab epiſcopis digne corrigantur [h], tertio vero canonice ſeverius corripiantur.

7. Concubinae [[i] vero] preſbyterorum et canonicorum, niſi [k] ibi legitime nupſerint, extra parochiam expellantur. Quodſi poſtea culpabiles inventae fuerint, in cujuſcunque territorio ſint [l], a miniſtris eccleſiae capiantur. Et ſub excommunicatione praecipimus, ne ab aliqua poteſtate, minore vel majore detineantur, ſed libere eiſdem miniſtris eccleſiae tradantur et eccleſiaſticae diſciplinae vel ſervituti (epiſcopali judicio) mancipentur.

8. Ut nullus archidiaconus in diverſis epiſcopatibus diverſos archidiaconatus teneat, ſub anathemate prohibemus; immo ei, cui [m] prius aſſignatus [n] erat, tantum adhaereat. Epiſcopi [o] preſbyteros, abbates, monachos, priores [p] ſubjectos firmam tenere inhibeant [q].

9. Decimas ſicut Dei ſummi dominicas ex integro reddi praecipimus. Ut nulla perſona eccleſias vel decimas, ſeu quaelibet alia [r] eccleſiaſtica beneficia det vel accipiat, ſine conſenſu et auctoritate [s] epiſcopali, canonica auctoritate vetamus.

[a] *Quarumcunque* Sp. [b] *Exon.* [c] *Seifredo.* [d] *Everardo.* [e] *Walenſi.* [f] *Bangorenſi.* [g] *eorum.* [h] *autem* abeſt. [i] *ipſo.* [k] *adeſſe.* [l] *Radulfus.* [m] *ne.* [n] *autem* abeſt. [o] *que* abeſt. [p] *hunc.* [q] *cal. Junii abeſt.* [r] *delata.* [s] *proprio* MS. reg. 10. A. viii. addit. [t] *eccleſiam* Sp. [u] *et noſtra* MS. reg inſerit. [x] *archidiaconum* Sp. [y] *ea* MS. reg. pro *eadem.* [a] *illicitarum penitus* deeſt MS. reg. [b] *conjugiis* Sp. [c] *forte* anteponit MS. reg. *conjugibus.* [d] *priventur ſimul honore et beneficio* MS. reg. [e] *ſcilicet* Sp. [f] *et.* [g] *omnino* deeſt MS. reg [h] *corripiantur* MS. reg. et deinde legit *corrigantur.* [i] *abeſt* Sp. [k] *ubi.* [l] *inventae fuerint* MS. reg. [m] *poſt* Sp. [n] *eſt.* [o] *preſbyteros* abeſt. [p] *ſubditos* MS. reg. et Sp. [q] *prohibemus* MS. reg. [r] *alia* deeſt MS. reg. [s] *epiſcopi* MS reg. et Sp.

10. Nulla abbatiſſa vel ſanctimonialis cærioribus utatur indumentis, quam agninis vel cattinis.

Rex igitur cum inter haec Lundoniae moraretur, auditis concilii geſtis * conſenſum praebuit auctoritate regia, et poteſtate conceſſit, et confirmavit ſtatuta concilii à Guilielmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, et ſanctae Romanae eccleſiae legato, apud Weſtmonaſterium celebrati.

Urbanus, Glamorgatenſis, ſeu Landavenſis epiſcopus, quia de quarundam cauſarum querelis, quas anno praeterito in generali concilio ſuper Bernardum, epiſcopum de ſancto David, promoverat, non juſte erga ſe agi perſenſerat, emenſa feſtivitate purificationis S. Mariae mare tranſiit, Romam ivit, apoſtolico papae cauſam itineris certa atteſtatione ſuorum intimavit. Cujus idem apoſtolicus votis ac dictis favit, et regi Anglorum Henrico, et Guilielmo archiepiſcopo, et omnibus Angliae epiſcopis literas direxit, omnibus apoſtolica mandans auctoritate, ut juſtae exactioni illius nemo obſtaret in aliquo †.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
HONORII II 5	GUILIELM. 7.	1129.	HENRIC. I. 30.

Concilium Londini habitum anno Domini MCXXIX. *regni vero regis Henrici* I. 30. *ipſo rege hoc indicente, de prohibendis ſacerdotum connubiis: in quo cleri correctio regi conceditur, adeo ut immenſam vim nummorum a ſacerdotibus exegerit; ipſis interim permittens, ut pro libitu omnia facerent.* Ex Matth. Pariſ. in anno MCXXIX.

ANNO Dom. MCXXIX. rex Anglorum, Henricus tenuit concilium magnum apud Londonias in calendis Auguſti, de ſacerdotum focariis prohibendis. Affuerunt concilio illi Willielmus Cantuarienſis, et Thurſtanus Eboracenſis archiepiſcopi, cum ſuis ſuffraganeis, quos omnes ſimplicitate Cantuarienſis archiepiſcopi rex Henricus decepit. Conceſſerunt namque regi juſtitiam de focariis ſacerdotum, quae res poſtea cum ſummo dedecore terminabatur; accepit enim rex pecuniam infinitam de preſbyteris, pro ſuis focariis redimendis. Tunc, ſed tarde, poenituit epiſcopos de conceſſa licentia, cum pateret in oculis omnium deceptio praelatorum, et depreſſio ſubjectorum. Haec MATT. PARISIUS.

Chronicon Saxonicum in annum Chriſti MCXXIX. *prolixioribus verbis concilium hoc Londinenſe deſcribit.*

ÐA ſone be ðeſ cynȝeſ ræd ⁊ be hiſ leue ſende ſe ærcebiſcop Ƿillelm of Cantƿarabýriȝ ofer eal Enȝlaland. ⁊ bead biſcopeſ. ⁊ abboteſ. ⁊ ærcedæcneſ. ⁊ ealle ða prioreſ. muneceſ. ⁊ canoniaſ. ða ƿæron on ealle ða cellaſ on Enȝlaland. ⁊ æfter ealle ða ðet Criſtendome hæfdon to beȝemen ⁊ to locen ⁊ ꝥ hi ſcolden ealle cumen to Lundene at Michaeleſ meſſe. ⁊ ðær ſcolden ſprecon of ealle Godeſ rihteſ:· Ða hi ðider comen ða beȝan ꝥ mot on Monendæiȝ. ⁊ heold on an to ðe Fridæiȝ. Ða hit eall com forð ða ƿeorð hit eall of ærcedæcneſ ƿifeſ. ⁊ of preoſteſ ƿifeſ ꝥ hi ſcolden hi forlæten be S. Andreaſ meſſe. ⁊ ſe ðe ꝥ ne ƿolden done. forȝede hiſ circe. and hiſ huſ. ⁊ hiſ ham. and neſra ma nan clepunȝe ðær to na hafde mare:· Ðiſ bebæd ſe ærcebiſcop Ƿillelm of Cantƿarabýriȝ. ⁊ ealle ða leod-biſcopeſ ða ða ƿæron on Enȝlalande. ⁊ ſe cýnȝ hem ȝeaf ealle leue ham to farene. ⁊ ſƿa hi feron ham. ⁊ ne forſtod noht ealle ða bodlaceſ. ealle heolden here ƿifeſ be ðeſ cýnȝeſ leue ſƿa ſƿa hi ear didon:·

STATIM poſthaec regis conſilio et venia miſit Willelmus, archiepiſcopus de Cantwarabyrig, per totam Anglorum terram, et juſſit epiſcopos, et abbates, et archidiaconos, cunctos item priores, monachos, et canonicos, qui eſſent in omnibus cellis intra Anglorum terram; omnes denique, quorum curae religio erat commiſſa, intereſſe Londini ad Michaelis feſtum, ut ibi colloquerentur de omnibus negotiis ad Deum pertinentibus. Quum eo perveniſſent, incepta erat ſynodus die Lunae, et continenter duravit uſque ad diem Veneris. Re in medium prolata, cognitum eſt illos conveniſſe de archidiaconorum uxoribus, et de preſbyterorum uxoribus, ut illas dimitterent ante S. Andreae feſtum, et qui illud non faceret, privaretur ſua eccleſia ſuaque domo, nec unquam poſtea ibi eo munere fungeretur. Hoc ſanxerunt archiepiſcopus de Cantwarabyrig Willelmus, et omnes dioeceſani epiſcopi, qui erant in Anglorum terra; ſed rex iis omnibus veniam dedit domum redeundi, adeoque domum reverſi ſunt, nec ullam vim habuerunt omnia illa decreta: cuncti retinuerunt ſuas uxores regis venia, ſicut antea fecerant.

* *aſſenſum*

† Haec Florentii Wigornenſis continuator in ann. quae cum duobus MS. exemplaribus contulimus, et diverſas lectiones in margine notavimus. Haec SPELM.

Conventus;

Papae Rom.	Archiep Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 3.	GUILIELM. 10.	1132.	HENRIC. I. 32.

Conventus, ſive placitum Londinenſe. Ex annal. Waverl. in ann.

ANNO 32. regis Hen. I. poſt Paſcha fuit magnum placitum apud Londoniam, ubi de pluribus et maxime de diſcordia epiſcopi ſancti Davidis, et epiſcopi de Landaf, de finibus parochiarum ſuarum tractatum eſt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 5.	GUILIELM. 12.	1134.	HENRIC. I. 35.

Conſtitutio Thurſtani, Eboracenſis archiepiſcopi, de debitis clericorum defunctorum. E Collect. M. Hutton vol. I. p. 69. ſequ.

THURSTANUS, Dei gratia Ebor. archiepiſcopus, ſucceſſoribus ſuis ſubſtituendis inperpetuum. Solet plerumque contingere, quod clerici ſicut et caeteri homines pro aliqua neceſſitate vel humana fragilitate, aliquibus debitis et delictis obligati, de mundo tranſeant. Conſiderantes igitur humanitatis et charitatis eſſe officium utrique impedimento aliquod praebere ſuffragium vel remedium, ſtatuimus in eccleſia beati Petri, et perpetuo jure tenendum firmamus, quod, defuncto canonico, reditus praebendae illius ſequenti anno pro anima ejus, et ad, ſi quid debebat, perſolvendum diſtribuantur, totum quidem ſecundum capituli conſilium et diſpoſitionem. Id quoque in caeteris eccleſiis noſtris S. Jo. de Beverlaco, S. Wilfridi de Rippon, S. Mariae de Suthwell, S. Oſwaldi de Gloc. praeſentium atteſtatione firmum eſſe concedimus. Si quis vero hoc violare praeſumpſerit, judicet inde Deus ſecundum juſtitiam et bonitatem ſuam. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 7.	GUILIELM. 14.	1136.	STEPHAN. 1.

Concilium Weſtmonaſterienſe in cauſa epiſcopi Londinenſis eligendi coactum. Ex Rad. de Diceto Abbr. chron. in ann.

STEPHANUS rex in paſchalibus apud Weſtmonaſterium concilium congregavit, fidelitates exegit, regis Henrici theſauris in nullo pepercit, in munerum largitione nimis effuſus. Vocati ſunt ad concilium Willielmus, decanus Lundoniae, ſimul et canonici. Cum autem haberetur tractatus de concilio Lundonienſis eccleſiae, tunc vacantis, nec in aliquem poſſent unanimiter convenire, receſſerunt a decano canonicorum multi, citra conſcientiam ejus Anſelmum abbatem in epiſcopum eligentes. Canonici vero, quos decanus habebat ſecum in menſa diebus ſingulis, appellaverunt, nec regis occurrerunt offenſam. Canonici quidem alii, quia, quod fecerant, tam regi quam toti concilio videbatur iniquum, regis indignationem plurimam meruerunt, quorum aliqui bonis ſuis ſpoliati ſunt.

Charta regis Stephani de libertatibus eccleſiae Anglicanae conceſſis anno regni ſui primo. Ex W. Malmeſb. Hiſt. Novellae lib. 1. collat. cum reg. Cant. eccleſ. C. p. 14.

EGO Stephanus, Dei gratia, aſſenſu cleri et populi in regem Angliae electus, et a [a] Willelmo, archiepiſcopo Cantuariae, et ſanctae eccleſiae Romanae legato, conſecratus, et ab Innocentio, ſanctae [b] ſedis Romanae pontifice, poſtmodum confirmatus, reſpectu et amore Dei ſanctam eccleſiam liberam eſſe concedo, et debitam reverentiam illi confirmo: nihil me in eccleſia, vel rebus eccleſiaſticis ſimoniace acturum, vel permiſſurum [c] eſſe promitto. Eccleſiaſticarum perſonarum et omnium clericorum, et rerum eorum juſtitiam et poteſtatem, et diſtributionem bonorum eccleſiaſticorum in manu epiſcoporum eſſe perhibeo et confirmo. Dignitates eccleſiarum privilegiis earum confirmatas, et conſuetudines earum, antiquo tenore habitas, inviolate manere [d] concedo et ſtatuo. Omnes eccleſiarum poſſeſſiones et tenuras, quas die illa habuerant, qua [e] Willielmus rex, avus meus, fuit vivus et mortuus, ſine omnium calumniantium reclamatione eis liberas et abſolutas eſſe concedo. Si quid vero de habitis aut poſſeſſis ante mortem [f] regis, quibus modo careat, eccleſia deinceps repetierit, indulgentiae et diſpenſationi meae, vel diſcutiendum, vel reſtituendum reſervo. Quaecunque vero poſt mortem [g] regis liberalitate regum, largitione principum, oblatione vel comparatione, vel qualibet tranſmutatione fidelium [h] collata ſunt, confirmo; pacem et juſtitiam me in omnibus facturum, et pro

[a] *domino Willelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, et ſanctae Romanae eccleſiae.* [b] *Romanae ſedis.* [c] *eſſe* deeſt in regiſtro. [d] *ſtatuo et concedo.* [e] *Willelmus, rex Angliae.* [f] *ejuſdem regis.* [g] *ipſius regis.* [h] *eis collata.*

poſſe meo conſervaturum [i] promitto. Foreſtas, quas Willelmus rex, avus meus, et Willelmus II. avunculus meus, inſtituerunt et tenuerunt, [k] mihi reſervo. Caeteras omnes, quas Henricus rex ſuperaddidit, eccleſiis et regno [l] quietas reddo et concedo. Si quis autem epiſcopus, vel abbas, vel alia eccleſiaſtica perſona ante mortem ſuam rationabiliter ſua diſtribuerit, vel diſtribuenda ſtatuerit, firmum manere concedo. Si vero morte praeoccupatus fuerit, pro ſalute animae ejus eccleſiae conſilio eadem fiat diſtributio. Dum vero ſedes propriis [m] fuerint paſtoribus vacuae, et ipſae, et omnes earum poſſeſſiones in manu et cuſtodia clericorum, vel proborum hominum ejuſdem eccleſiae committantur, donec paſtor canonice ſubſtituatur. Omnes exactiones, et [n] meſcheningas et injuſtitias, ſive per vicecomites, vel per alios quoſlibet male inductas, funditus extirpo. Bonas leges, [o] et antiquas et juſtas conſuetudines in murdris, et placitis, et aliis cauſis obſervabo, et obſervari praecipio et conſtituo [p]. Apud Oxenford anno incarnationis Domini MCXXXVI. regni mei primo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 8.	GUILIELM. 15.	1137	STEPHAN. 2

Synodus Herefordenſis. Ex MS. Cott. Domit. A. iii. fol. 58.

HUJUS ſynodi meminit epiſcopus Hereford. in epiſtola ad archidiaconum clerumque dioeceſis hujus:

Robertus, Dei gratia Hereford. epiſcopus, archidiacono et omni clero Hereford. eccleſiae ſalutem. Sciatis, quod abbas de Caſtaillons reddit ſingulis annis ad feſtum S. Michaelis xii. denar. eccleſiae Leomenſtre pro tertia parte decimae de Monekeſleona, unde habent corpora. Hoc autem ſtatutum eſt coram me in ſynodo Hereford. praeſente ipſo abbate de Caſt. anno Domini MCXXXVII.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 9.	vacante.	1138	STEPHAN. 3.

Concilium Northamptoniae a rege Stephano in octavis Paſchae celebratum, praeſidente Thurſtano, Eboracenſi archiepiſcopo, et praeſentibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, et baronibus quibuſque nobilibus per Angliam, anno Dom. MCXXXVIII. Ex Florentii Wigorn. continuatore in ann.

REX Stephanus in octavis Paſchae, quod erat quarto idus Aprilis, tenuit concilium Northamptoniae, cui praeſidebant Eboracenſis archiepiſcopus, Thurſtanus, epiſcopi, abbates, comites, barones, nobiles quique per Angliam. In quo etiam concilio quorundam electione, Exonienſi eccleſiae jam paſtorali cura deſtitutae, de medio facti praeſulis Gulielmi de Warawaſt, archidiaconus, nomine Robertus, paſtorali curae praeficitur. Duae quoque dantur abbatiae, una Wincelcumbae cuidam Cluniacenſi monacho (ut ferunt) regis propinquo, nomine Roberto; altera S. Mariae Eboraci, ejuſdem eccleſiae cuidam monacho. Quorum unus ſcilicet Wincelcumbenſis electus, die Pentecoſtes 2. calend. Junii a venerando praeſule Simone, abbas Wincelcumbenſis eccleſiae ordinatur Wigorniae.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 9.	THEOBALD. I.	1138	STEPHAN. 4.

Synodus Weſtmonaſterienſis. Ex Rich. Haguſtaldenſi de geſtis R. Stephani, apud x. Scriptor. p. 324. ſeq.

ANNO Domini MCXXXVIII. Albericus, Hoſtienſis epiſcopus in Angliam venit, quem Innocentius, Romanae ſedis apoſtolicus, ut legationis officio in Anglia et Scotia fungeretur, miſerat. Erat autem vir iſte natione Gallicus, profeſſione monachus, obſervatione Cluniacus.— Hic enim primo apud Cluniacum ad converſionem veniens, propter prudentiam ac religionem ſuam ſupprior ibi effectus eſt. Deinde in Francia apud Pariſios in cella, quae dicitur ad

[i] *cis promitto.* [k] *illas mihi.* [l] *quiete reddo.* [m] *paſtoribus vacuae fuerint ipſae et omnes* [n] *injuſtitias et meſchemungas.* [o] *leges antiquas.* [p] Poſt *conſtituo* addit regiſtrum ſequentia Haec vero omnia concedo et confirmo, ſalva regia et juſta dignitate mea. Teſtibus W. Cantuar. archiepiſcopo, et H. archiepiſcopo Rothom. et H. epiſcopo Winton. et R. epiſcopo Sarum; et A. epiſcopo Lincoln. et N. epiſcopo Elien. et E. epiſcopo Norwic. et S. epiſcopo Wirec. et Bernardo, epiſcopo S. David et And. epiſcopo Eborac. et Richardo, epiſcopo Abrinc. et Roberto, epiſcopo Hereford. et Johanne epiſcopo Ruvec. et A. epiſcopo Carl. et R. Cant. et A. nepot. regis, et R. com. Gloc. et W. com. Warenn. et R. com. Ceſtr. et R. com. de Warewick. et R. de Ver. et M. de Gloc. et R. de Cilli, et R. fil. com. Conneſtab. et. W. Mart. et Hug. Vigod. et Humfr. de Bohun, et S. de Belloc. Dapiferis, et W. de Alb. et Eudon. Mart. Pincernis, et R. de Ferr. et W. Penr. et S. de Silva Necti, et W. de Alb. et Pag. fil. Joh. et H. de Sancto Clare, et Ilb. de Laci. Apud Oxon. anno ab incarnatione Domini MCXXXVI. ſed regni mei primo.

S. Martinum de Campis, prioris officium ſtrenue aliquamdiu explevit. Poſt aliquot vero annos, quia fratribus ſuis valde neceſſarius ac dilectus erat, iterum ad ſupprioratus dignitatem domum revocatus eſt. Exinde vero ad Vergelenſe coenobium electus eſt, ut ei abbatis jure praeeſſet. Deinde ad Hoſtienſis eccleſiae praeſulatum canonica electione ſublimatus eſt. Hujus autem eccleſiae epiſcopis ex ſpeciali antiqui honoris praerogativa conſtitutum eſt, ipſum apoſtolicum conſecrare. Iſte igitur, ut ſupradictum eſt, in Angliam veniens, --- literas regibus Angliae et Scotiae, et Thurſtano, archiepiſcopo Eboracenſi (quippe tunc temporis Cantuar. metropolis proprio paſtore carebat) et epiſcopis atque abbatibus ac praelatis ſanctae eccleſiae utriuſque regni a praedicto papa directas, de auctoritate ſuae legationis attulit. Igitur ab hiis omnibus honorifice ſuſceptus eſt, abbatem etiam Molelmiſmi coenobii, cum plurimis monachis de tranſmarinis partibus ſecum adduxit; et quendam alterum, nomine Richardum, illius monaſterii abbatem, quod dicitur "ad Fontes," magnae religionis et auctoritatis virum, mox ut in Angliam venit, ad ſe convocavit. Hos igitur egregiae diſcretionis et virtutis viros, viae et vitae ſuae comites, ac teſtes, inſeparabiliter habuit, ut et illorum conſilio et auxilio, quae tractanda erant tractaret, ac eorum teſtimonio converſationis ejus honeſtas commendabilior redderetur. Eccleſias igitur epiſcopatuum et coenobia tam clericorum, quam monachorum fere per totam Angliam viſitando pertranſivit, et a ſingulis ſolenniter receptus eſt.

Tandem vero uſque ad Dunelmum pervenit. Eodem tempore Willielmus Cumin, David regis Scotiae cancellarius, de ſupradicto bello fugiens, captus et incarceratus ibidem detinebatur; quem mox de carcere eripiens, domino ſuo liberum reddidit. Igitur habens ſecum duos epiſcopos, Rodbertum Herefordenſem, et Aethelwulphum Carlelenſem, et tres abbates, ac plurimos clericos, per ſolitudinem ad Haguſtaldenſe coenobium pervenit. A fratribus autem loci illius ſatis honorabiliter ſuſceptus, de damno, quod in occiſione hominum ſuorum, et in depraedatione terrae ſuae, ut praediximus, illis recenter acciderat, multum diligenter eos conſolatus eſt. Deinde per Northymbriam et Cumberland 4. die ante feſtum S. Michaelis ad Carlel pervenit; ibique regem Scotiae, cum epiſcopis, abbatibus, prioribus, baronibus ſuae terrae reperit. Illi vero diu a Ciſalpina, imo fere ab univerſa eccleſia diſcordantes, exoſae memoriae Petro Leoni, et apoſtaſiae ejus nimium faviſſe videbantur. Tunc vero divina gratia inſpirati, mandata Innocentii papae, et legatum ejus omnes unanimiter cum magna veneratione ſuſceperunt: igitur triduo cum eis de ſuae legationis negotiis diligenter tractavit. Et quoniam cognovit, quod Johannes, Glaſguenſis epiſcopus, curam animarum, quam habuerat, nulli commiſerat, et ſine licentia, ac clanculo epiſcopatum ſuum reliquerat, et nulla evidente neceſſitate cogente, apud Tironam monachus effectus eſt, de illo definivit, ut regius nuncius cum ipſius et regis pariter literis pro eo mitteretur, et ſi redire nollet, ſententia ſuper illum daretur; et ita factum eſt. Convenit quoque regem de reformanda pace inter eum et regem Angliae, et hujus rei gratia ad ejus pedes cecidit, ſcilicet, ut S. eccleſiae, et ſuiipſius, et ſuorum miſereretur, quibus tot et tanta mala fecerat. Sed vix inducias impetravit, quod nullum exercitum et nullum malum, excepta obſidione, quae circa Carrum erat, ante feſtum S. Martini in terram regis Angliae induceret. Hoc etiam apud Pictos impetravit, quod omnes puellas et mulieres captivas, quas habere poſſent, ante eundem terminum ad Carlel reducerent, et eas ibi libertati redderent. Ipſi quoque et omnes alii firmiſſime ei promiſerunt, quod nullo modo eccleſias amplius violarent, et quod parvulis, et foemineo ſexui, et ex infirmitate et aetate debilibus parcerent; et omnino neminem, niſi ſibi reſiſtentem, amplius occiderent.

Rex quoque cum priore de Heſtaldaſham, qui illuc cum legato venerat, antequam illum interpellaret de damno ipſius et fratrum ſuorum, locutus, illud multum planxit, et promiſit quod totum reſtitui faceret; et inſuper de injuria, quae illis et eorum eccleſiae facta fuerat, et de interfectione hominum ſuorum eis rectum facere ſuos cogeret. Quod et ex magna parte fecit. Nam et eorum et hominum ſuorum pecunia fere tota reddita eſt. His ita factis, legatus ipſo die feſtivitatis S. Michaelis inde diſcedens, per Heſtaldaſham et Dunelmum in Suthangliam rediit, narravitque Stephano, regi Angliae, ſuiſque, quid apud David, regem Scotiae, et ſuos profecerat.

Legatus vero, ut praedictum eſt, per epiſcopatus ac monaſteria ad curiam regis Angliae reverſus, quendam alium legatum, qui nuperrime a domino papa Innocentio venerat, ibidem reperit. Igitur Thurſtanum, Eboracenſem archiepiſcopum, et omnes epiſcopos, atque abbates, ac priores canonicorum per totam Angliam ſummoneri fecerunt, ut ad feſtum ſancti Nicolai in civitate Londonia ad generale concilium convenirent. Quibus praefinito tempore ac loco cum Stephano, rege Angliae, congregatis, de eccleſiaſticis cauſis cum illis ambo legati tractare coeperunt.

Anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII. pontificatus autem domini papae Innocentii II. anno 9. regnante piiſſimo et illuſtriſſimo Stephano, rege Anglorum, Henrici magni regis nepote, anno vero regni ipſius quarto, celebrata eſt ſynodus [Weſtm. ſub Londoniae appellatione] Londoniae in eccleſia S. Petri apoſtolorum principis, apud Weſtmonaſterium menſe Decembris, tertia decima die ejuſdem menſis; ubi, poſt multarum diſcuſſionem cauſarum, promulgata ſunt haec capitula et ab omnibus confirmata, numero xvii. Praefuit autem illi ſynodo Albericus, Hoſtienſis epiſcopus, et praedicti domini papae Innocentii in Angliam et Scotiam legatus, cum epiſcopis diverſarum provinciarum xviii. et abbatibus circiter xxx. et cum innumera cleri et populi multitudine. Vacabat autem tunc temporis Cantuarienſis eccleſia, et infirmabatur Thurſtanus, Eboracenſis archiepiſcopus; Willielmum tamen, eccleſiae S. Petri Eboracenſis decanum,

canum, cum quibuſdam clericis ſuis illuc direxit.

Sunt autem haec capitula.

I. Sanctorum patrum canonica inſtituta ſequentes, auctoritate apoſtolica interdicimus, ut pro chriſmate, pro oleo, pro baptiſmate, pro poenitentia, pro viſitatione infirmorum, ſeu deſponſatione mulierum, ſeu unctione pro communione corporis Chriſti, pro ſepultura nullum omnino pretium exigatur; quod qui praeſumpſerit, excommunicationi ſubjaceat.

II. Sancimus etiam, ut ultra octo dies corpus Chriſti non reſervetur; neque ad infirmos, niſi per ſacerdotem, aut per diaconum, aut, neceſſitate inſtante, per quemlibet cum ſumma reverentia deferatur.

III. Item apoſtolica auctoritate ſancimus, ut in conſecrationibus epiſcoporum, vel abbatum benedictionibus, non cappa, non indumentum eccleſiaſticum, neque quicquam ab epiſcopo, vel a miniſtris ejus exigatur; et in dedicationibus quoque eccleſiarum, non tapetae, non manutergium, non bacinia, nihilque omnino praeter procurationem ſacris canonibus inſtitutam requiratur.

IV. Si quis epiſcopus in dioeceſi ſua per alium epiſcopum eccleſiam conſecrari fecerit, apoſtolica auctoritate prohibemus, ne quid inde ultra procurationem ejuſdem epiſcopi exigat.

V. Nullus omnino de manu laici eccleſiam, ſeu quaecunque eccleſiaſtica beneficia accipiat. Cum autem inveſtituram per epiſcopum aliquis acceperit, praecipimus ut ſuper evangelium juret, ſe nihil propter hoc, per ſe, vel per aliquam aliam perſonam dediſſe alicui, vel promiſiſſe; ſi autem praeſumptum fuerit, irrita hujuſmodi donatio erit, et tam dator, quam acceptor ultioni canonicae ſubjaceat.

VI. Sancimus praeterea, ne quis eccleſiam, ſeu quaelibet beneficia eccleſiaſtica, paterna ſibi vendicet haereditate, aut ſucceſſorem ſibi in eccleſiaſtico conſtituat beneficio. Quod ſi praeſumptum fuerit, irritum fore decernimus, cum pſalmiſta dicentes: "Deus meus, pone illos ut rotam, qui dixerunt, haereditatem poſſideamus ſanctuarium Dei."

VII. Clericos a non ſuis epiſcopis, abſque literis proprii epiſcopi ordinatos, a ſuſceptorum officiis ordinum inhibemus, ſolique Romano pontifici eorundem plenaria reſtitutio reſervetur, niſi religionis habitum ſuſceperint.

VIII. Sanctorum patrum veſtigiis inhaerentes, preſbyteros, diaconos, ſubdiaconos uxoratos, aut concubinarios eccleſiaſticis officiis et beneficiis privamus; ac ne quis eorum miſſam audire praeſumat, apoſtolica auctoritate prohibemus.

IX. Foeneratores clericos, et turpia lucra ſectantes, et publica ſecularium negotia procurantes, ab officio et beneficio eccleſiaſtico nihilominus removendos eſſe cenſemus.

X. Si quis clericum, aut monachum, vel ſanctimonialem, vel quamlibet eccleſiaſticam perſonam occiderit, incarceraverit, vel nefarias ei manus intulerit, niſi tertio ſubmonitus ſatisfecerit, anathemate feriatur. Neque quiſquam ei praeter Romanum pontificem, niſi mortis urgente periculo, modum poenitentiae finalis injungat. Si autem impoenitens mortuus fuerit, corpus ejus inhumatum remaneat.

XI. Si quis res eccleſiarum mobiles vel immobiles violenter uſurpare praeſumpſerit, niſi poſt canonicam vocationem emendaverit, eum excommunicari praecipimus.

XII. Apoſtolica auctoritate prohibemus, ne quis abſque licentia epiſcopi ſui in poſſeſſione ſua eccleſiam vel oratorium conſtituat.

XIII. His ſubjungimus quoque auctoritatem Nicolai papae, dicentis: "Cum diſcreti ſint milites Chriſti a militibus ſeculi, non convenit militem eccleſiae ſeculo militare; per quod ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit pervenire. Denique, ſicut turpe eſt laicum miſſas facere, ſacramenta corporis et ſanguinis Chriſti conficere; ita ridiculum et inconveniens eſt, clericum arma ſuſtollere, et ad bella procedere, cum Paulus apoſtolus dicat, "Nemo militans Deo implicat," etc.

XIV. Item adjicimus hoc decretum Innocentii papae, dicentis Victrico, Rothomagenſi archiepiſcopo: "Monachi diu morati in monaſteriis, ſi poſtea ad clericatum pervenerint, non debent aliquatenus a priore propoſito deviare." Sicut in monaſteriis poſiti fuerunt, ita et in clericatus ordine degere debent; et quod diu ſervaverunt, id in altiori gradu poſiti, amittere non debent.

XV. Prohibemus etiam apoſtolica auctoritate ſanctimoniales variis, ſeu griſiis, ſabellinis, marterinis, hereminis, beverinis pellibus, et annulis aureis uti; ſive torturam capillorum, et compoſitionem capillorum facere. Hujus decreti quae inventa fuerit violatrix, anathemati ſubjaceat.

XVI. De omnibus primitiis rectas decimas dari, apoſtolica auctoritate praecipimus; quas qui reddere noluerit, anathematis in eum ſententia proferatur.

XVII. Sancimus praeterea, ut ſi magiſtri ſcholarum aliis ſcholas ſuas pro pretio regendas locaverint, eccleſiaſticae vindictae ſubjaceant.

In hoc autem concilio tractatum eſt de archiepiſcopo ad Cantuarienſem eccleſiam eligendo, quae, ut ſupradictum eſt, tunc proprio paſtore carebat. Tandem vero poſt proximam Epiphaniam haec cauſa finem habuit, cum Beccenſis coenobii abbas, nomine Theobaldus, electus praefatae eccleſiae archipraeſul a ſupradicto Alberico conſecratus eſt.

In eodem autem concilio depoſitus eſt abbas de Croyland, et prior eccleſiae S. Albani martyris, nomine Godefridus, et alter in loco ejus reſtitutus; et abbatiae, quae eſt juxta Haſtingas, quae dicitur "ad Bellum," abbas, nomine Adam, electus eſt; quos utroſque praedictus Albericus benedixit. Invitavit quoque omnes epiſcopos, et abbates plurimos Angliae ad generale concilium, quod dominus papa Innocentius ad medium Quadrageſimae Romae celebraturus erat. Dum autem haec agerentur, de pace reformanda inter duos reges ſaepiſſime ac diligentiſſime cum pluribus, et maxime cum regina

regina Angliae tractavit. Poſtquam vero ipſius reginae mentem ad hanc rem perficiendam valde eſſe accenſam intellexit, ipſa mediante, ac foeminea caliditate atque protervitate inſtante, ipſum regem crebro de eadem re interpellavit, quem primo durum, et quaſi hanc reconciliationem aſpernantem invenerunt. Quippe plures de baronibus ſuis, quibus ex diſcordia eorum gravia damna contigerant, ſolicite ei perſuaſerant, ut nullo modo pacem cum rege Scotiae faceret; imo ſe viriliter de illo vindicaret: veruntamen foeminei pectoris ardor vinci neſcius quibuſcunque potuit modis, nocte ac die ſtimulando non deſtitit, donec regium animum ad ſuam voluntatem detorſit. Namque avunculum ſuum David, regem Scotiae, et Henricum filium ejus, atque ſuum cognatum vehementer amavit, ac ideo tantopere marito ſuo regi Angliae eos pacificare curavit. Praefatus itaque legatus ubi rem eo modo procedere vidit, audacius regem convenit, de illa meliore ſpe concepta, ac de caeteris cauſis ſuis ſe intromiſit.

Anno igitur MCXXXIX. perfectis negotiis ſuis in Anglia, ſaepedictus legatus, mox poſt octavas Epiphaniae cum ſuis ad mare reverſus transfretavit. Nam ad praedictum concilium domini papae tempore congruo pervenire properavit, Theobaldus quoque Cantuar. archiepiſcopus, et * Earnulphus Roffenſis, et Simon Wigornenſis, Rogerus Coventrenſis, Robertus Execeſtrenſis. Iſti quinque epiſcopi, et cum illis quatuor abbates pro omnibus epiſcopis et abbatibus Angliae, ad idem concilium iverunt: namque rex Stephanus propter turbationem regni ſui, quae gravis tunc imminebat, plures illuc mittere noluit. Praeterea bonae memoriae Thurſtanus, Eboracenſis archiepiſcopus, et propter concilium, et propter quaedam alia privata negotia, quae per illum facere diſponebat, Richardum abbatem de Fontibus, eximiae virtutis virum, de quo ſuperius mentionem fecimus, illuc direxit: namque, ſicut vulgo dicebatur, de ſede ſua ſeipſum deponere, et germanum fratrem ſuum Audoenum, nomine Ebroicenſem epiſcopum, pro ſe archiepiſcopum Eboraci conſtituere cogitaverat; ſed interim, dum haec parabantur, et nuncius ejus infectis negotiis Romae defunctus eſt; et frater ipſius, ſumpto ante mortem ſuam religioſo habitu canonicorum apud Meretun, ibidem de hac vita migravit. Verum Cantuar. archiepiſcopus, cum ſuo pallio, et praedicti epiſcopi et abbates, finito concilio, et confectis negotiis ſuis, ſani et incolumes redierunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 9.	THEOBALD. I.	1138.	STEHPAN. 4.

Concilium Londinenſe idem. Ex Matth. Pariſ. in anno MCXXXVIII.

—— EODEM anno (i. MCXXXVIII.) Albericus, Hoſtienſis epiſcopus, et eccleſiae Romanae legatus, in Angliam veniens, in adventu Domini Londoniis concilium celebravit in eccleſia S. Pauli. Ubi ipſo jubente legato, Henricus, Wintonienſis epiſcopus, Richardum de Beaumeis diaconum ordinavit, et ipſa die, dum ordines celebrarentur, Theobaldus, abbas Beccenſis, in archiepiſcopum Cantuarienſem ab epiſcopis electus eſt, priore eccleſiae Cantuarienſis Hieremia praeſente, qui ab epiſcopo conſecratus, cum legato Romam profectus eſt, ubi a papa Innocentio pallium ſuſcepit. H. Mat. Par.

De hoc prius Hen. Huntingtonienſis in ann. III. reg. Steph. pag. 389. In adventu Domini concilium apud Londoniam Albericus, eccleſiae Romanae legatus, et Hoſtienſis epiſcopus, tenuit; et ibidem, annuente rege Stephano, Theobaldus, abbas Beccenſis, Cantuarienſis archiepiſcopus effectus eſt, etc.

Idem Londinenſe concilium, quod et Weſtmonaſterienſe dicitur †. Ex Florent. Wigorn. continuatore in ann.

ANNO ab incarnatione Domini MCXXXVIII. pontificatus autem domini papae Innocentii anno IX. regnante nobiliſſimo rege Stephano Anglorum, Henrici regis magni nepote, anno quarto regni ipſius, celebrata eſt ſynodus Londoniae in eccleſia S. Petri apoſtolorum principis apud Weſtmonaſterium menſe Decembri, 13. die menſis; ubi poſt multarum diſcuſſionem cauſarum promulgata ſunt capitula ab omnibus confirmata, numero XVI. Praefuit autem ſynodo Albericus, Oſtienſis epiſcopus, et praedicti domini papae Innocentii in Angliam et Scotiam legatus, cum epiſcopis diverſarum provinciarum numero XVII. et abbatibus circiter XXX. et innumera cleri et populi multitudine.

* Forte Johannes II. qui hoc anno eccleſiae Roffenſi praefuit.

† De tribus his conciliis ita Spelmannus loquitur: "Haec tria concilia an. MCXXXVIII. ſub Alberico celebrata, idem eſſe videntur atque unum, licet Matth. Pariſ. in eccleſia S. Pauli habitum referat, quod ea ſeſſio ibi tunc habebatur ad feſtum S. Nicolai, ut ſupra patet. Et licet ex exemplari Weſtmonaſterienſis codicis appareat (viz. in charta regis Stephani) Theobaldum interfuiſſe Cantuariae archiepiſcopum, quam ſedem tunc vacaſſe aſſerit exemplar alterum. Ex Matthaeo enim Pariſ. conſtat eum inibi electum fuiſſe in archiepiſcopatum, dum ordines celebrarentur, quod ſub fine concilii fuiſſe videtur, eumque protinus conſecratum (ut Roffenſis hiſtoria perhibet) Stephani chartam ſubſcripſiſſe. Quod vero Mat. Pariſ. ait hoc concilium celebrari in adventu Domini, non intelligendum cenſeo de tempore diſcreto, ſed continuo, et ſub jejunio quatuor temporum, viz. poſt feſtum S. Luciae, dum, ut diximus, ordines celebrarentur. Hiſtoria autem Antiqq. Britan. pag. 193. aſſerit hoc concilium haberi an. 2. regis Stephani; ſed in margine notat an. D. MCXXXVIII. qui ejuſdem regis 4. reſpondet. Haec SPELMANNUS.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 9.	THEOBALD I.	1138.	STEPHAN. 4.

Concilii Londinenſis canones juxta MS. Cod. in colleg. S. Joh. Bapt. Oxon. H. 56.

SANCTORUM patrum veſtigiis inhaerentes, novis moribus nova remedia procuramus. Statuimus igitur, ut ſi quis poſſeſſiones eccleſiaſticas invaſerit, diripuerit, vel depopulatus fuerit, vel quoquo modo diſtraxerit, anathema ſit.

Si quis clerico vel aliis eccleſiaſticis perſonis manum injecerit, vel in carcerem vel in vincula miſerit, vel redemerit, anathema ſit, nec ſolutionem mereatur, niſi mortis articulo inſtante, priuſquam a domino proprio ſolvatur. Locus vero, in quo clericus vel alia eccleſiaſtica perſona tenta fuerit, vel vinculis mancipata, et omnia circumjacentia caſtella et rura, civitates etiam vicinae, quae capientis vel tenentis fuerint, a divino officio ceſſent, et cum lugente lugeant.

Prohibemus etiam, ne ſacrum oleum vel chriſma contemptoribus vel excommunicatis tradatur. Tradetur autem cum hac obſervatione archidiaconis, ut et epiſcopi de ipſis ſecuri ſint, et archidiaconi de preſbyteris, quod ipſi praelatorum mandatis et eccleſiaſticis praeceptis per omnia ſint parituri.

Clerici, qui excommunicatorum conſiliis et negotiis communicant, vel in domibus et familia eorum verſantur, quamlibet nobiles fuerint, tam ordinis ſui, quam beneficiorum eccleſiaſticorum periculo ſubjaceant, niſi a ſummo pontifice veniam mereantur.

Prohibemus nihilominus, ne divinum officium celebretur, ſc. nec campana pulſetur in urbe vel in caſtro, vel in rure, ſi aliquis excommunicatorum praeſens fuerit.

Statuimus etiam, ut excommunicatorum corpora inſepulta maneant; qui vero ea infra coemeterium, vel in lapide, vel in ligno, vel extra, in aqua, vel in domibus clericorum poſuerit, a ſacerdote ejuſdem loci excommunicetur, nec niſi ab epiſcopo ejuſdem provinciae ſolvatur, unius anni poenitentia corrigendus.

Si quis epiſcoporum vel ſacerdotum aliquem vinculo anathematis innodaverit, et ille metu mortis vel imminentis periculi vel animo fraudandi ſatisfactionem infra certum terminum promiſerit, et ob hoc ſolutionem meruerit, niſi infra terminum ſolvat, quod promiſit, morte praeventus maneat inſepultus; ſi vero ſine termino hoc promiſerit, et infra tres menſes non ſolverit, ſimili poena teneatur.

Decernimus, ut ſacerdotes, qui divina officia celebrare inhibiti nihilominus celebraverunt, et ob hoc anathemate vincti ſunt, degradentur, et bonis eccleſiaſticis priventur, niſi a domino proprio veniam conſequantur. Qui vero eandem ſententiam nondum paſſi ſunt, niſi infra xl. dies reſipuerint, eadem poena plectantur.

Prohibemus omnibus preſbyteris, ne capellariam potentum ſuſcipiant, vel in curiis eorum adminiſtrent, niſi per manum epiſcopi ejuſdem dioeceſis ad hoc ingrediantur ſacramento adſtricti, quod epiſcopalibus mandatis [ſemper] atque per omnia obedient, quod excommunicatos ad divina officia non admittent. Qui vero contra fecerint, ab ordine pariter et beneficiis eccleſiaſticis cadant. Clerici, qui ab alienis eccleſiis dominorum vel parentum ſuorum vel aliquo modo ſine auctoritate epiſcopi ejuſdem loci reditus perceperint, pariter ipſi et fautores ſui tamdiu anathemati ſubjaceant, donec eccleſias, et omnia, quae inde perceperint, in integrum ſpoliatis reſtituant. Sacerdotes vero, qui interim per ipſos in eiſdem eccleſiis adminiſtraverint, memorata poena feriantur, et inſuper degradentur.

Qui ſciens communicaverit excommunicato, tanquam ex nomine excommunicatus habeatur. Si vero rex communicaverit in quemcunque locum venerit, praeſente excommunicato, nec divinum officium celebretur, nec campana pulſetur. Quodſi capellam curiae vel ſacerdotes loci celebrare praeſumpſerint, illico ab epiſcopo ejuſdem loci excommunicentur, et ab ordine cadentes eccleſiaſticis beneficiis careant.

In hoc concilio charta regis Stephani, [illegible] eccleſiae W[illegible] A. III. f. 60. adſervatur ſubſcripta fuiſſe dicitur a rege, [illegible] bus. Cum autem ſupra ex Rich. Haguſtaldenſi metropoliticam ſedem Cantuar. ſub initium concilii vacaſſe diximus, brevi codicis hujus et Matthaei Pariſii aſſertiones de Theobaldi electione et conſecratione diſcutiemus. Tempus electionis Theobaldi in archiepiſcopum Gervaſius, Dorobernenſis monachus, ſub finem hujus concilii incidiſſe ait apud x. Scriptores col. MCCCXLVIII. "Soluto praedicto concilio et quibuſque in ſua redeuntibus, Jeremias prior Cant. eccleſiae cum aliquibus ex conventu a rege vocatus, praeſente legato ſimul et rege [illegible] Beccenſem ad regimen ſanctae Cant. eccleſiae proximo Sabbato ante Natale" [illegible] Januarii an. MCXXXIX. Cantuariae fuiſſe conſecratum. Illi aſſenſum praebent Simeon Dunelm. prior Haguſtald. Birchington in vit. archiep. Cant. Chronicon Mailros, et Radulphus de Diceto. Hoc tempus autem cum contrarietur diei et menſi ſubſcriptionis chartae Weſtmonaſter. utpote quae primo concilii die Decembris 13. facta fuiſſe dicitur, chartam hanc falſitatis arguere haud dubitamus. Accedit quod rex Stephanus non ſigillo ſuo, ſed ſigno dominicae crucis chartam hanc confirmaverit, quod notorium indicium eſt, ſpuriam eam eſſe, cum chartae, poſt tempora Guilielmi I. non ſignis crucis ſed ſigillis munitae ac corroboratae fuerint. Matthaeum Pariſium quod attinet, hiſtoriam regis Johannis et Henrici III. ab ipſo concinnatam maximi facimus, in reliquis autem aetatem ejus longe antecedentibus naevis abundare ſcriptores coaevi uno ore teſtantur. Hallucinatus eſt igitur in hujus concilii hiſtoria aſſignans eccleſiam S. Pauli London. locum concilii, quae ordinationis Richardi de Belmeis et ordinum celebratorum fuit; cum hoc omnes, illud nemo alius ex hiſtoricis aſſerat. Deinde electum fuiſſe Theobaldum, Beccenſem abbatem, in archiepiſcopum Cant. tempore h. e. ſub finem concilii cuncti fatentur; aſt ab epiſcopo Wintonienſi ibi conſecratum fuiſſe, omnes, ut ſupra diximus, negant. Si conjecturae hic locus eſſet, M[illegible] incuriae abſolveremus, eam in ſcribam ipſius conjiciendo, qui pro "ab epiſcopo" [illegible] "in archiepiſcopum."

1

Qui ob rapinam vel invaſionem rerum eccleſiaſticarum anathematis gladio percuſſus ad ſatisfactionem venerit, nec damnum reſarcire poterit, antequam abſolvi mereatur, ſacramento aſtringatur, ſe annuatim, ſicut tunc ei injunctum fuerit, ſoluturum, donec totum perſolverit.

Praecipimus, ut quoties aliquis epiſcoporum alii confratri vel coepiſcopo denunciaverit, ſe canonicam juſtitiam in poſſeſſionem vel in perſonam alicujus exercuiſſe, poſtulans, ut et ille coepiſcopus eandem juſtitiam denunciet, aut faciat; illico ſine dilatione obtemperet, aut periculum ordinis incurrat.

Prohibemus et modis omnibus interdicimus, omnes exactiones et indebitas caſtellorum operationes fieri. Si quis de redemptione clericorum ſciens aliquid perceperit, vel obſides eorum tenuerit, vel ipſos, anathema ſit.

Prohibemus et modis omnibus interdicimus, ne ſacerdotes, diaconi, ſubdiaconi, exactores, vel praepoſiti laicorum exiſtant. Quodſi exiſtere praeſumpſerint, anathematis gladio percellantur, et deinceps a beneficiis eccleſiaſticis cadant.

Prohibemus omnibus modis ſacerdotibus capellanis, ne divinum officium in munitionibus et turribus celebrare praeſumant, poſtquam in eccleſia alia ejuſdem loci prohibitum fuerit; quod ſi praeſumpſerint, ab ordine pariter et bonis eccleſiaſticis cadant.

Praecipimus, ut ante proximum Paſcha corpora nominatim excommunicatorum in coemeteriis ſepulta, inde exportentur; provideantque univerſi epiſcopi, ut hoc ſine fraude effectui mancipetur, ne forte alia pro aliis exportentur. Deus unus eſt. In quo niſi unde fuerint paſtores eccleſiae, nec poterunt ſubditis juſtitiam recte exhibere. Hinc eſt, quod et nos epiſcopi adinvicem colligati ſumus, compromittentes, quod juſtitiam recte exhibebimus. Sciat itaque unuſquiſque, quia quod quis dicit, veritati debet, et quod promittit, fidei.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Innocent. II. 9.	Theobald 1.	1138.	Stephan. 4.

Concilium Carliolenſe epiſcoporum Scotiae. Ex Joh. prioris Haguſtaldenſis, Hiſtoria in ann.

Concilium hoc ab Alberico, Hoſtienſi epiſcopo, papae in Angliam et Scotiam legato, apud Karlel celebratum eſt, ad corrigenda ea, quae in eccleſiis Scotiae ob diſciplinae et regiminis neglectum correctione indigebant. De eo ita loquitur Joh. prior Haguſtaldenſis, apud x. Script. p. 264.

" Albericus Hoſtienſis profectus ad regem Scotiae, reverenter receptus eſt a fratribus Haguſtaldenſis eccleſiae, et Aldulfus epiſcopus cum eo. Ante triduum autem adventus ejus ad locum illum Eadgarus, filius Coſpatrici comitis, cum ſatellitiis ſuis eruperat e caſtris regis Scotiae, praedam agens de quadam villa territorii Haguſtaldenſis. Irruerunt etiam in quandam villam fratrum Haguſtaldenſis, interfectiſque tribus hominibus fratrum, et capta praeda ejuſdem vici, priorem Haguſtaldenſem, quem contigit eadem nocte ibi adeſſe, contumeliis et ludibrio dehoneſtaverunt. Super injuria hac ſatis compatienti animo legatus regem expoſtulavit apud Karlel, et ad correctionem violentiae hujus animos regios adduxit. Per triduum vero cum epiſcopis et principibus regni Scotiae, qui ei ex regio praecepto ibi occurrerant, quae corrigenda erant, correxit, et quae ſtatuenda erant, ſtatuit. Aldulfum epiſcopum in gratiam ejuſdem regis, et in ſedem ſuam de Karlel recipi impetravit. Johannem, Glaſguenſem epiſcopum, qui omiſſo epiſcopali officio apud Tironas monachatui ſe contradiderat, ex apoſtolica auctoritate revocavit. Scottos quoque et Pictos in hoc ſibi acquieſcentes habuit, ut infra feſtum ſancti Martini omnem captivitatem ad Karlel reducerent, et libertati donarent, nulluſque eorum eccleſias violare, foemineo ſexui vel pueris vel ſenibus caedem inferre ulterius praeſumeret."

Innocentii ſecundi papae epiſtola ad Henricum, Winton. epiſcopum, de facultate audiendi querimonias monachorum Weſtmonaſter. Ex MS. Cott. Vitell. A. xvii. f. 17. b.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Henrico, Wintonienſi epiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte filiorum noſtrorum monachorum beati Petri Weſtmonaſterii per dilectum filium noſtrum Oſbertum querelam acccepimus, quod videlicet eccleſiae poſſeſſiones et bona ipſius monaſterii a multis in partibus illis eis auferantur, et violenter detineantur. Et quum ad hoc vices noſtras in terra illa obtines, ut injuriam patientibus, praecipue perſonis eccleſiaſticis, juſtitiam facias; per apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus querimonias eorum audias, et debitam eis juſtitiam facias exhiberi, et nullam eis injuriam vel moleſtiam permittas irrogari. Data Laterani quinto idus Decembris.

Alia

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 9.	THEOBALD I.	1138.	STEPHAN. 4.

Alia ejuſdem conventui Weſtmonaſter. de canonizatione regis Edwardi. Ex MS. Cott. Vitell. A. 17. f. XVII. b. ſeq.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis G. abbati, et fratribus ſancti Petri Weſtmonaſterii ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quum religioſum virum priorem Oſbertum a veſtra fraternitate cum literis veſtris directum gratanter accepimus, eum pro merito probitatis, et converſationis egregiae ut dilectum filium noſtrum proprie et ſpecialiter vobis commendamus, cujus honeſta importunitas adeo nos coegit veſtro ſatisfacere deſiderio, ut ſi ſufficientia prae manibus habuiſſemus teſtimonia epiſcoporum et abbatum, jam canonizatum in catalogo ſanctorum a Romana ſecum curia reportaſſet regem veſtrum. Ea de cauſa conſulentibus fratribus noſtris, epiſcopis et cardinalibus petitionem veſtram perficere hac vice diſtulimus, quia cum tanta feſtivitas debeat fieri ad honorem et profectum totius regni, ab omni regno pariter debet poſtulari. In veſtro igitur pendet arbitrio, congrua, ſi vultis, teſtimonia quaerere, et eadem per inſtructas monaſterii veſtri perſonas noſtro conſpectui praeſentare. In his vero et in caeteris ſecundum Deum preces veſtras libenter volumus exaudire, et jura veſtri monaſterii vobis illibata ſervare. Inde eſt quod venerabili fratri noſtro Henrico, Wintonienſi epiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, per apoſtolica ſcripta mandavimus, ut de his, qui eccleſias, poſſeſſiones et bona veſtri monaſterii injuſte detinent, plenam vobis juſtitiam faciat. Veſtra itaque intereſt, dilecti in Domino filii, ita juxta profeſſionem veſtram religioſe vivere, et beati Benedicti regulam obſervare, ut veſtrae bonae converſationis exemplum alios ad bene vivendum edoceat, et mater veſtra ſancta Romana eccleſia de veſtris bonis actionibus valeat exultare. Data Laterani quinto idus Decembris.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 10.	THEOBALD I.	1139.	STEPHAN. 4.

Concilium Wintonienſe, inchoatum tertio calend. Septemb. an. Dom. MCXXXIX. *ipſiſque calendis (hoc eſt, infra triduum) ſolutum. Praeſidente Theobaldo, archiep. Cant.* Ex Matth. Pariſ. in hoc anno.

EODEM anno Wintonienſis epiſcopus invitatos ad prandium quoſdam nobiles, coegit ad deditionem aliquorum caſtrorum indignans. Cum Theobaldo archiepiſcopo, et aliis epiſcopis, et praelatis Angliae concilium apud Wintonienſem civitatem celebravit, tertio calendas Septembris, ad quod regem, fratrem ſuum, vocari fecit, qui comitem Albericum de Ver, in cauſarum varietatibus exercitatum, mittit ad concilium, de captione dictorum epiſcoporum; ſuper qua erat imperitus ſe ſic de jure facere poſſe allegantem, et factum regis defendentem; et licet aliter viſum eſſet concilio, ſuper querelis in epiſcopos motis, et verbis hinc inde praepoſitis, calendis Septembris ſolutum eſt concilium. *

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 12.	THEOBALD I.	1141	STEPHAN. 6.

Concilium Londinenſe. Ex annal. Waverl. in ann.

STEPHANUS rex anno VI. regni e carcere imperatricis redditus liber, et a ſuis, qui eum ſtrenuiſſime liberaverant, cum gaudio eſt ſuſceptus. In adventu Domini ſedit concilium apud Londoniam a legato Wintonienſi epiſcopo, ubi rex fecit clamorem ſuum epiſcopis, de ſuis qui eum proditione ceperunt: quibus juſſu papae Innocentii chriſtianitas prohibita eſt.

* Vide hoc ſuſius Malm. Hiſt. Novel. lib. II. pag. 181 et [illegible] epiſcopi caſtella condebant, et an hoc liceret, [illegible]. Haec Spelm.

Concilium

Concilium Wintoniae feria ſecunda poſt octavas Paſchae an. MCXLII. *omnium epiſcoporum Angliae, praeſidente Henrico, Wintonienſi epiſcopo, fratre regis Stephani, et Romanae ſedis legato.* Ex W. Malmeſb. Hiſt. Novel. lib. II. f. 188. ſeq.

FERIA ſecunda poſt octavas Paſchae concilium archiepiſcopi Cantuariae Theobaldi, et omnium epiſcoporum Angliae, multorumque abbatum, legato praeſidente, Wintoniae ingenti apparatu inceptum. Si qui defuerunt, legatis et literis cauſas, cur non veniſſent, dederunt. Cujus concilii actioni, quia interfui, integram veritatem rerum poſteris non negabo. Egregie quippe memini. Ipſa die poſt recitata ſcripta excuſatoria, quibus abſentiam ſuam quidam tutati ſunt, ſevocavit in partem legatus epiſcopos, habuitque cum eis arcanum conſilii ſui; mox abbates, poſtremo archidiaconi convocati; ex conſilio nihil proceſſit in publicum, volutabatur tamen per omnium mentes et ora, quid foret agendum.

Feria tertia hoc fere ſenſu legati cucurrit oratio. "Dignatione papae ſe vices ejus in Anglia tenere. Ideoque per ejus auctoritatem clerum Angliae ad hoc concilium congregatum, ut de pace patriae, quae grandi periculo naufragabatur, conſuleretur in medium. Tempore regis Henrici avunculi ſui ſingulare domicilium pacis in Anglia fuiſſe, ita ut per vivacitatem, animoſitatem, et induſtriam ejuſdem praecellentiſſimi viri, non ſolum indigenae, cujuſcunque potentiae vel dignitatis eſſent, nihil turbare auderent, ſed etiam ejus exemplo finitimi quicunque reges et principes in otium et ipſi concederent, et ſubjectos vel invitarent, vel impellerent. Qui videlicet rex nonnullis ante obitum annis filiae ſuae, quondam imperatrici (quae ſola ſibi proles ex deſponſata quondam conjuge ſupererat) omne regnum Angliae ſimul et ducatum Normanniae, jurari ab omnibus epiſcopis, ſimulque baronibus fecerit, ſi ſucceſſore maſculo ex illa, quam ex Lotharingia duxerat, uxore careret. Et invidit [inquit] atrox fortuna praecellentiſſimo avunculo meo, ut ſine maſculo haerede in Normannia decederet. Itaque quia longum videbatur dominam expectare, quae moras ad veniendum in Angliam nectebat (in Normannia quippe reſidebat) proviſum eſt paci patriae, et regnare permiſſus frater meus. Enimvero quamvis ego vadem me appoſuerim inter Deum et eum, quod ſanctam eccleſiam honoraret, et exaltaret, et bonas leges manuteneret, malas vero abrogaret; piget meminiſſe, pudet narrare, qualem ſe in regno exhibuerit, quomodo in praeſumptores nulla juſtitia exercitata, quomodo pax omnis ſtatim ipſo pene anno abolita; epiſcopi capti, et ad redditionem poſſeſſionum ſuarum coacti; abbatiae venditae; eccleſiae theſauris depilatae; conſilia pravorum audita; bonorum vel ſuſpenſa, vel omnino contempta. Scitis quoties eum tum per me, tum per epiſcopos convenerim, concilio praeſertim anno praeterito ad hoc indicto, et niſi odium, nihil acquiſierim. Nec illud quemquam, qui recte penſare velit, latet, debere me fratrem meum mortalem diligere, ſed cauſam Patris immortalis multo pluris facere. Itaque quia Deus judicium ſuum de fratre meo exercuit, ut eum, me neſciente, in poteſtatem potentium incidere permitteret, ne regnum vacillet, ſi regnante careat, omnes vos pro jure legationis meae huc convenire invitavi. Ventilata eſt heſterno die cauſa ſecreto coram majori parte cleri Angliae, ad cujus jus potiſſimum ſpectat principem eligere, ſimulque ordinare. Invocata itaque primo, ut par eſt, in auxilium divinitate; filiam pacifici regis, glorioſi regis, divitis, regis, boni regis, et noſtro tempore incomparabilis in Angliae, Normanniaeque dominam eligimus, et ei fidem et manutenementum promittimus."

Cumque omnes praeſentes vel modeſte acclamaſſent, ſententiae, vel ſilentes non contradixiſſent, ſubjecit; Londinenſes (qui ſunt quaſi optimates pro magnitudine civitatis in Anglia) nunciis noſtris convenimus, et conductum, ut tuto veniant, miſimus; eoſque confido non ultra hunc diem moraturos, bona venia uſque cras ſuſtineamus.

Feria quarta venerunt Londinenſes, et in concilium introducti cauſam ſuam eatenus egerunt, ut dicerent, miſſos ſe a communione, quam vocant Londoniarum, non certamina ſed preces afferre, ut dominus ſuus rex de captione liberaretur. Hoc omnes barones, qui in eorum communionem jamdudum recepti fuerant, ſummopere flagitare a domino legato, et ab archiepiſcopo, ſimulque omni clero, qui praeſens erat. Reſponſum eſt eis a legato ubertim et ſplendide, et quominus fieret, quod rogabant, eadem oratio, quae pridie habita. Adjectum etiam "Non decere, ut Londonienſes, qui praecipui habebantur in Anglia, ſicut proceres, illorum partes foverent, qui dominum ſuum in bello reliquerant, quorum conſilio idem ſanctam eccleſiam exhonoraverat, qui poſtremo non ob aliud ipſis Londonienſibus favere videbantur, niſi ut eos pecuniis emungerent."

Interea ſurrexit quidam, cujus nomen, ſi bene memini, Chriſtianus, reginae (ut audivi) clericus; porrexitque chartam legato, qua ille ſub ſilentio lecta, voce, quantum potuit, exaltata dixit, non eſſe legitimam, nec quae deberet, in tanto, praeſertimque ſublimium et religioſarum perſonarum conventu recitari. Praeter caetera enim, quae reprehenſibilia et notabilia erant ſcripta, teſtem appoſitum, qui praeterito anno in eodem, quo tunc ſedebant capitulo, venerabiles epiſcopos maxima verborum affecerit contumelia. Ita illo tricante, clericus legationi ſuae non defuit, ſed praeclara fiducia literas legit in audientia, quarum haec erat ſumma:

ſumma. Rogabat regi ab obnixe omnem clerum convocatum, et nuncupatim epiſcopum Wintoniae, fratrem domini ſui, ut eundem dominum regno reſtituerent, quem iniqui viri, qui etiam homines ſui eſſent, in vincula conjeciſſent. Huic ſuggeſtioni retulit legatus verba in eandem ſententiam, qua et Londinenſibus. Illi, communicato conſilio, dixerunt ſe decretum concilii convicineis ſuis relaturos, et favorem ſuum, quantum poſſent, praeſtituros.

Feria quinta ſolutum eſt concilium, excommunicatis ante multis, qui regi [illegible] erant partium; nominatim Willelmo [illegible], qui quondam pincerna regis Henrici, [illegible] Stephani. Ille immaniter exulceraverat [illegible] animum, multis rebus ejus interceptis et ſubreptis. Itaque multae fuit molis Londin[illegible] permulcere potis; ut cum haec [illegible] post Paſcha, ut dixi, fuerant actitata, vix paucis ante nativitatem beati Johannis diebus in [illegible] reciperent.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	[illegible]
[illegible]	[illegible]	11[illegible]	[illegible]

Concilium Westmonaſterienſe die octavarum S. Andreae, praeſidente itidem [illegible] Wintonienſi epiſcopo; ubi rex Stephanus praeſens queritur de injuriis a ſuis ſibi illatis. Ex W. Malmeſb. Hiſt. Nov. lib. ii. p. 191.

INTEREA legatus, immodici animi pontifex, qui, quod ſemel propoſuiſſet, non ineffectum relinquere vellet, concilium pro jure legationis [illegible] apud Weſtmonaſterium die octavarum ſancti Andreae coegit. Ejus concilii actionem non ita certa fide pronuncio, ut ſuperioris, quia non interfui. Auditum eſt lectas in eo literas domini apoſtolici, quibus modeſte legatum argueret, quod liberare fratrem ſuum diſſimulaſſet. Delicti tamen ſuperioris gratiam facere, et magnopere cohortari, ut quocunque modo, vel eccleſiaſtico, vel ſeculari poſſet, ad germani liberationem accingeretur. Regem ipſum in concilium introiſſe, et apud ſanctum conventum querimoniam depoſuiſſe, quod homines ſui et eum ceperint, et afflictionem contumeliarum paulo minus extinxerint, qui juſtitiam eis nunquam negaſſet. Ipſum legatum magnis eloquentiae viribus factorum ſuorum invidiam tentaſſe alleviare; quod ſcilicet imperatricem non voluntate, ſed neceſſitate recepiſſet, quippe cum recenti adhuc fratris ſui clade (omnibus comitibus, vel fugatis, vel eventum rei ſuſpecta mente praeſtolantibus) ipſa cum ſuis muros Wintoniae circumſonaſſet, ipſam quaecunque pepigerat ad eccleſiarum jus pertinentia obſtinate fregiſſe: quinetiam certis auctoribus ad ſe delatum, eam et ſuos non ſolum dignitati ſuae, ſed et vitae ſtruxiſſe inſidias. Caeterum Deum pro ſua clementia ſecus quam ipſa ſperaſſet, vertiſſe negotia, ut et ipſe perniciem vitaret, et fratrem ſuum vinculis eximeret. Itaque jubere ſe de parte Dei et apoſtolici, ut regem voluntate populi, et aſſenſu ſedis apoſtolicae inunctum quantis poſſent viribus enixe juvarent; turbatores vero pacis, qui comitiſſae Andegavenſi faverent, ad excommunicationem vocari, praeter eam quae Andegavorum domina eſſet.

Haec verba ejus non dico, quod omnes clerici gratis animis exceperint, certe nullus expugnavit, omnes vel metu, vel reverentia fraenarunt ora. Unus fuit laicus imperatricis nuncius, qui palam legato interdixit, ne per fidem, quam ei pactus fuerat, quicquam in illo concilio ſtatueret, quod ejus honori adverſum foret; [illegible] ſuum ullo auxilio juvaret, niſi forte viginti ei [illegible]. Quod in Angliam ipſa veniſſet, frequentibus epiſtolis ejus factum; quod regem cepiſſet, quod in captione tenuiſſet, ipſo potiſſimum connivente actum. Dixit nuncius haec, et alia pleraque magna verborum auſteritate, nihil omnino legato blanditus. Nec vero ullo ſermonum pondere ille moveri potuit, ut iram proderet, ſemel incepti, ut prius dixi, non ſegnis executor. Fuit ergo hic annus (cujus tragoedias compendio digeſſi) fatalis et pene pernicioſus Angliae; in quo, cum aliquo modo ſibi ad libertatem reſpirandam putaſſet, rurſus in aerumnam recidit; et niſi Dei miſericordia mature occurrat, diu haerebit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angl.
Innocent. II. 14.	Theobald 6.	1143.	Stephani [illegible]

Concilium Londinenſe a Wintonienſi epiſcopo, Innocentii II. *Romani pontificis legato, contra rerum et perſonarum eccleſiaſticarum invaſores ann. Dom.* MCXLIII. *celebratum* †. Ex R. Hoveden. p. 488.

ANNO gratiae MCXLIII. qui erat annus octavus regni Stephani, rex Stephanus interfuit concilio Londoniae in media Quadrageſima; quod quia nullus honor vel clericis vel eccleſiae Dei a raptoribus deferebatur, et aeque capiebantur et redimebantur clerici ut laici: tenuit

† Male Cod. [illegible] commentarius de praeſulibus Angliae [illegible] per papam Innocentii II. Romani pontificis legatum nominat, celebratum [illegible] Londinenſe enim hoc fuit concilium

inde Wintonienſis epiſcopus, urbis Romanae legatus, concilium apud Londoniam, clericis pro tempore neceſſarium. In quo ſancitum eſt, ne aliquis, qui clerico violenter manus injecerit, ab alio poſſit abſolvi quam ab ipſo papa, et in praeſentia ipſius; unde clericis aliquantulum ſerenitatis vix tandem illuxit.

Hoc concilium Matth. Pariſ. ad annum retulit MCXLII. *praecedentem, verbis, quae ſequuntur.*

ANNO Domini MCXLII. * Willielmus, Wintonienſis epiſcopus, et ſedis apoſtolicae legatus, in media Quadrageſima apud Londoniam concilium, rege praeſente et epiſcopis, celebravit. Nullus enim honor vel reverentia ferebatur Dei eccleſiae, vel ejus ordinatis a praedonibus ſceleratis, ſed aeque clerici et laici capiebantur, redimebantur, et in vinculis tenebantur.

Sancitum eſt ergo ibi, et generaliter conſtitutum; ne aliquis, qui eccleſiam coemeteriumque violaverit, vel in clerico aut viro religioſo manus injecerit violentas, ab alio quam ipſo papa poſſit abſolvi.

Statutum eſt etiam, ut aratra in campis, cum ipſis agricolis, talem pacem habeant in agris, qualem haberent in coemeterio, ſi extitiſſent.

Excommunicaverunt autem omnes, qui contra hoc decretum venirent, candelis accenſis; et ſic milvorum rapacitas aliquantulum conquievit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. II. 14.	THEOBALD 6.	1143.	STEPHAN. 8.

Concilium Wintonienſe; in quo controverſia inter Theobaldum archiepiſcopum, et abbatem ac monachos Cant. tractata fuit. Ex Chron. W. Thorn. in ann.

ANNO dominicae incarnationis MCXLIII. concilio adunato apud Wintoniam, praeſidente Henrico, ejuſdem civitatis epiſcopo, et apoſtolicae ſedis tunc legato, conſidentibus archiepiſcopo Cant. Theobaldo, cum fratribus et coepiſcopis Roberto London. Jocelyno Saleſburiae, Alexandro Lincolniae, Seyfredo Cyceſtriae, Roberto Herefordiae, Rodberto Bathonienſi, Rogero Ceſtriae, Willielmo Dunelmiae, Aſcelino Roſeceſtriae, Simone Wigorniae, Adelulpho Karduliae, Uthredo Glamorganiae, una cum abbatibus et caeteris pluribus religioſis, controverſia magna de praenominatis l. ſ. vii. d. inter Theobaldum archiepiſcopum, et monachos ejuſdem, et Hugonem, abbatem S. Auguſtini, ejuſdemque monachos jam diutius habita: quinetiam in conſiſtorio ſummi pontificis, Innocentii ſecundi, ſaepius agitata, tandem eodem papa jubente mihi Henrico, Wintonienſi epiſcopo, in hac patria vices ſuas agenti, et Roberto, Herefordenſi epiſcopo, ipſo archiepiſcopo cum ſuis, et abbate cum ſuis eandem juſſionem ſingulis literis deferentibus, quia de illa cauſa plenior notitia in Anglia haberi poterat, commiſſa eſt terminanda. Congruo igitur tempore, utraque parte ad praeſignatum concilium evocata, cum didiciſſemus in privilegiis Romanorum pontificum monaſterium S. Auguſtini, ut jus proprium ſedis apoſtolicae munientium, nulliuſque alterius ditioni ſubditum, abbatem et monachos praedicti loci, neque ſubjectionem, neque conſuetudinem, neque reditum aliquem, ſeu in magno, ſive in minimo, archiepiſcopo et eccleſiae ſanctae Trinitatis ſolvere debere, licet ſupradictos l. ſ. vii. d. ſe jam diutius fateretur dediſſe pro oleo et chriſmate, nec aliter illa habere potuiſſe; quod etiam, ſicut antea, in praeſentia domini papae ſupradicti, literis ejuſdem teſtantibus, ita et in noſtra ſe probaturos plurimis allegationibus et teſtibus offerebant, archiepiſcopum vero nullam honeſtam cauſam, de qua eoſdem denarios habuiſſet, vel exigere potuiſſet, comperiſſemus; conſultum duximus tam anxiam cauſam, tam gravem utriuſque eccleſiae laborem amicabili mo-

ab Henrico, Winton. epiſcopo, papae legato, coactum. Et cum oſcitante uno, oſcitet et alter; Spelmannus idem ex illo affirmat his verbis: " Hujus ſynodi mentionem mihi praeſtat De praeſulibus Angliae commentarius, in vita ſupradicti Alexandri, pag. 342. his verbis: Romam bis profectus eſt [Alexander iſte] annis nimirum MCXLII. et MCXLIV. ubi ita ſe geſſit, ut magnam iniret gratiam tam apud regem, quam pontificem. Ac prima quidem profectione legatus pontificius conſtitutus eſt, quo ſynodum convocaret, id quod fecit, et canones nonnullos edidit ad illorum temporum vitia corrigenda apprime utiles. Tertium deinde iter ad pontificem ſuſcepit in Galliis agentem, ubi Auguſto menſe anni MCXLVII. per aeſtum nimium aegritudinem contraxit, ex qua, domum non ſine magna difficultate reverſus, mortuus eſt, cum ſediſſet annos 24. De illo Huntingtonienſis haec habet carmina, quae non piget aſcribere:

Splendor Alexandri non tam reniteſcit honore,
Quam per eum reniteſcit honor, etc.

Sed erraſſe videntur in annorum numeris commentarii auctor, vel in hiſtoriis ſuis nonnulli veterum; Malmeſburienſis enim in ann. MLXX. conqueſtoris, Alexandrum ponit Lincolnienſem epiſcopum, aſſeritque eum cum Stigando archiepiſcopo Cantuar. facto ad Scotos diffugio, moram ad tempus feciſſe ibidem. Huntingtonienſis vero aperte indicat Henricum primum annum regni ſui 23. eidem contuliſſe hunc epiſcopatum, pag. 182. Ad Paſcha, inquit, apud Winceſter dedit [rex Hen. I.] epiſcopatum Lincolniae Alexandro venerabili viro, qui nepos erat Rogeri, Saliſburienſis epiſcopi. Rogerus autem juſtitiarius fuit totius Angliae, et ſecundus a rege. Et infra in ann. 25. ejuſdem regis, ann. MCXXV. Hoc etiam anno perrexerunt, inquit, Romam Willielmus, Cantuarienſis archiepiſcopus, et Thurſtanus, Eboracenſis archiepiſcopus, et Alexander, Lincolnienſis epiſcopus, de cujus laudabili munificentia, et inexterminabili fama, ſic quidam dixit heroice;

Splendor Alexandri," etc. Haec SPELMANNUS.

Ex hiſtoricis illius aevi dilucide perſpicitur Henricum, Wintonienſem epiſcopum, anno Chriſti MCXLIII. legatum fuiſſe Romani pontificis, non Alexandrum Lincolnienſem. Hunc autem anno decimo regis Stephani illi eccleſiae praefuiſſe ex Huntingtonio et Thornio conſtat.

* l. *Henricus.*

difi-

4

dificatione ſedare, et matri eccleſiae noſtrae Cantuar. cui nos epiſcopi profeſſi ſumus debitum honorem, licet eccleſiae beati Auguſtini videamur gravamini reſervare. Conſulimus utique et quodammodo coegimus abbatem et monachos, ut darent archiepiſcopo et eccleſiae ſuae poſſeſſionem aliquam liberam lx. ſ. valentem, quippe ut potenti vicino, et in multis pernecesſario, utpote in datione olei et chriſmatis, in dedicandis eccleſiis, in ordinibus faciendis, caeteriſque negotiis, prout poſtulatur; iſta videlicet conditione, ut illa poſſeſſione ſemel accepta, ſibi abinde proprium haberet, et eccleſia S. Auguſtini a praedictorum denariorum ſolutione inperpetuum foret libera, et ſecundum privilegia ſua maneret in omnibus quieta.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
LUCII II. 1.	THEOBALD 7.	1144	STEPHAN 9.

Bulla Lucii II. *papae, qua irritas reddit tales chartas, quarum obtentu filii fiunt patribus ſuis ſucceſſores in eccleſiis.* Ex Rymer. Foeder. vol. I. in ann.

LUCIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, priori et monachis ſancti Pancratii ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſimus ad regimen univerſalis eccleſiae, Domino diſponente, vocati, ſicut ea ſolvere debemus, quae ipſius eccleſiae nutriunt honeſtatem; ſic ea tenemur evellere, quae canonicis obviant inſtitutis, et materiam diſſolutionis videntur afferre. Sane relationis veſtrae tenore comperimus pravam apud vos, ſub praedeceſſorum veſtrorum negligentia, conſuetudinem introductam, quod filii eorum, qui veſtras eccleſias tenuerunt, ut —patribus ab ipſis anteceſſoribus noſtris confirmationem de obtinendis eccleſiis conſecuti, ſub reprehenſibili colluſione volunt ipſas eccleſias jure ſucceſſionis habere, et talium confirmationum obtentu aliqua penſione retenta, patres filios ſibi conſtituere ſucceſſores. Quum igitur ex hoc et canonicae diſciplinae vigor infringitur, et temporalia vobis damna proveniunt; praedictas conceſſiones vel confirmationes, taliter ab eorundem locorum priore, vel etiam ab apoſtolica ſede veritate tacita impetratas, irritas eſſe cenſemus, praeſentium vobis auctoritate licentiam concedentes, ut in eccleſiis veſtris, non obſtantibus conceſſionibus, aut confirmationibus illis, liceat vobis idoneas perſonas eligere, et electas epiſcopo praeſentare; ut animarum cura recepta de ſpiritualibus ei, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Vellet.—— K. L.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
EUGEN. III. 4.	THEOBALD 11.	1148	STEPHAN. 13.

*Conſtitutio Theobaldi, archiepiſcopi Cantuar. de fugitivis et ejectis de monaſteriis**. Ex MS. Cott. Galba E. iv. fol. 84. verſo.

THEOBALDUS, Dei gratia Cantuar. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et apoſtolicae ſedis legatus, dilectis filiis Guyberto, priori, et toti conventui eccleſiae Chriſti Cantuar. benedictionem a Domino, et miſericordiam a Deo ſalutari ſuo. Cunctorum providentiae, ſeu diligentium maxime praelatorum incumbit officio, ut ex praeteritorum experientia mala debeant praecavere futura. Hinc eſt, quod ſcandala illa, quae noſtris videntur contigiſſe temporibus per quoſdam, qui de vobis exierunt, ſed ex vobis non erant, vobiſcum vehementer offenſi adverſus hujuſmodi ne tam ſaepe contingant, quanta poſſumus ſolicitudine vobis inpoſterum providere ſtudemus, veſtris ſuper hoc juſtis et religioſis petitionibus grataner annuentes, qui zelo juſtitiae et ignito monaſticae religionis amore ſuccenſi, hoc unanimi poſtulatis aſſenſu, ut eccleſiae veſtrae famae providentes, occaſiones, ex quibus praedicta ſcandala ſaepius oriuntur, qua debemus et poſſumus auctoritate radicitus amputemus. Noſtra igitur et apoſtolica, qua fungimur, auctoritate praecipimus, atque in eccleſia veſtra cunctis tenendum temporibus, et ratum fore ſub anathemate conſtituimus, ut quotieſcunque quemlibet monachum de eccleſia veſtra fugitivum, vel meritis ſuis ejectum, ſive quolibet modo relicto religionis habitu ad ſeculum reverſum, redire tandem aliquando, et per gratiam recipi contigerit, in ultimo gradu recipiatur, ibique tota vita ſua remanens ad altioris locum ordinis non aſcendat, illos tantummodo praeceſſurus in ordine, qui poſt reverſionem ejus in eccleſia ſuſcipientur, ut ex hoc et, qui poſt lapſum redierint, perpetuo degradationis ſuae intuitu erubeſcant et humilientur; et, qui forte ſimiliter tentari poterunt, admiſſa ſpe recuperandi ordinis ſui, ſi a vobis vel exeant vel ejiciantur, caveant ſibi ab utroque, ne vel exire audeant, vel ejici mereantur. Ne quis autem hanc conſtitutionem noſtram praeſumat infringere, ſub anathemate prohibemus. Valete.

* Annus huic conſtitutioni Theobaldianae deficit in MS. medium igitur archiepiſcopi aetatem ei aſſignavimus.

Conci-

Concilium Londinenſe. Ex Walt. Covent. Chron. et H. Huntingt. in ann.

HOC anno Theobaldus, Cant. archiepiſcopus, et apoſtolicae ſedis legatus, tenuit concilium generale apud London. in media Quadrageſima; ubi rex Stephanus, et filius ſuus Euſtachius, et Angliae proceres interfuerunt, totumque illud concilium novis appellationibus infrenduit. In Anglia namque appellationes in uſu non erant, donec eas Henr. Winton. epiſcopus, dum legatus eſſet, malo ſuo crudeliter intruſit; in eodem namque concilio ad Romani pontificis audientiam ter appellatus eſt.

Epiſtola Eugenii, papae III. *Anglorum regi, Stephano, ut Robertum, London. epiſcopum, in gratiam ſuam reciperet.* Citante Spelmanno.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio Stephano, illuſtri regi Anglorum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad haec ſuperna providentia in eccleſia pontifices ordinavit, ut chriſtianus populus ab eis paſcua vitae reciperet, et tam principes ſeculares, quam inferioris conditionis homines ipſis pontificibus, tanquam Chriſti vicariis, reverentiam exhiberent. Venerabilis ſiquidem frater noſter Robertus, London. epiſcopus, tanquam vir ſapiens et honeſtus, et religionis amator, a nobilitate tua benigne tractandus eſt, et pro collata a Deo prudentia propenſius honorandus. Quia ergo, ſicut in veritate comperimus, cum animae ſuae ſalute, ac ſui ordinis periculo, fidelitate, quae ab eo requiritur, aſtringi non poteſt; volumus, et ex paterno tibi affectu conſulimus, quatenus praedictum fratrem noſtrum ſuper hoc nullatenus inquietes, immo pro beati Petri et noſtra reverentia eum in amorem et gratiam tuam recipias. Cum autem illud juramentum praeſtare non poſſit, ſufficiat diſcretioni tuae, ut ſimplici et veraci verbo promittat, quod laeſionem tibi vel terrae tuae non inferat. Vale. Dat. Meldis 6. cal. Julii.

Epiſtola ejuſdem Eugenii papae Matildi, Anglorum reginae, ut virum ſuum ad dilectionem praefati epiſcopi hortaretur. Citante Spelmanno.

SOLOMONE atteſtante didicimus, quod mulier ſapiens aedificat domum, inſipiens autem conſtructam deſtruet manibus. Gaudemus pro te, et devotionis ſtudium in Domino collaudamus, quoniam, ſicut religioſorum relatione accepimus, timorem Dei prae oculis habens, operibus pietatis intendis, et perſonas eccleſiaſticas et diligis et honoras. Ut ergo de bono in melius, inſpirante Domino, proficere valeas, nobilitatem tuam in Domino rogamus, et rogando monemus et exhortamur in Domino, quatenus bonis initiis exitus meliores injungas, et venerabilem fratrem noſtrum Robertum, London. epiſcopum, pro illius reverentia, qui, cum olim dives eſſet, pro nobis pauper fieri voluit, attentius diligas et honores. Apud virum tuum, et dilectum filium noſtrum Stephanum, inſignem regem Anglorum, efficere ſtudeas, ut monitis, hortatu, et conſilio tuo, ipſum in benignitatem et dilectionem ſuam ſuſcipiat, et pro beati Petri et noſtra reverentia propenſius habeat commendatum. Et quia ſicut, veritate teſte, attendimus, eum ſine ſalute, et ſui ordinis periculo, praefato filio noſtro aſtringi non poſſe; volumus, et paterno ſibi et tibi affectu conſulimus, ut vobis ſufficiat, veraci et ſimplici verbo promiſſionem ab eo ſuſcipere, quod laeſionem vel detrimentum ei, vel terrae ſuae non inferat. Dat. ut ſupra.

Capitulum Ciſtercienſium. Ex M. Pariſ. in ann.

—— QUO etiam anno in capitulo Ciſtercienſi ſtatutum eſt, ne de caetero aliqui novam conſtruerent abbatiam; quia numerus abbatiarum illius ordinis uſque ad quingentas excrevit.

Conci-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
EUGEN. III. 8.	THEOBALD 15.	1152.	STEPHAN. 17.

Concilium Hibernicum in coenobio Mellifontis a Chriſtiano, epiſcopo Liſmorenſi, totius Hiberniae legato, celebratum; praeſentibus epiſcopis, abbatibus, regibus, ducibus, et majoribus natu Hiberniae; quorum conſenſu IV. *illic archiepiſcopatus conſtituuntur.* Ex Jac. Waraeo.

DE hoc concilio ex auctore anonymo, qui tum vixit, ſic Jacobus Waraeus in vita Donati O Lonargan, epiſcopi Caſſelienſis:

Lonarganus noſter auctoritate pontificia primus creatus eſt hujus ſedis archiepiſcopus anno MCLII. ad quem annum ſic loquitur anonymus, qui tum vixit: "Johannes Papiro cardinalis ab Eugenio III. pontifice Romano, miſſus, cum Chriſtiano, epiſcopo Liſmorenſi, totius Hiberniae legato, in Hiberniam venit. Idem Chriſtianus in Mell. (ſive Mellifontis monaſterio) concilium celebravit, cui interfuerunt epiſcopi, abbates, reges, duces, et majores natu Hiberniae; quorum conſenſu archiepiſcopatus conſtituti ſunt quatuor; Armacanus, Dublinienſis, Caſſelienſis, Tuamenſis. Quibus praefuerunt eo tempore Gelaſius, Gregorius, Donatus, Edanus. Johannes cardinalis benedicens clero poſt Paſcha MCLIII. (ut mihi auctor eſt Johannes Haguſtaldenſis, ſive Hexamenſis) per Scotiam iter faciens, Romam reverſus eſt. Haec ille; qui in proximis ſuperioribus notat tres obtinuiſſe ſedem Caſſelienſem, priuſquam illa pallio eſſet donata, vel uſus pallii in Hibernia percrebuerat; viz. [a] Donaldus Buaheni, qui obiit anno MXCVI. [b] Milerus O Dunan, qui obiit MCXVIII. et [c] Donatus O Conaing, qui anno deceſſit MCXXXVII. ab hiſtoricis tamen Hibernicis (quos appingit in margine) archiepiſcopi nominantur [*].

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ANASTAS. IV. 1.	THEOBALD 16.	1153.	STEPHAN. 18.

Conſtitutio Willielmi, archiepiſcopi Eboracenſis, de arboribus et herba in coemeteriis; et ut pecuniae a deceſſorum haeredibus ſolutae, in alios uſus non impendantur a ſucceſſoribus. Ex MS. Cott. Vitell. A. ii. n. 32.

IN Dei nomine, Amen. Quamvis in ſtatutis canonicis ſit expreſſum, quod laicis, de rebus eccleſiaſticis et religioſis quomodolibet diſponendi nulla ſit penitus attributa facultas, quos obſequendi monet auctoritas, non auctoritas imperandi; multos tamen jura eccleſiaſtica latent: aliis vero eccleſiis et eccleſiaſticis perſonis, Dei timore poſtpoſito, proh dolor! oppido ſunt infeſti; adeo ut jura eccleſiaſtica non formident in ſuae damnationis incrementum uſurpare. Nos igitur Willielmus, permiſſione divina Eborum archiepiſcopus, Angliae primas, qui eccleſiarum noſtro regimini commiſſarum jura et immunitates ex officio noſtro debite conſervare tenemur pro viribus, ac tueri; de conſenſu capituli noſtri Eboracenſis, proinde duximus ſtatuendum. Ne quis laicus arbores, ſeu herbam in coemeterio cujuſcunque parochiae, eccleſiae, ſeu capellae in noſtra dioeceſi, divino cultui deputatae creſcentes, abſque rectoris licentia ſpeciali, auſu temerario proſternere, ſeu falcare praeſumat, aut proſtratas auferre vel amovere; ſeu quicquam juris in ipſis aliqualiter vendicare; cum ea, quae religioſis adhaerent, religioſa eſſe penitus cenſeantur, juxta civiles et canonicas ſanctiones. Eccleſiarum autem rectoribus, aut vicariis, ſeu quibuſlibet ipſorum miniſtris hujuſmodi arbores in coemeterio creſcentes, omnino non liceat in alium uſum convertere, niſi in eccleſiae ſuae reparationem, et aedificationem manſi proprii ad eccleſiam pertinentis. Si quis autem hujus noſtri ſtatuti temerarius violator extiterit, ipſum volumus, per archidiaconum loci ſuper hoc congrue requiſitum, legitima monitione praemiſſa, majoris excommunicationis ſententia innodari, a qua ipſum omnino abſolvi nolumus, donec eccleſiae, cui contra praeſens ſtatutum laeſionem vel injuriam irrogaverit, ad arbitrium praefati archidiaconi ſatisfecerit competenter.

Item, quia cedentibus, vel decedentibus canonicis eccleſiae noſtrae Eborum, et aliarum eccleſiarum collegiatarum noſtrae dioeceſis, necnon rectoribus et vicariis, ſucceſſores eorum conſueverunt taxationem defectuum in ornamentis, cancellis, et domibus, ad beneficia, in quibus ſucceſſerunt pertinentibus, interdum ultra veram aeſtimationem pro ſuo libito procurare; et quod gravius dignoſcitur, omnem pecuniam, vel majorem partem exinde redactam, in privatos uſus convertere, nulla penitus emendatione, reparatione, vel refectione facta per eoſdem in ornamentis, cancellis, aut domibus memoratis; nos tantae iniquitatis auſui temerario, volentes competenti remedio, prout poſſumus, obviare, de conſenſu unanimi capituli noſtri praedicti ſtatuimus; ut, facta taxatione defectuum praedi-

[a] Annal. *Conac.* [b] Ibid. [c] Annal. *Ulton.* De hac re vide Vincentii Specul. hiſtoriale. in viſione Tundali in lib. xxvii. c. 88.

[*] Vide Stanihurſtum in appendice cap. 20. ad Girald. Cambr. qui hoc concilium e Flatteſburio refert habitum fuiſſe an. MCLII. Mat. Pariſ. ad MCLI.

ctorum per legaliores et diſcretiores de vicinia, qui ad hoc potuerint bono modo, tota pecunia, ex praemiſſa cauſa levata, ad manus duarum, vel trium perſonarum, in locis ſingulis ad hoc ſpecialiter electarum, abſque omni diminutione perveniat: quae perſonae, dictorum canonici, rectoris, vel vicarii requiſito conſenſu, omnem pecuniam ſic receptam, in reparationes et refectiones neceſſarias prius conſideratas et taxatas, abſque morae diſpendio convertere non omittant; ad quod per locorum archidiaconos, legitima monitione praemiſſa, ſi neceſſe fuerit, per majoris excommunicationis ſententiam compellantur.

Papae Rom.	Archiep Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ANASTAS. IV. 2.	THEOBALD 17.	1154.	HENRIC. II. 1.

Concilium Londini ab Henrico II. *anno regni ſui primo, tempore quadrageſimali congregatum.* Ex Mat. Pariſ. in vitis abbat. Alban.

In quo renovantur pax, et leges antiquae Anglorum, viz. divi Edouardi Confeſſoris, aliaeque regni conſuetudines. Chartae etiam et privilegia epiſcoporum quorundam, abbatiarum, et eccleſiarum regio ſigillo confirmantur. Inter has charta Guilielmi primi de immunitate monaſterii de Bello, ex quo magna deinceps controverſia; cujus ambages e codice Bellenſi adjecimius, quod et hujus concilii et aliorum inter notatu digna plurima reminiſcitur. Mat. Pariſienſis in vitis abbat. Albanenſ. p. 1020. ita de hoc concilio loquitur: " Paucis itaque poſthac evolutis diebus congregantur apud Londonium archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, multarumque eccleſiarum praelati, cum comitibus et baronibus totius regni, ut negotia regni et eccleſiae pertractarent cum Theobaldo, Cantuarienſi archiepiſcopo, apoſtolicae ſedis legato eidem concilio praeſidente."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HADRIAN. IV. 1.	THEOBALD 18.	1155.	HENRIC. II. 2.

Charta R. Henrici II. *de libertatibus eccleſiae et regno conceſſis.* Citante Spelmanno.

HENRICUS, Dei gratia rex Angliae, dux Normanniae et Aquitaniae, comes Andegaviae, baronibus et fidelibus ſuis Francis et Anglis ſalutem. Sciatis me, ad honorem Dei, et ſanctae eccleſiae, et pro communi emendatione totius regni mei, conceſſiſſe et reddidiſſe, et praeſenti charta mea confirmaſſe Deo et ſanctae eccleſiae, et omnibus comitibus et baronibus, et omnibus hominibus meis omnes conſuetudines, quas rex Henricus, avus meus, eis dedit et conceſſit. Similiter etiam omnes malas conſuetudines, quas ipſe delevit et remiſit, ego remitto, et deleri concedo pro me et haeredibus meis. Quare volo et firmiter praecipio, quod ſancta eccleſia, et omnes comites et barones, et omnes mei homines omnes illas conſuetudines, et donationes et libertates, et liberas conſuetudines, habeant et teneant, libere et quiete, bene et in pace et integre, de me et haeredibus meis, ſibi et haeredibus ſuis, adeo libere et quiete et plenarie in omnibus, ſicut rex Henricus, avus meus, eis dedit et conceſſit, et charta ſua confirmavit. Teſte Richardo de Luci.

Privilegium Hadriani papae IV. *regi Henrico* II. *conceſſum, ad Hiberniam occupandam.* Ex Giraldi Cambr. Hib. expugn. lib. II. cap. 6. vide etiam Mat. Pariſ. in anno MCLV.

INTEREA quanquam Martiis plurimum intentus et detentus exercitiis Anglorum rex, ſuae tamen inter agendum Hiberniae non immemor, cum praenotatis ſpurcitiarum literis in ſynodo Caſſilienſi per induſtriam quaeſitis, directis ad curiam Romanam nunciis, ab Adriano papa de Anglia oriundo, tunc praeſidente, privilegium impetravit, ejuſdem auctoritate, et aſſenſu, Hibernico populo tam dominandi, quam ipſum in fidei rudimentis incultiſſimum, eccleſiaſticis normis et diſciplinis, juxta Anglicanae eccleſiae mores informandi. In Hiberniam itaque privilegio tranſmiſſo, per Nicolaum, Guallingfordenſem tunc priorem, Malmeſburienſem quoque poſtmodum abbatem, tam poſitum quam depoſitum, necnon et Guilielmum, Aldelmi filium: convocata ſtatim apud Guaterfordiam epiſcoporum ſynodo, in publica audientia ejuſdem privilegii cum univerſitatis aſſenſu, ſolennis recitatio facta fuit per Johannem Saliſburienſem, poſtmodum epiſcopum Carnotenſem, Romam ad hoc deſtinatum; per quem etiam idem papa regi annulum aureum, in inveſtiturae ſignum praeſentavit. Qui ſtatim ſimul cum privilegio in archivis Wintoniae repoſitus fuerat: unde et ejuſdem privilegii tenorem hic interſerere non ſuperfluum reputavi. Erat itaque tenor hic:

Adrianus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Anglorum regi ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Laudabiliter et ſatis fructuoſe de glorioſo nomine tuo propagando in terris, et aeternae felicitatis praemio cumulando in caelis tua magnificentia cogitat, dum ad dilatandos eccleſiae terminos, ad declarandam indoctis et rudibus populis chriſtianae fidei veritatem, et vitiorum plantaria

taria de agro dominico extirpanda, ſicut catholicus princeps intendis, et ad id convenientius exequendum, conſilium apoſtolicae ſedis exigis et favorem. In quo facto, quanto altiori conſilio, et majori diſcretione procedis, tanto in eo feliciorem progreſſum te, praeſtante Domino, confidimus habiturum; eo quod amplius ad bonum exitum ſemper et finem ſoleant attingere, quae de ardore fidei, et religionis amore principium acceperunt. Sane Hiberniam, et omnes inſulas, quibus ſol juſtitiae Chriſtus illuxit, et quae documenta fidei chriſtianae ceperunt, ad jus beati Petri et ſacroſanctae Romanae eccleſiae (quod tua etiam nobilitas recognoſcit) non eſt dubium pertinere. Unde tanto in eis libentius plantationem fidelem, et germen gratum Deo inſeruimus, quanto id a nobis interno examine diſtrictius proſpicimus exigendum. Significaſti ſiquidem nobis, fili in Chriſto chariſſime, te Hiberniae inſulam ad ſubdendum illum populum legibus, et vitiorum plantaria inde extirpanda velle intrare; et de ſingulis domibus annuam unius denarii beato Petro velle ſolvere penſionem, et jura eccleſiarum illius terrae illibata et integra conſervare. Nos itaque pium et laudabile deſiderium tuum cum favore congruo proſequentes, et petitioni tuae benignum impendentes aſſenſum, gratum et acceptum habemus, ut pro dilatandis eccleſiae terminis; pro vitiorum reſtringendo decurſu; pro corrigendis moribus, et virtutibus inſerendis; pro chriſtianae religionis augmento, inſulam illam ingrediaris, et quae ad honorem Dei et ſalutem illius terrae ſpectaverint, exequaris: et illius terrae populus honorifice te recipiat, et ſicut Dominum veneretur, jure nimirum eccleſiarum illibato et integro permanente, et ſalva beati Petri et ſacroſanctae eccleſiae Romanae de ſingulis domibus annua unius denarii penſione. Si ergo quod concepiſti animo, effectu duxeris proſequente complendum, ſtude gentem illam bonis moribus informare; et agas tam per te, quam per illos, quos ad hoc fide, verbo, et vita idoneos eſſe perſpexeris, ut decoretur ibi eccleſia, plantetur et creſcat fidei chriſtianae religio; et quae ad honorem Dei, et ſalutem pertinent animarum, per te taliter ordinentur, ut a Deo ſempiternae mercedis cumulum conſequi merearis, et in terris glorioſum nomen valeas in ſeculis obtinere.

Papae Rom.	Archiep. Cant.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HADRIAN. IV. 3.	THEOBALD 20.	1157	HENRIC. II. 4.

Synodus Northamptonienſis. Ex Gervaſ. Dorobern. apud x. Scriptores col. 1665.

SUB initium regni regis Henrici II. Theobaldus ſynodum Northamptoniae coegit, in qua Sylveſtrum, abbatem S. Auguſtini Cant. ad obedientiam compulit. Gervaſius ita: "Egerat hic Silveſter favore R. Stephani et fratris ſui Henrici, Wintonienſis epiſcopi, ut praeciperet Eugenius P. praedictum abbatem in eccleſia ſua ſine profeſſione benedici, eo quod feciſſet eam Romae tributariam. Theobaldus temporis intervallo, regnante glorioſo R. Henrico de mandato Adriani P. apud Northamptoniam in praeſentia regis et epiſcoporum Angliae compulit eum ad ſubjectionem, ut ibidem debitam faceret profeſſionem." H. I.

Synodus Ciceſtrenſis, in qua diſceptationes variae ſunt habitae ſuper eo, quod Willielmus ſenior regeſque ſubſequentes, abbatem et abbatiam de Bello, in comitatu Suſſexiae, immunes eſſe regiis ſuis chartis conceſſerunt ab omni epiſcoporum ſubjectione, etiam Ciceſtrenſis eccleſiae, cui prae caeteris canonicam deberent obedientiam.* Ex MS. Chron. Abb. de Bello, cit. Spelm.

EODEM tempore (i. poſt an. Dn. MCXXXIX. Stephani regis an. v.) venerabili viro Seifrido epiſcopo ſuccedente in cathedram Ciceſtrenſem viro magnifico Hilario, qui Romanae curiae notitiam ac favorem plurimum obtinuerat, coepit memoratum Belli monaſterium in dignitatibus ſuis quorundam aemulatione, plurima pati molimina: nam ab incarnatione Domini MCXLVIII. regnante in Anglia Stephano rege piiſſimo, ex clariſſimo regis Willielmi ſtemmate orto, anno viz. regni XIII. ipſius, Hilarius, Ciceſtrenſis epiſcopus, cum jura et dignitates eccleſiae ſuae undique perſcrutari coepiſſet, a quibuſdam ei intimatum eſt, eccleſiam ſancti Martini, quae cognominatur de Bello, eo quod ibidem Deus regi Willielmo, conqueſtori Angliae, de inimicis ſuis victoriam contulit, ejus ditioni ſubjacere debitam fuiſſe. Qui cum haec accepiſſet, Walterum, ejuſdem loci abbatem, ſuper hoc multoties convenit. Abbate vero reſiſtente, nec eidem aſſentiente, diſſenſio inter eos permaxima orta eſt. Modus autem diſſenſionis ejuſmodi erat. Epiſcopus Ceceſtriae abbatem de Bello ad ſynodum ſuam apud Ciceſtriam ire, et omnia epiſcopalia ſecundum canones perſolvere cogebat. Hoſpitari etiam in eadem abbatia, et in maneriis ejuſdem auctoritate epiſcopali, et quaſi ex conſuetudine affectabat; abbatem vero et abbatiam hoſpitando atque pro libitu diſponendo ſuo juri ſubdere anhelabat. Hinc etiam hac utebatur auctoritate, dicendo abbatem de Bello electum in eccleſia Ciceſtrenſi cum profeſſione canonica, benedictionem ſuam eccleſiaſtico more conſequi debere; indeque illum ſibi et ſuae eccleſiae om-

* Haec autem ut melius intelligantur, exemplar ipſius chartae regis Willielmi ſenioris, in pag. 317. Monaſt. Anglic. vol. I. conſule.

nino

nino ſubjectum fore. Abbas vero, e contrario, non ſuperbiae, ſed patientiae et humilitatis utens exemplis, nunc viva voce, nunc miſſis Ciceſtriam nunciis, libertatem et dignitatem ſuae eccleſiae exponebat, dicens; regem Willielmum, quem divina providentia adduxit in Angliam, ut jus ſibi debitum acquireret, in procinctu belli, eodem in loco cum favore omnium ſe concomitantium votum feciſſe, locum ſcilicet illum Domino Chriſto dare tam liberum, quam ſibi poſſet adquirere; clementiaque favente divina, victoriam adeptam votumque ſolventem, eccleſiam ibidem in honore Dei et beati Martini conſtruxiſſe, pro ſalute omnium, et maxime ibi interfectorum, ita liberam et quietam ab omni exactione ſervitutis, et ab omni ſubjectione et oppreſſione atque dominatione epiſcoporum, ſicut eſt eccleſia Chriſti Cantuariae. Hoc etiam conſilio et teſtimonio Lanfranci, archiepiſcopi Cantuar. et Stigandi, Ciceſtriae epiſcopi, et aliorum multorum ſcriptis confirmaſſe ſuis. Stigandum, necnon Ciceſtriae epiſcopum (praeſente Gauſberto, primo ejus loci abbate, et monachis ſuis) in quantum ſui juris erat, hoc eodem modo literis ſuis corroboraſſe, et extunc ad notitiam omnium tranſiiſſe, eccleſiam ſancti Martini de Bello ab omni ſubjectione epiſcopi Ciceſtrenſis omnino liberam fuiſſe. Hac igitur ratione abbas flagitabat obnixe, quatenus libertatem, quam eccleſia praedicta tantorum virorum auctoritate hactenus videbatur poſſediſſe, inviolabili illibatoque jure tenere licitum foret. Praeſul vero his minime acquieſcit; ſed interminatur, quod niſi ſynodum peteret indictam, poſt unius anni curriculum, in ſynodo ſolenni, auctoritate canonica, vinculo illum anathematis conſtringeret. Favebat autem ei tunc paſtor Rom. eccleſiae Eugenius, necnon et venerabilis Theobaldus, Cantuariae archiepiſcopus, et multi alii, quorum fretus auctoritate, abbatem et eccleſiam de Bello ſibi et ſuae eccleſiae ſubjugare ſperabat.

Quodam igitur praedicti Stephani piiſſimi principis tempore, ſynodum apud Ciceſtriam adire abbas ſubmonitus, nec veniens interdictus eſt ab epiſcopo; eo tamen tenore, quodſi infra xl. dierum ſpatium ſatisfacturus non veniret, ab officio ſuo ſuſpenſus ceſſaret. Quod abbas audiens curiam apud Sanctum Albanum adiit praepropere, atque regiae intulit aulae. Rex igitur, accerſito clericorum ſuorum quodam Roberto de Cornuvilla nomine, miſit ad epiſcopum, mandans ac praecipiens, quatenus eccleſiam S. Martini de Bello, ſicut dominicam regis capellam, et regiam coronam ab omni exactione et oppreſſione liberam et quietam Chriſto Domino pacifice ſineret deſervire. Terminum etiam ei praefixit, quatenus die octavarum S. Andreae ipſe et abbas Londoniam venirent, ut ibi diſſenſioni eorundem coram ſe, epiſcopis et baronibus ſuis praeſentibus, finem imponeret. Die conſtituta uterque adfuit, ſed epiſcopus nonnullis ibidem detentus negotiis, coram rege die eadem venire diſtulit. Lectis igitur coram rege chartis, et munitionibus de hac eadem re a rege Willielmo magno ſubſcriptis, rex altiori uſus conſilio, praecepit eccleſiam S. Martini de Bello ab omni ſubjectione et exactione Ciceſtrenſis epiſcopi, ſecundum regis Willielmi, et aliorum regum, praedeceſſorum ſuorum, chartas, liberam omnino exiſtere. In craſtinum licentia a rege abbas accepta, domum rediit, rege eidem pronunciante ſe eccleſiae de Bello ſicut dominicae ſuae capellae, et coronae regiae, in omnibus juſta defenſione protectorem fore.

Haud longo poſtmodum tempore, anno viz. incarnationis dominicae MCLIV. 8. calend. Nov. eodem piiſſimo rege Stephano ex hacl uce ſubtracto, epiſcopus (tempus ut ſibi videretur opportunum nactus, quo ſuum ad libitum proſequeretur cauſam) praedictum abbatem, Ciceſtriam ire ſummonitum, nec venientem, in ſynodo ſolenni excommunicavit. Quod quidam de Hieroſolymitanis fratribus, ſcilicet de Templo, ibidem exiſtens, cum accepiſſet, Londoniam feſtinanter tetendit; ubi tunc temporis abbas praedictus, praecepto venerabilis Cantuar. archiepiſcopi Theobaldi, cum quodam fratre ſuo ex nobilibus Angliae, Richardo de Luci nomine, adventum Henrici, Normannorum ducis, regis futuri, expectans morabatur; atque hoc ejuſdem Richardi auribus pandit. Quo audito Richardus cum praedicto abbate fratre ſuo locutus, haec ut erant archiepiſcopo referre non diſtulit. Communicato itaque conſilio, miſit idem venerabilis pater quendam ex clericis ſuis, Salomonem nomine, ad epiſcopum; mandans ei quod abbate ſecum detento, domini ſui futuri Henrici ducis Londonias expectabat adventum. Unde mandando volebat, quatenus ſententiam, quam ſuper abbatem poſuerat, relaxaret, donec in unum convenirent. Antiſtes vero Ciceſtrenſis domini ſui legati annuens voluntati, ſententiam relaxavit.

Anno incarnationis dominicae MCLIV. 8. cal. Novemb. piiſſimo rege Stephano ex hac luce ſubtracto, et in eccleſia, quam ipſe in honorem ſancti ſalvatoris mundi a fundamentis conſtruxerat, apud Feverſham tumulato, adventus Henrici, Normannorum ducis, regis futuri, expectabatur. Quo audito, apud Weſtmonaſterium anno incarnationis dominicae eodem, et 14. cal. Januarii, in regem Henricus elevatus, et ab venerabili Theobaldo, Cantuar. archiepiſcopo, et totius Angliae primate, necnon et apoſtolicae ſedis legato, ibidem coronatus, totius Angliae primoribus ad eum confluentibus, juſte conſilio eorum omnia diſponebat. Eccleſiis etiam poſſeſſiones et dignitates ab anteceſſoribus ſuis conceſſas, ſua auctoritate confirmavit; et inſequenti Quadrageſima congregavit generale concilium apud Londoniam, et renovavit pacem, et leges et conſuetudines per Angliam ab antiquis temporibus conſtitutas. Ibi quoque nonnulli ex epiſcopis et abbatibus chartas et privilegia eccleſiarum ſuarum praeſentis regis ſcripto et ſigillo confirmaverunt. Inter quos praedictus abbas de Bello, regis Willielmi et aliorum regum chartis et ſcriptis per ordinem oſtenſis, ut in ſcripto et ſigillo ejuſdem principis confirmarentur, obtinuit. Quod epiſcopus Ciceſtrenſis cum accepiſſet, citato gradu archiepiſcopum adiit, eique abbatem de Bello chartas contra dignitates Cantuarienſis eccleſiae, et ſuae etiam eccleſiae (Ciceſtrenſis ſcilicet) poſſediſſe, et ut in praeſentis

ſentis regis ſigillo confirmarentur, obtinuiſſe intimavit. Obſecrare igitur ut hoc communi prohiberent ſententia, ne alii per Angliam abbates, quaſi quoddam privilegium, hoc contra epiſcopos ſuos ſibi vendicarent, ſi praedictus abbas contra illos praevaluiſſe videretur. His archiepiſcopus auditis, nimiumque credulus effectus, affirmavit ſe nunquam hiis ſuum praebere aſſenſum, quo aliquo haec pro voto abbatis fine terminari potuiſſent. Factum eſt autem in craſtinum, rege et archiepiſcopo in unum convenientibus, archiepiſcopus ſuper his ſermonem intulit, dicens: regem pati non debere Cantuarienſem eccleſiam, matrem videlicet totius Angliae, et per quam idem rex diademate inſignitus fuiſſet, necnon et Ciceſtriae eccleſiam ejuſdem videlicet ſuffraganeam, libertates et dignitates ab antiquis temporibus poſſeſſas, pro eccleſia de Bello, non tantae auctoritatis, et dignitatis, annullari. Acceperat namque abbatem illius loci chartas contra dignitates et libertates eccleſiarum praedictarum poſſediſſe, flagitare itaque ut haec regali omnino annullaret auctoritate; aut charta abbatis regio careret ſigillo, donec ſuo correcta conſilio, eccleſiae Cantuariae, necnon et Ciceſtriae, jus ſuum non amiſiſſe gauderent.

Rex igitur tanti viri, utpote ſui patris ſpiritualis, et a quo diademate regali haud longe ante fuerat inſignitus, annuens voluntati, cancellario accito regio, prohibuit chartam abbatis de Bello regali ſigillo confirmari. Quid multa? per vulgi ora diſperſa abbatis auribus haec propere fama intulit. Redeunte itaque luce abbas curiam adiit, ſed rege venatum eunte, nil die eadem proficiens, ad hoſpitium ſuum reverſus eſt. Sequenti luce ſummo mane abbas iterum Weſtmonaſterium petiit, ibique coram altari, quo rex miſſam erat auditurus, opperiens; multis mente modis volvebat, quid ſuper hac re facturus eſſet. Adveniente rege ut miſſam audiret, poſt miſſae introitum, abbas regem conveniens; "Domine, inquit, veſtra praeceperat excellentia, chartam eccleſiae noſtrae ſigillo regio confirmari; ſed qua de cauſa repulſum paſſa ſit, ignoro: jubeat igitur clementia veſtra, ut verbum regium fixo ſtet gradu, nec pro cujuſdam invidia peſſundari videatur." Accito itaque cancellario, praecepit rex ut charta abbatis ſigilli ſui confirmaretur impreſſione: nec dum verba compleverat, et ecce epiſcopus feſtinato gradu, illud ut erat mente ſuſpicatus, occurrens, regem tali effatur alloquio: "Domine mi, meminiſſe decet clementiam veſtram unde nudiuſtertius venerabilis Cantuariae archiepiſcopus, et ego querimoniam coram vobis depoſuimus de abbate ſcilicet de Bello, qui contra dignitates noſtrarum eccleſiarum chartas quaerit; ut quae hactenus jure canonico videntur poſſediſſe, ejus calliditate praevalente, lugeant ſe amiſiſſe. Prohibeat itaque regia dignitas veſtra, ut hoc nullatenus aliqua confirmetur auctoritate, ne alii hujus exemplo contra epiſcopos ſuos inſurgere videantur." Rex vero praecepit chartam abbatis regio confirmari ſigillo, et deinde epiſcopum et abbatem, ſimulque cancellarium, coram archiepiſcopo convenire. Lectaque charta abbatis, illis audientibus, ſi qua corrigenda eſſent, eorum conſilio corrigerentur, ſicque in pace cum charta ſua abbas domum rediret. Quodſi ſententia diſcordante diſceſſiſſent, charta abbatis in capella regis a cancellario cuſtodiretur, donec ſententia regis, quid inde fieret diſcerneret. Percantato itaque miſſae canone uſque ad Pax Domini, epiſcopus (ut moris eſt) pace a ſacerdote accepta, regi detulit, et deinde abbati (multis plurimum mirantibus) porrexit.

Epiſcopo igitur et abbate, ſimulque cancellario, multiſque aliis coram archiepiſcopo apud Lametham convenientibus, lectaque charta magni Willielmi regis, exemplo cujus omnes aliae chartae regum ſequentium confirmatae ſunt; ubi ventum eſt ad quoddam verbum, quod in eadem continetur charta, "Quod eccleſia (ſcilicet de Bello) libera ſit omnino ab omni ſubjectione epiſcoporum, ſicut eccleſia Chriſti Cantuariae", clamor undique attollitur, quibuſdam aſſerentibus hoc contra canonum inſtituta extitiſſe; aliis dicentibus hoc contra dignitates Cantuar. Eccleſiae fuiſſe; nonnullis nimium clamantibus hoc verbum peremptorium eſſe; multis etiam hoc aliter objurgando interpretantibus. Hinc inde confuſa perſtrepebat ſententia. Charta perlecta, cum neminem praedeceſſorum ſuorum epiſcoporum, praefatus Ciceſtriae epiſcopus Hilarius, in ſubſcriptis ejuſdem chartae inveniret teſtibus, praecellentiſſimam hujus verbi dignitatem ſacrorum canonum inperpetuum auctoritate damnandam, et praeſentium ſimul judicum confirmatione cenſuit delendam. Hunc ſententiam concors etiam archiepiſcopi conclamatio proſecuta eſt. Abbate vero quamvis rationabiliter reſiſtente, non tamen illorum quievit commotio. Cancellarius autem audiens illos inter ſe diſcrepantes, retulit chartam abbatis, inde diſcedens in capellam regis, eamque ibi ſervandam juxta regis praeceptum tradidit. Abbas vero amicorum ſuorum uſus conſilio, ad propria reverſus eſt, nil de Dei deſperans auxilio. Epiſcopus laetus et hilaris effectus eſt: ſperabat enim abbatem eccleſiamque de Bello chartae ſuae omnino confirmatione privari. Verum, ut ſcriptura teſtatur, "Homo proponit, ſed Deus diſponit".

Eodem itaque anno in tempore paſchali, quidam ex Angliae nobilibus, Hugo de Mortuo Mari cognomine, vir pollens viribus, ſed multo maxime ingenio validus, praedives opibus, militari negotio ſtrenuus, regem utpote adoleſcentem ejuſque induſtriam indignationi habens, caſtris ſuis munitis, ejuſdem imperiis ſe ſuaque ſubmitti refutabat. Ea vero poſtquam regi enunciata ſunt, congregata militum multitudine non modica, ipſum Hugonem in quodam caſtro ſuo, Bregge nomine, obſedit, valloque et caſtris undique circumdedit, omnemque illi egrediendi ſpem . . . mutato intercluſit; abbas autem tempus, ut ſibi et amicis ſuis viſum eſt opportunum nactus, regem ibi adiit, et ut in tali decet negotio, muneribus ſuis honoravit, atque ſuper charta ſua eidem ſermonem intulit. Acceptoque a rege reſponſo ſuper hoc optimo, ad quaſdam terras ſuas juxta regionem illam ſitas, ad tempus perendinaturus receſſit. Haud multo poſtmodum tempore, rex ipſum Hugonem

ad deditionem coegit; mandans per Angliam univerſam, archiepiſcopos, epiſcopos, et abbatum plurimos, comites, et barones univerſos, 4 die praecedente feſtum S. Benedicti aeſtivi temporis ibidem convenire. Quibus congregatis, pax inter regem et Hugonem facta eſt. Tertia die poſt pacem factam affuit et abbas. Conſilio igitur fratris ſui Ric. de Luci et aliorum amicorum ſuorum, abbas regem in craſtinum adiit, atque ſuper charta ſua illum interpellatus eſt. Rex cum quibuſdam ſecreti ſui conſciis, conſilio communicato, Deo favente, coadjuvantibus etiam terreni conſilii patronis, comite ſcilicet Cornubiae Reginaldo, et Richardo de Hume, regis tribuno, qui cum Richardo de Luci et abbate Waltero amicitiae foedere conjuncti erant, reddidit rex chartam praedictam abbati, laetantibus omnibus abbatis et eccleſiae de Bello amicis, inimicis vero undique confuſis.

Sed nec ita finita eſt querela inter epiſcopum et abbatem: quin epiſcopus perſtitit exigere ab abbate obedientiam.

In ſequenti nativitatis Domini feſto tenuit idem excellentiſſimus rex concilium ſuum apud Weſtmonaſt. et diſpoſitis omnibus ſuis propter quaedam negotia ſua, tranſnavigavit in Normanniam. Poſt Paſcha citato gradu rex ad mare properans, navemque aſcendens, flante auſtro ſecundo in portu Hamtoniae appulit, indeque verſus Lundoniam iter arripuit.

Anno igitur ab incarnatione dominica MCLVII. anno ſcil. 3. regni praedicti regis junioris, magni ex filia nepotis, menſe ſecundo, ex quo de tranſmarinis partibus, ubi anno praecedente tranſierat idem rex, repatriavit, et quo exercitum duxit in Walliam die Pentecoſtes, quem tunc die feſti S. Dunſtani, anni revolutio in orbem celebrandum reduxerat; idem memorandus princeps apud S. Edmundum diademate inſignitus regali, multis ibidem convenientibus, archiepiſcopo ſcil. Cantuar. epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, et populi multitudine, diem, ut decebat, feſtive tranſegit. Inter hos Hilarius, Ciceſtrenſis epiſcopus, et Walterus, abbas de Bello pro controverſia praedicta libertatum et dignitatum eccleſiarum ſuarum, diu inter illos habita, ſedanda, ab eodem magnifico principe, dato eis ibidem die peremptorio, convocati ſunt. Quia vero rex aliis ibidem occupatus negotiis, illorum tunc determinare nequivit, terminum eis apud Coleceſtriam praefixit, quia illuc a S. Edmundo recedens, venturus erat. Die Jovis omnes ibidem et etiam numero plures adveniunt. In craſtinum die, ſc. Veneris, abbas cum Ric. de Luci fratre ſuo regem adiit, juſſuſque a rege in capitulum monachorum ibidem Deo ſervientium ſeceſſit, expectans ejus adventum. Rex miſſa audita adeſt, jubet abbatem chartas eccleſiae ſuae palam proferre. Legit Thomas cancellarius chartam Willielmi magni; legit etiam aliam ejuſdem regis Willielmi chartam ſuper negotio abbatis propriam; aliorum etiam regum, Will. ſcil. junioris, et Henrici regis chartam. Quibus perlectis, cancellarius abbatem intuens, Domine, inquit, abbas, epiſcopus Ciceſtriae ratione (ut multis videtur) contra vos utitur permaxima, objiciens vos in eccleſia Ciceſtrenſi profeſſionem feciſſe. Abbas vero ſe nil contra dignitatem et libertatem eccleſiae ſuae egiſſe teſtatur. Rex autem cancellarium reſpiciens: "Profeſſio, ait, non eſt contra dignitates eccleſiarum. Non enim qui profeſſionem faciunt, niſi quod debent, promittunt". Itaque (Ric. de Luci et Roberto Legaceſtr. ſtimulantibus) affirmavit ſe nullo modo his animum ſuum praebere, quo praedicta eccleſia libertates et dignitates ſuas ſuis temporibus videretur perdidiſſe, ſe cum epiſcopo locuturum, et omnia in pace diſpoſiturum. Sic igitur reſurgens, ad alia negotia ſua tetendit perficienda.

Die itaque Martis poſt octavum Pentecoſtes rex mane capitulum monachorum intravit, comitantibus ſecum archiepiſcopis, Theobaldo Cantuar. Rogero Eboracenſi, epiſcopis etiam, Richardo London. Roberto Exonienſi, Roberto Lincoln. abbatibus, Silveſtro eccleſiae S. Auguſtini Cantuar. Gaufrido Helmenſi, Thoma, cancellario regis, comitibus etiam, Roberto Legaceſtr. Patricio Sareſb. baronibus etiam nonnullis, Henrico de Eſſexia, Reginaldo de Warenn. Ric. de Luci, Warino filio Geroldi, aliiſque nonnullis, populique inſuper multitudine non modica. Aſſunt etiam et epiſcopus Ciceſtr. Hilarius, abbaſque Bellenſis Walterus. Ventilato igitur negotio ibidem, quod inter venerabilem Theobaldum, Cantuar. archiepiſcopum, et Silveſtrum, eccleſiae S. Auguſtini (quae ſita eſt extra muros civitatis Cantuariae) abbatem, erat, de profeſſione ſcil. ejuſdem abbatis eccleſiae Chriſti Cantuar. facienda; reticentibus omnibus Ric. de Luci alloquitur regem pro abbate de Bello fratre ſuo. Quo rurſum tradente chartam regis Willielmi magni domino regi, juſſus eſt quidam clericus ab eodem rege in auditum omnium eam perlegere. Quo facto, Thomas, regis cancellarius epiſcopum Ciceſtrenſem reſpiciens, dixit, "Domine epiſcope, audivit charitas veſtra, quae hic coram domino rege, omnibus audientibus acta ſunt: nunc igitur ſi quid contra haec veſtrae placuerit prudentiae reſpondere, licitum eſt; ad vos enim (ut nobis videtur) reſpicit parabola haec." Tunc epiſcopus ſurgens, ita exorſus eſt:

"Non ſtudio ſane (ut multorum moris eſſe dignoſcitur) per orbem vagandi, ſed amore et honore veſtri (domine mi rex) hujuſce neſcius oppoſitionis, in his regni veſtri partibus, cum aliis praeſentibus conveni. Quocirca ſi vobis et abbati aliiſque hic vobis coram poſitis, dulci placeret affectu, ſalvo jure eccleſiae noſtrae Ciceſtrenſis, eccleſiae de Bello pacis compoſitio inter me et praedictum abbatem vobis mediantibus fieri, foret poſſibile. Etenim huc tali ordine adveni: quodſi hoc veſtro non inſediſſe animo cognoverim ingruente neceſſitate, pro me et pro eccleſia Ciceſtr. mihi commiſſa, ut hujuſmodi impraemunitus oppoſitionis et ignarus ſatisfaciam." Renuentibus quibuſdam pacis fieri compoſitionem, dicentibus etiam rem illam diu inter illos habitam, ſine digno debere concludi, nec inpoſterum promulgari; epiſcopus, voce elevata, reticentibus omnibus, dixit: "Quia pax compoſitionis inter nos (vobis impedientibus) fieri

fieri non poteſt; ego quae eccleſiae meae Ciceſtr. juris ſunt, et rem inter nos hactenus habitam, patenti ratione domino regi omnibuſque hic conſiſtentibus pandam." Hac itaque uſus oratione, hoc modo incipit:

"Jeſus Chriſtus, domine mi rex (et repetens) Jeſus dominus noſter (ternaque vice reiterans) audite (inquit) omnes et intelligite. Jeſus Chriſtus dominus noſter binas manſiones, poteſtateſque binas in hujus ſeculi diſpoſitione conſtituit, unam ſc. ſpiritualem, alteram materialem. Spiritualis eſt illa, de qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus in primo paſtore noſtro, Petro ſc. Apoſtolo, omnibus diſcipulis ſuis eorumque ſucceſſoribus pronunciavit, dicens, "Tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam." Unde et charitas veſtra novit, ab ejuſdem temporis novitate, in eccleſia Dei mos inolevit, quatenus paſtores eccleſiae ſanctae ejuſdem beati apoſtolorum principis Petri, vicarii exiſtentes eccleſiae Dei ſanctae, digna gubernatione praeſiderent. Hinc nobis eccleſiae Dei praeſidentibus in illis beatis apoſtolis, a Domino Jeſu Chriſto dictum eſt, "Qui vos audit me audit." Hinc etiam eccleſia Romana, ejuſdem apoſtolorum principis apoſtolatu inſignita, tantam tamque magnificam per totius mundi latitudinem obtinuit principatus dignitatem, ut nullus epiſcopus, nulla perſona eccleſiaſtica, abſque ejus judicio vel permiſſione a ſede eccleſiaſtica deponi poſſit." Ad haec rex protenſis manibus: "Veriſſimum eſt, ait, epiſcopum non poſſe deponi; ſed ita manibus pulſus protenſis poterit expelli." Arridentibus univerſis, epiſcopus iterum ſic coepit: "Sicut jam dixi, iterum jam dico; hoc modo ſtatum eccleſiae ab antiquis temporibus conſtitutum fuiſſe: neque ulli perſonae laicali, imo etiam nec regi cuiquam eccleſiis quibuſque dignitates vel libertates eccleſiaſticas dare licet, vel ab iiſdem attributas eiſdem, niſi ejuſdem patris permiſſione, vel confirmatione, ratas fore non poſſe, a jure Romano eccleſiaſtica probat auctoritas." Tunc rex iratus, commotus: "Tu pro papae auctoritate ab hominibus conceſſa, contra dignitatum regalium auctoritates mihi a Deo conceſſas calliditate arguta niti praecogitas; unde tibi fide et ſacramento mihi aſtricto praecipio, quatenus de verbis praeſumptoriis coronae et dignitati regiae contrariis, aequitati rectitudinis ſubjaceas. Praeſentes vero archiepiſcopos ſc. et epiſcopos, ut de te juſtitiam mihi rectitudinis impendant (ſalvo jure regiae coronae mihi a ſumma majeſtate conceſſae) obſecro: agis enim, ut patet, contra dignitates regales, atque libertates ab antiquitatis jure mihi conceſſas a majeſtate regali demere elaboras." Murmure itaque in populo contra epiſcopum concitato, vix ſedari potuit. Tunc cancellarius, "A cordis veſtri excidiſſe memoria praeſul venerande . . . . tis enim in dominum noſtrum regem, cui fidei ſacramentum nulli dubium eſt. Unde prudentiae veſtrae providendum eſt." Epiſcopus videns ſe ab omnibus majeſtate regia offenſa, circumventum, tandem murmure ſedato, orationem ſuam hoc modo proſequitur: "Domine mi, ſi quid ex ore meo veſtrae regali intempeſtivum majeſtati conſtat fore prolatum, Dominum caeli veſtramque regalem teſtor dignitatem, nil me contra vos, vel contra veſtrae dignitatis excellentiam verſuta calliditate protuliſſe. Ego enim veſtram omnimodis praeoptavi paternitatem, extuli excellentiam, magnificavi dignitatem, vos ut dominum, praecordiali affectu ſemper dilexi chariſſimum. Nihil igitur in me mali, veſtra [rogo] regalis celſitudo ſuſpicetur, neque hoc ſuggerenti cuiquam facile credat. Nihil a veſtra poteſtate minui cupio, quam ſemper dilexi, et pro viribus meis magnificavi. Ad honorem igitur et decus veſtrae celſitudinis omnia protuli." Ad haec rex: "Procul hic honor, inquit, atque decus hoc a nobis et a noſtris amoveatur: haecque profanationis propulſentur abolitione, quibus ea, quae anteceſſorum meorum regum auctoritate, et haereditario jure, Dei cooperante gratia, mihi conceſſa ſunt, blandis atque fallacibus (ut omnibus patet) annullari cupis ſermonibus." Tunc epiſcopus: "Omnia, domine mi, quae hic vobis audientibus, a me ſtudioſe prolata ſunt, pace veſtra omniumque hic (ut propoſueram) conſiſtentium, me ratus ſum peroraſſe. Quia vero a me incepta non placent, omiſſis hiis, rem propoſitam paucis expediamus."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Hadrian. IV. 4	Theobald 21.	1155.	Henric. II 5

Synodus Roſcomaniae in Conacta (alias Conacia) Hiberniae provincia, ab Edano, primo Tuamenſi archiepiſcopo, convocata A. D. MCLVIII. Ex Jac. Waraco.

Haec ſynodus in oppido Roſcomaniae coacta (quod a ſancto Comano ibidem decedente A. D. DCCXLIV. nomen accepit) multa bona decreta edidit, ut annales Conaciae, quos in vita iſtius Edani (cognomento O Hoiſin) huc citat Waracus, teſtantur; ſed an uſpiam extiterint ejuſdem canones, non indicavit.

Alexandr.

Alexandri papae III. *epiſtola ad omnes epiſcopos Angliae de ſua electione.*
Ex MS. Cott. Fauſtina B. I. fol. 1. ſeq.

ET vera et incommutabilis providentia conditoris ſanctam et immaculatam eccleſiam a ſui fundamenti exordio, ea ratione et ordine voluit gubernari, ut unus ejus paſtor et inſtitutor exiſteret, cui univerſi eccleſiarum praelati abſque repugnantia ſubjacerent, et membra tanquam ſuo capiti cohaerentia, ei ſe mirabili quadam unitate conjungerent, et ab ipſo nullatenus diffiderent. Quod vero apoſtolis ſuis pro eorum fidei firmitate promiſit dicens; "Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi;" ille proculdubio eccleſiam ſuam, cujus ipſi apoſtoli magiſterium aſſumpſerunt, ſua promiſſione fraudari nullatenus patietur, ſed eum in ſuo ſtatu et ordine, licet ad inſtar naviculae Petri fluctuare aliquando videatur, perpetuo faciat permanere. Unde quamvis hoc tempore tres falſi fratres, "qui a nobis quidem exierunt, ſed non fuerunt ex nobis," transfigurantes ſe in angelos lucis, cum ſint Sathanae, inconſutilem Chriſti tunicam ſcindere, et laniare laborant; Chriſtus tamen auctor et caput eccleſiae, eam velut unicam ſponſam ſuam provida gubernatione tuetur, et navem egregii piſcatoris, licet ſaepe quatiatur a fluctibus, non permittet naufragium ſuſtinere. Porro cum anteceſſor noſter, bonae memoriae Adrianus, cal. Septembris, dum eſſemus Anagniae, debitum naturae ſolveret, et eo Romae adducto et pridie non. Septembris in eccleſia beati Petri, praeſentibus fere omnibus fratribus, honorifice ſepulto, coeperunt fratres, et nos cum eis, ſecundum eccleſiae conſuetudinem de ſubconſtituendo pontifice in eadem eccleſia ſtudioſius cogitare; et tribus diebus inter ſe de ipſa electione tractantes, tandem in perſonam noſtram, inſufficientem huic oneri, et tantae dignitatis faſtigio minime congruentem, omnes fratres, quotquot fuerunt, tribus tantum exceptis, Octaviano ſcilicet, et Johanne de ſancto Martino, et Guidone Cremenſe, Deo teſte, quia mendacium non fingimus, ſed meram, ſicut eſt, loquimur veritatem, concorditer atque unanimiter convenerunt; et nos, aſſentiente clero et populo, in Romanum pontificem elegerunt. Duo vero Johannes videlicet et Guido, quos praenotavimus, tertium, videlicet Octav. nominantes ad ejus electionem intenderunt: unde ipſe Octavianus in tantam audaciam veſaniamque prorupit, ut mantum, quo nos reluctantes et renitentes, quia noſtram inſufficientiam videbamus, juxta morem eccleſiae Odo, prior diaconorum induerat, tanquam arreptitius a collo noſtro propriis manibus violenter excuſſit, et ſecum inter tumultuoſos ſtrepitus aſportavit. Caeterum cum [aliqui] de ſenatoribus tantum facinus inſpexiſſent, unus ex eis divino ſpiritu ſuccenſus mantum ipſum de manu eripuit ſaevientis; ipſe vero ad quendam capellanum ſuum, qui ad hoc inſtructus venerat et paratus, illico flammeos oculos fremebundus inflexit, clamans et innuens ut mantum, quem ſecum aſportaverat, feſtinanter afferret. Quo itaque ſine mora delato, Octavianus abſtracto pileo et capite inclinato, cunctis fratribus inde aut loco aut voluntate remotis, mantum per manum ejuſdem capellani et cujuſdam clerici ſui ambitioſus aſſumpſit, et ipſe idem, quia non erat alius in hoc opere, capellano et clerico extitit coadjutor. Verum ex divino judicio credimus contigiſſe, quod ea pars manti, quae tegere anteriora debuerat, multis videntibus et ridentibus, poſteriora tegebat, et cum hoc ipſe idem ſtudioſus emendare voluiſſet, quia capicium manti extra raptus non potuit invenire, collo fimbriam circumduxit, ut ſaltem mantus ipſe appenſus ei quomodolibet videretur. Sicque factum eſt, ut ſicut tortae mentis erat et intentionis obliquae, ita ex tranſverſo et obliquo mantum fuerit in teſtimonium ſuae damnationis indutus. Quo facto portae eccleſiae, quae firmatae fuerant, reſerantur, et armatorum cunei, quos ſicut ex re apparuit, pecuniae largitione conduxerat, evaginatis gladiis cucurrerunt, et peſtis illa mortifera, quia cardinales et epiſcopos non habebat, armatorum militum caterva vallabatur. Conſiderate itaque, venerabiles in Chriſto fratres, tam piaculare flagitium, tam execrabile ſacrilegium, et diligenter attendite, ſi eſt dolor ſicut dolor iſte, et ab exordio naſcentis eccleſiae tanta veſania unquam fuerit ab aliquo ſchiſmatico vel haeretico attemptata. Fratres vero facinus tam immenſum et a ſeculis inauditum ex inſperato videntes, et formidantes, ne a conductitiis militibus truncarentur, ſeſe in munitionem eccleſiae beati Petri nobiſcum pariter receperunt, ibique novem diebus continuis, ne exinde libere exiremus, fecit nos quorundam ſenatorum aſſenſu, quos pecunia oblata corruperat, die noctuque armata manu cum omni diligentia cuſtodiri. Sane populo inceſſanter ac jugiter clamante, et in ſenatores pro tanta impietate multa immanitate fremente, de cuſtodia fuimus illius munitionis erepti, ſed in arctiori et tutiori loco trans Tiberim nos iidem ſenatores recepta inde pecunia poſuerunt. Cumque moram ibidem per triduum feciſſemus, univerſo populo tantam proditionem atque malitiam de caetero nullatenus ſuſtinente, ſenatores cum nobilibus et populo venientes, nos et fratres noſtros per urbem magnifice et honorifice cum immenſis laudibus et praeconiis, campanis etiam in tranſitu noſtro ubique pulſantibus, conduxerunt; et ſic tandem a violentia perſequentis erepti et noſtrae redditi libertati, die dominico venerabilibus fratribus G. Sabinienſi, H. Oſtienſi, O. Portuenſi, G. Albanenſi, J. Sigino, et B. Terracinenſi epiſcopis, cardinalibus quoque abbatibus, prioribus, judicibus, advocatis, ſcriniariis primiceriis, et ſchola cantorum, nobilibus etiam, et quadam parte de

populo

populo urbis apud Nimpham non longe ab urbe congregatis, munus conſecrationis accepimus, et ſicut in Romana eccleſia conſuetudinis eſt, ibidem pontificali regno fuimus magnifice et ſolenniter coronati. Caeterum praedictus Octavianus cum pro conſecratione immo execratione ſua, dum et in urbe eſſet, et poſtquam urbem latenter exivit, multos epiſcopos convocaſſet, nullum ſcilicet praeter Ferentinum habere potuit pro ſua temeritate et veſania confirmanda. Quoſdam tamen epiſcopos imperialibus minis, quoſdam violentia laicali, quoſdam vero pecuniis et blanditiis allicere voluit, ſed nihil, Domino impediente, profecit; unde nec adhuc invenire poteſt, qui ei manum execrationis imponat, et ſe faciat tantae impietatis et praeſumptionis auctorem. Veruntamen memorati Johannes et Guido, caecitatis tenebris obvoluti, quoniam ſcriptum eſt, peccator cum venerit in profundum m. con. nec ſic a ſua praeſumptione damnabili reſipiſcunt, ſed eundem Octavianum, quem ſibi in ſtatuam erexerunt, obſtinata perfidia venerantur, et eum, relicta unitate eccleſiae, praeſumunt uſque adhuc tanquam idolum ac ſimulacrum adorare. Ipſe autem antichriſti tempora praefigurans, uſque adeo erectus eſt ſupra ſe, ut et in templo Dei ſederit, oſtendens ſe * tanquam ſanctus Deus, et multi abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, non ſine multa lacrymarum effuſione corporeis oculis inſpexerunt. Porro cum videret, quod nullus epiſcoporum praeter unum Ferentinum videlicet, ad ſuam vocationem accederet, coepit per diverſos anfractus et devia terrarum, tam per ſe, quam per milites ſuos, per Guidonem quoque Cremenſem, et nuncios imperatoris quatuor continuis hebdomadibus pro inveniendis epiſcopis multipliciter fatigari, et ſic tandem Melfiten quendam epiſcopum fugitivum et exulem, in Anconae finibus latitantem, poſt multas anguſtias et labores invenit; ſed octo diebus antequam praedictum exulem inveniſſet, tam ipſe apoſtaticus Octav. quam Johan. et Guido Cremenſ. Ferentinus quoque epiſcopus, qui ei ab ipſo exordio ſuae perditionis adhaeſit, et quicunque praeſumerent ei manus execrationis imponere, de communi fratrum noſtrorum epiſcoporum et cardinalium voluntate atque conſilio, accenſis candelis, et coetu clericorum in eccleſia congregato, a nobis vinculo anathematis et excommunicationis fuerant aſtricti, et cum ſuo auctore diabolo condemnati. Hanc autem excommunicationis et condemnationis ſententiam octavo die a conſecratione noſtra, hunc enim terminum eis reſipiſcendi et ad unitatem matris eccleſiae redeundi praefiximus, a nobis noveritis celebratam. Tuſculanus igitur, qui tanquam draco interim in inſidiis latitabat, et nondum in aperto iniquitatis ſuae virus effuderat, Melfiten, et praedictus Ferentinus epiſcopi inſimul congregati, praeſentibus quidem ſupranominatis Johanne et Guidone, quondam cardinalibus, a gremio et communione ſanctae matris eccleſiae ſequeſtratis, memoratum Octavianum apoſtaticum et ſchiſmaticum xv. die a conſecratione noſtra, viii. autem a publica excommunicatione epiſcoporum execrare auſu diabolo loco praeſumpſerunt. Modum profecto et formam execrationis ipſius, et quam deteſtandae perſonae, excommunicatae ſcilicet, et inperpetuum condemnatae, ad celebrationem tanti convenirent ſacramenti, ſine aliquo verbo adjectionis cujuſlibet vel repreſſionis audiſtis. Vos autem, quam ſancte, quam rationabiliter, et quam digne excommunicatus a publice excommunicatis, ſchiſmaticus a ſchiſmaticis, haereticus ab haereticis conſecrari potuerit, diligentius advertatis, et ſicut vobis veſtra conſcientia perſuaſerit, judicetis. Sane nos infirmitatem noſtram et virtutum indigentiam cognoſcentes, noſtrum jactamus in Domino cogitatum, et ſperantes, et de Chriſti miſericordia plenius confidentes, quod eccleſiam ſuam ſanctam, pro qua ipſe idem in ſubſtantia noſtrae mortalitatis apparuit, ut eam ſibi non habentem maculam aut rugam exhiberet, optata faciet tranquillitate laetari, et procellarum omnium inundatione ſedata, nihil erit, quod jam ei poſſit obſiſtere, ubi ſponſus ejus voluerit nubiloſa quaeque ac noxia propulſare. Nunc igitur, quia nos de noſtrorum meritorum qualitate diffidimus, et de honeſtate et religione veſtra plenam fiduciam obtinemus, veſtris et univerſalis eccleſiae precibus infirmitatem noſtram petimus adjuvari, charitatem veſtram per apoſtolica ſcripta rogantes et commonentes attentius, ut ſicut viri catholici vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis, et in devotione ac fidelitate matris veſtrae ſanctae Romanae eccleſiae immobiliter perſiſtentes, ab ejus integritate nullatenus recedatis. Quodſi praefatus vir impietatis ad partes veſtras aliqua damnationis ſuae ſcripta tranſmiſerit, ea, ſicut reſpuenda ſunt, reſpuatis, et tanquam vana atque ſacrilega contemnere atque abjicere ſtudeatis.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 3.	vacante.	1161	HENRIC. II. 7.

Concilium Anglicanum epiſcoporum Normanniae apud Novum Mercatum celebratum de receptione papae Alexandri, et refutatione Victoris antipapae, anno Domini MCLXI. Ex Chron. Roberti de Monte in ann.

ANNO MCLXI. menſe Julio (inquit Robertus de Monte in appendice ad Sigebertum) Henricus, rex Anglorum, congregavit omnes epiſcopos Normanniae et abbates et barones apud Novum Mercatum; et Ludovicus, rex Francorum, adunavit ſuos Belvaci; et ibi tractatum eſt de receptione papae Alexandri, et refutatione Victoris; et conſenſerunt Alexandro, reprobato Victore. Haec ille.

* In MS. Cott. literas t. ſ. ds. ita lego, aliam illis explicationem attribuere neſciens.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 3.	vacante.	1161.	HENRIC. II. 8.

Bulla papae Alexandri III. *de canonizatione S. Edwardi, regis Angliae, ejuſque aſcriptione in numerum ſanctorum confeſſorum.* Ex Rom. Bullar. vol. I. pag. 67. edit. MDCLXXIII.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, aliiſque eccleſiarum praelatis per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Illius devotionis conſtantiam et fidei firmitatem, quam circa matrem veſtram ſacroſanctam Romanam eccleſiam exhibetis, diligentius attendentes, in id propoſitum voluntatis adducimur, ut vos ſicut chariſſimos fratres et ſpeciales eccleſiae filios ſincera charitate in Domino diligamus, propenſius honoremus, et poſtulationes veſtras, quantum cum Deo poſſumus, libenti animo admittamus.

Inde utique fuit, quod ſuper petitione, quam de Edwardo, glorioſo quondam rege Anglorum, canonizando, et in ſanctorum catalogo adſcribendo, tam chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus, illuſtris Anglorum rex, quam voſipſi, nobis inſtantias porrexiſtis, ſolicitam cum fratribus noſtris deliberationem habentes, libro miraculorum inſpecto, quae dum in carne mortali viveret, et poſtquam de praeſenti ſeculo eſt aſſumptus, omnipotens Dominus per ſuam miſericordiam declaravit. Viſis etiam literis anteceſſoris noſtri piae recordationis Innocentii papae, veſtris quoque teſtimoniis inde receptis, quamvis negotium tam arduum et ſublime non frequenter ſoleat, niſi in ſolennibus conciliis de more concedi; de communi tamen fratrum noſtrorum conſilio juxta votum et deſiderium praedicti filii noſtri regis, ac veſtrum, corpus ipſius confeſſoris ita glorificandum cenſuimus, et debitis praeconiis adorandum in terris, ſicut eundem confeſſorem Dominus per ſuam gratiam glorificavit in caelis. Unde videlicet inter ſanctos confeſſores de caetero numeretur, qui hoc ipſum apud Deum ſignis meruit, ac virtutibus obtinere.

Quia igitur decet honeſtatis veſtrae prudentiam eum pie colere, et toto ſtudio venerari, quem auctoritate apoſtolica venerandum veſtra poſtulavit devotio, et colendum; univerſitatem veſtram per apoſtolica ſcripta monemus et exhortamur in Domino, quatenus eum ita deinceps ſtudeatis debitis obſequiis honorare, ut ipſius interceſſionibus apud diſtrictum judicem mereamini veniam obtinere, et glorioſum in aeterna beatitudine praemium invenire. Dat. Anagniae 7. idus Februarii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 4.	THOM. BECKET I.	1162.	HENRIC. II. 9.

Concilium Londinenſe, in quo Thomas, Theobaldo defuncto, electus eſt Cantuarienſis archiepiſcopus, anno MCLXII. Ex Baronio et Mat. Pariſ. in ann.

DE hoc concilio Baronius ex actis vitae S. Thomae ab Eduardo conſcriptis, et apud Surium tom. 6. die 19. Decembris extantibus, iſta: Anno (ſcil. MCLXII.) Londini in Anglia generale Concilium celebratur, convenientibus omnibus epiſcopis ad ſubrogandum metropolitanum Angliae totius antiſtitem Cantuarienſem archiepiſcopum, defuncto feria ſecunda Paſchae Theobaldo archiepiſcopo, cum ſediſſet annis viginti duobus. Convenit ſimul et rex ad hoc ipſum, communibuſque omnium votis electus eſt Thomas ex cancellario. Haec Baronius.

De hac autem ſynodo, ſic Mat. Pariſius in ſupradicto anno MCLXII. "Eodem anno congregato clero et populo totius provinciae Cantuarienſis apud Weſtmonaſterium, Thomas, regis cancellarius, electus eſt in archiepiſcopum Cantuarienſem ſolenniter, nemine reclamante." Clar. Spelmannus Pariſii opinionem de concilio, in quo Thomas electus fuit archiepiſcopus Cant. praefert Baronii judicio, ita inquiens: "E quibus liquido conſtat, hoc concilium non fuiſſe generale, ut ſupra perhibetur, ſed provinciale tantum, quod et ratio monet, ſcil. Cantuarienſium ad eligendum Cantuarienſem antiſtitem, non Eboracenſium." Haec Spelmannus *.

* In MS. Lambethenſi 138. fol. in vita Thomae, Cant. archiepiſcopi, ab omni clero Angliae electus et congregatis ſuffraganeis epiſcopis omnibus conſecratus eſſe dicitur. Gervaſius col. 1418. primo hujus archiepiſcopi anno monachus Dorobernenſis ab ipſo factus, haec de ejus electione enarrat: "Menſe Majo venerunt Cantuariam nuncii ex parte et praecepto domini regis— portantes conventui d. regis apices et mandatum, ut prior cum aliquibus monachis una cum epiſcopis et clero Angliae apud Londoniam convenirent ſibi archiepiſcopum totique patriae primatem electuri. Hoc igitur audito nuncio venerandus ille Wilbertus prior, aſſumptis ſecum ſenioribus Cant. eccleſiae monachis, Londoniam venit, ibique praeſules et proceres Angliae congregatos invenit. Multis itaque et variis de electione facienda confertis ſermonibus, tandem Wilbertus prior, et qui cum eo erant, invocata Spiritus S. gratia, Thomam regis cancellarium in nomine S. Trinitatis elegerunt. Facta electione, convenerunt praeſules et principes regni, ut tantae aſſiſterent conſecrationi." H. I. Ut quod res eſt dicamus, tempore comitiorum regni, quibus clerus utriuſque provinciae interfuit, Thomam a conventu Cant. et epiſcopis provinciae, more aliorum archiepiſcoporum electum fuiſſe dicendum eſt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	R[illegible]
ALEXAND. III. 6.	THOM. BECKET 3.	1164.	H[illegible] II. 11

Concilium Clarendoniae 8. *cal. Feb. anno Domini* MCLXIV. *id eſt* 11. *Henrici* II. *in ipſius praeſentia celebratum; praeſidente, ex mandato ejuſdem regis, Johanne de Oxonia; praeſentibuſque ipſis archiepiſcopis, videl. Thoma Cantuarienſi, et Rogero Eboracenſi, caeteriſque epiſcopis, abbatibus, prioribus; etiam comitibus, baronibus, et proceribus regni.* Ex Mat. Pariſ. in ann. *

ANNO Domini MCLXIV. in praeſentia regis Henrici apud Clarendonam, octavo calendis Februarii, praeſidente Johanne de Oxonia, de mandato ipſius regis, praeſentibus etiam archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et proceribus regni, facta eſt recognitio, ſive recordatio cujuſdam partis conſuetudinum et libertatum anteceſſorum ſuorum; regis videl. Henrici, avi ſui, et aliorum, quae obſervari debebant in regno, et ab omnibus teneri, propter diſſenſiones et diſcordias ſaepe emergentes inter clerum et juſtitiarios domini regis et magnatum regni. Harum vero conſuetudinum recognitarum quaedam pars in ſexdecim capitulis continetur.

I. De advocatione et praeſentatione eccleſiarum, ſi controverſia emerſerit inter laicos, vel inter laicos et clericos, vel inter clericos, in curia domini regis tractetur et terminetur.

II. Eccleſiae de feudo domini regis non poſſunt inperpetuum dari abſque conceſſione ipſius.

III. Clerici accuſati de quacunque re ſummoniti a juſtitiario regis, veniant in curiam ipſius reſponſuri ibidem de hoc unde videbitur curiae regis, quod ibi ſit reſpondendum, et in curia eccleſiaſtica unde videbitur, quod ibi ſit reſpondendum: ita quod regis juſtitiarius mittet in curiam ſanctae eccleſiae ad videndum, quomodo res ibi tractabitur. Et ſi clericus convictus vel confeſſus fuerit, non debet eum de caetero eccleſia tueri.

IV. Archiepiſcopis, epiſcopis, et perſonis regni non licet exire regnum abſque licentia domini regis, et ſi exierint, ſi regi placuerit, ſecurum eum facient, quod nec in eundo, nec in redeundo, vel moram faciendo, perquirent malum ſive damnum domino regi vel regno.

V. Excommunicati non debent dare vadium ad remanentiam, nec praeſtare juramentum, ſed tantum vadium et plegium ſtandi judicio eccleſiae, ut abſolvantur.

VI. Laici non debent accuſari niſi per certos et legitimos accuſatores et teſtes in praeſentia epiſcopi, ita quod archidiaconus non perdat jus ſuum, nec quicquam, quod inde habere debeat. Et ſi tales fuerint, qui culpantur, quod non velit vel non audeat aliquis accuſare, eos vicecomes requiſitus ab epiſcopo faciat jurare duodecim legales de † viceneto ſive de villa coram epiſcopo, quod veritatem ſecundum conſcientiam ſuam manifeſtabunt.

VII. Nullus, qui de rege tenet in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum ejus, excommunicetur, nec alicujus eorum terrae ſub interdicto ponantur, niſi prius dominus rex, ſi in regno fuerit, conveniatur, vel juſtitiarius ejus, ſi fuerit extra regnum, ut rectum de eo faciat, et ita, ut quod pertinebat ad regis curiam, ibi terminetur, et quod ſpectat ad curiam eccleſiaſticam, ad eandem mittatur, ut ibidem terminetur.

VIII. De appellationibus ſi emerſerint, ab archidiacono debebit procedi ad epiſcopum, ab epiſcopo ad archiepiſcopum, et ſi archiepiſcopus defuerit in juſtitia exhibenda, ad dominum regem perveniendum eſt poſtremo, ut praecepto ipſius in curia archiepiſcopi controverſia terminetur; ita quod non debeat ultra procedi abſque aſſenſu domini regis.

IX. Si calumnia emerſerit inter clericum et laicum, vel e converſo, de ullo tenemento, quod clericus velit ad eleemoſynam trahere, vel laicus ad laicum feudum, per recognitionem duodecim legalium hominum, juxta capitalis juſtitiarii regis conſiderationem terminabitur, utrum tenementum ſit pertinens ad eleemoſynam, ſive ad laicum feudum, coram juſtitiario regis. Et ſi recognitum fuerit ad eleemoſynam pertinere, placitum erit in curia eccleſiaſtica; ſi vero ad laicum feudum, niſi ambo tenementum de eodem epiſcopo vel barone advocaverint, erit placitum in curia regis; ſed ſi uterque advocaverit de feudo illo eundem epiſcopum vel baronem, erit placitum in curia ipſius, ita quod propter factam recognitionem ſaiſinam non amittat, qui prius fuerat ſaiſitus, donec per placitum dirationatum fuerit.

X. Qui de civitate, vel caſtello, vel burgo, vel dominico manerio regis fuerit, ſi ab archidiacono vel epiſcopo ſuper aliquo delicto citatus fuerit, unde debeat eis reſpondere, et ad citationes eorum noluerit ſatisfacere, bene licebit eis ſub interdicto ponere eum, ſed non debent ipſum excommunicare, priuſquam capitalis miniſter regis villae illius conveniatur, ut juſtitiet eum ad ſatisfactionem venire. Et ſi miniſter regis inde defecerit, erit in miſericordia regis,

* Clar. Spelm. ſequentia concilio huic praemiſit: “In hoc concilio fit primus impetus in privilegia et juriſdictionem eccleſiaſticorum, quem auctores ſeculi illius paſſim canunt [illegible] perventum eſſet monaſteriorum, et quod clerus ſuam regi Henrico VIII. [illegible] ejuſdem regni ca. 19.”

† In Matth. Pariſ. erat *[illegible]*, quam vocem in variantibus lectionibus ad calcem operis legere monemur *[illegible]neto* pro *vicinia*, ex qua XII [illegible] eligebantur.

5

regis, et exinde poterit epiſcopum ipſum accuſatum eccleſiaſtica juſtitia coercere.

XI. Archiepiſcopi, epiſcopi et univerſae perſonae regni, qui de rege tenent in capite, habeant poſſeſſiones ſuas de rege ſicut baroniam, et inde reſpondeant juſtitiariis et miniſtris regis, et ſequantur et faciant omnes rectitudines et conſuetudines regias; et ſicut caeteri barones debent intereſſe judiciis curiae regis cum baronibus, quouſque perveniatur ad diminutionem membrorum vel ad mortem.

XII. Cum vacaverit archiepiſcopatus, vel epiſcopatus, vel abbatia, vel prioratus in dominio regis, eſſe debet in manu ipſius, et inde percipiet omnes reditus et exitus, ſicut dominicos reditus ſuos. Et cum ventum fuerit ad conſulendum eccleſiam, debet dominus rex mandare potiores perſonas eccleſiae, et in capella ipſius regis debet fieri electio, aſſenſu ipſius regis et conſilio perſonarum regni, quas ad hoc faciendum advocaverit, et ibidem faciet electus homagium et fidelitatem regi, ſicut ligio domino ſuo, de vita ſua et de membris, et de honore terreno, ſalvo ordine ſuo, priuſquam conſecretur.

XIII. Si quiſquam de proceribus regni disforciaverit archiepiſcopo, vel epiſcopo, vel archidiacono, de ſe ſuiſve juſtitiam exhibere, dominus rex debet eos juſtitiare. Et ſi forte aliquis disforciaret domino regi rectitudinem ſuam, archiepiſcopi, epiſcopi, et archidiaconi debent eum juſtitia re, ut regi ſatisfaciat.

XIV. Catalla eorum, qui ſunt in foriſfacto regis, non detineat eccleſia vel coemeterium, contra juſtitiarios regis, quia ipſius regis ſunt; ſive in eccleſia, ſive extra fuerint inventa.

XV. Placita de debitis, quae fide interpoſita debentur, vel abſque interpoſitione fidei ſint in juſtitia regis.

XVI. Filii ruſticorum non debent ordinari abſque aſſenſu domini, de cujus terra nati eſſe dignoſcuntur.

Hanc recognitionem ſive recordationem de conſuetudinibus et libertatibus iniquis, et dignitatibus Deo deteſtabilibus (Matthaeum Pariſienſem audis) archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores, clerus cum comitibus et baronibus et proceribus cunctis juraverunt, et firmiter in verbo veritatis promiſerunt viva voce tenendas et obſervandas domino regi, et haeredibus ſuis, bona fide et abſque malo ingenio, inperpetuum.

XVII. Decrevit etiam rex, ut clericos, quos in publico flagitio epiſcopi invenirent obnoxios, praeſente regis juſtitiario, exauctorarent, et poſt curiae regis traderent puniendos. Archiepiſcopus in contrarium ſentiebat, ut quos exauctorarent epiſcopi, a manu laicali poſtmodum non punirentur, quia bis in id ipſum punire viderentur.

Huic controverſiae occaſionem praeſtitit Philippus de Broc, canonicus Bedfordenſis; qui tractus in cauſam propter homicidium, in regis juſtitiarium verbum protulit contumelioſum. Quod cum negare coram archiepiſcopo non poſſet, praebendae ſuae beneficio mulctatus eſt, et per biennium a regno pulſus.

De hoc concilio Radulphus de Diceto in Imag. Hiſtor. in ann. ita loquitur: Ex mandato regis concurrentibus epiſcopis et proceribus apud Clarendune viii. cal. Februarii, poſt immenſos tractatus rex tandem ad hoc animos praelatorum inflexit, ut regni conſuetudines archiepiſcoporum et epiſcoporum auctoritate firmarentur et ſcriptis. Quod Thomas, Cantuarienſis archiepiſcopus, dum ad cognitionem ſummi pontificis pertuliſſet, ab obligatione, quam inierat, abſolutionem petiit et impetravit. Rex Anglorum volens in ſingulis, ut dicebat, maleficia debita cum ſeveritate punire, et ordinis dignitatem ad iniquum trahi compendium, incongruum eſſe conſiderans, clericos a ſuis juſtitiariis in publico flagitio deprehenſos epiſcopo loci reddendos decreverat, ut quos epiſcopus inveniret obnoxios, praeſente juſtitiario regis exauctoraret, et poſt curiae traderet puniendos. In contrarium ſentiebant epiſcopi, quos enim exauctorarent a manu laicali contendebant protegere, alioquin bis judicaretur in idipſum †. H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 6.	THOM. BECKET 3.	1164.	HENRIC. II. 11.

Concilium Northamptonienſe; in quo Thomas, archiepiſcopus Cantuar. rationem reddere jubetur de bonis epiſcopatuum et abbatiarum vacantium. Ex Rad. de Diceto Imag. Hiſt. in ann.

THOMAS, Cant. archiepiſcopus, ſuper actum, quem egerat in cancellaria tractus in cauſam, praeſentiam ſuam exhibuit apud Northamptunam 3. idus Octob. Convenerunt illuc epiſcopi, comites, barones totius regni, mandato regis urgente. Rogerus, Eboracenſis archiepiſcopus, vocatus advenit. Et quoniam epiſcopatuum, abbatiarum tempore ſuo vacantium bona de jure cancellariae ſuae fuerant deputata cuſtodiae, quoniam regis ulterior familiaritas penes cancellarium excreverat, eo uſque ut caſtellaniam de Eya, et caſtellaniam de Berchamſtede pluribus annis libere poſſediſſet et diſpoſuiſſet pro velle, perceptorum ſummam in ratiocinium venire conſentaneum juri pluribus videbatur, et a capite rationem reddendam ordinarium reputabant; licet ante conſecrationem ſuam archiepiſcopus ab Henrico filio et haerede regis,

† Vid. Binium tom. iii. par. 2. ubi Alexander III. ſingulos hujus concilii canones ſynodica damnavit vel toleravit auctoritate. Et vide concilium Northamptonienſe ann. MCLXXVI. ubi a legato papae, a Hugone de Petra Leonis denuo confirmantur, juſtitiariique jurati ad eorundem obſervantiam. Haec SPELM.

et

et a juſtitiario regni liber et abſolutus ab omni ratiocinio fuiſſet aſſignatus epiſcopis. Cum autem abſolutionem factam hoc modo de voluntate regis, et mandato probari non poſſet adverſus epiſcopos, ne eum injuſte condemnarent, judicio appellavit, et ab eis itidem appellatus eſt. Sed proceres, licet adverſus eos proceſſerit appellatio, et ſub anathemate prohibiti ſint in patrem et judicem ſuum ferre ſententiam, nihilominus tamen in eum, nec confeſſum nec convictum, ſed privilegium eccleſiae proteſtantem et ſuum, ſententiam intorſerunt; ſic archiepiſcopus in arctiſſimo poſitus, multis affectus injuriis, et opprobriis laceſſitus, et epiſcoporum deſtitutus conſilio, crucem, quam manu tenebat, in altum erigens diſceſſit a curia. Nocte ſequente villam latenter egrediens ab aſpectibus hominum diebus ſe ſubtrahens, et noctibus iter peragens, poſt dies aliquot ad portum Sandwicum pervenit, navicula fragili tranſvectus in Flandriam.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
ALEXAND. III. 6.	THOM. BECKET 3.	1164.	HENRIC. II. 11.

Bulla papae Alexandri III. *Ebor. archiepiſcopo privilegia quaedam confirmans.* Ex reg. Grenefeld. arch. Ebor. fol. 46.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri W. Ebor. archiep. apoſtolicae ſedis legato, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ea, quae compoſitione vel judicio ſtatuuntur, firma debent et inconcuſſa conſiſtere, et immobili firmitatis robore communiri. Inde eſt, quod nos cum juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, concordiam et compoſitionem, quae inter eccleſiam tuam et eccleſiam Lincoln. ſuper parochia Lindeſeye, mediante bonae memoriae Willelmo, quondam Anglorum rege, facta fuiſſe dignoſcitur, ſicut a bonae memoriae praedeceſſore noſtro, Paſchali papa confirmata eſt, et hactenus obſervata, auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus; ut videl. Ebor. archiepiſcopus Salabaien. abbatiam, et eccleſiam S. Oſwaldi Gloceſtren. cum appendiciis ſuis ſitam in Claudiaceſtren. civitate poſſideat. Lincoln. autem epiſcopus Lindeſien. parochiam teneat, et caetera, quae in ipſa commutatione accepiſſe cognoſcitur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Venet. in Rivo alto. 17. cal. Jul.

Alia eidem ſuper eadem materia. Ibidem.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri W. Ebor. archiepiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad aures noſtras pervenit, quod cum jampridem inter eccleſiam tuam, et abbatem, et monachos monaſterii beati Petri de Gloceſtria ſuper quibuſdam villis, ſcil. Berton, Stanedis, Leche, Otenton, controverſia agitata a beatae memoriae praedeceſſore noſtro, Adriano papa, venerabili fratri noſtro J. Saleſberien. epiſcopo, et bonae memoriae R. Bathonien. quondam epiſcopo, delegata fuiſſet, tandem lis ipſa de conniventia utriuſque partis amicabili fuit compoſitione ſopita; eo quidem tenore, quod praelibatum monaſterium Gloceſtren. de terris ipſis, quae in controverſia erant, viginti quatuor libris eccleſiae Ebor. inperpetuum tenend. conceſſit. Pro quibus aſſignavit et dedit eidem eccleſiae Ebor. totam Otenton cum hominibus, qui in eadem erant, et omnibus appendiciis ejus, et duas hidas terrae in Condicot, cum pertinentiis earum, et totam Sherdington cum hominibus, qui in ea erant, et omnibus pertinentiis ſuis. Ebor. vero eccleſia a lite, quam adverſus praefatum monaſterium Gloceſtren. ſuper Berton, Stanedis, Leche intendebat, omnino receſſit, et juri, quod ſe ibi habere propoſuit, inperpetuum renunciavit. Quam ſiquidem tranſactionem, ſicut de conſenſu et beneplacito utriuſque partis facta eſt, et hinc inde ſuſcepta et hactenus obſervata, ratam habentes et firmam, auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino homini liceat hanc paginam noſtrae confirmationis, etc. Dat. Anagn. 4. idus Jan.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
ALEXAND. III. 8.	THOM. BECKET 5.	[illegible]	[illegible]

Charta Thomae Becket, Cant. archiepiſcopi, de privilegiis Cantuar. eccleſiae. Ex reg. Courtneii, arch. Cant. fol. 46. b.

OMNIBUS Chriſti fidelibus praeſens ſcriptum viſuris vel audituris H. prior S. Gregorii Cant. et P. decanus chriſtianitatis ejuſdem civitatis, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos inſpexiſſe chartam glorioſi martyris Thomae, quondam archiepiſcopi Cantuar. et privilegium felicis recordationis domini Gregorii noni, quondam S. Romanae eccleſiae ſummi pontificis, confirmans eandem chartam, quorum tenores de verbo ad verbum inferius inſcribuntur: Thomas, Dei gratia Cant. archiepiſcopus, et apoſtolicae ſedis lega-

tus, omnibus, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, ſalutem et benedictionem. Praeteritorum caſus temporum idcirco literarum memoriae commendantur, ut per tranſacta mala vel praeſentia, futura cautius valeant evitari. Ad omnium igitur volumus notitiam pervenire, quod ſancta Cant. eccleſia, a cujus uberibus coaluimus, qua nos, auctore Deo, licet indignos, in id, quod ſumus, promovit, in odium capitis noſtri multis calamitatibus et anxietatibus variis uſque in ſeptennium preſſa eſt, quod tota fere novit Latinitas, et adhuc minis et damnis innumeris quotidie fatigatur; quae cum ſol eſſe ſoleat occidentis, et in noſtris temporibus ejus obfuſcata eſt claritas, quodlibet tormentum, ſed et mille mortis genera, ſi tot occurrerent, libentius exciperemus in Domino, quam ſuſtineremus ſub diſſimulatione his diebus mala, quae patitur. Nos itaque licet parati ſimus pro pace ipſius et ... indemnitati tamen ipſius infuturum proſpicere volentes, ipſam eccleſiam cum perſonis, terris, et tenementis his pertinent. et proventibus, libertatibus quoque et dignitatibus ſuis, ſub Dei protectione, et curiae Romanae, et noſtra ponimus, prohibentes ex parte Dei, ſub perpetuo etiam anathemate, ne quis jura Cant. eccleſiae, abſque conſenſu totius capituli monachorum Cant. aliquo integumento, vel cauſa alienare praeſumat; a ſeculis enim inauditum, quod aliquis Cant. eccleſiam laeſerit, et non ſit contritus, aut correctus a Chriſto Domino. Raptores igitur et alienatores poſſeſſionum, dignitatum, et rerum, et detentores conſentaneos quoque et participes, et quicunque ſecreta capituli malitioſe revelaverit alicui homini, uſque ad condignam ſatisfactionem perpetuo anathemate condemnamus, nec volumus pati, ut aliquis alterius profeſſionis vel ordinis ſecretis capituli miſceatur. Ea quoque ſpecialiter, quae ad dilectos filios noſtros monachos ejuſdem eccleſiae pertinent, videl. villas, poſſeſſiones, earundemque villarum et poſſeſſionum eccleſias, et exennia, cum pertinentiis et proventibus, ſicut in ſuis continetur munimentis, eis inperpetuum confirmamus. Terras etiam et eccleſias penſionales, jura quoque et libertates, et res, et quicquid habent vel habituri ſunt, eis concedimus et confirmamus, officialium quoque ſuorum et ſervientium ponendi vel amovendi, omniaque, quae ad eos pertinent, tam intus quam extra libertatem concedimus et confirmamus inperpetuum diſponendi libertatem, ſicut eis melius et utilius viſum fuerit, de communi conſilio capituli ſui; quatenus ſicut eaſdem habemus in poſſeſſionibus noſtris ſecundum chartas regum libertates, ſimilem habeamus in portionibus poteſtatem; ſalva nobis et ſucceſſoribus noſtris regulari diſciplina. Adjicimus ad haec auctoritate, qua fungimur et indulgemus, ut in malefactores eccleſiae, ſi ſemel et ſecundo commoniti noluerint emendare, ſuſpenſionis et excommunicationis et anathematis ferant ſententiam; et ut liceat eis omni tempore contra omnia gravamina ſedem apoſtolicam appellare. Et quia minantur adverſarii, quod ſedem metropolitanam vel primatus Angliae, quae a tempore beati Gregorii per S. Auguſtinum in Cantuaria ſtatuta eſt, alias velint transferre, ſub perpetuo prohibemus anathemate, ne quis hominum aliquo integumento vel cauſa unquam hoc attentare praeſumat. Prohibemus etiam, ne epiſcopi Cantuar. ſuffraganei alibi conſecrentur, quam in eccleſia Cant. cui tenentur ex profeſſione et debita ſubjectione, niſi de communi conſenſu totius capituli monachorum Cant. nec chriſma vel oleum per Cant. provinciam dividend. aliunde, quam ab eccleſia Cant. aliquo tempore percipiatur. Volumus etiam, et obſecramus in Domino, ut monachi Cant. eccleſiae ſuffraganeis ejuſdem eccleſiae, epiſcopis ſcilicet et abbatibus, omnem reverentiam exhibeant et honorem; ipſi quoque epiſcopi monachos Cantuar. eccleſiae in vera, quae Deus eſt, diligant charitate. Dignum ſiquidem eſt, et conſonum rationi, ut qui eidem Cant. eccleſiae debita tenentur ex profeſſione ſimul et ſubjectione, veram adinvicem obſervare debeant dilectionem; ſalva nobis et ſucceſſoribus noſtris debita reverentia et auctoritate. Clericis quoque et laicis, qui coexules noſtri facti ſunt et participes laboris, omnia jura ſua, reditus, et eccleſias confirmamus, et obſecramus in Domino, ne quis eis injuriam vel moleſtiam faciat. Si quis autem hominum hujuſmodi noſtrae confirmationis paginam infringere, vel eccleſiam Cant. in aliquo vexare vel diminuere voluerit, vel dilectis filiis noſtris monachis aliquam inferre voluerit moleſtiam, aeternam Dei et noſtram habeat maledictionem, niſi ante mortem cum reſtitutione ablatorum condignam eccleſiae fecerit reſtitutionem. Omnibus autem diligentibus et foventibus eam Dei omnipotentis optamus gratiam et ſanctorum omnium, qui in eccleſia Cant. requieſcunt ſocietatem, et noſtram donamus benedictionem. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 8.	THOM. BECKET 5.	*1166.*	HENRIC. II. 13.

*Concilium Oxonienſe**. Ex Guil. Neubrig. l. II. c. 13.

De haereticis Angliam ingreſſis, et quomodo exterminati ſint juſto Dei judicio.

IISDEM diebus erronei quidam venerunt in Angliam, ex eorum (ut creditur) genere, quos vulgo Publicanos vocant. Hi nimirum olim ex Gaſconia, incerto auctore habentes originem, regionibus plurimis virus ſuae perfidiae infuderunt. Quippe in latiſſimis Galliae, Hiſpaniae, Italiae, Germaniaeque provinciis tam multi hac peſte infecti eſſe dicuntur, ut ſecundum [a] prophetam,

* Concilium hoc celebratum fuit contra Waldenſium ſive Publicanorum dogma a Gerardo quodam Teutone, et ſociis ſuis in Angliam inductum. chron. pag. 68. col. a. nu. 60. Stowus vero hoc aſcribit an. Dn. MCLXII. et anno VIII. Henrici II. Guilielmum forte ſecutus Neubrigenſem, qui concilii tempus non clarum expedit.

[a] David. Pſal. 138.

phetam, multiplicati eſſe ſuper numerum arenae videantur. Denique cum a praeſulibus eccleſiarum, et principibus provinciarum in eos [b] remiſſius agitur, egrediuntur de caveis ſuis vulpes nequiſſimae, et praetenta ſpecie pietatis, ſeducendo ſimplices, vineam Domini Sabaoth tanto gravius, quanto liberius demoliuntur. Cum autem adverſus eos igne Dei fidelium zelus ſuccenditur, in ſuis foveis delitеſcunt, minuſque ſunt noxii; ſed tamen occultum ſpargendo virus nocere non deſinunt. [c] Homines ruſticani et idiotae, atque ideo ad rationem hebetes, peſte vero illa ſemel hauſta ita imbuti, ut ad omnem rigeant diſciplinam, unde rariſſime contingit eorum aliquem, cum e ſuis latebris proditi extrahuntur, ad pietatem converti. Sane ab hac et ab aliis peſtibus haereticis immunis ſemper exiſtit Anglia, cum in aliis mundi partibus tot pullulaverint haereſes. Et quidem haec inſula, cum propter incolentes Britones, Britannia diceretur, [d] Pelagium in Oriente haereſiarcham futurum ex ſe miſit, ejuſque in ſe proceſſu temporis errorem admiſit, ad cujus peremptionem Gallicanae eccleſiae pia proviſio ſemel et iterum beatiſſimum direxit Germanum. At ubi hanc inſulam expulſis Britonibus natio poſſedit Anglorum, ut non jam Britannia ſed Anglia diceretur, nullius unquam ex ea peſtis haereticae virus ebullivit; ſed nec in eam aliunde uſque ad tempora regis Henrici ſecundi tanquam propagandum et dilatandum introivit. Tunc quoque Deo propitio, peſti, quae jam irrepſerat, ita eſt [e] obviatum, ut de caetero hanc inſulam ingredi vererentur. Erant autem tam viri, quam foeminae paulo amplius quam triginta, qui diſſimulato errore, quaſi pacifice huc ingreſſi ſunt, propagandae peſtis gratia, duce quodam Gerardo, in quem omnes tanquam praeceptorem ac principem reſpiciebant. Nam ſolus erat aliquantulum literatus; caeteri vero ſine literis, et idiotae, homines plane impoliti et ruſtici, nationis et linguae Teutonicae. Aliquamdiu in Anglia morantes, unam tantum mulierculam venenatis circumventam ſuſurris, et quibuſdam (ut dicitur) faſcinatam praeſtigiis, ſuo coetui aggregaverunt. Non enim diu latere potuerunt, ſed quibuſdam curioſe indagantibus, quod peregrinae eſſent ſectae, deprehenſi [f] tentique ſunt in cuſtodia publica. Rex vero nolens eos indiſcuſſos vel dimittere vel punire, epiſcopale praecepit Oxoniae concilium congregari. Ubi dum ſolenniter de religione convenirentur; eo, qui literatus videbatur, ſuſcipiente cauſam omnium, et loquente pro omnibus, chriſtianos ſe eſſe, et doctrinam apoſtolicam venerari reſponderunt. Interrogati per ordinem de ſacrae fidei articulis; de ſubſtantia quidem ſuperni medici recta, de ejus vero remediis, quibus humanae infirmitati mederi dignatur, id eſt, divinis ſacramentis, perverſa dixerunt; ſacrum baptiſma, euchariſtiam, conjugium deteſtantes, atque unitati catholicae, quam haec divina imbuunt ſubſidia, auſu nefario derogantes. Cumque ſumptis de ſcriptura divinis urgerentur teſtimoniis, ſe quidem, ut inſtituti erant, credere; de fide vero ſua diſputare nolle, reſponderunt. Moniti, ut poenitentiam agerent, et corpori eccleſiae unirentur, omnem conſilii ſalubritatem ſpreverunt. Minas quoque [g] ut vel metu reſipiſcerent, deriſerunt, verbo illo dominico abutentes: "Beati [h] qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum caelorum." Tunc epiſcopi, ne virus haereticum latius ſerperet, praecaventes, eoſdem publice pronunciatos haereticos corporali diſciplinae ſubdendos catholico principi tradiderunt. Qui praecepit haereticae infamiae characterem frontibus eorum inuri, et ſpectante populo, virgis coercitos urbe expelli; diſtricte prohibens, ne quis eos vel hoſpitio recipere, vel aliquo ſolatio confovere praeſumeret. Dicta ſententia, ad poenam juſtam ducebantur gaudentes, non lentis paſſibus; praeeunte magiſtro eorum, et cantante, "[i] Beati eritis, cum vos oderint homines." In tantum deceptis a ſe mentibus ſeductorius abutebatur ſpiritus. Illa quidem muliercula, quam in Anglia ſeduxerant, metu ſupplicii diſcedens ab eis, errorem confeſſa reconciliationem meruit. Porro deteſtandum illud collegium, cauteriatis frontibus, juſtae ſeveritati ſubjacuit, eo, qui primatum gerebat in eis, ob inſigne magiſterii, inuſtionis geminae, id eſt, in fronte, et circa mentum dedecus ſuſtinente: ſciſſiſque cingulo tenus veſtibus publice caeſi, et flagris reſonantibus, urbe ejecti, algoris intolerantia (hiems quippe erat) nemine vel exiguum miſericordiae impendente, miſere interierunt. Hujus ſeveritatis pius rigor non [k] peſte illa, quae jam irrepſerat, Angliae regnum purgavit; verum etiam, ne ulterius irreperet, incuſſo haereticis terrore praecavit.

De eo ita loquitur Mat. Pariſius in ann. "Sub eiſdem diebus quidam pravi dogmatis diſſeminatores apud Oxoniam tracti ſunt in judicium, praeſente rege et epiſcopis regni, quos a fide catholica devios, et in examine ſuperatos, facies cauteriata notabiles cunctis expoſuit, qui expulſi ſunt a regno." Haec Pariſius ex Rad. de Diceto apud x. Scriptores col. 539.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 8.	THOM. BECKET 5.	1166.	HENRIC. II. 13.

Acta concilii apud Chinun, in quo recitantur verba Thomae Becket, Cantuarienſis archiepiſcopi, ad Henricum, regem Angliae, in concilio illo. Ex Rog. Hoved. in ann.

DESIDERIO deſideravi videre faciem veſtram, et loqui vobiſcum; multum quidem propter me, ſed maxime propter vos. Propter me, ut viſa facie veſtra, reduceretis ad memoriam

[b] *antea male remiſſus.* [c] *Ruſtici haeretici vix ad veritatem poſſunt deduci.* [d] lege Proſper Aquit. chron. an. [illegible] Conſtant. preſbyt. in vita S. Germ. Altiſſiodor. et vitam S. Genove. [e] perperam impreſſ. *vitae tem.* [f] MS. addit *comprehenſi.* [g] V. C. addit *ſic praetentas.* [h] Mat. 5. [i] Mat. 5. [k] V. C. addit *ſolum*

ſervitia.

ſervitia, quae, dum eſſem in obſequio veſtro, exhibui vobis devote, juxta animi mei conſcientiam; ſic me adjuvet Deus in ultimo examine, quando omnes aſtabunt ante tribunal ipſius recepturi, prout geſſerunt in corpore ſuo, ſive bonum ſive malum. Et ut commoverem vos in pietate ſuper me, quem oportet mendicando vivere inter alienos, licet tamen gratia Dei cum abundantia victualia ad ſufficientiam habeamus. Eſtque nobis conſolatio quam multa, quod dicit apoſtolus: "Omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur." Et propheta: "Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quaerens panem." Propter vos, tribus ex cauſis; tum quia dominus meus eſtis, tum quia rex, tum quia filius meus ſpiritualis. Eo quod dominus, debeo et offero vobis conſilium meum, quodcunque debet epiſcopus ſecundum honorem Dei, et ſanctae eccleſiae domino; eo quod rex, teneor vobis ad reverentiam et communionem; eo quod filius, officii ratione ad caſtigationem et coercionem. "Corripit enim pater filium nunc blandis, nunc aſperis, ut ſic, vel ſic revocet eum ad benefaciendum." Noſſe debetis, vos, Dei gratia, regem eſſe primo, quia voſipſum regere debetis, vitamque veſtram optimis informare moribus, ut veſtri exemplo caeteri provocentur ad melius, juxta illud ſapientis: "Componitur orbis regis ad exemplum." Secundario, alios demulcendo, alios puniendo, poteſtatis auctoritate quam accepiſtis ab eccleſia cum ſacramento unctionis, tum gladii officio, quem geſtatis ad malefactores eccleſiae conterendos. Inunguntur enim reges in tribus locis; in capite, in pectore, et brachiis, quod ſignificat gloriam, ſcientiam, et fortitudinem. Qui antiquis temporibus, juſtificationes Dei non obſervabant, ſed praevaricati ſunt mandata ejus, his ſublata eſt gloria, ſcientia, et fortitudo, et eorum generationi; exempla probationis, Saul, Nabuchodonoſor, et Salomon, et alii quamplures. Qui autem poſt delictum ſuum, cordis contritione, humiliaverunt ſe Domino; his gratia Dei acceſſit cum omnibus ſupradictis abundantius et effectius, ſicut David, Ezechiae, et aliis quampluribus. Chriſtus fundavit eccleſiam, eique comparavit libertatem ſanguine proprio, ſuſtinendo flagella, ſputa, clavos, mortis anguſtias, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus; unde apoſtolus, "Si compatimur, et conregnabimus. Si commorimur, et conreſurgemus." Eccleſia Dei in duobus conſtat ordinibus: in clero et populo. In clero ſunt apoſtoli, et apoſtolici viri, epiſcopi, et caeteri rectores eccleſiae, quibus commiſſa eſt cura et regimen ipſius eccleſiae, qui tractare habent negotia eccleſiaſtica, ut totum reducant ad ſalutem animarum. Unde dictum eſt Petro, et in Petro aliis rectoribus eccleſiae: "Tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam, et portae inferni non praevalebunt adverſus eam." In populo ſunt reges, duces, et comites, et aliae poteſtates, quae ſecularia habent tractare negotia, ut totum reducant ad pacem et unitatem eccleſiae. Et quia certum eſt, reges poteſtatem ſuam ab eccleſia accipere, et non ipſam ab illis, ſed a Chriſto (ſalva pace veſtra loquor) non haberetis epiſcopis praecipere, abſolvere aliquem, vel excommunicare, trahere clericos ad ſecularia examina, judicare de decimis, de eccleſiis, interdicere epiſcopis, ne tractent de tranſgreſſione fidei vel juramenti, et multa alia, quae in hunc modum ſcripta ſunt inter conſuetudines veſtras, quas dicitis avitas. Dominus enim dicit: "Leges meas cuſtodite." Et iterum per prophetam: "Vae, qui condunt leges iniquas, et ſcribentes ſcribunt injuſtitias, opprimunt pauperes in judicio, et vim faciunt cauſae humilium populi Dei." Audiat itaque dominus meus, ſi placet, conſilium fidelis ſui, commonitionem epiſcopi ſui, caſtigationem patris ſui. Neque cum ſchiſmaticis aliquam de caetero habeat familiaritatem vel communionem. Notum enim eſt fere toti mundo, quam devote, quam honorifice dominum papam receperitis, quantum Romanam eccleſiam foveritis et honoraveritis, quantum dominus papa, et eccleſia Romana perſonam veſtram dilexerint, honoraverint, et in quibuſcunque ſecundum Deum potuerint, vos exaudierint. Nolite, domine mi, ergo, ſi ſalutem animae veſtrae deſideratis, eidem eccleſiae, quod ſuum eſt, aliqua ratione ſubtrahere, ſeu in aliquo ei citra juſtitiam contraire; immo eandem ei in regno veſtro permittatis habere libertatem, quam in aliis habere dignoſcitur. Memores quoque ſitis profeſſionis, quam feciſtis et poſuiſtis ſcriptam ſuper altare apud Weſtmunſters, de ſervanda eccleſiae Dei libertate ſua, quando conſecrati fuiſtis, et uncti in regem a praedeceſſore noſtro. Eccleſiam etiam Cantuariae, in qua promotionem et conſecrationem recepiſtis, in eum ſtatum, et dignitatem reſtituatis, in quibus fuit temporibus praedeceſſorum veſtrorum, et noſtrorum. Poſſeſſiones autem ad ipſam eccleſiam pertinentes, villas, caſtella, praedia, quae pro voluntate veſtra diſtribuiſtis, res etiam omnes ablatas, tam noſtras quam clericorum noſtrorum, et laicorum in integrum nobis reſtituatis; permittatis etiam nos libere et in pace redire in ſedem noſtram; et nos vobis, tanquam chariſſimo domino et regi, fideliter et devote ſervire parati ſumus, in quibuſcunque poterimus, ſalvo honore Dei, et eccleſiae Romanae, et ordine noſtro; alioquin pro certo ſciatis, quod divinam ſeveritatem et ultionem ſentietis.

Epiſtola

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
ALEXAND. III. 8.	THOM. B[illegible] 5.	1166.	[illegible]

Epiſtola beati Thomae, Cantuar. archiepiſc[illegible]pi, ad Alexandrum, ſummum p[illegible] Ex R. Hoveden. in ann.

AD audientiam tuam, pater ſanctiſſime, confugio, ut qui eccleſiae libertatem tanto tui diſcrimine redemiſti, eam vel ſolam vel maximam meae perſecutionis cauſam attendas, qui exemplo tuo uſus ſum. Dolui enim ſtatum eccleſiae labefactari paululum, et jura ejus in avaritiam principum diſſipari, et occurrendum credidi morbo venienti; et quo plus illi domino meo, cui poſt Deum caetera debeo, me ſciebam obligatum, eo tutius iniquis ejus inſtigationibus arbitrabar reſiſtendum; donec obtinuerunt illi et ſerenitatem illius obfuſcaverunt mihi. Exinde, ut moris eſt apud principes, criminationes et calumnias injecerunt in occaſionem perſecutionis meae; et ego ejici malui, quam ſuccumbere. Acceſſit enim his malis, quod vocatus fui coram rege tanquam laicus ſatisfacere. Et unde mihi reſiſtendi ſuffragia ſperaveram, inde deceptus ſum. Animadverti etenim dominos et confratres noſtros, epiſcopos iſtos, pro aulicorum arbitrio, in me paratos animadvertere. Ita cunctis incurſantibus fere ſuffocatus, ad tuae pietatis audientiam, quae nec in extremis agentes negligit, reſpiravi. Sub qua demonſtraturus aſſiſto, me nec ibi fuiſſe judicandum, nec ab illis. Nam quid aliud hoc eſſet, patres mei, quam veſtra jura vobis ſubtrahere? Quid aliud, quam ſpiritualia temporalibus ſubmittere? Semel natum hoc exemplum eſſet ad multa, eoque credidi firmius eſſe reſiſtendum, quod proclivior via nocendi naſceretur, ſi prius debilitatem agnoſcerent. At inquient, reddenda erant Caeſari, quae Caeſaris ſunt: ſed ſi in pluribus obtemperandum ſit regi, in illis tamen obtemperandum non eſt, quibus efficitur, ne ſit rex. Non eſſent illa Caeſaris, ſed tyranni; in quibus etſi non pro me, pro ſeipſis ei reſiſterent. Nam ſi illi extremum judicium reſervatur, qui potens eſt judicare corpus et animam, nunquid extrema erit inter homines ſumma, qui judicat ſecundum ſeipſum? Si juſtam foverunt partem, quid me impetebant, quid me arguunt? Si ad eum appellavi, apud quem [illegible] vel non expedit, [illegible] aut de juſtitia veſtra diffidebant. Dupliciter namque confundebar, ſi coram ſanctitate veſtra convincerer. Nunquid eorum perſecutionem merui, pro quibus tantis occurſibus me oppoſueram, et obtinuiſſem, ſi voluiſſent illi? Sed male [illegible] tiam ſi oculi contra caput linguam armant, ſi bene praevidiſſent, in ſe perniciem machinabantur, et eorum uſi ſunt principales auxilio in eorum ſervitutem. Quod haec tanti odii cauſa fiant, ut pro me extinguendo, ſeipſos extinguerent; ita pro temporalibus ſpiritualia negligunt, deficiunt in utriſque. Quid quod etiam me re[illegible] patrem ſuum judicio damnare auſi ſunt? Quin[illegible] bis principe aſpirationem fecerunt, et te, pater ſanctiſſime, [illegible] inquient: regi tenebantur ex debito Domini; ſed illi corporaliter, ſpiritualiter mihi. Cui potius teneri potuerunt, quam ſibiipſis? Nonne potius corporalium damnum, quam ſpiritualium? At rurſus inquient, hoc tempore principem non fuiſſe provocandum. Quam ſubtiliter in ſervitutem ſuam argumententur. Imo ipſi provocant, qui [illegible] gium. Quieviſſet enim, niſi adquieviſſent illi; [illegible] inter perſecutores? Nonne familiares ejus perſecutionibus comprobantur? Si ſemper ſuccumbant, qualiter obtinebunt? neceſſe eſt aliquando reſiſtant. Condeſcende ergo, pater ſanctiſſime, in fugam meam, et perſecutionem, et me aliquando magnum fuiſſe reminiſcere tempore tuo, et propter te injuriis laceſſitum. Utere rigore tuo, coerce illos, quorum inſtinctu nomen hujus perſecutionis obrepſit, nec domino regi horum aliquid imputetur, qui hujus machinationis potius eſt miniſter, quam repertor.

Epiſt[illegible] Thomae, Cant. archi[illegible]pi, ad ſuffra[illegible]

THOMAS, Dei gratia Cant. eccleſiae miniſter humilis, venerabilibus fratribus ſuis Londonienſi, caeteriſque totius Cant. provinciae epiſcopis, ſic tranſire per bona temporalia, ut non amittant aeterna. Fratres mei dilectiſſimi, quare non conſurgitis mecum adverſus malignantes? Ut quid non ſtatis mecum adverſus operantes iniquitatem? An ignoratis quoniam diſſipat Dominus oſſa eorum, qui hominibus placent? Confundentur, quoniam Dominus ſprevit eos. Satis novit diſcretio veſtra, quoniam error, cui non reſiſtitur, approbatur, et veritas, cum minime defendatur, opprimitur. Videturque, teſtante Gregorio, conſentire erranti, qui ad reſecand[illegible] eſt, quod dominum noſtrum regem Angliae ſatis ſuperque ſatis ſuſtinuimus; nec ullum ex eo ſuſtinentiae noſtrae aſſecuta eſt eccleſia Dei diſpendium. Periculoſum e[illegible] que ſuorum circa eccleſiam Dei et eccleſiaſticas perſonas exceſſus, ut hactenus impunitos relinquere. Praeſertim cum ſaepiſſime literis et nunciis modiſque aliis, [illegible]

perverſo propoſito ſuo eum revocare. Et quoniam vix ab eo auditi ſumus, nullatenus tamen exauditi, ſcriptum illud, in quo illae non conſuetudines ſed potius pravitates, quibus perturbatur et confunditur ad praeſens Anglicana eccleſia, continentur, ipſiuſque ſcripti authoritatem, invocata Spiritus Sancti gratia, publice condemnavimus et caſſavimus. Univerſos etiam obſervatores, exactores, conſiliatores, adjutores, ſeu defenſores earum excommunicavimus. Omneſque vos epiſcopos a promiſſione, qua contra inſtitutionem eccleſiaſticam, et ad earum obſervationem tenebamini, auctoritate Dei et noſtra abſolvimus. Quis enim dubitat, ſacerdotes Chriſti regum et principum, omniumque fidelium, patres et magiſtros cenſeri? Nonne miſerabilis inſaniae eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubjugare, et iniquis obligationibus illum poteſtati ſuae ſubjicere; a quo credit non ſolum ſe in terra, ſed etiam in caelis ligari poſſe, et ſolvi. Proinde ne in hujus ſententiae commiſſum incidamus, auctoritatem ipſius ſcripti, ipſumque ſcriptum cum pravitatibus, quae in eo continentur, in irritum duximus et caſſavimus. Praeſertim his: "Quod non appelletur ad ſedem apoſtolicam ſuper aliqua cauſa, niſi licentia regis: quod non liceat archiepiſcopo vel epiſcopo exire de regno, et venire ad vocationem domini papae, ſine licentia regis: quod non liceat epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de rege in capite, ſine licentia regis, vel aliquem alium officialium ſuorum ſub interdicto ponere: Quod non liceat epiſcopo coërcere aliquem de perjurio, vel fide laeſa: quod clerici trahantur ad ſecularia judicia: quod laici, ſeu rex ſeu alii, tractant cauſas de eccleſiis vel decimis: et alia in hunc modum." Denunciamus etiam excommunicatum, et excommunicavimus ex nomine Johannem de Oxenford, qui in haereſim damnatam incidit, parando juramentum ſchiſmaticis, per quem ſchiſma jam fere emortuum in Alemannia revixit; communicando etiam nominatiſſimo illi ſchiſmatico Reginaldo Colonienſi; et quia contra mandatum domini papae, et noſtrum Saleſbirienſis eccleſiae decanatum ſibi uſurpavit. Quod quidem factum, tam deteſtabile, tam juri contrarium, tam eccleſiae Dei exemplo pernicioſum penitus caſſavimus et evocavimus in irritum; praecipientes epiſcopo Saleſbirienſi et capitulo in virtute obedientiae, et in periculo ordinis ſui, ne de caetero, viſis literis noſtris, ex eo facto eum decanum haberent. Similiter et Richardum de Iveceſtre denunciamus excommunicatum et excommunicamus, eo quod in eandem haereſin damnatam inciderit, communicando Reginaldo Colonienſi ſchiſmatico; machinando etiam et fabricando omnia mala, cum ſchiſmaticis, et Teutonicis illis in perniciem eccleſiae Dei, et praeſertim eccleſiae Romanae ex pactis contractis inter dominum regem, et ipſos. Excommunicavimus etiam Richardum de Luci, et Jocelinum de Balliol: qui pravitatum illarum auctores, et fabricatores extiterunt. Ranulphum etiam de Broc, qui bona eccleſiae Cantuarienſis, quae alimenta de jure ſunt pauperum, occupavit, et detinet, homineſque noſtros tanquam laicos cepit, et in captione detinet. Excommunicavimus etiam Hugonem de ſancto Claro, et Thomam, filium Bernardi, qui ejuſdem eccleſiae Cant. bona et poſſeſſiones abſque conniventia ſive aſſenſu noſtro occupaverunt: omneſque, qui de caetero in poſſeſſiones et bona eccleſiae Cant. contra voluntatem noſtram et conſenſum, manus violentas extendent, eadem excommunicationis ſententia innodavimus. Juxta illud papae Lucii: "Omnes eccleſiae raptores, atque ſuarum facultatum alienatores a liminibus ejuſdem matris eccleſiae ſequeſtratos anathematizamus, damnamus, atque ſacrilegos eſſe judicamus." Et non ſolum eos, ſed etiam cum iis comprehendit conſentientes. Et alibi dicit ſcriptura: "Qui conſentit peccantibus, et alium peccantem defendit, maledictus erit apud Deum, et apud homines; corripieturque increpatione ſeveriſſima." Et iterum: "Si quis peccantem defendit, acrius, quam qui peccavit, coërceatur." Sane in domini regis perſonam ſententiam adhuc ferre diſtulimus, expectantes, ſi forte inſpirante divina gratia reſipiſcat; in proximo tamen eam laturi, niſi citius reſipuerit. Et inde eſt, quod fraternitati veſtrae mandamus, atque in virtute obedientiae praecipimus, quatenus viros praetaxatos, qui a nobis excommunicati ſunt, vos quoque prout excommunicatos habeatis, et denunciari faciatis. Juxta illud decretum Honorii papae: "Licitum ſit omnibus epiſcopis excommunicatorum ſuorum nomina tam vicinis epiſcopis, quam ſuis parochianis pariter indicare; eaque in celebri loco poſita prae foribus eccleſiae cunctis venientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia excommunicationis ubique eccleſiaſticus aditus denegetur, et excommunicationis cauſa omnibus auferatur." Tibi autem, frater epiſcope Londonienſis, mandamus et in vi obedientiae injungimus, quatenus literas praeſentes aliis fratribus et coepiſcopis noſtris omnibus de provincia noſtra manifeſtes et oſtendas. Valete in Chriſto, et pro nobis conſtanter orate.

His ita geſtis, Henricus, rex Angliae, rediit de Normannia in Angliam, et cum magno exercitu perrexit in Guallias, ubi multos de nobilibus, baronibus, et hominibus ſuis perdidit; et juſtitiam fecit de filiis Ris, et de filiis et filiabus nobilium ſuorum; oculos puerorum eruit ſcilicet, et nares aureſque puellarum abſcidit. Anno gratiae milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, qui erat annus duodecimus regni regis Henrici, filii Matildis imperatricis, idem rex Henricus expulit ab Anglia et ab omnibus terris ſuae dominationis omnes homines et foeminas, quoſcunque invenire potuit de cognatione beati Thomae Cantuarienſis; pueros etiam in cunis vagientes, et adhuc ad ubera matrum pendentes, miſit in exilium; ut viſis illis augmentaretur dolor praefati archiepiſcopi. Quid facis tyranne? Quae te dementia vicit, ut ſic ſine cauſa expelleres de regno tuo, qui malum non fecerunt, nec dolus inventus eſt in ore eorum? "Nil impedit ortos exule ſervatis legibus urbe frui." Quos cum beatus ille Thomas videret, turbatus eſt valde, et dolori eorum compatiens, pluſquam martyr fuit.

Nec

Nec mirum eſt igitur, ſi mens ſua turbida facta
De nive manantis more liqueſcit aquae.

Tamen haec omnia vir Dei cum multa patientia ſufferebat: et vix per duos annos moram fecerat in abbatia de Pontenie cum Gwarino abbate, et monachis ibidem Deo ſervientibus, quibus commendatus fuerat in cuſtodia ab Alexandro, ſummo pontifice; et ecce rex Angliae mandavit praedicto abbati de Pontenie, quodſi ille ulterius retineret Cant. archiepiſcopum in domo ſua, ipſe fugaret ab Anglia omnes monachos ſui ordinis. Unde factum eſt ut beatus Thomas ſponte ſua alienatus eſt a domo illa, ne cauſa illius tot domus religioſorum perirent. Tranſtulit ergo ſe ad beatum regem Francorum Lodowicum; a quo benigne ſuſceptus, miſſus eſt ad abbatiam ſanctae Columbae juxta Senonem civitatem.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 8.	THOM. BECKET 5.	1166.	Henric. II. 12.

Epiſtola Alexandri papae ad Henricum, regem Angliae. Ex R. Hoved. in ann.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Henrico, illuſtri Anglorum regi, ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Etſi circa nos, et matrem tuam ſacroſanctam eccleſiam filialis in te devotio videatur aliquatenus tepuiſſe; paternum tamen affectum circa te, et regnum tuae gubernationi commiſſum, nullo tempore deſeruimus. Tua ergo ſerenitas, quod amici verbera potiora, quam oſcula inimici exiſtant, diligenter advertens, conſideret ſtudioſius, et attendat, quod ſicut clerici a viris ſecularibus vita, et habitu diſtinguuntur, ita et judicia clericorum a laicorum judiciis diverſa penitus comprobantur. Quare ſi ea ordine, quo non decet, pervertas, et quae ſunt Jeſu Chriſti, tuae poteſtati uſurpas, novas leges ad oppreſſionem eccleſiarum, et Chriſti pauperum, pro tuo beneplacito condas, conſuetudines etiam, quas avitas vocas, inducas; tuipſe proculdubio in extremo examine, quod effugere non poteris, modo conſimili judicaberis; et eadem menſura, qua menſus fueris, remetietur tibi. Verum, ne commonitiones noſtrae auribus excellentiae tuae taedioſae vel aſperae aliquatenus videantur, ſcriptum recollige, quod filium, quem corripit, pater diligit, pro certo cognoſcens, quod quanto perſonam tuam ardentiori in Domino charitate diligimus, et ſinceriſſimae tuae devotionis inſignia nobis et eccleſiae Dei multipliciter et magnifice olim exhibita ad memoriam ſaepius et ſtudioſius revocamus, tanto haec tibi, cui ſpiritualem et aeternam ſalutem totis cordis affectibus exoptamus, libentius intimamus. Si enim te in aliquo futurum judicium deterret, aut praemiorum in aeterna requie corona delectat, veram, quae Deus eſt, juſtitiam colere, jus ſuum unicuique tribuere, negotia eccleſiaſtica, et praeſertim criminalia, quae de laeſione fidei vel juramenti emergunt, cauſas quoque ſuper rebus et poſſeſſionibus eccleſiarum perſonis eccleſiaſticis tractandas relinquere, regnum et ſacerdotium non confundere, non adeo ſerenitatem tuam deceret, nec etiam expediret. Si autem univerſa, quae in uſus tuos per hujuſmodi angarias de bonis eccleſiaſticis convertuntur, in refectione pauperum vel aliis operibus pietatis expenderes, obſequium non magis Deo gratum efficeres, quam ſi altari quolibet diſcooperto aliud cooperires; aut ſi Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares. Recolere ſiquidem debes, et prae oculis ad hujus rei exemplum habere, qualiter rex Saul, qui devicto Amalech praedam contra Domini praeceptum reſervare volebat, cum ſe ad excuſationem ſui haec ad ſacrificandum reſervaſſe proponeret, a Domino fuerit reprobatus, et alius eo vivo in honorem et dignitatem regiam ſubrogatus. Quem utique peccata populi regem effecerant: ſed tamen a gubernatione regni commiſſa propria deſtituerunt. Quomodo etiam rex Ozias, dum thurificare voluit, et ſacerdotis officium ſibi uſurpare, lepra (digna ultione) percuſſus fuiſſet, tuae ſaluti congruit ad animum revocare. Si vero ſucceſſus tuos viribus et poteſtati tuae, et non Deo aſcribas, ille proculdubio, qui te aliis praefecit, et magnum in orbe principem, ad fidelium ſuorum gubernationem, non ad depreſſionem conſtituit, talenta tibi commiſſa, gravi a te cum cenſura requiret; et ſicut de Roboam, filio Salomonis, legitur, qui pro delicto patris a regno ejectus eſt, ſic Deus commiſſum paternum in haeredes transfundet. Tu ergo pravis ſuggeſtionibus cujuſlibet non adquieſcas, nec his, qui ſemper mala ſuſurrant, aures inclines, ſed quae tuam ſalutem expediant, diligenter audias. Et ita ad honorem Dei et eccleſiae tranquillitatem et pacem, ad quod ſolummodo regni gubernationem adeptus es, idem regere, et ſecundum quod Dominus tibi adminiſtraverit, ſtudeas viriliter gubernare, ut regnum temporale conſervet, et poſt illud det tibi Deus ſine fine manſurum.

Epiſtola Alexandri papae ad Gillebertum Londoniensem, epiſcopum, pro beato Thoma. Ibidem.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Gilleberto, Londonienſi epiſcopo, ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Quod circa ea, quae tuae injunximus fraternitati, efficax ſtudium et diligentiam impendiſti, et chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum, illuſtrem regem Angliae, ſuper incremento, et exaltatione eccleſiae, ac noſtra;

ſtra, fideliter ſolicitare ac commonere curaſti, gratum omnimodis et acceptum habemus, et tibi exinde gratias uberrimas exſolventes, ſolicitudinis tuae prudentiam magnificis ſuper hoc laudibus in Domino commendamus. Quoniam vero eundem regem tanquam filium chariſſimum, et inclytum principem arctiori charitate diligimus, idcirco per te et per venerabiles fratres noſtros, Rothomagenſem archiepiſcopum, et Herefordenſem epiſcopum, necnon per chariſſimam filiam noſtram in Chriſto, illuſtrem quondam Romanorum imperatricem, matrem ejus, ſaepe ac ſaepe ipſum ſolicitandum duximus, et ad eccleſiae devotionem multimodis provocandum. Gaudemus autem et exultamus in Domino ſuper ea devotione ejuſdem regis, quam tuis literis nobis ſignificaſti. Caeterum quoniam eum volumus devotum eſſe eccleſiae Dei et nobis, ſicut ab ipſo principio conſuevit exiſtere; rogamus fraternitatem tuam, monemus, atque mandamus, quatenus ipſum ſolicite ac diligenter ſaepe et ſaepius per te et alios commoneas, horteris modis omnibus, et inducas, ut ad ejuſdem eccleſiae honorem pariter et exaltationem ſolito modo intendat, et cauſam ipſius ſtrenue foveat, et manuteneat atque defendat; eccleſias vero et eccleſiaſticas perſonas diligat et honoret, et eorum jura conſervet; venerabilem quoque fratrem noſtrum, Cantuarienſem archiepiſcopum, in amorem et gratiam ſuam reducat. Nos enim, ſi eam, quam incepit, beato Petro et nobis reverentiam exhibuerit et honorem, eum ferventi affectione diligemus, et ad honorem et exaltationem ipſius, et conſervationem regni ſibi commiſſi, modis omnibus, prout decuerit, intendemus. Malumus enim ipſum in patientia et manſuetudine vincere, quam eum aliquo modo gravare, quamdiu id poterimus ſuſtinere. Datum in gradu Mercurii undecimo cal. Septembris.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 8.	THOM. BECKET 5.	1166.	HENRIC. II. 13.

Epiſtola Gilleberti, Londonienſis epiſcopi, ad Alexandrum papam de reſponſo regis ſuper negotio Cantuarienſis archiepiſcopi. Ex R. Hoveden in ann.

PATRI ſuo et domino, ſummo pontifici Alexandro, frater Gillebertus, Londonienſis eccleſiae miniſter, debitum ſincerae charitatis humiliſque obedientiae famulatum. Mandatum veſtrum, pater in Chriſto chariſſime, debita veneratione ſuſcipientes, illico filium veſtrum dominumque noſtrum, chariſſimum illuſtremque Anglorum regem, in ipſis jam Galliae finibus agentem exercitum, adivimus. Et adjuncto nobis venerabili fratre noſtro Richardo, Herefordenſi epiſcopo, juxta veſtri formam mandati, diligenter et intente convenimus. Cui ſingula, quae veſtris nobis ſunt expreſſa literis, ante oculos ponentes, ipſum obſecrando, et quantum regiam decebat majeſtatem arguendo, conſtanter, et inſtanter hortati ſumus, ut de propoſitis ſibi ſatisfaceret, et ſi a rationis tramite deviaverat, ad viam veritatis et juſtitiae redire, veſtra per nos revocatus admonitione, non tardaret; a patre pie commonitus, a pravis actibus omnino deſiſteret; Deum puro corde diligeret, et matrem ſuam ſanctam Romanam eccleſiam ſolita veneratione reſpiceret, nec eam viſitare volentes inhiberet; appellationes ad eam factas non impediret; et fratrem [al. patrem] noſtrum dominum Cantuarienſem benigne revocans et reducens, in beati Petri et veſtra reverentia firmus immobiliſque perſiſteret; et pietatis intendens operibus, eccleſias et eccleſiaſticas perſonas, tam regni quam terrae ſuae, non gravaret, nec per ſe nec per alium gravari permitteret; ſed ipſas diligens regia protectione conſervaret, ut ille, per quem reges regnant, temporale regnum ſibi conſervaret in terris, et aeternum largiretur in caelis. Alioquin niſi monitis ſalutaribus adquieſceret, ſanctitas veſtra, quae hucuſque patienter ſuſtinuit, ulterius in patientia ſuſtinere non poſſet. Adhaec adjecimus timendum ſibi fore, ne ſi errata non corrigeret, iram omnipotentis Dei cito incurreret, ut nec regnum ejus diu ſtaret, nec ſuos proſperari permitteret; ſed qui humilem exaltaverat, jam jam exaltatum ab ipſo regni culmine durius alliendo dejiceret. Ipſe vero correptionem veſtram multa gratiarum actione ſuſcipiens, multa animi temperantia, multaque modeſtia, conſequenter reſpondit ad ſingula. Inprimis aſſerens, mentem ſuam a vobis ſe nullatenus avertiſſe, nec id unquam propoſiti mente concepiſſe, quin dum paternam ſibi gratiam exhibueritis, vos ut patrem diligat, et ſanctam Romanam eccleſiam ut matrem veneretur et foveat, et ſacris juſſionibus veſtris, ſalva ſibi ſua regnique ſui dignitate, humiliter obtemperet et obediat. Quodſi vos aliqua jamdiu reverentia non reſpexit, hanc hujus rei cauſam aſſerit, quod cum vobis in neceſſitate toto corde, tota mente, totis viribus aſtiterit, ſibi poſtmodum per nuncios in neceſſitate recurrenti ad vos, digne pro meritis ſanctitas veſtra non reſpondit; ſed in omni fere petitione ſua ſe repulſam ſuſtinuiſſe conqueritur, et erubeſcit. De paterna tamen confiſus gratia, quae filium cum volet exaudiet, vultus ſperans et expectans laetiores, in beati Petri et veſtra, ut dictum eſt, fidelitate, immobili conſtantia perſeverat. Inde eſt, quod ſanctitatem veſtram viſitare volentem nullum impediet; ſed nec hactenus, ut aſſerit, impedivit. In appellationibus ex antiqua ſui regni inſtitutione, id ſibi vendicat honoris et oneris, ut ob civilem cauſam nullus clericorum regni ſui ejuſdem regni fines exeat, niſi, an ipſius auctoritate et mandato jus ſuum obtinere queat, prius experiendo cognoſcat. Quodſi nec ſic obtinuerit, ad excellentiam veſtram, ipſo in nullo reclamante, cum volet, quilibet appellabit. In quo ſi juri veſtro vel honori praejudicatur in aliquo, id ſe totius eccleſiae regni ſui conſilio correcturum in proximo, Domino juvante, pollicetur. Imperatorem illum, etſi ſchiſmaticum noverit, a vobis

bis tamen excommunicatum eſſe uſque hodie non reſcivit. Quodſi denunciatione noſtra reſcierit, ſi foedus illicitum cum ipſo, aut aliquo alio quolibet iniit, et hoc eccleſiae regni ſui judicio ſimiliter et conſilio ſe correcturum promittit; patrem noſtrum dominum Cantuarienſem ſuo ſe regno nequaquam expuliſſe aſſerit. Unde ſicut abſceſſit ultroneus, ſic ad eccleſiam ſuam, cum ſibi ſederit in animo, plena pace ſua revertendi ſibi liberum erit. Dum tamen in ſatisfaciendo ſibi ſuper his, unde conqueritur, regias ſibi, et in quas ipſe juratus eſt, velit dignitates integre conſervare. Si qua vero eccleſia, vel eccleſiaſtica perſona ab ipſo, vel a ſuis, ſe gravatam oſtenderit, ſatisfacere plene totius eccleſiae judicio paratus erit. Haec a domino noſtro rege in reſponſis accepimus, qui utinam ad omnem voluntatem veſtram uberius aliquid accepiſſemus. Eadem vero ſublimitati veſtrae notificanda duximus, ut ex reſponſis ipſius advertat diſcretio veſtra, quo negotium hoc fine concludat. Cauſam namque ſuam dominus rex plurimum ſibi juſtificare videtur, cum in omnibus, quae dicta ſunt, eccleſiae regni ſui conſilio ſimul et judicio ſe pariturum, et patris noſtri domini Cantuarienſis reditum, juxta quod dictum eſt, ſe nullatenus impediturum pollicetur. Unde veſtrae ſupplicandum aeſtimavimus excellentiae, quatenus illud prae oculis habentes, "Calamum quaſſatum non conteret, et linum fumigans non extinguet;" zelum illum, qui ad ulciſcendam omnem, quae eccleſiae Dei irrogatur, injuriam, laudabiliter igne Divini Spiritus accenſus eſt, ſi placet, ad tempus intra fines modeſtiae cohibeatis; ne vel interdicti ſententiam, vel ultimum illud praeciſionis elogium proferendo, eccleſias innumeras ſubverti miſere toleretis, et tam regem ipſum, quam innumeros cum eo populos a veſtra, quod abſit, obedientia irrevocabiliter avertatis. Bonum eſt membrum capiti cohaerere vel ſaucium, quam a corpore projici, jam praeciſum. Redeunt ad ſanitatem ſaucia, vix corpori coaleſcunt jam praeciſa. Adducit deſperationem praeciſio: cum ſanet vulnus ſaepiſſime caute medicantis operatio. Unde, ſi placet, bonum eſt, ut ſanando vulneri, ſi quod eſt, ad praeſens operam detis, quam eccleſiae Dei partem nobiliſſimam praecidendo, quae turbata ſunt hoc tempore longe ſupra, quam poſſit exprimi, perturbetis. Quid enim ſi ſermo veſter nondum plene capit aut capitur? Numquid divina deſperanda eſt gratia? quin tempore accepto et capiat et capiatur? numquid abbreviata eſt manus Domini, ut ſalvare nequeat? aut auris ejus aggravata, ut non exaudiat? currens ille ſermo velociter; potenter cum vult immutat omnia, et dat ſanctorum precibus etiam inſperata. Sanguis regius tunc ſcit demum vinci, cum vicerit. Nec erubeſcit cedere, cum ſuperaverit. Manſuetudine leniendus eſt, monitis et patientia ſuperandus. Quid enim ſi jacturam quandam temporalium infert, vel exhibita, vel in tempus exhibenda adhuc etiam patientia? Numquid non ſeveritati retrahendum eſt, cum ſtrages imminet populorum? Numquid non in mare multa jactanda ſunt, cum jam ſpondet interitum confuſio tetra maris et fluctuum? Inſipienter attamen in charitate non ficta loquimur. Si hic rei finis extiterit, ut amiſſis ſuis dominus Cantuarienſis exilium juge ſuſtineat, et veſtris, quod abſit, mandatis ulterius Anglia non obediat, fuiſſet ſatius patienter in tempus ſuſtinuiſſe, quam tanto zelo ſeveritatis partibus inſtitiſſe. Quid enim ſi plures e nobis ab obedientia veſtra perſecutio ſeparare non poſſit? Non deerit tamen, qui genu curvet ad Baal, et de manu idoli pallium Cantuariae, non habito religionis et juſtitiae delectu, ſuſcipiat. Nec deerunt, qui ſedes noſtras occupantes, et cathedras inſidentes, ipſi tota mentis devotione obediant. Jam multi praemaſticant ad talia, optantes ut veniant ſcandala, et directa ponantur in prava. Unde non propria, pater, plangimus aut ploramus incommoda; ſed niſi his malis occurreritis, foedam eccleſiae Dei ſubverſionem imminere cernentes, pertimeſcimus, ne citius ob vitae taedium optemus periſſe diem, qua ad ſpectacula hujuſmodi nati ſumus. Conſervet incolumitatem veſtram in tempora longa omnipotens Deus, in Chriſto dilecte pater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 8.	THOM. BECKET 5.	11[illegible]	HENRIC. II. 1[illegible]

Epiſtola beati Thomae ad regem Henricum. Ex R. Hoveden in ann.

REVERENDISSIMO domino ſuo Henrico, Dei gratia illuſtri Anglorum regi, duci Normannorum et Aquitanorum, et comiti Andegavorum, Thomas, eadem gratia Cantuarienſis eccleſiae humilis miniſter, ſalutem, et utinam per omnia benefacere. Loqui de Deo liberae et quietae mentis eſt valde. Inde eſt, quod loquor ad dominum meum, et utinam ad omnes pacifice. Obſecro, mi domine, ut ſufferatis cum animi patientia modicum quid commonitionis, conferentis per gratiam Dei, quae nunquam vacuata eſt, ad animae veſtrae ſalutem, et meae liberationem. Anguſtiae mihi ſunt undique: tribulatio enim et anguſtiae invenerunt me, inter duo graviſſima et timenda conſtitutum: et inter duo conſtituta graviſſima, timendum ſilentium, loquor, et commonitionem. Si autem ſiluero, mors mihi eſt, nec effugiam manus Domini dicentis: "Si non annunciaveris delinquenti peccatum ſuum, et moriatur in peccato ſuo, ſanguinem ejus de manu tua requiram." Si commonuero, timeo, ne non effugiam domini mei, quod abſit, indignationem. Nec accidat mihi, quod ſapiens ille dixit: "Cum is, qui non placet, ad intercedendum vel commovendum accedit vel mittit, verendum eſt, ne irati animus ad deteriora provocetur." Quid ergo faciam? loquar, an ſileam? Utrobique certe periculum. Veruntamen quoniam tutius eſt incidere in hominis indignationem, quam in manus Dei viventis,

ventis, confiſus de miſericordia altiſſimi, in cujus manu ſunt corda regum, et quo voluerit inclinabit ea (et utinam in partem meliorem) loquar ad dominum meum, quia ſemel coepi. Multoties enim bona parantur invitis, maxime cum eorum potius ſaluti conſulitur, quam voluntati. In terra veſtra captiva tenetur filia Syon, ſponſa regis magni oppreſſa a multis, afflicta ab his, qui a tempore longo oderunt eam, et a quibus potius honoranda eſſet, quam affligenda, maxime a vobis. Habita igitur vobiſcum recordatione beneficiorum ſingulorum, quae vobis contulit Deus in initio regni veſtri, in medio, et fere uſque modo; ſolvite eam, et permittite conregnare ſponſo ſuo, ut benefaciat vobis Deus, et incipiat ſtatim convaleſcere regnum veſtrum, et auferatur opprobrium de generatione veſtra, fiatque ſumma pax in diebus veſtris. Credite mihi (dilectiſſime domine, ſereniſſime princeps) patiens enim retributor eſt Dominus: longanimis expectator: ſed ultor graviſſimus. Audite me, et benefacite. Sin autem, verendum eſt, quod abſit, ne accingatur gladio ſuo ſuper femur ſuum potentiſſimus, et veniat in manu valida cum malitia multa liberare ſponſam ſuam, non ſine grandi plaga de oppreſſione et ſervitute tribulantis. Si vero me audieritis, quoniam neceſſe habet Dominus in hoc inſtanti obſequium veſtrum experiri, tanquam ſtrenui militis ſui, benefaciet vobis Deus, et addet gloriam gloriae veſtrae in progeniem filiorum et filiarum veſtrarum, uſque in tempora longa. Alioquin, vereor (quod tibi Deus avertat) ne non deficiat gladius de domo veſtra, donec veniat, qui ulciſcatur de plano ſuam et ſuorum injuriam, altiſſimus. Sicut nec de domo Salomomonis a quo, licet eum Deus elegiſſet, et contuliſſet ei tantam ſapientiam et pacem, ut diceretur ab omnibus, hic eſt filius ſapientiae et pacis. Et quoniam receſſit a via Dei, et ambulavit in iniquitate ſuper iniquitatem, ſcidit Deus regnum ſuum, et dedit illud ſervo ſuo; maxime quia non quaeſivit ſubito poſt delictum placare Dominum; ſicut et David pater ſuus, qui ſtatim poſt offenſam humiliavit ſe Domino, emendavit culpam, petivit miſericordiam, et obtinuit veniam. Utinam et vos cum Dei gratia ſimiliter faciatis. Haec vobis ad praeſens ſcribo, caetera in ore latoris praeſentium, viri religioſi, et magnae opinionis, fidelis etiam (ut credimus) veſtri, poſuimus. Quibus, quaeſo, ſi placet, fideliter credatis: potius tamen deſidero cum gratia veſtra benigno veſtro uti colloquio. Bene valeat ſemel et ſemper dominus meus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
Alexand. III. 9.	Thom. Becket 5.	1167.	Henric. II. 13.

Bulla Alexandri III. *Thomae, Cant. archiepiſcopo, primatum concedens.* Ex reg. Cant. A. fol. 12. a.

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Thomae, Cant. archiepiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. In apoſtolicae ſedis adminiſtratione, licet indigni, diſponente Deo, conſtituti, fratribus noſtris epiſcopis tam vicinis, quam longe poſitis paterna nos convenit proviſione conſulere, et eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam conſervare. Aequum namque et rationabile eſt, ut quemadmodum patres vocamur in nomine, ita nihilominus in opere comprobemur. Hoc nimirum charitatis intuitu, frater in Chriſto chariſſime, Thoma archiepiſcope, de fratrum noſtrorum conſilio, tuis juſtis petitionibus debita benignitate duximus annuendum, atque praedeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Paſchalis et Eugenii, Romanorum pontificum, veſtigiis inhaerentes, tam tibi quam tuis legitimis ſucceſſoribus Cant. eccleſiae primatum ita plenum concedimus, ſicut a Lanfranco, et Anſelmo, aliiſque ipſorum praedeceſſoribus conſtat fuiſſe poſſeſſum; quicquid etiam dignitatis ſeu poteſtatis eidem ſanctae Cantuarienſi ſeu Dorobernenſi eccleſiae pertinere cognoſcitur, praeſentis ſcripti pagina confirmamus, ſicut a temporibus beati Auguſtini praedeceſſores tuos habuiſſe apoſtolicae ſedis auctoritate conſtat: ſalva ejuſdem ſedis apoſtolicae auctoritate. Si qua igitur infuturum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtrae confirmationis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus indignationem incurrat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Amen, Amen.

✠ Ego Alexander, catholicae eccleſiae epiſcopus.

✠ Ego Hubaldus, preſbyter card. tit. Sanctae Crucis in Jeruſalem.

✠ Ego Johannes, preſbyter car. SS. Joh. et Pauli tit. Pamachii.

✠ Ego Henricus, preſbyter card. tit. ſanctorum Nerei et Achillei.

✠ Ego Boſo, preſbyter card. ſanctae Lotimanae tit. Laſtoris.

✠ Ego Theodorus, ſanctae Romanae eccleſiae preſbyter card.

✠ Ego Preſbyter cardinalis tit. ſanctae Saumae.

✠ Ego Bernardus, Portuenſis ſanctae Rufinae epiſcopus.

✠ Ego Gualterius, Albanenſis epiſcopus.

✠ Ego Hugo, Tuſculanus epiſcopus.

✠ Ego Conradus, Moguntinae ſedis archiepiſcopus et Sabinenſis epiſcopus card.

✠ Ego Jacincinctus, diac. card. ſanctae Mariae in Coſmydyn.

✠ Ego Odo, diaconus card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

✠ Ego Ardicio, diac. card. S. Theodori.

✠ Ego Cinthyus, diac. card. S. Adriani.

✠ Ego

✠ Ego Manfredus, diac. card. S. Georgii ad velum aureum.

✠ Ego Hugo, diac. card. S. Euſtachii juxta templum Agrippae.

✠ Ego Vitellus, diac. card. SS. Sergii et Bachi.

✠ Ego Petrus, diac. card. ſanctae Mariae in Aquario.

✠ Ego Jer. diac. card. ſanctae Mariae novae.

Dat. Lateran. per manum Hermanni, tit. ſanctae Suſannae preſb. card. 6. id. April. indict. xiv. incarnat. dominicae MCLXVII. pontificatus dom. Alex. papae III. anno viii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
ALEXAND III 9.	THOM. BECKET 6.	1167.	HENRIC II 14

Epiſtola beati Thomae ad Robertum, Herefordenſem epiſcopum. Ex R. Hoveden in ann.

THOMAS, Dei gratia Cantuarienſis eccleſiae miniſter humilis, venerabili fratri Roberto, eadem gratia Herefordenſi epiſcopo, ſalutem, et per omnia benefacere. Si literae noſtrae fraternitatis tuae excitavere ſolicitudinem, utinam non affectu deſidem reperiſſem, nec circa officii ſuſcepti debitum effectu minus vigilem. Elegi abjectus eſſe et anathema pro omnibus vobis, opprobrium hominum, et abjectio plebis, ne viderem mala ſanctorum, et diſſimularem injuriam gentis noſtrae; expectans ſi quis forte ex omnibus vobis zelans legem Dei, et eccleſiae libertatem affectans, exiret poſt me, et veniret poſt me, ut non daremus cornua peccatoribus. Et ecce tu, quem credebam mihi a Domino datum eſſe, ut mecum aedificares, evelleres, et plantares, propinas mihi ſtimulum in ruinam, ſolatium in deſperationem, praedicans humiliationem, immo dejectionem, annuncians bonum, cum undique ſit turbatio in perniciem Dei et clericorum: et cum deberes animi vacillantis firmare conſtantiam, ſuſtinere mecum congreſſum ad defendendum patrimonium crucifixi, ad reprimendos et expugnandos hoſtes eccleſiae, inſtillare auribus meis, inſpirare animo meo, ut obſecrarem inſtantius, arguerem arctius, increparem durius. Quodſi me non audirent, exclamare certe debueras contra me. Exurge, quare obdormis? exere gladium S. Petri; vindica ſanguinem ſervorum Chriſti, qui effuſus eſt; injurias eccleſiae, quae in nobis et noſtris fiunt tota die. Exciditne e memoria tua, quantis ſim injuriis afflictus, quibus affectus contumeliis, cum in perſona mea contra omnem auctoritatem, et contra omnem juris formam, utrum judicaretur Chriſtus ante tribunal praeſidis? non revoco certe ad animum propriae perſonae injuriam etſi eccleſiae. Attende diligentius, altius in corde tuo repone, quid ageretur ante exitum meum, quid in exitu, quid poſtea, quid etiam agatur ſingulis diebus in terra illa circa eccleſiam Dei, et ejus miniſtros. Qua animi conſcientia iſta diſſimulare potes tu, de quo ſperabatur, quod eſſes redempturus Iſrael, liberaturus a ſervitute eccleſiam? et nunc quia tanto tempore tacuiſti, doleo ſemper te, fili mi progenite, et timeo ne ſuccedat tibi, qui tollat progenita tua, et auferat benedictionem primogeniti, quod abſit, a te. Veruntamen etſi hactenus tacuiſti, reſume vires, fili chariſſime, clama, ne ceſſes, exalta vocem tuam contra eos, immitte eis timorem, incute contritionem, excute ſatisfactionem, ne ira Dei deſcendat ſuper eos, et tota gens pereat, vel, quod abſit, majores in gente. Ultio enim divina jam in januis eſt. Haec tibi ſcribo, non ad confuſionem tuam, ſed ad cautelam; ut fultus auctoritate Dei et noſtra, de caetero valeas et velis neceſſitates officii tui fortius et validius exercere. Hoc unum in ſumma te volo ſcire: per miſericordiam Dei non extorquebitur a me eccleſiae confuſio. Praeterea gratias tibi ago, quod vel nunc viſitaſti me, et ſolatio tuo confortaſti. Quid plura? unum eſt, quod ſine multa animi mei amaritudine ſuſtinere non valeo. Fleo equidem ſuper dilectiſſimo domino meo rege. Timor enim et tremor venerunt ſuper me, et contexerunt me tenebrae, eo quod videam domino meo regi tribulationem et anguſtiam imminere. Nec mirum. Commovit enim eccleſiam Dei, et conturbavit eam; oſtendens clero ſuo dura, et potans eam vino moeroris. Propterea dicit ei Dominus: Ubi ſunt nunc ſapientes conſiliarii tui, qui dederunt tibi conſilium inſipiens, qui dicebant, filius ſapientum tu es, filius regum antiquorum, quorum conſuetudines obſervandae in Anglia: quas qui non obſervaverit, non eſt amicus Caeſaris, hoſtis eſt coronae, reus judicio? Sed certe magis eſt amicus crucis Chriſti, quoniam vae his, qui condunt leges iniquas, et ſcribentes ſcripſerunt injuſtitias, ut opprimerent pauperes in judicio, et vim facerent cauſae humilium populi mei; ut eſſent eccleſiae et viduae praeda eorum, et clericorum aliquorum diriperent bona. Quid facient in die viſitationis, et calamitatis de longe venientis? ad cujus confugient auxilium, et derelinquent glorias ſuas, ne incurventur ſub judicio, et cadant cum interfectis? ubi ſunt nunc ſapientes ejus? procedant, annuncient ei, et dicant, quid cogitaverit Dominus exercituum ſuper Angliam? Stulti facti ſunt ſapientes ejus, et emarcuerunt principes ejus, deceperunt Angliam angulum populorum; Dominus immiſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis. Errare fecerunt Angliam in opere ſuo, ſicut errat ebrius vomens, tremenſque, et non erit Angliae opus. Quid faciat caput aut caudam, quia comederunt Jacob, et locum ejus deſolaverunt, et dixerunt, haereditate poſſideamus ſanctuarium Dei, exprobrando ſacerdotibus, et eorum principibus, dicentes: quo confugietis e manibus noſtris? aut in quo eſt vobis fiducia? Quare receſſiſtis, et obſtitiſtis praeceptis meis? O quam inanes cogitationes iſtae! quam peſſimae operationes in conſpectu D[illegible]

vanae ſunt! Ipſe enim irridebit ſic cogitantem, ſic operantem proſpiciens, quod prope veniat dies ejus, et jam in januis ſit, et dicet: Ecce homines, qui non poſuerunt Deum adjutorem ſuum, ſed ſperaverunt in multitudine divitiarum ſuarum, et praevaluerunt in vanitate ſua. Sed fruſtra haec faciunt: non relinquet Dominus eccleſiam ſuam, nec clerum ſuum ſine defenſore, ſine ultione graviſſima. Fundata eſt enim ſupra firmam petram; petra autem ipſe eſt Chriſtus, qui eam proprio ſanguine ſuo fundavit. Certe ſi iſta non emendaverint, non ferent ea impune, quoniam conculcaverunt ſancta ſanctorum, domum Dei, ſacerdotes ejus injuriis afficiendo, verbiſque probroſis. Hi ſunt, quibus Dominus ipſe ait: "Dixi dii eſtis, et filii excelſi omnes." Et alibi: "Qui vos odit, me odit, et qui vos ſpernit, me ſpernit: et qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei." Revertantur ad cor: abjiciant mala iſta a ſe: agant poenitentiam cum ſumma humilitate. Alioquin verendum eſt, ne Dominus noſter cito, quod abſit, veniat; adducens ſuper eos, et terram eorum grandem tribulationem, et ultionem retributionis graviſſimam. Ecce veniet Dominus noſter, et non tardabit; et ipſe ſalvabit nos, quoniam nunquam derelinquet ſperantes in ſe. Propheta enim dicit: "Spera in Domino, et fac bonitatem, et paſceris in divitiis ejus." Et alibi: "Expecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et ſuſtine Dominum, citoque liberaberis a laqueo venantium, et a verbo aſpero." Et ut caetera omnia debito fine concludam, quoniam oſtendit nobis Dominus, quae et quanta oporteat nos pati pro nomine ſuo, et pro defenſione ſuae eccleſiae, neceſſe habemus, ut ores tu, et tota eccleſia tibi commiſſa inſtanter pro nobis; ut quod noſtris meritis non valemus, tua et ſanctorum virorum interceſſione, qui in ditione tua ſunt, ſuſtinere valeamus, et ob id gratiam ſempiternam conſequi mereamur. Vale, et confortare; valeat et tota Anglicana eccleſia, et confortetur in Domino; ut et nos bene valeamus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 9.	THOM. BECKET 6.	1167.	HENRIC. II. 14.

Epiſtola beati Thomae, *Cantuar. archiepiſcopi*, *ad Alexandrum* III. *papam.* Ex R. Hoveden in ann.

AMANTISSIMO patri et domino Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Thomas, Cantuarienſis eccleſiae humilis miniſter, debitam et devotam obedientiam. Satis ſuperque ſatis ſuſtinui, pater amantiſſime, correctionem regis Angliae, expectans, nec ullum omnino patientiae meae fructum obtinui; quin potius detrimentum, et exterminium auctoritatis, et libertatis eccleſiae Dei, dum incaute ſuſtineo, cumulavi. Conveni eum multoties per nuncios religioſos et idoneos, et ad debitam ſatisfactionem frequenter invitavi; literis etiam, quarum tranſcripta vobis miſi, divinam ei ſeveritatem, et ultionem, niſi reſipiſceret, intimavi: ipſe vero magis ac magis procedit in deterius, conculcans, et deprimens eccleſiam Dei; ſic et perſonam meam, et eos, qui mecum exulant, adeo perſequens, ut etiam beneficia ſervorum Dei, qui nobis Dei et veſtri cauſa victualia provident, minis et terroribus ſuis auferre conetur. Scripſit enim abbati Ciſtercienſi, quod ſicut abbatias ordinis, quae in ipſius poteſtate ſunt, diligit; ita nos a beneficio, et familiaritate ordinis faciat alienos. Quid multis? eouſque ſub patientia noſtra, tam ipſius regis, quam officialium ſuorum profecit duritia, ut ſi multitudo virorum, quantumlibet religioſorum, rem vobis, ut eſt, interpoſitis etiam juramentis, aſſereret, miror ſi vel ſic eorum aſſertioni credulitatem aliquam veſtra ſanctitas adhiberet. Haec igitur cum anxietate mentis attendens, et periculum tam regis, quam veſtrum conſiderans, pernicioſas illas, non tam conſuetudines, quam perverſitates, vel pravitates, quibus perturbatur, et confunditur Anglicana eccleſia, ſcriptum, et auctoritatem ſcripti, quo fuerant confirmatae, publice condemnavi; tam obſervatores quam exactores, et patronos earum, fautores etiam, et conſiliarios, ſeu adjutores, quicunque fuerint, ſive clerici, ſive laici, generaliter excommunicans; et epiſcopos noſtros a juramento, quo ad earum obſervantiam violenter aſtricti fuerant, abſolvens. Sunt autem haec, quae in ſcripto illo ſpecialiter condemnavi: "Quod non appelletur ad ſedem apoſtolicam qualicunque de cauſa abſque aſſenſu regis. Quod non liceat epiſcopo coercere aliquem de perjurio, vel fide laeſa. Quod non liceat epiſcopo excommunicare aliquem, qui tenet aliquid de rege in capite, vel terram ejus, vel officialium ſuorum ſub interdicto ponere abſque licentia regis. Quod clerici vel viri religioſi trahantur ad ſecularia judicia. Quod laici, ſive rex, ſive alii tractent cauſas de eccleſiis vel decimis. Quod non liceat archiepiſcopo, vel epiſcopo exire de regno, et venire ad vocationem domini papae ſine licentia regis; et alia in hunc modum." Nominatim autem excommunicavi Johannem de Oxenforde, qui communicavit ſchiſmatico et excommunicato illi Reginaldo Colonienſi; quique contra mandatum domini papae et noſtrum, uſurpavit ſibi decanatum Saleſburienſis eccleſiae, et in curia imperatoris pro ſchiſmate renovando, praeſtitit juramentum. Similiter et Richardum de Iveceſtre denunciavimus et excommunicavimus, eo quod inciderit in eandem haereſim damnatam, communicando famoſiſſimo illi ſchiſmatico Colonienſi; machinando, et fabricando omnia mala cum ſchiſmaticis et Teutonicis illis, in perniciem eccleſiae Dei, maxime eccleſiae Romanae, ex pactis contractis inter regem Angliae et ipſos, et Richardum de Luci, et Jocelinum de Balliol, qui regiae tyrannidis fautores, et haereticarum pravitatum illarum fabricatores extiterunt. Ranulfum

nulſum etiam de Broc, et Hugonem de Sancto Claro, et Thomam, filium Bernardi, qui poſſeſſiones et bona eccleſiae Cantuariae, abſque licentia et conſenſu noſtro, ſibi uſurpaverunt. Excommunicavimus etiam omnes, qui in poſſeſſiones et bona eccleſiae Cantuariae manus contra voluntatem et aſſenſum noſtrum extendunt. Ipſum tamen regem nondum perſonaliter excommunicavimus, adhuc expectantes correctionem ejus; quem tamen excommunicare non differemus, niſi celerit[illegible] ſipuerit, et ex [illegible], quae fecerit, apprehenderit diſciplinam. Ut ergo, beatiſſime pater, apoſtolicae ſedis auctoritas, et eccleſiae Dei libertas, quae in partibus noſtris tota fere deperiit, utcunque valeat inſtaurari; neceſſe eſt, et modis omnibus expedit, ut quod a nobis geſtum eſt, ratum omnimodis habeatis, et literis veſtris confirmetis. Valeat, et vigeat ſanctitas veſtra.

[illegible] Alexandri III 9. | [illegible] Thomae Becket [illegible] | [illegible] 116[illegible]. | Henric. II. 14.

Epiſtola Alexandri papae III. *ad Henricum* II. *regem Angliae.* Ex R. Hoveden in ann.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Henrico, illuſtri Anglorum regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quam paterne, et quam benigne regiam ſaepius excellentiam convenerimus, et per literas, et nuncios frequentius exhortati fuerimus, ut venerabilem fratrem noſtrum Thomam, Cantuarienſem archiepiſcopum, tibi reconciliare deberes, et ſibi, ac ſuis eccleſias cum caeteris ablatis reſtituere, ſublimitatis tuae prudentia nequaquam ignorat, cum id toti fere chriſtianitati publicum et manifeſtum exiſtat. Unde quoniam in hoc hucuſque proficere minime potuimus, nec animi tui motum blandis et lenibus emollire, triſtes et dolentes efficimur. Et nos ſpe ac fiducia noſtra fruſtrati ſumus, et dolemus, praeſertim cum te, ſicut chariſſimum filium, ſincerius in Domino diligamus; cui in hoc grave periculum imminere videmus. Et quoniam ſcriptum eſt: " Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, et annuncia populo meo ſcelera eorum;" et alibi: " Niſi annunciaveris impio impietatem ſuam, ſanguinem ipſius de manu tua requiram;" et alias, per Jeremiam: " Piger homo ſtercore boum lapidari jubetur;" duritiam tuam, ſicut hactenus, contra juſtitiam et ſalutem noſtram, non duximus ulterius ſupportandam; nec praefato archiepiſcopo os de caetero aliqua ratione claudemus, quin officii ſui debitum libere proſequatur, et ſuam et eccleſiae ſuae injuriam eccleſiaſticae ſeveritatis gladio ulciſcatur. Quae autem in literis iſtis, tam de his, quam de aliis minus continentur, dilecti filii noſtri prior de Monte Dei, et frater Bernardus de Corilo, viri ſiquidem plus Deum, quam homines reverentes, ſerenitati tuae latius viva voce proponent. Quorum admonitioni ille, cui ſervire regnare eſt, et in cujus manu corda regum conſiſtunt, animum et voluntatem tuam inclinet, ut potius flecti velis, quam contra Deum et ſalutem tuam in tantae obſtinationis propoſito diutius permanere. Quodſi nos in illis nec ſic audire volueris, ea, quae tibi ex parte noſtra propoſuerint, proculdubio ventura poteris [illegible] divinam ultionem in proximo timere.

Epiſtola ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiae ad beatum Thomam, Cantuarienſem archiepiſcopum. Ex R. Hoveden in ann. collat. cum MS. Cott. Fauſt. B. 1. fol. 7.

VENERABILI patri et domino Thomae, Dei gratia Cantuarienſi archiepiſcopo, ſuffraganei ejuſdem eccleſiae epiſcopi et perſonae per eorundem dioeceſes locis variis conſtitutae, debitam ſubjectionem et obedientiam. Quae, veſtro, pater, [a] diſceſſu in longinqua inopinata rei ipſius novitate turbata ſunt, veſtra ſperabamus humilitate et prudentia in pacis priſtinae ſerenitatem, cooperante gratia, revocari. Erat quidem nobis ſolatio, quod poſt diſceſſum veſtrum, ad omnes [b] fama divulgante pervenit, vos ſcilicet in tranſmarinis agentem, nil altum ſapere; vos in dominum noſtrum regem, aut regnum ejus nulla machinatione inſurgere, ſed ſponte ſuſceptum paupertatis onus cum modeſtia ſuſtinere; lectioni et orationi inſiſtere; praeteritorumque jacturam temporum jejuniis, vigiliis, lachrymiſque redimere, et ſpiritualibus occupatum ſt diis ad perfectum beatitudinis virtutum incrementis aſcendere. Ad pacis bona reformanda vos ſtudiis hujuſmodi gaudebamus inſiſtere; ex quibus ſpes erat, vos in cor domini regis noſtri hanc poſſe gratiam deſuper evocare, ut vobis iram [ſuam [c]] regia pietate remitteret, et illatas in diſceſſu et ex diſceſſu veſtro injurias, ad cor de caetero non revocaret. Erat amicis veſtris et benevolis ad ipſum aliquis acceſſus, dum haec de vobis audirentur, et ob conciliandam vobis gratiam ſupplicantes benigne quandoque ſuſtinuit. Jam vero quorundam relatione didicimus, quod ad memoriam anxie revocamus, vos ſcilicet in eum comminatorium emiſiſſe, quo ſalutationem omittitis, quo non ad obtentum gratiae conſilium precive porrigitis, quo non amicum quid ſentitis aut ſcribitis, ſed intentatis minis interdictum aut praeciſionis elogium in eum jam dicendum fore, multa ſeveritate proponitis. Quod ſi quam dure dictum eſt, tam [d] fuerit ſevere completum,

[a] *In longinquo diſceſſu.* C. [b] [illegible] C. [c] deeſt C. [d] *fore.* C.

4

quae turbata ſunt non jam ſperamus ad pacem redigi, ſed in perenne quoddam odium, et inexorabile pertimeſcimus inflammari. Rerum vero finem prudentia ſancta conſideret, dans operam ſolicite, ut quod prudenter inchoat, bono quoque fine concludat. Advertat itaque, ſi placet, diſcretio veſtra, quo tendat, an conatibus hujuſmodi finem queat obtinere, quem optat. Nos quidem his auſis a ſpe magna cecidimus, et qui pacis obtinendae ſpem quandoque concepimus, ab ipſis jam ſpei liminibus gravi quadam deſperatione repellimur. Et dum velut extracto gladio pugna conſeritur, pro vobis ſupplicandi locus utique non invenitur. Unde patri ſcribimus ex charitate conſilium, ne labores laboribus, injurias ſuperaddat injuriis; ſed omiſſis minis, patientiae, et humilitati inſerviat. Cauſam ſuam divinae clementiae, dominique ſui gratiae[e] et miſericordiae committat, et ſic agendo carbones ignis in multorum capita coacervat et congregat. Accenderetur hoc modo charitas, et quod minae non poterant, inſpirante Domino, bonorumque conſilio ſuadente, ſola fortaſſe pietas obtineret. Bonum erat de paupertate voluntaria glorioſe laudari, quam de beneficii ingratitudine ab omnibus in commune notari. Inſedit alte cunctorum mentibus, quam benignus dominus noſter rex vobis extiterit, in quam vos gloriam ab exili provexerit, et in familiarem gratiam tam [f] laeta vos mente ſuſceperit, ut dominationis ſuae loca, quae a boreali oceano Pyreneum uſque porrecta ſunt, adeo poteſtati veſtrae cuncta ſubjecerit, ut in his ſolum hos beatos reputaret opinio, qui in veſtris oculis poterant complacere. Et ne veſtram gloriam mobilitas poſſet mundana concutere, vos in his, quae Dei ſunt, voluit immobiliter radicare. Et diſſuadente matre ſua, regno reclamante, eccleſia Dei, quoad licuit, ſuſpirante, et ingemiſcente, vos in eam, qua praeeſtis, dignitatem modis omnibus ſtuduit ſublimare, ſperans ſe de caetero regnare feliciter, et ope veſtra et conſilio ſumma ſecuritate gaudere. Si ergo ſecurim accipit, unde ſecuritatem ſperabat, quae de vobis erit in cunctorum ore narratio? Quae retributionis hactenus inauditae[g] remuneratio vel rememoratio? parcatis ergo, ſi placet, famae veſtrae; parcatis et gloriae, et humilitate dominum [h] noſtrum, filiumque veſtrum charitate vincere ſtudeatis. Ad quod ſi noſtra vos monita movere nequeunt, debet ſaltem ſummi pontificis, ſanctaeque Romanae eccleſiae dilectio et fidelitas inclinare. Vobis enim ſuaderi debet e facili, ne quid attentare velitis, quod laboranti jamdiu matri veſtrae, labores augeat; quove multorum inobedientiam deploranti, in eorum qui obediunt amiſſione dolor accreſcat. Quid enim ſi veſtra, quod abſit, exacerbatione, vel opera dominus noſter, quem, largiente Domino, populi ſequuntur et regna, a domino papa receſſerit? Ipſumque[i] fortaſſis adverſum vos ſolatia denegantem, ſequi de caetero declinaverit? Ipſum namque in hoc, quae ſupplicationes, quae dona, quot, quantave promiſſa ſolicitant? In [k] petra cum hucuſque firmus perſtitit, et totum, quod mundus offerre poteſt, victor alta mente calcavit. Unum [l] nobis timori eſt, ut quem oblatae divitiae, et totum, quod in hominum gloria pretioſum eſt, flectere nequiverunt, animi ſui valeat indignatio ſola ſubvertere. Quod ſi per vos acciderit, in Threnos Jeremiae totus ire poteritis, et lachrymarum fontem oculis veſtris de caetero negare nulla quidem ratione poteritis. Revocetis itaque, ſi placet ſublimitati veſtrae, conſilium, domino quidem papae, ſanctaeque Romanae eccleſiae, vobis etiam, ſi placet, advertere, modis omnibus, ſi proceſſerit, obfuturum. Sed qui penes vos alta ſapiunt, vos forte hac via progredi non permittunt. [m] Hortantur experiri in dominum noſtrum regem, quis ſitis, et in omnia, quae ſua ſunt, poteſtatem exercere, qua [n] praeeſtis. Quae nimirum poteſtas peccanti timenda eſt, ſatisfacere nolenti formidanda. Dominum vero regem non quidem peccaſſe nunquam dicimus, ſed ſemper Domino paratum ſatisfacere confidenter dicimus, et praedicamus. Rex a Domino conſtitutus, paci providet ſubjectorum per omnia, ut hanc conſervet eccleſiis et commiſſis ſibi populis, dignitates regibus ante ſe debitas et exhibitas ſibi vult exhiberi, et exigit. In quo ſi inter ipſum et vos aliqua oborta eſt contentio, a ſummo ſuper hoc pontifice paterna gratia per venerabiles fratres noſtros Londonienſem et Herefordenſem epiſcopos conventus et commonitus, non in caelum os ſuum poſuit, ſed de omnibus, in quibus vel eccleſia vel eccleſiaſtica perſona quaecunque ſe gravatam oſtenderet, ſe non alienum quaerere, ſed eccleſiae regni ſui pariturum judicio humiliter et manſuete reſpondit. Quod quidem et factis implere paratus eſt, et dulce reputat obſequium, cum monetur, ut corrigat [o] ſi quid offenderit in Deum. Nec ſolum ſatisfacere, ſed et ſi jus exigat in hoc ſatis dare paratus eſt. Si [p] et ſatis dare ſatiſque facere volentem eccleſiae ſe judicio in his, quae eccleſiae ſunt nec in modico ſubtrahentem, colla Chriſti jugo ſubdentem, quo jure, qua lege, quove canone, aut interdicto gravabitis, aut ſecuri, quod abſit, evangelica praecidetis? Non impetu quidem ferri, ſed judicio prudenter regi laudabile eſt. Unde noſtrum omnium una eſt in commune petitio; ne conſilio praecipiti mactare pergatis, et [q] prodere. Sed commiſſis ovibus, ut vitam, ut pacem, ut ſecuritatem habeant, paterna ſtudeatis gratia providere. Movet quidem nos omnes, quod in fratrem noſtrum [[r] dominum] Saleſburienſem epiſcopum, et decanum ejus praepoſtere, ut quidam aeſtimant, nuper actum audivimus. In quos ſuſpenſionis, aut damnationis poenam ante motam de culpa controverſiam, calorem, ut videtur, iracundiae, pluſquam juſtitiae ſecuti tramitem, intorſiſtis. Ordo judiciorum novus hic eſt, hucuſque legibus et canonibus, ut ſperamus, incognitus, damnare primum, et de culpa poſtremo cognoſcere. Quem ne in dominum noſtrum

[e] *gratiae miſericordi.* C. [f] *lata.* C. [g] *remuneratio vel.* C. deeſt. [h] *noſtrum.* C. deeſt. [i] *ſibi.* C. addit.
[k] *petra tamen firmius perſtitit.* C. [l] *ergo.* C. addit. [m] *Exhortantur.* C. [n] *petiſtis.* C. [o] *ſiquidem.* C. [p] *igitur.* C.
[q] *perdere.* C. [r] deeſt C.

ſtrum

4

ſtrum regem, et regnum ejus, nec in nos, et commiſſas nobis eccleſias et parochias, in domini papae damnum, ſanctaeque eccleſiae Romanae dedecus et detrimentum, veſtraeque confuſionis augmentum non modicum exercere tentetis et extendere, remedium vobis appellationis opponimus, et qui contra metum gravaminum, in facie eccleſiae, viva jamdudum voce ad dominum papam appellavimus, iterato jam nunc ad ipſum ſcripto, etiam appellamus, et appellationi terminum diem Aſcenſionis dominicae deſignamus. Quanta quidem poſſumus devotione ſupplicantes, ut inito ſalubriori conſilio, veſtris, ac noſtris laboribus, expenſiſque parcatis, curamque veſtram, in hoc ut remedium [t] habere queat, ponere ſtudeatis. Valere vos optamus in Domino, pater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
ALEXAND. III. 9.	THOM. BECKET 6.	1167.	HENRIC. II. 14.

Epiſtola beati Thomae archiepiſcopi ad Gillebertum, Londonienſem epiſcopum.
Ex R. Hoveden. in ann. collat. cum MS. Cott. Fauſt. B. 1. fol. 8.

THOMAS, Cantuarienſis, eccleſiae humilis miniſter, Gilleberto, epiſcopo Londonienſi, quod ſemel, hoc iterum, ſic tranſire per bona temporalia, ut non amittat aeterna. Mirandum et vehementer ſtupendum eſt, virum prudentem, ſacris literis eruditum, praeſertim religionem habitu praeferentem, adeo manifeſte, ne dicam irreverenter, et timore Dei poſtpoſito, adverſari veritati, juſtitiae reſiſtere, et ad omne fas nefaſque confundendum, ſtatum ſanctae eccleſiae, quam ipſe fundavit altiſſimus, velle evertere. [a] Veritas enim eſt, qui dicit, portae inferi non praevalebunt adverſus eam. Non ſani igitur capitis eſſe dignoſcitur, qui intentat ei ruinam,[b] et homini ſimilis, montem magnum fune circumligatum tentanti dejicere. Sed nunquid ira vel odio deferbui, ut exacerbatus jaculari compellar hujuſmodi verba in fratrem meum, et collegam, et coepiſcopum meum? Abſit. Sed de literis tuis, quas[c] per archidiaconum tuum deſtinatas accepi, talia collegi: neque enim de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus colligere potui. Ut[d] clareat an ita ſit, proponamus eas, et continentiam earum in lucem proferamus. Finis collatus principio, ſimilitudinem ſcorpionis conformat. Illud blandiens, ad nos ingreditur, ille pungens nos acerbe, ſilentium nobis imponere machinatur. Quid enim aliud eſt primo recognoſcere debitam nobis ſubjectionem, et ſubjectioni cohaerentem obedientiam promittere, demum ne obedire debeas, ad appellationem convolare? "Numquid apud me ſunt,[e] eſt, et non," dicit apoſtolus? ſed neque apud apoſtoli deberent eſſe diſcipulum. Neceſſario acceperunt diſcipuli a Domino poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes et ſcorpiones. Habitat[f] Ezechiel, et hodie cum ſcorpionibus. Et illud vide quo ſenſu dixeris, ad appellationis remedium confugimus. [g] Chriſti ſequelam te dicis, in hoc dicto ſecus inveniris. Omnium enim malorum noſtrorum efficax, immo efficaciſſimum remedium, commendavit nobis Chriſtus obedientiam, non ſolum verbo, ſed et evidentiſſimo exemplo, factus obediens patri ſuo uſque ad mortem; et tu qua fronte appellas remedium obedientiae impedimentum? Quod non remedium, ſed detrimentum [h] rectius habet nominari. Sed et hoc qua fiducia praeſumis? Speraſne te habiturum defenſorem ad non obediendum illi, qui vindicandi in omnem inobedientiam et officium accepit et praeceptum? Male hoc eſt ſperare de eo, et in ipſum graviter offendere. Poterat te retardare ab hujuſmodi praeſumptione, quas jam paſſus es, prima et ſecunda repulſio. Viva quippe vox tua primum, et deinde literae tuae ad perſuadendum compoſitae expertae ſunt, [i] quam firmiter ſtet, quam veraciter ſit vicarius Petri, quem non precibus, non donis, nec commonitionibus, vel promiſſis movere potuiſti. Sed tertio attentandus eſt, ut Domini ſui exemplo, tertia attentatione triumphum reportet. Porro ut nihil deeſſet gravaminis, defixiſti terminum tuae appellationi, anni fere ſpatium. Nec miſertus es noſtri exilii, vel laboris, ſanctae eccleſiae ſponſae Chriſti, quam ipſe[k] ſuo ſanguine acquiſivit, et ut haec omittam (non omittenda tamen) providere debueras, cui te ſavere dicis, domino noſtro regi, qui quamdiu ſic aget in nos, vel in eccleſiam Chriſti, nec ad bella procedere, nec in pace degere, ſine periculo animae ſuae poterit. Ad reliqua tranſeamus. Quaedam turbata eſſe commemoras in diſceſſu et ex diſceſſu noſtro. Timeant hujus perturbationis auctores et conſiliarii, ne et ipſi perturbentur. Magnis me laudibus [l] extollis, quaſi de bono principio meae peregrinationis, et quidem ſapientis eſt famam non negligere; ſed diſcreti eſt nulli magis de ſe, quam ſibi credere. De injuriis inſimulor quaſi illatis domino noſtro regi. Sed quia nullam deſignas ex nomine, nec ego ſcio, cui reſpondere debeam. Quia ergo ſuperficie tenus accuſor, ſuperficie tenus in hac parte me excuſo. Hoc tamen interim accipe reſponſum: quia nullius mihi conſcius ſum, nec propterea juſtificatus ſum. De comminatorio miraris, quod nos in eum emiſimus. Quis pater videt filium aberrare et tacet? Quis virga non percutit, ne gladium incurrat? Deſperat pater de filio, quem comminatione non corripit, vel flagello. Abſit autem, ut tecum ſentiamus, dominum noſtrum regem impatientem correptionis ad exterminationem apoſtaſiae lapſurum. Non enim patris caeleſtis plantatio eradicabitur. Navem [m] concutit ſaeviſſima tempeſtas; clavum tereo,

[t] [illegible] C. [a] MS. Cott. *Veritas eſt, quae dicit, portas inferi* [illegible] [b] [illegible] C. [illegible] C. [illegible]
[d] [illegible] C. [illegible] [e] *[illegible] eſt non* [illegible] C. [f] [illegible] C. [illegible] [g] C. [illegible] — *et in hoc* C. [h] [illegible] C. [i] *quam firmam* [illegible]
ſtet quod ſit vicarius Petri quem nec. — *commonitionibus* C. [k] [illegible] C. addit [l] *parat extollis* C. [m] [illegible] C.

teneo, et ad ſomnum me vocas? Congeris et ſtatuis ante oculos noſtros beneficia nobis a domino noſtro rege collata, et de exili commemoras ad ſumma provectum? Ut autem [huic [n]] aliquantiſper reſpondeam in inſipientia mea, tamen de qua exili putas? Si tempus, quo miniſterio ſuo me praeſtituit, reſpicias, archidiaconatus Cantuarienſis, praepoſitura Beverlaci, plurimae eccleſiae, praebendae nonnullae, alia etiam non pauca, quae nominis mei erant poſſeſſio tunc temporis, adeo tenuem, ut dicis, quantum ad ea, quae mundi ſunt, contradicunt me fuiſſe. Quodſi ad generis mei radicem, et progenitores meos intenderis, cives quidem fuerunt Londoniae, in medio concivium ſuorum habitantes, ſine querela, nec omnino infimi. Sed ut aliquando mundi tenebris ſemotis judicemur a lumine veritatis, quid glorioſius? Naſci de mediocribus vel etiam infimis, an de mundi magnatibus et honoratis? cum dicat Apoſtolus, "Inhoneſtiora corporis noſtri membra abundantiori circumdamus honore" "Stemmata quid faciunt?" ait gentilis poeta. Quid habet dicere chriſtianus epiſcopus literatus et religioſus? ſed fortaſſis de exiguitatis meae memoria, notam confuſionis mihi objicere voluiſti; confundere autem patrem quantum cedat in reatum ipſe videris, ex praecepto Domini, quod de honorando patre accepiſti. Pro gratia vero regis nobis commendanda, commemoratione beneficiorum ejus non multum fuit laborandum. Teſtem enim Dominum invoco, nihil ſub ſole me gratiae ipſius et ſaluti praeponere; tantum ſalva ſint, quae Dei ſunt et ſanctae eccleſiae. Non enim aliter feliciter regnare poterit, vel ſecure. Eſto: quia ita eſt. Multa ſunt plura, et ampliora, quam [o] tua explicat oratio, beneficia ejus erga me. Debuine pro his omnibus, vel etiam ſi centuplicarentur, eccleſiae Dei libertatem exponere? Quanto minus pro famae meae, quae ſaepius a vero deviat, conſervatione. Si [p] mitius in alios egi, in hoc nec tibi, nec alii parco, neque angelo, ſi deſcenderit de caelo, ſed ſtatim ut audivero talia commonentem, audiet ex me, "Vade retro Satana; non ſapis quae Dei ſunt." Abſit a me iſta dementia. Avertat a me Dominus amentiam iſtam, ut aliquatenus perſuadear aliquibus tergiverſationibus inire commercium de corpore Chriſti. Unde ego Judae venditori, et dominus meus Judaeis aſſimiletur emptoribus Chriſti. De promotione vero mea, quam ſcribis factam, matre domini noſtri regis diſſuadente, regno reclamante, eccleſia Dei, quoad licuit, ſuſpirante, haec tibi reſpondeo. Quod regni reclamationem non audivimus, ſed potius acclamationem; diſſuaſio vero genitricis domini regis ſi fuit, uſque ad publicum non prodiit. Potuit autem fieri, aliquas eccleſiaſticas perſonas ad eandem promotionem, ut ſolet, aſpirantes ſuſpiraſſe, cum ſe ſentirent ab ea, quam conceperant, ſpe decidere. Qui et hodie fortaſſis in ultionem ſui caſus, praeſentis diſſenſionis auctores ſunt, et conſiliarii. "Sed vae illi, per quem ſcandalum venit." Praetaxatis vero obſtaculis, et aliis, ſi qua fuerunt, divina praevaluit diſpenſatio, ut eſt hodie cernere. Exigor itaque ab eo, qui eſt ipſa juſtitia, nulli omnino eum poſtponere, qui me ſtatuit in gradu iſto ſua miſeratione. Illud etiam quod ad juſtificandum dominum regem videris propoſuiſſe, judicavi non praetereundum leviter, vel abſque diſcuſſione. Et utinam a juſtitia non diſſentiret, et noſtra adverſus eum minus juſta appareret querela. Dicis enim ipſum eſſe ad ſatisfaciendum, et ſemper fuiſſe paratum. Hoc te confidenter dicere, hoc te aſſeris praedicare. Suſtine igitur pauliſper, et ad interrogata reſponde. Illud, quod dicis, paratum eſſe ad ſatisfaciendum, quo ſenſu intelligis? Illos, quorum ſe Deus dicit patrem, et judicem, orphanos, viduas, pupillos, innocentes, et omnino hujus, quae nos movet, [q] controverſiae ignaros, vides proſcribi, et taces; clericos exterminari, et non reclamas; alios bonis ſuis ſpoliari, et contumeliis affici, et non contradicis; ſervientes meos in vincula conjici, et teneri, et obmuteſcis; matris tuae Cantuarienſis eccleſiae bona diripi, et non reſiſtis; me patrem tuum gladios cervici meae jamjam imminentes, vix evaſiſſe, et non doles. Sed, quod deterius eſt, cum perſecutoribus meis, et in me [r], Deo et eccleſiae ipſius, et hoc non in occulto, ſtare non erubeſcis. Eſtne hoc ſatisfacere, perpetrata mala non corrigere, et [[s] malis] deteriora de die in diem adjicere? Sed fortaſſis illud in contrarium intelligis, ut ſit hoc ſatisfacere, voluntati impiorum deſervire, ſecundum illud, "Inebriabo ſagittas meas ſanguine." Sed dicis mihi (pater mi) de quibus me calumniaris? Abſolvam me paucis. Tunicae meae timeo. Verum eſt (fili mi) et nimis verum, quod reſpondes, et ideo gladium non habes. Quod enim ſcribis ipſum paratum ſtare judicio regni ſui, quaſi condigna ſatisfactio ſit haec; quis eſt in terra, vel etiam in caelo, qui de divina [t] diſpenſatione praeſumat judicare? Humana judicentur: divina penitus inconcuſſa [u] remaneant, et relinquantur. Quanto melius (frater mi) illi ſalubrius, tibi ſecurius, intimare ei et perſuadere omnibus modis elaborares voluntatem Dei de conſervanda pace eccleſiae ſuae; de non appetendis his, quae conceſſa non ſunt ejus adminiſtrationi; de honorandis ſacerdotibus Dei, nec qui ſunt, attendat, ſed cujus ſervi ſunt. In Saleſburienſem epiſcopum, et Johannem Oxenefordenſem, non decanum, ut dicis, ſed decanatus invaſorem, me praejudicio abuſum calumniaris. Sed meminiſſe debuiſti quaedam manifeſta praecedere ad judicium, et motum te dicis, quidni? "Ucalegon trepidat paries cum proximus ardet." Et utinam bene movearis ab eo, in quo non bene [w] ſtetiſti. Sciat ergo et intelligat, te intimante, dominus rex, quod qui dominatur in regno hominum, ſed et angelorum, duas ſub ſe poteſtates ordinavit, principes et ſacerdotes; unam terrenam, alteram ſpiritualem; unam miniſtrantem, alteram praeeminentem; unam cui potentiam conceſſit, alteram cui reverentiam exhiberi voluit. Qui vero his vel illis de ſuo jure ſubtrahit, Dei ordinationi

[n] deeſt C. [o] *quae.* C addit. [p] *minus in aliis — alii parcam.* C. [q] *injuriae.* C. [r] *me miniſtrum Dei et eccleſiae ipſius ſaevientibus et hoc.* C. [s] deeſt C. [t] *diſpoſitione.* C. [u] *remaneant et.* C. deeſt. [w] *feciſti.* C.

reſiſtit.

reſiſtit. Non indignetur itaque dominus rex noſter deferre illis, quibus omnium ſummus deferre non dedignatur, deos appellans eos ſaepius in ſacris literis: ſic enim dicit, "Ego dixi, dii eſtis," etc. Et iterum, "Conſtitui te deum Pharaonis: et, diis non detrahes;" id eſt, ſacerdotibus. Et de eo, qui juraturus erat loquens per Moyſen, ait, "Applica illum ad deos;" id eſt, ad ſacerdotes. Nec praeſumat dominus noſter rex judices ſuos velle judicare. Terrenis enim poteſtatibus non ſunt commiſſae claves regni caelorum; ſed [x] ſacerdotibus. Inde ſcriptum eſt, "Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, et legem requirent ex ore ejus, qui angelus Domini eſt." Et Paulus etiam dicit, "Nonne angelos judicabimus? quanto magis homines?" Illud etiam, te ſuggerente, commemoretur domino noſtro regi dignum memoria, et imitatione, quod in eccleſiaſtica legimus hiſtoria de Conſtantino imperatore; cui cum oblatae fuiſſent [[y] ſcripto] accuſationes contra epiſcopos, accuſationis quidem libellos acceptos, et accuſatos convocans, in eorum conſpectu eoſdem incendit: dicens, Vos dii eſtis, a vero Deo conſtituti; ite et inter vos cauſas veſtras diſponite, [z] quia indignum eſt, ut nos homines judicemus deos. O magnum Imperatorem! O diſcrete regnantem in terra! quae aliena ſunt [[a] fraude] non uſurpantem, et regnum aeternum in caelo promerentem! Studeat itaque dominus noſter rex tantum tam diſcretum, tam felicem imitari principem; cujus et memoria laudabilis frequentatur in terris, et vita perpetua et glorioſa habetur in caelis. Alioquin timeat, quod in Deuteronomio Dominus minatus eſt, dicens, "Homo quicunque fecerit in ſuperbia, ut non exaudiat ſacerdotem, ante judicem morietur." Ad hoc enim vocatus eſt, et in hoc ipſum temporalis regni pax et magnificentia, de qua nos commones, miniſtratur ei de caelo. Alioquin non ſalvatur rex per multam virtutem [[b] ſuam] etſi ſubdantur ei [[c] regna] et inclinentur nationes. Sed haec hactenus. Quoſcunque autem praetaxatarum habuiſti conſcriptores literarum, quod tibi [d] reſponſum eſt, noverint ſibi eſſe reſponſum. De caetero, fratres, [e] commoneo vos, rogo et obſecro, ut nos non ſeparent ſchiſmata, nec obnubilent ſimultates; ſed ſit nobis in Domino cor unum, et anima una, et audiamus illum, qui dicit, pro juſtitia agonizare pro anima tua, et uſque ad mortem certa pro juſtitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Non obliviſcamur illum diſtrictum judicem, ante cujus tribunal conſtitutos ſola nos veritas judicabit, amoto timore et fiducia omnis terrenae poteſtatis. Valeat in Domino fraternitas veſtra.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	A[illegible]	Reg. Angliae.
ALEXAND. III. 10.	THOM. B[illegible] 7	1168.	H[illegible] II. 14.

Epiſtola ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiae ad Alexandrum, ſummum pontificem. Ex R. Hoveden in ann.

PATRI ſuo, et domino, ſummo pontifici Alexandro, provinciae Cantuarienſis epiſcopi, et perſonae per eorundem dioeceſes locis pluribus conſtitutae, domino patrique debitum charitatis, et obedientiae famulatum. Veſtram, pater, meminiſſe credimus excellentiam, vos devotum filium veſtrum, dominumque noſtrum chariſſimum, illuſtremque regem Anglorum, per venerabiles fratres noſtros Londonienſem, et Herefordenſem epiſcopos, directis jamdudum literis, conveniſſe, et de corrigendis quibuſdam, quae ſanctitati veſtrae, in ipſius regno corrigenda videbantur, paterna gratia commonuiſſe. Qui mandatum veſtrum debita veneratione ſuſcipiens, ut ſatis notum eſt, ad veſtra quidem mandata non iratus intumuit, non elatus obedire contempſit; verum gratias agens paternae correptioni, eccleſiae ſe ſtatim ſubmiſit examini, aſſerens de ſingulis, quae juxta veſtri formam mandati ſibi diligenter expreſſa fuerunt, eccleſiae regni ſui ſe pariturum judicio, et quae corrigenda decerneret, ipſius ſe conſilio laudabili quidem, et in principe digne commendabili devotione correcturum. Ab hoc vero non recedit propoſito, nec mentem revocat a promiſſo. Sed qui ſedeat, qui cognoſcat, et judicet, ipſe divini reverentia timoris, non majeſtatem praeferens, ſed ut filius obediens judicio ſiſtere, legitimeque parere ſententiae, ſeque legibus alligatum principem, praeſto eſt in omnibus exhibere, filius obediens. Unde nec interdicto, nec minis, nec maledictionum aculeis ad ſatisfactionem urgere neceſſe eſt divinarum ſe legum examini ſubdentem. Ejus enim opera nequaquam ſe luci ſubtrahunt, nec occultari tenebris aliqua ratione depoſcunt. Rex namque fide chriſtianiſſimus, in copula caſtimoniae conjugalis honeſtiſſimus, pacis et juſtitiae conſervator, et dilatator incomparabiliter ſtrenuiſſimus, hoc votis agit totis, in his fervet deſideriis, ut de regno ſuo tollantur ſcandala, cum ſpurcitiis ſuis eliminentur peccata, pax totum obtineat atque juſtitia, et alta ſecuritate et quiete placita ſub ipſo gaudeant et refloreant univerſa. Qui cum pacem regni ſui enormi inſolentium quorundam clericorum exceſſu non mediocriter aliquando turbari cognoſceret; clero debitam exhibens reverentiam, eorundem exceſſus ad eccleſiae judices retulit epiſcopos, ut gladius gladio ſubveniret; et pacem, quam regebat et fovebat in populo, ſpiritualis poteſtas fundaret, et ſolidaret in clero. Qua in re partis utriuſque zelus innotuit, epiſcoporum in hoc ſtante judicio, ut homicidium, et ſi quid ejuſmodi eſt, exauctoratione ſola puniretur in clero. Rege vero exiſtimante poenam hanc non condigne reſpondere flagitio, nec ſtabiliendae paci bene proſpici, ſi lector aut acolytus perimat quam praeclara ni-

[x] *ſacerdotio.* C. [y] deeſt. C. [z] *quoniam dignum non eſt* — C. [a] deeſt. C. [b] deeſt. C. [c] deeſt. C. [d] *reſponſum eſt* C. deeſt. [e] *commonefacio.* C.

tentem virum religione vel dignitate, ut ſola jam dicti ordinis amiſſione tutus exiſtat. Clero itaque ſtatuto caelitus ordini deferente, domino vero rege peccatum juſto, ſicut ſperat, odio perſequente, et pacem altius radicare intendente, ſancta quaedam oborta eſt contentio, quam excuſat (ut credimus) apud dominum ſimplex utriuſque partis intentio. Hinc non dominationis ambitu, non opprimendae eccleſiaſticae libertatis intuitu, ſed ſolidandae pacis affectu, eo progreſſus eſt, ut regni ſui conſuetudines et dignitates regias ante ſe in regno Angliae a perſonis eccleſiaſticis obſervatas, et pacifice reverenter exhibitas, dominus noſter rex deduci vellet in medium. Et ne ſuper his contentionis funis traheretur inpoſterum, notitiae publicae delegari. Adjuratis itaque per fidem, et per eam, quae in Deum ſpes eſt majoribus natu epiſcopis, aliiſque regni majoribus retroacti temporis inſinuato ſtatu, dignitates requiſitae palam prolatae ſunt, et ſummorum in regno virorum teſtimoniis propalatae. Haec eſt domini noſtri regis in eccleſiam Dei toto orbe declamata crudelitas, haec ab eo perſecutio, haec opera ejus, inter nos vel undique divulgata malignitas. In his tamen omnibus ſi quid periculoſum animae, ſi quid ignominioſum eccleſiae continetur, id veſtra monitus atque motus auctoritate, ob reverentiam Chriſti, ob eccleſiae ſanctae, quam ſibi matrem profitetur, honorificentiam, ob animae ſuae remedium, eccleſiae regni ſui conſilio ſe correcturum devotione ſanctiſſima jamdiu pollicitus eſt, et conſtantiſſime pollicetur. Et quidem pacis optatum finem noſtra, pater, ut ſperamus, obtinuiſſet jam poſtulatio, ſi non iras jam ſopitas, et fere prorſus extinctas, patris noſtri domini Cantuarienſis de novo ſuſcitaſſet exacerbatio. Verum hic, de cujus patientia pacem, de cujus modeſtia redintegrationem hujuſce gratiae ſperabamus, ipſum, quem monitis emollire, quem meritis et manſuetudine ſuperare debuerat, per triſtes et terribiles literas, devotionem patris aut pontificis patientiam minime redolentes, cum in pacis perturbatores exercitum nuper ageret, dure ſatis et irreverenter aggreſſus eſt. In ipſum excommunicationis ſententiam, in regnum ejus interdicti poenam acerrime comminando: cujus ſi ſic remuneratur humilitas, quid in contumacem ſtatuetur? Si ſic aeſtimatur obediendi prompta devotio, in obſtinacem perverſitatem quonam modo vindicabitur? Minus quoque gravibus ſuperaddita ſunt graviora. Quoſdam namque fideles et familiares domini regis, primarios regni proceres, regiis ſpecialiter aſſiſtentes ſecretis, in quorum manu conſilia regis et regni negotia diriguntur, non citatos, non defenſos, non, ut aiunt, culpae ſibi conſcios, non convictos, aut confeſſos, excommunicationis innodavit ſententia, et excommunicatos publice denunciavit. Adjecit etiam, ut venerabilem fratrem noſtrum Saliſbirienſem epiſcopum, abſentem et indefenſum, non confeſſum, aut convictum, ſacerdotali prius et epiſcopali ſuſpenderet officio, quam ſuſpenſionis ejus cauſa comprovincialium aut aliquorum etiam fuiſſet arbitrio comprobata. Si hic itaque judiciorum ordo circa regem, circa regnum, tam praepoſtere, ne dicamus, inordinate proceſſerit; quidnam conſequi poſſe putabimus? Dies enim mali ſunt, et occaſionem habentes malignandi quamplurimam, niſi ut tenor pacis, et gratiae, quo regnum et ſacerdotium uſque modo cohaerent, abrumpatur, et nos cum commiſſo nobis clero in diſperſionem abeamus exilii, aut a veſtra, quod abſit, fidelitate recedentes, ad ſchiſmatis malum in abyſſum iniquitatis et inobedientiae pervolvamur. Compendioſiſſima quippe via haec eſt ad omne religionis diſpendium, ad cleri pariter populique ſubverſionem, et interitum. Unde ne apoſtolatus veſtri tempore tam miſere ſubvertatur eccleſia; ne dominus noſter rex et ſervientes ei populi a veſtra, quod abſit, avertantur obedientia; ne totum, quod privatorum conſilio machinatur, poſſit in nos domini Cantuarienſis iracundia adverſus eum et ejus mandata, domino noſtro regi, aut regno ejus, nobis, aut commiſſis nobis eccleſiis gravamen aliquod importantia; ad ſublimitatem veſtram voce et ſcripto appellavimus; et appellationi terminum diem Aſcenſionis dominicae deſignavimus: eligentes apud vos in omne, quod ſanctitati veſtrae placuerit humiliari, quam ad ſublimes ipſius animi motus, noſtris non id exigentibus meritis, de die in diem taedioſiſſime praegravari. Conſervet incolumitatem veſtram eccleſiae ſuae in longa tempora profuturum omnipotens Dominus, in Chriſto dilecte pater.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 10.	THOM. BECKET 7.	1168.	HENRIC. II. 15.

Epiſtola beati Thomae, Cantuarienſis archiepiſcopi, ad Gillebertum, Londonienſem epiſcopum, de ſententia in eum prolata. Ex R. Hoveden in ann.

THOMAS, Dei gratia Cantuarienſis archiepiſcopus et apoſtolicae ſedis legatus, Gilleberto, Londonienſi epiſcopo, utinam vero fratri, declinare a malo, et facere bonum. Exceſſus veſtros, dum licuit, ſupportavimus: et utinam manſuetudo patientiae noſtrae, quae nobis ultra modum damnoſa extitit, in totius eccleſiae perniciem non redundet. Sed quia patientia noſtra ſemper abuſi eſtis, et neque dominum papam, nec nos in verbo ſalutis veſtrae voluiſtis audire, ſed obduratio veſtra in deteriora ſemper crevit; vos, urgente neceſſitate officii, et ratione juris perſuadente, ex juſtis et manifeſtis cauſis anathematis ſententia percellentes excommunicavimus; et a corpore Chriſti, quod eſt eccleſia, donec condigne ſatisfaciatis, amputavimus. Praecipimus igitur in virtute obedientiae, in periculo ſalutis, dignitatis, et ordinis, quatenus, prout forma eccleſiae praeſcribit, ab omnium communione fidelium abſtineatis; ne veſtra participatio dominicum contaminet gregem ad ruinam, qui veſtra doctrina erudiendus, et exemplis informandus erat ad vitam.

Epiſtola

Papae Rom	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 10	THOM. BECKET. 7.	1168.	HENRIC. II. 15.

Epiſtola beati Thomae, Cantuarienſis archiepiſcopi ad capitulum Londonienſis eccleſiae de vitandis excommunicatis. Ex R. Hoveden in ann.

THOMAS, Dei gratia Cantuarienſis archiepiſcopus, et apoſtolicae ſedis legatus, decano, et archidiac. et clero London. eccleſiae, ſalutem, et a communione excommunicatorum fideliter abſtinere. Veſtram non debet latere prudentiam, quod fere totus Latinus orbis agnovit, quam inique ſumpta opportunitate ex cauſa ſchiſmatis generalis, Gillebertus, Londonienſis epiſcopus, frater noſter, utinam verus, in cauſa eccleſiae verſatus ſit, et pacem ejus ſtuduerit perturbare. Supportavimus enim in multa patientia hactenus, qua ille ſemper abutens, jugis inobedientiae crimen multiplicatis exceſſibus incorrigibiliter cumulavit. Nos ergo, quibus ultra diſſimulare non licuit, eum, urgente neceſſitate officii, et ratione juris perſuadente, publice excommunicavimus; et vobis praecipimus in virtute obedientiae, et in periculo ordinis, et ſalutis, ut a communione ejus, ſicut Chriſti fideles decet, prorſus abſtineatis. Similiter et alios ſub eadem interminatione praecipimus evitare, quorum nomina inferius ſcripta ſunt. Simili quoque ſententia, Deo auctore, eos, qui a nobis ſolenniter citati ſunt, niſi interim ſatisfecerint, condemnabimus in die Aſcenſionis; ſcilicet et Gaufridum, Cantuarienſem archidiaconum, et Robertum, vicarium ejus, Richardum de Iveceſtre, Richardum de Luci, Willielmum Giffardum, Adam de Cheringes, et eos, qui ex mandato regis, vel propria temeritate, noſtra vel clericorum noſtrorum occupaverunt bona, et eos, qui ope, vel conſilio domini regis animum adverſus libertatem eccleſiae, et innocentum proſcriptionem, et depopulationem inſtigaſſe noſcuntur, et qui nuncios domini papae, et noſtros, ne perſequantur eccleſiae neceſſitates, impediunt. Non turbetur cor veſtrum in his, neque formidet, quia contra tergiverſationes malignantium et appellationum ſubterfugia, Deo propitio, ſedis apoſtolicae munimine tuti ſumus. Haec ſunt nomina excommunicatorum. Jocelinus, Sareſbirienſis epiſcopus; comes Hugo, Ranulphus de Broc, Thomas, filius Bernardi, Robertus, clericus de Broc, Hugo de ſancto Claro, Letardus, clericus de Norflicta, Nigellus de Sachavilla, Richardus, frater Willielmi de Haſtinges, qui eccleſiam noſtram de nova Cotona occupavit. Valete.

Epiſtola beati Thomae archiepiſcopi ad Robertum, Herefordenſem epiſcopum. Ibidem.

THOMAS, Dei gratia Cantuarienſis eccleſiae humilis miniſter, venerabili fratri Roberto, eadem gratia Herefordenſi epiſcopo, ſalutem et perſeverantem in juſtitia et matris eccleſiae defenſione conſtantiam. Ad ſanctorum gloriam, et reproborum damnationem neceſſe eſt ſcandala provenire: in tribulationibus probentur electi, qui per patientiam coronam adquirunt ſibi, et aliis proficiunt per exemplum. Sed vae illi, per quem ſcandalum venit. Quia ergo Londonienſis epiſcopus non parcit a ſcandalis, ſed inter caetera patentis malitiae opera, poſtquam ſatanae traditus eſt, etiam contra matrem ſuam et veſtram, ſanctam Cantuarienſem eccleſiam, tam impudenti audacia, et parricidali impietate calcaneum erexit, ut dicere auſus ſit, ſe ei, ex quo tranſlatus eſt, nullam debere ſubjectionem, aut obedientiam exhibere. Et ad cumulum damnationis ſuae adjecit, quod cathedram archiepiſcopalem ad eccleſiam Londonienſem transferri faciet. Fraternitatem ergo veſtram, de qua plene confidimus, quanta poſſumus affectione rogamus, quatenus pro matre veſtra defenſionis clypeum opponatis filio Belial, qui prae caeteris allophylis, tanquam alter Goliath de Geth ſolus, auctore Domino, de caſtris incircumciſorum progredi non erubuit, nec timuit univerſitatem filiorum Cantuarienſis eccleſiae ad certamen provocare, dum matris eorum ſanguinem ſitit, et catholicae pacis deſerit unitatem. Scripſerat domino papae pro fratre noſtro Eboracenſi archiepiſcopo; ſolicitans eum etiam atteſtatione mendaci, et mendoſa, ut cum pateretur crucem deferre per provinciam noſtram; neſcio quid emolumenti ſibi ſuſpicans eventurum, ſi odio perſonae noſtrae eccleſiam, cui ex profeſſione fidem et obedientiam debet, quocunque laeſiſſet modo. Sed Chriſtus, qui Cantuarienſem eccleſiam a prima fundatione inter turbines varios et magnas multaſque procellas rexit et fovit, miſericorditer operatus eſt, ut in pleno conſiſtorio per teſtes omni exceptione majores revelaretur falſitas et iniquitas ejus. Deo autem inprimis gratias agimus, deinde vobis et caeteris fratribus noſtris, qui vos, ut oportuit, ex quo eum conſtitit anathemate condemnatum, ab illius participatione vos ſuſpendiſtis, et tam illum, quam caeteros excommunicatos veſtros per epiſcopatum veſtrum edicto publico juſſiſtis evitari. Claruit hic fides veſtra, conſtantia virtutis effulſit, quae publicae poteſtatis et officialium minas aeque ut blanditias mandatis Dei cenſuit poſtponendas. Liberaſtis conſcientias veſtras, famam ſervaſtis, dum tam verbo veritatis, quam fortitudinis exemplo docuiſtis, quod Deo potius oportet, quam hominibus obedire. Certum itaque

habeat ſinceritas veſtra, quandoquidem tanta charitas Dei per Spiritum Sanctum diffuſa in cordibus veſtris teſtimonio clari operis proceſſit in publicum, ſervili timore depulſo, et excluſo; quod Deus cito ſatanam conteret ſub pedibus veſtris, et de certamine educet proventum glorioſum. Et quidem tanto citius et glorioſius, quanto ferventius et conſtantius in incepta pergatis veritate. Unde vos oramus et obſecramus in charitate Dei, et obteſtamur per fidem, per obedientiam, per ſinceritatis affectionêm, quam matri veſtrae Cantuarienſi eccleſiae debetis, quatenus ad tuendam dignitatem, et jura Cantuarienſis eccleſiae, cui profeſſionem exhibuiſtis, contra praefatum epiſcopum exurgatis in auxilium nobis, et domino papae ſcribatis et curiae teſtimonium veritatis, quale filios pro matre eccleſia reddere decet. Nam qui illud ſubtraheret in articulo tantae praeſumptionis, proculdubio infidelis habendus eſſet, et infideli deterior, in quem jus exigeret uſque ad internecionem omnes fideles irruere. Nec tamen res iſta quicquam poteſt habere periculi, cum veritas perſpicua ſit, et, ut dici ſolet, lippis et tonſoribus patens. Sed quia maledictus eſt, qui gladium revocat a cruore; et peſtilens flagellandus eſt, ut erudiatur ſapiens ad ſalutem; ſeipſum legis ſubjicit maledicto, quicunque parricidae cum lapide non occurrit et gladio. Videtur namque parare conſenſum, qui cum poſſit non arguit, aut impedit talia committentem. Et ne a nobis diſtrictius exigatur, ſi eorum, qui eccleſiam perſequuntur, et quos, ut poenitentiam agerent, in multa patientia jam fere toto quinquennio ſupportavimus, magnas et manifeſtas ulterius diſſimulaverimus culpas; fraternitati veſtrae denunciamus nos publice excommunicaſſe Gaufridum, Cantuarienſem archidiaconum, et Robertum, vicarium ejus, Richardum de Iveceſtre, Willielmum Giffard, comitem Hugonem, Richardum de Luci, Adam de Cheringes, et item eos, qui officia vel beneficia eccleſiaſtica contra ſacrorum canonum inſtitutionem de manu laici acceperunt, vel ea uſurpaverunt propria auctoritate. Similiter et illos, qui domini papae nuncios et noſtros, ne eccleſiae neceſſitates proſequantur, impediunt. Vobis ergo auctoritate domini papae et noſtra mandamus, quatenus tales eos habeatis, et in epiſcopatu veſtro haberi faciatis, quales haberi debere ſolenniter excommunicatos ſacrorum canonum diſciplina praeſcripſit. Valeat ſemper in Domino veſtra fraternitas, et nos, et cauſam Dei, quae in manibus noſtris eſt, ſanctorum orationibus commendare meminerit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 11.	THOM. BECKET 8.	1169.	HENRIC. II. 15.

Epiſtola Alexandri papae III. *ad Henricum* II. *regem Angliae; qua ad petitionem regis legatos mittit ad cognoſcendum de cauſis inter regem et Thomam archiepiſcopum.* Ex R. Hoveden in ann.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, illuſtri Anglorum regi, Henrico, ſalutem et apoſtolicam benedictonem. Magnificentiae tuae nuncios, ſcilicet dilectos filios noſtros Johannem Cumin, et Radulphum de Tamewrde, nobis, et eccleſiae Dei devotos, et regiae ſublimitati, ſicut credimus, per omnia fideliſſimos, et literas, quas excellentia tua nobis per eoſdem tranſmiſit, tanto benigniori mente ſuſcepimus, et tanto eos majori gratia praevenimus, et honore, quanto plenius ſcivimus ipſos a magnifico principe, et rege chriſtianiſſimo fuiſſe tranſmiſſos; cui itaque omnem, quam cum Deo poſſumus, gloriam cupimus et honorem, et ad cujus incrementum modis omnibus, quibus honeſte poterimus, nos et fratres noſtri, ac tota eccleſia, quanto devotiſſimae ſinceritatis tuae affectum in majori ſumus neceſſitate experti, tanto ardentius intendimus aſpirare. Non enim tuae devotionis inſignia nobis tempore tam opportuno exhibita a noſtra inpoſterum memoria, ulla poterit ratione divelli, vel in conſpectu eccleſiae aliqua deſuetudine inumbrari. Petitiones quoque tuas, quas nobis per jam dictos nuncios tuos miſiſti, in quibus omni, quam cum Deo et honeſtate noſtra potuimus, ſicut iidem magnificentiae tuae nuncii viva voce plenius enarrabunt, curavimus executioni mandare. Perſonas ſiquidem de latere noſtro, juxta quod rogaſti, licet nobis graviſſimum, ac difficillimum hoc tempore maxime videatur aliquos a nobis emittere, cum fratrum noſtrorum et eorum praeſertim, quos tu deſideras, praeſentia et conſilio opus habeamus, illius tamen recolendae, ac magnificae devotionis tuae, ut diximus, non immemores exiſtentes, ad ſublimitatis tuae praeſentiam duximus deſtinandas cum plenitudine poteſtatis, eccleſiaſticas cauſas, quae inter te et venerabilem fratrem noſtrum, archiepiſcopum Cantuarienſem, hinc inde vertuntur, et illam, quae inter eundem archiep. et epiſc. regni tui, ſuper appellatione ad nos facta, movetur, necnon alias cauſas terrae, quas noverint expedire, cognoſcendi judicandique, et, prout ſibi Dominus adminiſtraverit, canonice terminandi. Eidem quoque archiepiſcopo, ne te aut tuos ſeu regnum gubernationi tuae commiſſum, donec cauſae illae debitum ſortiantur effectum, in aliquo gravare vel turbare aut inquietare attentet, omnimodis inhibemus. Verum ſi praefatus archiepiſcopus in te, aut regnum tuum, vel perſonas regni interim aliquam ſententiam tulerit, nos eam irritam eſſe, et non te tenere cenſemus. Ad indictionem autem hujus rei, et argumentum noſtrae voluntatis, literas praeſentes, ſi articulus ingruerit neceſſitatis, oſtendas. Alioquin ſerenitatem tuam rogamus, et attentius commonemus, ut literas ipſas, aut earum tenorem a nullo ſciri permittas, ſed eas habeas omnino ſecretas. Illos autem familiares, et conſiliarios tuos,

quos

quos jam dictus archiepiſcopus ſententiae excommunicationis ſubjecit, perſonae de latere noſtro tranſmiſſae, Domino auctore, abſolvent. Si autem aliquis illorum interim metu mortis laboraverit, praeſtito ſecundum eccleſiae conſuetudinem juramento, quod noſtro, ſi convaluerit, debeat parere mandato, ipſum ab aliquo epiſcopo, vel religioſo, et diſcreto viro abſolvi concedimus.

Venientibus itaque in Normanniam praefatis domini papae legatis, quidam Cantuarienſis eccleſiae ſuffraganei in haec verba ſcripſerunt: Medicinae potius eſt, quam querelae. Nam peccatis exigentibus, inter malleum et incudem poſita ſancta mater eccleſia, et niſi divina ſuper eam reſpiciat miſeratio, ictum mallei eſt ſenſura. Crebreſcente enim nequitia ſchiſmaticorum, pro fidei ſuae defenſione, et amore juſtitiae, pater patrem exulat a patria, et ne ad propriam ſedem liber pateat ei regreſſus, prohibet Pharaonis animus induratus. Accedit ad hoc, quod Cantuarienſis eccleſia tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus miſerabiliter imminuitur. Quae, tanquam navis mari proprio rectore deſtituta, fluctuat, et ventis exponitur, dum ejus paſtor infra nationis ſuae terminos regia poteſtate remanere prohibetur. Qui ſuo et ſuae eccleſiae, noſtro etiam ſapiens periculo poenarum et laborum ſecum nos expoſuit acerbitati: non conſiderans quoniam blandiri oportet, non detrahere poteſtati. Quae nobis, licet ejus laboribus totis affectibus compatiamur, ingratus exiſtit. Et nos, cum in eadem ſimus damnatione, proſequi non deſiſtit. Inter ipſum ſiquidem et ſereniſſimum regem Anglorum quaedam controverſia verſabatur. De utriuſque voluntate dies praefigitur, ut in ea, juſtitia mediante, illorum controverſia terminetur. Ad eandem diem ex praecepto regio archiepiſcopi, epiſcopi, et caeteri praelati clericorum convocantur, ut quanto generalior eſſet concilii celebratio, tanto manifeſtior fieret fraudis et malitiae denudatio. Conſtituta die catholice, principis aſpectui ſe praeſentat regni turbator et eccleſiae, qui de ſuorum meritorum qualitate non ſecurus, dominicae crucis ſe armat ſignaculo, tanquam ad tyranni praeſentiam acceſſurus. Nec tamen inde regia majeſtas offenditur. Sed cauſae ſuae judicium epiſcoporum fidei committit, ut ſic ab omni ſuſpicione liberetur. Reſtabat ergo, ut epiſcopi cauſam judicio terminarent, ut ſic diſſidentes in gratiam foederarent, et diſſenſionis eorum materiam ſepelirent. Occurrit tamen ille, et prohibet ne de ipſo coram rege ſententia proferatur, ut ſic gravius ad iracundiam regius animus accendatur. Cujus exceſſus facit quantitas, ut ipſe auctor cuilibet ſe debeat exponere ultioni, erubeſcens poenam meritam deprecari, qui principem potentiſſimum in tempore perſecutionis eccleſiae offendere non horruit. Cujus offenſio malleum perſecutionis augmentavit. Melius erit ſibi, ut felicitati ſuae fraenos imponeret, ne, dum ad rerum cacumen praeſumptuoſe pervenire nititur, praeſumptionis merito ſuae ad inferiora detrudatur. Et ſi eum non moverent eccleſiae detrimenta, debebant eum ſaltem revocare, ne contra regem ageret, a rege ſibi exhibita, tam in divitiis quam honoribus incrementa. At obviat adverſarius et objicit, quod ipſum ſtare judicio coram rege eſſet apoſtolicae ſedis dignitatis diminutio. Ac ſi neſciat, quod ſi in illo judicio aliquantulum eccleſiae dignitati derogaretur, diſſimulandum tamen erat, pro tempore, ut pax eccleſiae redderetur. Objicit iterum, patris ſibi nomen aſcribens, quod arrogantiam videtur redolere, quod filii in patris damnationem minime debuerant convenire. Sed ſi pater eſſet, inprimis ſuperbiam filiorum humilitas temperaret, ne poſt patrem in filiis patris odium parentaret. Liquet itaque ex praedictis, patres ſanctiſſimi, quod adverſarii noſtri irrita debet langueſcere occaſio, qui odii ſola malignitate impetebat, nullius rationis patrocinio fultus, et quoniam nobis omnium eccleſiarum ſolicitudo noſcitur imminere.

Cum igitur Thomas, Cantuarienſis archiepiſcopus, et nonnulli de coexulibus ſuis in octavis beati Martini inter Giſortium et Trie ad colloquium legatorum accederent; legati multa propoſuerunt ipſi archiepiſcopo de charitate domini papae, de ſolicitudine eccleſiae Romanae, quam attentius circa eum hucuſque geſſerat, de laboribus ipſorum et itineris ſui periculis, de magnitudine regis Angliae, et de neceſſitate eccleſiae, de malitia temporis, de amore et beneficiis, quibus rex Angliae praevenerat eum, et de honore, quem rex ei ſemper exhibuit. Adjecerunt etiam querelas de injuriis, quibus rex Angliae ſe ab ipſo laeſum eſſe conqueſtus eſt; imponens ei etiam, inter caetera, quod ei excitaverat guerram regis Francorum. Quaerentes conſilium, quomodo tantam indignationem placare poſſent, quia ſine multa humilitate, et moderatione, et honoris exhibitione, noverant tantis periculis remedium adhiberi non poſſe. Cantuarienſis autem in omni humilitate et manſuetudine ſpiritus, poſt gratiarum actionem domino papae et illis debitam, reſpondit ad ſingula rationibus veris et probabilibus, querelas regis evacuans, et injurias eccleſiae et damna intolerabilia patenter exponens. Et quia humilitatem et delationem honoris ab eo exigebant, reſpondit ſe libentiſſime omnem humilitatem exhibiturum, et honorem reverentiae quantumcunque poſſet, ſalvo honore Dei et libertate eccleſiae, et honeſtate ſuae perſonae, et poſſeſſionibus eccleſiarum: et ſi eis videretur aliquid adjiciendum, aut demendum, aut mutandum, rogavit ut ei conſilium darent; habens adquieſcendi propoſitum, ſalva conditione profeſſionis et ordinis. Illis autem dicentibus, ſe non veniſſe, ut ei, ſed ut eum conſulerent, et reconciliationis temperarent viam; item quaeſitum eſt ab archiepiſcopo, an in praeſentia legatorum vellet promittere obſervantiam conſuetudinum, quibus praedeceſſorum ſuorum tempore reges uſi ſunt, et ſic ſopitis omnibus querelis redire in gratiam regis et redire in ſedem ſuam, et adminiſtrationem, et pacem ſibi et ſuis. Ad haec archiepiſcopus reſpondit, nullum praedeceſſorum ſuorum ſub aliquo regum ad hanc profeſſionem fuiſſe arctatum. Neque ſe, Deo auctore, promiſſurum unquam, ut obſervet conſuetudines, quae legi Dei patenter adverſantur; ſed et apoſtolicum convellunt privilegium, eccleſiae periment libertatem. Quas

dominus papa Senonis in illorum et multorum praeſentia condemnavit, et ipſe poſtea, domini papae ſecutus auctoritatem, quaſdam earum cum obſervatoribus ſuis ſubjecit anathemati, ſicut in multis conciliis eccleſia catholica feciſſe dignoſcitur. Tunc interrogatus eſt, an ſi non confirmationem, ſaltem diſſimulationem, et tolerantiam vellet repromittere, aut non facta altrinſecus aliqua mentione conſuetudinum recipere ſedem ſuam, et pacem. Reſpondit archiepiſcopus, quod gentis noſtrae proverbium eſt; quod taciturus praetendit ſpeciem confitentis. Et cum rex ſibi videatur eſſe in poſſeſſione conſuetudinum, et ad eas obſervandas injuſte et violenter cogat eccleſiam; ſi ſic taciturnitate impetrata ceſſaret concuſſio, auctoritate legatorum maxime interveniente, ſtatim ſibi, et aliis videretur obtinuiſſe in cauſa iſta. Adjecit etiam, ſe malle exulare, perpetuo proſcribi, et, ſi Deus ita diſpoſuit, pro juſtitiae defenſione mori, quam in ſalutis ſuae diſpendium et praejudicium eccleſiae libertatis hanc ineat pacem. Deus enim eſt, qui in tali cauſa tacere prohibet ſacerdotes, quibus diſſimulantibus gehennam praeparavit, ubi nulla diſſimulatio erit poenae. Lectus eſt et libellus illarum abominationum, et quaeſitum a cardinalibus, an a chriſtianis liceat talia obſervari, nedum a paſtoribus diſſimulari. Progreſſi ſunt ad aliam quaeſtionem, ſciſcitantes, an eorum vellet ſtare judicio ſuper his, quae vertuntur inter ipſum et regem. Ille autem ſe de cauſae ſinceritate confidere reſpondit. Et cum ipſe et ſui, qui a multo tempore deſtituti ſunt, plene ad omnia fuerint reſtituti, habita ratione cauſarum et rerum, et temporis, juri libenter pariturum, et ſe non poſſe nec velle declinare, quin ubi et quando et quomodo debebit, ſubeat judicium ejus vel illorum, cujus vel quorum judicio dominus papa debere ſtare decreverit. Interim ſe et ſuos ad litigandum urgeri non poſſe, nec paupertatem ſuam ad hoc ſufficere, cui etiam victualia deſunt, niſi chriſtianiſſimi regis Francorum juvatur expenſis. Noluit enim prima facie declinare judicium, etſi aliquem eorum jure optimo poſſit habere ſuſpectum, ne cauſam regis juſtificare videretur, nec ſe liti immergere, antequam ſit ad omnia reſtitutus, ut poſſit cauſam ſufficienter inſtruere.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 11.	THOM. BECKET 9.	1170.	HENRIC. II. 16.

Concilium Londinenſe. Ex Chron. Gervaſ. in ann.

CONVENERUNT 18. cal. Julii ex mandato regis ad Londoniam totius Angliae epiſcopi, abbates, comites, barones, vicecomites, praepoſiti, aldermanni cum fidejuſſoribus ſuis, timentes valde omnes. Quiſque juxta conſcientiam ſuam metuebat; neſciebant enim quid rex ſtatuere decreviſſet: ipſa die Henricum filium ſuum, qui eadem ſeptimana de Normannia venerat, militem fecit, ſtatimque eum, ſtupentibus cunctis et mirantibus, in regem ungi praecepit et coronari. Appoſuit autem ei manus infauſto quidem auſpicio, ſicut exitus declarabit, Rogerus ille, Eboracenſis archiepiſcopus, non veritus juſtitiam, et timorem Dei abjiciens, et prohibitionem domini papae contemnens, utpote a promotione ſua in archiepiſcopum Eboracenſem, Cantuarienſis eccleſiae pertinaciſſimus hoſtis, quae tamen ipſum a paupere ad id honoris culmen exaltaverat. Cui aſtiterunt in conſecratione immo execratione illa Cantuarienſis eccleſiae degeneres ſuffraganei, tantae malitiae et enormitati non reſiſtentes. Noſcitur enim, quod regum Angliae coronatio ab antiquo tempore ſolius ſit Cantuarienſis archiepiſcopi. Coronatus itaque novus rex ex praecepto patris ſui, comitum et baronum ſuſcepit fidelitates, et ſic, timore culparum depoſito, omnes ad propria redierunt. H. I. Concilii hujus mentionem facit Rad. de Diceto Imag. Hiſtor. in ann. et Chron. Jo. Brompton in ann.

Literae Alexandri papae III. *archiepiſcopo Cantuar. et aliis epiſcopis Angliae, ne rex coronetur abſque praeſtito juramento.* Ex reg. Cant. A. fol. 13. a.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus T. Cantuarienſi archiepiſcopo, et univerſis epiſcopis per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex commiſſi vobis officii debito ſolicitudini veſtrae incumbit eccleſiis Dei libertates et jura ſua ſervare, et ne ab aliquibus opprimi valeat aut deleri, ſtudium tenemur et diligentiam adhibere. Hac ſiquidem ratione inducti, et eccleſiae Cantuar. ſuam volentes dignitatem et juſtitiam conſervare, fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta praecipiendo mandamus, necnon et in virtute obedientiae injungimus, quatenus, ſi Henricus, illuſtris Anglorum rex, filium ſuum coronari voluerit, et in regem inungi, tu, frater Cantuarienſis, ad cujus officium de antiqua eccleſiae ſuae conſuetudine, et dignitate ſpectare audivimus, ei manum nequaquam imponas, nec ab alio quolibet imponi permittas, niſi prius illud juramentum exhibeat, quod alii reges ejus praedeceſſores eccleſiae Dei et ſpecialiter Cantuar. impendere conſueverunt, et niſi univerſos ab obſervatione conſuetudinum ſuarum et ſacramentis illis, quae ultimo ab hominibus Angliae extorta fuerunt, prorſus abſolvat. Vobis autem, fratres epiſcopi, auctoritate apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne illius coronationi, niſi juramentum praeſtiterit, praeſumatis aliquatenus intereſſe; ſed vos potius abſentetis, et inde, nullius contradictione vel prohibitione obſtante, celerius recedatis. Dat. Benevent. 6. cal. Mart.

Literae

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Alexand. III. 11.	Thom. Becket 9.	1170.	Henric II. 16

Literae Alexandri papae III. *archiepiſcopo Eboracenſi, et omnibus epiſcopis Angliae, ne quis eorum regem coronet, cum hoc de jure pertineat archiepiſcopo Cantuarienſi.* Ex reg. Cant. A. fol. 13. a.

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Eboracenſi archiepiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, et univerſis epiſcopis per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quoniam ad audientiam noſtram multorum jampridem relatione pervenit, quod coronatio regum Angliae, et inunctio ad Cantuarienſem archiepiſcopum de antiqua eccleſiae ſuae conſuetudine et dignitate pertineat; fraternitati veſtrae praeſentibus literis auctoritate apoſtolica diſtrictius inhibemus, ut ſi illuſtris Anglorum rex filium ſuum, dum venerabilis frater noſter Thomas, Cantuarienſis archiepiſcopus, in exilio fuerit, coronari voluerit, et in regem inungi, nullus veſtrum ei manus imponere praeſumat, aut ſe exinde aliquatenus intromittere audeat. Quod ſi quis veſtrum attemptare praeſumpſerit, id in periculum officii et ordinis ſui noverit proculdubio graviter redundare. In his vero appellationis remedium quibuſlibet volumus denegari, et omnem malignandi occaſionem excludi. Dat. apud Cerumar. 4. cal. Martii.

Bulla Alexandri III. *papae archiepiſcopo Ebor. et univerſis epiſcopis de eadem materia.* Ex Cod. Dunelm. B. iv. 18. fol. 99. b. *

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Rogero, archiepiſcopo Eboracenſi, et univerſis Angliae epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Illius dignitatis et majoritatis eccleſiae Cantuar. ab antiquo fuiſſe audivimus, ut reges Angliae ab ejuſdem eccleſiae archiepiſcopis inungi conſueverint, et in promotionis ſuae principio coronari. Proinde ſiquidem eſt, quod nos tum ex officii noſtri debito, tum conſideratione venerabilis fratris noſtri T. ejuſdem ſedis archiepiſcopi, viri ſiquidem religioſi, honeſti, et diſcreti, eccleſiae jam dictae jura et dignitates antiquas illibatas et integras conſervare volentes, univerſitati veſtrae auctoritate apoſtolica penitus inhibemus, ne quiſquam veſtrum novo regi coronando, ſi forte hujuſmodi caſus emerſerit, abſque memorati archiepiſcopi, vel ſucceſſorum ſuorum, et eccleſiae Cant. conniventia contra antiquam ejus conſuetudinem et dignitatem manum apponere qualibet occaſione praeſumat, aut id aliquatenus audeat attentare. Dat. Lateranis non. April.

Literae Alexandri III. *papae ſuffraganeis Cantuarienſis eccleſiae de ſuſpenſione Eboracenſis, et Dunelmenſis, et excommunicatione London. et Sareſbirienſ. pro ſancto Thoma.* Ex reg. Cant. A. fol. 14. a. et MS. Cott. Fauſt. B. i. fol. 5. b. ſequ.

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus G. Londonienſi, Jocelino Sareſbirienſi, Barth. Exonienſi, Ric. Ceſtrenſi, Waltero Roffenſi, Godefr. S. Aſaph, Nic. Landavenſi, epiſcopis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Oportuerat vos, quamprimum chariſſimus filius noſter Henricus, rex veſter, ſub regiae dignitatis et fidelitatis obtentu ea vobis conſtituta propoſuit, et ſcripto petiit, et juramento firmari, quae liquido ſatis et libertatem eccleſiae et ſacerdotalis officii judicium deprimebant, erigere oculos veſtros ad caelum, et aſcendere pro domo Domini ex adverſo, ut non poſſet in oculis veſtris, tacentibus vobis, eccleſiaſtica dignitas naufragari. Et quidem ſi ullus vos pro paſtorali cura zelus rectitudinis tenuiſſet, cognoviſſetis vos ſuper gentes et regna conſtitutos, ut in majoribus et minoribus evellere plantaria vitiorum, et germen delectabile Domino inſerere debeatis. Nunc autem quia plus in vobis terreni principis reverentia, quam timor Dei, et epiſcopalis honor valuit dignitatis, pro vili lentis edulio, quod moerentes dicimus, contempſiſtis primogenita cum Eſau, et impleviſtis in vobis, quod in populo Judaeorum Jeremias lamentatur, impletum dicens: “Sederunt in terra, conticuerunt ſenes, et conſperſerunt cinere capita ſua virgines filiae Juda.” Sane ſi terroribus et minis exterriti ad recipiendas et juramento firmandas iniquas illas conſuetudines proceſſiſtis, numquid non decuerat vos poſt tanti temporis ſpatium ſacerdotalem reſumere firmitatem, et contra tantas enormitates cum praeteritae tranſgreſſionis plenitudine ſacerdotaliter reclamare. Caeterum vos deteſtabili facto pertinaciam adjungentes, et in illarum uſurpationum obſervantia permanetis, et ita in depreſſione eccleſiae praefati regis votum ſequi videmini, ut quaſi praeſcriptae jam de regno veſtro ex magna parte leges eccleſiaſticae

* Math. Paris p. 101. aſſerit, quod bulla haec, antequam Henricus, Henrici II. filius, coronatus eſſet, nulla, non fuit tradita epiſcopis, poſtquam coronatio jam peracta fuiſſet.

videan-

4

videantur. Et nos quidem uſquemodo expectavimus, ut cor principis, aut per officium veſtrum, aut per inſpirationem ſuam, vel per expectationem noſtram divina gratia viſitaret, et ſupernae gloriae magis, quam ſuae faceret amatorem. Nam et hoc vobis plerumque ſuggeſtum fuerat, et optabile admodum pro qualitate temporis videbatur, ut aſperitas ejus in patientia potius et manſuetudine leniretur; nobis autem praeteritorum correctionem et poenitentiam expectantibus, nihil ipſe de priſtina ſeveritate mutavit, ſed in conſtitutionibus illis iniquis immobilis perſeverat. Quanto jam ſane tempore venerabilis frater noſter Thomas, archiepiſcopus veſter, quia uſurpationibus illis, licet prius carnis infirmitate eis viſus fuerit conſentire, voluit obviare a commiſſa ſibi eccleſia, cum clericis ſuis et affinibus exulaverit, nobis etiam tacentibus, recognoſcitis. Et utinam eo compateremini charitatis affectu, quo in [a] alia ei cauſa compati oporteret; vos vero non ſolum ei fraternum ſubtraxiſtis auxilium, ſed ſuper dolorem vulnerum ipſius, ſicut dicitur, addidiſtis. Cum enim jam dictus rex filium ſuum nuper coronari voluerit, et hoc de antiquo jure ad Cantuarienſem aſſeratur archiepiſcopum pertinere; vos jam dicti fratris noſtri auctoritate et reverentia, quam ſibi et eccleſiae ſuae debetis, poſtpoſita, ad coronationem illius favorem veſtrum et miniſterium praebuiſtis, nulla de ſervanda eccleſiae libertate praeſtita vel etiam exacta, ſicut dicitur, cautione; quinimo ſuſtinuiſtis potius, ut juramentum ab illo de ſervandis regni conſuetudinibus praeſtaretur. Profecto pro reconciliatione illorum nos per literas, et perſonas ex latere noſtro, et per plures alios viros, qui digni fuerant exaudiri, ſaepenumero laboravimus, et quicquid datum fuerat nobis ſpei, praeter inanem pompam verborum nihil [b] hactenus potuimus reportare. Nec tamen hoc ideo dicimus, quin dum adhuc eſſemus in Francia, in multis eundem regem liberalem erga nos ſenſerimus et devotum; ſed ob hoc non debemus [c] omittere, quin tantis nos tranſgreſſionibus, et pro gloria Dei, et pro ſalute ipſius, et noſtrae zelo rectitudinis opponamus. Nunc igitur quia ſecularium hominum culpae nullos magis quam deſides praelatos negligenteſque reſpiciunt, quia multam ſaepe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam adhibere negligunt medicinam, et poſt expectationem diuturnam nullo dolore contra voſipſos nullo fervore contra iniquas illas uſurpationes exurgitis; nos de commiſſa nobis a Domino poteſtate, de auctoritate apoſtolicae ſedis, cui licet immeriti, Deo diſponente, ſervimus, ab omni epiſcopali vos ſuſpendimus dignitate. Illos autem veſtrum, Londonien. videlicet et Saresbirien. epiſcopos, qui pro impetrata apud nos gratia, juxta ſpem noſtram ad reconciliationem magis laborare debuerant, et a jam dicti archiepiſcopi gravamine abſtinere, ſi praefatae coronationi favoris ſui miniſterium praebuerint, in ſententiam anathematis revocamus, et ſicut excommunicatos praecipimus evitari. De Roffenſi vero epiſcopo, et G. Ridell, Cantuarien. archidiacono, qui cum amplius Cantuar. eccleſiae debitores exiſtant, in minori reverentia et honore jam dictum archiepiſcopum habere dicuntur, et alter eorum, Roffenſis videlicet epiſcopus, illi coronationi interfuerit, alter vero in ſe excommunicationis a praefato archiepiſcopo latam ſententiam ſpreverit, illud a vobis, remota appellatione, obſervari praecipimus, quod ab eo fuerit canonice conſtitutum. Nos enim eos, quanto gravius videntur offendere, tanto durius decernimus addicendos. Ad haec quicquid adverſus Robertum, vicarium Cantuar. archidiaconi, contemptorem ſententiae ſuae, idem archiepiſcopus ſtatuit, vel infuturum rationabiliter ſtatuerit, firmiter, et inviolabiliter, nulla ei ſuffragante appellatione, cuſtodiri praecipiendo mandamus. Clericos autem [d] Hugonis, Nicolaum, Thomam, et Willielmum, et caeteros, qui excommunicati a praedicto archiepiſcopo, divina ſcienter celebrare praeſumpſerint, ſi ita eſt, vinculo anathematis innodari, eorumque communionem ſicut excommunicatorum praecipimus evitari. Dat. Ferentini 16. cal. Octobris.

Papae Rom.	Archiep Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 12.	THOM. BECKET 9.	1170.	HENRIC. II. 16.

Bulla Alex. III. *papae, infligens poenitentiam quibuſdam epiſcopis, qui ſine conſenſu S. Thomae archiepiſcopi regem coronarunt.* Ex Reg. Cant. A. fol. 14.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Londonien. et Saresbirienſ. epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quamvis curae paſtoralis officium, et in ſuavitate olei et in auſteritate vini nos oporteat exercere, et his, qui ſubeſſe videntur, nec mollia nec dura proponere; in voluntate noſtra tamen eſſet ac deſiderio, ut in omnibus et praeſertim in fratribus et coepiſcopis noſtris ita ſe totius ſubtraheret auſteritatis occaſio, ut ſemper eos et confortare in bono, et exhortari ad melius blandis ſolummodo et dulcibus deberemus. Quia vero refrigeſcente charitate multorum, et abundante malitia, eo infelicium temporum horum proceſſit iniquitas, ut hi, qui ad ducatum conſtituti ſunt et regimen aliorum, jam aliquotiens in omni ſeveritate a ſuis voluntatibus revocentur, contra eos interdum virgam cogimur extendere diſciplinae, quos ad correctionem aliorum adjutores deberemus habere. Quid ſane cauſae venerabilem fratrem noſtrum Thomam, Cantuar. archiepiſcopum, apoſtolicae ſedis legatum, a ſede ſua exulare compulerit, non oportet literis praeſentibus annotare, quin et vos praeſentialiter aſpexiſtis, et per totam fere occidentalem eccleſiam fama celebris divulgavit. Et pro ipſo quidem ad creatorem noſtrum in commune reſonare debet gratiarum actio, et

[a] *tali ea cura compati* Cott. [b] *amplius* C. [c] *dimittere.* [d] *com* C. addit.

vox

vox laudis, qui, ut credimus, vexatus in paucis, in multis bene diſponetur, quum Deus temptaverit eum, et invenit dignum ſe. De vobis autem ſine magna admiratione non ferimus, quod ſpiritu compaſſionis amiſſo, a tribulatione ipſius ita miſerationis oculum avertiſtis, ut dicere potuerit quod vir ille juſtus et timoratus Job inter flagella poſitus querebatur dicens; "Fratres mei praeterierunt me ſicut torrens, qui raptim fluit in convallibus." Poterat vobis ſatis divini judicii terrorem incutere, quod non aſcendiſtis ex adverſo, nec poſuiſtis vos murum, ut ſtaretis pro domo Domini in die praelii; quod facti eſtis ſicut arietes non habentes cornua, ante faciem ſubſequentis. Vos inſuper eum, qui unus de tanta multitudine zelatus eſt legem Domini, convertiſtis in praelium, et ſicut ait propheta, "Deſuper tunicam abſtuliſtis et pallium." Cum enim bonae memoriae Theobaldus, praedeceſſor ejuſdem archiepiſcopi, chariſſimo filio noſtro Henrico Angliae regi coronam, ſicut dicitur, impoſuerit, cum etiam anteceſſor ipſius regis ab eodem coronam acceperit, ac per hoc Cantuar. eccleſia, quaſi poſſeſſionem hujus dignitatis haberet; vos tamen novi regis coronationi, eo irrequiſito, in provincia ejus miniſterium ſive aſſenſum veſtrum praebere, nobis auctoritate apoſtolica literis inhibentibus, praeſumpſiſtis, et qui relevare ipſius exilium qualibuſcunque ſolatiis debuiſtis, aggravaſtis potius cauſam ejus, et ſuper dolorem vulnerum ipſius, quod moerentes dicimus, addidiſtis. In quo [illegible] contra perſonas veſtras, [illegible] git, moveamur, pertranſire tamen hoc ſub ſilentio non debemus, ne forte, quod Deus avertat, et nos et vos ſententiam divinae ſeveritatis adjiciat,* —ſi vobis, ut ait propheta, "Par[illegible] erigentibus nos eum luto abſque paleis liniamus [illegible] et ſimilibus aditum pandamus exceſſibus, ſi ea, quae in oculis omnium perperam acta ſunt, neglexerimus vindicare. Noveritis itaque tamdiu vos ab epiſcopali officio, commiſſa nobis a Deo auctoritate ſuſpenſos, et etiamſi pax completa non fuerit, in ſententiam anathematis revocatos, quia pro impetrata apud nos gratia, juxta ſpem noſtram ad reconciliationem magis laborare debueratis, et a jam dicti archiepiſcopi gravamine abſtinere, donec ad ſedem apoſtolicam, niſi per praefatum archiepiſcopum ſteterit, de tanto ſatisfacturi exceſſu accedatis. Si autem ita eidem archiepiſcopo et Cantuar eccleſiae ſatisfacere curaveritis, ut poenam iſtam ipſe videat relaxandam, vicem noſtram [illegible] impleri. Dat. Tuſculan. 8. cal. Decembr.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	R[illegible]
ALEXAND. III. 12.	THOM. BECKET 9.	11[illegible]	H[illegible]

Bulla Alexandri III. *papae, epiſcopo S. Andreae, et aliis epiſcopis Scotiae, privilegia eorum confirmans.* Ex MS. Dunelm. B iv. 18.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus R. epiſcopo S. Andreae, et caeteris epiſcopis per Scotiam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Admonet nos cura ſuſcepti regiminis, et debitum exigit pontificalis officii, fratres et coepiſcopos noſtros uberiori charitate diligere, et eorum ſtatum integrum et incolumem cuſtodire, et attentiori ſtudio et ſolicitudine providere, ne jura vel dignitates eorum diminui valeant, vel alicujus temeritate turbari; quia non poſſunt de cauſa ſibi commiſſa eſſe ſoliciti, ſi eis apoſtolicae proviſionis praeſidium vel favor deeſt. Hoc itaque conſiderato, ne inducti vel veſtrae devotionis intuitu provocati, antiquas libertates et rationabiles conſuetudines, quas hactenus tam in conſecrandis epiſcopis, quam in aliis habuiſſe noſcimini, vobis auctoritate apoſtolica confirmamus. Si quis autem contra libertates vel conſuetudines ipſas venire praeſumpſerit, nulli niſi in praeſentia noſtra vel legati a latere Romani pontificis deſtinati reſpondere cogamini. Si quid vero novum et grave emerſerit, illud ad audientiam volumus apoſtolicae ſedis perferri. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Anagniae 9. cal. Januarii.

Epiſtola Alexandri papae ad Rogerum, Eboracenſem archiepiſcopum, et Hugonem, Dunelmenſem epiſcopum; ſuſpendens eos, quod S. Thoma non requiſito, et in exilio exiſtente, coronarunt filium regis. Ex R. Hoved. Matth. Paris. fol. 85. Baron. ad Ann. et MS. Dunelm. B. iv. 18. et MS. Cott. Fauſt. B. 1. fol. 5.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Rogero, Eboracenſi archiepiſcopo, et Hugoni, Dunelmenſi epiſc. ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Licet nobis commendabiles, et grati in pluribus exiſtatis, et ſincere vos complectamur brachiis charitatis; propter hoc tamen non debemus omittere, quin ea, quae perpetrata ſunt, et incorrecta, generant mortem, et requiramus in vobis, et zelo rectitudinis corrigamus: dicente Domino per Prophetam, "Si loquente me ad impium, morte morieris, [a] niſi annunciaveris ei, neque locutus fueris, ipſe quidem in peccato ſuo morietur, ſanguinem autem ejus de manu

* *mereamus.* [a] *non* MS. Cott.

5

tua requiram." Depreſſio ſiquidem Anglicanae eccleſiae, et diminutio libertatis illius, quae per regem veſtrum, ſive proprio motu, ſive potius aliis ſuggerentibus facta dignoſcitur, plurimum jampridem animum noſtrum afflixit, et non modicum nobis ſolicitudinis, et doloris ingeſſit. Cum enim oportuerit eum de corrigendis his, quae ab anteceſſoribus ſuis male commiſſa fuerant, cogitare, ipſe [b potius] praevaricationibus praevaricationes adjiciens, tam iniqua c conſtituta ſub regiae dignitatis obtentu et poſuit, et firmavit. Sub quibus et libertas perit eccleſiae, et apoſtolicorum virorum ſtatuta, quantum in eo eſt, ſuo robore vacuantur. Nec credidit debere ſufficere, ſi d ſub eo divinae leges in regno Angliae ſilentium, et vacationem acciperent, niſi peccatum tranſmitteret ad haeredes, et longo tempore faceret ſuum regnum ſine Ephod, et ſine ſuperhumerali ſedere. Inde fuit quod illas iniquas uſurpationes, abſque ulla exceptione, veſtro, et aliorum fratrum, et coepiſcoporum noſtrorum juramento fecerit firmari, et e plectendo judicavit ut hoſtem, quicunque vellet ab iniquis illis conſtitutionibus diſſentire. Indicat hoc venerabilis fratris noſtri Thomae Cantuarienſis archiepiſcopi exilium: demonſtrat et hoc clericorum et conſanguineorum ejus, illorum etiam, qui adhuc pendentes ab uberibus matris vagiebant in cunis, miſeranda proſcriptio. Et metus mortis incutitur, ſi ad hoc cujuſque animus erigatur, ut contra ſtatuta illa divinis velit legibus obedire. Noſipſi, quorum judicio praevaricationes illae corrigendae fuerant aut plectendae, ad confirmationem illarum, ſub occaſione temporis impacati, multa fuimus inſtantia provocati. Et laboratum eſt apud nos exactione non modica, ut uſurpationibus illis, cum nondum nobis expreſſae fuiſſent, auctoritatis conferremus apoſtolicae f confirmationem. Et hoc quidem a principio: proceſſu vero temporis, exulante pro debito paſtoralis officii jam dicto archiepiſcopo, et conſuetum Romanae eccleſiae ſubſidium ab officio noſtro ſaepius requirente, miſimus ad jam dictum regem de melioribus et majoribus fratribus noſtris, miſimus et alias eccleſiaſticas perſonas, et putavimus quod duritia ejus [g in] noſtra humilitate et manſuetudine frangeretur, et fieret, quod Salomon dicit, " Patientia lenietur princeps, et lingua mollis frangit iram." Ipſe vero rex ſufferentiam noſtram multiplici legatorum ſuorum arte deludens, uſque adeo contra monita noſtra videtur animum obduraſſe, ut h nec contra praenominatum archiepiſcopum deferveat, nec de perverſis ſtatutis illis quicquam minui patiatur; immo et ipſam Cantuarienſem eccleſiam plurimo detrimento poſſeſſionum ſuarum afficiat, et in ipſo eam eccleſiaſtico miniſterio antiqua i ſpoliaverat dignitate. Nuper enim cum filium ſuum coronari voluerit, contempto eodem archiepiſcopo, ad cujus hoc officium de antiquo jure k dicitur pertinere, per manum tuam, frater archiepiſcope, ei in aliena provincia diadema regni fecit imponi. In coronatione autem illius, nulla ex more de conſervanda eccleſiae libertate cautio eſt praeſtita, vel, ſicut aiunt, exacta, ſed juramento potius aſſeritur confirmatum, ut regni conſuetudines, quas avitas dicunt, ſub quibus dignitas periclitatur eccleſiae, illibatas debeat omni tempore conſervare. In quo etſi multum praenominati regis nos vehementia conturbat, amplius tamen de veſtra et aliorum coepiſcoporum veſtrorum poſſumus infirmitate moveri, qui, quod dolentes dicimus, facti ſicut arietes non habentes cornua, abiiſtis abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. Etſi enim hoc tibi licere forte, frater archiepiſcope, in propria provincia potuiſſet, quomodo tamen hoc in provincia aliena, et illius praecipue, qui exulare pro juſtitia, et fere ſolus exire voluerit, et dare gloriam Deo, tibi licuerit, nec de ratione poſſumus, nec de ſanctorum patrum conſtitutionibus invenire. Quodſi ad excuſationem tantae praevaricationis quiſquam objiciat, in aliis quoque regnis gravia plurima et enormia perpetrari; in veritate poſſumus reſpondere, quod nullum adhuc regnum in tantum divinae legis contemptum invenimus corruiſſe, ut ſcriptis et juramentis epiſcoporum tam manifeſtas enormitates fecerit communiri, niſi quiſquam illud impudenter alleget, quod ſchiſmatici l poſtmodum a fidelium communione praeciſi inaudita et damnabili ſuperbia commiſerunt. Unde quia juxta verbum prophetae, in vobis factum eſt perverſum quid ultra omnes alias provincias in uſurpationibus ſuis, et poſt tam iniquas conſuetudines juramento firmatas, non adjeciſtis reſumere ſcutum fidei, ut ſtaretis pro domo Domini in die praelii; ſed poſuiſtis corpus veſtrum in terram, ut per vos fieret via tranſeunti. Et ne, ſi diutius tacuerimus, una vobiſcum in die judicii damnationis ſententia involvamur, auctoritate ſacroſanctae Romanae, cui, auctore Domino, miniſtramus, eccleſiae, ab omni officio epiſcopalis vos ſuſpendimus dignitatis; ſperantes quod ſub diſciplina ſaltem et paterno verbere conſtituti, redire tandem ad cor, et de tuenda debeatis eccleſiae libertate ſatagere. Si vero nec ſic zelum epiſcopalis officii reſumpſeritis, nos adhuc, auctore Domino, quod vobis imminet, faciemus. Vos videte, ne illud vobis dicatur, quod cuidam dictum per prophetam dicitur, " m Quia tu ſanctam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi." Nos enim, quia locum n illius tenere, Deo, prout ipſi placuit, diſponente, conſpicimur, qui a praedicatione verbi Dei nec verberibus poterat, nec vinculis coerceri; non debemus ſub o ambigua expectatione pacis creditam nobis divini verbi pecuniam in ſudario reponere, et alligatam eam tamdiu conſervare, donec paulatim lucrandi hora decurrat, et creditor veniens de reddenda [p acerbe] nos conveniat ratione. (Dat. Ferentini 16. cal. Octobris.)

* Interim Lodovicus, rex Francorum, et archiepiſcopi, et epiſcopi, et magnates de regno Franciae pro eodem Cantuarienſi archiepiſcopo ſolicitaverunt Romanum pontificem in virtute amoris, et ſub impenſi proteſtatione obſequii,

b deeſt C. c *ſtatuta* C. d *ab* C. e *plectendum* C. f *firmitatem* C. g deeſt C. h *non* C. i *ſpoliet* C. k *noſcitur* C. l *et* C. addit. m *Quia ſcientiam repuliſti* Cott. n *Petri illius* C. o *dubia* C. p deeſt C.
* Reliqua ex Hovedeno.

ne

ne ulterius dilationes fruſtratorias, quas rex Angliae protendebat, prorogaret, ſicut regnum Francorum diligebat, et honorem ſedis apoſtolicae. Miratus etiam Anglicanae eccleſiae deſolationem Willielmus, Senonenſium antiſtes, ſedem apoſtolicam petiit, et a Romana eccleſia impetravit, ut rex Anglorum, omni appellatione ceſſante, ſubjiceretur anathemati, et regnum interdicto, niſi pax Cantuarienſis eccleſiae redderetur. Sic denique placuit omnium diſpenſatori Deo ſui Thomae recompenſare merita, et labores diutinos conſummare victorioſa martyrii palma. Regis ergo ſententiam mutavit in melius, et mediantibus tam domini papae paterna exhortatione, regiſque Francorum, et plurimorum epiſcoporum conſilio, quam etiam principum ſupplici interventu, archiepiſcopum recepit in gratiam, et ad ſuam redire conceſſit eccleſiam.

Facta eſt autem pax iſta inter archiepiſcopum et regem Angliae quarto idus Octobris feria ſecunda, in monte laudato, qui eſt inter Turonim et Ambaſium. Sicque omnibus completis, unuſquiſque reverſus eſt in locum ſuum. Thomas vero, Cantuarienſis archiepiſcopus, reverſus eſt ad abbatiam ſanctae Columbae, ubi jam fere per quatuor annos degebat. Quadam vero die, dum idem archiepiſcopus ibidem in eccleſia ante quoddam altare in oratione proſtratus jaceret, audivit vocem de caelo dicentem ſibi, Surge velociter, et abi in ſedem tuam, et glorificabis eccleſiam meam ſanguine tuo, et tu gloriaberis in me. Inchoante autem anno ſeptimo exilii ſui, cum jam eſſet Deo amabilis, ſpiritualibus exercitiis ſanctificatus, et ſeptiformi Spiritus Sancti gratia perfectior, ad ſedem ſuam quantocyus repedare feſtinabat. Noluit enim pius pater Cantuarienſem eccleſiam diutius deſolatam relinquere; vel quoniam, ut creditur, in ſpiritu viderat certaminis ſui gloriam protelare, aut alibi moriendo ſedem propriam martyrii ſui honore privare.

Hujus autem vita irreprehenſibilis erat coram Deo et hominibus. Non enim erat illi vanum ſurgere ante lucem, ſciens quod Dominus promiſit coronam vigilantibus. Quotidie namque ante lucem ſurrexit, caeteris omnibus dormientibus, et intrans in oratorium ſuum, prolixius oravit; ſic demum rediens ſuſcitavit capellanos et clericos ſuos a ſomno, et cantatis matutinis et horis diurnis, miſſam devote celebravit, et ſingulis diebus et noctibus ternas vel quinquenas accepit de manu ſacerdotis diſciplinas. Poſt vero celebrationem miſſae quotidie reintravit oratorium ſuum, et clauſo oſtio poſt ſe, vacabat orationi cum lachrymis uberrimis; et nemo niſi ſolus Deus ſciebat afflictionem, quam faciebat carni ſuae. Et ſic faciebat carni ſuae quotidie uſque ad horam prandii, niſi major ſolennitas et cauſa evidentior impediret. Exiens vero ab oratorio, prandere inter ſuos venit, non ut corpus ſuum pretioſis ſaturaret cibis, ſed ut familiam ſuam exhilararet, et ut pauperes Domini ſatiaret bonis, quos quotidie ſecundum facultatem ſuam numero augebat. Et quamvis pretioſi et exquiſiti cibi et potus ei apponerentur, tamen erant ei in cibo et potu panis et aqua. Quadam autem die dum idem archiepiſcopus in menſa Alexandri, ſummi pontificis, ſederet, quidam ſecreti ſui conſcius poſuit coram eo ſcyphum aquae plenum. Quem cum [illegible] pontifex apprehendiſſet, et inde guſtaſſet, invenit vinum meriſſimum et ſuave ad potandum; et dixit, Putabam hoc fuiſſe aquam, et repoſuit ſcyphum coram archiepiſcopo, et mox vinum rediit in priſtinum ſaporem aquae. O mira mutatio dexterae excelſi! Singulis autem diebus cum archipraeſul a prandio ſurrexiſſet, niſi majora negotia impedirent, ſemper vacabat lectioni divinae uſque ad horam veſpertinam, et auditis veſperis cum ſol ad occaſum tenderet, paratus erat lectus ejus ſuperpoſitis mollibus ſtramentis et pannis ſericis, per totum deſuper auro contextis. [illegible], ille [illegible]cebat in nuda area ante lectum ſuum, in hymnis, et pſalmis, et nunquam ab oratione ceſſabat, donec labore victus paululum reclinaret caput ſuum ſuppoſito lapide loco pulvinaris. Et ſic oculi ſomnum capiebant, ſed cor ejus ſemper ad Dominum vigilabat. Veſtis autem ejus interior erat cilicina ex pilis caprarum aſpera, qua totum corpus ejus tegebatur, a cubitis uſque ad poplites. Exteriores autem ejus veſtes erant nitidae, et ſatis pretioſae, ut ſic decipiens humanos visus, [illegible]. Nulli quidem hominum erat hujus ſecretae vitae ſuae conſcius praeter duos tantum, quorum unus erat Robertus, canonicus de Meretun, capellanus ejus, et alter dicebatur Brun, qui cuſtodiebat cilicia ſua, et lavabat, quando fuit neceſſe. Et iſti erant illi fide et ſacramentis aſtricti, quod haec nemini dicerent in tota vita ſua. Venit ergo archipraeſul Thomas ad Witſand, et cum audiſſet, quod Rogerus, Eboracenſis archiepiſcopus, et Londonienſis, et Sareſbirienſis epiſcopi eſſent apud [illegible] illi ire, [illegible]. Tranſito itaque mari, archiepiſcopus, et futurus martyr in magna gratia, gloria, et honore, praecipue a monachis cum ſolenni proceſſione quaſi angelus Dei ſuſceptus eſt in eccleſia ſua, omnibus prae gaudio illachrymantibus et cum gratiarum actione clamantibus, Benedictus, qui venit in nomine Domini. Ipſe autem tanquam bonus paſtor, omnibus in oſculo pacis acceptis, illos paterna exhortatione monuit, et docuit fraternitatem diligere, Deo obedire, in bonis perſeverare, et certare pro lege Dei uſque ad mortem. Ea vero tempeſtate erat Henricus, rex Angliae, regis Henrici filius, in Anglia, et nativitas Domini inſtabat, quam rex ille cum primatibus terrae ſuae ſolenniter celebraturus erat. Ad quam beatus Thomas, licet non eſſet invitatus, ire propoſuit. Et cum Londonias veniret, venit ad eum Jocelinus, frater reginae, et prohibuit ei ex parte regis, ne ulterius procederet. Et ſic beatus Thomas Cantuariam reverſus eſt. Ergo damnis iterum, et atrocioribus injuriis ſupra modum et numerum athleta Chriſti affectus eſt, et edicto publico praeceptus eccleſiae ſuae ſepta non exire. Quiſquis ei, vel alicui ſuorum faciem hilarem praetendebat, hoſtis publicus cenſebatur. Sed haec omnia vir Dei cum multa patientia ſufferebat, et familiariter inter ſuos commorans, converſatione ſua et exhortationis verbo omnes aedificabat. Reſeditque in ſua pon-

tifex eccleſia intrepidus, expectans horam, qua a Deo perciperet martyrii coronam. Praemunitus ſiquidem a multis ſciebat, quod brevis foret vita ejus, et mors in januis. Ibi quaſi tunc coepiſſet vivere, exactum vitae tempus ſpiritualibus exercitiis redimere ſatagebat. Scienſque quod vita praeſens via eſt, et militia, ut eſſet ſanctus corpore, et ſpiritu vitiis expeditus, ſuccinxit ſe ad curſum virtutibus armatus, accinxit ſe ad pugnae conflictum: Curſum ergo conſummando cucurrit non quaſi in incertum, bene certando pugnavit non quaſi aerem verberans. Prodibat tunc fere omnis ejus cogitatio, et ſermo de fine hujus vitae et viae miſeria. Aliquando etiam in ſermone ſuo, quem faciebat ad fratres ſuos Cantuarienſis eccleſiae monachos, et ad clerum civitatiſque populum, dicebat, Veni ad vos mori inter vos. Aliquando autem dicebat, In eccleſia iſta ſunt martyres, et in proximo augebit Deus numerum illorum. Haec dicebat ſignificans, qua clarificaturus eſſet ille Dominum morte.

Anno gratiae milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, qui erat annus XVII. regni regis Henrici, filii Matildis imperatricis, idem rex Angliae fuit in Normannia apud Burum die natalis Domini, qui ſexta feria evenit, et Alienora regina, et Richardus, et Gaufridus, et Johannes, filii ejus cum eo. Eodem anno Henricus rex Angliae filius erat in Anglia. Beatus vero Thomas, Cantuarienſis archiepiſcopus, eo die Cantuariae reſidens, poſt ſermonem ad populum factum excommunicavit Robertum de Broc, qui die praecedenti amputaverat caudam ſumerii ſui. Vix ergo pater in eccleſia ſua per menſem moram fecerat, et ecce quinta die natalis Domini venerunt Cantuariam quatuor milites, immo ſatanae condicti ſatellites; quorum nomina ſunt haec: Willielmus de Traci, Hugo de Morevile, Richardus Brito, Reginaldus, filius Urſi; viri quidem generis praeeminentia conſpicui, ſed enormis ſceleris auſu militiae gloriam, et ſtemmatis titulum perpetua ignominia mox damnaturi. Hi ergo introeuntes ad archiepiſcopum, et quia non directa in manu eorum ſalus, ex concepta malitia ſalutationis eloquium praetermittentes, cum faſtu et ſuperbia alloquuntur. Accipiunt redduntque minas, minis adjicientes reſponſum. Denique probra et contumelias poſt ſe relinquentes, exierunt; continuoque revertentes, clauſtrum monachorum irrumpunt cum multa armatorum ſequela, et ipſi armati. Jam praeſul cum modeſtia et gravitate praeceſſerat eos in oratorium, ſuadentibus, immo et compellentibus monachis, propter diem ſolennem, ad peragendam veſpertinam ſynaxim; cum eos a tergo reſpiceret in medio clauſtri armatos, arcere eos templo debuit propria malignitas, ſed nec facinus diſſuaſit ſolennitatis reverentia, nec a ſanguine cohibuit patriarchae innocentia. Uſque adeo occupavit et excaecavit eos impudorata patrandi facinoris voluntas, ut nec militiae jacturam recogitarent, nec ullius diſcriminis haberent aeſtimationem. Praecipites ergo et ſtupidi inſequentes archiepiſcopum, extractis gladiis intrant eccleſiam furioſe clamantes, Ubi eſt proditor ille? Nemine vero reſpondente, ingeminant illi, Ubi eſt archiepiſcopus? Sciens itaque Chriſti confeſſor, et martyr mox futurus, priori nomine ſe falſo impeti, alterum vero ſibi pro officio competere, a gradibus obviam illis progrediens, Ecce inquit aſſum. In tanta autem ſe exhibebat conſtantia, ut nec animus ejus pavore, nec corpus horrore concuti videretur. Cui unus funeſtorum militum in ſpiritu furoris intulit, Tu modo morieris, impoſſibile enim eſt, ut ulterius vivas. Reſpondit autem archiepiſcopus non minori conſtantia verbi quam animi, Ego pro Deo meo mori paratus ſum, et pro aſſertione juſtitiae et eccleſiae libertate: ſed ſi caput meum quaeritis, prohibeo ex parte omnipotentis Dei, et ſub anathemate, ne cuiquam alii, ſive monacho, ſive clerico, ſive laico majori vel minori, in aliquo noceatis, ſed ſint a poena immunes, ſicut extiterunt a cauſa. Verba ejus nonne Chriſtum exprimere videntur in paſſione dicentem; Si me quaeritis, ſinite hos abire? Cui ſtatim injicientes manus milites tentarunt, ut extra eccleſiam ad peragendum propoſitum traherent, ſed non potuerunt. Videns ergo archiepiſcopus carnifices eductis gladiis, in modum orantis inclinavit caput, haec noviſſima proferens verba: "Deo, et ſanctae Mariae, et ſanctis hujus eccleſiae patronis, et beato Dionyſio commendo meipſum et eccleſiae cauſam." Tunc in omnibus his cruciatibus invicti animi, et admirandae conſtantiae martyr non verbum vel clamorem emiſit, nec edidit gemitum, nec brachium oppoſuit ferienti, ſed caput inclinatum, quod gladiis expoſuerat, donec conſummaretur, tenebat immobile. Praedicti igitur milites timentes concurrentium undique utriuſque ſexus multitudinem, ne forte voto infecto eriperetur, facinus acceleraverunt. Cumque unus ex eis extendens vibraret gladium in caput archiepiſcopi, brachium cujuſdam clerici, qui dicebatur Eadwardus Grimſere, abſcidit, et ipſum pariter in capite vulneravit chriſtum Domini; extenderat enim idem clericus brachium ſuper caput patris, ut ferientis exciperet, vel potius elideret ictum. Stabat adhuc juſtus pro juſtitia patiens, velut agnus innocens, ſine murmure, ſine querimonia; et ſeipſum holocauſtum offerens Domino, ſanctorum patrocinia implorabat. Et, ne quis funeſtorum ſatellitum intacto praeſule inſceleſtus argui poſſet, ſecundus et tertius gladios ſuos vertici conſtantis athletae atrociter illiſerunt, confregerunt, et Spiritus Sancti victimam ſolotenus praecipitaverunt, quartus pluſquam ferali, immo furiali crudelitate debacchatus, jam proſtrato, jam expiranti coronam raſilem abſcidit, teſtam capitis diſſipavit, et mucrone vertici intruſo, cerebrum cum ſanguine ſuper pavimentum lapideum effudit. Diſcolor in mixtura utriuſque ſubſtantia bifariam diſcreta martyris merita pie intuentem docere videbatur. Candebat namque in cerebro byſſus innocentiae, purpura martyrii rubebat in ſanguine: utroque martyr Thomas, quaſi veſte nuptiali decenter adornatus, caeleſtis menſae conviva dignus efficitur. Sic, ſic martyr Thomas virtute conſtantiae adamantinus caeleſtis aedificii lapis

lapis pretioſus, gladiorum quadratus ictibus angulari lapidi Chriſto in caelis eſt conjunctus. Conſummatus ergo noſter Abel in martyrii gloria in brevi explevit tempora multa. Itaque inchoante ſeptimo anno exilii ſui, praefatus martyr Thomas pro lege Dei, et eccleſiae libertate, quae tota fere deperierat in Anglicana eccleſia, certavit uſque ad mortem; et a verbis impiorum non timuit. Fundatus enim ſupra firmam petram, id eſt, Chriſtum, pro nomine Chriſti, in eccleſia Chriſti gladiis profanorum, quinta die natalis Domini, id eſt in craſtino Innocentum, ipſe innocens occubuit. Cujus vitam innocentem, et mortem cauſae merito in conſpectu Dei pretioſam, innumera praedicant miracula, quae non ſolum loco requietionis ejus, ſed et in diverſis nationibus et regnis mirifice exhibentur. Eodem die paſſio beati Thomae revelata eſt beato Godrico anachoritae per Spiritum Sanctum apud Finkhale, qui locus diſtat a Cantuaria plus quam per centum ſexaginta milliaria. Monachi autem Cantuarienſis eccleſiae clauſerunt oſtia eccleſiae, et ita permanſit eccleſia ſuſpenſa a celebratione miſſae fere per unum annum, quouſque receperunt reconciliationem eccleſiae per dominum papam Alexandrum. Monachi vero detulerunt martyrem ſuum, et poſuerunt nocte prima, in choro agentes circa illum exequias defunctorum. Et veraciter dicitur, quod expletis circa corpus obſequiis humanitatis, cum jam in choro jaceret ſuper feretrum, circa auroram, levata manu dextera dedit benedictionem, deinde ſepelierunt eum in crypta. Milites autem, qui illud profanum opus perpetraverunt, ſtatim profani operis ſui conſcii, et de venia deſperantes, ad curiam regis Angliae, unde venerant, redire non auſi fuerunt, ſed in occidentales partes Angliae ſeceſſerunt, uſque ad Cnareſburc, villam Hugonis de Morevile, et ibi tamdiu remanſerunt, donec viles habiti fuerant a compatriotis illius provinciae. Omnes enim illorum vitabant alloquia, nec aliquis cum eis manducare vel bibere voluit. Soli ergo manducabant et ſoli bibebant, et fragmenta cibariorum ſuorum projiciebantur canibus, et cum inde guſtaſſent, nolebant inde quicquam comedere. Ecce manifeſta et digna Dei vindicta! ut illi, qui contempſerunt chriſtum Domini, a canibus etiam contemnerentur. Poſt multum vero temporis, praedicti quatuor milites, quos propria actionis conſcientia accuſabat, Alexandrum, Romanum pontificem, adierunt, et accepta ab eo poenitentia, Jeroſolymam profecti ſunt. Et ex praecepto papae in monte Nigro poenitentiam agentes obierunt, et ſunt Jeroſolymis ſepulti ante oſtium templi. Quorum ſuperſcriptio haec eſt: Hic jacent miſeri, qui martyrizaverunt beatum Thomam, archiepiſcopum Cantuarienſem.

Annus millenus centenus ſeptuagenus
Primus erat, primas quo ruit enſe Thomas.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 12.	THOM. BECKET 9	1170	HENRIC II 17.

Epiſtola Thomae, archiepiſcopi Cant. ad papam Alexandrum III. *de injuriis ſibi factis.* Ex MS. Cott. Fauſt. B. 1. fol. 6.

REVERENDO patri et domino in Chriſto chariſſimo Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Thomas, Cantuar. eccleſiae miniſter humilis, ſalutem et omnimodam cum ſumma devotione obedientiam. Quam juſtis et quam honeſtis conditionibus cum domino noſtro rege Anglorum fecerimus pacem, ad veſtram notitiam, tam ex noſtra, quam ex multorum intermeantium relatione credimus perveniſſe, et qualiter idem dominus noſter reſiliret a pactis et promiſſionibus ſuis; quod tamen non tam illi credimus imputandum, quam ſacerdotibus Baal, et falſorum prophetarum filiis, qui totius diſcordiae incentores ab initio extiterunt; ſed horum omnium primicerii ſunt Eborac. ille et epiſcopus London. qui quondam cum caeteris Senonis a vobis recedentes, domino rege nondum adito vel audito, nos in curia clementiae veſtrae pedibus aſſiſtentes, poſſeſſionibus noſtris ſpoliare non timuerunt, cum illis indubitanter conſtaret nos duarum appellationum cauſas apud vos exercere; utpote qui appellati eramus ab archiepiſcopo Eboracenſi, et tam illum, quam coepiſcopos noſtros appellaveramus ab eis itidem appellati. Cum ergo filii Balamitarum ſigniferi, nos cum domino rege pacem feciſſe audiſſent, aſſociatis (vel accitis) ſibi Sareſb. et aliis complicibus ſuis, circuierunt mare et arida, ut initam pacis reciderent unitatem, per ſe et per alios domino regi et ſuis ſuadentes concordiam regno inutilem et inhoneſtam eſſe, niſi donationes eccleſiarum noſtrarum, quas rex fecerat, ſtabiles permanerent, et nos cogeremur regni conſuetudines, ſuper quibus inter nos eſt orta contentio, firmiter obſervare. Adeoque profecerunt in perverſitatibus ſuis, ut eorum inſtinctu dominus rex omnes reditus noſtros et noſtrorum poſt pacem in feſto beatae Mariae Magdalen. factam, uſque ad feſtum S. Martini abſtulerit, tunc demum nobis concedens domos vacuas et horrea demolita. Clerici tamen ſui, ſcilicet Gaufr. Ridel, archidiaconus noſter, et Nigellus de Sachavilla, duas eccleſias noſtras, quas de manu laica acceperunt, adhuc detinent occupatas, et ipſe plures eccleſiae noſtrae poſſeſſiones, quas ſe in pacis reformationem promiſerat reddituram, nobis et eccleſiae reddere contradicit. Et licet aliter quam ipſum liceret contra pacta ſua, ut pluribus notum eſt, verſaretur; nos tamen enormia damna eccleſiae et irreparabilia videntes, et praecaventes graviora, veſtro et dominorum cardinalium praeeunte conſilio, ad eccleſiam noſtram laceratam et conculcatam redire decrevimus, ut, ſi eam non poſſumus erigere et reformare, ſaltem cum ipſa pereuntes confidentius pro ipſa praeſentes ſpiritum redderemus. Quod cum illi amici noſtri certius didiciſſent, ambiguum eſt quid veriti conſilium inierunt cum officia-

officialibus regis, et ſceleratiſſimo illo filio perditionis Ran. de Broc, qui in eccleſiam Dei publicae poteſtatis abutens juribus, jam per VII annos licentius debacchatus eſt. Decreverunt ergo, ut armata manu portus maris, ad quos nos venturos ſuſpicabantur, militum et ſatellitum cuſtodia et diligentia obſervarent, ne terram poſſemus intrare, quin omnem ſupellectilem noſtram curioſius perſcrutarentur, et omnes literas, quas impetravimus a majeſtate veſtra, nobis auferrent; ſed nutu divino contigit, ut machinamenta eorum nobis per amicos innoteſcerent, quae impudentia eorum ex nimia praeſumptione non patiebatur eſſe abſcondita. Nam ſatellites, quos praediximus, armati litora circuibant, greſſus ſuos dirigentes, prout eis jam dicti Eborac. et London. et Sareſbirien. dictitabant. Elegerant enim ad executionem hujus malitiae, quos nobis maxime noverant eſſe infeſtos, ſcilicet Ran. de Broc, Reginaldum de Warenne, Gervaſium, Cantiae vicecomitem, qui palam minabantur ſe, ſi forte praeſumeremus applicare, nobis caput amputaturos. Saepedicti vero epiſcopi Cantuariam venerant, ut ſi ſatellites publicae poteſtatis non inſaniebant ſatis, eos amplius inſtigarent. Itaque conſiliis eorum diligentius exploratis, una die antequam mare ingrederemur, praemiſſae ſunt literae veſtrae; ſed et illae, quibus Eboracen. ſuſpendebatur et London. et Sareſbirienſis revocabantur in ſententiam anathematis, eis traditae ſunt. Die ſequenti navem aſcendimus, et in Angliam pervenimus navigatione felici, adducto nobiſcum ex mandato domini regis Johanne, decano Sareſb. qui armatos, quos praediximus, vidit non ſine dolore et rubore accelerantes ad navigium noſtrum, ut adventantibus vim inferrent. Praefatus ergo decanus timens, ne ſi quid nobis aut noſtris mali inferretur, in domini regis redundaret infamiam obviam proceſſit armatis, denuncians eis ex parte domini regis, ne nos aut noſtros laederent, quia hoc eſſet ipſum regem, cum quo pacem feceramus, nota proditionis inurere; perſuaſitque eis, ut ad nos accederent inarmati. Illi tamen, quia Symonem, Senonenſem archidiaconum, adduxeramus, qui amicos, quos habuit in Anglia decreverat viſitare, exegerunt ab eo juramentum fidelitatis, quo ſe regibus noſtris contra omnes homines obligaret, nec vos excipientes nec alium; ſed nos non permiſimus, ut talis obligatio praeſtaretur veritati, ne clerus regni cogeretur ad ſimile juramentum auctoritate exempli, ſi domeſtici noſtri obligationes hujuſmodi praeſtitiſſent. Quod utique in diſpendium ſedis apoſtolicae ut auctoritas ejus evacuetur, aut minuatur in regno, moliuntur ſaepedictus Eboracenſis, London. et Sareſb. et complices ſui. Officiales vero, qui juramentum exegerant, pauciores erant, quam ut nos poſſent contra voluntatem noſtram in eo loco ad aliquid cogere, eo quia populus reditui noſtro congaudens, ſi vires pararentur, fortior erat. Inde ad eccleſiam noſtram venientes, cum magna devotione a clero et populo recepti ſumus, licet intruſi adhuc violenter incumbant eccleſiis noſtris, in quibus in omni peſte et vexatione eccleſiae praecipui ſunt Gaufr. Ridel, archidiaconus noſter, et Nigellus de Sachavilla, clericus ejus. Quorum alter, ſcilicet Gaufr. occupat eccleſiam de Otteford, alter, videlicet Nigellus, eccleſiam de Herges, quas cum fructibus perceptis nobis et clericis noſtris, quorum ſunt, ex mandato veſtro reddere debuerant. Praecepiſtis enim domino Rothomagenſi, et epiſcopo Nivernenſi, ut eos abſolverent, accepto ſecundum morem eccleſiae ſacramento, et praeciperent auctoritate veſtra nobis eccleſias noſtras cum fructibus reſignari. Poſtquam vero ad eccleſiam noſtram venimus, incontinenti nos adierunt officiales regis, denunciantes ex parte ipſius, ſicut eos dominus Eboracenſis, et London. epiſcopus et Sareſb. informaverant, ut ſuſpenſos epiſcopos et excommunicatos abſolveremus, quia quod contra eos factum fuerat, in regis injuriam redundabat, et in everſionem conſuetudinum regni, promittentes epiſcopos provinciae noſtrae poſt abſolutionem venturos eſſe ad nos, et juri, ſalvo honore regni, parituros. Nos autem reſpondimus, non eſſe judicis inferioris, ut ſuperioris ſententiam ſolvat, et quod nulli hominum licet infirmare, quod apoſtolica ſedes decreverit. Quia tamen illi inſtantius perurgebant, et minabantur dominum regem, niſi eis adquieſceremus, mira et ſtupenda facturum, diximus eis, quodſi London. et Sareſb. epiſcopi jurarent coram nobis in forma eccleſiae, ſe veſtro mandato parituros, nos pro pace eccleſiae et reverentia domini regis cum conſilio ipſius, et domini Wintonienſis epiſcopi, et aliorum fratrum noſtrorum ſubjiceremus periculo, et faceremus quicquid poſſemus, ſalva reverentia veſtra, et eos tanquam fratres in Chriſto chariſſimos diligeremus, et in omni humilitate et manſuetudine tractaremus. Quod cum epiſcopis ab intermeantibus referretur, reſpondit Eboracenſis quaerens ſeditionis conſortes et ſchiſmatis incentores, juramentum hujuſmodi, niſi de voluntate regis non debere praeſtari, praeſertim ab epiſcopis, quia erat contra dignitatem principis, et conſuetudines regni. Ei vero ex parte noſtra reſponſum eſt, quod iidem epiſcopi antea a nobis excommunicati fuerant, et nonniſi praeſtito juramento, cum vos multis ſolicitationibus interpellaſſent, abſolvi meruerunt. Et ſi noſtra ſententia ſine juramento epiſcoporum ſolvi non debuit, multo minus veſtra, quae longe fortior eſt et incomparabili nobis et mortalibus cunctis auctoritate ſubnixa. Ad quam rationem, ſicut nobis retulere, qui praeſentes aderant, epiſcopi adeo moti ſunt, ut decreverint venire ad nos, et ſecundum morem eccleſiae recipere abſolutionem, non ducentes tutum, ut pro conſervandis regni conſuetudinibus, eccleſiae ſe opponerent, et impugnarent apoſtolicas ſanctiones; ſed hoc pacis inimicus et eccleſiae turbator Eboracen. diſſuaſit, conſulens ut potius adirent dominum regem, qui eis ſemper patrocinatus eſt, et nuncios mitterent ad novum regem, qui ſuaderent ei, quod eum deponere volumus, cum nos, Deo teſte, ſi ipſe eccleſiae Dei profuturus eſt, mallemus eum non modo unum poſſidere, ſed ampliſſima et plura regna terrarum. Hujus vero legationis ſignifer fuit archidiaconus noſter. Nam Eborac. et duo praefati epiſcopi citius transfretaverunt, ut, quod

quod Deus avertat, circumveniant dominum regem, et adverſus eccleſiam exacerbent iram ejus. Fecerunt autem evocari ſenas perſonas vacantium eccleſiarum, ut conſilio eorum contra canones coram rege in alieno regno fratribus ſuis abſentibus celebrent electiones epiſcoporum provinciae noſtrae. Quodſi ſic electos noluerimus conſecrare, videntur ſibi habere cauſam ſeminandi diſcordiam inter nos, et dominum regem. Nihil enim eſt quod magis timeant, quam pacem eccleſiae, ne forte videantur opera eorum et corrigantur exceſſus. Caetera plura ſupplebit nuncius, quae ne taedium parerent, ſchedulae non cenſuimus inferenda. Vos, ſi placet, preces noſtras clementer audite. Valeat in aevum ſanctitas veſtra, chariſſime pater.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible] Angliae
ALEXAND. III. 12.	vacante.	1170	HENRIC. II. 17.

Epiſtola Lodowici, regis Francorum, ad Alexandrum papam de morte beati Thomae. Ex R. Hoveden in ann. collat. cum MS. Cott. Fauſt. B. 1. fol. 10. b.

DOMINO et patri [a ſuo] ſanctiſſimo, Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Lodowicus, rex Francorum, ſalutem et debitam reverentiam. Ab humanae pietatis lege recedit filius, qui matrem deturpat; neque creatoris beneficii reminiſcitur, qui de ſanctae ſedi illata turpitudine non triſtatur. Verum ſpecialius eſt condolendum, et novitatem doloris excitat inauditae novitas crudelitatis, quoniam in ſanctum Dei inſurgens malignitas in pupillam Chriſti gladium infixit, et lucernam Cantuarienſis eccleſiae, non tam crudeliter, quam turpiter jugulavit. Excitetur [b] exquiſitae genus juſtitiae. Denudetur gladius Petri in ultionem Cantuarienſis martyris; quia ſanguis ejus pro univerſali clamat eccleſia, et non tam ſibi, quam univerſae conquerens de vindicta eccleſiae. Ecce ad tumulum agoniſtae, ut relatum eſt nobis, divina in miraculis revelatur gloria, et divinitus demonſtratur, ubi humanitus requieſcit, pro cujus nomine [c] certavit. [d] Latores vero praeſentium patre orbati veſtrae pietati ſeriem indicabunt. Teſtimonio itaque veritatis aurem adhibete mitiſſimam, et tam de iſto negotio, quam de aliis ipſis tanquam nobis credite. Valete.

Epiſtola Willielmi, Senonenſis archiepiſcopi, ad Alexandrum papam de ejuſdem morte. Ibidem.

SANCTISSIMO patri ac domino Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Willielmus, Senonenſis eccleſiae humilis miniſter, ſalutem et debitam cum omni devotione obedientiam. Veſtro apoſtolatui, pater ſancte, data eſt omnis poteſtas in caelo et in terra. Gladius anceps in manibus veſtris. Super gentes et regna conſtituti eſtis, ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Vide ergo [a Domine] et conſidera quem vindemiaverunt ita. Vineam namque Domini Sabaoth exterminavit aper de ſylva, et ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Eccleſia ſiquidem Cantuarienſis, immo univerſalis eccleſia, [b] ſanguineas rorantes lachrymas, et amaritudine aſperſas, a finibus terrae in conſpectu veſtro effundit; quia poſita quaſi ſignum ad ſagittam, facta eſt opprobrium vicinis ſuis. Et qui vident eam, movent capita ſua ſuper eam dicentes, ubi eſt Deus eorum? Ipſa autem gemens, et converſa retrorſum, clamat in auribus Domini exercituum: Vindica, Domine, ſanguinem ſervi tui, et martyris, Cantuarienſis [c archiepiſcopi] qui occiſus eſt, immo pro libertate eccleſiae crucifixus. Pater ſancte, verbum horrendum, facinus flagitioſum, et enorme flagitium factum eſt in diebus noſtris; quod quicunque audierit, tinnient ambae aures ejus: non eſt auditum in Themam, non eſt viſum in Canaan. Alter ſiquidem Herodes ſemen Canaan et non Juda, progenies viperarum, miſſis a latere ſuo lictoribus, ſignum dominicae paſſionis, quod deſuper in vertice gerebat, nequaquam exhorruit profundis exarare vulneribus, et notis turpibus caeleſtem deformare imaginem. Propter haec, ſicut omnis eccleſia aſſerit, ipſum facit martyrem cauſa pariter et poena. Poena, dolor paſſionis illatae. Cauſa, rigor eccleſiaſticae cenſurae, quia pro lege Dei ſui certavit uſque ad mortem. Veſtra ergo intereſt, pater clementiſſime, cuſtos murorum Jeruſalem, remedium adhibere praeteritis, et providentiam futuris. Quis enim locus poterit eſſe tutus, ſi rabies tyrannica ſancta ſanctorum cruentat? et vicarios Chriſti, alumnos eccleſiae, impune dilacerat? Inſurgant ergo eccleſiaſticae leges, armentur jura [d] eccleſiaſtica. Introeat in conſpectu veſtro ultio ſanguinis glorioſi martyris, qui de Anglia clamat. Clamabit ſiquidem, et commovebit, non ſolum terram, ſed et caelum. Et ſic noſtro conſulite dolori, ut honeſtati [e veſtrae] pariter conſulatis, et [f] libertati eccleſiae. De caetero ſanctae paternitati veſtrae inſinuare dignum duximus, quod cum domino Rothomagenſi et nobis in mandatum dederitis, ut terram regis Angliae ciſmarinam, ſi pacem, quam glorioſae memoriae domino Cantuarienſi promiſerat, non obſervaret, [g] ſub interdicto poneremus; adjicientes etiam, quod ſi uterque noſtrum rei executioni non poſſet, aut nollet intereſſe, alter nihilominus mandatum ve-

[a] deeſt C. [b] *igitur* C. addit. [c] *decertaverit* C. [d] Haec Ex MS. Cott. [illegible]

[a] deeſt C. [b] *ſanguine* C. [c] deeſt C. [d] *caeleſtia* C. [e] deeſt C. [f] [illegible] C. [g] [illegible] C.

ſtrum

I

ſtrum exequeretur. Praedictus vero Rothomagenſis, poſtquam literas veſtras ei praeſentari fecimus, nobis ſignificavit, [h] quod ad Senonenſem civitatem veniret, et juxta formam mandati [i] veſtri procederet. Cum autem illuc veniſſet, una cum Lexavienſi, et Ebroicenſi, et Wigornenſi epiſcopis, et aliis quampluribus, tam clericis quam laicis de familia praedicti regis, poſt tergiverſationes et excuſationes verborum [k] inde diductas, reſpondit, ſe ad praeſentiam veſtram iter arripuiſſe, et praedicto regi exacerbationem ſe nolle infundere acerbiorem. Nos vero ſcientes, quod vitium paganitatis incurrit, quiſquis mandatis apoſtolicis obedire contemnit, juxta ſeriem mandati veſtri, de communi conſilio [l] fratrum noſtrorum omnium epiſcoporum, et S. Dionyſii, et S. Germani de Pratis, et [m] Pontiniacenſis, Wallacenſis, et Cenomanenſis abbatum, et aliorum quamplurium religioſorum virorum, et ſapientum in terram ejus ciſmarinam ſententiam tulimus, et memorato archiepiſcopo, et epiſcopis, ut eam obſervari facerent, ex parte veſtra injunximus. Scimus enim, quod nec poſſeſſiones, ſicut promiſerat, reſtituit, nec ſecuritatem, ſicut mors ejus indicat, inſtituit. Per Cantuarienſem archidiaconum quoque, quem ad eum miſeramus, nobis ſignificavit, quod cauſam mortis ejus dederat, et quod eum occiderat. Inde eſt quod clementiae veſtrae ſupplicamus, quatenus praedictam ſententiam ratam habeatis, et ſicut majeſtatem veſtram decet, et incolumitati expedit eccleſiae, eam taliter faciatis obſervari, ut honor Dei, et veſter conſervetur. Et [n] nos, qui veſtram ſanctitatem ea, qua ſcitis, devotione amplectimur, minime propter haec poſſimus illudi. Valete, et, [o] ſicut decet majeſtatem et ſanctitatem veſtram, facite.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 12.	vacante.	1170.	HENRIC. II. 17.

Epiſtola Theobaldi, comitis Bleſenſis, ad Alexandrum papam de morte beati Thomae. Ex R. Hoveden in ann. collat. cum MS. Cott. Fauſt. B. 1. fol. 11. a.

REVERENDISSIMO domino et patri ſuo Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Theobaldus, comes Bleſenſis, et regni Francorum procurator, ſalutem, et debitam cum filiali ſubjectione reverentiam. Veſtrae placuit majeſtati, ut inter dominum Cantuarienſem, et regem Angliae pax reformaretur, et integra firmaretur concordia. Itaque juxta veſtri tenorem mandati, illum rex Angliae hilari vultu, et fronte laeta, et pacem ſpondente, et gratiam ſibi referente, [a] recepit. Huic paci, et concordiae affui, et, me praeſente, dominus Cantuarienſis apud regem de coronatione filii ſui conqueſtus eſt, quem voto feſtinante, et ardenti deſiderio, in culmen regiae dignitatis fecerat promoveri. Hujus autem injuriae [[b] reus, et] ſibi male conſcius rex Angliae, juris, et ſatisfactionis ipſi Cantuarienſi pignus dedit. Conqueſtus eſt etiam de epiſcopis, qui contra jus, et decus Cantuarienſis eccleſiae, novum regem in ſedem regiam praeſumpſerunt intrudere; non zelo juſtitiae, non ut Deo placerent, ſed ut tyrannum placarent. De illis vero liberam, et licentem rex ei conceſſit [c] poteſtatem, ut ad veſtrae, et ſuae [d] poteſtatis arbitrium in eos ſententiam promulgaret. Haec ſiquidem vobis, vel juramento, vel quolibet alio libuerit modo, atteſtari paratus ſum, et ſancire. Sic itaque pace facta, vir Dei nil metuens receſſit, ut gladio jugulum ſubderet, et cervicem ferienti [e] exponeret. Paſſus eſt ergo martyrium [[f] agnus] innocens craſtina ſanctorum Innocentium die: effuſus eſt ſanguis juſtus, ubi noſtrae viaticum ſalutis, ſanguis Chriſti ſolebat immolari. Canes [g] aulici regis familiares et domeſtici, ſe miniſtros regis praebuerunt, et nocentes ſanguinem innocentem hauſerunt. Hujus prodigii modum deteſtabilem vobis verbo ſignificarem, ſed vereor ne mihi in odio aſcribatur, et latores praeſentium patenter et plenius evolvent: ex eorum relatione diſcetis, quantus ſit moeroris cumulus, quanta ſit univerſae eccleſiae [[h] et] martyris Cantuariae calamitas. Hanc [[i] calamitatem] ſalvo pudore non poteſt diſſimulare Romana mater eccleſia. Quicquid enim in filiam praeſumitur unicam, redundat in parentem, nec ſine matris injuria filia captivatur. Ad vos [k] itaque clamat ſanguis juſti, et flagitat ultionem. Vobis ergo, pater ſancte, adſit et conſulat Pater omnipotens, qui filii ſui cruorem mundo impendit, ut mundi noxas detergeret, et deleret maculas peccatorum; ille vobis [[l] vindictae] voluntatem inſinuet et ſuggeret facultatem, ut [[m] eccleſia] inauditi ſceleris confuſa magnitudine, diſtricta hilareſcat ultione. Valete.

[h] *quod Senonem veniret* C. [i] *apoſtolici* C. [k] *hinc inde* C. [l] *venerabilium* C. addit. [m] *Pontimag. et Wall. et Cenn.* Cott. legit: forte rectius: *Pontiniacenſis, Wallacenſis, et Cenomanenſis.* [n] *nobis—— propter hoc poſſit illudi* C. [o] *ſecundum* C. pro *ſicut decet.*

[a] *ſuſcepit* C. [b] deeſt C. [c] *facultatem* C. [d] *poteſtatis in eos honorem ſententiam*— C. [e] *ſubponeret* C. [f] deeſt C. [g] *aulici et familiares domeſtici regis Angliae ſe*— C. [h] deeſt C. [i] deeſt C. [k] *igitur* C. [l] deeſt C. [m] deeſt C.

Epiſtola

Epiſtola Willielmi, Senonenſis archiepiſcopi, ad dominum papam contra regem Angliae de morte beati Thomae. Ex R. Hoveden in ann.

AMANTISSIMO patri ac domino Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Willielmus, Senonenſis eccleſiae humilis miniſter, ſpiritum conſilii et fortitudinis, cum omni obedientiae famulatu. Inter ſcribendum haec, immo priuſquam ſcriberem, mox ſteti, et haeſi dubius admodum, quo dictaminis [a] genere nuper patrati ſceleris atrocitatem, et ſupplicii recenter illati immanitatem clementiae veſtrae oculis praeſentarem. Et profecto arbitror clamorem mundi jam veſtrae ſanctitatis aures impleviſſe, utpote qui in mundi ſpecula reſidetis, qualiter ille non rex Anglorum, ſed Anglorum potius et totius corporis Chriſti inimicus, proxime ſit malignatus in ſancto, in filio dextrae tuae, quem confirmaſti tibi. Cujus ex hoc mundo exceſſum, et exceſſus modum, et ſi forte ex aliquorum diverſo ſive adverſo relatu acceperitis, quod mihi innotuit ab his, qui interfuerant, conſcius fidelis intimo, et patrati ſceleris ordinem paucis explico: cujus tamen immanitas excogitari non poteſt. In natali Domini, proximo poſt feſtum Innocentium die, occidente jam ſole, circa horam veſperarum, intromiſſi ſpiculatores, tres duntaxat, qui primi fuerant, ad fortem illum athletam Chriſti terribiliter admodum et faſtuoſe acceſſerunt; quorum memoria ut in maledictione perpetuo ſit, interſero nomina, Hugo de Morevilla, Willielmus de Traci, Reginaldus, filius Urſi; qui in primo acceſſu a viro Dei ſalutati non reſalutaverunt, utpote qui jam vias perditionis ingreſſi manifeſte reſpuebant ſalutem, quin potius contumelioſe, et aſpere minis intonuerunt, niſi epiſcopos ſuſpenſos, ſive excommunicatos, ad regis abſoluturus mandatum. Quo manifeſte reſpondente, id ad ſingularis primatus veſtri ſpectare cenſuram, nec aliquid ſibi vendicaret, ubi tanta interveniſſet auctoritas. Mox ipſum ex parte regis diffiduciaverunt, et continuo exierunt ad cohortem. Militibus, qui de familia hominis Dei erant, ſuper periculo vitae, et bonorum omnium proſcriptione, in exitu ſuo praecipientes ex parte regis, ut ipſi pariter exirent, et rei eventum taciti et patientes expectarent. Publice per civitatem ſimile regis edictum exivit. Singularis vero ille Chriſti athleta in noſtris diebus minas principum ſprevit, et de loco ipſo, ubi jam velut mortis acceperat initium, ad militum inſtantiam vix egredi compulſus eſt. Et haec quidem, ne videretur conſummari invitus. Deo itaque diſpenſante, metropolitanam eccleſiam, in ipſius Chriſti honore dedicatam, ingreſſus, idem chriſtus Domini pro nomine Chriſti meruit immolari, ubi quotidie immolatur et Chriſtus. Et ſacerdos ille altiſſimi ſtans ante altare, et crucem, quam ante ſe geſtare conſueverat, brachiis ſuis amplectens, et orans, voluntarie ſeipſum inter crucis et altaris cornua pacificam Deo hoſtiam obtulit. Nam appropinquante jam hora paſſionis, ipſe flexis genibus, extento collo, et curvata cervice, calicem ſalutaris accepit, et a tribus praenominatis ſpiculatoribus decalvatus eſt, prius tamen contumeliis et probris multis affectus, ut nec ipſe paſſionis Domini ſui titulo fraudaretur. Cujus ut ipſe adhuc magis forma clareſceret, eadem hora pro occiſoribus ſuis exoravit; adjiciens et devote ſupplicans, ut a malis praeſentibus ejus familia ſervaretur illaeſa. Solus itaque pontifex non ſine ſanguine intravit in ſancta. Et quia poſt viri ſancti tranſitum, operante Domino, memoranda quaedam ex multorum crebra relatione accidiſſe audivimus; omnino praeteriri non debent. Dicitur namque, et conſtanter aſſeritur, poſt paſſionem ſuam, in viſu apparuiſſe multis, quibus perhibet ſe non mortuum eſſe ſed vivere; et non vulnera ſed vulnerum tantum cicatrices oſtentat. Inter quos veterano cuidam monacho, nomine Neel, manifeſte apparuiſſe dicitur; ſed qualiter, hoc non ediſſero, ut evitetur longitudo ſermonis, ſed horum bajuli fideliter et patenter exponent. De caeco vero quodam, qui mox paſſione conſummata, crudo adhuc ſanguine oculos perlinivit, oculos et viſum recepit, omnino auditum eſt. De cereis etiam circa corpus poſitis et extinctis, ſed poſtea per ſe reaccenſis, non infida multorum relatio eſt. Et quod majus eſt adhuc gaudium, et miraculum habet, expletis omnibus circa corpus humanitatis obſequiis, cum jam in choro jaceret ſuper feretrum, circa auroram, levata manu dextera, benedictionem dedit. Age ergo homo Dei, et quorum tenes ſedem, indue fortitudinem; excutere fili excuſſorum, hinc miſeratio, inde vero indignatio moveat; unam filio debes, tyranno alteram; et hujus in terris auge gloriam, quam de caelis tam mirabiliter glorificat Deus; illi vero para ignominiam, qui in terris tam horribiliter perſecutus eſt Deum, et proprii ventris tui percuſſit latera, excuſſit viſcera, et conculcavit in terra. Qui etiam filium tuum, quem ſicut matrem unicum diligebas, neſcio, per quos incircumciſos et immundos tam perfide, tam inhumane mactavit; patris non reveritus offenſam, nec miſeratus aetatem. Quorum ergo ſortitus es miniſterium, ſortiaris et zelum. Et quia cernis Achab ſcelus, Heliae te apprehendat aemulatio. Occidit Achab et poſſedit; ſed Achab quidem totius patrati ſceleris facie operoſe perpenſa, Achab ab ipſo juſtificatus eſt. Illud ſiquidem eſt, quod inter omnia, quae leguntur ſeu referuntur ſceleratorum ſcelera, longe primum obtinet locum. Quod omnem Neronis nequitiam, Juliani perfidiam, ſacrilegam etiam Judae proditionem excedit. Vide ſiquidem et attende, qualis per-

[a] al. *dictatoris*

ſona in quali eccleſia, quale etiam tempus patrandi ſceleris elegerit, natale ſcilicet Domini, proximam poſt ſanctorum Innocentium diem, ut novus ex veteri noſtris diebus ſuſcitaretur Herodes. Pax etiam publice data proditorem nihilominus revocavit a ſcelere. Qui tanquam per ſe ſatis non inſaniret, inſtigatores habuit, dantes cornua peccatori, falſos videlicet illos, et ab omni eccleſiarum orbe perpetuo deteſtandos fratres, Rogerum videlicet, archiepiſcopum Eboracenſem, diabolum illum, et Londonienſem epiſcopum, Gillebertum, et Jocelinum, Sareſbirienſem epiſcopum; non epiſcopos ſed apoſtaticos. Qui filium tuum, fratrem ſuum, non myſtice vendiderunt, ſed in veritate occiderunt; patris jam ſenis nec maledictionem metuentes, nec dolori vel aetati parcentes. Quorum vita praeſens, ut in perpetua amaritudine ſit, et memoria in maledictione aeterna, veſtra, pater ſancte, auctoritas pariter et auſteritas efficiat. Valeat ſanctitas veſtra, pater ſancte.

Interim Rotrodus, Rothomagenſis archiepiſc. et Egidius, Ebroicenſis epiſc. et Rogerus, Wigornenſis epiſcop. et Richardus Barre, et quidam alii de clericis et familiaribus regis Angliae iter arripuerunt ad Romanum pontificem pro ipſo rege, et pro regno ejus. Sed dominus Rothomagenſis ſenio et infirmitate laborans, cum jam fere mediam peregiſſet viam, ulterius procedere non potuit, ſed reverſus eſt in Normanniam ad ſedem ſuam, et praedicti epiſcopi cum clericis regis proceſſerunt; et a ſummo pontifice cum magna difficultate impetraverunt, ut duo cardinales, ſc. Theodinus, et Albertus, ex parte domini papae in Normanniam venirent ad cognoſcendam cauſam, quae vertebatur inter regem et eccleſiam Cantuarienſem, et de morte Cantuarienſis martyris, et de aliis eccleſiaſticis dignitatibus, et, prout Deus eis adminiſtraret, judicandam. Ipſi vero, qui Romam profecti fuerant, in hac forma ſcripſerunt domino regi:

Chariſſimo domino ſuo Henrico, illuſtri Angliae regi, duci Normanniae et Aquitaniae, et comiti Andegaviae, Robertus, abbas Wallatiae, Sareſbirienſis archidiaconus, Robertus, Lexovienſis archidiaconus, Richardus Barre, et magiſter Henricus, ſalutem, et fidele in omnibus et ubique obſequium. Noverit veſtra majeſtas, quod Richardus Barre nos praeceſſiſſet, et cum multo periculo et gravamine nos ad curiam domini papae praeveniſſet, nos quatuor cum duobus epiſcopis, et decano Ebroicenſi, et magiſtro Henrico cum multa difficultate venimus uſque Senas. Ibi diebus aliquot detenti ſumus. Comes enim Macharius ſic ex omni parte vias obſederat, quod nulli patebat egreſſus. Cum vero nos quatuor, cum epiſcopis, qui plurimum exire deſiderabant, non potuiſſemus, in maxima animi anguſtia poſiti, ex communi conſilio media nocte et latenter exivimus, et ſic per abrupta montium, et per loca fere invia ſub magno timore et periculo tandem venimus Tuſculanum. Ibi Richardum de Barre de veſtro honore, ſicut dicebat, ſolicitum, et ad veſtram utilitatem prudenter et utiliter, atque inſtanter laborantem invenimus; multum tamen contriſtatum, et confuſum, quia nec dominus papa eum receperat, nec alii benignos et humanos ſe illi exhibuerant. Nos autem venientes dominus papa nec videre, nec ad oſculum, nec ad pedem voluit recipere. Vix enim plerique cardinalium dignati ſunt nos recipere vel in verbo. Diu ergo in amaritudine ſpirituum noſtrorum anxie conturbati, his, qui vos fidelius diligebant, omnimode ſupplicavimus, ut eorum interventu dominus papa nobis quocunque modo audientiam indulgeret. Ad eorum tandem inſtantiam recepti ſunt dominus abbas Wallatiae, et Robertus, Lexovienſis archidiaconus, qui minus habebantur ſuſpecti. Ipſi autem cum nomen veſtrum, tanquam devotiſſimi filii Romanae eccleſiae in ſalutationem ex parte veſtra proponerent, acclamavit tota curia: Suſtinete, ſuſtinete, tanquam domino papae abominabile eſſet audire nomen veſtrum. Sic a curia venientes, ſero redierunt ad dominum papam, eique de noſtro communi conſilio exponentes, quod nobis a veſtra majeſtate fuerat injunctum. Referentes etiam ſeriatim ſingula beneficia, quae contuleratis Cantuarienſi, et ſingulos exceſſus, et inopportunitates, quas contra veſtram commiſerat dignitatem. Totumque hoc primum ſecreto, poſtea coram domino papa, et omnibus cardinalibus, contendentibus etiam contra eos Alexandro et Gunthero Flandrenſi, clericis Cantuarienſibus. Inſtante vero quinta feria ante Paſcha, in qua de conſuetudine Romanae eccleſiae ſolet dominus papa publice abſolvere vel publice excommunicare; cum certi eſſemus, quod de veſtro et regni veſtri gravamine, tanquam ad hoc proni diutiſſime tractaſſent, conſuluimus eos, quos veſtrae majeſtati fideliores cognovimus, ſcilicet dominum Portuenſem, dominum Jacinctum, dominum Papienſem, dominum Tuſculanenſem, dominum Petrum de Mirio (dominus Johannes Neapolis aberat) cum omni ſtudio, et inſtantia exorantes, ut nobis animum domini papae, et quid circa nos ſtatuere proponeret, aperirent. Ipſis vero in nihil niſi ſiniſtrum, et veſtrae celſitudini ignominioſum reportantibus, ex ſingultuoſa eorum, et fratris Franci fidelis viri relatione praeſenſimus, quod ea die immutabiliter diſpoſuerat dominus papa, in vos nominatim, et in totam terram veſtram ciſmarinam, et tranſmarinam de communi fratrum conſilio interdicti ferre ſententiam, et eam, quae in epiſcopos lata fuerat, confirmare. Poſiti ergo in arctiſſimo, omni ſtudio attentavimus per cardinales, et per illos de ſociis noſtris, qui ad illum habebant acceſſum, et per familiares ſuos, ut ceſſaret ab hoc propoſito, vel ſaltem differret uſque ad adventum epiſcoporum veſtrorum. Quod cum nullo modo fieri poſſit, nos ſicut decet, et ſicut debitores vobis ſumus, perſonae veſtrae dedecus, et totius terrae veſtrae gravamen ſuſtinere non valentes, nec debentes, tandem convocatis ſociis noſtris coram quibuſdam cardinalibus, et viam invenimus ſaluti veſtrae, et honori, bonam, et ſecuram, et univerſae terrae veſtrae utilem, epiſcopis quoque neceſſariam. Pro qua a vobis, et a terra veſtra, et ab epiſcopis veſtris dedecus, et periculum, quod imminebat, avertimus, et noſipſos pro hac libertate toti periculo expoſuimus,

ſuimus, credentes, et certam ſpem habentes, quod totum negotium procedet, ſecundum quod credimus vos velle, et ſecundum quod ſcimus vos velle debere. Dominus Wigornenſis, et dominus Ebroicenſis epiſcopi, et Robertus, decanus Ebroicenſis, et magiſter Henricus in proximo venturi erant, et eos quidem dimiſimus ultra modum anxios, et turbatos, quia pro explendo negotio veſtro, pro velle ſuo, venire non poterant. Fuitque de conſilio eorum et noſtro, quod nos quocunque modo praecederemus eos, ut dedecus et malum, quod parabant nobis adverſarii noſtri, impedire poſſemus. Certi enim eramus, quod veſtrum gravamen in curia praeparabatur, et timuimus illius diei conſuetudinem. Valeat et diu vigeat ſublimitas veſtra, confortamini in Domino, et exultet cor veſtrum, quoniam praeſens nubilum ad gloriam veſtram ſequetur ſerenum. Die Sabbati ante Ramos Palmarum ad curiam venimus, et lator praeſentium die Paſchae receſſit a nobis. Interim venerunt in Normanniam duo legati cardinales, a latere Alexandri ſummi pontificis miſſi, Gratianus, ſc. et Vivianus, qui magnis et diverſis vexationibus regem Angliae angariaverunt; volentes eum terram ſuam ſub interdicto ponere. Sed rex Angliae inde praemunitus, ante illorum ingreſſum ad praeſentiam ſummi pontificis appellavit; et ſic ſe et terram a gravamine illorum cuſtodivit illaeſos. At tum apoſtolicam timens ſeveritatem, ad mare properavit, et de Normannia in Angliam, transfretavit, praecipiens, quod nullus brevis lator, cujuſcunque fuerit conditionis, vel ordinis, permitteretur transfretare, neque de Normannia in Angliam, neque de Anglia in Normanniam, niſi prius data ſecuritate, quod nullum malum, vel gravamen quaereret regi nec regno ſuo. Deinde idem rex, magna claſſe navium congregata, fecit eas onerari victu, et armis, et congregari praecepit in portu de Milford, qui prope eſt de Pembroc. Ipſe autem interim magnum congregavit exercitum equeſtrem, et pedeſtrem, et venit uſque ad Pembroc obviam navibus ſuis. Quibus congregatis, et omnibus rite peractis, ipſe cum exercitu ſuo naves aſcendit in portu de Milford Sabbato, 17. cal. Nov. et in craſtino feliciter, et cum gaudio applicuit in Hibernia, in loco qui dicitur Croch, qui diſtat a civitate de Waterford per 8. milliaria, hora diei 9. cum 400. magnis navibus onuſtis viris bellicoſis, et equis, et armis, et victu. Cumque ipſe de navi in terram deſcendit, quidam lepus albus proſiliuit de vepribus, et ſtatim captus, et ei oblatus, in ſignum victoriae.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
ALEXAND. III. 13.	vacante.	1171.	HENRIC. II. 17.

Concilium Ardmachienſe in Hibernia celebratum an. Dni. MCLXXI. *Henrici ſecundi* XVII. *In quo Hibernenſes, divinae ultionis intuitu, Anglos ubique per inſulam ſervitutis vinculo mancipatos in priſtinam libertatem reſtituunt.* Ex Giraldi Cambr. expugn. Hibern. cap. 18.

HIS itaque completis, convocato apud Ardmachiam totius Hiberniae clero, et ſuper advenarum in inſulam adventu tractato diutius et deliberato, tandem communis omnium in hoc ſententia reſedit: propter peccata ſcilicet populi ſui, eoque praecipue, quod Anglos olim tam a mercatoribus, quam praedonibus atque piratis, emere paſſim, et in ſervitutem redigere conſueverant, divinae cenſura vindictae hoc eis incommodum accidiſſe, ut et ipſi quoque ab eadem gente in ſervitutem vice reciproca jam redigantur. Anglorum namque populus adhuc integro eorum regno, communi gentis vitio, liberos ſuos venales exponere, et priuſquam inopiam ullam aut inediam ſuſtinerent, filios proprios et cognatos in Hiberniam vendere conſueverant; unde et probabiliter credi poteſt, ſicut venditores olim, ita et emptores tam enormi delicto juga ſervitutis jam meruiſſe. Decretum eſt itaque in praedicto concilio, et cum univerſitatis conſenſu publice ſtatutum, ut Angli ubique per inſulam, ſervitutis vinculo mancipati, in priſtinam revocentur libertatem.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
ALEXAND. III. 14.	vacante.	1172.	HENRIC. II. 18.

Concilium Caſſilienſe in Hibernia habitum anno Domini MCLXXII. *Henrici* II. *ditionis Hiberniae primo; praeſidente Chriſtiano, Liſmorienſi epiſcopo, et Romanae ſedis legato: adjunctiſque Donato Caſſilienſi, Laurentio Dublinienſi, et Catholico Tuamenſi archiepiſcopis, cum ſuffraganeis ſuis, et coepiſcopis, abbatibus, etc.* Ex Hoveden annal. in ann.

IN craſtino adventus regis Angliae in Hiberniam, ſcil. 15. cal. Novembris, feria 2. feſto S. Lucae evangeliſtae, ipſe et omnes exercitus ejus profecti ſunt uſque Waterford civitatem epiſcopalem, et invenit ibi Willielmum, filium Aldelini, dapiferum ſuum, et Robertum, filium Bernardi, et alios quoſdam de familia ſua, quos ipſe ab Anglia praemiſerat. Et ibi moram fecit per 15. dies; et ibi venerunt ad eum per mandatum ipſius, rex Corcenſis, et rex de Limerich, et rex de Oxerie, et rex de Mida, et Reginaldus de Waterford, et fere omnes potentes Hiberniae, praeter regem de Conacta, qui dicebat ſe de jure eſſe dominum Hiberniae totius.

Praeterea venerunt ibidem ad regem Angliae omnes archiepiſcopi, epiſcopi, et abbates totius Hiber-

Hiberniae, et receperunt eum in regem et dominum Hiberniae, jurantes ei et haeredibus ſuis fidelitatem, et regnandi ſuper eos poteſtatem inperpetuum. Exemplo autem clericorum, praedicti reges, et principes Hiberniae receperunt ſimili modo Henricum, regem Angliae, in dominum et regem Hiberniae, et homines ſui devenerunt, et ei et haeredibus ſuis fidelitatem juraverunt contra omnes homines.

Eſt ſciendum, quod in Hibernia ſunt 4. archiepiſcopi, et 28. epiſcopi, quorum nomina haec ſunt.

Gelaſius, Armacenſis archiepiſcopus, totius Hiberniae primas, habet ſub ſe 8. ſuffraganeos, quorum nomina haec ſunt;

- Odanus epiſcopus,
- Mauritius, Charenſis epiſcopus,
- Malethias, Thuenenſis epiſcopus,
- Nehemias, Chonderenſis epiſcopus,
- Gillebertus, Ratphpothenſis epiſcopus,
- Thaddeus, Ceneverſis epiſcopus,
- Chriſtianus, Ardahachdenſis epiſcopus,
- Eleutherius, Cluencrardenſis epiſcopus.

Donatus, Caſſelenſis archiepiſcopus, habet ſub ſe 10. ſuffraganeos, quorum haec ſunt nomina;

- Chriſtianus, Liſmorenſis epiſcopus, apoſtolicae ſedis legatus,
- Ingmelleccenſis epiſcopus,
- Cluanumenſis epiſcopus,
- Arcmorenſis epiſcopus,
- Lucapniarenſis epiſcopus,
- Kildarenſis epiſcopus,
- Waterfordenſis epiſcopus,
- Archferdenſis epiſcopus,
- Roſſenſis epiſcopus,
- Finabrenſis epiſcopus.

Laurentius, Dublinienſis archiepiſcopus, habet ſub ſe 5. ſuffraganeos, quorum haec ſunt nomina;

- Biſtaghnenſis epiſcopus,
- Fernenſis epiſcopus,
- Leghglenſis epiſcopus,
- Kindarenſis epiſcopus,
- Erupolenſis epiſcopus.

Catholicus, Tuamenſis archiepiſcopus, habet ſub ſe 5. ſuffraganeos, quorum haec ſunt nomina;

- Kinfernenſis epiſcopus,
- Kinlathenſis epiſcopus,
- Maigonenſis epiſcopus,
- Aelfinenſis epiſcopus,
- Achathkourenſis epiſcopus.

Hi omnes, tam archiepiſcopi quam epiſcopi, receperunt ſibi Henricum, regem Angliae, et haeredes ſuos, in reges et dominos inperpetuum, quod et chartis ſuis confirmaverunt.

Quo facto, rex Angliae miſit Nicolaum capellanum, et Radulphum, archidiaconum de Landaff, clericos ſuos, una cum archiepiſcopis et epiſcopis Hiberniae, uſque ad Caſſelenſem civitatem, ad celebrandum concilium de ſtatutis eccleſiae. In concilio autem illo ſtatutum eſt:

I. Ut pueri deferrentur ad eccleſiam, et ibi baptizarentur in aqua munda, ſub trina merſione: In nomine Patris, Filii, et Spiritus Sancti. Et hoc a ſacerdotibus fiat, niſi metu mortis impediente, ab alio et alias oportuerit fieri; et tunc a quolibet fiat, ſine exceptione ſexus et ordinis.

II. Et ut decimae dentur eccleſiis de omnibus, quae poſſidentur.

III. Et ut omnes laici, qui uxores habere velint, eas ſecundum jus eccleſiaſticum habeant.

Rex vero Angliae miſit tranſcriptum chartarum univerſorum archiepiſcoporum et epiſcoporum Hiberniae ad Alexandrum papam; et ipſe auctoritate apoſtolica confirmavit illi et haeredibus ſuis regnum Hiberniae, ſecundum formam chartarum archiepiſcoporum et epiſcoporum Hiberniae.

De hoc concilio Caſſilienſi ſic Giraldus Cambrenſis in Hib. expugnata part. I. cap. xxxiii. et xxxiv.

SILENTE igitur inſula in conſpectu regis, tranquilla pace gaudente, eccleſiae Dei decus Chriſtique cultum in partibus illis magnificandi, ampliori deſiderio rex accenſus, totius cleri Hiberniae concilium apud Caſſiliam convocavit. Ubi requiſitis et auditis publice terrae illius et gentis, tam enormitatibus quam ſpurcitiis, et in ſcriptum, et ſub ſigillo legati Liſmorienſis; qui caeteris ibidem dignitate tunc praeerat, ex induſtria redactis, conſtitutiones ſacras, quae adhuc extant, de matrimoniis contrahendis, de decimis dandis, de eccleſiis debita devotione

votione venerandis, et frequentandis, quamplures emiſit; eccleſiae illius ſtatum ad Anglicanae eccleſiae formam redigere modis omnibus elaborando. Quas conſtitutiones ſub eiſdem verbis, quibus et promulgatae ſunt, hic interſerere, non ſuperfluum reputavi.

Conſtitutiones Caſſilienſis concilii.

ANNO igitur dominicae incarnat. MCLXXII. primo autem anno, quo illuſtriſſimus Anglorum rex et Hiberniae triumphator ipſam inſulam acquiſivit, Chriſtianus, Liſmorienſis epiſcopus, et apoſtolicae ſedis legatus, Donatus Caſſilienſis, Laurentius Dublinienſis, et Catholicus Tuamenſis, archiepiſcopi, cum ſuffraganeis ſuis et coepiſcopis, abbatibus quoque, archidiaconis, prioribus, et decanis, et multis aliis Hibernienſis eccleſiae praelatis, ex ipſius triumphatoris mandato, in civitate Caſſilienſi convenerunt, et de utilitate eccleſiae, et ſtatu ejus in meliorem formam producendo, ibidem concilium celebrarunt. Huic concilio interfuerunt iſti a rege miſſi; venerabilis vir Radulphus, abbas de Buldewas, Radulphus, archidiaconus de Landaff, Nicolaus capellanus, et alii clerici, et nuncii domini regis. Concilii autem ſtatuta ſubſcripta ſunt, et regiae ſublimitatis auctoritate firmata.

I. Primo ſtatutum eſt, quod univerſi fideles per Hiberniam conſtituti, repudiato cognatorum et affinium contubernio, legitima contrahant matrimonia, et obſervent.

II. Secundo, quod infantes ante fores eccleſiae catechizentur, et in ſacro fonte in ipſis baptiſmalibus eccleſiis baptizentur.

III. Tertio, quod univerſi fideles Chriſti decimas animalium, frugum, caeterarumque proventionum eccleſiae (cujus fuerint parochiani) perſolvant.

IV. In quarto, quod omnes terrae eccleſiaſticae, et earum poſſeſſiones ab omnium ſecularium hominum exactione penitus ſint immunes. Et ſpecialiter, quod nec reguli, nec comites, nec aliqui potentes viri Hiberniae, nec eorum filii cum familiis ſuis cibaria et hoſpitalitates in territoriis eccleſiaſticis, ſecundum conſuetudinem, exigant, nec amodo violenter extorquere praeſumant: et quod de villis eccleſiarum cibus ille deteſtabilis, qui quater in anno a vicinis comitibus exigitur, de caetero nullatenus exigatur.

V. In quinto, quod pro homicidio a laicis perpetrato, quoties inde cum ſuis inimicis componunt, clerici videlicet eorum cognati nihil inde perſolvant, ſed ſicut in homicidii perpetratione, ſic in pecuniae ſolutione ſint immunes.

VI. Sexto, quod univerſi fideles in infirmitate poſiti, confeſſore ſuo et vicinis aſtantibus, cum debita ſolennitate teſtamentum condant, bona ſua mobilia, dummodo uxores et liberos habeant (aere alieno, et ſervientium mercede exceptis) in tres partes dividant; unam liberis, alteram uxori legitimae, tertiam propriis exequiis relinquentes. Et ſi forte prolem legitimam non habuerint, bona ipſa inter ipſum et uxorem in duo media dividantur. Et ſi legitima uxor deceſſerit, inter ipſum et liberos bipartiri debent.

VII. Septimo, ut cum bona confeſſione decedentibus et miſſarum et vigiliarum exhibitione, et more ſepeliendi obſequium debitum perſolvatur. Item, quod omnia divina ad inſtar ſacroſanctae eccleſiae, juxta quod Anglicana obſervat eccleſia, in omnibus partibus eccleſiae amodo tractentur.

Dignum etenim, et juſtiſſimum eſt, ut ſicut dominum et regem ex Anglia ſortita eſt divinitus Hibernia; ſic etiam exinde vivendi formam accipiant meliorem. Ipſi namque regi magnifico tam eccleſiam, quam regnum Hiberniae debent, quicquid de bono pacis, et incremento religionis hactenus eſt aſſecuta. Nam ante ipſius adventum in Hiberniam, multimoda malorum genera a multis retro temporibus ibidem emerſerant; quae ipſius potentia et munere in deſuetudinem abiere. Ardmachienſis vero primas, ob corporis imbecillitatem, et grandaevitatem, tum praeſens non fuerat; ſed poſtea Dubliniam venit, regiae diſpoſitioni per omnia favorem praebens, vulgi opinione, vir ſacer vaccam candidam, cujus ſolum lacte veſcebatur, ſecum, quocunque venerat, circumducens.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
ALEXAND III. 14.	vacante.	1172.	HENRIC. II. 18.

Epiſtola Alexandri III. *papae ad Bituricenſem archiepiſcopum, et Nivernenſem epiſcopum pro abſolutione London. et Sareſbir. epiſcoporum.* Ex Rog. Hoveden in ann.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Bituricenſi archiepiſcopo, et Nivernenſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Fraternitati veſtrae non credimus eſſe incognitum, qualiter (ſanctae recordationis) Thomas, quondam Cantuarienſis archiepiſcopus, de mandato noſtro in Londonienſem et Sareſbirienſem epiſcopos excommunicationis ſententiam promulgavit; quam utique nos ratam habentes, et firmam, eam auctoritate apoſtolica curavimus confirmare. Quia vero praedicti epiſcopi, ſenio et debilitate corporis confecti, et alter morbo laborans, ad praeſentiam noſtram venire non poſſunt; vobis, de quorum prudentia et honeſtate confidimus, abſolutionem eorum, pro qua nuncii regis Henrici Angliae,

Angliae, et eorundem epiſcoporum apud nos vehementius inſtiterunt, duximus committendam. Ideoque fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra menſem, poſtquam iidem nuncii ad propria redierint, ſi de adventu legatorum noſtrorum, quos ad partes illas pro cognoſcenda atrocitate illius facinoris et ſceleris, quod perpetratum eſt, et reconciliatione regis diſpoſuimus tranſmittere, quod tranſalpinaverint vobis non innotuerit, eos, publice recepto juramento ſecundum morem eccleſiae, quod noſtro debeant aſtare mandato, ab excommunicationis vinculo abſolvatis, ſententia ſuſpenſionis ob eam cauſam, qua fuerant ultimo in excommunicationem deducti, in ſuo robore permanente. Si autem vobis conſtiterit, quod Sareſbirienſis epiſcopus, morbo laborans, ad vos venire non poſſit; illuc in propria perſona, quod nobis placeret, accedatis: aut ſi accedere non poteritis, perſonas idoneas, de quibus nos et vos confidere valeamus, tranſmittatis, quae illum, recepto juramento publice, in conſpectu eccleſiae, quod noſtro debeat parere mandato, abſolvant. Si autem huic rei, frater archiepiſcope, intereſſe non poteris, tu, frater epiſcope, ipſe cum Pontineacenſi abbate, quae dicta ſunt diligentius exequaris. Dat. Tuſculani octavo cal. Maii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 15.	RICHARD. I.	1173.	HENRIC. II. 19.

Concilium Weſtmonaſterienſe. Ex Mat. Pariſ. in ann.

EODEM anno (ſc. MCLXXIII.) pridie nonas Julii ſuffraganei Cantuarienſis eccleſiae, et ejuſdem loci ſenior pars conventus de electione archiepiſcopi tractantes, elegerunt Richardum, priorem Dovernenſem. Igitur electione facta, electus ille regi fidelitatem juravit, ſalvo ordine ſuo, nulla prorſus habita mentione de regni conſuetudinibus conſervandis. Acta autem ſunt haec apud Weſtmonaſterium in capella ſanctae Catharinae, juſtitiario aſſenſum praebente. In hoc quoque concilio recitatae fuerunt literae domini papae in audientia epiſcoporum omnium et baronum, haec inter caetera continentes: "Univerſitatem veſtram monemus, et auctoritate, qua fungimur, diſtricte praecipimus, ut natalem Thomae, martyris glorioſi, Cantuarienſis olim archiepiſcopi, diem videlicet paſſionis ejus, ſolenniter ſub annis ſingulis celebretis, et apud eum votivis orationibus ſatagatis peccatorum veniam promereri; ut qui pro Chriſto in vita exilium, et in morte virtutis conſtantia martyrium pertulit paſſionis, fidelium jugi ſupplicatione interpellatus, apud Deum pro nobis intercedat." Apicibus autem vix perlectis, levaverunt vocem omnes in ſublime dicentes: "Te Deum laudamus." Et quoniam ſuffraganei ejus debitam patri reverentiam aut exulanti, aut ab exilio revertenti, vel etiam reverſo non exhibuerant, ſed potius fuerant perſecuti, ut ſuum publice omnibus confiterentur errorem et iniquitatem, ex ore unius epiſcopi, omnium epiſcoporum eſt expreſſa confeſſio dicentis: "Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, ut qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Thomae, martyris tui atque pontificis, interceſſione liberemur."

Canones concilii ſub Richardo, archiepiſcopo Cantuarienſi habiti.* Ex MS. Cott. Claudius A. iv.

I. NULLUS praeſumat intrare eccleſiam abſque praeſentatione advocati eccleſiae, et imperſonatione dioeceſani epiſcopi, vel officialis ejus per ipſum.

II. Monachi albi non praeſumant amodo detinere decimas, quas colunt in parochiis eccleſiarum, quas eaedem habere ſolebant. Item non praeſumant habere eccleſias contra ſtatuta ordinis ſui.

III. Clerici focarias non habeant.

IV. Conjugati eccleſias non habeant, ſeu eccleſiaſtica beneficia.

V. Filii non ſuccedant patribus in eccleſiis.

VI. Nullus det eccleſiam in dotalitium.

VII. Nulli detur eccleſia, qui ſignum clericale non habeat.

VIII. Excommunicationi ſubjaceant, qui detinuerunt decimas de lana, de lino, et ſimilibus.

IX. Non pro communione, vel chriſmate, vel baptiſmate, vel extrema inunctione, vel ſepultura denarius vel aliquod pretium exigatur.

X. Clerici non eant ad tabernas, vel potationes publicas.

XI. Laici eccleſias ad firmam non habeant.

XII. Judaei non recipiant fidelitatem a chriſtianis, nec chriſtiani faciant.

XIII. Chriſtiani non foenerentur.

XIV. Eccleſiae exhibeantur honorifice in libris, et ornamentis, et utenſilibus neceſſariis.

XV. Clerici comam non nutriant, nec habeant veſtes inordinatas.

XVI. Amodo officium ſuum non exerceant, qui in alienis epiſcopatibus furtive ordines ſuſceperunt.

XVII. Clerici publicis muneribus non fungantur, nec cauſas ſanguinis agant.

XVIII. Non in eccleſiis vel locis conſecratis judicia ſanguinis vel mortis exerceantur.

XIX. Judaei non praeſumant amodo evacuare parochias eccleſiarum per occupationes ſuarum domorum vel terrarum.

XX. Non occulta fiant matrimonia, ſed palam in facie eccleſiae.

* Annum canonibus his praefixi, credens eos in concilio hujus anni Weſtmonaſter. fuiſſe conditos.

XXI. Mo-

XXI. Monachi firmas non teneant, vel canonici clauſtrales curam parochiarum agant.

XXII. Uxorati relictis uxoribus aliis adhaerentes, cum corripiuntur, non appellent.

XXIII. Wallenſes non vendant eccleſias, vel dent in dotem, vel conſanguineis adhaereant, vel commutent uxores.

XXIV. Pro monachis canonicis monialibus in monaſterio recipiendis nihil exigatur.

XXV. Non dicantur praefationes praeter ea, quae ſtatuta ſunt.

XXVI. Non fiat intinctio corporis in ſanguine Chriſti.

XXVII. Vicarii perpetui, qui perſonis eccleſiarum fideli ſacramento obligantur, ſe contra perſonam non erigant.

XXVIII. Penſiones aliis non faciant clerici in eccleſiis occulte et ſine aſſenſu epiſcopi, ut alii eiſdem ſuccedant.

XXIX. Terrae non accipiantur amodo in pignus, quin fructus terrae medio tempore percepti in ſortem computentur.

XXX. Laici non recipiant praemia pro praeſentatione perſonae, nec epiſcopi pro praeſentatione, nec officiales ſui.

XXXI. Donationes eccleſiarum et praeſentationes perſonarum factae viventibus irritae ſunt.

XXXII. Non in vaſis ſtagneis officia divina celebrentur.

XXXIII. Victus in cauſa ei, qui vicit, expenſas ſolvat.

XXXIV. Eccleſia vel ambitus eccleſiae hominem non tueatur, qui ibidem hominem occiderit.

XXXV. Non contrahatur matrimonium inter aliquos infra annos, niſi ex diſpenſatione inter principes vel magnos viros, reconciliationis vel pacis cauſa.

XXXVI. Leproſi inter ſanos amodo non converſentur.

XXXVII. Clerici vel monachi vel eccleſiis dediti non negotientur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	[illegible]
ALEXAND. III. 15.	RICHARD. I.	[illegible]	[illegible]

Canonizatio S. Thomae, Cantuarienſis archiepiſcopi, ejuſque adſcriptio in catalogo ſanctorum martyrum. Ex MS. Cott. Fauſt. B. i. fol. 11. et ex Rom. Bullar. vol. i. p. 68. edit. MDCLXXIII.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſc. epiſcopis, et dilectis filiis aliis eccleſiarum praelatis, et univerſo clero et populo per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Redolet Anglia fragrantia et virtute ſignorum, quae per merita illius ſancti et venerabilis viri Thomae, quondam Cantuarienſis archiepiſcopi, omnipotens Dominus operatur. Et univerſa laetatur ubique fidelium chriſtiana religio, pro eo, quod ille, qui eſt mirabilis et glorioſus in ſanctis, ſanctum ſuum poſt mortem clarificavit, cujus vita laudabilis multa fulſit gloria meritorum, et tandem martyrio conſummata eſt certaminis glorioſi. Quamvis autem de ſanctitate ipſius dubitare non poſſit, qui ejus vitam et laudabilem converſationem attendit, et glorioſam conſiderat paſſionem; voluit tamen ſalvator et redemptor noſter ejus ſanctitatis inſignia poſt mortem ſuam magnificis irradiare miraculis; ut qui pro Chriſto inſuperabilis virtutis conſtantia neceſſitates et pericula pertulit, ſui laboris et certaminis in aeterna beatitudine cognoſcatur ab omnibus ſuſcepiſſe triumphum.

Nos vero, auditis innumeris et magnis miraculis, quae jugiter per illius ſancti viri merita fieri univerſitas narrat fidelium, et ſuper his non ſine magno gaudio per dilectos fratres noſtros Albertum, tit. S. Laurentii in Lucina, et Theodinum, tit. S. Vitalis, preſbyteros cardinales, atque apoſtolicae ſedis legatos (qui eadem miracula tanto perſpicacius didicerunt, quanto amplius ſunt loco vicini) praecipue certiores effecti, et plurium aliarum perſonarum teſtimonio fidem, ſicut debuimus, adhibentes, praedictum archiepiſcopum, ſolenniter in eccleſia magno ibidem clericorum et laicorum collegio praeſente, in capite jejunii deliberato fratrum noſtrorum conſilio canonizavimus, ipſumque decrevimus ſanctorum catalogo adſcribendum. Univerſitatem itaque veſtram admonemus, et auctoritate, qua fungimur, diſtricte vobis praecipimus, ut natalem praedicti glorioſi martyris diem paſſionis ſuae ſolenniter ſingulis annis celebretis, et apud ipſum votivis orationibus ſatagatis peccatorum veniam promereri; ut qui pro Chriſto in vita exilium, et in morte virtutis conſtantia paſſionis martyrium pertulit, fidelium jugi ſupplicatione pulſatus, pro nobis apud Dominum intercedat. Datum Signiae 3. idus Martii.

Finalis

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 16.	RICHARD. 2.	1174.	HENRIC. II. 20.

Finalis concordia inter Rogerum, Eboracenſem archiepiſcopum, et Hugonem, Dunelmenſem epiſcopum, anno Domini MCLXXIV. *de juriſdictione ſuper parochiis et eccleſiis.* Ex Rog. Hoveden annal. in ann.

EODEM anno pax et finalis concordia facta eſt inter Rogerum, Eboracenſem archiepiſcopum, et Hugonem, Dunelmenſem epiſcopum, in hac forma: capella et coemeterium de Alvertun in manu prioris Haguſtaldenſis erit, ita quod archiepiſcopus non coget aliquem ibi ſepeliri, nec epiſcopus prohibebit. Eccleſia Haguſtaldenſis chriſma et oleum recipiet a Dunelmenſi eccleſia, ſicut ſolet. Prior quoque Haguſtaldenſis veniet ad ſynodum Dunelmenſem. Clerici et canonici Haguſtaldenſes ab epiſcopo Dunelmenſi ordinem recipient. Parochiani Haguſtaldenſes in Pentecoſta, ſi voluerint, viſitabunt eccleſiam de Dunelm. ſine coactione epiſcopi vel ſuorum, et ſine prohibitione archiepiſcopi vel ſuorum. Quodſi ſui contra facere praeſumpſerint, ipſi domini corrigent. Prior Haguſtaldenſis omnia placita eccleſiaſtica illius parochiae placitabit ſine poena pecuniaria, ſed et poenitentias dabit. Decedente vero priore, qui nunc eſt, Richardo, eandem auctoritatem habebit epiſcopus Dunelmenſis in alterius prioris conſtitutione, quam idem prior Richardus, et prior de Giſeburne, et Petrus, frater prioris de Bridlingtun, juraverunt eccleſiam Dunelmenſem habuiſſe in conſtitutione ejuſdem prioris Richardi, ſi quam habuiſſe eam juraverint. De eccleſiis beati Cuthberti, quorum nomina haec ſunt in archidiaconatu de Cliveland; eccleſia de Hemmingburc, eccleſia de Schipwick, eccleſia de Halevertun, eccleſia de Brettebi, eccleſia de Oſmunderleie, eccleſia de Seigeſtun, eccleſia de Lec, eccleſia de Oteringtun, eccleſia de Craif, eccleſia de Holtebi. Et in archidiaconatu Eboraci, eccleſia omnium ſanctorum in Uſegate, et eccleſia S. Petri, quae dicitur parva, et dimidium eccleſiae ſanctae Trinitatis in Guderſgate. Et in archidiaconatu theſaurarii, eccleſia de Hoveden, eccleſia de Welletun, eccleſia de Brentingtun, eccleſia de Walkintun; non exiget archiepiſcopus denarios ſynodales. Si vero clerici earundem eccleſiarum, vel laici de dominicis maneriis beati Cuthberti in Eboracenſi ſciria aliquid dignum eccleſiaſtica correctione perpetraverint, per archiepiſcopum emendabitur, tali facta prius ſummonitione, quod epiſcopus intereſſe poterit, vel ejus miniſter. Haec ſupradicta firmaverunt archiepiſcopus et epiſcopus, fide invicem interpoſita, ſe ſervaturos ſine dolo et fraude, quamdiu ipſi duo vixerint, ſine praejudicio utrius eccleſiae poſt alterius deceſſum. Praeterea promiſit archiepiſcopus epiſcopo ſub eadem fidei interpoſitione, quod ipſum vel eccleſiam ſuam, vel aliquem de epiſcopatu ſuo in nullo gravabit, niſi cauſa prius palam cognita judiciario ordine.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 17.	RICHARD. 3.	1175.	HENRIC. II. 21.

Concilium Weſtmonaſterienſe habitum die dominica ante aſcenſionem Domini, anno gratiae MCLXXV. *praeſidente eidem Richardo, Cantuarienſi archiepiſcopo, et convocato ſuae provinciae clero.* Ex MS. Benedicti abbatis, citante Spelmanno. Vid. etiam R. Hoved. in hoc anno.

REX Henricus pater, et rex Henricus filius in tranſmarinis partibus exiſtentes, venerunt uſque Barbeflunctum, ut transfretarent in Angliam, et adſcenſis navibus ſuis apud Barbeflunctum, applicuerunt in Angliam apud Porteſmutam 7. idus Maii, feria vi. Et venientes Londonias, invenerunt ibi Ric. Cant. archiepiſcopum, et ſuffraganeos ſuos, volentes ibidem concilium celebrare. Celebravit itaque praedictus Cantuar. archiepiſcopus concilium apud Londonias in Weſtmonaſterio coram praedictis regibus, et aſſenſu et voluntate ipſorum, die dominica proxima ante aſcenſionem Domini, ſcilicet, 15. cal. Junii. Huic autem concilio interfuerunt ſuffraganei praedicti archiepiſcopi, ſcilicet Walterus, Roffenſis epiſcopus, Gillebertus, London. epiſcopus, Richardus, Winton. epiſc. Jocelinus, Sareſb. epiſc. Gaufr. Elienſis epiſcopus, Rogerus, Wigorn. epiſcopus, Reginaldus, Bathon. epiſcopus, Rodbertus, Hereford. epiſcopus, Bartholomaeus, Exonienſ. epiſc. Ceſtrenſ. epiſc. Ciceſtrenſ. epiſc. epiſcopus de S. Davide de Wallia; abbas S. Albani, abbas S. Edmundi, abbas Rameſeiae, abbas de Boxeleia.

Et coram praenominatis epiſcopis et abbatibus, Richardus, Cant. archiepiſcopus, in eminentiori loco ſedens, haec verba in medio proferens, ait: "Ideo in eccleſia Dei, ſecundum antiquam patrum conſuetudinem, concilia congregantur, ut hi, qui conſtituti ſunt in eminentiori cura paſtorali, vitam ſubditorum de communi conſilio regularibus inſtitutis informent, et enormitates, quae pullulant inceſſanter, conſultiore cenſura compeſcant. Nos itaque potius inhaerentes orthodoxorum patrum regulis, quam aliquid de novo ſtatuentes, quaedam certa capitula dignum duximus in medium promulganda, quae univerſis provincialibus noſtris firmiter et inviolabiliter obſervanda injungimus. Omnes enim ſacrorum cenſemus canonum tranſgreſſores, qui ſtatutis hujus ſacroſanctae ſynodi praeſumpſerunt contraire."

Ex

Ex decretali epiſtola Alexandri papae III. *ad Rogerum, Wigorn. epiſcopum.*[a]

SIQUIS ſacerdos vel clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, [b] eccleſiam vel eccleſiaſticum beneficium habens, publice fornicariam habeat, et ſemel, ſecundo, et tertio commonitus, fornicariam ſuam non dimiſerit, et a ſe prorſus non expulerit, ſed potius in immunditia ſua duxerit perſiſtendum, omni officio et [c] beneficio eccleſiaſtico ſpolietur. Si qui vero infra ſubdiaconatum conſtituti matrimonia contraxerint, ab uxoribus ſuis, niſi de communi [d] conſenſu ad religionem tranſire voluerint, et ibi in Dei ſervitio [e] vigilanter permanere, nullatenus ſeparentur; ſed cum uxoribus viventes, eccleſiaſtica beneficia nullo modo percipiant. Qui autem in ſubdiaconatu, vel ſupra, ad matrimonia convolaverint, mulieres [f] etiam invitas et renitentes relinquant. Decrevimus etiam, ejuſdem epiſtolae auctoritate, ne filii ſacerdotum in paternis eccleſiis amodo perſonae inſtituantur, nec eas qualibet occaſione [g] media non intercedente [h] perſona, obtineant.[i]

Ex concilio Carthag. III.[k]

Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, nec publicis potationibus interſint, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi. Si quis vero tale [l] quid fecerit, aut ceſſet, aut deponatur.

Ex concilio Toletano III.[m]

[n] Hiis, qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet. Unde prohibemus, ne aut per ſe[o] membrorum truncationes faciant, aut inferendas judicent. Quodſi quis tale fecerit, conceſſi ordinis privetur officio et loco. Inhibemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos habeat [p] vicecomitum aut praepoſiti ſecularis officium.

Ex concilio Agathenſi.[q]

Clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiam inviti, tondeantur; veſtimentis etiam vel calceamentis, niſi quae honeſtatem et religionem deceant,[r] eis uti non [s] liceat: ſi quis [t] autem contra hoc [u] facere praeſumpſerit, et [w] commonitus emendare noluerit, excommunicationi ſubjaceat.

Ex diverſis decretis Urbani, Innocentii, et concilii Chalcedon. et Carthag.[x]

Quia quidam clerici deſperantes ab epiſcopis ſuis ordinari, vel propter imperitiam, vel [y] vitae incontinentiam, vel nativitatis conditionem, aut tituli defectum, aut aetatem minorem, extra provinciam ſuam, [z] interdum etiam a tranſmarinis epiſcopis ordinantur, vel ordinatos ſe mentiuntur, ignota ſigilla epiſcopis ſuis deferentes; ſtatuimus [a] talium ordinationem irritam eſſe habendam, ſub interminatione anathematis inhibentes, ne a quoquam ad officii ſui executionem ſuſcipiantur. Epiſcopum quoque noſtrae juriſdictionis, qui talem ſciens et [b] prudens ordinaverit vel ſuſceperit, ab illius ordinis collatione ad quem [c] eum ſuſcepit vel ordinavit, uſque ad condignam ſatisfactionem ſe noverit eſſe ſuſpenſum.

Item.[d]

Cum eccleſia Dei, ſecundum evangelicam veritatem, domus orationis eſſe debeat, et non ſpelunca latronum [e] et ſanguinis forum; ſeculares cauſas, in quibus de ſanguinis effuſione, vel de poena [f] corporali agitur, in [g] eccleſiis vel [h] in coemeteriis agitari ſub interminatione anathematis prohibemus: abſurdum [i] enim eſt et crudele, ibi [k] ſanguinis judicium exerceri, ubi [l] et reis conſtituta eſt tutela refugii.

Ex concilio Triburienſi.[m]

Dictum eſt ſolere in quibuſdam locis pro perceptione chriſmatis nummos dari, [n] ſimiliter pro baptiſmo et communione; hoc ſimoniacae haereſis [o] eſſe deteſtata eſt ſancta ſynodus et anathematizavit. Statuimus ergo, ut de caetero, nec pro ordinatione, nec pro chriſmate, nec [p] pro baptiſmo, nec pro extrema unctione, nec pro ſepultura, nec pro communione, nec pro dedicatione quicquam exigatur, ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur. Si quis contra [q] hoc facere praeſumpſerit, [r] anathema ſit.

Ex decreto Urbani papae.[s]

Nullus praelatus in recipiendo monacho, vel canonico, vel ſanctimoniali pretium ſumere vel exigere ab hiis, qui ad converſionem veniunt, aliqua pacti occaſione praeſumat. Si quis autem hoc fecerit anathema ſit.

[a] In MS. Lambeth. n. 17 [illegible] MS. [illegible] n. 235 [illegible] epiſcopi Cant. anno Domini [illegible] [c] *beneficio et officio* [illegible] ambo codd. [illegible] [f] *etiam* Eli. omittit. [illegible] ambo codd. [h] [illegible] [i] [illegible] MS. [illegible] hunc uterque codex, ejuſque in locum ſubſtituit [illegible] hunc MS. Lamb. legit ita: *De corona et habitu clericorum*: MS. Eli. ita [illegible] hoc caput omittit MS. Lamb. [o] *per ſe aut per alios* MS. Eli. [p] *vicecomitis* MS. Eli. [q] Tit. ita legit MS. Eli. *De corona et habitu clericorum.* [r] [illegible] ambo [s] *liceat* ambo pro [illegible] [t] [illegible] [u] *fecerit* MS. Eli. pro *facere praeſumpſerit.* [w] [illegible] ambo pro *commonitus* [x] Tit. [illegible] hunc ejus loco ſufficiunt: *De clericis ordinatis ab aliis quam epiſcopis ſuis*: MS. Lamb. Eli. autem ita legit: *De ordinatis ab aliquo quam ab epiſcopo ſuo.* [y] [illegible] ambo codd. [z] [illegible] Eli. MS. [a] *talium* omittit MS. Eli. [b] [illegible] MS. Eli. pro *prudens* [c] [illegible] *ordinavit.* [d] Tit. ita legit Lamb. *Ne* [illegible] Eli. *Ne* [illegible] *teriis vel eccleſiis.* [e] *vel loco et* Eli. [illegible] Eli. [g] *Eccleſia* MS. Eli. [h] *in* non habet Eli. [i] [illegible] non legit Eli. [k] [illegible] codd. omittunt. [m] Tit. codd. Lamb. et Eli. ita legunt: *Ne aliquid exigatur pro ſacramentis eccleſiae conferendis.* [n] *et pro ſimiliter* uterque. [o] *haereſis* [illegible] MS. Eli. [p] [illegible] MS. Eli. [q] [illegible] non legit Eli. [r] *anathemate ſit* [illegible] ambo codices. [s] Totum hoc caput cum tit. omittit uterque.

Decretum novum.[t]

Nulli liceat [v] eccleſiam nomine dotalitii ad aliquem transferre, vel pro praeſentatione alicujus perſonae pecuniam vel aliquod emolumentum pacto interveniente recipere. Quod ſi quis fecerit, et [w] inde in jure vel confeſſus vel [x] convictus fuerit, ipſum, tam regia quam noſtra freti auctoritate, patrocinio ejuſdem eccleſiae inperpetuum privari ſtatuimus.

Ex decretis diverſorum patrum.[y]

Secundum inſtituta patrum noſtrorum, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici cauſa lucri negotientur; et ne monachi a clericis vel laicis firmas teneant; neque laici eccleſiaſtica beneficia ad firmas ſuſcipiant.

Ex concilio Meldenſi.

Quicunque ex clero videntur eſſe, arma nec ſumant, nec armati incedant, ſed profeſſionis ſuae vocabulum religioſis moribus et religioſo habitu praebeant; quod ſi contempſerint, tanquam ſacrorum canonum contemptores, et eccleſiaſticae auctoritatis profanatores, proprii gradus amiſſione mulctentur: quia non poſſunt ſimul Deo et ſeculo militare.

Ex decreto Alexandri papae III. *Norwic. epiſcopo miſſo.*[z]

Illud etiam de vicariis, qui perſonis fide et juramento obligati ſunt, duximus ſtatuendum; quodſi [a] fide vel ſacramenti religione contempta, perſonatum ſibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe erexerint, ſi ſuper hoc in jure [b] vel confeſſi vel convicti [c] fuerint, de caetero in eodem epiſcopatu ad officii ſui executionem non admittantur.

Ex concilio Rothomagenſi.[d]

Omnes decimae terrae, ſive [e] de frugibus, ſive de fructibus arborum, ſive de aliis fructibus, Domini ſunt, et illi ſanctificantur: ſed [f] quia multi modo inveniuntur decimas dare nolentes; ſtatuimus, ut juxta domini papae [g] praeceptum admoneantur ſemel, ſecundo, et tertio, ut de grano, de vino, de fructibus [h] arborum, et de foetibus animalium, et de lana, et de agnis, et de butyro, et de caſeis, et lino, et cannabe, et de [i] reliquis, quae annuatim renovantur, decimas integre perſolvant; [k] quodſi commoniti non emendaverint, anathemati ſe noverint ſubjacere.

[l] Calumniam et audaciam temere litigantium condemnando in expenſas, et alio multiplici remedio imperialis ſanctio compeſcat. Quoniam igitur hoc ſacris inſtitutis conſonare dignoſcitur, praecipimus, ut de caetero in cauſis pecuniariis, quae inter clericos agitabuntur, victus victori condemnetur in expenſis. Qui autem ſolvendo non fuerit, eum in arbitrio epiſcopi ſui puniendum relinquo.

Ex decreto Pelagii papae.[m]

Invenimus tantum x. praefationes in ſacro catalogo reperiendas. Unam in albis paſchalibus: "Et te quidem omni tempore." Secundam, in die Aſcenſionis: "Qui poſt reſurrectionem." Tertiam, in Pentecoſte: "Qui aſcendens ſuper omnes caelos." Quartam, de natali Domini: "Quia per incarnati verbi myſterium." Quintam, de apparitione Domini: "Quia cum unigenitus tuus." Sextam, de Apoſtolis: "Et te Domine ſuppliciter exorare." Septimam, de ſancta Trinitate: "Qui cum unigenito tuo." Octavam, de Cruce: "Qui ſalutem humani generis." Nonam, de jejunio quadrageſimali tantummodo dicendam: "Qui corporali jejunio." Decimam, de beata virgine: "Et te in veneratione beatae Mariae." Hujus igitur decreti et domini papae Alexandri auctoritate diſtricte praecipimus, ne quis praefatis praefationibus aliquam omnino praeſumat adjicere.

Ex decreto Julii papae.[n]

Inhibemus, ne quis quaſi pro complemento communionis intinctam alicui euchariſtiam tradat. Nam intinctum panem aliis Chriſtum praebuiſſe non legimus, excepto illo tantum diſcipulo, quem intincta buccella magiſtri proditorem oſtenderit, non quae ſacramenti hujus inſtitutionem ſignaret.

Ex concilio Remenſi.[o]

Praecipimus ne conſecretur euchariſtia niſi in calice aureo vel argenteo, et ne ſtanneum calicem aliquis epiſcopus amodo benedicat, interdicimus.

Ex decretis Ormiſdae papae.[p]

Nullus fidelis, cujuſcunque conditionis ſit, occulte nuptias faciet; ſed benedictione accepta a ſacerdote, publice nubat in Domino. Si quis ergo ſacerdos aliquos occulte conjunxiſſe inventus fuerit, triennio ab officio ſuſpendatur.

Ex decretis Nicolai papae.[q]

Ubi non [r] eſt conſenſus utriuſque, non eſt conjugium; [s] ergo qui pueris dant puellas in cunabulis

[t] Tit. codd. ita legunt: *Ne aliquid detur pro praeſentatione eccleſiae habenda.* [v] *eccleſiarum nomine dotalitatis* legit MSS. uterque. [w] *inde* deeſt in utroque cod. [x] *jure convictus vel confeſſus fuerit* MSS. ambo. [y] Tit. et capita ſeq. duo non leguntur in MSS. Lamb. et Eli. [z] Tit. ambo codices ita legunt: *De poena vicariorum, qui ſe erigunt contra perſonas.* [a] *fidei et ſacramenti* MSS. ambo. [b] *jure convicti vel confeſſi* uterque codex. [c] pro *fuerint* MS. Eli. legit *ſunt.* [d] *De decimis dandis, quae annuatim novantur*: titulum legit Lamb. MS. Eli. autem inter *dandis* et *quae* inſerit *de omnibus.* [e] *de frugibus ſive* omittunt ambo MSS. [f] *quia nonnulli inveniuntur modo* uterque Codex. [g] *papae Alexandri* MSS. ambo. [h] MS. Eli. ita: *arborum, foetibus animalium, de lana, de agnis, et de caſeis.* [i] *aliis* MS. Eli. pro *reliquis.* [k] *perſolvant; ſed ſi moniti* MS. Eli. [l] Totum hunc articulum *calumniam* uſque ad *relinquo* ambo codd. omittunt. [m] Omittunt et ſequens caput. [n] Ita et hoc caput. [o] Tit. hunc ita legit MS. Lamb. *Ne epiſcopus calicem benedicat niſi de auro vel argento.* Eli. *Ne quis epiſcopus,* etc. [p] Caput hoc deeſt in MSS. ambobus. [q] Tit. ita legit MS. Lamb. *Ne impuberes diſponſentur niſi neceſſitate urgente.* MS. Eli. ita: *De diſponſatione impuberum.* [r] *eſt* deeſt in Eli. [s] pro *ergo* Eli. *igitur.*

bulis, nihil faciunt, niſi uterque puerorum, poſtquam venerint ad tempus diſcretionis, conſentiat. Hujus [t] ergo decreti auctoritate inhibemus, ne de caetero aliqui, quorum uterque vel alter ad aetatem legibus conſtitutam, et canonibus determinatam non pervenit, conjungantur, niſi forte [u] aliquando, urgente neceſſitate, interveniente, pro bono pacis conjunctio talis toleretur. *

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III 17.	RICHARD. 3.	1175.	HENRIC. II 21.

De ſubjectione eccleſiarum Scoticarum eccleſiae Anglicanae. Ex Rog. Hoved. in hoc anno.

DEINDE ambo reges perrexerunt Eboracum; ubi occurrerunt eis Willielmus rex Scotorum, et David frater ejus, fere cum univerſis epiſcopis et abbatibus et aliis magnatibus terrarum ſuarum. Et ibi renovata eſt pax et finalis concordia, quam praedictus rex Scotiae fecerat cum domino ſuo rege Angliae patre, apud Faleſiam, dum eſſet in captione ejus, coram rege filio, et Rogero Eboracenſi archiepiſcopo, et Hugone Dunelmenſi epiſcopo, et comitibus et baronibus Angliae; et coram epiſcopis et abbatibus, comitibus et baronibus de regno Scotiae in eccleſia S. Petri Eboraci lecta eſt et conceſſa in hunc modum:

" Willielmus rex Scotiae devenit homo ligius domini regis contra omnes homines de Scotia, et de omnibus aliis terris ſuis; et fidelitatem ei fecit ut ligio domino ſuo, ſicut alii homines ſui ipſi facere ſolent. Similiter fecit homagium Henrico regi, filio ſuo, ſalva fide domini regis patris ſui. Omnes vero epiſcopi, abbates, et clerus terrae regis Scotiae et ſucceſſores ſui facient domino regi, ſicut ligio domino fidelitatem, de quibus habere voluerit, ſicut alii epiſcopi ſui ipſi facere ſolent, et Henrico regi filio ſuo et haeredibus eorum. Conceſſit autem rex Scotiae, et David frater ejus, et barones, et alii homines ſui domino regi, quod eccleſia Scotiae talem ſubjectionem amodo faciet eccleſiae Angliae, qualem illi facere debet, et ſolebat tempore regum Angliae praedeceſſorum ſuorum. Similiter Richardus epiſcopus S. Andreae, et Richardus epiſcopus de Dunkelden, et Gaufridus abbas de Dunfirmelin, et Herbertus prior de Coldingham, conceſſerunt, ut etiam eccleſia Anglicana illud habeat jus in eccleſia Scotiae, quod de jure debet habere, et quod ipſi non erunt contra jus Anglicanae eccleſiae. Et de hac conceſſione, ſicut quando ligiam fidelitatem domino regi et Henrico filio ſuo fecerunt, ita eos inde aſſecuraverunt. Hoc idem facient alii epiſcopi et clerus Scotiae per conventionem inter dominum regem et regem Scotiae, et David fratrem ſuum, et barones ſuos factam. Comites etiam et barones, et alii homines de terra regis Scotiae, de quibus dominus rex habere voluerit, facient ei homagium contra omnem hominem, et fidelitatem ut ligio domino ſuo, ſicut alii homines ſui facere ei ſolent, et Henrico regi filio ſuo, et haeredibus ſuis, ſalva fide domini regis patris ſui. Similiter haeredes regis Scotiae, et baronum et hominum ſuorum homagium et ligeantiam facient haeredibus domini regis contra omnem hominem. Praeterea, rex Scotiae et homines ſui nullum amodo fugitivum de terra domini regis pro felonia receptabunt in Scotia, vel in alia terra ſua, niſi voluerit venire ad rectum in curia domini regis, et ſtare judicio curiae; ſed rex Scotiae et homines ſui, quam citius poterunt, eum capient, et domino regi reddent, vel juſtitiariis aut ballivis ſuis in Anglia. Si autem de terra regis Scotiae aliquis fugitivus fuerit pro felonia in Anglia, niſi voluerit venire ad rectum in curia domini regis Scotiae, et ſtare judicio curiae, non receptabitur in terra regis, ſed liberabitur hominibus regis Scotiae per ballivos domini regis, ubi inventus fuerit.

Praeterea homines domini regis habebunt terras ſuas, quas habebant, et habere debent, de domino rege, et hominibus ſuis, et de rege Scotiae, et de hominibus ſuis. Et homines regis Scotiae habebunt terras ſuas, quas habebant, et habere debent, de domino rege et hominibus ſuis. Pro iſta vero conventione et fine firmiter obſervando domino regi, et Henrico filio ſuo, et haeredibus ſuis, a rege Scotiae, et haeredibus

[t] pro *ergo* Eli legitur *itatur*. [u] MS Eli [illegible]

* In hoc autem concilio clerici Rogeri, Eboracenſis archiepiſcopi, [illegible] Eboracenſi [illegible] portanda in dioeceſi Cantuarienſis eccleſiae. Praeterea [illegible] ibidem ex parte E[illegible] tum Lincolnienſem, et epiſcopatum Ceſtrenſem, et epiſcopatum Wigornienſem, et epiſcopatum Hereford[illegible] tinere debere ad metropolitanam Ebor. eccleſiam; et ſuper hoc praedictum archiepiſcopum Cant. [illegible] R[illegible] pontificis praeſentiam. Praeterea appellaverunt ipſum Cant. archiep. ad Romanum pontificem ſuper injuria et anathematis ſententia, quam intulit clericis Eboracenſis archiepiſcopi, qui per eum miniſtraverunt in eccleſia ſancti Oſwaldi de Glouceſtria; pro eo quod ad illum venire nolebant ad ipſius ſummonitionem, [illegible] In [illegible] concilio clerici eccleſiae ſancti Aſaph petierunt a Cantuarienſi archiepiſcopo, ut in vi obedientiae praeciperet Godefrido, eccleſiae ſancti Aſaph epiſcopo, ad ſedem eccleſiae ſuae redire, cui praefuit pontificali potentia, vel ut praedictus archiepiſcopus alium epiſcopum loco ipſius Godefridi inſtitueret. Ipſe enim Godefridus epiſcopatum ſuum deſeruit paupertate, et Walenſium infeſtatione compulſus. Venienſque in Angliam, a chriſtianiſſimo rege Henrico benigne et honorifice ſuſceptus eſt. Et tradidit ei rex abbatiam Abbendoniae vacantem, in cuſtodia, donec ad ſedem propriam liberum haberet regreſſum. Itaque praefatus Cantuar. archiepiſcopus in ipſo concilio ad inſtantiam praenominatorum clericorum, et admonitione Alexandri, ſummi pontificis, necnon et conſilio venerabilium coepiſcoporum ſuorum, convenit jam dictum Godefridum, ut in vi obedientiae ad ſedem propriam rediret, vel curam paſtoralem, quae ſibi erat commiſſa, in manu ipſius libere et abſolute reſignaret. Ipſe vero Godefridus ſperans, quod abbatia de Abbendonia, quae tradita fuerat ei ad cuſtodiendum, poſſet ſibi remanere, epiſcopatum ſuum, nullo cogente, reſignavit in manum Cant. archiepiſcopi, et tradidit ei anulum ſuum et baculum paſtoralem, et ipſe Cantuar. privavit eum conceſſi ordinis dignitate et [illegible] loco ipſius et conſecravit magiſtrum Adam in epiſcopum ſancti Aſaph.

ſuis,

ſuis, liberavit rex Scotiae domino regi caſtellum de Rokeſburc, et caſtellum de Berewic, et caſtellum de Geddewurde, et caſtellum Puellarum, et caſtellum de Striveline in miſericordia domini regis. Et ad cuſtodienda caſtella illa aſſignabit rex Scotiae de reditu ſuo menſurabiliter ad voluntatem domini regis. Praeterea pro praedicta conventione, et fine exequendo, liberavit rex Scotiae domino regi David fratrem ſuum in obſidem, et comitem Dunecanum, et comitem Waldevum, et comitem Gilbertum, et comitem de Anegus, et Richardum de Morevile conſtabularium, et Nes filium Willielmi, et Richardum Cumin, et Walterum Corbet, et Walterum Olifard, et Johannem de Vals, et Willielmum de Lindeſeie, et Philippum de Colevile, et Philippum de Balvines, et Robertum Frenbert, et Robertum de Burnevile, et Hugonem Giffard, et Hugonem Ridel, et Walterum de Berkelai, et Willielmum de la Haie, et Willielmum de Mortimer.

Quando vero caſtella reddita fuerint, Willielmus rex Scotiae et David frater ſuus liberabuntur; comites quidem et barones praenominati, unuſquiſque poſtquam liberavit obſidem ſuum, ſcilicet filium legitimum, qui habuerit, et alii nepotes ſuos, vel propinquiores ſibi haeredes, et caſtellis (ut dictum eſt) reditus liberabuntur. Praeterea rex Scotiae et barones ſui praenominati aſſecuraverunt, quod ipſi bona fide, et ſine malo ingenio, et ſine occaſione facient, ut epiſcopi, et barones, et caeteri homines terrae ſuae, qui non affuerunt, quando rex Scotiae cum domino rege finivit eandem ligeantiam, et fidelitatem domino regi et Henrico filio ſuo, quam ipſi fecerunt, et ut barones et homines, qui affuerunt, obſides liberabunt domino regi, de quibus habere voluerit. Praeterea epiſcopi, comites, et barones conventionaverunt domino regi et Henrico filio ſuo, quodſi rex Scotiae aliquo caſu a fidelitate domini regis, et filii ſui, et a conventione praedicta receſſerit, ipſi cum domino rege tenebunt, ſicut cum ligio domino ſuo, contra regem Scotiae, et contra omnes homines regi inimicantes. Et ipſi ſub interdicto ponent terram regis Scotiae, donec ipſe ad fidelitatem domini regis redeat. Praedictam itaque conventionem firmiter obſervandam, bona fide, et ſine malo ingenio, domino regi et Henrico filio ſuo, et haeredibus ſuis, a Willielmo rege Scotiae, et David fratre ſuo, et a baronibus ſuis praedictis, et haeredibus eorum aſſecuravit ipſe rex Scotiae, et David frater ejus, et omnes barones ſui praenominati, ſicut ligii homines domini regis, contra omnem hominem, et Henrici filii ſui, ſalva fidelitate patris ſui. His teſtibus Richardo epiſcopo Abrincenſi, et Johanne Sareſbirienſi decano, et Roberto abbate Malmeſburiae, et Radulpho abbate de Mundeburg, et Herberto archidiacono Northamptoniae, et Waltero de Conſtantiis, et Rogero capellano regis, et Oſberto clerico de Camera, et Richardo filio domini regis comite Pictaviae, et Gaufrido filio domini regis comite Britanniae, et comite Willielmo de Eſtſexe, et Hugone comite Ceſtriae, et Richardo de Humezt conſtabulario, et comite de Mellent, et Jordano Theſſun, et Humfrido de Bohun, et Willielmo de Curci ſeneſcallo, et Gilleberto Malet ſeneſcallo, apud Faleſiam. His itaque recitatis in eccleſia S. Petri Eboraci coram praedictis regibus Angliae, et David fratre regis Scotiae, et univerſo populo, epiſcopi, comites, et barones, et milites de terra regis Scotiae juraverunt domino regi Angliae, et Henrico filio ſuo, et haeredibus ſuis fidelitatem contra omnem hominem, ſicut ligiis dominis ſuis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Alexand. III. 17.	Richard. 3.	1175.	Henric. II. 21.

Bullae papales Innocentii II. *Adriani* IV. *Callixti* II. *et Alexandri* III. *de ſubjectione epiſcoporum Scotiae Eboracenſi eccleſiae.** Ex MS. Cott. Cleopat. C. iv. fol. 19. b. ſeqq.

Bulla Innocentii II. *papae epiſcopis Scotiae in genere.*

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis per Scotiam epiſcopis Eboracenſis eccleſiae ſuffraganeis ſalutem et apoſtolim benedictionem. Aequum eſt, ut qui aliis praeeſſe deſiderat, ſuis praelatis ſubeſſe nullatenus erubeſcat. Obedientia namque et humilitas ſunt virtutum cuſtodes; arrogans vero et inobediens indignationem dei incurrit, et odioſus effectus a ſe proximi amorem repellit. Caeterum ſicut obedientes et humiles filii ſunt in ſedis apoſtolicae gremio confovendi, ita e converſo rebelles et elati ex diſtricto rigore juſtitiae dignis ſunt animadverſionibus coercendi. Ut ergo debitus honor et juſtitia cum integritate ſingulis conſervetur; per apoſtolica ſcripta vobis praecipiendo mandamus, quatenus venerabili fratri noſtro Thurſtano, Eborum archiepiſcopo, tanquam proprio metropolitano veſtro abſque refragatione aliqua obedientiam et reverentiam humiliter deferatis. Et quemadmodum a praedeceſſoribus noſtris felicis memoriae Callixto, et Honorio, Romanis pontificibus vobis mandatum eſt, ei irrefragabiliter pareatis. Dat. Altiſiodori 10 calend. Decembris.

* Diverſae diverſorum paparum bullae diverſos conſcriptionis indicant annos. Quia tamen anno MCLXXV. juxta Hovedenum, de ſubjectione eccleſiarum Scoticarum Ebor. archiepiſcopo tractatum fuit; huic aetati eas maxime convenire credidimus.

Adriani

Adriani IV. *bulla directa omnibus epiſcopis Scotiae in ſpecie et nominatim.* Ex MS. Cott. Cleopat. C. IV. fol. 19. b. ſeqq.

ADRIANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus H. Glaſguenſi, Chriſtiano Witternenſi, R. ſancti Andreae, M. de Dumblan. G. Dunkeldenſi, T. Brechinenſi, G. Aberdonenſi, W. Moravienſi, S. ſancti Petri in Roſ. et A. Cathenenſi, epiſcopis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quotiens in aliqua eccleſia, divina clementia diſponente, talis paſtor ſtatuitur, de cujus diſcretione atque prudentia bonam fiduciam obtinemus; tanto majori gaudio ex hoc ipſo replemur, quanto de omnium eccleſiarum profectu cogimur exiſtere ſtudioſi. Et ideo venerabilem fratrem noſtrum Rogerum, archiepiſcopum Eborum, et metropolitanum veſtrum, debita benignitate ſuſcepimus, et pallium, pontificalis ſcilicet plenitudinem poteſtatis ipſi conceſſimus, atque circa nos aliquandiu commorantem, ſicut illum, quem ſincero cordis affectu ſpeciali praerogativa diligimus, honeſte tractavimus, et eum inter fratres et coepiſcopos noſtros, ſicut decuit, charum habuimus. Ipſum itaque ad eccleſiam ſuam cum gratia ſedis apoſtolicae et literarum noſtrarum proſecutione, ducente Domino, redeuntem, fraternitati veſtrae attentius commendamus, praeſentium auctoritate praecipiendo mandantes; ut eum tanquam metropolitanum veſtrum diligere et honorare curetis, et debitam ei obedientiam atque reverentiam metropolitico jure, occaſione ſepoſita, deferatis. Quod ſi non feceritis, et ei nolueritis obedire, ſcire vos volumus, quod nos ſententiam, quam idem frater noſter in aliquem veſtrum propter hoc canonice promulgaverit, nos, auctore Deo, ratam habebimus. Dat. Romae apud ſanctum Petrum 3. cal. Martii.

Calixti II. *bulla epiſcopis Scotiae, quod obediant metropolitano ſuo, Eborum archiepiſcopo.* Ibidem.

CALIXTUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto fratribus, univerſis per Scotiam epiſcopis, Eborum eccleſiae ſuffraganeis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Noſtris jamdudum literis univerſitatem veſtram nos monuiſſe meminimus, ut venerabili fratri noſtro Thurſtano, Eborum archiepiſcopo, reverentiam et obedientiam deferatis. Caeterum, ſicut nobis ſignificatum eſt, vos uſque adhuc id facere neglexiſtis: eapropter iterata vobis apoſtolicae ſedis praeceptione mandamus, ut omni occaſione ſeu diſſimulatione ſepoſita, praedictum fratrem noſtrum, Eboracenſis eccleſiae archiepiſcopum, metropolitanum veſtrum inpoſterum cognoſcatis, eique reverentiam et obedientiam impendatis. Porro eccleſiarum electi ad eum pro conſecrationis ſuſceptione tanquam metropolitanum ſuum accedant, nec alter eorum ſine ipſius licentia conſecrare praeſumat. Et hujuſmodi enim conſecratio irrita erit, et nos dimittere non poterimus, quin canonicam inde juſtitiam, praeſtante Domino, faciamus. Dat. Tarenti 18. cal. Februarii.

Alia ejuſdem bulla regi Scotiae, quod ipſe et epiſcopi pareant Eborum archiepiſcopo, metropolitano ſuo. Ibidem.

CALIXTUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, illuſtri et glorioſo Scotorum regi Alexandro ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Pro epiſcoporum, qui in tuo ſunt regno praeſumptione, atque pro venerabilis fratris Thurſtani, Eborum archiepiſcopi, negotio alias ad te jam literas miſimus, nec exauditi ſumus. Quamobrem nobilitatem tuam literarum praeſentium viſitatione in Domino commonentes praecipimus, ut regni tui epiſcopos ſeſe invicem conſecrare, abſque metropolitani licentia nullatenus permittas. Cum autem eccleſiarum opportunitas exegerit, ad metropolitanum ſuum, Eboracenſem videlicet archiepiſcopum, electi reverenter accedant, et aut per ejus manum, aut, ſi neceſſitas ingruerit, per ejus licentiam conſecrationem accipiant. Cui nimirum archiepiſcopo et illos et teipſum tanquam patri et magiſtro humiliter obedire, apoſtolica auctoritate praecipimus. Dat. Tarenti 18. cal. Februarii.

Alexandri III. *bulla, in qua continetur recognitio regis Scotiae ſuper ſubjectione epiſcoporum Scotiae Eborum eccleſiae.* Ibidem.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Rogero, Eborum archiepiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, et dilectis filiis decano et canonicis Eborum ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Utilitati eccleſiae veſtrae in hac parte provida ſolicitudine conſulere ac proficere cupientes, tenore literarum chariſſimi in Chriſto filii noſtri Willielmi, illuſtris regis Scotiae, de verbo ad verbum, nihil addito vel dempto, ſcribi fecimus, et ſub ſigillo noſtro vobis

bis duximus tranſmittendum, ut in perpetuam memoriam habeatis. Quarum ſiquidem literarum tenor talis eſt: Reverendiſſimo domino et patri Alexandro, Dei gratia ſummo pontifici, Willielmus, eadem gratia rex Scotiae, ſalutem et devotam reverentiam. Noverit ſanctitas veſtra, quod de ſubjectione eccleſiae Scotiae, quam Eboracenſis eccleſia antiquo jure ſibi vendicat, tam ex ſcriptis auctenticis, quae inſpexi, quam ex relatione et teſtimonio virorum antiquorum, auctenticorum, et veridicorum diligenter veritatem inveſtigando comperi, quod ab antiquis temporibus ad Eborum eccleſiam de jure pertineat, et quod poſſeſſionem ejus hoſtilitate et potentia regum praedeceſſorum meorum amiſerit; ſed jam per gratiam Dei inter dominum meum regem Angliae, et me, pace inperpetuum reformata, ſuppliciter poſtulo, quatenus domino meo regi, et regno ſuo, et Eborum eccleſiae praedictam poſſeſſionem et ſubjectionem veſtra auctoritate, omni occaſione et appellatione remota, reſtitui, et redintegrari praecipiatis, nec ſine maximo damno meo, et terrae meae detrimento praetermitti poteſt, quin ita fiat, quam in pace reformata ita inter dominum meum regem et me convenit, et illud idem juramento firmavi. Scio enim, quod in maximum periculum animarum noſtrarum redundaret, ſi quod pro certo ſcimus competere debere, effectui non mantiparetur. Valeat ſemper ſanctitas veſtra. Dat. Anagn. 3. idus Maii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 17.	RICHARD. 3.	1175.	HENRIC. II. 21.

Concordia inter archiepiſcopos Cantuar. et Eborac. et traditio clerici ſeculari judici. Ex R. Hoved. in eodem anno.

EODEM anno, paulo ante feſtum Omnium Sanctorum, applicuit in Anglia quidam cardinalis, nomine Hugezun, apoſtolicae ſedis legatus, pro quo dominus rex Romam miſerat. Invenit dominum regem apud Wintoniam, et dominus rex venit ei obviam, et Henricus filius ejus cum eo, et eum cum debito honore ſuſceperunt.

Et dominus rex per aliquot dies moram faciens apud Wintoniam, diutiſſime tractavit de pace facienda inter Rogerum, Eboracenſem archiepiſc. et Richardum, Cantuarienſem archiepiſc. et de capella S. Oſwaldi Glouceſtriae, et de cruce archiepiſcopi Eboracenſis portanda. Et tandem per conſilium regis inter praedictos archiepiſcopos, in hunc modum convenit; quod ſc. archiepiſcopus Cantuarienſis quietam clamavit archiepiſcopo Eboracenſi, et liberam ab omni juriſdictione ſua capellam S. Oſwaldi Glouceſtriae, ſicut dominicam capellam domini regis. Et abſolvit clericos Eboracenſis archiepiſcopi, quos excommunicaverat. Et de cruce portanda, et aliis controverſiis, quae inter eccleſias ſuas erant, ſtarent judicio Rothomagenſis archiepiſcopi, et aliorum vicinorum epiſcoporum de regno Franciae; et quod ſic pacem inter ſe haberent per quinquennium, ita quod neuter illorum alteri malum vel damnum quaereret, donec controverſia illa determinata eſſet, et ad debitum finem perducta per praedictum archiepiſcopum et alios epiſcopos.

Praedictus autem Hugezun, cardinalis et apoſtolicae ſedis legatus, dedit domino regi licentiam implacitandi clericos regni ſui de foreſtis ſuis, et de captione venationis.

Concilium apud Wodeſtock. Ex Hoved. in ann. Et Chron. Bromton.

DE hoc concilio Hovedenus ita ait: "Eodem anno in octabis nativ. S. Joh. Bapt. venerunt ambo reges uſque ad Wodeſtock, et occurrerunt eis illuc Richardus, Cant. archiepiſcopus, etc.— et Hugo, Dunelmenſis epiſcopus, qui illuc venerat pro negotio ſuo. Venerunt etiam illuc omnes abbates Cant. dioeceſis, et magnum celebraverunt concilium de paſtore eligendo ad ſedem pontificalem Norwicenſis eccleſiae, et de paſtoribus eligendis ad abbatias, quae tunc vacabant per Angliam— Johannes vero de Oxenforde, clericus regis, electus eſt ad epiſcopatum Norwicenſis eccleſiae— Praedictae autem abbatiae diſtributae ſunt viris religioſis, ſicut dom. regi et praedicto archiepiſcopo placuit." Bromtonus in Chronico ita de hoc concilio loquitur: "Finito ſic dicto concilio, dicti reges peregrinatione ſua ad B. Thomam Cantuarienſem peracta, uſque Radinges inde redeuntes, in ipſa die Pentecoſtes curiam ſuam et feſtum regium tenuerunt. Et inde dom. rex unum de clericis ſuis ad eccleſiam Norwicenſem, et ad abbatias per Angliam tunc vacantes, cum literis ſuis miſit, ſignificans priori et conventui domorum vacantium, quod ipſe prior cum 5. vel pluribus de diſcretioribus vel ſapientioribus domus ſuae, qui ad hoc ſufficerent, in nativitate B. Joh. Bapt. obviam ei et domino Cant. archiepiſcopo apud Oxoniam venirent ad paſtorem domui ſuae neceſſarium eligendum. Et praecepit quod unuſquiſque prior literas ſui conventus de ratihabitione ſecum ferret. Similiter Cant. archiepiſcopus illud idem per unum de clericis ſuis ad dictas domos vacantes cum dicto regis clerico ſcripſit et mandavit— circa octabas nativit. B. Joh. Bapt. regibus praedictis uſque Wodeſtock venientibus Richardus, Cantuar. archiepiſcopus, et 8. epiſcopi ejuſdem provinciae, et plures abbates de eadem eiſdem ibidem ad illum terminum occurrerunt, de paſtore ad ſedem Norwicenſem, et aliis paſtoribus ad abbatias

tias tunc vacantes eligendis, et inſtituendis, coram dictis regibus ibidem concilium celebrantes." H. I. His addit Chronicon Walt. Coventr. "In eodem vero concilio confirmata eſt per mandatum Alexandri, ſummi pontificis, electio Gaufridi, Linc. epiſcopi. Sed dominus rex pater ipſius noluit ut tunc conſecretur, quod ille infra annos aetatis erat, et neſciebat ſi neceſſarius eſſet ad regimen ſuſcepti ordinis; et miſit eum rex Turon. ut ibi ſcholas exerceret, et diſceret, donec dignus fieret tanti honoris dignitate." Haec ibidem.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Alexand. III. 17.	Richard. 3	1175	Henric. II. 21

Concilium Windeſhoriae anno Domini MCLXXV. *in octavis S. Michaelis a rege congregatum, praeſente rege filio, et Richardo, archiep. Cant. et epiſcopis Angliae; etiam Laurentio, Dublinenſi archiep. et comitibus et baronibus Angliae.* Ex R. Hoved. in hoc anno.

Eodem anno Henricus rex pater magnum congregavit concilium apud Windeſhores in octavis feſti S. Michaelis, praeſentibus rege filio, et Richardo, Cantuarienſi archiepiſcopo, et epiſcopis Angliae, et coram Laurentio, Dublinenſi archiepiſcopo; praeſentibus etiam comitibus et baronibus Angliae. In quo concilio Catholicus, Tuamenſis archiepiſcopus, et Cantordis, abbas S. Brandani, et magiſter Laurentius, cancellarius Roderici, regis Conactenſis, hunc finem et concordiam ſubſcriptam fecerunt cum domino rege patre, ex parte Roderici, regis Conactae.

Hic eſt finis et concordia, quae facta fuit apud Windeſhores in octavis S. Michaelis, anno gratiae MCLXXV. inter dominum regem Angliae Henricum, filium Matildis imperatricis, et Rodericum, regem Conactae, per Catholicum, Tuamenſem archiepiſcopum, et abbatem Cantordem S. Brandani, et magiſtrum Laurentium, cancellarium regis Conactae: ſcilicet, quod rex Angliae concedit praedicto Roderico ligeo homini ſuo, quamdiu ei fideliter ſerviet, ut ſit rex ſub eo, paratus ad ſervitium ſuum, ſicut homo ſuus, et ut teneat terram ſuam ita bene et in pace, ſicut tenuit, antequam dominus rex Angliae intraret Hiberniam; reddendo ei tributum: et totam aliam terram, et habitatores terrae habeat ſub ſe, et juſtitiet, ut tributum regi Angliae integre perſolvant.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
Alexand. III. 18.	Richard. 4.	1176.	Henric. II. 22

Concilium Dublinenſe in Hibernia celebratum ann. Du. MCLXXVI. *id eſt ann.* IV. *ditionis Henrici* II. *ibidem; praeſidente Viviano, legato Alexandri papae: in quo ejus regimen et papale in Hibernia confirmatur.*

Hoc de concilio ita loquitur Giraldus Cambr. lib. II. Hib. expug. c. 17. "Interea Vivianus legationis vice per Hiberniam fungens, convocata Dublinii epiſcoporum ſynodo, jus Anglorum regis in Hiberniam, et ſummi pontificis confirmationem viva voce publice proteſtatur, tam clero, quam populo ſub anathematis interminatione diſtricte praecipiens et injungens, ne ab ejus aliquatenus fidelitate auſu temerario reſilire praeſumant. Et quoniam conſuetudinis erat, ut ab Hibernicis ad eccleſiarum refugia victualia transferrentur Anglicanae familiae, licentiam dedit, ut quoties in expeditionem profectis, aliunde alimenta non obvenerint, in eccleſiis reperta (juſtae taxationis eccleſiarum cuſtodibus ſoluto pretio) extrahantur. H. I.

Hoveden refert in ann. MCLXXVI. Vivianum miſſum fuiſſe ab Alex. papa in Scotiam, Hiberniam, et inſulas adjacentes, ad cauſas eccleſiaſticas determinandas; venientemque in Angliam, poſtulatum eſſe a rege H. II. quod ſine ejus venia ingreſſus eſſet hoc regnum. Huic igitur ut ſatisfaceret, juraſſe, nihil ſe facturum in legatione ſua contra voluntamen regis: conceſſamque ſic ei licentiam tranſeundi in Scotiam, rege ſubſidium adminiſtrante.

Concilium Northamptonienſe *. Ex R. Hoved. Annal. in ann.

Ad praedictum vero concilium apud Northamtune celebratum, venit Willielmus, rex Scotorum, et per mandatum domini regis adducens ſecum Richardum, epiſcopum S. Andreae, et Joccelinum, epiſcopum de Glaſcou, et Richardum, epiſcopum de Dunkelten, et Chriſtianum, epiſcopum de Candida Caſa, et Andream, epiſcopum de Cateneſſe, et Simonem de

* Concilium Northamptonienſe poſt feſtum converſionis S. Pauli [illegible] celebratum. [illegible] inter laicos, ipſe rex Henricus [illegible] Inter eccleſiaſticos vero, Hugo [illegible] S. Michaelis de [illegible] Scoticorumque praelatorum Richardus epiſcopus [illegible] Dunkeldenſis, Chriſtianus epiſc. Candidae Caſae, [illegible] et ceteri epiſcopi, abbates, et priores regni illius.

Tomo,

I

Toum, epiſcopum de Murevia, et caeteros epiſcopos et abbates et priores regni ſui. Qui cum coram domino rege Angliae conveniſſent, praecepit eis dominus rex per fidem, quam ei debebant, et fidelitatis ſacramentum, quod ei fecerant, ut eandem ſubjectionem facerent Anglicanae eccleſiae, quam facere debebant, et ſolebant tempore regum Angliae praedeceſſorum ſuorum. Cui reſponderunt, quod ipſi nunquam ſubjectionem fecerant Anglicanae eccleſiae, nec facere debent. Ad hoc autem reſpondit Rogerus, Eboracenſis archiepiſcopus, affirmans, quod Glaſguenſes epiſcopi et epiſcopi Candidae Caſae ſubjecti fuerant Eboracenſi eccleſiae tempore archiepiſcoporum praedeceſſorum ſuorum. Et ſuper haec privilegia Romanorum pontificum ſufficienter inſtructa demonſtravit. Ad quod Jocelinus, Glaſguenſis epiſcopus, reſpondit, "Glaſguenſis eccleſia ſpecialis filia eſt Romanae eccleſiae, et ab omni ſubjectione archiepiſcoporum ſive epiſcoporum exempta. Et ſi Eboracenſis eccleſia aliquo tempore dominationem habuit in eccleſia Glaſguenſi, conſtat illam demeruiſſe aliquam de caetero in ea habere dominationem." Et quia Richardus, Cantuarienſis archiepiſcopus, nitebatur, ut eccleſia Scotica Cantuarienſi ſubjiceretur eccleſiae, effecit adverſus regem Angliae, quod ipſe permiſit epiſcopos Scotiae in terras ſuas redire, nulla ſubjectione facta Anglicanae eccleſiae (V. concil. Weſtm. hoc anno.)

In quae verba Hovedeni clar. Spelm. ita commentatur. "Vides epiſcopos Scotiae hic aſſerere, quod ipſi nunquam ſubjectionem fecerant Anglicanae eccleſiae, nec facere debent; cum aliter videantur profeſſi rex eorum Willielmus, et iidem ipſi in cognitione illa, quam Faleſiae fecerant, dum rex idem Willielmus in captione fuit regis Angliae, et quam poſtea (liberato rege) recognoverunt denuo in eccleſia S. Petri Eboraci, ut ſupra videas ab Hovedeno declaratam, ſub fine canonum Weſtmonaſterienſis concilii ann. Dn. MCLXXV. Refert vero Robertus de Monte S. Remigii monachus tranſmarinus, inter alia; quod epiſcopi Scotiae, decem numero, et abbates, non fecerunt homagium [regi Angliae] ſed ſacramento ſe conſtrinxerunt hoc obſervaturos [homagium et ligeantiam regi Angl. etc.] et quod forent ſubditi eccleſiae Eboracenſi, et archiepiſcopo, et illo irent cauſa ſacrandi, quoties neceſſe eſſet. H. I.

Acta cleri regni Scotiae in hoc concilio Northamptonienſi ita explicat Hect. Boethius l. XII. *Hiſt. Scot. p. 272. b. et 273. a. edit.* 1574.

Subſequenti anno Hugo cardinalis ac diaconus ſancti Angeli, a ſummo pontifice legatus in Angliam miſſus, quo eccleſias Anglicanas ſumma prius diligentia inſpectas, ſi quibus opus eſſet, reformaret, ac deinde una opera idem facturus in Scotiam pergeret. Confectis in Anglia rebus, ex univerſa Scotia epiſcopos ad ſe Northamptoniam ad certum diem evocat. Citati comparent. Ibi concilio facto, quum mandata ſua a pontifice jubente epiſcopos omnes Scotiae archiepiſcopo Eboracenſi ſubeſſe, expoſuiſſet, prolixa oratione perſuadere conatus eſt, aequo ut id animo facerent. Omnibus enim epiſcopis aliarum regionum patronum quendam ac veluti caput eſſe, cui ſubſint, ne protinus querelae cauſaeque omnes ad pontificem ſummis cum laboribus, tum expenſis deferantur. Nullam eſſe in tota Scotia civitatem metropolitanam, quo in rebus ambiguis conſultatum conveniant, nullam amicitiae, qua vel maxime adverſus hoſtes muniti ſint, occaſionem inter ipſos eſſe. Quamobrem non modo opportunum Eboracenſem archiepiſcopum eſſe non magnis terrarum ſpatiis diſtantem, ſed etiam divitiis opibuſque praepotentem, qui, ſi qua ulli neceſſitas ab hoſtibus ingruat, mox auxilio eſſe poſſit. Adhaec id religioni noſtrae maxime convenire, ut libenter majoribus ſeſe ſubjiciant. Maximum enim id meritum eſſe, ſi complurium imperio ex ordine ſubeſſent. Ita enim virtutes ſummas humilitatem ac obedientiam maxime in nobis lucere, ſi taciti ac lubentes multorum feramus imperia.

Ad ea Gilbertus adoleſcens, eruditione pariter et ſanctimonia conſpicuus, ad hoc concilium a rege Scotorum Wilhelmo miſſus, ut, ne qua nec adverſus ſe, nec regnum ſuum a cardinale injuria fieret, proſpiceret, reſpondit. Jam inde ex quo fidem chriſtianam ſuſcepiſſent, liberam fuiſſe Scotiam, nulli extra ſuam regionem, praeterquam uni pontifici, velut Chriſti vicario ſubjectam. Iniquum modo poſcere pontificem Scotos Anglis, quibuſcum bella prope continua gerant, ſubdi. Quodſi pietatem quaerat, et concordiam inter ipſos, primum nihil uſquam ab epiſcopis commiſſum eſſe, quamobrem libertate ſua merito privari debeant. Deinde non eſſe neceſſe ad exteros novorum bellorum ſeminarium jacere: ſi quid inter eos correctione dignum (quod hactenus inquit factum non eſt) committatur; id regi curae fore. Pietatem vero ac reliquas virtutes, habere ſe inſignes virtutibus ac eruditione viros, qui laboribus et vigiliis doceant. Itaque regem plurimum orare atque obſecrare S. pontificem, uti impraeſentiarum contentus ſit, nec regnum ſuum, nunquam de ipſo aut Romana ſede male meritum, hoſtibus ſuis obnoxium faciat. His atque aliis rationibus Gilbertus egregie cauſam libertatemque Scoticae eccleſias tutatus eſt. Re igitur infecta legatus abiit. H. I. Succinctiori ſtilo eadem recitat Leſlaeus de rebus geſtis Scotor. lib. 6. ſub 93. rege Scotorum Wilhelmo: et qui prae caeteris nominandus erat, Joh. de Fordun in Scoti-Chron. p. 714. ſeqq.

In celeberrimo hoc concilio fuſius agitur de ſubjectione, quam eccleſia Scotica praeſtare tenebatur eccleſiae Eboracenſi: ſed technis archiepiſcopi Cantuarienſis hinc ſibimet adrogantis indiſcuſſum tranſigitur.

Aſſiſae, hoc eſt ordinationes Clarendoniae editae, hic recitatae confirmantur; ſacramentoque aſtringuntur juſtitiarii ad ipſarum obſervationem; quae et plebi univerſae injungitur.

Et Clerici cervos regales venando praedantes, laicis judicibus puniendi conceduntur: quod oſtium et prima eſt admiſſio laicis poteſtatis in clericos. Haec SPELM.

Syno-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
ALEXAND. III. 18	RICHARD. 4.	1176.	HENRIC. II. 22.

Synodus Weſtmonaſterienſis habita ſub media Quadrageſima, anno Dn. MCLXXVI. *praeſidente Hugone, papae legato; in qua aſſidenti a dextra legati archiepiſcopo Cantuariae, archiepiſcopus Eboracenſis a ſiniſtris conſidere dedignatus, proruit in gremium archiepiſcopi Cantuariae. Sed proſtratus illico a caeteris epiſcopis et aſtantibus miniſtris, valide fuſtigatur et ejicitur; frementi autem interea tumultu, legatus clam ſe eripit diſſolvitque ſynodum.* Ex R. Hoved. in ann.

EODEM anno, in medio Quadrageſimae, ſupradictus Hugezun, tituli S. Michaelis de Petra leonis cardinalis, et apoſtolicae ſedis legatus, Londonias venit celebraturus concilium. Et convenientibus ibidem in unum Cantuarienſi et Eboracenſi archiepiſcopis, et omnibus epiſcopis et abbatibus Angliae, et clero multo, praedictus cardinalis ſedit cathedratus apud Weſtmonaſterium in capella monachorum infirmorum, et epiſcopi et abbates cum illo, unuſquiſque in loco ſuo ſecundum ordinem et dignitatem ſuam: ſed inter Cantuarienſem et Eboracenſem archiepiſcopos orta eſt contentio, quis illorum ſederet a dextris cardinalis. Et cum Eboracenſis archiepiſcopus ibi ſedere vellet, ſervientes domini Cantuarienſis irruerunt in eum, et projecerunt in terram, et pedibus ſuis conculcaverunt, et cappam ſuam fregerunt. Et ſic diſperſi ſunt, et cardinalis fugit, et abſcondit ſe a facie illorum, et ita impeditum eſt, quod nullum tenuit concilium; ſed factis appellationibus hinc et inde ad ſummum pontificem, uterque illorum conqueſtus eſt domino regi de injuriis ſibi factis. Haec Hovedenus. Eadem fere recitant Radulphus de Diceto col. 588. et Bromtonus col. 1108. Chronicon MS. in bibliotheca Cotton. Tiberius A. x. (quod incipit ab Aug. et deſinit in an. MCCCXII.) ſequentia de hoc concilio recitat in an. MCLXXVI. Hugo cardinalis celebravit concilium apud London. ad "Laetare Jeruſalem," praeſente rege facta eſt ſeditio inter archiepiſcopos, ſcil. Cant. et Ebor. ubi epiſcopus Elienſis, G. Ridel ſcidit cappam archiepiſcopi Ebor. et impeditum eſt concilium.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
ALEXAND. III. 19.	RICHARD. 5.	1177.	HENRIC. II. 23.

Concilium Northamptonienſe an. Dn. MCLXXVII. *ad feſtum S. Hilarii celebratum.* Ibidem.

INTERIM rex Angliae pater, celebrato concilio generali apud Northampton. poſt feſtum S. Hilarii, reddidit Roberto, comiti Leiceſtriae, omnes terras ſuas: et ſic aliis. Et in eodem concilio Guido decanus reſignavit in manum Richardi, Cantuarienſis archiepiſcopi, decanatum ſuum de Waltham, et totum jus, quod ipſe in eccleſia de Waltham habuit, quietum clamavit ſimpliciter et abſolute. Similiter fecerunt canonici ſeculares de Waltham de praebendis ſuis, reſignantes eas in manum archiepiſcopi; ſed dominus rex dedit eis inde plenariam recompenſationem, ad domini Cantuarienſis archiepiſcopi aeſtimationem. Deinde dominus rex auctoritate domini papae inſtituit in eadem eccleſia de Waltham canonicos regulares de diverſis domibus Angliae ſumptos; et conſtituit Walterum de Gaunt, canonicum ſumptum de eccleſia de Oſeney, abbatem primum ſuper congregationem illam, et magnis reditibus et domibus pulcherrimis ditavit illos. Eodem anno idem rex, expulſis ſanctimonialibus de abbatia de Ambreſberie propter incontinentiam ſuam, et per alias domos religioſas in arctiori cuſtodia diſtributis, ipſam abbatiam de Ambreſberie dedit abbatiſſae et domui de Fonteverard inperpetuum poſſidendam. Et miſſo a Fonteverard uno conventu ſanctimonialium, Richardus Cantuarienſis archiepiſcopus introduxit eas in abbatiam de Ambreſberie, 11. cal. Junii, die dominica, praeſentibus domino rege patre, et Bartholomaeo, Exonienſi, et Johanne, Norwicenſi epiſcopis, et aliis multis clero et populo. Eodem die praefatus Cantuarienſis archiepiſcopus conſecravit Guidonem Bangorienſem epiſcopum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. III. 19.	RICHARD. 5.	1177.	HENRIC. II. 23.

Concilium Weſtmonaſterienſe a rege Henrico II. *an. Dn.* MCLXXVII. *regni* 23. *in prima ſeptimana Quadrageſimae celebratum, de lite et bello componendis circa terras, caſtella, etc. inter Aldefonſum, R. Caſtellae, et Sanctium, R. Navarrae, exortis, judicioque Henrici, R. Angliae, compromittendum ſubmiſſis.* Ex R. Hoved. in hoc anno.

PRIMA igitur dominica Quadrageſimae dominus Henricus, rex Angliae, filius Matildis imperatricis, venit Londonias, concilium generale celebraturus; cui interfuerunt Richardus, Cantuarienſis archiep. Gillebertus, Londonenſis epiſc. Hugo, Dunelmenſis epiſc. etc. et abbates, priores, comites, et barones Angliae. Quibus in unum convenientibus apud Weſtmonaſterium, praecepit rex praefatis nunciis regni Hiſpaniae, ut in ſcripto redigerent calumnias et allegationes ſuas, et poſtea ei offerrent; ut ſic per interpretationem ipſe et barones ſui poſſent intelligere calumnias et allegationes illorum: quia neque rex neque barones curiae intellexerunt loquelam illorum. Et ad faciendum ſcriptum illud, datae ſunt illis triduanae induciae. Quarta autem die protulerunt ſcriptum, in quo haec continebantur: Rex Sanctius groſſus genuit hos tres filios, viz. etc.

Acta autem utrinque longis enarrationibus cauſa, interpoſitoque ex ſententia concilii iſtius regis judicio, chartaque regis (de more ſeculi illius in ferendis legibus) inde edita, hi ſubſcribuntur teſtes, utpote in concilio aſſidentes, viz.

Richardus, archiepiſcopus Cantuarienſis, Hugo, Dunelm. epiſc. Gaufridus, Elien. epiſc. Rogerus, Wigorn. epiſc. Bartholomaeus, Exon. epiſc. Gillebertus, London. epiſc. Walterus, Roffen. epiſc. Reginaldus, Bathon. epiſc. Johannes, Norwic. epiſc. Johannes, Ciceſtr. epiſc. Robertus, Hereford. epiſc. . . . . . . epiſcopus de S. David. magiſter Ada, epiſc. de S. Aſaph. . . . . . epiſc. de Bangor. Chriſtianus, epiſc. Candidae Caſae.

Et Gaufridus filius regis, comes Britanniae, Willielmus, comes Albemarliae, Robertus, comes Leiceſtriae, Will. de Mandevil, com. Eſſexiae, Will. com. Glouceſtriae, Will. de Arundel, comes de Suthſex, Hugo, comes Ceſtriae.

Et de Baronibus Angliae. Richard. de Luci, Willielm. de Veſci, Henr. de Laci, Odenel de Umframvile, Robertus de Vals, Rogerus de Mubrai, Robertus de Stutevile, Philippus de Kimbe, Rogerus Bigot, et alii multi, tam clerici quam laici. Aderant namque huic concilio abbates, priores, et barones Angliae, ut ſupradictum eſt, licet horum pauci, illorum nulli ad ſubſcriptionem accederent.

Chriſtianus, epiſcopus Candidae caſae, qui huic aſſidebat concilio, Scoticus eſt epiſcopus, ſed Eboracenſis ſedis ſuffraganeus, ut mox infra videas in concilio Scotico hoc itemque anno celebrato.

Concilium Edinburgenſe celebratum an. Dn. MCLXXVII. *ad Caſtellum puellarum ſub Viviano, cardinali preſbytero, legato Alexandri, pontificis Romani.* Ibidem.

"EODEM anno, praedictus Vivianus, preſbyter cardinalis, et apoſtolicae ſedis legatus, peracta legatione ſua in Hibernia, rediit in Angliam, et per conductum domini regis rediit in Scotiam; et celebrato concilio apud Caſtellum puellarum, ſuſpendit a pontificali officio Chriſtianum, epiſcopum Candidae Caſae, quia ad concilium ſuum venire noluit. Sed epiſcopus Candidae Caſae ſuſpenſionem illam non timuit, ſeptus munimine Rogeri, Eboracenſis archiepiſcopi, cujus ſuffraganeus ipſe erat."

De hoc concilio Edinburgenſi ita loquitur Joh. Fordun in Scotichron. p. 714. et Chron. Mailros in ann.

Vivianus quoque, ſancti Stephani in Celio monte preſbyter cardinalis, legatus, et magnae auctoritatis munimine fultus, ante praedictum concilium venit in Scotiam, conculcans et comminuens obvia quaeque expeditus capere nec impeditus rapere, et inde in Hiberniam legationem functurus tranſmeavit, atque, celebrato ibidem concilio, in regnum revenit Scotorum, et apud monaſterium Sanctae Crucis de Caſtello puellarum ſub auctoritate apoſtolica plurima renovans, antiquorum decreta, et nova quaedam ſtatuens praecepta, concilium ibidem calendis Auguſti ſolenne celebravit.

Bulla

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	[illegible]
ALEXAND III. 19.	RICHARD 5	11[illegible]	HENRIC. II. 23.

Bulla Alex. III. *papae, Ebor. archiep. et Dunelm. episc. de pace ecclesiae, et Longobardorum inter Freder. imperatorem et alios.** Ex Cod. MS. Dunelm. B. iv. 24. fol. 3. b.

ALEXANDER, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Rogero, Ebor. archiepiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, et Hugoni, Dunelm. epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Exigunt gratiſſimae devotionis obſequia, quae nobis et eccleſiae noſtrae tam devote, quam laudabiliter exhibuiſſe noſcimini, ut felices ſucceſſus ipſius eccleſiae vobis ſicut ſpiritualibus et devotis eccleſiae filiis deſcribamus, cum dignum ſit, conveniens, et honeſtum, ut quos ita habuimus in noſtra devotione firmos et ſtabiles, de proſperitate noſtra et ipſius eccleſiae reddamus hilares et gaudentes. Agite itaque una nobiſcum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altiſſimis, et humilia reſpicit de ſupernis, de cujus munere venit, ut ſponſa ſua ſacroſancta eccleſia diu et graviter procelloſis fluctibus, et validiſſima tempeſtate quaſſata, nunc tandem portum ſalutis attigerit, et pacatis ſaevientibus procellis, debita et deſiderata tranquillitate laetetur. Sane 12. cal. inſtantis menſis Auguſti de mandato chariſſimi in Chriſto filii noſtri Frederici, illuſtris Romanorum imperatoris, filius Marcionis Alberti, vir nobilis, magnus, et potens, et camerarius ipſius imperatoris, praeſentibus principibus eccleſiaſticis, et etiam ſecularibus Teutonici regni, publice in anima ejus, et in praeſentia noſtra, coram numeroſa hominum multitudine, praeſtitit, tactis ſacroſanctis evangeliis, juramentum; quod poſtquam idem imperator veniret Venetias, omni conditione et contradictione ſepoſita, pacem eccleſiae, ſicut per fratres noſtros et principes ſuos diſpoſita ſunt, et tractata, et pacem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Willielmi, illuſtris Siciliae regis, uſque ad 15. annos, et treugam Longobardorum uſque ad 6. annos, in anima ſua, et coram principibus ſuis faceret, ſicut in ſcripto pacis et treugae continetur, juramento firmari. Et principes Teutonici regni, videlicet venerabiles fratres noſtri, Magdeburgenſis, Colonienſis, et C. dictus Moguntinus archiepiſcopi, et quidam alii idipſum in anima ſua pro ſe jurare fecerunt. Nono vero cal. Auguſti praefatus imperator, ſicut tractatum fuerat, et diſpoſitum, venit ad eccleſiam B. Nicolai, quae per unum milliare a Venetiis diſtat, et ibi tam ipſe, quam archiepiſcopi, epiſcopi, et alii principes Teutonici regni abrenunciantes ſchiſmati, per fratres noſtros epiſcopos, et cardinales, de mandato noſtro praeſentibus quibuſdam aliis, abſolutionis beneficium meruerunt. Et deinde venerunt Venetias, et ibi ante eccleſiam beati Marci praefatus imperator, innumera multitudine virorum et mulierum praeſente, et alta voce reddente gratias et laudes altiſſimo, nobis ſicut ſummo pontifici obedientiam et reverentiam humiliter et reverenter exhibuit. Et recepto a nobis oſculo pacis, nos devote dextravit, et cum reverentia, qua decuit, et devotione uſque ad altare in eccleſiam introduxit. Sequenti vero die in feſto S. Jacobi ab eodem imperatore rogati, ad eccleſiam praedictam S. Marci ſolennia celebraturi miſſarum acceſſimus, et nobis illuc venientibus praefatus imperator extra eccleſiam obviam venit, et dextro latere noſtro devote ſuſcepto, nos in eccleſiam introduxit, et peractis miſſarum ſolenniis, nos uſque ad ipſius eccleſiae portam dextravit. Et cum aſcenderemus palefridum noſtrum ibi paratum, ſtaffam tenuit, et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quos praedeceſſores ejus noſtris conſueverunt anteceſſoribus exhibere. Erit itaque ſolicitudinis veſtrae nobis et eccleſiae noſtrae in proſperis ſucceſſibus congaudere, et effectum pacis aliis devotis eccleſiae filiis aperire, ut hii, quos zelus domus Domini tangit, de pacis munere divinitus dato, in Domino gaudeant et exultent. Dat. Venetiis in Rivo alto 7. cal. Auguſti.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi.	[illegible]
LUCII III. 1.	RICHARD. 9.	11[illegible]1	[illegible]

Controverſia electionis epiſcopi S. Andreae in Scotia.† R. Hoved. in ann.

EODEM anno Rogerus, Eboracenſis archiepiſcopus, legatus in Scotia, et Hugo, Dunelmenſis epiſcopus, ex auctoritate domini papae mandaverunt priori S. Andreae, et perſonis eccleſiaſticis per epiſcopatum S. Andreae conſtitutis, ut venirent ad Johannem epiſcopum ſuum, et illi debitae ſubjectionis reverentiam facerent; ſin minus, in contumaces et rebelles ſententiam ſuſpenſionis inferrent. Cum autem quidam virorum eccleſiaſticorum de epiſcopatu S. Andreae, metu ſuſpenſionis, venirent ad praefatum Johannem epiſcopum, Willielmus, rex Scotiae,

* Bullam hanc Alexandri III. papae [illegible] Roger Hoveden p. 325. [illegible] 26. Eadem eſt, quae inſcripta eſt Petro [illegible] et archiepiſcopo Capuano, ibid. [illegible] Cantuar. et ſuffraganeis Cant. provinciae epiſcopis directum fuit.

† Legatio Rogeri, Eboracenſis archiep. et Hugonis, Dunelmenſis, a pontifice Romano in Scotiam, ad definiendam controverſiam electionis epiſcopi S. Andreae, in qua regem Willielmum, [illegible] cognatis ſuis et infantibus ab ubere pendentibus in exilium miſiſſet, excommunicarunt.

[illegible]

5

illos a regno ſuo ejecit, cum filiis et cognatis, et etiam illis, qui adhuc pendentes ab uberibus matrum vagiebant in cunis: quorum miſerandam proſcriptionem et exilium Rogerus, Eboracenſis archiepiſcopus, et Hugo, Dunelmenſis epiſcopus, videntes, proceſſerunt in mandatum domini papae: Rogerus, Eboracenſis archiepiſcopus, excommunicavit Willielmum, regem Scotiae; et ipſe, et Hugo, Dunelmenſis epiſcopus, tulerunt ſententiam interdicti in totam terram regis Scotiae; mandantes epiſcopis, abbatibus, prioribus, et caeteris viris eccleſiaſticis ſententiam illam interdicti firmiter et inconcuſſe obſervare, et ipſum regem ſicut excommunicatum cautius evitare.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Lucii III. 2.	Richard. 10.	1182.	Henric. II. 29.

Concilium apud Marlebergiam. Ex Matt. Pariſ. in ann.

Gaufridus, Lincolnienſis electus, et regis Anglorum filius, cum ejus electio eſſet a domino papa confirmata, poſtquam per ſeptennium eidem eccleſiae pacifice praefuiſſet, praeſente rege et epiſcopis regni, in epiphania Domini apud Marlebergiam electioni renunciavit, nemine compellente. H. J.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Lucii III. 3.	vacante.	1183.	Henric. II. 29.

Synodus epiſcoporum et cleri Angliae. Ex Hoved. in ann.

Hoc anno venerunt nuncii papae ad Henricum, regem Angliae, poſtulantes ab eo et a clericatu Angliae auxilium. Conſuluit itaque rex epiſcopos ſuos, et clerum Angliae de petitione ſummi pontificis; cui epiſcopi et clerus conſulerunt, ut ipſe ſecundum voluntatem ſuam et honorem faceret auxilium dom. papae, tam pro ſeipſo quam pro illis: quia tolerabilius eſſet, et plus placeret eis, quod dom. rex, ſi vellet, accepiſſet ab eis recompenſationem auxilii illius, quam ſi permiſiſſet nuncios dom. papae in Angliam venire, ad capiendum de eis auxilium; quia ſi aliter fieret, poſſet verti in conſuetudinem ad detrimentum regni. Adquievit rex conſilio eorum, et fecit auxilium magnum dom. papae in auro et argento.

Concilium Dublinienſe a Viviano, cardinale S. A. L. celebratum tempore Lucii papae III. Ex Guil. Neubrig. Hiſt. lib. III. cap. 9.

"Forte, inquit Neubrigenſis, in Hiberniam venerat a Scotia Vivianus, vir eloquentiſſimus, apoſtolicae ſedis legatus, ſuſceptuſque honorifice a rege et epiſcopis ejuſdem provinciae, in civitate maritima, quae Dunum vocatur, pro tempore morabatur." Et paulo poſt: "Prae manibus habebat regis Anglorum literas ad praefectos ejus Hibernicos, ut eorum tutus ſuffragiis, legationis ſuae inter barbaros munus impleret. Hac auctoritate pacem et ſecuritatem accipiens, Divellinum migravit, et ſub nomine vel domini papae vel regis Anglorum fiducialiter agens, convocatis Hiberniae praeſulibus, atque abbatibus, generale concilium celebravit. Verum cum in eccleſiis ſimplicitatis barbarae liberius agere morem vellet Romanum; denunciantibus praefectis regiis, ut vel abſcederet, vel ſecum militaret, auro Hibernico, quod multum ſitierat, minus onuſtus, in Scotiam remeavit."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Lucii III. 4.	Baldwin. 1.	1184.	Henric. II. 30.

Conventus epiſcoporum et cleri Angliae Windeſorenſis. Ex Chron. Gervaſii apud X. Script. col. 1468, 1474.

Die S. Dunſtani juſſu regis magnus clericorum conventus factus eſt apud Windeſoram ad eligendum archiepiſcopum Cantuar. in loco Richardi modo defuncti. Gervaſius ita de eo loquitur: "Rex Angliae miſit nuncios et literas ad conventum Cant. eccleſiae, praecipiens, ut cum priore ſuo plures ad eum mitterent monachos ad Winleſores. Quo cum veniſſent die ordinationis S. Dunſtani ſimul cum epiſcopis et clero Angliae, dixit ad monachos rex: "Miſeremini mei, domini mei et amici mei; vos enim eſtis fideles mei et amici, omnes fere nati de terra mea, unde mihi magis tenemini. Rogo igitur vos per fidem, quam mihi debetis, loquimini cum epiſcopis meis, et inter vos tale habetote conſilium, quod Dei et ſanctae eccleſiae honor conſervetur, et regni ſtatus perſeveret in pace, et ut honor debitus mihi conſervetur indemnis, quem praedeceſſores mei in hac cauſa noſcuntur habuiſſe." Poſt varios deinde ſermones inter regem, epiſcopos, et conventum Cantuar. ac poſt prorogationem concilii hujus, tandem prior electionem declaravit his verbis: "Nos ergo in nomine ſanctae Trinitatis eligimus

mus virum venerabilem dominum B. Wigornienſem epiſcopum, in patrem et paſtorem Cantuarienſis eccleſiae." Et ſurgentes introduxerunt novum electum in eccleſiam, cantantes et Deum laudantes, ſonantibus ſignis non ſolum Weſtmonaſterii, ſed et totius Londoniae civitati.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Ann. Christi	Reg. Angliae
Lucii III. 4.	BALDWIN. 1.	[illegible]	HENRIC. II. 30.

Charta regis Henrici II. *ſuper reſtauratione eccleſiae Glaſtonburienſis, totius Angliae et orbis chriſtiani antiquiſſimae, cum in manibus ejuſdem regis exiſtens in cineres fuiſſet redacta.* Citante Spelmanno.

HENRICUS, Dei gratia rex Angliae, dux Normanniae et Aquitaniae, et comes Andegaviae, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, juſtitiariis, baronibus, vicecomitibus, et omnibus fidelibus ſuis Francis et Anglis totius Angliae. Quod quiſque ſeminaverit homo, hoc et metet. Eccleſiae Glaſtonienſis fundamentum jaciens, quae, dum in manu mea fuerat incendio conſumpta, in cinerem recidit, eam, Domino volente, perſuadentibus Heraclio, patriarcha Hieroſolymitano, Baldewino, archiepiſcopo Cantuariae, Richardo, Wintonienſi epiſcopo, Bartholomaeo, Exonienſi epiſcopo, Randulpho de Glanvill, cum multis aliis, per me aut per haeredes meos conſummandam magnificentius reparare decrevi. Quaecunque etiam a praedeceſſoribus meis, Willielmo primo, et Willielmo ſecundo, et Henrico, avo meo, ſed ab antiquioribus, videlicet ab Edgaro, patre S. Edwardi, ab Edmundo, et patre ipſius Edwardi, et Elfredo, avo ejuſdem Kinemricho, Kentwino, Baldredo, Ina, inclyto Arthuro, Cuthredo, et multis aliis regibus chriſtianis; ſed etiam a Kenewalla, quodam rege pagano, quorum privilegia et chartas feci diligenter inquiri, et coram me praeſentari et legi, confirmata ſunt eccleſiae praedictae, quae olim a quibuſdam "Mater Sanctorum" dicta eſt, ab aliis "Tumulus Sanctorum," quam ab ipſis diſcipulis Domini aedificatam, et ab ipſo Domino dedicatam primo fuiſſe, venerabilis habet antiquorum auctoritas. Ego quoque in honorem Dei, et beatiſſimae virginis, matris ſuae, quae locum illum ſibi ſpecialiter et primum in hoc regno elegit, et omnium ſanctorum ibidem quieſcentium, pro ſalute animae meae, et anteceſſorum et haeredum meorum, concedo, et hac mea charta confirmo omnes libertates et dignitates, privilegia et liberas conſuetudines, quae a praedictis nobilibus viris collata ſunt praefatae eccleſiae, et apoſtolicis ſanctionibus munita, et a beatis Elphego et Dunſtano, archiepiſcopis, et quondam loci illius monachis, et a praedeceſſoribus eorum, et poſteris roborata. Habeat igitur et poſſideat ſaepedicta eccleſia omnes poſſeſſiones ſuas et terras, et omnes forisfacturas earundem, feuda, et ſervitia militum, ubicunque fuerint in toto regno meo, in pace, et quiete, libere, et inconcuſſe, ſicut ego res meas dominicas liberius habeo. Fugitivos ſuos, ubicunque inventi fuerint, abſque omni calumnia et impedimento habeant. Et ſint abbas et monachi, et familia eorum quieti per totum regnum meum de tolneto et paſſagio; habeat quoque eadem eccleſia et omnes terrae ſuae ſocam, et ſacam, on ſtronde, on ſtreme, on wode, et on feilde, grithbrich, on burgbrich, hundredſetene, athas, et ordelas, eaile hordas buſan corthum et [illegible], [illegible] et flemenfirme, hamſocne, fridbriche, foreſteall, toll, et team; ſed praecipue villa Glaſtoniae, in qua vetuſta eccleſia genitricis Dei ſita eſt, quae fons et origo totius religionis Angliae pro certo habetur, prae caeteris ſit liberior, cum ſuis inſulis, ſcil. Bekeria, quae parva Hibernia dicitur, Godeneia, Martineſeia, Feramere, Patenebergia, Adredeſeia, ut nullus hominum, rex, archiepiſcopus, epiſcopus, juſtitiarius, vicecomes, foreſtarius, vel alius ballivus, ſive miniſter, vel alius aliquis hominum audeat intrare praedicta loca, cauſa placitandi, aut perſcrutandi, aut capiendi, aut aliud faciendi, quod eccleſiae dignitati, vel inibi Deo ſervientibus contrarium eſſe poſſit, aut moleſtiae: ſed abbati tantum, et conventui ſit poteſtas in cauſis, tam notis quam in ignotis, in modicis, et in magnis, et in omnibus omnino negotiis tractandis et terminandis. Concedo etiam eiſdem eandem auctoritatem et poteſtatem puniendi et dimittendi commiſſa delinquentium in locis praedictis, quam mea dominica curia habet; et quantum ad regiam majeſtatem pertinet, volo et praecipio, ſicut praedeceſſores mei ſtatuerunt, et ſummi pontifices ſanxerunt, necnon et eccleſiae Cantuarienſis praelati confirmaverunt, ſed et epiſcopi dioeceſani aſſenſum praeſtantes roboraverunt, quod eadem eccleſia, cum praefatis inſulis, et cum ſeptem eccleſiis ei ſubjectis, ſcil. de Strete, Piltona, Dicheſgata, Budekeleia, Schapewica, Merelinge, Sowi, cum capellis earum, preſbyteris, clericis, et ſervientibus, libera ſit omnino ab omni juriſdictione epiſcopi Bathonienſis, ſicut mea propria corona: benedictionem quoque abbatis, ordines, et omnia ſacramenta ab epiſcopo celebranda, a quocunque voluerint epiſcopo faciant fieri. Habeant quoque monachi libertatem, poteſtatem, et dignitatem eligendi et conſtituendi ſibi rectorem juxta regulam beati Benedicti, ſine omni contradictione et impedimento. Sed nec aliquis omnino hominum in eccleſia Glaſtonienſi, aut in praedictis inſulis, vel eccleſiis, aut capellis ſuis quacunque ex cauſa praeſumat cathedram epiſcopalem ſtatuere. Si quid tandem amplius regum vel pontificum privilegiis eccleſiae ſaepius memoratae, quod ad dignitatem, vel libertatem faciat, collatum fuerit, ratum et inconvulſum eſſe volo inperpetuum, et firmiter obſervari ab univerſis praecipio. Valde namque verendum et omnibus modis cavendum eſt tot ſanctorum regum et pontificum contraire privilegiis, quibus eccleſia illa hactenus in-

ſignita eſt, ne tot ſanctorum maledictiones in renitentes datae, vel alio modo ſtatuere praeſumentes incurrantur. Teſtibus Heraclio, patriarcha Hieroſolymitano, Willielmo, Remenſi archiepiſcopo, Baldewino, archiep. Cantuarienſi, Richardo, Winton. epiſcopo, Bartholomaeo, Exonienſi epiſcopo, Reginaldo, Bathonienſi epiſcopo, Willielmo, comite de Mandevill, Randulpho de Glanvill, et multis aliis apud Weſtmonaſterium.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
LUCII III. 4.	BALDWIN. 1.	1184.	HENRIC. II. 31.

Ordinatio Henrici II. *regis Angliae, et Philippi, regis Franciae, de ſubſidio terrae ſanctae.** Citante Spelm.

AUCTORITATE literarum domini papae ſubnixi, praeſente et approbante illuſtri Anglorum rege Henrico, cum baronibus ſuis et A. de Summa, legato ſummi pontificis, epiſcopi Normanniae, in ſuis †epiſcopatibus hoc inſtituerunt; ut quicunque eleemoſynam, quae ordinata eſt ad ſubventionem terrae Hieroſolymitanae, tranſmiſerunt, talem de injuncta poenitentia veniam conſequantur.

I. Si in poenitentia fuerint, quae ſeptem annos excedat; trium annorum venia gaudebunt.

II. Si in poenitentia, quae 5. annos excedit, vel minori fuerint pro criminali; duorum annorum veniam habebunt.

III. Peccata vero, de quibus homo recordari non poterit, omnia relaxantur, dummodo de contemptu poenituerit.

IV. Venalia quoque omnia ſub tali poenitentia condonent; ut unuſquiſque, qui eleemoſynam iſtam ſolverit, ter in die, vel in nocte Pater Noſter dicat pro ſalute vivorum ſemel; pro pace ſemel; et ſemel pro requie defunctorum; tres quoque eleemoſynas unuſquiſque facere tenetur, ut hanc indulgentiam conſequatur, ſi facere poterit. Si vero ea paupertate laborat, ut eleemoſynas illas facere non poſſit, ter iterum Pater Noſter pro conſequenda remiſſione dicere tenetur.

Talis eſt diſpoſitio ad ſubveniendum terrae Jeruſalem a domino Philippo, rege Franciae, et Henrico, rege Angliae, communi concilio epiſcoporum et comitum et baronum terrarum ſuarum approbata. Scilicet,

I. Quod unuſquiſque, tam clericorum quam laicorum, qui plus quam centum ſolidos non habuit, de unaquaque domo, quam habuerit, ſi ſingulis diebus ignis conſuetudinarie accendetur, 2 d. ſingulis annis uſque ad tres annos perſolvet.

II. Si vero in mobilibus plus quam centum ſolidos habuerit, de unaquaque libra in tota terra regis Franciae 2 d. Provencienſis monetae, vel aequipollens; et in terra regis Angliae ciſmarina 2 d. Andegavenſis monetae: et in Anglia unus ſterlingus perſolvetur uſque ad praedictum terminum.

III. Qui vero centum libras in terris vel in reditibus habuerit, vel eo amplius, de 100 lib. 20 s. annuatim dabit.

IV. Qui vero in reditibus minus quam centum libras habuerit, de 20 lib. dabit 4 ſolid. et de 40 lib. 8 ſolid. et ita deinceps, ad rationem praedictam. Habentes vero mobilia ultra centum ſolidos, jurabunt, quod de ſingulis 20 ſol. fideliter 2 denarios dabunt.

V. De parte mortui, quae ſpectat ad eum ſecundum conſuetudinem terrae, et unum poſt, et debet eleemoſynam pro anima ſua facere.§

VI. Decima debetur ad defenſionem terrae Jeruſalem, a nativitate S. Johannis Baptiſtae, anno incarnationis Domini MCLXXXIV. in decem annos, ſalvo jure dominorum et eccleſiarum.

Excipiuntur ab iſta aeſtimatione in clericis, theſauri et ornamenta eccleſiarum, et libri, et equi, et vaſa, et veſtimenta, et gemmae, et utenſilia, quae quotidianis uſibus, et ſibi neceſſaria ſunt. Et in militibus equi, et arma, et vaſa, et indumenta, quae uſibus eorum deputantur.

Ad hanc eleemoſynam colligendam, inſtituentur in ſingulis epiſcopatibus duo fratres, unus de Templo et alter de Hoſpitali; et in ſingulis parochiis illi duo, et dominus preſbyter villae, et duo de legalioribus parochianis eleemoſynam conſtitutam fideliter colligent, et conſervabunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
URBAN. III. 1.	BALDWIN. 2.	1186.	HENRIC. II. 32.

Concilium apud Egeneſham. Ex chron. Gervaſii col. 1480.

MENSE Majo hujus anni coadunato clero Angliae apud Egeneſham in praeſentia regis et archiepiſcopi [Baldwini] multae factae ſunt electiones priorum in epiſcopos et abbates, etc.

* Ordinatio Philippi, regis Franciae, et Henrici II. regis Angliae, concilio epiſcoporum, comitum, et baronum terrarum ſuarum, de contributione facienda in ſubſidium terrae ſanctae, a nativitate S. Johannis Baptiſtae, an. incarnationis Domini 1184. in decem annos.

† Sed in Angliam etiam receptum eſt, ut mox infra intelligas.

§ IV. et V. paragraphi forte ſunt conjungendi; nam locus mendoſus eſt.

Conci-

Concilium Gaintingtonenſe in agro Northamptoniae de cruce ſuſcipienda, et decimis, quas vocant, Salidinis exigendis, celebratum anno Domini MCLXXXVIII. *id eſt, Henrici* II. xxxv.†. Ex Rog. Hoved. in ann.

ANNO gratiae milleſimo centeſimo octogeſimo octavo, qui erat annus triceſimus ‡ quartus regni regis Henrici, filii Matildis imperatricis, idem rex fuit in Normannia apud Cadomum die natalis Domini, et inde recedens, venit ad Barbeſluctum, inde transfretaturus in Angliam. Quo audito, Philippus, rex Franciae, magnum congregavit exercitum, jactans impudenter ſe vaſtaturum Normanniam, et caeteras terras regis Angliae tranſmarinas, niſi ipſe reddiderit ei Giſortium, cum pertinentiis ſuis; vel ſi non fecerit Richardum, comitem Pictaviae, filium ſuum, accipere ſibi in conjugem Aleſiam, ſororem ſuam. Quod cum regi Angliae conſtaret, reverſus eſt in Normanniam, et accepto colloquio inter ipſum et regem Franciae inter Giſortium et Trie duodecimo calend. Februarii, die S. Agnetis, virginis et martyris, convenerunt illuc cum archiepiſcopis, et epiſcopis, et comitibus, et baronibus regnorum ſuorum. Cui colloquio interfuit archiepiſcopus Tyri, qui repletus ſpiritu ſapientiae, et intellectus, miro modo praedicavit verbum Domini coram regibus, et principibus, et convertit corda eorum ad crucem capiendam, et qui prius hoſtes erant, illo praedicante, et Deo cooperante, facti ſunt amici in illa die, et de manu ejus crucem receperunt, et in eadem hora apparuit ſuper eos ſignum crucis in caelo. Quo viſo miraculo, plures catervatim ruebant ad ſuſceptionem crucis. Praedicti vero reges in ſuſceptionem crucis ad cognoſcendam gentem ſuam, ſignum evidens ſibi et ſuis providerunt. Rex namque Franciae et gens ſua receperunt cruces rubeas: et rex Angliae cum gente ſua ſuſcepit cruces albas: et Philippus, comes Flandriae, cum gente ſua ſuſcepit cruces virides: et ſic unuſquiſque ad providendum ſibi et itineri ſuo neceſſaria, reverſus eſt in regionem ſuam.

Henricus igitur, rex Angliae, poſt crucis receptionem, venit Cenomanum, ubi concilio ſuo ordinavit, quod unuſquiſque decimam redituum, et mobilium ſuorum in eleemoſynam dabit ad ſubventionem terrae Hieroſolymitanae hoc anno, exceptis armis, et equis, et veſtibus militum, et exceptis equis, et libris, et veſtibus, et veſtimentis, [* et omnimoda capella clericorum] et lapidibus pretioſis tam clericorum, quam laicorum: facta prius excommunicatione ab archiepiſcopis, epiſcopis, archipreſbyteris ſingulis in ſingulis parochiis ſuper unumquemque, qui decimam praetaxatam legitime non dederit, ſub praeſentia, et conſcientia illorum, qui debent intereſſe. Colligatur autem pecunia iſta in ſingulis parochiis, praeſente preſbytero parochiae, et archipreſbytero, et uno Templario, et uno Hoſpitalario, et ſerviente domini regis, et clerico regis, et ſerviente baronis, et clerico ejus, et clerico epiſcopi; et ſi aliquis juxta conſcientiam illorum minus dederit, quam debuerit, eligentur de parochia quatuor, vel ſex viri legitimi, qui jurati dicant quantitatem illam, quam ille debuiſſet dediſſe, et tunc oportebit illam ſuperaddere, quod minus dedit. Clerici autem, et milites, qui crucem acceperint, nihil de decima iſta dabunt, ſed de proprio ſuo dominico, et quicquid homines eorum debuerint ad opus illorum, colligetur per ſupradictos, et eis totum reddetur. Epiſcopi autem per literas ſuas in ſingulis parochiis epiſcopatuum ſuorum, facient nunciari in die Natalis, et S. Stephani, et S. Johannis, ut unuſquiſque decimam praetaxatam infra purificationem beatae virginis Mariae penes ſe colligat; et ſequenti die deinceps, illis praeſentibus, qui dicti ſunt, ad locum, quo vocatus fuerit, unuſquiſque legitime perſolvat. Praeterea ſtatutum eſt a domino papa, quod quicunque clericus vel laicus crucem ſuſceperit, ab omnibus peccatis, de quibus poenituerit, et confeſſus fuerit, auctoritate Dei, et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli liberatus eſt et abſolutus.

Diſpoſitum eſt autem a regibus, et archiepiſcopis, et epiſcopis, et aliis principibus terrae; quod omnes illi, tam clerici quam laici, qui hoc iter non arripient, decimas redituum, et mobilium ſuorum hujus anni, et omnium catallorum ſuorum tam in auro, quam in argento, et omnibus aliis dabunt, exceptis veſtibus, et libris, et veſtimentis clericorum, capellanorum, et lapidibus pretioſis tam clericorum, quam laicorum; et exceptis equis, et armis, et veſtibus militum ad uſum proprii corporis pertinentibus. Diſpoſitum eſt etiam, quod omnes clerici, milites, et ſervientes, qui hoc iter arripient, decimas terrarum ſuarum et hominum ſuorum habebunt, et nihil pro ſe dabunt. Burgenſes vero et ruſtici, qui ſine licentia dominorum ſuorum crucem acceperint, nihilominus decimas dabunt. Diſpoſitum eſt etiam, quod nullus enormiter juret, et quod nullus ludat ad aleas, vel ad decios, et quod nullus poſt proximum Paſcha utatur vario, vel griſio, vel ſabellina, vel eſcarleta, et quod omnes contenti ſint duobus ferculis ex empto; et quod nullus aliquam mulierem ſecum ducat in peregrinatione, niſi forte aliquam lotricem peditem, de qua nulla habeatur ſuſpicio; et quod nullus habeat pannos deciſos vel laceratos.

† In eodem anno hoc concilio repetuntur quae a regibus Franciae et Angliae conſtituta ſunt in concilio tranſmarino Normannico de ſubveniendo terrae ſanctae, ideoque neceſſarium eſt, ut tranſmarinum illud concilium cum iſto hoc noſtro praefigamus. ‡ Rectius *quartus*. * Rectius *clericorum capellanorum*.

Diſpo-

2

Diſpoſitum eſt etiam, quod quicunque clericus, vel laicus reditus ſuos ante ſuſceptionem crucis invadiaverit, exitus hujus anni integre habeat, et tranſito anno creditor reditus rehabeat, ita quod fructus, quos inde receperit, in ſolutione debiti computentur, et debitum poſt ſuſceptionem crucis, quamdiu debitor erit in peregrinatione, non uſuret. Statutum eſt etiam, quod omnes clerici et laici, qui in hac peregrinatione proficiſcentur, poſſint licite invadiare reditus ſuos, ſive eccleſiaſticos, ſive laicos, ſive alios, a Paſcha cum iter arripuerint, uſque ad tres annos; ita quod creditores, quicquid de debitoribus contingat, fructus omnes redituum, quos in vadio habebunt, a praedicto Paſcha uſque ad tres annos integre percipiant.

Diſpoſitum eſt etiam, quod quicunque in peregrinatione deceſſerit, pecuniam ſuam, quam ſecum in peregrinatione attulerit, ad ſuſtentationem ſervientium ſuorum, et ad auxilium terrae Hieroſolymitanae, et ad ſuſtentationem pauperum dividet juxta conſilium diſcretorum virorum, qui ad hoc conſtituentur. Haec omnia ſupradicta ſtatuta ſunt, et diſpoſita ab Henrico, rege Angliae, in praeſentia Richardi, filii ejus, comitis Pictaviae, et Willielmi, Turonenſ. archiepiſcopi, et Baldewini, Cantuarienſis archiepiſcopi, et Walteri, Rothomagenſ. archiepiſcopi, et in praeſentia Johannis, Ebroicenſ. epiſcopi, et Radulphi, Andegavenſ. epiſcopi, et R. Cenomanenſ. epiſcopi, et M. Nanmetenſ. epiſcopi, et in praeſentia Hugonis de Nonant, Coventrenſis electi, et Liſardi, Sagienſis electi, et in praeſentia baronum Andegaviae et Cenomaniae, et Turonorum apud Cenomanum.

His igitur praeordinatis, rex Angliae conſtituit ſervientes ſuos clericos et laicos ad praedictas decimas colligendas per omnes terras ſuas tranſmarinas; et poſtea transfretavit et applicuit in Angliam apud Winchelſee Sabbato, tertio calendarum Februarii. Interim Baldewinus, Cantuar. archiepiſcopus, in Angliam veniens ante regem conſecravit Hugonem de Nonant in epiſcopum Coventrenſem. Dominus vero rex ſtatim poſtquam in Angliam applicuit, magnum congregavit concilium epiſcoporum, abbatum, comitum, et baronum, et aliorum multorum, tam clericorum quam laicorum, apud Gaintington; ubi in publica audientia recitari fecit omnia ſupradicta capitula, quae conſtituerat de cruce capienda. Quibus recitatis, Baldewinus, Cantuarienſis archiepiſcopus, et Gilbertus, Roffenſis epiſcopus, vicarius ejus, mirifice praedicaverunt illo die coram rege et principibus ſuis verbum Domini, et ſalutiferae crucis myſterium. Ad quorum praedicationem multi, tam clerici quam laici, crucem receperunt. Et tunc dominus rex miſit ſervientes ſuos clericos et laicos per ſingulos comitatus Angliae ad decimas colligendas, ſecundum praedictam praeordinationem in terris ſuis tranſmarinis conſtitutam, ſed de ſingulis urbibus totius Angliae fecit eligi omnes ditiores; videlicet de Londonia 200. et de Eboraco 100. et de aliis urbibus ſecundum quantitatem et numerum eorum, et fecit omnes ſibi praeſentari diebus et locis ſtatutis; de quibus cepit decimam mobilium ſuorum, ſecundum aeſtimationem virorum fidelium, qui noverant reditus, et mobilia eorum: ſi quos autem inveniſſet rebelles, ſtatim fecit eos incarcerari, et in vinculis teneri, donec ultimum quadrantem perſolverent; ſimiliter fecit de Judaeis terrae ſuae, unde inaeſtimabilem ſibi adquiſivit pecuniam. Deinde miſit Hugonem, Dunelmenſem epiſcopum, et alios clericos et laicos ad Willielmum, regem Scotorum, pro decimis colligendis in terra ſua: quo audito, rex Scotiae occurrit eis inter Werc et Brigeham in Loenas; et non permittens eos terram ſuam pro decimis colligendis intrare, obtulit ſe daturum domino ſuo regi Angliae quinque millia marcarum argenti pro ſupradictis decimis, et pro caſtellis ſuis rehabendis; ſed rex Angliae facere noluit. Philippus autem, rex Francorum, ſimili modo colligi fecit decimas redituum, et mobilium hominum ſuorum per omnes terras ſuas.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
CLEMENT. III. 2.	BALDWIN. 6.	1189.	RICHARD. I. 1.

Concilium apud Pipewell, abbatiam in agro Northamptonienſi: congregatis illic archiepiſcopis Britanniae, quibuſdam Normanniae, Galliae, et Hiberniae; epiſcopiſque, abbatibus, etc. infranominatis: praeſente etiam ipſo Richardo rege, etc. anno Dom. MCLXXXIX. Ex R. Hoved. in ann.

DEINDE venit rex ad abbatiam, quae dicitur Pipewell, et congregatis ibi Baldwino, Cantuar. archiepiſcopo, et Waltero, Rothomagenſi archiepiſcopo, et Johanne, Dublinienſi archiepiſcopo, et Formale, Triverenſi archiepiſcopo, et Hugone, Dunelmenſi epiſcopo, et Hugone, Lincoln. epiſcopo, et Hugone * Ceſtrenſi epiſcopo, et Johanne, Norwicenſi epiſc. et Johanne, Ebor. archiepiſc, et Johanne, Exon. epiſc. et Willielmo, Hereford. epiſc. et Willielmo, Wigornienſi epiſcopo, et Reginaldo, Bathonienſi epiſcopo, et Gilberto, Roffenſi epiſcopo, et Sefrido, Ciceſtrenſi epiſcopo, et Henrico, Baiocenſi epiſcopo, et Petro, epiſcopo de S. David in Wallia, et Albino, Fernenſi epiſcopo, et Concorde, Hegilonenſi epiſcopo, et abbatibus et prioribus fere totius Angliae; idem rex dedit Godefrido de Luci epiſcopatum Wintonienſem, et Richardo, theſaurario Elienſi archidiacono, epiſcopatum Lincolnienſem, et Willielmo de Longo Campo, cancellario ſuo, epiſcopatum Elienſem, et Huberto Walteri, decano Eboraci, epiſcopatum Sareſbirienſem, et abbatiam de Seleſbi Rogero, ejuſdem abbatiae priori, et abbatiam

* Forſan *Coventrenſi.*

de
2

de Glaſtingbiri Henrico de Soilli, priori de Bermundeſeia, et Gaufrido, fratri ſuo, quondam Lincolnienſi electo, archiepiſcopatum Eboracenſem, et Henrico, fratri Willielmi mareſcalli, decanatum Eboracenſis eccleſiae, et Bucardo de Puteaco, nepoti Hugonis, Dunelmenſis epiſcopi, theſaurariam Eboracenſis eccleſiae, et Willielmo de Chuneli, archidiaconatum de Richmund, et Willielmo de S. Mariae eccleſia praebendam, quae fuit Walteri Huberti in eccleſia Eboraci, et decanatum S. Martini Londoniae.

Cum igitur Baldwinus, Cantuarienſis archiepiſcopus, vidiſſet archiepiſcopatum Eboracenſem datum fuiſſe praefato Gaufrido, calumniatus eſt conſecrationem illius, et prohibuit ei, ne ipſe ab alio quam ab eo, conſecrationem ſeu ſacerdotalem ordinem ſuſciperet; et ſuper hoc appellavit ad dominum papam, et coram rege, et univerſis epiſcopis, et clero, et populo chartam Willielmi regis Baſtardi, in qua continebatur controverſia, quae olim vertebatur inter Cantuarienſem et Eboracenſem eccleſias ſuper primatia Angliae, et quibuſdam aliis dignitatibus, protulit. In charta autem illa continebatur, quod Thomas, tunc temporis archiepiſcopus Eboracenſis, ordinem ſacerdotalem, et epiſcopalem conſecrationem ſuſcepit de manu Lanfranci, tunc temporis Cantuarienſis archiepiſcopi, et totius Angliae primatis; et ei canonicam obedientiam fecit, et ad concilia ſua cum Lindisfarnenſis eccleſiae epiſcopo, et caeteris ſuffraganeis ſuis venit, et ei reverentiam omnem ſicut primati ſuo exhibuit. Charta autem illa teſtabatur haec omnia ſupradicta facta fuiſſe coram rege Willielmo in generali concilio apud Londonias, per diffinitivam ſententiam ab Alexandro, papa ſecundo, prolatam. In ſequenti vero die Johannes, electus Candidae Caſae, conſecratus eſt in epiſcopum a Johanne, Dublinienſi archiepiſcopo, apud Pipewell decimo quinto calendarum Octobris die dominica.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
CLEMENT. III. 2.	BALDWIN. 6.	11[illegible]	RICHARD. I. 1.

Concilium Cantuarienſe. Ex chron. Bromton. col. 1169.

"IBIDEM coram praedicto cardinali, et omnibus epiſcopis, et abbatibus, et clero ibi congregato, Hugo Dunelmenſis, et Hubertus Sareſbirienſis epiſcopi, contra Gaufridum, Eboracenſem electum, ad ſedem apoſtolicam appellarunt, dicentes eum non fuiſſe canonice electum, pro eo, quod dictus epiſcopus Dunelmenſis, et dictus Hubertus, tempore electionis illius, Eboracenſis eccleſiae decanus aberant, quando ipſe eligebatur." H. I. De hoc concilio Radulphus de Diceto loquitur col. 650. dicens: "Johannes, comes Moritonii, frater regis, coram rege, coram legato, coram epiſcopis gravem querelam depoſuit, quod archiepiſcopus, poſt appellationem factam ad ſedem apoſtolicam, totam terram ſuam ſub interdicto concluſerat."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
CLEMENT. III. 3.	BALDWIN. 7.	11[illegible]	RICHARD. I. 2.

Concilium Weſtmonaſterienſe.

PAUCA de hoc concilio adnotat Matthaeus Pariſius praeter locum, in quo celebratum fuit: "Tempore quoque ſub eodem Baldewinus, archiepiſcopus Cantuarienſis, celebravit concilium apud Weſtmonaſterium; ibique valedicens fratribus, iter arripuit Hieroſolymitanum magnifice praeparatus." H. I. Idibus Octobris ſequentibus (juxta M. Pariſium) Willielmus, Elienſis epiſcopus, papae legatus, concilium provinciale tenuit apud Weſtmonaſterium, in quo pauca vel nulla proviſa ſunt de aedificatione eccleſiae Anglicanae. Hemingford pag. 528. ita de hoc concilio ait: "Epiſcopus Elienſis, ut ad ſummum evectus videretur, generale concilium ex Anglia terrore maximo Londoniae congregatum, quanto glorioſius, tanto et vanius celebravit, ſub ſpecie ſcil. religionis agens propriae negotium vanitatis, quod utique agebat fortius eo, quod metropolitanae eccleſiae vacabant utraeque. H. I. Gervaſius concilium hoc ſub anno MCXCI. collocat, addens, quod epiſcopus Roffenſis et prior Cantuar. legatum rogaverint, imo juſſerint, ne quid in hoc concilio contra jura Cantuarienſis eccleſiae, vel contra dignitatem vel appellationem archiepiſcopi praeſumatur.

Concilium Gloceſtrenſe.

HOC anno Willielmus, epiſcopus Elienſis, papae legatus, regeque abſente, procurator regni, ſynodum tenuit apud Gloceſtriam, cujus mentionem facit Radulph. de Diceto col. 655. In feſtivitate B. Petri, quae dicitur Ad vincula, Willielmus, Elienſis epiſcopus, apoſtolicae ſedis legatus, convocavit multos apud Gloceſtriam. Et fol. 520. dicit, quod "Willielmus, Angliae legatus, convocavit Angliae epiſcopos apud Glavornam." Quid autem ibi actum ſit, haud recenſet.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
COELESTIN. III. 1.	REGINALD. I.	1191.	RICHARD. I. 2.

Privilegium eccleſiae Cantuar. a Coeleſtino III. *papa datum, ne alibi, quam in capitulo reſpondeant monachi; et de cuſtodia ſigilli, et de libera rerum diſpoſitione; et ne prior deponatur abſque rationabili cauſa.* Ex Reg. Cant. A. fol. 25. b.

COELESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori et conventui Cantuar. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sicut nobis imminet ex officio profectui religionis intendere; ita et nihilominus ex eodem officio cogimur his, quae ſtatuta regularis ordinis impedire videntur, ſtudio paſtoralis ſolicitudinis obviare. Eapropter, dilecti in Domino filii, dignitatem eccleſiae veſtrae ſtudioſius attendentes, et reputantes indignum, ut cum ſitis vinculo monaſticae profeſſionis aſtricti, debeatis alibi, quam in veſtro capitulo, ſi quando exceditis, conveniri; praeſentibus vobis literis indulgemus, ne quis fratrum veſtrorum, ſi quando delinquit, ab archiepiſcopo veſtro cogi poſſit, ut extra capitulum veſtrum judicio ſiſtat, ſuper his maxime, quae contingunt beati Benedicti regulam, et veſtri ordinis diſciplinam; ſed vos omnes ab eodem archiepiſcopo regulariter et honeſte tractare ſtatuimus, prout antiqua et rationabilis eccleſiae veſtrae conſuetudo requirit. Illud etiam arctius interdicimus, ne praedictus archiepiſcopus, aut alia quaelibet eccleſiaſtica ſecularíſve perſona a vobis, vel ab aliquo veſtrum juramentum extorqueat, aut vobis impedimentum aliquod praeſtet, quominus aliquos de veſtris pro negotiis eccleſiae veſtrae poſſitis ad apoſtolicam ſedem libere deſtinare. Sed quoties neceſſitas vel utilitas poſtulaverit mittendi unum vel plures de fratribus veſtris ad Romanam eccleſiam, liberam vobis concedimus facultatem. Indulgemus etiam vobis, ut ſecundum Deum ad profectum capituli libere poſſitis rebus veſtris et quiete diſponere, et ſigillum veſtrum ſine contradictione cujuſlibet retinere; nec idem archiepiſcopus, vel alia quaevis perſona, diſpoſitioni vel adminiſtrationi poſſeſſionum aut aliarum rerum veſtrarum contra privilegia, quae vobis apoſtolica ſedes indulſit, et contra eccleſiae veſtrae conſuetudinem ſe audeat immiſcere. Prohibemus inſuper, ne quis veſtrum, non requiſita prioris et conventus licentia, ſepta ipſius eccleſiae exire praeſumat; ſed quoties archiepiſcopus abſens fuerit, priori et conventui juxta ipſius eccleſiae conſuetudinem fratribus exeundi licentiam, cum neceſſitas imminet, vel cum propter negotia veſtra laborare ipſos oportet, ſit liberum indulgere. Ad hoc nihilominus per hujus ſcripti paginam interdicimus, ne archiepiſcopus priorem veſtrum, cum inſtitutus fuerit, contra ſtatuta Lateranen. concilii, et conſuetudinem eccleſiae veſtrae a prioratus adminiſtratione, ſine manifeſta et rationabili cauſa removeat, vel ab officii executione ſuſpendat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romae apud S. Petrum 12. cal. Julii, pontificatus noſtri anno primo.

Papae Rom.	Archiep, Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
COELESTIN. III. 1.	REGINALD. I.	1191.	RICHARD. I. 3.

Concilium Londinenſe et Cantuarienſe de electione novi archiepiſcopi Cantuar. tractans. Ex Radulpho de Diceto, col. *666*.

UT eo melius acta concilii et negotium electionis innoteſcant, literas epiſcoporum ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiae papae Coeleſtino ſcriptas, ex Rad. de Diceto recitabimus.

COELESTINO papae ſuffraganei Cantuarienſis eccleſiae debitam ſubjectionem. Cum ad noſtram perveniſſet notitiam, Baldwinum, patrem noſtrum, Cantuarienſem archiepiſcopum, apud Acon, viam univerſae carnis ingreſſum, verentes ne monachi ſanctae Trinitatis in archiepiſcopo ſubſtituendo ſibi quippiam vendicare praeſumerent, de communi conſilio venerabilem fratrem noſtrum Richardum, Londonienſem epiſcopum, ad quem electi nominatio de jure dignoſcitur pertinere, praemiſimus apud Cantuariam. Junctus eſt ei comes in itinere quidam regis juſtitiarius. Igitur in eccleſia Cantuarienſi, praeſentibus monachis et audientibus, Romanae ſedis audientiam appellavit, inhibens ex parte ſummi pontificis, ne quid in electione facienda praeſumerent attentare citra conſcientiam epiſcoporum, et etiam citra regis aſſenſum. Poſtmodum autem, ut nobis archipraeſulem eligeremus, ad vocationem domini Londonienſis, qui decanatum obtinet inter ſuffraganeos, convenimus Londoniis: convenerunt et monachi. Dilationem accepit electio quibuſdam diſſenſionibus ad invicem emergentibus. Dominus itaque Londonienſis, totius Anglicanae vicem gerens eccleſiae, rurſus Romanae ſedis audientiam appellavit, R. epiſcopo Bathonienſi, cum reliquis epiſcopis contra monachos appellante. Paucis diebus elapſis, conſtituimus accedere Cantuariam, ut ſub praeſentia tam cleri, quam populi, tam epiſcoporum, quam monachorum archiepiſcopum eligeremus, diem ad hoc faciendum conſtituentes 4. non. Decembris. Interim autem comes Moritonii, domini regis frater, et dominus Rothomagenſis, Bathonienſis, Roffenſis, Herefordenſis, Menevenſis, Coventrenſis epiſcopi, cum pluribus regni magnatibus, pro quibuſdam magnis regni negotiis tranſitum fecerunt uſque

fratribus

Cantuariam. Cumque ſuper negotiis ipſis in palatio Cantuar. archiepiſcopi reſidentes tractarent, ingreſſi ſunt coram eis G. dictus prior, et quidam monachorum, et manus injicientes in Bathonienſem, et eum electum ſuum nominantes, de medio reſidentium ſuſtulerunt. Quos memorati praeſules et regni proceres e veſtigio ſubſecuti, denuo veſtram appellaverunt praeſentiam 5. cal. Decembris.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
COELESTIN. III. 1.	REGINALD. 1.	1191.	[illegible]

Decretalis epiſtola Coeleſtini papae III. *qua Scoticanam eccleſiam apoſtolicae ſedi, nullo mediante, ſubjicit anno pontificatus ſui primo.* Ex R. Hoved.

EODEM anno Willielmus, rex Scotorum, miſit nuncios ſuos ad Coeleſtinum, ſummum pontificem, pro libertatibus eccleſiarum regni ſui confirmandis; et invenit gratiam in oculis domini papae, ita quod dominus papa in hac forma ſcripſit illi:

COELESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Willielmo, illuſtri Scotorum regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum univerſi Chriſti jugo ſubjecti apud ſedem apoſtolicam patrocinium invenire debeant et favorem, illos tamen ſpecialius convenit promotionis munimine confoveri, quorum fidem, et devotionem in pluribus eſt experta, ut ad ipſius dilectionis favorem tanto amplius provocentur, et ejus reverentiae devotiori affectione ſubdantur, quanto benevolentiae ipſius et gratiae pignus ſe noverint certius aſſecutos. Eapropter, chariſſime in Chriſto fili, reverentiam ac devotionem, quam ad Romanam te habuiſſe a longis retro temporibus eccleſiam novimus, attendentes, praeſentis ſcripti pagina duximus ſtatuendum, ut Scoticana eccleſia apoſtolicae ſedi, cujus filia ſpecialius exiſtit, nullo mediante, debeat ſubjacere. In qua hae ſedes epiſcopales eſſe noſcuntur; eccleſiae videlicet S. Andreae, Glaſguenſis, Dunkeldenſis, Dumblanenſis, Brechinnenſis, Aberdonenſis, Moravienſis, Roſſenſis, Cathinenſis. Et nemini liceat, niſi Romano pontifici, vel legato ab ipſius latere deſtinato, in regnum Scotiae interdicti vel excommunicationis ſententiam promulgare, et ſi promulgata fuerit, decernimus non valere. Adjicimus, ut nulli de caetero, qui de regno Scotiae non fuerit, niſi quem apoſtolica ſedes propter hoc de corpore ſuo ſpecialiter deſtinaverit, licitum ſit in eo legationis officium exercere.

Prohibemus autem, ut controverſiae, quae fuerint in regno illo de poſſeſſionibus ejus exortae, ad examen extra regnum poſitorum judicum non trahantur, niſi ad Romanam eccleſiam fuerit appellatum. Si quae vero ſcripta contra hoc libertatis ſtatutum apparuerint impetrata, vel inpoſterum, iſtius conceſſionis mentione non habita, contigerit impetrari; nullum tibi, vel ipſi regno circa hujus praerogativae conceſſionem praejudicium generetur. Praeterea libertates, et immunitates tibi, vel ei regno, vel eccleſiis in eo conſtitutis, a praedeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus indultas, et hactenus obſervatas, ratas habemus, et illibatas futuris temporibus ſtatuimus permanere.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrae conſtitutionis, et prohibitionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli ſe noverit incurſurum. Dat. Lateranis tertio idus Martii, pontificatus noſtri anno primo.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	[illegible]	[illegible]
COELESTIN. III 3.	vacante.	[illegible]	[illegible]

Concilium Cantuarienſe juſſu regis, et per ſummonitionem epiſcopi Londonienſis convocatum. Ex Rad. de Diceto fol. 669. et Chronic. Gervaſii fol. 1569.

RADULPHUS de Diceto ſequentem in modum de hoc concilio commentatur: "Richardus, Dei gratia rex Anglorum, dum teneretur in vinculis, et de conſilio vacantis eccleſiae Cantuarienſis ſanctam in animo gereret ſolicitudinem, ſcripſit in haec verba:

Richardus, Dei gratia rex Anglorum, charis et fidelibus ſuis R. eadem gratia Londonienſi epiſcopo, Cantuarienſis eccleſiae decano, et univerſis Cantuarienſis eccleſiae ſuffraganeis, ſalutem. Veſtrae volumus libenter fraternitati conſulere, et Cantuarienſem eccleſiam, quae veſtrum omnium mater et caput eſt, de perſona idonea Deo, nobis et vobis, et toti regno noſtro accepta, quae ad pacem et tranquillitatem ſanctae eccleſiae et regni noſtri aſpiret, in quantum ad nos pertinet ordinare.

Commonitoriis igitur hujuſcemodi lectis in medium, ad vocationem domini Londonienſis plures epiſcopi convenerunt, quidam ſuae cauſam abſentiae ſatis probabilem vel per literas, vel per nuncios allegarunt. Convenerunt ad vocationem ejus plures locorum conventualium principales perſonae. Dies dominica praefinita fuit electioni, ſcilicet tertio cal. Junii. —Die dominica, die conſtituta, die ſanctificata, Hubertus, Sareſbirienſis epiſcopus (a monachis Cantuarienſibus praenominatus) ab epiſcopis electus eſt in archiepiſcopum. Electionem factam Londonienſis epiſcopus in publico recitavit apud Weſtmonaſterium in ſede regia, loco celebri, loco faciendis electionibus archiepiſcoporum a multis temporibus conſecrato. Walterus, Rothomagenſis archiepiſcopus, capitalis Angliae juſtitiarius, dedit aſſenſum, et auctoritate regia factam confirmavit electionem. Igitur Londonienſis epiſcopus juxta ſuorum dignitatem praedeceſſorum, et Deo laudes perſolvendas exſolvit,

et

et benedictionem omnibus, qui convenerant, gratanter exhibuit." H. I.

De ſummonitione ad concilium ita loquitur Gervaſius: "Epiſcopus Londonienſis, qui inter epiſcopos decanatus praeeminet dignitate, et ad quem ſpecialiter pertinet ad nutum archiepiſcopi, vel Cantuarienſis eccleſiae epiſcopos convocare, epiſcopis Angliae citatorias miſit literas in hunc modum:

Richardus, Dei gratia Londonienſis eccleſiae miniſter, venerabili fratri et in Chriſto chariſſimo S. Dei gratia Ciceſtrenſi epiſcopo, ſalutem et ſincerae dilectionis inſtantiam. Ne mater noſtra Cantuarienſis eccleſia viduitatis ſuae tempore, ſi diutius protrahatur, in ſpiritualibus ſive temporalibus detrimentum patiatur, Johannis, comitis Moretonii, et W. archiepiſcopi Rothomagenſis, et aliorum, quibus conſtat de voluntate domini regis, aſſenſu communi proviſum eſt, ut eidem eccleſiae de idoneo paſtore maturius provideatur, et ipſius electio loco competentiori, in eccleſia videlicet metropolitana, a filiis ſuis rite celebretur. Eapropter fraternitati veſtrae mandamus, quatenus die Lunae proximo poſt feſtum S. Andreae apoſtoli praeſentiam veſtram apud Cantuariam, occaſione, excuſatione ceſſantibus, nobis exhibeatis, ibidem per Dei gratiam cum fratribus et coepiſcopis noſtris de electione Cantuarienſis archiepiſcopi tractaturi. Valete. Hunc in modum aliis ſcripſit epiſcopis.

Convenerunt igitur apud Cantuariam ille Rothomagenſ. R. Bathonienſis, H. Ceſtrenſis, et G. Roffenſis." H. I.

"Nonis Novembris ſequentibus (ut ait Rad. de Diceto) habitus eſt generalis conventus epiſcoporum Cantuariae ad ſolennem archiepiſcopi ſuſceptionem et inthronizationem. Convenerunt et aliae conventualium eccleſiarum perſonae principales. Ordinatis igitur, quae fiunt in applauſibus hujuſcemodi, dextravit archiepiſcopum Londonienſis epiſcopus, ſiniſtravit Wintonienſis, et ſic in ſede ſua ſolenniter collocatus eſt, et receptus in oſculum." H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
COELESTIN. III. 4.	HUBERT. I.	1194.	RICHARD. I. 5.

Conſtitutiones, ſive ſtatuta eccleſiae Lichefeldenſis, per Hugonem Nonant editae.*
Ex MS. Cott. Vitel. A. x. fol. *169.* ſequ.

UT quilibet, qui filius eccleſiae cenſeri deſiderat, recte poſſit dicere cum pſalmo: "Quomodo dilexi legem tuam, Domine, totum diem --- mea eſt." Conſtitutiones et conſuetudines eccleſiae Lich. antiquas et approbatas hactenus praeſentis opuſculi ſeries manifeſtat. Ad recordationem modernorum, et memoriam poſterorum, ne quis quoquomodo vel caſu deinceps in hac parte ſubire perjurium videatur, qui ad antiquas et approbatas Lich. eccleſiae conſuetudines obſervandas ex juramento praeſtito ſolenniter obligatur.

Eſt in eccleſia Lich. conſuetum antiquitus et ſtatutum, ut eidem eccleſiae juxta morem aliarum eccleſiarum cathedralium in Anglia, pro modulo ſuo, tam in altari majori, quam in choro, quam etiam in capitulo per miniſtros honeſtos, juxta diſtinctionem graduum in divinis officiis die noctuque adhibitis officiorum ſuorum ſolennitatibus debitis, ſingulis quibuſque diebus, juxta temporis exigentiam et diſtinctionem horarum in ordinibus, dignitatibus, et ſacris indumentis miniſtrantium, in modis honeſtis pſallentium atque cantantium, et accentu recte legentium, in numero et ſolennitate luminarium, in pulſationibus horarum, in habitu et tonſura, ſecundum morem aliorum canonicorum ſecularium in modo ſolenni inſtallationem, eidem eccleſiae deſerviatur ſolenniter et honeſte. Quod ut fiat, mos eſt, ut a feſto nativitatis beatae Mariae uſque ad Paſcha matutinae circa mediam noctem dicantur; a Paſcha vero uſque ad feſtum ſanctae Trinitatis in aurora, et inde eadem hora in feſtis trium lectionum. In feſtis vero 9. lectionum mat. in veſp. celebrentur uſque ad feſtum nativitatis beatae Mariae, adhibitis ſolennitatibus ipſis matut. adjunctis, ſecundum quod in ordinali vel conſuetud. continetur. Miſſa vero beatae Mariae ante Primam pulſetur et celebretur. Pulſata vero Prima, ſtatim dicatur ipſa hora in choro. Qua finita, chorus capitulum intret, et ibi legatur martyrologium. Poſt ſequatur "Pretioſa," cum ſuis orationibus. Deinde dicatur pſalmus "Deus, miſereatur noſtri," cum "Gloria Patri, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon, Pater noſter, Et ne nos, Salvos fac ſervos tuos et ancillas tuas, Oſtende nobis, Deus, miſericordiam tuam, Mitte eis, Domine, Dominus vobiſcum, Oremus, Eccleſiae quaeſumus, Domine, preces." Et in fine orationis: "Et nos famulos tuos ab omni adverſitate cuſtodi per Dominum noſtrum." Si non ſequatur memoria vel oratio, tunc finiatur cum "Per Chriſtum Dominum." Si vero memoria pro vivo ſequatur, ſtatim poſt pronunciationem dicatur pſalmus "Levavi, cum Gloria Pari, Kyrie eleyſon, Verba, Salvum fac, Mitte ei, Nihil proficiet, Dominus vobiſcum, Oratio, Praetende, Domine, faciem, Per dominum noſtrum," niſi ſequatur oratio. Poſt cujus pronuntiacionem dicatur "De profundis, Kyrie eleyſon, Pater noſter, Et ne nos, Requiem aeternam, A porta, Credo, Dominus vobiſcum, Oremus, Deus indulgentiarum." Si anniverſarius dies non fuerit, tunc "Fidelium Deus omnium," et oratio pro benefactoribus et pro fratribus, finiendo "Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum." Deinde legatur tabula, quae non

* In MS. annus his conſtitutionibus haud fuit appoſitus; et lector earum merito dubitare poſſet, utrum anno MCXCIV. ſint aſſignandae. Loquuntur enim de Hugone Patiſhull, et de Alexandro, epiſcopis Lich. ſucceſſoribus Hugonis Nonanti; imo et Huberti, archiepiſcopi Cantuar. ſtatutum in viſitatione eccleſiae Lich. editum, his adjungitur. Quia autem omnium teſtium ſubſcriptorum aetas anno MCXCIV. nono ſcilicet Hugonis Nonant. incidit, ſub eo ipſas collocavimus; certo credentes conſtitutiones Nonantinas ab aliis epiſcopis ejuſdem ſedis mutatas et auctas fuiſſe.

legatur niſi in ſabbatis, vel in vigiliis duplicium feſtorum. Quibus peractis ſileant omnes, donec dignior perſona, quae in capitulo fuerit, dicat "Benedictus," et reſpondeant "Dominus." Et ſic negotia tractentur, quae in capitulo fuerint tractanda. Veruntamen in tempore quadrageſimali dicitur "Commendatio" in capitulo cum proſtratione: quam ſequitur miſſa pro defunctis, ſed ſine diacono et ſubdiacono reveſtitis, ſicut in omni miſſa in capitulo celebranda, niſi in vigiliis, quae contingunt diebus dominicis, et in die S. Ceddae, et annunciationis beatae Mariae; quibus diebus miſſa de jejunio fiat in capitulo. Deinde conſueverunt clerici intrare chorum, et in diebus profeſtis Tertiam et Sextam ante miſſam cantare. In feſtis vero ix. lectionum Tertiam tantum, Sextam vero et Nonam poſt miſſam cantare, excepto tempore quadrageſimali, quo quidem tempore horae diei dicuntur, juxta quod in ordinali et conſuetud. continetur de illis. Inchoatur item magna miſſa ſemper circiter horam nonam, ſecundum anni tempora, cum diacono et ſubiacono reveſtitis, conſideratis eorum officiis [et] ſolennitatibus, indumentis in ordinali praeſcriptis. Ita quidem quod ſemper in duplicibus feſtis, habentibus ſibi proceſſionem adjunctam, duo diaconi et duo ſubdiaconi, cum duobus thuribulariis et aliis duobus, in cappis ſericis, duas cruces, evangelium legentem praecedentibus cum ceroferariis praecedant. In feſtis vero ix. lectionum, quando invitatorium a tribus cantatur, et in omnibus diebus dominicis, crux portetur cum thuribulo et ceroferario ante eum, qui leget evangelium, et in his ſequatur ordinale et conſuetud. ſuccentor. Item deſervitur majori altari cum ceroferario et thuribulo in omnibus feſtis ix. lectionum ad utraſque veſperas, et ad matutin. et ad miſſam, in quibus ſcilicet feſtis hebdomadariis ad matut. et ad veſperas cappa ſerica utatur, ſicut in ordinali plenius eſt expreſſum. Finita autem miſſa, ſtatim debet in choro Septima vel Nona inchoari, ſecundum quod praedictum eſt. Et factis pulſationibus conſuetis poſt miſſam faciendis, ſic itur ad menſam. Poſt prandium vero, ſi claſſicum pro defunctis debet fieri, fiat ante pulſationem veſperarum. Debent etiam veſperae ſic pulſari, cantari, et finiri, ſecundum anni tempora, quod inter veſperas et crepuſculum in hieme aliquod ſit intervallum. In aeſtate vero, quando coena matut. praecedet, majus debet intervenire ſpatium propter multa. Veſpere vero ſemper completorium ſequitur ſine mora, quod in choro cantabitur, ſecundum quod in ordinali continetur. In Quadrageſima vero ſolet quaedam pulſatio fieri poſt prandium ad convocandum clericos. Quibus congregatis, et finita pulſatione, ſtatim incipiatur "Dirige," ſine nota, vel cum nota, quando ſcilicet ſit ſervitium pro regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, vel pro quatuor principalibus perſonis eccleſiae. Percantatoque officio uſque ad laudes, ſtatim legitur collatio in medio chori; quam ſtatim ſequitur completorium. Collatio vero non legatur in diebus dominicis, nec in vigiliis, nec in die ſancti Ceddae, quia propter devotionem illius ſancti, utraeque veſperae poſt prandium debent cantari, et officium illius ſemper cum "Te Deum, Gloria in excelſis, Sequent. et Ite, miſſa eſt," ſolenniter celebratur. Item in nocte Natalis repraeſentatio paſtorum fieri conſuevit; et in diluculo Paſchae repreſentatio Reſurrectionis dominicae, et peregrinorum repreſentatio die Lunae in hebdomada Paſchae, ſicut in libris ſuper his et aliis compoſitis continetur. Solennitas autem coenae, et pedum ablutio fit in choro, ſecundum quod in ordinali et conſuetud. continetur. Die vero Pentecoſtes, et tribus diebus ſequentibus, dum cantatur "Sequ." nebulae conſueverunt diſpergi. Decanus autem dignitates ſuas et capitulum dignitates ſuas habent et exemptiones, ſecundum quod in conſuetud. continetur. Sunt etiam et aliae conſtitutiones novellae noſtris quaſi temporibus inſtitutae; puta conſtitutiones Huberti, archiepiſcopi Cantuar. domini papae legati, et conſtitutiones aliae per dominum Hugonem epiſcopum de conſenſu capituli ſigillatae pariter et ſervatae: quae quidem etſi non ſunt antiquae, tamen ſunt a capitulo approbatae, ad quas fideliter obſervandas ſinguli de capitulo per ſigilli capituli appoſitionem ſe contineri obligarunt, in his, in quibus compatiuntur, ut in ſequentibus manifeſte patebit. Solet etiam ignitegium qualibet nocte per annum pulſari, ſed ante matut. in aeſtate in feſtis ix. lectionum.

De perſonis in eccleſia Lich. conſtitutis.

Perſonas et earum officia, dignitates, et conſuetudines, quibus eccleſia Lich. ordinatur et regitur, inſtitutiones epiſcoporum, decanorum, et capituli appropriatas praeſens tractatus explanat. Quatuor autem ſunt perſonae principales in eccleſia Lich. ſcil. decanus, praecentor, theſaurarius, et cancellarius.

De officio decani.

Decani officium eſt, quod omnibus canonicis et vicariis in animarum regimine et morum correctione praemuniat, et quod debeat omnes cauſas capitulum ſpectantes audire, et judicio capituli terminare, exceſſus clericorum, ſcil. in villa Lich. et in paroch. communae, et in praebendis per appellationem corrigere, et delinquentium perſonas juxta delicti quantitatem [et] perſonae qualitatem digna animadverſione punire. Praeterea canonici inſtitutionem ab epiſcopo, poſſeſſionem de praebendis a decano accipiunt. Decani eſt etiam canonicis jam inſtitutis communam eccleſiae ſuo jure conferre, et eis ſtallum proprium in choro, et locum in capitulo, per miniſterium praecentoris vel ſuccentoris aſſignare; vicarias vacantes ad praeſentationes canonicorum praeſentium, vel juſta et probabili cauſa, vel de licentia decani vel capituli ob quamcunque cauſam abſentium, de clericis idoneis ordinare. Praeterea omni duplici feſto, abſente epiſcopo, et in prima dominica Adventus, et in dominica Palmarum, et in capite jejunii, et in tribus diebus ante Paſcha, et in vigiliis Pentecoſtes, et in anniverſariis epiſcoporum, decanorum, et in exequiis canonicorum eccleſiae decedentium divinum tenetur exequi officium.

De officio cantoris.

Cantoris officium eſt chorum in cantuum elevatione et depreſſione, vel per ſe vel per ſuccentorem ſuum regere, et in omni duplici feſto lectiones legendas canonicis praeſentibus injungere, chronica paſchalia ſingulis annis mutare, cantores, lectores, et miniſtros altaris, in tabula ordinare. Ad illum pertinet inſtructio puerorum, et diſciplina, et eorundem admiſſio et ordinatio. Praeterea in majoribus duplicibus feſtis tenetur intereſſe regimini chori ad miſſam cum caeteris rectoribus chori. Item in omnibus duplicibus feſtis rectores chori de cantibus injungendis et incipiendis tenetur inſtruere. Praeterea omnes cantus ab epiſcopo incipiendos ipſi epiſcopo in propria perſona tenetur injungere.

De officio cancellarii.

Cancellarii officium eſt in ſcholis regendis et libris corrigendis curam impendere, lectiones auſcultare et terminare; ſigillum eccleſiae cuſtodire, literas et chartas componere, et literas in capitulo legendas legere, lectores in tabula notare, omnes etiam lectiones, quae in tabula non ſcribuntur, ad miſſam tenetur injungere.

De officio theſaurarii.

Theſaurarii officium eſt ornamenta eccleſiae et theſauros cuſtodire; luminaria miniſtrare per manus ſacriſtae de bonis aſſignatis ſacriſtae: videlicet in feſtis duplicibus decem cereos ultra magnum altare, ad miſſam et matut. et ad utraſque veſperas, et ad completorium in Quadrageſima, et ſuper altare ſancti Ceddae II. cereos, et ſuper quodlibet altare unum cereum invenire. In feſtis vero IX. lectionum ad matut. et ad miſſam, et ad utraſque veſperas, et ad completorium in Quadrageſima IIII. cereos ultra magnum altare, et II. ſuper candelabra portabilia veſperis, matutinis, miſſis, ſuper candelabra ſtantia ad magnum altare, et ad completorium per annum II. cereos, et in omnibus miſſis in capitulo II. cereos, et in ſepulchro unum cereum continue ardentem a terminatione miſſae in die Paraſceves uſque ad diluculum in die Paſchae. Praeterea magnum cereum paſchalem et omnes candelas in abſconſis, in choro, et ſingulis noctibus ad matutinas, quae dicuntur in media nocte, vel in cereo cuilibet canonico et vicario, qui matutinis interfuerit, unam candelam ad longitudinem unius pugni et unius pollicis, XXIV. etiam cerulos ultra magnum altare tribus noctibus ante Paſcha, et XXV. candelas ad minus ſuper haſtam in die nativitatis Domini, et ſanctorum Stephani, Johannis, et Innocent. Et ſuper quodlibet altare in eccleſia Lich. in feſto ſancti, [in] cujus honorem altare fuerit dedicatum, ad matutinas, et ad miſſam, et ad utraſque veſperas ii. cereos; et in purificatione beatae Mariae cuilibet canonico, et vicario, et aliis perſonis honeſtis, juxta gravitatem earum ſingulis cereum et pueris candelas. Praeterea coram domino epiſcopo, in ſtallo ſuo officium exequente, ad utraſque veſperas et ad matutinam ii. cereos tenetur miniſtrare; et lumen etiam tenetur invenire ad omnes miſſas, quae in eccleſia Lich. celebrantur. Praeterea unam lampadem ante magnum altare, et unum ante altare ſancti Ceddae continue ardentes, et unum ante altare ſancti Thomae tenetur invenire. Praeterea in anniverſariis epiſcoporum [et] decanorum qui fuerint in dignitatibus conſtituti, quorum corpora requieſcunt in eccleſia Lich. dum cantatur "Placebo" et "Dirige" et miſſa pro eis, tenetur circa tumulum eorum iv. cereos miniſtrare. Eſt autem ſacriſta perpetuus, percipiet omnia bona, quae ſunt vel erunt aſſignata ſacriſtariae, qui inde debet campanas eccleſiae congrue ſuſpenſas in congruo ſtatu conſervare, et earum uſibus neceſſaria providere, ornamenta eccleſiae ſuis expenſis reficere, panem, vinum, et aquam, et candelas ſingulis altaribus eccleſiae miniſtrare, incenſum, carbones, ſtramen, juncos, et mattas per totum annum eccleſiae comparare. Et ſacriſtae pertinent omnia chriſmalia et candelas cum corporibus mortuorum, et ceragium, quod eleemoſyna carucariorum nuncupatur de his praebendis, ſcil. Pipa majore, Weford, Freford, Hyntes cum omnibus capellis, Wyrley, Byſchopeſhill, Stotfold, Cornborwla, Gaya, praebenda de Horeburne in villa de Lich. et parochia de eadem, et totius villae Lich. et de toto manerio de Longedon, et omnes candelas, quae ubicunque offerentur in eccleſia Lich. niſi in altari beatae Mariae, et omnes candelas, quae offerentur in capella de Stow in feſto ſancti Ceddae, exceptis illis, quae ſunt fixae ad pedes imaginis ſancti Ceddae, et in capella ſancti Michaelis, et omnium ſponſalium et purificationum dictarum praebendarum, ubicunque in villa Lich. fiat. Debet etiam ſacriſta in omni duplici feſto, quando fit proceſſio in cappis ſericis, cappas ipſas canonicis et clericis liberare, et omnia, quae ad ſacriſteria pertinent, providere, eccleſiae cuſtodes pro voluntate ſua inſtituere, et theſaur. curam operis eccleſiae, et omnium, quae pertinent ad opus eccleſiae, vel per ſe vel per alios viros idoneos et fideles tenetur agere, ſecundum quod ſtatutum eſt a domino Alexandro epiſcopo, et capitulo. Notandum eſt, quod quater in anno ſolet eccleſia pannis ſericis ornari et cordis a nativitate Domini uſque ad purificationem, et in feſto ſancti Ceddae, et a Sabbato Paſchae uſque ad octav. ſanctae Trinitatis, ab aſſumptione beatae Mariae uſque ad feſtum ſancti Michaelis; et hoc fit per miniſterium ſacriſtae.

De modo pulſationum.

Pulſatio ad horas, et alio modo facienda ad theſaurarium pertinet; quae quidem hoc modo fieri debet. In omni pulſatione ad veſperas, praeter quamad veſperas in Quadrageſima, et ad omnes matutinas, et primam horam diei, et collationem in Quadrageſima, debet primus pulſus durare ad aeſtimationem itineris unius milliaris et plus ignitegii fere tantum. Item pulſatur ad omnes veſperas et matutinas iv. vicibus; viz. primus pulſus fit per campanam minimam in eccleſia majori; ſecundus per campanam dulcem ad aeſtimationem unius quarentenae; tertia pulſatio per aliquam groſſarum campanarum; quarta vero per claſſicum, rationabili intervallo nullatenus praetermiſſo. Completorium vero

per

per illam per quam Nona pulſatur. Sexta non pulſatur. Tertia autem per campanam dulcem debet pulſari. Quaelibet vero magna miſſa idem claſſicum habet, quod fit ad matutinas et ad veſperas, idem fit in fine miſſae; et hic modus pulſationis locum habet in omni feſto ix. lectionum, et quotieſcunque chorus regitur, excepto quod quando invitatorium a tribus cantatur, tunc primus pulſus ad matutinas et ad utraſque veſperas fit per duas minimas campanas. Reliqui vero pulſus ſequuntur formam ſimplicium feſtorum ix. lectionum, hoc adjecto; quod ſi fieret aliquod feſtum ix. lectionum, Prima et Nona et completorium per aliquam magnam campanam; ſi vero non feriatur, iſtae tres pulſationes fiunt per campanam dulcem. Si in feſtis duplicibus, campanis duplicatis. Adjicimus etiam quaedam, viz. quod in nocte nativitatis Domini, et Omnium Sanctorum, et nocte Paſchae pulſatur claſſicum ab omnibus campanis, quae ſunt in eccleſia; in feſtis vero ix. lectionum in ſolennibus, pulſatur ſequenter in feſtis trium lectionum, quando chorus non regitur, magna campana in tertio pulſu ad veſperas. Pulſationes vero ad proceſſionem et ad miſſam beatae Mariae fiunt ter alternatim per aliquam magnam campanam. Item ſi contingat, quod feretrum debeat per aliquas partes remotas dioeceſ. ad eleemoſynas colligendas deportari, ſolennis debet fieri pulſatio quando feretrum affertur et refertur. Et hoc ſemper obſervandum eſt, quotieſcunque aliquod feretrum inferetur vel afferetur. Ad proceſſiones autem, quae fiunt in ſimplicibus diebus, et in tribus diebus ante aſcenſionem Domini, et quando cantantur, "ſequenter" et "Te Deum laudamus" vel in ſolennibus feſtis ix. lectionum, pulſationes fiunt per companam dulcem et ſociam ſuam, ſive in proceſſionibus, quae fiunt in feſtis duplicibus pulſantur tantum duae magnae campanae; in proceſſionibus vero, quae fiunt venerationis cauſa, pulſantur omnes campanae; et quotieſcunque Dominus aliquod miraculum per beatum Ceddam dignatus fuerit operari. In anniverſariis et pulſationibus pro mortuis juxta quod dignitas perſonae requirit, diſcretio attendenda eſt, ſecundum exigentiam rationis, ſed maxime quod nulla fiat penitus pulſatio, antequam pulſetur ad miſſam beatae Mariae, nec poſtquam completorium fuerit, pulſatur, niſi caſus importunus et inopinatus eccleſiae contingat, quod abſit. Providere etiam tenentur, quod omnes pulſationes ſuis temporibus fiant per totum annum, tam de die quam de nocte.

De dignitate eccleſiae Lich.

Dignitas autem eccleſiae Lich. haec eſt, ut quicunque capellanus notus vel ignotus in aliquo altari, principali tamen excepto, celebraverit, oblationes omnes argenti, quae ſibi offeruntur, ad uſus ſuos libere poterit retinere, niſi pro aliquo quinque preſbyterorum celebrare ſit requiſitus.

De dignitate perſonarum.

Archidiaconi officiales ſunt epiſcopi, quorum officium in extraminoribus adminiſtrationibus conſiſtit. Officium ſubdecani eſt, ſi decanus defuerit, ejus vicem ſupplere in eccleſia. Officium ſuccentoris eſt, vices praecentoris abſentis ſupplere, ſcholas cantus per officialem ſuum regere. Omnes etiam cantus debet injungere, qui non ſunt in tabula notati, et providere debet, quod praeſentatio paſtorum in nocte nativitatis Domini, et miraculorum in nocte Paſchae, et die Lunae poſt Paſcham honorifice et congrue fiant. Modum etiam et ordinem omnium proceſſionum, quae fiunt per annum, providere, lectiones, quae in feſtis duplicibus legantur et in miſſis, injungere; tempus autem inceptionis miſſarum et omnium horarum conſiderare et obſervare; omnes etiam cantus ex parte ſua incipere in feſtis trium lectionum; reſponſoriis tamen exceptis, Gloria et Alleluja, quae quidem incipi debent ab illis, qui ea ſunt cantaturi, ſecundum quod eis fuerit injunctum. Item ſingulis diebus Sabbati, poſtquam dicitur "Benedicite" in capitulo, tenetur ordinare coram omnibus ſervitium totius hebdomadae ſequentis.

De dignitate decani et canonicorum.

Dignitas decani eſt, ut primam vocem habeat in capitulo, tanquam caput capituli, ut eidem in choro vel capitulo intranti, vel tranſitum ibi facienti, clerici omnes teneantur aſſurgere, et chorum intrantes vel exeuntes in parte occidentali eidem inclinare. Item dignitas decani eſt, et omnium canonicorum, ut epiſcopo in nullo reſpondeant, niſi in capitulo, et judicio tantum capituli pareant. Habent etiam curam ſuam in omnibus praebendis ſuis, et dignitatem archidiaconatus, ubicunque praebendae aſſignatae fuerint in dioec. Lich. ſive in eccleſiis, vel domibus, aut terris, ita quod nulla omnino exigentia in domo, vel alias, vel in alia, vel in aliqua conſuetudine ab epiſcopo vel ab alio fiat in praebenda eorum; ſed omnes dignitates et libertates plenarie et pacifice habeant, quas huc-uſque conſueverunt habere uſque ad mortem Hugonis de Patiſhull epiſcopi. Praeterea ſi decanus, aut alius canonicus per aliquam praebendam tranſitum fecerit, de jure et dignitate ſua debet ei hoſpitium a canonico, cujus fuerit praebenda, per unam noctem exhiberi honorifice, ſi fuerit canonicus praeſens, ſive abſens. Et ſi culpa illius canonici, vel ſervientis ſui in hoſpitio, ſicut decet, non fuerat admiſſus, expenſae illius noctis canonico ſuper hoc querenti de praebenda ipſa, judicio capituli, in integrum reſtituentur per aliam noctem, vel alias, ſi rationabilis cauſa exegerit, fratri ſuo et canonico hoſpital. gratiam tenebitur exhibere; et ſi neceſſitas evidenter appareat, equos eidem debet invenire. Item cum decanus fuerit in villa, non debet claſſicum ad veſperas, nec ad matutinas pulſari, quouſque conſtiterit ſacriſtae de praeſentia ejus in choro, ſive de abſentia ejus voluntaria ſive neceſſaria, quia poſtquam claſſicum pulſatur, nullus erit ulterius expectandus, niſi ſolus dominus epiſcopus, cum fuerit in villa. Item in praeſentia epiſcopi nullus praeſumat praeferre librum deoſculandum, vel textum poſt evangelium, niſi decanus, vel ille, cui decanus in hac parte detulerit. Item decanus habet curam

archidiac. in eccleſia et villa Lich. in omnibus. Item cum omnes alii executores divini officii, ſive canonici ſive vicarii in veſtiario cappas ſericas in feſtis ix. lectionum ad veſperas et ad matutinas induere debeant, et capitulum in ultimo ſtallo verſus orientem ex parte chori dicere et collectas ad lectionem; ſolus decanus ex dignitate ſua nec ad cappam induendam, nec ad capitula, nec ad collectas dicendum, ſtallum ſuum mutabit; ſed cum reverentia ad eum eſt cappa ſerica, praecedentibus cereis, deferenda, et ſemper cum ad veſperas vel matutinas celebraverit, excellentiorem canonicum, qui praeſens fuerit, ſecum habebit, qui in altari incenſet cum eo, et poſtquam reverſi fuerint in choro, idem canonicus, quicunque fuerit cum principali rectore chori, decanum in ſtallo ſuo incenſabit, ceroferariis coram ſtallo ſuo cremantibus, quouſque "Benedicamus" dictum fuerit. Item quotieſcunque chorus incenſatur, ex quacunque parte fuerit, ſemper erit decanus primus incenſatus, et primus textum deoſculabitur, et primus pacem ad miſſam recipiet, et ſemper dicet, "Confiteor" ad "completorium" et ad "Primam," niſi epiſcopus praeſens fuerit, cui omnes honores ſunt et reverentiae non immerito exhibendae, nec eſt lectio ad collationem terminanda, quouſque decanus, ſi praeſens fuerit, dicat "Tu autem Domine," vel excellentior canonicus, qui praeſens fuerit in choro lector "Miſerere noſtri." Item nullus canonicus ſtationarius in villa Lich. recedet per tres noctes moraturus, niſi licentia decani petita. Vicarii vero nullo modo recedant a villa, per tres noctes moraturi, niſi per licentiam decani, nec minuant, niſi prius in capitulo licentia publice requiſita. Item decanus jurisdictionem archidiac. habet in praebendis canonicorum, et in eccleſiis ad communam pertinentibus, ita quod eas viſitare tenetur, et officium archidiaconi penitus exercere, et procurationes recipere, et cauſas parochianorum praebend. per appellationem ad eum devolutas, judicio capituli terminare, juxta ſtatuta eccleſiae facta temporibus Hugonis, bonae memoriae, licet hujus eccleſiae epiſcopi memorati a conſtitutionibus legati praedicti vires texerint, in parte capituli concurrente ſenſu.

De dignitate quinque capellanorum.

Dignitas autem quinque capellanorum haec eſt, quod nullus praeter hebdomadarii licentiam in magno altari celebret; epiſcopo tamen et decano exceptis, quorum intereſt in majoribus duplicibus feſtis divinum officium exercere. Veruntamen in omni duplici feſto tenetur hebdomadarius rogare aliquem canonicum capellanum pro eo officium exercere, et in vigiliis Paſchae, et Pentecoſtes, et in die Cinerum, et in tribus diebus ante Paſcha. Si vero canonicus capellanus praeſens non fuerit, vel non poterit exequi officium, quinque capellani tenentur in capitulo providere, quod gravior perſona poſt canonicum officium exequatur. Quinque etiam capellani providere tenentur, quod ille, qui vacuus fuerit, miſſas celebret in capitulo, quae ibi fuerint celebrandae.

Statutum domini Huberti, apoſtolicae ſedis legati.

Hubertus, Dei gratia Cant. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et apoſtolicae ſedis legatus, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, aeternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod cum injunctum nobis legationis officium exequi ceperimus, inter caeteras filias noſtras, eccleſiam ſancti Ceddae Lich. dignam duximus viſitare, et in forma, quam nobis ſedes Romana praeſcripſit, ſi quae videremus evellenda, diligenter evellere, ſicut inſerere meliora. Cum vero ipſius eccleſiae negotia curaremus interius perſcrutari, aliis ad noſtram cohortationem reductis in melius, et hic invenimus correctione dignum, quod canonici eccleſiae memoratae in ea, ſicut decuit, et ordo rationis exigit, minime reſident. Nos itaque ut bona eccleſiaſtica percipientes eccleſiae deſervirent, et quos labor aſſiduus cruciavit, remiſſius torquerentur, conſilio diſcretorum, qui nobiſcum aderant, et aſſenſu capituli providimus de reſidentia ſtatuenda, quod ſuccedente tempore volumus ad honorem eccleſiae praefatae jugiter obſervari. Ut igitur in ipſa eccleſia divina laudabilius celebrentur, et per diviſionem redituum portione flagello diviſio laboris affligeret, proviſum eſt a nobis, ut plerique de illa univerſitate, qui majores et praeſentes erant, unanimiter conſenſerunt, ut canonici per quatuor partes anni in eccleſia ſua reſidentiam faciant, cum hac conſideratione; ut quia xxi. ſunt nunc per quatuor anni quartas, et numerus ille in quatuor dividetur in hunc modum, ut anno a feſto S. Michaelis inchoato, in prima quarta decanus, Alanus Peche, Nicolaus, Benedictus, Petrus Collingis, Dionyſius, Henricus de Leek; in ſecunda quarta praecentor, archidiaconus, Willielmus Surdent, Philippus canonicus, Arnulphus, Robertus de Jalopi; in tertia quarta theſaurarius, Robertus de Bega, Adam Panton, Robertus canonicus, Rogerus de Baguſa; in quarta cancellarius, Nicolaus, filius comitis Andr. Giffardus, Henricus canonicus, Walterus de Tillebury in eccleſia ſua laudabiliter et ordinate reſideant, et in locis uniuſcujuſque vel conditione qui ei in praebend. ſucceſſerit, pari ratione ſuccedat; ita igitur, ut ſemper quinque ad minus inveniantur in eadem eccleſia reſidentes, et ne ſimul qui minores habent reditus, connumerentur, vel qui minus in hoſpitalitatis onus ſufficiunt, ſuſtineant. Statuimus etiam, ut quia cum minoribus reſideant et majores, et qui reſidere debuerint, in reſidentia ſua per quartam ei deputatam aſſidue perſeveret, niſi vocante negotio familiari vel neceſſario, de licentia fratrum et aſſenſu divertat per aequale ſpatium temporis; demum cum libuerit, hanc ejus abſentiam in propria perſona ſuppleturus. Et ne impune ferat negligentiam ſuam, qui noluerit in eccleſia ſua modo, quo diximus, reſidere; pro poena ſibi noverit infligendum, ut ea occaſione habeat quintam praebendae ſuae in communam et uſum reſidentium aſſignare. Hoc autem nulla ratione volumus praetermitti, quin omnes canonici, ubicunque fuerint, ad eccleſiam memoratam in feſtis principalibus ſine contradictione

tradictione veniant, vel qui venire diſtulerit, ſaltem fratres per nuncium viſitet praeſentem, et literas, quibus abſentia ejus neceſſaria veriſimiliter excuſata, abſentiae ſimiliter cauſa rationabilis allegetur. Praeterea de reſidentibus et illud cenſuimus obſervandum, ut ſimul omnes divinorum celebrationi ſecundum harum diſtinctionem diligenter interſint, debitam impendant operam et devotam. Et ſi quis nocturnis officiis intereſſe contempſerit, communa diei ſequentis, ſi quam recepturus fuerit, ſine contradictione privetur. Quodſi, ut frequenter aſſolet, clerici eccleſiae communam non habuerint, qui laborem praelibatum negligenter omiſerit, niſi infirmitas vel cauſa rationabilis eum habeat excuſatum, pro quantitate praebendae ſuae, in uſus eorum, qui vigilaverint, de ſuo plus minuſve refundat, ſub hac conſideratione, ut qui praebendam C. G. habet, pro noctis unius exceſſu in uno denario teneatur, qui reditus ampliores, arbitrio decani et fratrum ad poenam ampliorem inevitabiliter obligetur. Caetera decano et capitulo corrigenda relinquimus; injungentes, ut quae praelibavimus, omnino et irrefragabiliter obſerventur, et in eccleſia ſaepedicta ex viſitatione, quam jure legationis fecimus, in memorabile perpetuum relinquantur, tanto quidem cuſtodienda propenſius, quanto et ea domini papae, qua fungebamur, auctoritas ordinavit, et uſque in hodiernum diem ordinationem eorum, ſigillum noſtrum et praeſens pagina proteſtantur. Hiis teſtibus magiſtro P. de Leche, archidiacono* Wigorn. Viviano, archidiacono Derbiae, Waltero, praecentore London. Ranulpho, theſaurario Sarum, magiſtro Symone de Sywell, magiſtro W. Mediolanec. London. magiſtro W. de Somercote, magiſtro W. de Kall. Johanne de Ken. Johanne de ſancto Laurentio, A. J. Roberto, clericis, et aliis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
COELESTIN. III. 5.	HUBERT. 2.	1195	RICHARD. I. 7.

Concilium Eboracenſe ab Huberto, archiepiſcopo Cantuar. celebratum. Ex Rog. Hoved. in ann.

VENIT igitur legatus ille Eboracum die dominica feſto S. Barnabae apoſtoli, et cum ſolenni proceſſione ſuſceptus eſt a clero, et introductus in eccleſiam ſedis cathedralis. Sequenti die Lunae fecit ipſe teneri aſſiſas de omnibus placitis coronae regis, et de nova diſſaiſina, et de morte anteceſſorum per miniſtros ſuos: ipſe vero et officiales ſui tenuerunt placita chriſtianitatis. In ſequenti die feria tertia, perrexit legatus ille ad abbatiam S. Mariae Eboraci, et ibi receptus eſt ab ejuſdem eccleſiae monachis cum ſolenni proceſſione. Deinde intravit capitulum monachorum, et conquerentibus monachis, quod Robertus, abbas eorum, propter debilitatem, et corporis ſui aegritudinem, domui ſuae prodeſſe non potuit, depoſuit eum a cura paſtorali, et ab adminiſtratione domus, reclamantem et ad ſummum pontificem appellantem.

In ſequentibus autem duobus diebus, ſcilicet feria quarta, et feria quinta, congregatis in eccleſia S. Petri Eboraci Simone, ejuſdem eccleſiae decano, et Hamone, praecentore, et Willielmo Teſtard, et Gaufrido de Muſchamp, de Nottingham, et de Cliveland, archidiaconis; et Johanne, cancellario, et Roberto, praepoſito Beverlaci, cum quibuſdam ejuſdem eccleſiae canonicis, et fere omnibus abbatibus, et prioribus, et officialibus, et decanis, et perſonis eccleſiarum Eboracenſis dioeceſis, ipſe legatus in eminentiore loco cathedratus ſedit, et concilium celeberrimum celebravit, in quo haec decreta ſubſcripta ſtatuit ſervanda.

Decreta Eboracenſis concilii.

I. Cum inter caetera eccleſiae ſacramenta hoſtia ſalutaris praeemineat, tanto impenſior circa eam debet exiſtere devotio ſacerdotum, ut cum humilitate conficiatur, cum timore ſumatur, cum reverentia diſpenſetur; et miniſter altaris ſit certus, quod panis, et vinum, et aqua in ſacrificio ponantur; nec ſine miniſtro literato celebretur. Provideatur etiam, ut in pyxide munda et honeſta hoſtia reſervetur, ſinguliſque dominicis diebus renovetur.

II. Quoties autem communio exhibenda eſt infirmis, ſacerdos in propria perſona hoſtiam in habitu clericali, tanto ſacramento convenienti, deferat, lumine praecedente, niſi aeris intemperies, vel viarum difficultas, vel alia ratio praepediat.

III. Quia ſecretum miſſae frequenter invenitur, aut ſcriptorum falſitate, aut librorum vetuſtate corruptum, ita ut legi diſtincte non poſſit; archidiaconorum ſolicitudo provideat, ut in ſingulis eccleſiis ad verum et probatum exemplar canon miſſae cum omni diligentia corrigatur. Prohibemus etiam, ne ſacerdos laico, ad poenitentiam venienti, obtentu cupiditatis injungat, ut miſſas faciat celebrari; et illud etiam decrevimus prohibendum, ne ſacerdos aliquis pro celebratione miſſarum, pretio conſtituto, pactum ineat, ſed hoc duntaxat, quod offeretur in miſſa, recipiat.

IV. Statuimus, ne in baptiſmate plures quam tres ſuſcipiant puerum de ſacro fonte; maſculum duo mares, et una mulier; foeminam duae foeminae, et unus mas: ubi autem puer, cujus baptiſma ignoratur, reperitur expoſitus, ſive cum ſale ſive ſine ſale reperiatur, baptizetur; cum non intelligatur iteratum, quod neſcitur fuiſſe collatum.

V. Decrevimus etiam, ut non niſi ſumma, et gravi urgente neceſſitate diaconus baptizet, vel corpus Chriſti cuiquam eroget, vel poenitenti-

* MS. Waton.

am confitenti imponat, ut juxta paternorum tenorem canonum, huic ordini ſacerdotali proprie convenire decernat antiquitas. Sub eodem tenore conſtitutionis adjicimus, ut quoties ſacerdos ad puerum baptizandum vel infirmum communicandum invitatur, moras innectere non praeſumat.

VI. Cum in domo orationis, quae domus Dei nuncupatur, nihil debeat eſſe indecens, nihil inordinatum, praecipimus, ut perſonae, et vicarii eccleſiarum ſtudeant providere ſecundum competentes eis penſiones, prout ratio dictitat, et conſuetudo approbata poſtulat, quatenus eccleſiae, quae reparatione indigent, reparentur.

VII. Item, cum ornamentis miniſterio congruis miniſtretur.

VIII. Item, cum calice argenteo, ubi facultas ſuppetit, ſacramentum euchariſtiae conficiatur. Huic ordinationi terminum praefiximus ab initio noſtrae legationis in annum; quodſi haec medio tempore executioni mandata non fuerint, decrevimus, ut ante elapſum terminum de eccleſiarum reditibus diſpoſitio noſtra plenum ſortiatur effectum.

IX. Statuimus etiam, ut clerici, qui ab epiſcopo coronam ſuſceperunt, tonſuram habeant, et coronam; quam ſi habere contempſerint, ad hoc beneficiorum, ſi quae habeant, privatione cogantur; qui vero beneficia non habent, per archidiaconum, vel decanos tondeantur inviti.

X. Praecipimus etiam, ut ſacerdotes non in cappis manicatis incedant, ſed in veſtibus ſuo ordini congruis; ut ſicut caeteris dignitate praeeminent, ſic plenius et formam, et exemplum exhibeant honeſtatis.

XI. Cum ſcriptura beatum eſſe eum teſtetur, qui manus ſuas exuit ab omni munere; diligenti ſtudio providendum eſt, ut gratis exhibeatur juſtitia, nec pro ea in cauſis eccleſiaſticis facienda, vel adimenda, ſive acceleranda, vel differenda, quicquam pretii praeſumat accipere, ut ei fructum juſtitiae ſuae tempore opportuno retribuat juſtus judex.

XII. Cum decimae ſint tributa egentium animarum, et ex praecepto Domini dari debeant; non eſt reddentis eas diminuere. Statuimus itaque ut de his, quae renovantur per annum, cum omni integritate decimae debitae et conſuetae conferantur; ita ut inprimis decimae abſque ulla diminutione eccleſiae dentur, poſtmodum de novem partibus mercedes meſſorum, et aliorum ſervientium pro arbitrio ſolventis tribuantur.

XIII. Exigit profeſſio religioſae ſanctitatis, ut monachi, et canonici regulares, et moniales religioſe et regulariter conſerventur. Ut ergo eis adimatur opportunitas evagandi, prohibemus, ne reditus, quos obedientias vocant, ad firmam teneant; nec iter peregrinationis arripiant, nec extra monaſteria, ſine certa et rationabili cauſa, nec abſque ſocietate, cujus certa ſit honeſtas et indubitata, proficiſcantur.

XIV. De monialibus autem id ſpecialiter adjicimus, ut abſque ſocietate abbatiſſae vel prioriſſae, ambitum monaſterii non egrediantur.

XV. Adjicimus etiam, prohibentes, ne laicus aliquis eccleſiam, vel decimas ad firmam recipiat, ſive ſolus, ſive clerico ſociatus.

XVI. Ut calumniatorum improbitas, et temere jurantium malitia timore caeleſtis judicii retundatur; praecipimus, ut quilibet ſacerdos de caetero ter in anno ſolenniter, accenſis candelis, pulſatiſque campanis, eos excommunicet, qui in recognitionibus, aliisve teſtimoniis ſcienter et ſponte pejerabunt; et eos, qui malitioſe alios facient pejerare; eoſque ſingulis dominicis diebus excommunicatos denunciet, ut crebra maledictionis iteratio eos a ſua iniquitate retrahat, quos accuſatio propriae conſcientiae non deterret. Si vero de perjurio poeniteant, ad archiepiſcopum, vel epiſcopum, vel generalem dioeceſis confeſſorem, abſente archiepiſcopo, vel epiſcopo, tranſmittantur ab eo poenitentiam ſuſcepturi. In extremis vero laborantibus inſinuanda, non imponenda eſt poenitentia, eiſque firmiter injungatur, ut ſi vixerint, archiepiſcopum, vel epiſcopum, vel generalem dioeceſis confeſſorem, abſente archiepiſcopo, vel epiſcopo, adeant, ut eis poenitentia competens imponatur; quia ſermo Domini eſt, "ſacerdos meus ſi deliquerit, delinquere faciet populum meum; et ruina populi ſacerdos nequam eſt." Exigit tanti ordinis excellentia, ut a publicis potationibus, et tabernis ſacerdotes abſtineant; et qui voto continentiae ſunt aſtricti, nequaquam ad actus turpitudinis ſe relaxent.

XVII. Prohibemus igitur, ne focarias habeant in domibus ſuis, nec ad ejectas in noſtrae conſtitutionis fraudem acceſſum in domibus alienis; ſi vero in turpitudine ſua perſtiterint, et hoc decani diſſimulantes ad notitiam praelatorum ſuorum non detulerint, ab officio ſuſpendantur. Qui vero zelo Dei accenſi, praelatis nunciaverint exceſſus eorum, divinae benedictionis gratiam conſequantur. Poena autem eorum, qui publice focarias tenent, haec erit; ut tanquam infames ab aliorum accuſatione, et a teſtimonio repellantur; ſi vero nec hujus poenae metu reſipuerint, ab officio, et beneficio ſe noverint ſuſpendendos.

XVIII. Suſpectus de crimine per famam communem, vel veriſimilia indicia, per decanum loci admoneatur familiariter ſemel, ſecundo, et tertio, ut ſe corrigat; quod ſi non fecerit, decanus, adjunctis ſibi duobus, vel tribus, penes quos ejus fama laborat, eum corripiat; ſi nec ſic videatur corrigi, dicatur eccleſiae; ſcilicet arguatur in capitulo, ut convictus, vel confeſſus canonice puniatur: inficianti, ſi convinci non poterit, canonica purgatio indicatur, ita quod numerum duodenarium non excedat, infra numerum plures, paucioreſve poterunt recipi, ſecundum ſtatum perſonae, et quantitatem ſive qualitatem infamiae pro arbitrio judicantis; et ſtatim primo die, quo paratus eſt is, qui infamia laborat, ſe purgare, purgatio admittatur; ne metu vexationis ex dilationibus contingentis pecunia extorqueatur. Hoc, et ſupradicta ſtatuimus, ſalva in omnibus ſacroſanctae Romanae ſedis auctoritate, et dignitate.

In concilio autem illo magiſter Petrus de Dinan exigebat ſibi fieri plenariam reſtitutionem de archidiaconatu de Weſtriding, quem Gaufridus, Eboracenſis archiepiſcopus, ei dederat, mandans capitulo

capitulo Eboraci per literas ſuas, ut eum reciperent, et in ſtallum mitterent: cui Simon decanus, et capitulum Eboracenſe reſponderunt; quod archiepiſcopus non potuit archidiaconatum illum alicui dare, qui ultra terminum ſtatutum in concilio Lateranenſi dare diſtulit; in quo concilio Alexander, papa tertius, conſtituit, quod cum praebendas, eccleſias, ſeu quaelibet officia in aliqua eccleſia vacare contigerit, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis, qui digne adminiſtrare valeant, conferantur. Si autem epiſcopus, ubi ad eum ſpectaverit conferre, diſtulerit, per capitulum ordinetur; quodſi ad capitulum electio pertinuerit, et infra praeſcriptum terminum hoc non fecerit, epiſcopus, ſecundum Dominum, cum religioſorum virorum conſilio exequatur. Aut ſi omnes forte neglexerint, metropolitanus de epiſcopis, ſecundum Dominum, abſque illlorum contradictione diſponat. Hujus ergo diſpoſitionis auctoritate, et privilegii ſui munimine, a Coeleſtino, papa tertio, eccleſiae Eboracenſi indulto, aſſerebant praefatus decanus, et capitulum Eboracenſe, quod ad illos ſpectat donatio praedicti archidiaconatus, et aliorum redituum vacantium in eccleſia Eboracenſi, quos archiepiſcopus ſuus non dederat intra fixum Lateranenſis concilii terminum; ſed officiales Eboracenſis archiepiſcopi, ſcilicet magiſter Girardus de Rowelle, et magiſter Honorius appellaverunt contra privilegium illud, et appellationem, quam dominus eorum archiepiſcopus in receſſu ſuo fecerat pro ſtatu eccleſiae ſuae, renovaverunt coram legato, et toto concilio, et quamvis in privilegio illo continebatur, remota appellatione, tamen legatus detulit appellationi officialium Eboracenſis archiepiſcopi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angl.
COELESTIN. III. 5.	HUBERT. 2.	1195	RICHARD. I. 7.

Coeleſtini tertii papae privilegium eccleſiae Eborum indultum ſuper juribus, libertatibus, conſuetudinibus et aliis dictam eccleſiam contingentibus. Ex MS. Cott. Vitellius A. II. ſol. 122.

COELESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Symoni, decano et capitulo eccleſiae ſancti Petri Eborum, eorumque ſucceſſoribus, canonice ſubſtituendis inperpetuum. Cum Romana eccleſia, cui dante Domino praeſidemus, juris poſtulantium votis pia ſemper conſueverit benignitate adeſſe, dignum eſt et conſonum, ut illi de ſpeciali ejus praeſidio et protectione confidant, et ut poſſint ea contra malignorum incurſus tanquam optatae defenſionis clypeo praemuniri, quorum fides et devotio in honore ipſius et reverentia certo rerum experimento probatur. Eapropter, dilecti in Domino filii, juſtis poſtulationibus veſtris clementer annuimus, eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis mancipati obſequio, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et praeſentis ſcripti privilegio communimus. Propterea quaſcunque poſſeſſiones, quaecunque bona eadem eccleſia impraeſentiarum juſte et canonice poſſedit, aut in futur. poſſeſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, praeſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Scilicet villam de Dalton cum pertinent: villam de Cotom cum pertinent: villam de Brothton cum eccleſia, molendino, et omnibus aliis pertinent: villam de Helperby cum pertinent: terram de Ulfrikby cum pertinent: terram de Giſppeſmare cum pertinent: terram de Ledeſham cum pertinent: terram de Hoton cum pertinent: terram de Skerpinbek cum pertinent: eccleſiam de Burgo cum capella, et omnibus aliis pertinent: eccleſiam de Lanum cum capella et decimis molendinorum archiepiſcopi et omnibus aliis pertinent: eccleſiam de Burton cum pertinent: eccleſiam de Leſyngton cum pertinent: eccleſiam de Quetungkebur cum pertinent: eccleſiam S. Johannis ad pontem Eborum: eccleſiam S. Johannis in Mariſco: eccleſiam S. Laurentii in Walmegut cum pertinent. infra civitatem et extra: eccleſiam S. Andreae in Heemangergat: eccleſiam S. Marci in Conyngſtrete: eccleſiam S. Mariae ultra Uſam: ſexaginta ſolidos de manerio de Patrington: duas marcas argenti de nundinis S. Petri Ad vincula in Eborum: de ſynodalibus xl. ſolidos ad cantariam: et centum ſolidos ad cantariam: et centum ſolidos ad magiſtrum ſcholarum ſpectantes. Antiquas quoque et rationabiles eccleſiae veſtrae conſuetudines et hactenus obſervatas, vobis et veſtris ſucceſſoribus confirmamus, et decernimus eas in eccleſia veſtra futuris temporibus abſque contradictione cujuſlibet firmiter obſervandas. Auctoritate apoſtolica nihilominus prohibemus, ne archiepiſcopus veſter, qui pro tempore fuerit, in decanum vel aliquam perſonam, canonicos, vel eorum miniſtros, ſive clerici ſint, ſive laici, aliquam excommunicationis, interdicti ſeu ſuſpenſionis ſententiam contra immunitatem, quam praedeceſſores veſtri et vos hactenus habuiſtis, ſine aſſenſu decani et capituli audeat promulgare, vel eos a choro arcere, vel ab eccleſiarum ingreſſu: quod ſi forte praeſumpſerit, eam decernimus non tenere.

Statuimus inſuper, ne decanus, qui ſecundum Deum in eccleſia veſtra fuerit inſtitutus, contra eccleſiae veſtrae ſolitam libertatem et conſuetudinem hactenus obſervatam, homagium obtentu beneficii eccleſiaſtici archiepiſcopo facere teneatur.

Praeterea paterno intuitu providere volentes, ne in hiis, quae ad vos ſpectare noſcuntur, laeſionem aliquam incurratis, electionem liberam magiſtri domus hoſpit. S. Petri Eborum, ſicut eam ex antiqua et approbata conſuetudine hactenus eccleſia veſtra obtinuit, vobis veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus; ita quod qui ibi pro tem-

tempore fuerit aſſumendus, non niſi per electionem veſtram conſuetam et canonicam aſſumatur.

Et ne ſtatus eccleſiae veſtrae temeritate qualibet circa obſervantias rationabiles mutationis ſeu turbationis incurrat, dignitates, libertates, immunitates quae a regibus et principibus ſeu archiepiſcopis veſtris vobis et eccleſiae veſtrae rationabiliter ſunt conceſſae, et Romanis pontificibus approbatae, ſeu etiam regum ſeu principum vel archiepiſcoporum, necnon epiſcoporum, Romanorum pontificum, auctenticis continentur, ratas eſſe cenſemus, et eas perpetuam obtinere volumus firmitatem.

Prohibemus inſuper, ne archiepiſcopus vel aliquis alius contra antiquam et approbatam Eborum eccleſiae libertatem perſonas ſeu canonicos, aut clericos vel homines veſtros in debitis et conſuetis excommunicationibus praegravare eos pecuniaria poena multare praeſumat, nec ſine ſatisfactione debita, relaxare ſententias, quas capitulum veſtrum ſecundum antiquam et approbatam eccleſiae veſtrae conſuetudinem in invaſores rerum ſeu poſſeſſionum ſuarum illicitos, aut temerarie detentos, et in veſtros homines graviter delinquentes, rationabiliter duxerit proferendas. Ordinationem quoque canonicorum ſeu perſonarum, ſicut ab ipſa fundatione loci hactenus eſt obſervatum, liberam eſſe decernimus: ut videlicet honeſta idonea perſona, cui archiepiſcopus veſter vacantem in eccleſia veſtra praebendam vel dignitatem duxerit conferendam, ſecundum antiquam eccleſiae veſtrae conſuetudinem decano et capitulo praeſentetur. Receptus autem per capitulum in canonicum per librum et panem per manum decani et capituli debeat inveſtiri: poſtmodum vero in oſculo fratrum receptus, de conſervanda fidelitate eccleſiae veſtrae et libertatibus et conſuetudinibus juri conſentaneis pro viribus defendendis: ſecretis capituli non detegendis juramentum conſuetum et debitum interponat: et tunc de mandato decani et capituli per manum cantoris, prout moris eſt, inſtalletur. Si quis vero contra conſuetudinem antiquam et approbatam in eccleſia veſtra per aliquem fuerit introductus, nec pro perſona nec pro canonico habeatur. Si vero archiepiſcopus veſter vacantem in eccleſia veſtra praebendam vel perſonatum infra Lateranenſis concilii ſecundum formam praeſcriptam idoneae perſonae, canonica admonitione praemiſſa, non contulerit, liceat vobis auctoritate apoſtolica, nullius contradictione vel appellatione obſtante, illam contra ejuſdem concilii ſtatuta conferre. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicae auctoritate. Si igitur infuturum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine Dei et Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinae ultioni ſubjaceat; cuncti * autem ejuſdem loci jura ſervantes, et apud diſtrictum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae protectionis, confirmationis, prohibitionis atque conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romae apud S. Petrum 16. cal. Julii, pontificatus noſtri anno quarto.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 2.	HUBERT. 6.	1199.	JOHAN. I.

Concilium Weſtmonaſterienſe. Ex Rad. de Diceto. col. 707.

HOC anno celebratum eſt concilium apud Weſtmonaſterium 13. cal. Octobris, praeſidente H. Cantuarienſi archiepiſcopo, praeſentibus epiſcopis W. Londonienſi, G. Roffenſi, H. Sareſbirienſi, J. Oxonienſi, R. Elienſi, G. Coventrenſi, K. Bangorenſi, epiſcopo Landavenſi, R. de ſancto Aſaph, G. electo Herefordenſi, cum abbatibus et prioribus diverſi ordinis, qui ad vocationem domini Cantuarienſis eo convenerant, ut de cauſis eccleſiaſticis tractarent. G. prior Cantuarienſis, ſedit ex oppoſito contra dominum archiepiſcopum a latere epiſcopi Roffenſis. Archiepiſcopus Eboracenſis concilio non interfuit, cum eſſet in Anglia, ne quis ejus allegaret abſentiam, cum juxta priſcorum conſuetudinem ad vocationes Cantuarienſis concilio teneretur intereſſe, vel juſtam abſentiae ſuae cauſam allegare. Dominus Lincolnienſis a Roma rediens, gravi tactus infirmitate tunc temporis apud vetus Templum Londoniis lecto decubuit. Dominus Wintonienſis et dominus Ciceſtrenſis corporis ſui infirmitatem praetendentes, literatorie ſe excuſaverunt. H. I.

* MS. *cunctis— loco ſua jura ſervantibus— inveniat.*

Concilium Londinenſe, pro reformandis eccleſiae Anglicanae moribus, ab Huberto, Cantuarienſi archiepiſcopo, contra prohibitionem Gaufridi filii Petri, comitis Eſſexiae, tunc temporis Angliae juſtitiarii, celebratum Weſtmonaſterii anno Dom. MCC. Ex Rog. Hoved. in ann.

EODEM anno Hubertus, Cantuar. archiepiſcopus, generale celebravit concilium Londoniis apud Weſtmonaſterium, contra prohibitionem Gaufridi filii Petri, comitis de Eſſexe, tunc temporis ſummi juſtitiarii Angliae. In quo concilio idem archiepiſcopus ſubſcripta promulgavit decreta, ſtatuens ea a ſuis ſubjectis inviolabiliter obſervari.

I. *Decreta Huberti, Cantuar. archiepiſcopi.*

Cum in divinis officiis non ſine periculo corporum et animarum erretur, ſalubri proviſi ne concilii proſpeximus, ut a quolibet ſacerdote celebrante, verba canonis rotunde dicantur, et diſtincte, nec ex feſtinatione contracta, nec ex diuturnitate nimis protracta. Non eſt enim ibi diu immorandum propter inſurgentes cogitationes; quae, ut muſcae morientes, perdunt ſuavitatem unguenti. Similiter et omnes horae et omnia officia aperte et diſtincte dicantur; ita quod ex feſtinatione nimia non praecidantur, vel ſyncopentur. Quod ſi obſervatum non fuerit, ſacerdotes hoc non obſervantes, poſt trinam admonitionem uſque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendantur. Salvo in omnibus ſacroſanctae Romanae eccleſiae honore et privilegio.

II. *Quod non liceat preſbytero bis in die celebrare.*

Non liceat preſbytero bis in die celebrare, niſi neceſſitate urgente; et tunc idem cum in die bis celebrat, poſt primam celebrationem, et ſanguinis ſumptionem nil infundatur calici. Sane poſt primam celebrationem diligentiſſime abſorbeantur ſtillulae de calice; et digiti ſugantur, vel lingua lambantur, et laventur, reſervata lotura in vaſe mundo, ad id ſpecialiter deputato, quae lotura ſumatur poſt ſecundam celebrationem. Haec ita ſe habeant, niſi in prima celebratione adſit diaconus, vel alius miniſter honeſtus, qui loturam ſumere poſſit. His adjicimus, ut reponatur euchariſtia in pyxide munda et honeſta, et in pyxide munda et honeſta deferatur ad aegrum, linteo mundo ſuperpoſito, et lucerna praecedente ac cruce, niſi aeger valde remotus fuerit. Renovetur quoque hoſtia ipſa ſingulis dominicis diebus, habeaturque certitudo circa ipſam euchariſtiam, ita quod non ſumat non conſecratam pro conſecrata. His adjiciendum decrevimus, ut ſecreto non detur communio euchariſtiae petenti, ſed publice et inſtanter petenti danda eſt, niſi publicum ſit ejus delictum. Salvo in omnibus, etc.

III. *De baptiſmate vel confirmatione, ſi dubitetur.*

De baptiſmate vel confirmatione, ſi dubitetur, ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, ſtatuimus, ut conferatur, "Quia non dicitur iteratum, quod non ſcitur fuiſſe collatum." Ideoque baptizentur expoſiti, de quorum baptiſmo dubitatur; ſive inveniantur cum ſale, ſive ſine ſale. Adjicimus etiam, ut nullus teneatur ad confirmationem a patre, vel matre, vel vitrico, vel noverca. Et ut non liceat diaconibus baptizare, vel poenitentias dare, niſi duplici neceſſitate; viz. quia ſacerdos non poteſt, vel abſens, vel ſtulte non vult, et mors imminet puero, vel aegro. Si vero in neceſſitate puer baptizetur a laico, quod fieri poteſt a patre vel a matre, abſque matrimonii praejudicio, ſequentia immerſionem non praecedentia per ſacerdotem expleantur. Salvo in omnibus, etc.

IV. *De poenitentia.*

Cum poenitentiae, quae eſt ſecunda tabula poſt naufragium, tanta major adhibenda ſit circumſpectio, quanto magis eſt neceſſaria poſt lapſum reparatio; nos ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, praecipimus, ut ſacerdotes in poenitentia diligenter attendant circumſtantias; qualitatem ſcilicet perſonae, et quantitatem delicti; tempus, locum, cauſam, moram in peccato factam; devotionem animi poenitentis; et ut poenitentia talis injungatur uxori, unde non redditur marito ſuo ſuſpecta de aliquo occulto, et enormi peccato: idem de marito obſervetur. Nullus etiam ſacerdos poſt lapſum, antequam confiteatur, ad altare praeſumat accedere celebraturus. Id adjicimus ad ſacerdotum cupiditatem reſecandam, ut miſſae non injungantur in poenitentia his, qui non fuerint ſacerdotes. Salvo in omnibus, etc.

V. *Quomodo archiepiſcopus, epiſcopus, et eorum officiales debeant hoſpitari cum ſubjectis.*

Cum inter ea, quae ſtatuta ſunt a modernis patribus, Lateranenſe concilium * celeberrimum ſit, et omni modo conſervatione digniſſimum; nos ipſius inſtituta humiliter, ac devote ſequentes, decernimus, ut archiepiſcopus parochias viſitans, quadrageſimum vel quinquageſimum evectionis numerum, epiſcopus viceſimum vel triceſimum nequaquam excedant; archidiaconus vero quinque aut ſeptem; decani conſtituti ſub epiſcopis, duobus equis contenti exiſtant. Nec cum canibus venatoriis aut avibus proficiſcantur; ſed ita procedant, ut non, quae ſua ſunt, ſed quae Jeſu Chriſti, quaerere videantur. Pro-

* Celebratum MCLXXIX. Conſtitutio haec reperitur in Decretal. lib. III. tit. 39. c. 6.

hibemus etiam, ne ſubditos ſuos talliis et exactionibus epiſcopi gravare praeſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quae aliquoties ſuperveniunt, ut, ſi manifeſta et rationabilis cauſa extiterit, cum charitate modicum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cum enim dicit apoſtolus, "Non debent filii theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis;" multo longe a paterna pietate videtur, ſi praepoſiti ſubditis ſuis graves exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris more debent fovere. Archidiaconi, aut ſui decani nullas exactiones vel tallias in preſbyteros ſeu clericos exercere praeſumant. Sane quod de ſupradicto numero evectionis ſecundum tolerantiam dictum eſt, in illis locis poterit obſervari, in quibus ampliores ſunt reditus, et eccleſiaſticae facultates. In pauperibus autem locis tantam volumus teneri menſuram, ut ex acceſſu majorum minores non debeant gravari, ne ſub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis uti ſolebant hactenus, plurimam ſibi credant poteſtatem indultam. Spectat autem ad viſitatoris officium, ea inprimis, quae ad ſalutem animarum pertinent, cum omni diligentia procurare, et ut unaquaeque eccleſia habeat calicem argenteum, et veſtimenta ſacerdotalia ſufficientia, et honeſta, et libros neceſſarios, ut utenſilia, et caetera, quae ſpectant ad cultum et reverentiam ſacramenti. Sane ad praecidendum tam avaritiae, quam negligentiae vitium, auctoritate Toletani concilii ſubnixi, praecipimus, ut viſitator ab eccleſia, in qua viſitationis officium debito modo non exercet, procurationem, aut procurationis redemptionem exigere non praeſumat. Salvo in omnibus, etc.

VI. *Ne quis ordinetur ſine certo titulo.*

Illud etiam juxta tenorem Lateranenſis concilii * firmiter obſervari praecipimus, ut ſi epiſcopus aliquem ſine titulo certo in diaconum, vel preſbyterum ordinaverit, tamdiu ei ſubminiſtret, donec ei in aliqua eccleſia convenientia ſtipendia militiae clericali aſſignet, niſi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de ſua vel paterna haereditate ſubſidia vitae poſſit habere. Idem in ſubdiaconi ordinatione ſtatuimus; adjungentes, ut ſi archidiaconus citra ſpeciale mandatum epiſcopi ſui aliquem praedictorum ordinationi praeſentaverit, et is ad ejus praeſentationem ordinatus fuerit, praedictae poenae ſubjaceat. Salvo in omnibus, etc.

VII. *Quod non liceat excommunicationis ſententiam proferre, niſi canonica commonitio praecedat.*

Rurſus Lateranenſis concilii † ſtatuta ſequentes, praecipimus, ut nec praelati, niſi canonica commonitione praemiſſa, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos, niſi forte talis ſit culpa, quae in ipſo genere ſuo excommunicationis poenam inducat; nec ſubjecti contra diſciplinam eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſae in vocem appellationis prorumpant. Si vero quiſquam pro ſua neceſſitate crediderit appellandum, competens ei ad proſequendam appellationem terminus praefigatur, infra quem ſi proſequi forte neglexerit, libere tunc epiſcopus auctoritate ſua utatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellaverit, et eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit, venire neglexerit, ſi proprium quid habuerit, competentem illi recompenſationem faciat expenſarum; ut hoc ſaltem timore perterritus, in gravamen alterius non facile quis appellet. Praecipue vero in locis religioſis hoc volumus obſervari, ne monachi ſive quicunque religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem praelati ſui et capituli diſciplinam appellare praeſumant, ſed humiliter ac devote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua eis fuerit injunctum. Ad reprimendam etiam multorum malitiam, his duximus adnectendum; ut ſingulis annis in genere ſolenniter excommunicentur ſortiarii, perjuri ſupra ſacramenta, || incendiarii, fures, atrociores raptores: ita ut qui ſcienter in diſpendium cujuſlibet pejeraverint, non abſolvantur, nec eis poenitentia ab aliquo injungatur, niſi ab epiſcopo dioeceſano, vel ejus auctoritate, praeterquam in articulo mortis; et tunc eis injungatur, quod ex quo convaluerint, epiſcopum adeant, ab eo vel ejus auctoritate poenitentiam ſuſcepturi. Salvo in omnibus, etc.

VIII. *Nihil exigendum pro ſacramentis adminiſtrandis.*

Sicut in Lateranenſi concilio ‡ ſalubriter a ſanctis patribus eſt proviſum, inhibemus; ne a perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus vel aliis clericis inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, aut benedicendis nubentibus, ſeu pro chriſmate, ſeu quibuſlibet aliis ſacramentis aliquid exigatur. Si quis autem contra hoc venire praeſumpſerit, portionem cum Giezi ſe noverit habiturum, cujus factum exactione turpi muneris imitatur. His adjicimus, ne pro licentia celebrandi divina a ſacerdotibus, vel docendi a magiſtris aliquid exigatur; et ſi ſolutum fuerit, repetatur. De ejuſdem etiam auctoritate concilii prohibemus, ne novi cenſus ab epiſcopis, vel abbatibus, aliiſve praelatis imponantur eccleſiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum ſuis uſibus applicare praeſumant, ſed libertatem, quam majores ſibi conſervari deſiderant, minoribus quoque ſuis bona voluntate conſervent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur. Nulla inſuper eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia vel eccleſiae alicui tribuantur, vel promittantur, antequam vacent; ne deſiderare quis proximi ſui mortem videatur, in cujus locum, vel beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim id etiam in ipſis gentilium legibus inveniatur prohibitum, turpe nimis eſt, et divini dignum animadverſione judicii, ſi in eccleſia Dei futurae ſucceſſio-

* Celebrati A. MCLXXIX. c. 5. † C. 47.

|| Super ſacroſancta Evangelia, forte; ut infra in conſtitut. Richardi, epiſcopi Sarum. ‡ C. 7.

nis

nis expectatio locum habeat, quam et condemnare ipſi gentiles homines curaverunt. Salvo in omnibus, etc.

IX. *Ne decima minuatur occaſione mercedis ſervientium, vel meſſorum.*

Cum Deo, et ſacerdotibus Dei decimas dandas, Abraham factis, et Jacob promiſſis inſinuent; et auctoritas Veteris et Novi Teſtamenti, nec non et ſanctorum patrum ſtatuta declarent decimas de omnibus, quae per annum renovantur, praeſtandas; id inviolabiliter decernimus obſervandum, ita quod occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum decima pars non minuatur, ſed potius integrum perſolvatur. Habeant etiam preſbyteri poteſtatem ante autumnum excommunicandi omnes fraudatores decimarum ſuarum, et eoſdem ſecundum formam eccleſiaſticam abſolvendi. Huic adjicimus ſanctioni, ut de terris noviter excultis non alias dentur decimae, quam eccleſiis parochialibus, infra quarum limites terrae illae, de quibus decimae proveniunt, excoluntur. Detentores vero decimarum, juxta Rothomagenſis concilii conſtitutum, ſi ſemel, ſecundo, et tertio commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, uſque ad ſatisfactionem condignam, anathematis vinculo feriantur. Salvo in omnibus, etc.

X. *Ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti, focarias habeant.*

Statuimus, ut in eccleſia, cujus reditus annuus quantitatem trium marcarum non excedit, nullus inſtituatur, niſi qui in propria perſona ibidem voluerit deſervire. Statuta etiam Lateranenſis concilii * reverenter amplectentes, decernimus, ut clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſi mulierculas in domibus ſuis ſub incontinentiae voto tenuerint, aut abjiciant eas, et continenter vivant, aut ab officio et beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. His etiam adnectimus, ut clerici non interſint tabernis, et publicis potationibus. Hinc etenim accidunt contentiones, et rixae, adeo quod laici quandoque clericos verberantes, incidant in canonem. Qui cum ad papam mittantur, non eſt aequum, quod clerici, qui culpa ſua quodammodo tamen dedere delictum, maneant impuniti. Clerici etiam omnes habitum habeant clericalem, et tonſuram canonicam. Archidiaconi autem et alii in dignitatibus conſtituti, et preſbyteri cappis manicatis utantur. Salvo in omnibus, etc.

XI. *Quales perſonae debeant contrahere matrimonium.*

Vir non contrahat cum aliqua conſanguinea olim uxoris ſuae, ſimiliter nec uxor cum aliquo conſanguineo quondam viri ſui. Et ſuſceptus in baptiſmo, non contrahat cum filia baptizantis vel ſuſcipientis, ante, vel poſt genita. Nec contrahatur aliquod matrimonium ſine trina denunciatione publica in eccleſia, neque ſi fuerint perſonae incognitae. Sed nec copulentur aliquae perſonae matrimonio, niſi publice in facie eccleſiae, et praeſente ſacerdote; et ſi ſecus factum fuerit, non admittantur alicubi in eccleſia, niſi ſpeciali auctoritate epiſcopi. Nulli etiam conjugatorum liceat iter remotum peregrinationis arripere, niſi mutuo conſenſu publicato. Salvo in omnibus, etc.

XII. *Diffamatis publica fama indicatur purgatio.*

Diffamati fama publica, vel veriſimilibus indiciis ſuper crimine, de quo vinci non poſſunt, commoneantur ſemel, ſecundo, et tertio, ut confiteantur, et ſatisfaciant; ſi vero incorrecti in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, et non occaſione pecuniae captandae differatur de die in diem, ſed ſtatim primo die, ſi parata fuerit, ſuſcipiatur, et canonicum numerum non excedat. Salvo, etc.

XIII. *Ut [illegible] habeant capellam.*

Affectu pietatis inducti, concilii Lateranenſis † etiam inſtitutione ſuffulti, decernimus, ut ubicunque tot leproſi ſimul fuerint congregati, qui eccleſiam cum coemeterio ſibi conſtruere, et proprio valeant gaudere preſbytero, ſine contradictione aliqua habere permittantur. Caveant tamen, ut injurioſi veteribus eccleſiis non exiſtant. Quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis et nutrimentis animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur. Salvo in omnibus, etc.

XIV. *N[illegible]-cleſiaſtica beneficia de manu laica recipiat.*

Lateranenſis concilii ‡ tenore perpenſo decernimus, ne fratres Templi, vel Hoſpitalis, ſive quicunque alii religioſi, eccleſias, vel decimas, vel alia beneficia eccleſiaſtica ſine epiſcopali auctoritate de manu laica recipiant; dimiſſis etiam, quas contra tenorem iſtum moderno tempore receperunt, excommunicatos et nominatim interdictos tam ab illis, quam ab omnibus aliis, juxta ſententiam epiſcoporum, ſtatuimus evitandos. In eccleſiis ſuis, quae ad eos pleno jure non pertinent, inſtituendos preſbyteros epiſcopis praeſentent; ut eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos autem, inconſultis epiſcopis, non audeant removere. Si vero Templarii ſive Hoſpitalarii ad eccleſiam interdictam venerint, non niſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum admittantur officium; nec tunc ibi corpora ſepelient defunctorum interdictorum. De fraternitatibus autem haec conſtituimus, ut, ſi non ſe praedictis fratribus omnino reddiderint, ſed in proprietatibus ſuis duxerint remanendum, propter hoc ab epiſcoporum ſententia nullatenus eximantur, ſed poteſtatem ſuam, ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum de exceſſibus ſuis fuerint corrigendi. Quod

* Celebrati A. MCLXXIX. c. 11. † C. 23. ‡ C. 9.

autem

autem de praedictis fratribus dictum eſt, ab aliis quoque religioſis, qui praeſumptione ſua epiſcoporum jura praeripiunt, et contra canonicas eorum ſententias, et tenorem privilegiorum ſuorum venire praeſumunt, praecipimus obſervari. Si autem contra hoc ſtatutum venerint, et eccleſiae, in quibus iſta praeſumpſerint, ſubjiciantur interdicto, et quod egerint, ejuſdem auctoritate concilii irritum habeatur et vacuum. Monachi etiam ſub pretio non recipiantur in monaſterio, nec peculium habere permittantur, nec ſinguli per villas et oppida, ſive quaſcunque parochiales ponantur eccleſias; ſed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant; nec ſoli inter ſeculares homines ſpiritualium hoſtium afflictum expectent, Salomone dicente, “Vae ſoli, quia ſi ceciderit, non habebit ſublevantem.” Si quis autem exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad canonicos ordines non accedat; is autem, qui accipit, officii ſui privatione multetur. Si vero peculium habuerit, niſi ei ab abbate fuerit pro injuncta adminiſtratione permiſſum, a communione removeatur altaris; et qui in extremis cum peculio inventus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam. Quod etiam de diverſis religioſis praecipimus obſervari. Abbas autem, et qui diligenter iſta non curaverit, officii ſui jacturam ſe noverit incurſurum. Prioratus quoque ſeu obedientiae pretii datione nulli tradantur, alioquin et dantes et accipientes a miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. Priores vero cum in conventualibus eccleſiis fuerint conſtituti, niſi pro manifeſta cauſa, et rationabili non mutentur; videl. ſi dilapidatores fuerint, ſi incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur; aut ſi etiam pro majoris neceſſitate officii fuerint transferendi. Et illud praeterea dignum adjectione videtur, ne monachi aut canonici nigri, vel moniales nigrae cappis coloratis utantur, ſed tantum nigris; nec utantur coopertoriis niſi nigris vel albis cum pellibus agninis, vel catinis, vel vulpinis. Monachi etiam, aut alii religioſi pileis non utantur; nec obtentu peregrinationis clauſtrum egrediantur. Decernimus etiam, ut in qualibet eccleſia monachorum, vel quorumlibet religioſorum ſuis uſibus canonice appropriata, vicarius inſtituatur proviſione epiſcopi, honeſtam et ſufficientem ſuſtentationem de bonis eccleſiae percepturus.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae.
INNOCENT. III. 3.	HUBERT. 7.	1200.	JOHAN. 2.

Conventus Weſtmonaſterienſis. Ex Hoved. annal. in ann.

EODEM anno (ſcil. MCC.) Galfridus, Eboracenſis archiepiſcopus, et adverſarii ejus, videlicet Simon decanus, et caeterae perſonae eccleſiae S. Petri Eboraci convenerunt apud Weſtmonaſter. in praeſentia Herberti, Sareſbirienſis epiſcopi, et Alani, abbatis de Theokeſbirie, judicum a domino papa delegatorum, et poſt allegationes utrinque plenius deductas, praefati judices eos ad concordiam modis omnibus inducere conati ſunt; et effecerunt, Domino cooperante, quod idem archiepiſcopus recepit in oſculum pacis primo Willielmum Teſtard, archidiaconum de Nottingham, deinde Reginaldum Arundel, praecentorem Eboracenſis eccleſiae, et poſtremo Simonem, decanum Eboracenſis eccleſiae, ea conditione, quod adinvicem ſibi ſatisfacerent de controverſiis ſuis in capitulo Eboraci. H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 4.	HUBERT. 8.	1201.	JOHAN. 3.

Concilium Perthuſanum in Scotia. Ex Dempſt. Hiſt. Scot. l. XVI.

ANNO D. MCCI. (inquit Dempſterus) Johannes, S. R. E. cardinalis S. Stephani de monte Coelio, legatus a latere per Scotiam et Hiberniam, in dicto Perthum concilio dierum quatuor, mores eccleſiaſticorum reformavit. Tum in Hiberniam ex officio legationis conceſſit. Haec Dempſterus; qui addit, Radulphum, abbatem ordinis Ciſtercienſis, ac deinde Dunenſem epiſcopum, ſcripſiſſe acta concilii Perthuſani.

Jo. Leſlaeus de reb. geſt. Scot. in vita Alex. II. regis, meminit concilii Perthi convocati ad pravos ſuorum mores extirpandos, et ad leges quaſdam ab eccleſiaſticis viris latas admittendas; et hoc idem eſſe, cujus Dempſterus meminit, nullus dubito. Chronicon Mailros tribus verbis concilii hujus mentionem facit. Hect. Boethius lib. XIII. Scot. Hiſt. fol. 277. (edit. 1574.) mentionem injicit concilii anno MCCI. a Willielmo, Scotorum rege, convocati, cujus etiam acta nonnulla recenſet his verbis: “Tribus annis poſt illa concilium a Willielmo primorum Scotiae indictum eſt; quo cuncti nobiles Alexandro, regis filio, tertium agenti annum, fidem uti futuro regi dederunt. Pervenit eodem a ſummo pontifice ad Willielmum legatus, enſem, cujus capulus vaginaque aurea et gemmis diſtincta erant, et galerum purpureum indicium eccleſiae (uti volebat) defenſoris afferens. Multis inſuper (quas vocant) indulgentiis ac privilegiis eum honorans. Quae Willielmus quoniam grato accepit animo, eodem concilio approbante decretum eſt, ut dies Sabbati a duodecima hora meridiei ſacer eſſet, neque quiſquam res profanas, quemadmodum feſtis diebus vetitum erat, exerceret. Idque campanae ſono populo indicaretur, ac poſtea ſacris rebus operam darent, concionibus intereſſent, veſperas (quas vocant) audirent, idque uſque in diem Lunae facerent, conſtituta adverſus contemptores gravi multa. H. I.

Charta

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 4.	HUBERT. 8.	1201	JOHAN. 3.

Charta confirmationis Johannis, cardinalis in Scotia et Hibernia legati, de eccleſiis monachorum de Chelcho infra epiſcopatus ſancti Andreae et Glaſguenſis. Ex Chartular. epiſcop. Glaſguen. fol. 8. collat. cum Chartula de Calchou. fol. 155. in biblioth. Ebredunenſi.

JOHANNES, titulo S. Stephani in Caelio monte miſeratione divina preſbyter cardinalis, apoſtolicae ſedis in Scotia et Hibernia legatus, omnibus ſanctae matris eccleſiae filiis literas iſtas viſuris vel audituris, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod anno MCCI. incarnationis dominicae, cum legationis officio ex praecepto domini Innocentii papae in Scotia et Hibernia fungeremur, in concilio a nobis apud Perth in Scotia celebrato, die S. Nicolai, in praeſentia noſtra ita convenit inter dominos ſancti Andreae et Glaſguen. epiſcopos, et abbates, et monachos de Chelcho, de omnibus eccleſiis, quas habent iidem monachi tam in epiſcopatu ſancti Andreae, quam Glaſguen. nominatos in charta domini Rogeri, epiſcopi S. Andreae, et charta bonae memoriae Jocelini, Glaſguen. epiſcopi, ad uſus proprios monachorum, ſcilicet, quod iidem monachi praeſentabunt clericos vel ſacerdotes idoneos epiſcopis ad omnes eccleſias illas, qui erunt vicarii perpetui, et ſuſcipient curam animarum de manu epiſcopi, et reſpondebunt epiſcopis de epiſcopalibus, de procurationibus vero ſecundum quod continetur in Lateranen. concilio. Ita quod ſi epiſcopus vel archidiaconus, vel decanus viſitet parochiam ſuam, eccleſia, quae tanti eſt, quod poſſit ſufficere rationabiliter ad procurationem ipſis faciendam, faciat. Aliae, quae pauperiores ſunt, conjungantur duae ſcilicet, vel tres, vel quatuor, vel quot ſine gravamine poſſunt ſufficere ad procurationem ſemel in anno, ſi epiſcopus, archidiaconus, vel decanus viſitationem ſuam fecerit. Salvis tenuris et vicariis illorum, qui nunc in quibuſdam eccleſiis, ipſorum monachorum ſunt vicarii perpetui, et per epiſcopum inſtituti. Cedentibus autem vel decedentibus clericis vel ſacerdotibus, qui in ipſis eccleſiis miniſtrant, illi, quos abbas vel monachi praeſentabunt, recipientur ab epiſcopis, niſi epiſcopi rationabilem cauſam oſtenderint, quare non ſint recipiendi. De ſuſtentatione autem ipſis clericis vel ſacerdotibus aſſignanda erit in proviſione et voluntate abbatis et monachorum, ita tamen quod nullus ſit defectus de epiſcopalibus, et quod clericus vel ſacerdos praeſentatus concedat ſe eſſe bene pacatum. Et ſi forte aliquis evenerit [a] defectus de illis, quae rationabiliter tenentur eſſe in eccleſia, vel de epiſcopalibus ſecundum conſtitutionem Lateranenſis concilii, epiſcopi auctoritate epiſcopali clericos per eccleſias compellent ad defectum ſupplendum in illis eccleſiis. In epiſcopatu Glaſguenſi excipitur [b] eccleſia ſancti Jacobi de Rokeſburc cum pertinentiis ſuis, quae libera eſt et quieta a ſynodalibus et auxiliis et hoſpitiis et conrediis. In illa tamen, ſicut in aliis eccleſiis ipſorum monachorum, erit vicarius perpetuus. Ut autem haec conventio firma et inconcuſſa futuris temporibus inter eccleſias ſancti Andreae et Glaſguen. et monaſterium Chelchoenſe, epiſcopos, et abbatem, et monachos praedictarum eccleſiarum inperpetuum inviolabiliter obſervetur, nos eam ſigilli noſtri impreſſione duximus roborandam. Rogerus etiam, epiſcopus S. Andreae, et Willielmus, Glaſguenſis epiſcopus, et O. abbas de Chelcho, ſigilla ſua ad conventionem illam confirmandam appoſuerunt. Teſtibus Johanne, Aberdonenſe epiſcopo, Johanne, Dunkeldenſe epiſcopo, Richardo, Moravienſe epiſcopo; Henrico Guidone, Nigello de Abbirbroth, de Lundoris, de Kilwinning abbatibus; Radulpho, Willielmo, Radulpho, de Melros et Edinburc, et de Jeddwud abbatibus; Herberto, decano Glaſgu. [c] magiſtro Will. de Line, magiſtro Iſaac, clericis S. Andreae; Simon de Quincy, magiſtro Michaele, magiſtro Petro, et Radulpho, clericis domini Glaſguenſis epiſcopi, et multis aliis.

Compoſitio facta inter epiſcopos ſancti Andreae et Glaſguenſem, et abbatem et conventum de Chelcho. Ex Chartular. de Calchou. fol. 156. recto in biblioth. Ebredunenſi.

JOHANNES, miſeratione divina titulo ſancti Stephani in Caelio monte preſbyter cardinalis, apoſtolicae ſedis legatus, venerabilibus in Chriſto fratribus, epiſcopis, abbatibus, prioribus, et univerſis eccleſiarum praelatis per regnum Scotiae conſtitutis, praeſentes literas inſpecturis, ſalutem in ſalutis auctore. Eorum nos decet utilitati et quieti ampliori cura et ſolicitudine providere, qui pro inſigniis devotionis ſuae, majori ſunt privilegio et libertate donati. Hinc eſt quod cum monaſterium de Chelcho ſpecialiter beati Petri juris exiſtat, et ad Romanam eccleſiam nullo pertineat mediante; illud, ſicut juſtum eſt, ab aemulorum ſuorum inſidiis volu-

[a] Chart. Calchoenſ. *defectus evenerit*

[b] Ibid. *excipiuntur eccleſiae de Rokeſburc, quae liberae ſunt et quietae—— et conrediis. In illis tamen, ſicut et in aliis eccleſiis ipſorum monachorum, erunt vicarii perpetui*

[c] Ibid. *magiſtro archidiacono Laodon. R. archidiacono Glaſg. et aliis*

mus communire, ne, quod abſit, dictum monaſterium et res ejus in aliquo patiantur contra juſtitiam detrimentum. Cum igitur congregato concilio auctoritate noſtra in partibus Scoticanis controverſia quaedam, quae inter abbatem et fratres ejuſdem loci, et venerabiles ſancti Andreae et Glaſguen. epiſcopos ſuborta fuerat ſuper inſtitutionibus eccleſiarum, per amicabilem compoſitionem fuerit ſtudio noſtro mediante ſopita, compoſitionem ipſam rationabiliter factam, ſicut in eorum auctenticis plenius continetur, ſigillo noſtro ſignatis, auctoritate legationis, qua fungimur, confirmamus. Adjicimus autem ut cedentibus vel decedentibus vicariis in eccleſiis, quas monachi Chelchoenſes in proprios uſus habere noſcuntur, per chartas epiſcoporum, ſuper quibus ſunt apoſtolicis privilegiis communiti, liceat eis vicarios perpetuos infra tempus in Lateranenſi concilio conſtitutum, epiſcopis praeſentare. Quodſi epiſcopi malitioſe vel pro ſuae voluntatis arbitrio noluerint ad eccleſias admittere clericos vel ſacerdotes, ab ipſis monachis praeſentatos, quum forte eos minus idoneos aſſeverant, in arbitrio trium bonorum virorum communiter electorum erit vicarios illos praeſentatos, ſi idonei fuerint, approbare, et, ſi minus idonei, reprobare. Interim vero liceat dictis monachis eccleſias, earum proventus et obventiones in manus proprias retinere, donec ad dictas eccleſias aliquis idoneus admittatur; ita tamen, quod medio illo tempore ſaepedictis eccleſiis, ſicut condecet, in divinis officiis honeſte miniſtretur. Ut autem haec noſtrae conceſſionis et confirmationis pagina futuris temporibus dicto monaſterio Chelchoen. valeat, et inconcuſſa ſervetur, ad cautelam ejuſdem monaſterii praeſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 4.	HUBERT. 8.	1201.	JOHAN. 3.

Conſtitutio de cautiori celebratione diei dominicae ab abbate de Flay inducta. Ex R. Hoved. in ann.

EODEM anno Euſtachius, abbas de Flay, rediit in Angliam, et praedicans in ea verbum Domini de civitate in civitatem, et de loco in locum, prohibuit ne quis forum rerum venalium in diebus dominicis exerceret. Dicebat enim, quod hoc mandatum ſubſcriptum de obſervatione diei dominicae venit de caelo.

De obſervatione diei dominicae.

Mandatum ſanctum dominicae diei, quod de caelo venit in Jeruſalem, et inventum eſt ſuper altare S. Simeonis, quod eſt in Golgotha, ubi Chriſtus crucifixus eſt pro peccatis mundi. Et mandavit Dominus hanc epiſtolam, quae appreheſa eſt ſuper altare S. Simeonis, quam per tres dies et tres noctes homines aſpicientes corruerunt in terram, rogantes Dei miſericordiam; et poſt horam tertiam erexit ſe patriarcha, et Akarias archiepiſcopus, et expanderunt infulam, et ſanctam acceperunt epiſtolam Dei. Quam cum accepiſſent, invenerunt ſuper ſcriptum iſtud: "Ego Dominus, qui praecepi vobis, ut obſervaretis diem ſanctum dominicum, et non cuſtodiſtis eum, et de peccatis veſtris non poenituiſtis, ſicut dixi per evangelium meum: Caelum et terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Feci autem praedicare vobis poenitentiam vitae, et non credidiſtis, et miſi ſuper vos paganos, qui effuderunt ſanguinem veſtrum in terra, nec tamen credidiſtis; et quia ſanctum diem dominicum non cuſtodiſtis, per paucos dies habuiſtis famem; ſed cito dedi vobis ſaturitatem, et poſtea pejus feciſtis. Volo iterum, ut nemo ab hora nona Sabbati uſque ad ſolem ſurgentem diei Lunae aliquid operetur, niſi quod bonum ſit. Quodſi quis fecerit, cum poenitentia emendet; et ſi huic mandato non obedieritis, Amen dico vobis, et juro vobis per ſedem meam, et thronum meum, et cherubim, qui cuſtodiunt ſanctam ſedem meam, quia non mandabo vobis aliquid per aliam epiſtolam; ſed aperiam caelos, et pro pluvia pluam ſuper vos lapides, et ligna, et aquam calidam per noctes, ut nemo praecavere poſſit, quin deſtruam omnes malos homines. Hoc dico vobis, morte moriemini propter diem dominicum ſanctum, et alias feſtivitates ſanctorum meorum, quas non cuſtodiſtis; mittam vobis beſtias, habentes capita leonum, capillos mulierum, caudas camelorum, et ita erunt famelicae, quod carnes veſtras devorabunt; et vos deſiderabitis fugere ad ſepulchrum mortuorum, et abſcondere vos propter metum beſtiarum: et tollam lumen ſolis ab oculis veſtris, et mittam ſuper vos tenebras, ut occidatis vos invicem non videntes; et auferam a vobis faciem meam, et non faciam vobiſcum miſericordiam. Incendam enim corpora veſtra, et corda, et omnium illorum, qui non cuſtodiunt diem ſanctum dominicum. Audite vocem meam, ne pereatis in terra propter diem dominicum ſanctum. Recedite a malo, et poenitentiam agite de malis veſtris. Quod ſi non feceritis, quaſi Sodoma et Gomorra peribitis. Nunc ſcitote, quod ſalvi eſtis per orationes ſanctiſſimae genitricis meae Mariae, et ſanctorum angelorum meorum, qui orant pro vobis quotidie. Dedi vobis triticum, et vinum abundanter, et inde non obediſtis mihi. Nam viduae, et orphani clamant ad vos quotidie, quibus nullam facitis miſericordiam. Pagani habent miſericordiam, vos autem non habetis. Arbores, quae fructificant, ſiccari faciam pro veſtris peccatis; flumina et fontes non dabunt aquam. Dedi vobis legem in monte Sinai, quam non cuſtodiſtis. Dedi per me legem, quam non obſervaſtis. Pro vobis natus fui in mundo, et feſtivitatem meam neſciviſtis. Pravi homines diem dominicum reſurrectionis meae non cuſtodiſtis. Juro vobis per dextram meam, niſi dominicum diem, et feſtivitates ſanctorum meorum cuſtodieritis, mittam vobis paganas gentes,

tes, ut occidant vos. Tollitis tamen res alterius, et de hoc nullam conſiderationem habetis. Propter hoc mittam ſuper vos beſtias pejores, quae devorent mulierum veſtrarum mamillas. Maledicam illis, qui in die dominica aliquid mali operati fuerint. Maledicam illis, qui injuſte agunt verſus fratres ſuos. Maledicam illis, qui male pauperes, et orphanos judicant, quos terra portat. Me autem derelinquitis, et principem hujus ſeculi ſequimini. Audite vocem meam, et habebitis miſericordiam bonam. Vos autem non ceſſatis ab operibus malis, nec ab operibus diaboli, quia facitis perjuria et adulteria. Ideo circumdabunt vos gentes, et devorabunt, ut beſtiae."

Pervenit igitur dominus Euſtachius, abbas de Flay, Eboracum, et a Gaufrido, Eboracenſi archiepiſcopo, et clero, et populo civitatis honorifice ſuſceptus, praedicavit verbum Domini, et de tranſgreſſione dominicae diei, et aliarum feſtivitatum dedit populo poenitentiam, et abſolutionem, ſub tali conditione; quod ipſi de caetero debitam impenderent dominicae diei, et aliis ſanctorum feſtivitatibus reverentiam, non faciendo in eis quicquam operis ſervilis, nec in diebus dominicis exercerent forum rerum venalium, ſed bonis operibus et orationibus devote inſiſterent. Haec ſervanda conſtituit ab hora nona Sabbati uſque ad ortum ſolis in die Lunae. Populus autem Deo devotus ad praedicationem illius voverunt Deo, quod de caetero in diebus dominicis nec quicquam emerent, nec venderent, niſi forte cibum, et potum praetereuntibus. Voverunt etiam, quod de ſingulis quinque ſolidatis rerum, quaſcunque venderent, darent unum quadrantem ad lumen eccleſiae emendum, et ad ſepulturam indigentium. Et ad hoc colligendum ſtatuit praedictus abbas in ſingulis eccleſiis parochialibus fieri truncum concavum, ſub cuſtodia duorum vel trium fidelium hominum, ubi populus jactaret praenominatum aes. Statuit etiam praefatus abbas, quod diſcus eleemoſynarius haberetur quotidie in menſa divitum; in quo partem ciborum ſuorum mitterent ad opus indigentium, qui non praeparaverunt ſibi. Prohibuit autem idem abbas, ne quis in eccleſiis, vel atriis earum venderet, vel emeret quicquam, aut placitaret.

His ergo et aliis ſancti hujus viri monitis inimicus humani generis invidens, miſit in cor regis, et principum tenebrarum, quod ipſi praeceperunt, ut omnes, qui praedictas traditiones cuſtodirent, et maxime omnes, qui in diebus dominicis forum rerum venalium dejecerant, ad regium examen ſatisfacturi de obſervantia diei dominicae ducerentur. Sed Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cui obediendum eſt magis quam hominibus, qui nativitate, et reſurrectione ſua; et adventu ſuo, et miſſione Spiritus Sancti in diſcipulos ſuos, ſibi hunc diem, quem dominicum vocamus, illuſtravit, et celeberrimum dedicavit; virtutis ſuae miracula ſuſcitavit, et in quoſdam dominicae diei tranſgreſſores manifeſtavit ſic.

Quodam Sabbato poſt nonam, quidam carpentarius in Beverlaco, contra ſalubria uxoris ſuae monita clavum ligneum faciens, corruit in terram percuſſus paralyſi. Et quaedam textrix poſt horam nonam in Sabbato, cum ad pertexendum partem telae anxia inſiſteret, cadens in terram percuſſa paralyſi obmutuit. Et apud Nasfertun, villam magiſtri Rogeri Arundel, quidam homo fecit ſibi panem ſubcinericium die Sabbati poſt nonam, et inde comedit; et partem reſervavit ſibi uſque mane; quem cum die dominica fregiſſet, exivit ſanguis, et qui vidit teſtimonium perhibuit, et verum eſt teſtimonium ejus. Et apud Wakefeld quodam Sabbato, cum molendinarius poſt nonam operam daret, ut bladum ſuum moleret, ſubito exivit loco farinae tantus impetus ſanguinis, quod vas ſuppoſitum pene impleretur ſanguine, et rota molendini ſtetit immobilis contra vehementem impulſum aquae; et qui viderunt, mirati ſunt, dicentes, "Parce, Domine, parce populo tuo."

Item, in Lincolniſciria paraverat quaedam mulier paſtam; quam deferens ad furnum poſt nonam horam Sabbati, miſit eam in furnum calidiſſimum, et cum eam extraheret, invenit crudam; et iterum miſit eam in furnum valde calidum, et in craſtino, et in die Lunae, cum aeſtimaret ſe invenire panes coctos, invenit paſtam crudam. Item, in eadem provincia, cum quaedam mulier paſtam ſuam praeparaſſet, volens eam ad furnum portare, dixit ei vir ſuus: "Sabbatum eſt, et hora nona jam praeteriit, dimitte ergo uſque ad diem Lunae:" mulier autem obediens viro ſuo fecit, ſicut praeceperat, et involvit paſtam linteaminibus mundis, et in craſtino cum viſitaret paſtam ſuam, ne propter fermentum impoſitum vas excederet, invenit panes inde divino nutu factos, et bene coctos ſine igne materiali. Haec eſt mutatio dexterae excelſi. Et quamvis omnipotens Dominus his et aliis potentiae ſuae miraculis populum ad obſervationem diei dominicae invitaret, tamen populus plus timens regiam et humanam poteſtatem quam divinam, pluſque timens illos, qui corpus occidunt, et quod ultra faciant non habent, quam illum, qui poſtquam corpus occiderit, animam poteſt mittere in gehennam, et plus timens terrena amittere quam caeleſtia, et tranſitoria quam aeterna, proh dolor! ut canis ad vomitum, reverſus eſt ad forum rerum venalium exercendum in diebus dominicis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 6.	HUBERT 10.	1203	JOHAN. 5.

Colloquium Oxonii. Ex. Annal. S. Edmundi MS. in ann.

IN craſtino circumciſionis Domini convenerunt fere omnes magnates Angliae apud Oxeneford, tractaturi de regiis negotiis. Promiſſa ſunt regi auxilia militaria, de ſcuto ſcilicet duae marcae et dimid. epiſcopi vero et abbates non prorſus ſine promiſſione receſſerunt. Haec ibi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Innocent. III. 7.	Hubert. 12	1204.	Johan. 6

Bulla papae Innocentii III. *et literae regis Johannis de epiſcopatu Carleolenſi, ad inſtantiam Innocentii papae archiepiſcopo Raguſinenſi conceſſo.* Ex Rymer. Foed. vol. I. p. 135.

Venerabili patri in Chriſto et fratri chariſſimo Galfrido, Dei gratia Eborum archiepiſcopo, Johannes, eadem gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Normanniae et Aquitan. et comes Andegaviae, ſalutem. Literas domini papae ſuſcepimus in haec verba:

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Johanni, illuſtri regi Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad ſupplicationem inſtantem venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Raguſin. eum ab cura et ſolicitudine, qua tenebatur eccleſiae Raguſin. duximus abſolvendum; eo videlicet quod ibi non poterat ſecure morari, et ſi acceſſum habet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat. Ne vero idem archiepiſcopus in vituperium miniſtri noſtri defectum in temporalibus patiatur, epiſcopatum Karleol. et eccleſiam de Meleburn, cum omnibus pertinentiis eorum, de munificentia ac liberalitate tua, ac conceſſione venerabilis fratris Galfridi, Eborum archiepiſcopi, ei benigne collatis, de ſedis apoſtolicae benignitate concedimus ad ipſius indigentiam ſublevandam: ſerenitatem regiam monentes attentius et hortantes, quatenus eundem archiepiſcopum, noſtrarum precum obtentu, et officii pontificalis intuitu, recommendatum velis habere; ejus neceſſitati compatietis, et ipſius ſubvenietis paupertati, et dona praeſentia per illuſtrem munificentiam reddatis ampliora; ut per haec Regi regum, cujus ſacerdos eſt, in aeternum videaris obſequium exhibere; cum illud, quod miniſtris ejus impenditur, ſibi proteſtatur impendi. Dat. Ferentini idus Maii, pontificatus noſtri anno ſexto.

Nos autem juxta petitionem domini papae praeſcriptam, ipſi archiepiſcopo Raguſin. praedictum epiſcopatum Karleol. de munificentia et liberalitate regia ei conceſſimus, mandantes vobis, quatenus ei tanquam paſtori et epiſcopo veſtro in omnibus intendatis. Teſte domino cancellario archiepiſcopo apud Merleb. decimo die Januarii.

Literae Johannis regis univerſo Hiberniae clero de ſubſidio ſibi concedendo, contra regem Franciae. Ibid. p. 136.

Rex, etc. archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, et univerſo clero per Hiberniam conſtitutis, ſalutem. Satis noſtis, ſicut et totus mundus, qualiter rex Franciae contra Deum, et rationem, et contra chartam ſuam et juramentum nos warrare, et exhaeredationem noſtram quaerere non ceſſat. Nos autem propter hoc venimus in Angliam, gratia Dei ſani et incolumes; ubi omnes de regno Angliae nos honorifice receperunt, ſicut dominum; qui liberaliter et benigne, habita conſideratione ad urgentiſſimum negotium noſtrum nobis efficax faciunt auxilium, tam in veniendo corporaliter in ſervitium noſtrum in Normannia, quam de militibus et pecunia. Quia igitur inſtat iſta neceſſitas, qua nunquam nobis major emerſit aut emergere poterit, vos non conſuetudinarie ſed amicabiliter rogamus, quatenus, ſicut de nobis confiditis, et ſicut nos et honorem noſtrum diligitis, efficax nobis auxilium faciatis in hoc neceſſitatis articulo, ſicut dilecti et fideles noſtri juſtit. Hibern. W. de Laſcy, archidiac. Stafford. et alii nuncii noſtri cum eis ad vos venientes, vobis dicent ex parte noſtra, vel aliqui ex illis, ſi omnes intereſſe non poſſint; et tamen inde facientes, quod vobis perpetui teneamur obnoxiores, et quod debeamus vos merito exaudire in negotiis veſtris, cum nos requiſieritis. Et certiſſime ſciatis, quod nunquam nobis ab illo auxilium fieri poſtulabimus, qui nobis in hac tanta neceſſitate auxilium denegabit. Teſte meipſo apud Nottingh. 10. die Februarii.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Innocent. III. 8.	vacante.	1205.	Johan. 7.

Bulla, ſeu ſententia diffinitiva Innocentii III. *papae, in controverſia ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiae, cum monachis ibidem, de archiep. electione: cui ſuffraganei contendebant ſe debere intereſſe. Incept. An.* 1205. *diffinit. An.* 1206. Ex Matt. Pariſ. in ann. 1205.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis ſuffraganeis Cantuar. eccleſiae ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Cum tempore legis Moſaicae, quae legitur ad perfectum neminem adduxiſſe, carnales parentes apud carnalem populum in ea reverentia fuerunt et honore, ut, qui eis malediceret, morte mori, de mandato Domini juberetur; multo magis ſub lege gratiae conſtitutos, quae pretioſiſſimo Chriſti ſanguine rubricata portas aperit paradiſi

paradiſi, ne legis tranſgrediendo mandata, mortis damnationem incurrant, tanto convenit diligentius praecavere, quanto noſcitur amplius formidandum animae quam corporis incurrere detrimentum. Si ergo carnales parentes tanta ſint reverentia proſequendi, quid eſt de ſpiritualibus praeſumendum? niſi ut ſicut corpus ſpiritus ſuperat dignitate, ſic reverentia et honore ſpirituales parentes carnalibus praeferantur. Haec autem nos, fratres, praemiſiſſe noveritis, quia cum veſtram debeamus deſiderare ſalutem, veremur ne praeſens tribulatio, quae vobis (ut dicitur) procurantibus ſuſcitata eſt, matrem Cantuar. eccleſiam, quam utique velut matrem tenemini revereri, vobis periculum generet animarum, et eidem eccleſiae tantum pariat detrimentum, ut quod diſpendioſa contentio generabit, vix poſſit prolixiori temporum ſpatio reſtaurari. Quocirca univerſitatem veſtram monemus attentius, et hortamur in Domino, et per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus diligentius attendentes, quid ſuper his honori veſtro expediat et ſaluti, non moleſtetis indebite Cantuarienſem eccleſiam, matrem veſtram; cujus honores et jura fidelitatis debito tenemini defenſare, ne de vobis merito conqueratur et dicat: "Filios enutrivi et exaltavi, ipſi vero me non ſolummodo non cognoſcunt, ſed et ſeveriſſime perſequuntur." Non autem per ea, quae praemiſimus, vos a veſtra proſequenda juſtitia dehortamur, ſed pia nos facit affectio trepidare, ne terminis ſtatutis a patribus non contenti, alii faciatis injuriam ea occaſione reperta, quod velitis proſequi jura veſtra. De caetero, fratres, omnipotens Dominus illuminet mentes veſtras, ut, remota omni contentionis materia, debitam matri veſtrae non negetis obedientiam vel honorem, nec contra divinum nec naturale mandatum* aliis faciatis, quod vobis fieri non velitis. Datum Romae apud ſanctum Petrum ſexto idus Decembris, pontificatus noſtri anno octavo.

Monachi interea Cantuarienſes, cum de ſuppriore ſuo cognoviſſent, quod violato juramento, quod fecerat, ſtatim ut in Flandriam applicuiſſet, ſe electum geſſerat, eorum detegendo ſecretum, commoti ſunt vehementer contra eum, et continuo quoſdam de conventu monachos miſerunt ad regem, requirentes ab eo licentiam paſtorem ſibi idoneum eligendi. Quibus rex protinus, abſque omni conditione, benigne annuit, quod petebant, et ſecretius eos alloquens, oſtendit eis epiſcopum Norwicenſem, magna ſibi familiaritate conjunctum fore, ipſumque ſolum ex omnibus Angliae praelatis ſecretorum ſuorum eſſe conſcium. Unde ſibi et regno ſuo magnum afferebat provenire commodum, ſi eum ad archiepiſcopatum Cantuar. transferre potuiſſent. Rogavit igitur monachos, ut una cum clericis ſuis, quos miſſurus erat ad conventum, hanc petitionem ſuam exponerent illis, multos conventui promittens honores, ſi ipſum exaudire decreviſſent. Monachi vero ad propria reverſi, conventui per ordinem retulerunt ea, quae ſibi a rege fuerant imperata. Conventus autem, ut regem, quem offenderant, ſibi reconciliarent, convenientes in capitulo, Johannem, Norwicenſem epiſcopum, unanimiter elegerunt, et illico quoſdam de conventu monachos ad electum dirigentes, qui tunc pro agendis rebus regis apud Eboracum erat, mandantes ei ut Cantuariam cum feſtinatione veniret. Nuncii quoque propoſitum iter expedientes, epiſcopum jam dictum apud Nottingham invenerunt, qui regis expletis negotiis, ad partes auſtrales properabat, venienſque ad regem, Cantuariam ſimul profecti ſunt; atque die ſequente, maxima multitudine in eccleſia metropolitana concurrente, prior Cantuarienſis, rege praeſente, electionem factam de Johanne de Grai, epiſcopo Norwicenſi, palam cunctis pronunciavit, et aſſumentes eum monachi, cum hymno, "Te Deum laudamus," portaverunt ad majus altare, tandem in cathedra archiepiſcopali illum collocantes: et hoc fuit ſeminarium totius ſequentis diſcordiae, quae per ſecula detrimentum Angliae generavit, et damnum irreſtaurabile. Quo facto, rex, videntibus cunctis, miſit electum illum in poſſeſſionem rerum omnium ad archiepiſcopatum pertinentium, et ſic ſinguli ad propria ſunt reverſi. Sicque in hac electione factus eſt noviſſimus error pejor priore, ſicut rerum exitus evidenter oſtendit.

Anno gratiae MCCVI. rex Johannes celebravit diem dominicae Nativitatis apud Oxoniam, quo etiam tempore idem rex miſit ad curiam Romanam quoſdam Cantuar. eccleſiae monachos, inter quos praecipuus erat magiſter Helias de Branteſeld, quibus de fiſco copioſas rex miniſtravit expenſas, ut electionem de epiſcopo Norwicenſi factam, impetrarent a domino papa confirmari. Miſerunt autem eodem tempore epiſcopi Cantuarienſis eccleſiae ſuffraganei procuratores Romam, gravem coram domino papa querelam proponentes, quod videlicet monachi Cantuarienſes ſine illis electionem temere archiepiſcopi praeſumpſiſſent celebrare, cum ipſi una cum illis de jure communi et conſuetudine antiqua electioni intereſſe debuiſſent. Allegarunt etiam procuratores memorati ſuper praemiſſis decreta et exempla, quoſdam teſtes producentes, et literas teſtimoniales exhibentes, quibus oſtendere nitebantur, quod ipſi ſuffraganei una cum monachis tres metropolitanos elegerunt. Monachi vero e contrario aſſerebant, quod privilegio ſpeciali Romanorum pontificum, et de conſuetudine approbata et antiqua, ſine epiſcopis electiones facere conſueverant, quod etiam per teſtes idoneos docere promiſerunt. Auditis hinc inde allegationibus, teſtibuſque admiſſis, et diligenter examinatis, praefixus eſt dies a domino papa partibus, duodecimo ſcilicet calend. Januarii, ad pronunciandum, ut tunc venirent, quod jus dictaverit, recepturi.

Circa dies iſtos papa Innocentius ſuffraganeis Cantuar. eccleſiae epiſcopis ſententiam diffinitivam ſub hac forma direxit:

Sententia diffinitiva quod capitulum Cantuar. ſine ſuffraganeis archiepiſcopum eliger[illegible]. Ex Reg. Cant. A. fol. 16. b.

INNOCENTIUS III. epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori et conventui

Cantuar.

Cantuar. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Majores eccleſiae cauſas ad ſedem apoſtolicam referendas et canonica tradit auctoritas et approbata conſuetudo declarat, ut cum ipſa cunctorum fidelium mater ſit et magiſtra, quod ejus fuerit judicio diffinitum, ab omnibus inviolabiliter obſervetur. Cum igitur inter vos, et venerabiles fratres noſtros Cantuar. eccleſiae ſuffraganeos ſuper jure Cantuar. archiepiſcopum eligendi controverſia verteretur, proponentibus illis, quod tum ex jure communi, tum ex antiqua conſuetudine una vobiſcum debent electionem ipſius archiepiſcopi celebrare, vobis autem e contrario reſpondentibus, quod et de jure communi, et de privilegio ſpeciali, et de antiqua conſuetudine Cantuar. archiepiſcopum ſine illis eligere debeatis; lite coram nobis per procuratores idoneos ſuper hoc legitime conteſtata, diligenter audivimus, quae partes in praeſentia noſtra proponere curaverunt. Illorum ſiquidem pars et decreta pariter et exempla ſtuduit allegare, quoſdam teſtes producens, et teſtimoniales literas exhibens, quibus oſtendere nitebatur, quod ſuffraganei tres metropolitanos elegerant, veruntamen ſine vobis, cum per atteſtationes et literas ſit probatum, eos et alio loco, et alio tempore, ſine vobis electiones hujuſmodi celebraſſe. Teſtes autem ex parte veſtra producti legitime probaverunt, quod prior et conventus Cantuar. eccleſiae a longis retro temporibus electiones archiepiſcoporum in capitulo ſuo ſine ſuffraganeis uſque ad haec tempora celebrarunt, et eaſdem obtinuerunt a ſede apoſtolica confirmari, decretis nihilominus et exemplis in aſſertionem juris veſtri multipliciter allegatis. Licet autem contingat interdum praeter communem regulam diverſas conſuetudines inveniri; ſi tamen non ſolum ad vicinarum eccleſiarum, verum etiam ad vicinorum regnorum conſuetudinem recurratur, haec in illis generalis conſuetudo abſque dubio invenitur, ut metropolitanorum electiones a ſolis metropolitanae ſedis clericis celebrentur; a nobis etiam et praedeceſſoribus noſtris per privilegii paginam eſt ſtatutum, ut decedente archiepiſcopo veſtro, nullus vobis qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia praeponatur, niſi quem vos communi conſilio, vel major pars veſtrum conſilii ſanioris ſecundum Deum et ſacrorum canonum ſanctiones providerit eligendum, habentes nunc et futuris temporibus liberam pontificis veſtri electionem, apoſtolicae protectionis gratia et patrocinio roboravi. Nos igitur, his et aliis, quae coram nobis allegata fuerunt, diligenter auditis, et perſpicaciter intellectis, quia conſtitit evidenter quod ſuffraganei ſine vobis ſecundum ſuam quoque aſſertionem eligere non debebant; unde vobis excluſis, eorum electio non valebat; et electio veſtra ſine ipſis etiam celebrata per ſedem apoſtolicam meruit confirmari, cum neceſſario alterutra fuerit confirmanda; de communi fratrum noſtrorum conſilio vos et ſucceſſores veſtros ab impetitione ac moleſtatione ſuffraganeorum Cantuar. eccleſiae ſuper jure archiepiſcopum eligendi, per diffinitivam ſententiam prorſus abſolvimus, et eis ſuper hoc ſilentium imponimus ſempiternum; auctoritate apoſtolica decernentes, ut vos et ſucceſſores veſtri de caetero ſine illis archiepiſcopum eligatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae diffinitionis et conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romae apud ſanctum Petrum 13. cal. Januar. pontificatus noſtri anno nono.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti.	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 9.	vacante.	1206.	JOHAN. 8.

Synodus generalis apud Perthum.

MENSE Aprili hujus anni concilium nationale Scoticum, quod in charta originali vocatur ſynodus generalis, apud Perthum celebrabatur. Conſtat hoc ex charta penes vicecomitem de Arbuthnot.

Concilium Albanenſe, in quo prohibitio regia recepta fuit. Ex rot. pat. 8 Joh. m. 1. apud Pryn. Pref. Writs Parl. Vol. 1. et Hiſt. of K. John, etc. p. 9.

VERSUS finem menſis Maii archiepiſcopi, abbates, archidiaconi, et alii ex clericis apud S. Albanum conveniebant de Romeſcotto (ſubſidio clero Angliae a papa impoſito) tractaturi; ubi prohibitionem a rege receperunt his verbis: " Rex archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, archidiaconis, et omni clero apud S. Albanum ad concilium convocato, ſalutem. Conquerente univerſitate comitum, baronum, militum, et aliorum fidelium noſtrorum, audivimus, quod non ſolum in laicorum grave praejudicium, ſed etiam in totius regni noſtri intolerabile diſpendium, ſuper Romeſcotto praeter conſuetudinem ſolvendo, et aliis pluribus inconſuetis exactionibus, auctoritate ſummi pontificis conſilium inire, et concilium celebrare decreviſtis. Nos vero licet ob honorem fidei noſtrae, et debitum reverentiae, quod ſanctae Romanae eccleſiae impendere tenemur, voluntatem ſancti patris veſtri domini papae Innocentii obtemperare cupiamus; tamen omittere non poſſumus, quin querelis fidelium et ſubditorum noſtrorum clamantium de jactura ſua, et timentium prout neceſſe eſt, ſibi ſubveniamus, et emergentibus cauſis, quae indemnitati pacis, et unitati regni noſtri obviare poſſunt, quanta decet celeritate

et

et diligentia occurramus. Vobis igitur praeciſe mandamus, et expreſſe prohibemus, ne ſuper praedictis vel aliquibus aliis concilium aliquod auctoritate aliqua in fide, qua nobis tenemini, teneatis, vel contra regni noſtri conſuetudinem aliquod novum ſtatuatis, et ſicut nos, et honorem noſtrum, et communem regni tranquillitatem diligitis, a celebratione hujuſmodi concilii, et a praedictis taxationibus ad praeſens ſuperſedeatis, quouſque cum univerſitate noſtra ſuper hoc colloquium habuerimus. Scientes pro certo, quod expediet honori ſanctae Romanae eccleſiae, et dom. papae, et nobis, et vobis, quod iſtud ad praeſens negotium differatur, donec generalem habuerimus conferentiam commodius et honeſtius explicari. Et quod vobis hoc mandamus, pro honore et commodo ſacroſanctae eccleſiae, et veſtri et regni noſtri id fecimus: quia talia audivimus, quod hoc ita fieri neceſſario expedit, ſicut vobis dicemus, cum vobiſcum locuti fuerimus. T. M. apud Ebor. 26. Maii.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	[illegible]	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 9.	vacante	[illegible]	JOHAN. 8.

Synodus Radingenſis ſub Jo. Ferentino, Romanae ſedis legato, celebrata A. D. MCCVI. *craſtino S. Lucae evangeliſtae.* Ex Matth. Pariſ. in ann.

EODEM anno Johannes Ferentinus, apoſtolicae ſedis legatus, veniens in Angliam, eamque perluſtrans, magnam pecuniae ſummam congeſſit; et tandem apud Radingum in craſtino S. Lucae evangeliſtae, concilium celebravit. Quo facto ſarcinulis cum magna cautela diſpoſitis, et prudenter commendatis, feſtinus viator ad mare perveniens, Angliam a tergo ſalutavit.

Papae Rom.	Sede Cantuar.	[illegible]	[illegible]
INNOCENT. III 9.	vacante	[illegible]	[illegible]

Concilium Londinenſe et Oxonienſe. Ex Annal. Waverl. in ann.

REX Johannes poſt reditum ſuum a tranſmarinis, convocatis epiſcopis, abbatibus et prioribus, comitibus et baronibus, et magnatibus regni, celebravit concilium Londini in octavis Circumciſionis, ibique convenit epiſcopos et abbates, ut permitterent perſonas et beneficiatos eccleſiarum dare regi certam ſummam redituum ſuorum. In quod cum non conſentirent praelati eccleſiarum, data eſt dilatio uſque ad ſequens concilium celebrandum Oxoniae in octavis purificationis beatae Mariae; ibique congregata infinita multitudine praelatorum eccleſiae et magnatum regni, exegit ab epiſcopis et abbatibus, quod prius exegerat ab eis. Sed conſilio inito, omnes tam Cantuarienſis, quam Eboracenſis metropolitae unanimiter reſponderunt, Anglicanam eccleſiam nullo modo ſuſtinere poſſe, quod ab omnibus ſeculis prius fuit inauditum. Rex ergo ſaniori uſus conſilio, exactionem illam penitus relaxavit.

Bullae papales de electione Stephani Langton in archiepiſcopum Cantuar. et aliae literae, ſtatum eccleſiae Anglicanae concernentes.

Innocentii papae III. *bulla priori et conventui Cantuar. de negotio electionis Stephani de Langton in archiepiſcopum Cantuar.* Ex MS. Cott. Cleopat. E. i. fol. 139.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori et conventui Cantuar. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Examinata cauſa, quae inter vos et venerabiles fratres noſtros Cantuar. eccleſiae ſuffraganeos ſuper jure Cantuar. eccleſiae archiepiſcopum eligendi, et ea, quae agebatur inter dilectos filios ſuppriorem veſtrum, et fautores ipſius, ac te, fili prior, et ſocios tuos, necnon et eoſdem ſuffraganeos ſuper electione ſupprioris ejuſdem; de communi fratrum noſtrorum conſilio, exigente juſtitia, vos ab impetitione ſuffraganeorum Cant. eccleſiae ſuper jure Cant. archiepiſcopum eligendi per diffinitivam ſententiam abſolventes, electionem ſupprioris ejuſdem, quam, poſt multas appellationes ad ſedem apoſtolicam rationabiliter interpoſitas, et nonnullis adjectis conditionibus, quae inventae ſunt poſtmodum non extare, non tam celebratam fuiſſe conſtitit, quam praeſumptam, irritam decrevimus et inanem. Volentes autem eccleſiae viduatae conſulere, monachis illis, qui a vobis omnibus, ſi praefati ſupprioris electionem contingeret irritari, poteſtatem acceperant apud ſedem apoſtolicam eligendi paſtorem, injunximus, ut habentes prae oculis ſolum Deum, perſonam idoneam per electionem canonicam ſibi praeficerent in paſtorem. Ipſi ergo licet in principio diſcordaverint aliquibus eorum venerabilem fratrem noſtrum Norwicen. epiſcopum, quibuſdam vero praedictum nominantibus ſuppriorem, noviſſime tamen poſt multas deliberationes in dilectum filium noſtrum magiſtrum Stephanum de Langton, tit. ſancti Chryſogoni preſbyterum cardinalem, virum utique vita, fama, ſcientia, et doctrina pollentem, unanimiter convenerunt, caeteris concordantibus in eundem, eligentes eum a ſede apoſtolica poſtuland. et apud dilectos filios abbatem Belliloci, et et nobilem virum Thomam vicecomitem de

Stafford,

Stafford, et Anfrid militem de Deen. nuncios chariſſimi filii in Chriſto Johannis, Anglorum regis illuſtris, diligenter inſtantes, ut ſuper hoc vice regis aſſenſum regium exhiberent, qui eum exprimere noluerunt: nos autem poſtulationem ipſius et quoad famam et quoad perſonam tam canonicam, quam providam attendentes, eam decrevimus approbandam, reſponſum ipſius nihilominus approbantes. Qui requiſitus ut praeberet aſſenſum poſtulationi, inter caetera ſic reſpondit. Quod cum ipſe ſui juris non ſit, tanquam ſub noſtra poteſtate per omnia conſtitutus, neceſſe habeat noſtrae diſpoſitionis beneplacitum adimplere. Volentes igitur vobis et eccleſiae veſtrae pacem paterna ſolicitudine procurare, praedictum regem apoſtolicis literis rogamus attentius et propenſius exhortamur, quatenus cum in cunctis operibus ſuis ſpecialiter immo praecipue circa memoratam eccleſiam ob reverentiam illius martyris glorioſi, qui privilegium ſpeciale pro ipſa quaſi ſanguine ſuo ſcripſit, non quae ſunt ſua, ſed quae Jeſu Chriſti quaerere debeat; proviſo quod eccleſia tanta, quae quidem et praecipuum apoſtolicae ſedis membrum eſſe dignoſcitur, et ſingularior ſit gemma coronae, diutius jam permanſit aliquibus malignantibus paſtoris ſolatio viduata, poſtulationi jam dictae gratanter impendat, ſeu potius ſe declaret jam impendiſſe conſenſum, ne velle videatur diſpoſitioni contraire fraternae, quae poſt diutinos fletus matris diſſidentium ſchiſmata filiorum concordi patris electione pacavit, de tali pro certo celebrata perſona, quae apud Dominum et homines opere et ſermone illa relucet lampade meritorum, illa morum praeeminet honeſtate, quod niſi neceſſitas relevandi minantem eccleſiae veſtrae ruinam, tam ſolidam apoſtolicae ſedis columnam tranſponere non induceret, haberet utique, in quo ſibi apoſtolica ſedes plurimum indigeret. Suademus etiam manſuetudini regiae obſecrando, ut ſpiritum lenitatis aſſumens, ita ſuper hoc facilem et benevolum ſeſe oſtendat, ut quod de tam ſalubri negotio ceelitus eſt proviſum, debito proſequendo favore, non videatur in hoc velut factum ab alto conſentire, ſed potius ſuam gratiam apponendo, ipſe illud comprobet ſe feciſſe. Non enim in ipſius approbatione ita ſolam utilitatem eccleſiae Cant. attendimus, quin in ea conſideratus plenarie fuerit honor ejus, utpote qui de ipſius regis terra et genere fideli ſibi ducens originem, ſecuturus cum Deo creditur ejus per omnia voluntatem. Proinde regem hortamur eundem, ut reſpiciat diligenter, in hoc ſibi gratiam quoad Deum, et famam quoad homines ſic conſervet, ut qui utramque ſibi clarificaſſe videtur in multis, ita quod in altera magnifice ipſum incepit Deus exaltare, ac in reliqua nomen ſuum in populis magnum ſatis et celebre praedicatur, neutrum in hoc facto poſſit offendere, a quo ipſius gloria noſcitur ex magna parte pendere. Suggerimus inſuper eidem ſereniſſimo principi aperire oculos et videre, quod fortaſſis ſine ſuperni nutus arbitrio non eſt actum, ut eo praecipue tempore Deus ſuus eundem fecerit praeter multorum ſpem in temporalibus proſperari, quo memorata eccleſia viduitatis ſuae damna ploravit, ut per hujuſmodi beneficia ſe cognoſceret admoneri, noluiſſe ſereniſſimum regem ipſum ab occupationibus ejuſdem eccleſiae fore liberum, cum inveniri voluit eum triumphis ſecularibus occupatum; unde debet ſolicite regalis prudentia providere, quatenus ita Deo in eccleſiae pace retribuat, quod ſibi ab eo non ambigit in mundana proſperitate tributum, ut tanto de munere ſuo felicius incepto curſu proficiat, quanto reverentius quaſi pretium propter hoc libertatem eccleſiaſticam ei donat, ne ſi gratiam ob gratiam ſibi factam devotione, quod abſit, congruae gratitudinis non compenſet, non ſolum humana lege de illa quod ob cauſam dediſſe creditur, cauſa non ſecuta, * repetitio Deo competat; unde et exactiſſime rationem de ingratitudine commiſſa requirat. Porro eidem hortationi ſupponimus preces noſtras, ut ad hoc oculum animi ſui volvens, penetrabili timoris Dei ſe mucrone transfigat, ponens ante ſe dictum martyrem, immo ſeipſum in ſede cordis ſui ſtatuens coram ipſo illum deprecantem ſe videat, et ſuam ipſi eccleſiam commendantem tremiſcat, et paveat, et indignum exiſtimet preces ejus pro mercede ſui ſanguinis non admittere, cujus ſpecialiter patrocinio non debet ambigere ſe regnare; quique celebre ſatis antea celebrius deinde fecit ſuo martyrio regnum ejus. Putat enim idem rex impune deſerat domum ſuam malignorum attrectari moleſtiis, qui pro ea ſanguinem ſuum fudit? putat bene merentibus in eadem ſuum ſubtrahat beneficium, qui pro ejus amore mortis pertulit cruciatum? Nunquid ideo ſanguis ejus contra perſecutores ipſius clamare non creditur, quoniam aliquamdiu ipſam perſequi quivis impius occulto Dei judicio ſuſtinetur? An ſine ſui periculo impius eccleſiae libertatem ancillare quis poterit, cujus privilegium ipſe martyr ſuo cruore conſcripſit? Profecto quae utilitas in ſanguine ſuo erit, ſi, quod ejus pretio fuerit emptum, deinde fuerit in opprobrium ſervitutis redactum? Denique apud eundem precibus inculcando praeinſiſtimus, ut pro Deo, pro ipſo martyre, pro noſtro deinde amore in ſerenitate animi preces noſtras intendat, et rogantes ac obſecrantes attentius, quinimo pro munere pretioſo petentes exaudiat, ut poſtulationem praedictam regio proſequendo favore, nos ſecum, et ipſe nobiſcum eccleſiae memoratae, quae graviter ex ſua viduitate in ſpiritualibus et temporalibus eſt collapſa, utiliter ſuccurramus; ſolicitus infra tres menſes poſt ſuſceptionem praeſentium nobis reſcribere, ut idem electus cum plenitudine pontificalis officii dictam gubernaturus eccleſiam, regiis conſpectibus ſe valeat praeſentare. Alioquin quantumcunque regalem magnificentiam ſincerae in Domino charitatis brachiis amplexemur, et ei ſuper hoc deferri ſpecialiter voluerimus, ut et nobis ipſe deferret, in ipſo facto, ſicut canonica depoſcit auctoritas, dante Domino, procedemus. Caveatque ſolicite rex praefatus, ne cujuſquam pravo ſeductus conſilio in

* *repetio* MS.

eam

eam ſe difficultatem inducat, de qua non valeat facile expediri, neve curſum ſuae proſperitatis impediat, qui, diſponente Domino, dirigitur ad majora, cum, ſi prudenter attendat ſupra jus ſuo juri delatum, nec ex his, quae acta ſunt vel gerenda, ullum ſibi velimus aliquando praejudicium generari. Sperantes igitur quod ſi tempus veſtrae viſitationis agnoſcitis, et ad Deum in toto corde veſtro converſi, ad familiare vobis dicti martyris recurrentes patrocinium, ipſe vos piis clamoribus excitatus exaudiet, et ſanguinem ſuum non in vanum pro vobis interpellare oſtendet; univerſitatem veſtram monemus attentius et hortamur, per apoſtolica ſcripta praecipiendo mandantes, quatenus ex eo ſaltem apprehendentes ne quando iraſcatur Dominus diſciplinam, quod ex contentionibus veſtris non ſolum eccleſiae veſtrae quies multipliciter eſt turbata, verum etiam eccleſia pene univerſalis offenſa, cujus profecto generali ſolicitudini tantum nos oportuit nos ſubtrahere, quantum ſpecialiter expediendis veſtris difficultatibus nos decuit deputare. Quanquam occaſione litis inter vos et ſuffraganeos memoratos ſuper eligendi jure ſubortae, ingens ſit vobis adquiſita libertas, omnem zelum amaritudinis et rancoris deponatis, et ad unitatis concordiam redeuntes, non quae veſtra ſunt, ſed quae Jeſu Chriſti ſentiatis unanimiter in idipſum, et in hoc quod de poſtulatione praedicta per Jeſum Chriſtum a vobis omnibus factum eſt, cum ab illis ſic provide celebratum, qui poteſtatem omnium habuerunt conſolidando veſtras per omnia voluntates, corda veſtra ad Deum in humilitate elevetis, apud quem in omni oratione petitiones veſtrae per advocatum noſtrum praedictum glorioſum martyrem innoteſcant, ac in ſolo altiſſimo ſpem ponentes, qui ſi vobiſcum fuerit, non timebitis quid faciat vobis homo; ipſum ſine intermiſſione rogetis, ut per ſuam magnam miſericordiam factum iſtud ita faciat nos perficere, quod ad honorem ſancti nominis ſui, communem ſalutem noſtram, ac perpetuam eccleſiae veſtrae pacem valeat provenire. Quod utique ab ipſo indubitanter obtinere confidimus, ſi a vobis in charitate ac virtute manentibus orationum ſuffragiis adjuvemur. Videte igitur, ne cujuſquam aſtutia vos ſeducat, ne qua diabolica vel humana temptatio vos corrumpat, ſed in unitatis propoſito exiſtentes, plenam fiduciam habeatis, quod imperfectum noſtrum Chriſti perfectione ſupplente, hoc, quod cum ipſo incepimus, per ipſum ad felicem exitum perducemus. Dat. Romae apud ſanctum Petrum 12. cal. Jan. pontificatus noſtri anno nono.

Ejuſdem bulla Johanni, regi Angliae, miſſa, exprobrans ipſius contumaciam in negotio electionis archiepiſcopi Cantuarienſ. * Ibidem fol. 139. b.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Johanni, illuſtri Angliae regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſuper negotio Cantuar. eccleſiae nos tibi ſcripſerimus, humiliter et benigne rogando et exhortando, tu nobis, ut ſalva pace tua loquamur, reſcripſiſti contumaciter et proterve, quaſi comminando et exprobrando; et cum nos tibi ſupra jus deferre curemus, tu nobis etiam ſecundum jus deferre non curas, minus quam decet attendens, quod, etſi tua nobis devotio ſit plurimum neceſſaria, noſtra tamen gratia tibi non parum eſt opportuna. Cumque nos in tali caſu tantum honorem nulli principum detulerimus, quantum tibi, tu noſtro tantum derogare contendis honori, quantum in ſimili caſu nullus principum derogare praeſumpſit, quaſdam frivolas occaſiones praetendens, quibus aſſeris, quod electioni de dilecto filio noſtro Stephano, tit. ſancti Chryſogoni preſbytero cardinali, a monachis Cant. celebratae, non potes praeſtare conſenſum; quia videlicet inter tuos converſatus eſt inimicos, et quia perſona eſt prorſus ignota. Porro ſecundum proverbium Salomonis, fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum, cum intelligamus id ei non eſſe imputandum ad culpam, ſed ad gloriam aſcribendum, quod Pariſius diu vacans, liberalibus ſtudiis in tantum profecit, ut meruerit eſſe doctor non ſolum in liberalibus facultatibus, verum etiam in theologicis diſciplinis, ac per hoc, cum vita concordet doctrinae, dignus habitus eſt praebendam Pariſienſem obtinere; unde mirabile gerimus, ſi vir tanti nominis, de tuo regno ducens originem, tibi potuit eſſe ſaltem quoad famam ignotus, praeſertim cum ſcripſeris illi, poſtquam a nobis extitit in cardinalem promotus, quod licet diſpoſueris eum ad tuae familiaritatis obſequium evocare, gaudebas tamen, quod ad majus erat officium ſublimatus: ſed id potius attendere te decuiſſet, quod in terra tua natus eſt de parentibus tibi fidelibus et devotis, quodque in Eboracen. eccleſia fuerat praebendatus, qui longe major et dignior quam Pariſienſis extitit; unde non ſolum ratione carnis et ſanguinis, verum etiam obtentu eccleſiaſtici beneficii et officii te ac regnum tuum affectu ſincero diligere comprobatus. Nuncii vero tui cauſam aliam nobis expreſſerunt, quare ſibi non poſſis praedictae electioni conſenſum; quia videlicet nunquam fuerat requiſitus ab illis, qui eum a te debuerant poſtulare; aſſerentes, quod literae illae, quibus mandavimus, ut ſuper hoc negotio procuratores idoneos ad nos deſtinares, ad te minime pervenerunt, et monachi Cantuar. quamvis pro aliis negotiis ad tuam praeſentiam acceſſiſſent, pro poſtulando tamen conſenſu nec literas nec nuncios direxere: unde iidem nuncii cum multa nobis inſtantia ſupplicarunt, quatenus ex quo nobis complacuit hanc tibi honorificentiam reſervare, ut monachi Cant. regium poſtularent aſſenſum, quoniam hoc factum non erat, dilationem congruam concedere dignaremur, infra quam poſſet hoc fieri, ne juri tuo contingeret derogari; contra perſonam electi quiddam ad ultimum proponentes, quod cum manifeſtum ſit falſum, oſtium oris claudere debuiſſent, praeſertim cum, ſi etiam verum eſſet, promotionem ipſius jam impedire non poſſet. Licet autem ſuper electionibus apud ſedem apoſtolicam cele-

* Negotium electionis hujus, pro more hac in re alias obſervato, ſub primo vel uno anno collocavimus; ne alias inferendo, ſeries diſtrahatur.

bratis non conſueverit aſſenſus principis expectari; duo tamen monachi fuerant ſpecialiter deputati, ut ad te pro requirendo aſſenſu venirent, qui apud Dovram fuerunt detenti, ut injunctum ſibi mandatum exequi non valerent; et praefatae literae de procuratoribus ad noſtram praeſentiam deſtinandis tuis fuerunt nunciis aſſignatae, ut eas tibi fideliter praeſentarent. Nos quoque, qui ſuper Cant. eccleſiam plenitudinem poteſtatis habemus, regium ſuper hoc per literas noſtras dignati ſumus implorare favorem, et curſor noſter, qui apoſtolicas tibi literas praeſentavit, literas quoque prioris et monachorum, qui ex mandato totius Cant. capituli electionem celebraverant memoratam, ſuper aſſenſu petendo regiae ſublimitati porrexit. Ideoque non vidimus oportere denuo poſt haec omnia regium poſtulare conſenſum, ſed id agere diſpoſuimus, non declinantes ad dextram vel ſiniſtram, quod ſanctorum patrum canonicae ſanctiones ſtatuunt faciendum, ut videlicet nihil morae vel difficultatis rectis diſpoſitionibus afferatur, ne gregi dominico diu deſit cura paſtoris. Quocirca tuae regali prudentiae non ſuggeratur a quoquam, quod aliquatenus valeamus a conſummatione hujus negotii revocari, quoniam cum abſque vi et dolo canonica ſit electio de perſona idonea concorditer celebrata, ſine damno famae ac periculo conſcientiae deſiſtere non poſſemus. Tu ergo fili chariſſime, cujus honori ſupra jus deferre curavimus, ita ſecundum jus noſtro ſtudeas honori deferre, ut gratiam divinam et noſtram uberius merearis; ne forte ſi ſecus egeris, in eam te difficultatem inducas, de qua non facile valeas expediri; cum tandem oporteat eum vincere, cui flectitur omne genu caeleſtium, terreſtrium, et infernorum, cujus nos vices in terris, licet immeriti, exercemus. Ne igitur illorum conſiliis adquieſcas, qui ſemper tuam turbationem deſiderant, ut melius poſſint in aqua turbida piſcari, ſed noſtro beneplacito te committas, quod utique tibi cedet ad laudem, et gloriam, et honorem, quia non eſſet tibi tutum in hac cauſa Deo et eccleſiae repugnare, pro qua beatus Thomas, martyr et pontifex glorioſus, ſanguinem ſuum recenter effudit. Praeſertim ex quo pater et frater tuus clarae memoriae, tunc reges Anglorum, in manibus legatorum apoſtolicae ſedis illam pravam conſuetudinem abjurarunt; nos autem, ſi nobis humiliter adquieveris, ſufficienter tibi et ſucceſſoribus tuis providere curabimus, ne ſuper hoc valeat vobis praejudicium generari. Dat. Laterani 7. cal. Junii, pontificatus noſtri anno decimo.

Alia ejuſdem bulla ſuffraganeis Cantuar. eccleſiae de conſecratione Stephani archiepiſcopi, ipſiuſque in Angliam abitu. Ibidem fol. 140. a.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum, etc. Cantuar. eccleſiae ſuffraganeis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Poſt diuturnum fletum, in quo diu ſederat Cant. eccleſia, proprio deſtituta paſtore, lachrymas ſuas Dominus ex alto proſpexit, venerabilem fratrem noſtrum Stephanum, Cant. archiepiſcopum, ſanctae Romanae eccleſiae cardinalem, vobis in pontificem providendo, quem vita, fama, ſcientiaque praeclarum tanto cognovimus merito praeeminere, quod niſi vocationi divinae reſiſtere timeremus, moleſtiſſimum nobis fuiſſet ipſum a noſtro latere ſeparare; ut qui quaſi nobiſcum hactenus univerſali praefuerat eccleſiae, ſecundum vocationem ipſam Cantuar. eccleſiae ſpecialiter praeferatur. Cum igitur eum nuper propriis manibus curaverimus conſecrari, ac pallio de corpore beati Petri ſumpto, inſigni videlicet plenitudinis pontificalis officii ſibi dato, ipſum ad eccleſiam memoratam decrevimus, dante Domino, tranſmittendum. Fraternitatem veſtram monemus attentius et hortamur, per apoſtolica ſcripta vobis praecipiendo mandantes, quatenus eidem amodo tanquam archiepiſcopo veſtro in omnibus, et per omnia intendentes, providis mandatis ejus pareatis humiliter et devote. Dat. Viterb. 8. cal. Junii, pontificatus noſtri anno decimo.

Stephani, archiepiſcopi Cantuar. epiſtola ſuffraganeis de electione ſua in archiepiſcopum. Ibidem fol. 140. a.

Stephanus, Dei gratia Cantuar. archiepiſcopus, totius Angliae primas, ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, venerabilibus in Chriſto fratribus Cant. eccleſiae ſuffraganeis ſalutem et devotam in Domino charitatem. In ſpeculae paſtoralis eminentia, licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti, injunctum nobis officium tanto amplius formidamus, quanto paſtorum deſidiam graviori ſententia novimus feriendam; unde non immerito ſedens in ſpecula ponere ſibi jubetur amara, quia de manibus ſpeculantis, ſi negligens fuerit, vel inſipiens, ſanguis perditarum requiritur animarum. Cum in frontibus juſtorum ſignaretur "Thau," et non ſignati peracti juberentur, a ſanctis initium ſumebatur, quia praelatorum tranſgreſſio prae caeteris punietur, cum peccante populo Dominus principes patibulis praecepit addici, praelatos eccleſiarum exemplo terruit, quos praeter delicta propria, accuſant etiam aliena; et qui genealogiae ſuae ſcripturam oſtendere non valentes, ſacerdotium nihilominus uſurpabant, tanto leguntur officio deſtituti. Nos igitur tantis patribus ſuccedentes, quibus vitae merito quaſi congregationi ſpirituali tenemur eſſe conjuncti, cum hujus genealogiae ſcripturam, bonorum ſcilicet operum praerogativam nullatenus habeamus, ne tanto ſacerdotio cenſeamur indigni, admodum formidamus. Quid plura? Innumera nos terrent exempla, ſingula pene ſcripturae verba nobis incutiunt timorem, et mentem noſtram ſpirituali quodam mucrone tranſfigunt. Hujus timoris aculeum ſentientes, cum electionem Cant. de nobis audivimus celebratam, infirmitatem noſtram in ſinu noſtro non abſcondimus, ſed alium ad tantae dignitatis regimen magis idoneum nominatim expreſſimus, ſalvatoris noſtri veſtigiis inhaerentes, et ejus exemplo tranſlationem calicis modeſte, ſicut decuit, poſtulantes, merito honorem tanti oneris conferentes calici paſſionis. Verum excuſatio noſtra non fuit admiſſa, ut non fieret a nobis voluntas propria, ſed de nobis potius aliena. Imperfectum igitur noſtrum intuentes, et ante fraternitatis veſtrae oculos ſtatuentes, humiliter prudentiam

dentiam veſtram nobis in ſubſidium caelitus deputatam, duximus attentius exorandam, ut onus nobis impoſitum fraternae charitatis ſtudio ſupportetis, ut juxta apoſtolum veſtra abundantia ſit nobis ſpiritualis inopiae ſupplementum. Confitemur quidem, et bene credimus inter vos eſſe nonnullos, qui meritorum ratione penſata, deberent nobis praeeſſe potius quam ſubeſſe; ſed veſtra novit diſcretio, quod fraternae voluntatis arbitrium, licet occultum, humiliter eſt venerandum, non ſuperbe vel pertinaciter arguendum. Divinae igitur diſpoſitioni grato concurrentes aſſenſu, miniſterii noſtri adjutores exiſtite, et ut ex re nomen habere probemini, ſicut eſtis Cant. eccleſiae ſuffraganei, ita veſtra ſtudeat charitas ei votis omnibus efficaciter ſuffragari. Valete.

Innocentii papae III. *bulla epiſcopis Angliae miſſa, rogans eos, ut Johannis, regis Angliae, ſacerem Stephanum, archiep. Cant. conſiliarium; et minans Angliae regno interdictum ſi ei reſiſteret.* Ibid. fol. 140. a.

Willielmus London. E. Elien. M. Wigorn. Dei gratia epiſcopi, dilectis in Chriſto decano et capitulo et archidiacono Lincoln. eccleſiae ſalutem in domino. Mandatum domini papae in haec verba ſuſcepimus:

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, etc. venerabilibus fratribus London. Elien. Wigorn. epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Illius teſtimonium invocamus, qui teſtis eſt in caelo fidelis, quod chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Johannem, regem Anglorum illuſtrem, ſinceriſſima ſemper charitate dilexerimus; et uſque adeo erga ipſum exuberavit noſtrae gratiae plenitudo, quod plurimi principum in devotione ſacroſanctae Romanae eccleſiae non ſolum minus ferventes extiterunt, ſed quidam facti ſunt etiam indevoti; ſi quando enim in eum vel regnum ſuum fragor turbationis invaluit, ſedes apoſtolica, pia geſtans viſcera, circa eum, potenter ipſum adjuvit, et in multorum invidiam a multis anguſtiis relevavit. Verum, quod dolentes referimus, uſque adeo gratiae noſtrae ſe reddit ingratum, ut nequaquam videamur eum beneficiis attraxiſſe, ſed injuriis provocaſſe, cum noſtris, imo Dei diſpoſitionibus ſe opponens, ea minus ſano ductus conſilio non formidet incipere, quae in ejus poſſunt grave periculum redundare. Quae vero ſint illa, non credimus exprimenda, cum vobis ſint magis nota quam nobis; verum quamvis devotionem ipſius regis valde nobis neceſſariam reputemus, non minus tamen ſed forſitan longe amplius aeſtimare poteſt, et debet noſtram ſibi gratiam opportunam, quemadmodum evidentius, ſi bene recolit, jam percepit. Sed ipſe immemor horum omnium juriſdictionem noſtram non ſolum impedire, verum etiam evacuare conatur, licet nos ſuam nunquam minuere, ſed ſemper ſtuduerimus defenſare: illudque potius deberet attendere, quod principes illi, qui libertatem eccleſiaſticam impugnando indebitam ſibi ſuper eccleſias conati ſunt arripere poteſtatem, divino judicio pene penitus defecerunt. Qui vero ſanctam eccleſiam in ſua libertate fovendo digno venerantur honore, de bono ſemper in melius proſperantur. Caeterum ad quem finem ex incepta poſſit perſecutione venire, nequaquam attendit, quia ſi finem prudenter attenderet, ab incepto proculdubio declinaret, cum praeter divinam offenſam, niſi quantocyus reſipuerit, gravem ſit incurſurus jacturam, quia durum eſt ei contra ſtimulum calcitrare. Abſit enim, ut in tam iniquo propoſito populus Anglicanus, qui vere chriſtianus exiſtit, et relator fidei orthodoxae, contra regem caeleſtem ſequatur terrenum, temporalia ſpiritualibus praeferendo, cum non ſolum clerici, ſed et laici tantae diſcretionis et devotionis exiſtant, ut norint et velint diſtinguere inter illa, quae reddenda ſunt Caeſari, et ea, quae reddenda ſunt Deo. Cum igitur honori ſuo pariter et ſaluti vix credimus hoc tempore poſſe utilius providere, quam ut Cant. eccleſia talem pontificem habeat, qui fama, ſcientia, et vita praeclarus, ad ea, quae Dei ſunt, cum documentis provocare valeat et exemplis, ac tota ſibi mentis affectione cohaerens, ſanum ei conſilium circa ſpirituales et temporales utilitates intendat; quoniam haec in venerabili fratre noſtro Stephano, Cant. archiepiſcopo, ſanctae Romanae eccleſiae cardinali, novimus convenire, licet moleſtiſſimum nobis eſſet eum a noſtro latere ſeparare, ut qui quaſi nobiſcum hactenus univerſali praefuerat eccleſiae, ſecundum vocationem de ipſo factam Cantuar. eccleſiae ſpecialiter praeferretur; quia tamen utilitati ejuſdem regis ſuaeque ſaluti deſideramus conſulere, ac ipſius profectibus intendimus providere, archiepiſcopum ipſum a conventu Cant. eccleſiae canonice poſtulatum pariter et electum, noſtris manibus conſecravimus, et pallio de corpore beati Petri ſumpto, inſigni videlicet plenitudinis pontificalis officii ſibi dato, ad regimen eccleſiae ſibi commiſſae duximus deſtinandum. Quamvis igitur regem ipſum, ut in teſtimonio Dei loquamur, ſinceriſſime diligamus, et ipſius honori deſideremus deferre; quia tamen Deo magis quam hominibus deferre nos convenit, et in executione juſtitiae non debet eſſe perſonarum acceptio vel delectus; fraternitatem veſtram monemus attentius et hortamur, per apoſtolica ſcripta diſtricte praecipiendo mandantes, quatenus diligentius attendentes quod juxta ſententiam ſapientis "Qui arguunt laudabuntur, et ſuper eos veniet benedictio," induti virtute Spiritus ex alto, et aſſumentes gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei, regem ipſum pariter adeatis, eumque in ſpiritu libertatis reverenter ut regem hortemini, et diligenter ut filium inducatis, quatenus animabus ſalutem, quietem populis, honorem Deo, et eccleſiae providens libertatem, ſanis conſiliis adquieſcat, et praefato archiepiſcopo, quem, quicquid ſiniſtra de ipſo fuerit ſibi detractione ſuggeſtum, fidelem ei novimus et devotum, dignam reverentiam et debitum honorem impendens, et cognoſcens hoc factum non tam ab homine quam a Deo, diſpoſitioni divinae prompto favore conſentiat, ut idem archiepiſcopus ſincere ſibi devotione cohaerens, circa gregem ſibi commiſſum a Domino ſuum efficaciter valeat officium exercere. Alioquin omni mundano timore poſtpoſito, ac remoto cujuſlibet [illegible]

culo, per totam Angliam generalem interdicti ſententiam proferatis; nullum ibi, praeter parvulorum baptiſma, et poenitentias morientium, eccleſiaſticum permittentes officium celebrari, quam et vos plenius obſervetis, et faciatis ab omnibus per cenſuram eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari. Scituri pro certo, quod ſi qui forſitan, quod non credimus, contumaci ſpiritu praeſumpſerint obviare, ſic eorum curabimus praeſumptionem corrigere, quod terrore ad poſteros derivato, talis non tranſibit inſolentia in exemplum, ſed eorum correctio terrere poterit univerſos. Quodſi nec ſic vexatio ipſi regi dederit intellectum, quia pater filium, quem diligit, corripit, et Deus, quos amat, arguit et caſtigat; manus noſtras in eum curabimus aggravare, ut ſic demum medicinali manu ſanatus, in gratiarum nobis actiones aſſurgat. Illos autem, qui caput ejus oleo peccatoris impinguant, foventes illum in malo, tanquam adulatores deſpiciat, et velut corruptores expellat. Nos quoque, qui talium corruptelas non penitus ignoramus, pro meritis eorum ſibi curabimus, auctore Domino, reſpondere. Tales igitur in hujus executione mandati vos exhibere curetis, quod Deum magis quam hominem comprobemini revereri; nec ſitis ex illis, qui canes muti ſunt, non valentes latrare. Quodſi non omnes hiis exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. Viterbii 6. cal. Septembris, pontificatus noſtri anno decimo.

Epiſtola Stephani, Cantuar. archiepiſcopi, epiſcopis et amicis, etc. in Anglia, conquerens de tribulationibus eccleſiae Anglicanae, et exhortans eos ad pacem et ad evitandum ſchiſma in eccleſia. Ex MS. Cott. Cleop. E. I. fol. 140. b. ſeq.

Stephanus, Dei gratia Cant. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſacroſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, dilectiſſimis in Chriſto fratribus, filiis, et amicis, et univerſis Chriſti fidelibus in regno Angliae conſtitutis, ſalutem, et gratiam, et benedictionem. Cum ſancta Dei eccleſia nunquam careat tribulationibus et preſſuris, habet tamen aliquando callidos oppreſſores, qui inique quidem agunt, ſed caute tamen ſimulant in ſuis operibus aequitatem. Hii matrem eccleſiam ſaltem in aliquo reverentur, dum videri volunt ejus ſanctionibus obedire. Eccleſia vero Anglicana tam miſerabiliter cecidit in deriſum, quod ei nihil reverentiae exhibetur, quoniam ſine reprehenſione peccantium libere conculcatur, et qui hujus nequitiae ſunt miniſtri, magis de manifeſtatione injuriarum, quam de ipſis injuriis gloriantur, acſi non res aut perſonas, ſed magis bonum nomen et doctrinam eccleſiae impugnarent. Ne igitur per ignorantiam aliquid omittatis, quod nobis tanquam paſtori veſtro debeat imputari, vobis in Chriſto chariſſimis affectione ſincera diligentius praemonſtramus, qualis ſit praeſens perſecutio; quae etiam pericula temporalia et aeterna toti regno immineant evidenter, niſi manus crudelium maturius revocentur. Sane ſcitis quod dominus rex contra perſonam noſtram, qui a juventute noſtra ei devoti fuimus et fideles, et regimen Cant. eccleſiae de mandato ſupprioris ſuſcepimus, nullam habet adverſus nos penitus actionem, immo cum orta ſit haec tempeſtas occaſione quarundam libertatum glorioſi martyris, patris et praedeceſſoris noſtri, ſanguine defenſarum, et pro ſatisfactione mortis ſuae poſtmodum curatarum, non nos immo ipſe in nobis potius infeſtatur; immo ipſe martyr verius quam nos exulare videtur: proprie enim eſt veri paſtoris exilium non a loco, non a poſſeſſionibus aut reditibus, ſed a commiſſo grege ſeparatio violenta. Grex autem beati Thomae peculiaris, ſcilicet conventus monachorum Cant. ab ipſo crudeliter ſeparatur, unde beatus Thomas nunc proculdubio eſt proſcriptus, non eo quidem modo, quo fuit dum viveret, ſed converſo; tunc enim ipſe a loco gregis, nunc grex a loco ejus lachrymabiliter eſt expulſus. Veſtrae itaque ſalutis intuitu advertatis, quod Dominus, qui ſanguinem martyris incepit evidentius vindicare, cauſam et ſtatum ipſius reducit ante veſtros oculos iterato, ut probet ex caſu praeſenti, utrum venerabile regnum Angliae ſit ſufficienter de peccato martyrii caſtigatum; ſi enim fuerit, a martyris iterata perſecutione deſiſtet, et tunc regnum ſperare poterit, quod ad honorem priſtinum reſtaurabitur, a quo creditur in vindictam effuſi ſanguinis cecidiſſe, et haec poteſtis exemplo notiſſimo conjectare. Quid enim egit pretioſus et propitius ille martyr, cum dominus noſter illuſtris rex Anglorum Henricus bonae memoriae, ad pacem ejus rediit poenitens et confitens, nonne fortiſſimis vallatus hoſtibus ſtatim undique triumphavit? Et ſi libertates Cant. eccleſiae uſque ad diem hanc fuiſſent, ſicut juratae fuerant, obſervatae, non eſſet regnum Angliae a ſtatu poteſtatis ſolitae diminutum. Sed adhuc potens eſt Dominus omnia poenitentibus reſarcire. Verum non poenitet, qui in peccata ſua vel alterius recidivat. Si vero liberaliſſimum olim regnum Angliae non abhorret perſecutionem martyris iterare, probabile eſt, quod Dominus verbera ſua proſequens, eam partem regni, quae adhuc a flagellis videtur eſſe libera, aſperius, quam nobis aut vobis expediat, viſitabit. Dominus enim miſericors eſt et juſtus, et ſicut flagella de miſericordia remittuntur poenitenti; ita ſuper pertinaces de juſtitia congregantur. Imperator Fredericus, ſui temporis potentiſſimus, potenter ſacroſanctam eccleſiam impugnarat, cui tandem exhauſtis viribus obedivit; quia vero nocendi deſiderium non amiſit, in ſe Dei juſtitiam provocavit, unde in modico aquae, ubi puer ſeptennis vadare poterat, eſt ſubmerſus. Quid igitur fiet, ſi quondam Deo devotiſſimum regnum Anglorum, nec manum velit nec animum cohibere; immo impudentius peccare apponat? vere impudentius, quia tam beati Thomae nunquam fuit adeo manifeſta, ut eſt illa, quam in nobis ſancta eccleſia nunc contuetur [perſecutio]. Beatus enim Thomas, quod forſitan ignoratis, Cant. archiepiſcopatum in exilii ſui principio reſignavit, et ſanctiſſimus papa piae memoriae Alexander, tanquam habens plenitudinem poteſtatis, dum idem archiepiſcopatus vacaſſet per dies aliquot, ipſum ei contulit praeter regis aſſenſum et electionem

ctionem quamlibet monachorum. Igitur vir Dei archiepiſcopatum cum conſcientia ſaniori recipiens, peracta quinquenni poenitentia ad martyrium properavit. Inter haec omnia nunquam illuſtris rex Anglorum Henricus bonae memoriae ipſum eſſe Cant. archiepiſcopum denegavit, et tamen cum aliqua excuſatione tunc reſtitiſſe poterat papae Alexandro, quoniam tunc ſchiſma erat, et alius quidam dicebat ſe in ſede apoſtolica jus habere. Nonne itaque gravius nunc eſt peccatum, cum ſcilicet divinae diſpoſitioni reſiſtitur, quam conſtat per electionem monachorum Cantuar. aſſenſu domini regis etiam requiſito, et domino apoſtolico * in unitate eccleſiae approbante, circa nos canonice conſummatam? Praeterea tunc non apparuerat experimento vel familiari exemplo, quam periculoſum eſſet Cant. eccleſiam infeſtare; nunc vero per vindictam, quam in regni diminutionem ſentitis, ſatis evidenter commonemini, ne contra eandem eccleſiam iterum offendatis? Quid igitur timere poſſunt, qui poſt hanc divinam comminationem ‡ tam aſperam tam expreſſam fuerint contumaces, et poſt commonitionem domini papae et noſtram in contumacia pertinaces? Quare timendum eſt, immo ſciendum, quod creſcente contumacia creſcit et poena. Certe timendum eſt id, quod Dominus per Salomonem dicit, "Juſtitia gentem elevat, miſeros facit populos peccatum." Et alibi; "Qui maledicit patri et matri, lucerna ejus extinguetur in aeternum." Quod ſine dubio de patre et matre ſpirituali, id eſt, praelato et eccleſia intelligitur. Certe timendum eſt, ne ſuper vos veniat, quod per Salomonem Dominus comminatur. Qui offendit patrem et fugit matrem, ignominioſus eſt et infelix. Pater ſiquidem veſter, ſcilicet ipſe martyr, offenditur, impudenter, cum ſucceſſor ipſius et ſpeciales ejus filii proſcribuntur, cum corpus et locus ipſius a viris ſanguinum obſidetur, qui cum ſanguinem martyris non poſſunt iterato fundere, faciunt id, quod poſſunt, proventum ſanguinis auferentes, oblationes ſcilicet, quae ad tumulum martyris afferuntur, acſi ſibi jus in fuſo ſanguine vendicarent, eo quod ipſum ſui conſimiles effuderunt. Sed addiſcant ab eiſdem flagitioſis, qui martyrem percuſſerunt, cautius operari, attendentes, quod eorum memoria, quae quandoque in regno Angliae fuit celeberrima, jam quaſi cum ſonitu eſt deleta. Matrem etiam ſuam fugiunt, qui ſanctam eccleſiam derelinquunt, non quidem ligna vel conjunctos lapides cum caemento, ſed mandata eccleſiae, et doctrinam, qua magis oportet Deo quam hominibus obedire; ſed hii, quicunque tales fuerint, juxta praedictum Salomonis proverbium, erunt ignominioſi et nihilominus infelices; ignominioſi quidem temporaliter, et aeternaliter infelices. Non credatis, dilectiſſimi, quod haec vobis ad improperium exponamus; immo magis ut praeveniatis opprobrium ſempiternum, quod niſi Dominus avertat, nobis et vobis imminet, ut videtur. Ab annis enim teneris tam tenere regnum noſtrum amore dileximus naturali, quod per compaſſionem portavimus caſus regni proſperos et adverſos. Nunc etiam tam intime vobis condolemus, et compatimur, quod poenam, quam vobis infligimus, animo ſuſtinemus, acſi ſocii fuiſſemus in culpa; unde timere poſſumus ne amor patriae nos quodam modo acceptores faciat perſonarum, ne videlicet mala noſtrae gentis videamus tam inviti, quod minus plene injurias ſanctae eccleſiae vindicemus. Veruntamen quantumcunque perſonas hominum acceptemus, quantumcunque in veſtro gravamine puniamur, tandem oportebit ut poena canonica imponatur, et ſecundum quod malitia peccantum exegerit, aggravetur. Hanc vero poenam tanto ſtudioſius obſecramus, petimus, et ſperamus celeri poenitentia praeveniri, quanto a propinquiori damna importabilia proſpicimus imminere. Quoniam tamen dies mali ſunt, et pejores, ut creditur, appropinquant, ſerenitatem veſtram affectuoſe nitimur informare, ut inter difficultates praeſentes, viam veritatis ſalubriter teneatis. Inprimis igitur monemus attentius, ne quis veſtrum malitiae ſit executor, conſiliarius, aut miniſter. Secundum enim leges humanas in atrocioribus etiam ſervus domino non tenetur, nedum vos qui cordis et conditionis profitemini libertatem. Idem etiam manifeſto comprobatur exemplo. Quicunque inter vos aliis praeſidere noſcuntur, ſalva fide domini regis, eorum hominium receperunt, quem ſi forte pro voluntate aut praecepto dominorum inferiorum infringerent, proditores et perfidi haberentur. Ita etiam dominis temporalibus regibus ſive aliis promittenda eſt fidelitas aut juranda, videlicet ſalva fide Domini ſuperioris, ſcilicet Regis aeterni, qui eſt Rex regum, et Dominus dominantium. Unde quaecunque regi temporali in Regis aeterni praejudicium impenduntur, proditorie proculdubio perpetrantur. Ideoque, filii dilectiſſimi, ſtatuit ſancta eccleſia, cum rebellis aliquis perdurat in ſchiſmate, ut homines ſui a fidelitate ei debita per juſtiſſimam talionem abſolvantur, ut videlicet ſicut ipſe ſchiſmaticus Domino aeterno fidelitatem ſuorum conatus ſubtrahere, ita ei ſuorum fidelitas auferatur. Utinam autem dilectiſſimum nobis regnum Angliae, quod in praeterito ſenſiſſe videtur hujus aequitatis effectum, celeri poenitentia praeveniat, ne hoc idem judicium circa ipſum clam vel palam in proximo iteretur. Teſtis enim nobis eſt Deus, quod nihil magis inter temporalia formidamus, quam quod domino regi pro hoc facto fides in neceſſitatis tempore non ſervetur; quam quia ei ſervari deſideramus, tota intentione volumus procurare, ut ipſe a fide Chriſti, et ab unitate eccleſiae non recedat. Item obſecramus et rogamus in Domino Jeſu, ne quis veſtrum praeſenti perſecutioni aliquo modo conſentire praeſumat, quoniam conſentientes et agentes par poena conſtringit. Conſentiens autem intelligitur, quicunque male agentibus conſilium, aut patrocinium, aut defenſionem aliquam impertitur; nec a conſentiente diſtinguitur qui congaudet, aut mala facta diſſimulat, cum ea poſſit in

* *vel nutante vel eccleſia approbante* variantes lectiones loco ſuperadduntur in MS.
‡ *vel commonitionem* ſuperadditur in MS.

1

toto vel in parte rationabiliter impedire. Et quis veſtrum eſt, qui in aliquo prodeſſe non poteſt? Quoniam qui non poſſunt recta fronte principi abjurare, poſſunt tamen ipſum ſalubriter commonere, et diſſipare conſilia malignantium, et diminuere maleficia, quae non poterunt penitus annullare, familiares, ſubditos, et amicos a conſenſu nequitiae modo quolibet revocando. Filii chariſſimi, qui praediti eſtis officio militari, recolite quod ipſius inſignia ab eccleſia recepiſtis, ut videlicet per veſtros gladios, et per noſtros eadem eccleſia tutaretur. Si autem poteſt cum minori periculo quam armorum certamine defenſari, ſcilicet fideli conſilio et admonitione devota, juſtum eſt, ut unuſquiſque veſtrum eam promptius tueatur. Nos autem vice verſa parati ſumus jura veſtra tam prompta ſolicitudine conſervare, quod nihil quoad poterimus deperibit. Non enim, ut quidam vobis mendaciter ſuggeſſerunt, patronatus eccleſiarum et jus praeſentandi vobis intendit auferre Cant. eccleſia, aut Romana, immo hoc jus veſtrum in facie eccleſiae profitemur, nec alia intentione onus nobis impoſitum recepimus, quam ut ſalutem domini regis et regni fideliter procuremus. Haec eſt, filii dilectiſſimi, ſalus veſtra, ſi inobedientiae vel contumaciae contra Deum et ſanctam eccleſiam conſenſeritis, poenitere, et, ut alii idem faciant, laborare. Quodſi labor veſter fuerit inefficax, ſed tamen fidelis, ſecure, et cum ſana conſcientia interdictum, ſive quamcunque poenam ſancta eccleſia ſtatuerit, expectate; ſcientes, quod aeque meritorium erit vobis divinis obſequiis carere pro juſtitio,* matri veſtrae collugentes, ut eiſdem opportuno tempore intereſſe. Ne vero videamur haec in domin iregis et coronae ſuae dixiſſe praejudicium, oremus omnes Deum pariter et Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut omnes hoſtes domini regis, et regni, et eos, qui humiliationem eorum deſiderant, pie conterat aut convertat. Ei quoque inſuper eam voluntatem inſpiret, quae ſibi et regno magis debeat eſſe opportuna. De nobis etiam ad ſalutem animae noſtrae et honorem eccleſiae ſuae diſponat, ita videlicet, ut ſacerdotium noſtrum cito deficiat, ſi non ſit ſubditis profuturum. Pro vobis etiam flagitemus, ut vos talibus monitis pareatis, quae cum pie fuerint adimpleta, temporalem vobis ſalutem afferant et aeternam. Valete.

Literae Stephani, archiepiſc. Cantuar. epiſcopo London. auctoritatem in dioeceſi Cantuar. concedentis. Ibidem fol. 141. b.

Stephanus, permiſſione divina Cant. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſacroſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, venerabili in Chriſtro fratri et obedientiae filio ſpirituali W. Dei gratia London. epiſcopo, ſalutem et ſinceram in Domino charitatem. Ad aures noſtras lachrymabili narratione pervenit, quod Cant. eccleſia, quae quondam inter omnes occidentales praecipua veneratione claruit, nuper in deriſum cecidit ſingularem. Audivimus enim, quod proſcriptis ſpiritualibus filiis glorioſi martyris, corpus ejus et eccleſia Chriſti a viris ſanguinum obſidentur, monachis quibuſdam aliarum domorum ad celebrandum in noſtrum et ejuſdem eccleſiae praejudicium introductis. Locus etiam ille ſanctus tam enormiter a quibuſdam ſatellitibus profanatur, quod etiam ea capiunt, quae ad tumulum martyris offeruntur, proventum ſanguinis, quia ſunt viri ſanguinum, vendicantes. Ne ergo lupus in greges ovium libere debacchetur, et princeps provinciarum fiat libere ſub tributo; fraternitatem veſtram, de qua ſpecialem fiduciam reportamus, tota attentione obſecramus in Domino, et rogamus, ut vos una cum coepiſcopis veſtris Cant. eccleſiae ſuffraganeis, tanto vigilantius ſtudeatis molimina perſequentium impedire, quanto a propinquiori videtis opprobrium importabile ipſis perſequentibus imminere. Quod quidem in propria perſona devotiſſime faceremus, ſi nobis ad eandem eccleſiam liber patuiſſet acceſſus; verum quoniam multipliciter praepedimur, quominus officium noſtrum praeſentialiter et perſonaliter exequamur, ne conſenſus noſter aut conſilium in eccleſiae perniciem expectetur, ſerenitati veſtrae duximus intimandum, quod ſi injuriarum et oppreſſionum, quae Cant. eccleſiae crudeliter irrogantur, modum et qualitatem certiſſime noviſſemus, debita commonitione praemiſſa, ultioni canonicae nullatenus deeſſemus. Sed quia, niſi judici de facto liqueat, jus non eſt in expedito, ſicut per abſentiam noſtram ſcire non poſſumus quantitatem criminum, ita neceſſario ignoramus, quae poena ſit delinquentibus imponenda; ideoque de diſcretione veſtra vehementiſſime praeſumentes, qui rei veritatem plenius didiciſtis, quod omnia rite et provide diſponetis, auctoritatem praeſtamus pariter et aſſenſum his, quae pro compaſſione Cant. eccleſiae circa dioeceſes noſtras ſtatueritis obſervanda, et vices noſtras in his, quae ad nos, nullo epiſcopo mediante, pertinent, ſtrenuitati veſtrae committimus confidenter, ut in dioeceſi noſtra, et in eccleſiis, quae dicunt ſe ab archidiaconis et ſuffraganeis noſtris exemptas, ad nos ſpecialiter pertinentes, illud auctoritate noſtra faciatis ſine diminutione qualibet obſervari, quod iidem ſuffraganei circa dioeceſes ſuas decreverint ſtatuendum: poteſtatem etiam, quae ad noſtrum pertinet miniſterium, auctoritate praeſentium vobis damus, univerſos nobis ſubditos, ſi qui cenſurae eccleſiaſticae obviaverint, coercendi; ſi qui vero ſpiritualibus ad Cant. archiepiſcopatum pertinentibus ſe praeter noſtrum aſſenſum immiſcuerint, ſi poſt primam commonitionem continue non deſiſtant, excommunicationi ſe noverint ſubjacere, et vos eos excommunicatos denunciari faciatis, et ab omnibus arctius evitari, eorum nobis abſolutione et taxatione poenitentiae reſervata: perſonis eccleſiaſticis nihilominus ſub poena anathematis inhibentes, ne talibus, qui in eorum regimen ſe intrudunt, in aliquo pareant aut intendant. Adhaec appellationes ad nos factas, correctiones, et defenſiones ſubditorum noſtrorum vobis committimus generaliter, magnis tamen cauſis et arduis nobis aut nuncio noſtro, quem ad hoc miſerimus, reſervatis. Veſtram igitur dilectionem, frater dilectiſſime, attentius exoramus, nihilominus in virtute obedientiae injungentes, quatenus noctem praeſentis caliginis attendentes, diligentes

* MS. ſic.

ligentes vigilias ſuper gregem noſtrum et veſtrum, ſecundum quod praeſcripſimus, faciatis, ea, quae vobis committimus, plenarie proſequentes; ita quod in omnibus ſedis apoſtolicae ſalvetur reverentia, ut praeter mercedem aeternam, quae a Domino vobis ad extremae neceſſitatis tempora reſervatur, nos vobis ad devotionem perpetuam temporaliter obligemur. Univerſis autem Cant. eccleſiae ſubditis per alias patentes literas mandaſſemus, ut vobis in praemiſſis promptius obedirent, niſi quia literarum multitudo, quae pro nobis faciunt, non ſine periculo circumfertur; ideo volumus, et eis diſtricte praecipimus, ut praeſens ſcriptum, cui ſigillum noſtrum appendimus, vobis ſufficiat ad datae teſtimonium poteſtatis. Valete.

Bulla Innocentii papae III. *exhortantis epiſcopos Angliae et Walliae ad obedientiam Stephano, Cantuar. archiepiſcopo, praeſtandam.* Ibidem fol. 141. b.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus epiſcopis per Angliam et Walliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quanquam virtus obedientiae magna ſit propter bona, quae ſequuntur ex ipſa, mala tamen, quae de contraria ſibi conſtat inobedientia praevenire, quodammodo magnificare videntur eandem; cum ſicut collatio boni malum deterius decolorat, ita plerumque malum bono collatum, aliquid ei laudis adjungat. Inobedientia quippe de paradiſo protoplaſtum ejecit, cui demum Chriſti obedientia, qui uſque ad mortem pro nobis factus eſt obediens, formam ſervi accipiendo, ſubvenit. Denique Chore natos, qui Moyſi mandatis pertinaciter reſtiterunt, aperta tellus vivos abſorpſit; filioſque ſacerdotis Heli, qui paterna monita contemnendo errorem ſuum corrigere neglexerunt, Philiſtinorum gladius interemit. Abrahae vero " Per memetipſum," inquit, " juravit Dominus, quia obediſti voci meae, tuo unigenito non parcendo, benedicam tibi, et multiplicabo ſemen tuum ut ſtellas caeli, et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes." Puella quoque Rebecca, dum in adaquandis camelis humiliter obedivit, receptis inauribus et armillis, Iſaac meruit conjugio copulari. Caeterum ex ſermone, quem propheta loquitur ad populum contumacem, oſtenditur, quid poſſit obediendo quiſquam, vel non obediendo mereri: " Si volueritis," inquit, " et audieritis me, optima terrae comedetis; quodſi nolueritis, et me ad iracundiam provocabitis, vos gladius devorabit." Samuel etiam dixiſſe legitur ad Saulum, " Nunquid vult Dominus holocauſta, et victimas, et non potius ut voci obediatur ipſius; obedientia enim melior eſt quam victimae, et auſcultare magis, quam adipem arietum immolare. Quia quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, et quaſi ſcelus idololatriae adquieſcere nolle." Ne igitur in vitium inobedientiae incidatis, virtutem obedientiae vos oportet fortiter retinere, qui necdum mandato ad hoc ſpeciali compulſi, ſed pro debito paſtoralis officii voluntarii defendere tenemini eccleſiaſticam libertatem, et murum pro domo Domini vos opponere aſcendentibus ex adverſo; ne ſi verbum Domini in ore veſtro fuerit alligatum, et tanquam canes muti latrare non volueritis, ſeu potius nolueritis, ex illis effici videamini, de quibus dicitur per prophetam, " Filii Effrem intendentes arcum et mittentes ſagittas ſuas, converſi ſunt in die belli." Pro juſtitia quippe pugnare non eſt vobis aliquatenus formidandum, quia " Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitae." Si qua ergo vobis immineat adverſitas propter ipſam, gaudendum eſt vobis potius quam triſtandum; apoſtolorum exemplo, qui, teſte ſcriptura, " Gaudentes ibant a conſpectu concilii, quoniam digni ſunt habiti contumeliam pro nomine Jeſu pati." Cum glorioſum ſit non ſolum epiſcopo, ſed etiam cuilibet chriſtiano, ſi propter cauſam non turpem ſed in Domino commendabilem affligatur, apoſtolo Petro teſtante, qui ait: " Nemo patiatur ut fur, ſed ſi benefacientes et benedicentes moleſtiam ſuſtinetis, hoc eſt gratia apud Deum." Ecce pro defenſione libertatis eccleſiaſticae juſſio vobis imminet, ut veſtra obedientia nota fiat; et perſecutio forſan inſtat, ut patientia veſtra proximis innoteſcat. Si quis itaque timet tranſgreſſor effici, obedientiam ſaltem meticuloſam impendet; qui vero ſperat de ipſa praemium promeritorium, exhibebit eandem. Perſecutio demum, ſi qua fuerit, probationem vobis inducet, ut aliis ad exemplum veſtra fortitudo proficiat, et praemium quidem conferret, ut quilibet juxta modum afflictionis menſuram retributionis adquirat. Proinde ſi cauſam Chriſti ex corde agitis, ipſe virtutem et fortitudinem vobis dabit, ut divinum timorem praeferentes humano, caeleſtem regem magis revereamini quam terrenum; ipſumque cum illis, qui ſub ejus cubito manu adulatrice pulvillos conſuunt, non palpetis, et non ſolum in eo, per quod auctoritatem eccleſiae in vacuum evacuare molitur, non adquieſcatis eidem, verum etiam opportunae ſedulitatis inſtantia ipſum a tali propoſito retrahatis, non dubitantes ad tempus ei pro defenſione juſtitiae diſplicere, cum, ſecundum apoſtolum, ſi placeretis hominibus, Chriſti ſervi non eſſetis, quoniam hoc pietatis opus vobis ejus ad odium non officiat, ſed proficiat ad amorem; qui profecto, ſi quis veſtrum in malo fovet eundem et nunc ipſum exinde viliorem haberet, et cum ad cor redierit, uſus conſilio ſaniori, vos quidem pro conſilii puritate chariſſimos, eos autem, quorum prava modo ſuggeſtione ſeducitur, habebit exoſos. Et ſic demum medicinali manu ſanatus agnoſcet, quam diſſimilibus ſtudiis morbum ſuae mentis conſilia malignantium aggravaverint, et ſolicitudinis apoſtolicae medicamenta ſanarint. Nobis quoque, qui circa ipſum medici vices agimus, ad gratiarum actiones aſſurget, et medicinae, cujus pridem acerbitatem horruerat, tandem laudabit effectum, recognoſcenſque, quod ipſum ſinceriſſima dilexerimus charitate, fatebitur, quod quando caſtigatur, qui diligitur, tunc circa ipſum pietas exercetur: habet enim amor plagas ſuas, quae dulciores ſunt, cum amarius inferuntur. Quia igitur ad noſtram audientiam eſt perlatum, quod aliqui veſtrum in facto venerabilis patris noſtri S. Cant. archiepiſcopi, ſanctae Romanae

eccleſiae

eccleſiae cardinalis, in quo non ſolum Cant. verſatur, ſed etiam totius eccleſiae Anglicanae libertas, ſe tepidos exhibent et remiſſos; univerſitatem veſtram monemus attentius et hortamur, per apoſtolica ſcripta vobis diſtricte praecipiendo mandantes, quatenus in facto ipſo, quolibet mundano timore poſtpoſito, vos tales exhibere curetis, quod per conſtantiam veſtram libertas eccleſiaſtica defendatur, et cum zelus domus Domini fecerit vos tabeſcere, charitas ignita per ipſum de perſecutoribus ejus vos faciat triumphare; ſperantes, quod Dominus cauſae ſuae finem glorioſum imponet, de quo ſiquidem omnes, qui conſtanter perſeveraverint, pariter laetabuntur. Nos enim, qui pro juſtitia cauſae hujus, ſi expediret, certare uſque ad mortem nullatenus vitaremus, ſi qui forſitan, quod non credimus, mandatis noſtris contumaci ſpiritu praeſumpſerint obviare, ſic eorum curabimus praeſumptionem corrigere, quod terrore ad poſteros derivato talis non tranſibit inſolentia in exemplum; ſed eorum correctio terrere poterit univerſos. Dat. Romae apud ſanctum Petrum 13. cal. Decembris, pontificatus noſtri anno decimo.

Innocentii papae III. *bulla praecipiens epiſcopos London. Elien. et Wigorn. ſententiam in eccleſias nonnullas Angliae et Walliae promulgare.* Ex MS. Cott. Cleopatr. E. I. fol. 142. a.

Innocentius epiſcop. ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus London. Elien. et Wigorn. epiſcopis, ſalutem in Domino, et apoſtolicam benedictionem. Ne praetextu libertatis, ſeu etiam privilegii cujuſcunque ſententiam interdicti quiſquam obſervare recuſet, quam pro negotio Cant. eccleſiae per totam Angliam per veſtrae ſolicitudinis providentiam mandamus, ſi neceſſe fuerit, promulgari; fraternitati veſtrae per iterata ſcripta mandamus, et diſtricte praecipimus, quatenus ſi ſecundum mandati apoſtolici tenorem ſententiam ipſam videritis promulgandam, ſublato cujuſlibet contradictionis, appellationis, et excuſationis diffugio, omnes pariter, et ſecularium, et regularium, et Hoſpitalariorum, et Templariorum, ſeu etiam quorumcunque religioſorum eccleſias eadem ſententia concludatis. Et quoniam in prioribus literis de eccleſiis in Wallia conſtitutis non fecimus mentionem; volumus et mandamus, ut ſimiliter in eas auctoritate praeſentium, ſublato cujuſlibet contradictionis et appellationis obſtaculo, procedatis, cum et ipſae Cant. metropoli ſunt ſubjectae. Dat. Romae apud S. Petrum 13. cal. Decembris, pontificatus noſtri anno decimo.

Innocentii papae III. *bulla magnates Angliae exhortans ad inducendum Johannem, regem Angliae, in favorem Stephani, Cantuar. archiepiſcopi.* Ibidem.

Innocentius epiſcopus, etc. dilectis filiis nobilibus viris univerſis magnatibus in Anglia conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Si chariſſimo in Chriſto filio noſtro J. Anglorum illuſtri regi, fidem debitam obſervatis, tam Deo quam nobis noveritis eſſe gratum. Cum autem ita vos oporteat regi terreno fideliter adhaerere, ut caeleſtem nullatenus offendatis, in hoc debet fidelitatis veſtrae ſinceritas vigilare, ut a propoſito, quod idem rex contra Deum concepiſſe videtur, venerabilem fratrem noſtrum S. Cant. archiepiſcopum, et in eo commiſſam ſibi eccleſiam perſequendo, fideli conſilio revocetis, nec permittatis ipſum, quantum in vobis fuerit, conſilium abjicere pietatis, et in conſilio impiorum abire, quorum in una die omnes cogitationes peribunt, conſilio Domini, quod in vacuum evacuare conatur, in aeternum manente. Sane cum ſecundum evangelicam veritatem ſervire duobus dominis non poſſitis, proculdubio vobis expedit, ut in eo, quod praefatus rex Deo contrarium ſeſe opponit, nequaquam foveatis eundem, ſed timorem divinum praeponentes humano, ipſum cum illis, qui ſub ejus cubito manu adulatrice pulvillos conſuunt, non palpetis, nec dubitetis ei ad tempus pro cauſa juſtitiae diſplicere; quoniam hoc pietatis opus vobis ad ejus odium non ſufficiet, ſed tandem proficiet ad amorem, qui profecto, cum ad cor redierit, uſus conſilio ſaniori, vos quidem pro conſilii puritate chariſſimos, eos autem, quorum prava ſuggeſtione modo ſeducitur, habebit exoſos; et ſic demum medicinali manu ſanatus agnoſcet, quam diſſimilibus ſtudiis morbum ſuae mentis conſilia malignantium aggravabunt, et apoſtolicae ſolicitudinis medicamenta ſanabunt. Nobis quoque, qui circa ipſum medici vices agimus, ad gratiarum actiones aſſurget, ac medicinae, cujus quidem acerbitatem horruerat, tandem laudabit effectum, recognoſcenſque, quod ipſum ſinceriſſima dileximus charitate, fatebitur, quod quando caſtigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur: habet enim amor plagas, quae dulciores ſunt cum amarius inferuntur. Quocirca nobilitatem veſtram monemus attentius, et propenſius exhortamur, per apoſtolica vobis ſcripta in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus apud eundem regem fidelibus perſuaſionibus et ſalubribus conſiliis inſiſtatis, ut per viam Roboam minime incedendo, conſilia maturiora non ſpernat, ſed eos, qui caput ejus oleo peccatoris impinguant, foventes ipſum in malo, tanquam adulatores deſpiciat, et velut corruptores expellat; ac recolens, quod Oza pro eo, quod in arcam Domini devote quidem, ſed indigne, manus extenderat, a Domino ſit percuſſus, ad eccleſiaſtica jura manumittere temere non praeſumat, ne qui regnum Baltaſar indicio manus ſcribentis, "Mene, Techel, Phares," inopinabiliter occupari permiſit a Perſis, ei propter eccleſiam ſuam, quam inaniter humiliare diſponit, graviter indignetur; ſed potius recogitet dona Dei, qui eundem in conſpectu regum ſua benignitate magnificans, per eccleſiae Romanae favorem nomen et potentiam ſuam inter mundi principes magnifice dilatavit. Vos igitur, quorum fidem atque prudentiam regis et regni neceſſitates debent efficaciter experiri, ſic in articulo hujus mali intentioni praefati regis occurratis fideliter ac prudenter, ut non patiamini vos et regnum ejus in illam turbationem induci, a qua, quod abſit, de facili nequeat expediri. Nos enim,

nim, qui pro juſtitia cauſae hujus, ſi forſitan expediret certare uſque ad mortem, nullatenus vitaremus a defenſione libertatis eccleſiaſticae manum apoſtolicam retrahere, non diſponimus, quae profecto abbreviata non eſt, immo per Dei gratiam ſic extenſa, quod in quem fuerit ex meritis aggravata ſpiritualiter et temporaliter, ingens pondus oppreſſionis inducere valebit in ipſum. Dat. Romae apud S. Petrum 11. calen. Decembr. pontificatus noſtri anno decimo.

Alia ejuſdem bulla Roffenſem epiſcopum exhortans ad excommunicandum eos, qui eccleſiam Cantuar. ſpoliaverunt. Ibidem fol. 142. b.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Roffenſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum Fulco de Cantelu. et Reginaldus de Cornillis, ac multi alii propriis nominibus exprimendi, Dei timore poſtpoſito, armata manu officinas Cant. eccleſiae intraverint, et priore ac monachis violenter ejectis, bona eorum detineant occupata, quoſdam etiam monachos equis ſuis et rebus aliis extra eccleſiam praeſumpſerint ſpoliare; fraternitati tuae praeſentium auctoritate mandamus, firmiterque praecipimus, quatenus omni mundano timore poſtpoſito, ſublato etiam cujuſlibet contradictionis et appellationis obſtaculo, illos et alios, qui hujuſmodi praeſumpſerint violentiam exercere, excommunicatos denuncies, et tamdiu facias ab omnibus arctius evitari, donec paſſis injuriam ſatisfecerint competenter, et cum tuarum teſtimonio literarum ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi. Dat. Viterbii 6. cal. Decembris, pontificatus noſtri anno decimo.

Ejuſdem papae alia bulla epiſcopos London. Elien. et Wigorn. monens ad conferendum regalia Stephano, archiepiſcopo Cantuar. Ibidem fol. 142. b.

Innocentius epiſcopus, etc. London. Elien. et Wigorn. epiſcopis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Chariſſimus in Chriſto filius noſter Johannes, rex Anglorum illuſtris, nuper nobis per dilectum filium abbatem de Belloloco, literas hujuſmodi deſtinavit, ut quae nobis ex parte ſua proponeret, crederemus. Ipſe vero propoſuit, quod licet ſe in negotio Cant. eccleſiae reputaret multipliciter aggravatum; ob devotionem tamen et reverentiam, quam erga Romanam eccleſiam noſtramque perſonam aſſerit ſe habere, paratus eſt venerabilem fratrem noſtrum S. Cant. archiepiſcopum, ſanctae Romanae eccleſiae cardinalem, ſicut archiepiſcopum recipere, ac tractare, praeſtita ſecuritate tam ſibi quam ſuis, quae ad hoc viſa fuerint opportuna, reſtitutionem plenariam ablatorum promittens perſonis pariter et eccleſiis faciendam. Monachos quoque Cant. permittet ad eccleſiam ſuam redire, ac manere ſecuros, quanquam hoc ſibi grave plurimum videatur, ex eo, quod in negotio ipſo contra ſe credit eoſdem proditorie machinatos. Regalia vero in manu noſtra poſuit per eundem abbatem, ut nos ea pro beneplacito noſtro conferamus. Interrogatus autem, cur non idem ipſa conferret, ſed potius nobis traderet conferenda; reſpondit, quod nondum animus ejus potuerat inclinari, ut familiarem eidem archiepiſcopo gratiam exhiberet. Nos igitur, his auditis, de conſilio fratrum noſtrorum hoc modo circa praefata regalia duximus procedendum, ut et reciperemus ea ſine praejudicio juris, tam eccleſiaſtici quam regalis, et archiepiſcopo etiam tribui mandaremus, ſi forſan idem rex ad hoc induci nequiverit, ut ea ſibi conferat per ſeipſum; ita quod ipſe ſibi pro ipſis quemadmodum ſui praedeceſſores ipſius regis progenitoribus teneatur. Quocirca fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, niſi dictus rex requiſitus a vobis praedicta regalia voluerit archiepiſcopo memorato conferre, proviſo prudenter, ne quid deceptionis contra libertatem eccleſiaſticam interveniat, praelibata regalia praeſcripto modo recipiatis, et vice noſtra eidem archiepiſcopo conferatis, et his, quae ſuperius expreſſa ſunt, rite peractis, interdicti ſententiam relaxetis, facientes ipſum archiepiſcopum, ſicut expedit, ad Cant. eccleſiam proficiſci. Dat. Anagniae 6. cal. Junii, pontificatus noſtri anno decimo.

Bulla alia ejuſdem de ſententia interdicti a papa in regnum Angliae lata. Ibidem fol. 142. b. ſeq.

Innocentius, etc. London. Elien. et Wigorn. epiſcopis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Abſit a nobis, ut illis merito comparemur, quibus improperans pſalmiſta ait, " Filii Effrem intendentes et mittentes arcum et ſagittas, in die belli ſunt converſi," ne forte, quod ſummus paſtor avertat, etiam mercenario comparemur, qui ſecundum parabolam evangelicam vidit lupum venientem, et dimittit oves, et fugit; cum potius parati ſimus pro domo Domini nos murum opponere aſcendentibus ex adverſo, et animam noſtram dare pro ovibus noſtris, ſi neceſſitas poſtularet. Licet igitur affectemus inter regnum et ſacerdotium pacem pleniſſimam in Anglia reformari, quantum in nobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habere volentes; fruſtra tamen qui jus hominum machinantur vel aliis ſuggerere, vel propriis perſuadere commentis, quod nos occaſione quacunque contra libertatem eccleſiaſticam declinare velimus ad dextram vel ſiniſtram, cum hujus cauſa certaminis hunc abſque dubio tendat ad finem, ut eccleſia Dei, quae ancillata jacebat, liberata reſurgat. Quocirca fraternitatis veſtrae prudentiam inſinuatione praeſentium reddimus circumſpectam, ut a variis ſuggeſtionibus penitus avertentes auditum, quae profecto ſunt immiſſiones per angelos malos, ſecundum formam et tenorem mandatorum noſtrorum, omni ſiniſtra interpretatione ceſſante, fideliter procedatis; ita videlicet ut ſententiam interdicti nec prius nec aliter relaxetis, quam chariſſimus in Chriſto filius noſter J. rex Anglorum illuſtris, venerabilem fratrem noſtrum S. Cant. archiepiſcopum, ſanctae Romanae eccleſiae cardinalem, tanquam Cant. archiepiſcopum recipiat, et pertractet, praeſtita ſecuritate tam ſibi quam ſuis, quae ad hoc ſecundum veſtrae diſ-

cretionis arbitrium viſa fuerit optima, et reſtitutionem plenariam exhibeat ablatorum tam eidem archiepiſcopo, quam monachis Cant. eccleſiae, necnon et aliis eccleſiis et perſonis; ipſoſque monachos ad eccleſiam ſuam redire permittat ac manere ſecuros, et regalia univerſa vel per ſeipſum eidem archiepiſcopo conferat, et aſſignet, vel, ſi maluerit, vos vice noſtra illa conferatis et aſſignetis eidem. Hic eſt tenor mandatorum noſtrorum juxta prudentem et ſimplicem intellectum, quem et in literis noſtris evidenter expreſſimus, et dilecto filio abbati Belliloci praefati regis nuncio expoſuimus diligenter, ut non ſolum indignum ſed et impium reputemus, ſi quis auſu ſacrilego dixerit aut crediderit, quod nos intentionem noſtram uno modo uni, et altero modo alteri expoſuerimus, ſeductorie variando, cum apoſtolica ſedes per Dei gratiam ſerpentinam prudentiam et ſimplicitatem habeat columbinam. Adhaec praefatum regem moneatis prudenter, et efficaciter inducatis, ut ea, quae per dictum abbatem Belliloci ex parte ſua permiſſa ſunt et oblata, ſicut ſuperius ſunt expreſſa, ſine mora et difficultate qualibet exequatur. Dat.

Ejuſdem papae bulla alia epiſcopos London. Elien. et Wigorn. informans de ſtatu eccleſiae tempore interdicti regni Angliae. Ibidem fol. 143. a.

Innocentius epiſcopus, etc. London. Elien. et Wigorn. epiſcopis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Veſtris conſultationibus reſpondemus, quod cum occaſione interdicti novum chriſma in coena Domini nequeat conſecrari, veteri utendum eſt in baptiſmate parvulorum, et ſi neceſſitas poſtulaverit ipſi chriſmati, ne deficiat, eſt oleum commiſcendum per manum pontificis aut etiam ſacerdotis. Quamvis autem viaticum pertinere videatur ad poenitentias morientium, ſi tamen haberi non poſſit, illud in hoc caſu, qui legimus credimus, obtinere, crede et manducaſti, quum ſacramentum neceſſitatis articulus ſed non contemptus religionis excludat, ipſaque neceſſitas in proximo ſperetur defutura. Nec evangelium nec horae eccleſiaſticae celebrentur in loco ſolenni, ſive alio, populo ibidem conveniente. Viri religioſi quorum monaſteria cauſa orationis viſitare conſueverunt, non per majus oſtium, ſed per ſecretiorem locum peregrinos intra eccleſiam admittant ad orationem. Oſtia eccleſiarum clauſa permaneant, praeterquam in praecipuo feſto eccleſiae, quando apertis oſtiis parochiani et alii admitti poterunt in eccleſiam ad orandum. Baptiſmus intra eccleſiam oſtiis clauſis modo conſueto cum veteri chriſmate et oleo celebretur, nulla laica perſona praeter patrinos admiſſa, et ſi neceſſitas poſtulaverit, eſt oleum novum commiſcendum. Poenitentia tam ſano, quam aegroto eſt infligenda, quia media vita in morte ſumus. Confeſſi in jure vel convicti ſuper aliquo crimine ad epiſcopum, vel ejus poenitentialem ſunt tranſmittendi, et, ſi neceſſitas fuerit, ad hoc per eccleſiaſticam cenſuram ſunt compellendi. Preſbyteri ſuas horas et orationes privatim dicere poſſunt. Preſbyteri die dominica aquam poſſunt in coemeterio benedicere, et aſpergere, panemque benedictum facere et tribuere, et feſtivitates et jejunia denunciare, ſermonem facere ad populum. Mulier enixa veniat ad eccleſiam, et extra parietes eccleſiae ſuam faciat purificationem. Preſbyteri infirmos viſitabunt, confeſſiones audient, animarum commendationem modo conſueto celebrent, cadavera mortuorum, quia eccleſiaſtica carebunt ſepultura, non ſequentur. Preſbyteri in die Paſſionis ſine ſolennitate crucem extra eccleſiam ponent, ut parochiani ipſam cum conſueta devotione adorent.

Innocentii III. *bulla Johannem, regem Angliae, admonens ad pacem cum eccleſia, et ad fugiendum conſiliarios malos.* Ibid. fol. 143.

Innocentius epiſcopus, etc. Johanni, illuſtri regi Anglorum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. More pii patris, qui filium offendentem offenſus etiam odiſſe non poteſt, et quandoque de malo ejus gravius quam ipſe turbatur, indurato tibi non poſſumus, indurari, ſed paterna pietate molliti de tanto tempore in tua damna mollitum, omni opera, qua valemus, ſatagimus emollire, ut te a tuo damnabili et damnoſo propoſito revocemus, inſtantes plurimum ſi, quod veremur, contigerit te incurrere; ſed majoris cauſam triſtitiae reputantes, quia noluiſſes illud, cum poſſes, praemunitus toties et praemonitus evitare. Fortuitum namque malum doloris habet qualecunque remedium, quod autem ſpontaneus quis incurrerit, durius poſt ſe ingerit dolendi tormentum. Tu vero, fili chariſſime, praecave diligenter, ne volens et ſciens illi periculo te ſubjicias, a quo te cupimus tanto ſtudio praeſervare, quodque demum tanto tibi majorem incutiat poenitentiam, quanto minus providere rejeciſſes oſtenſam tibi te illo vitando cautelam. Illud autem regalem prudentiam nolumus ignorare, quod multa nobis de praeſentis negotii circumſtantiis innoteſcunt, quae a tua notitia per illorum verſutias abſconduntur, qui nolunt tibi oſtendere vulnus tuum, neſcientes vinum increpationis infundere, ſcientes autem oleum adulationis illinire; utinamque callide non procurent, ut ſemper in anguſtia perſeveres, quatenus in anguſtia conſtitutus illos ſemper habeas chariores. Quapropter nos, qui etiam prudenter illud aſpicimus, et curare ſalubriter affectamus, conſilia monitis, monitaque conſiliis inculcantes et blanditiis, minas et minis blanditias interſerimus, vice periti medici medicinalis artis auxilia variando, qui ferrum adhibet, ubi fomenta non proſunt, et potione tepentis aquae languores emendat, qui medicinae violentiam non ſenſerunt. Quoniam etſi velut adamas durus eſſes, deberet utique te artificii tanti ſedulitas emollire, cum ille tamen etſi ferro cedere neſciat, hircini ſanguinis infuſione molleſcat; vide quoque ne curſum tuae proſperitatis impedias, quia nobiſcum pacem habere non poſſet, quicunque te vellet in hoc errore fovere. Jam igitur apud te quaſi ultimis remediis inſiſtentes, quae ultra tibi adhibere remedia poſſimus, non habemus. Et inter repugnantes ſibi ſanare volentes, et ſanari nolentes affectus, donec ſpes hujuſmodi curae foret, mallemus levibus et ſua-

vibus

vibus, quam duris et aſperis te curare, cum illa nullam deferant poſt ſe ſaniem, iſta vero deformem ſoleant relinquere cicatricem. Ne itaque nos et te in majorem neceſſitatem inducas, ecce familiariter petimus, ecce dulciter admonemus, ecce paterne conſulimus, ecce benigne rogamus ſub obtentu divini judicii, in remiſſionem peccaminum tibi injungentes, quatenus ſuper eccleſiae Cant. negotio nobis, et eccleſiae, immo Deo ſine ulteriori mora ſatisfacere non poſtponas, pro illa dilectione ſincera, qua te inter caeteros principes dileximus, et diligimus. Haec ſaltem nobis concedens in donum, qui ſpem utique habemus, nec deſperamus adhuc, quia ſi petiſſemus majora, negare nullatenus debuiſſes, praeſertim ſicut tibi alia vice curavimus intimare, licet ſupra jus tuo non fuerit juri delatum: ex his tamen, quae acta fuerant aut agenda, nullum tibi volumus aliquando praejudicium generari. Eligas ergo, fili chariſſime, tam dulcibus monitis et conſiliis ſalutaribus acquieſcere, non autem adulantium [illegible] et perverſorum adulationibus aſſentire, quoniam, ut utamur verbo divino, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. Alioquin caelum et terram in teſtimonium contra te invocamus, quod ex pertinacia tua, non ex ſeveritate noſtra continget, ſi manum apoſtolicam in te pateris aggravari, quam hactenus vix potuimus ſed de caetero nunquam poterimus, continere. Quaere quaeſumus ab illis, qui caput tuum oleo peccatoris impinguant, ad quem finem valeas ex hac pugna pervenire. Non audebunt profecto aliud reſpondere, niſi quod non poteris vincere, niſi victus. Sed glorioſior eſſet tibi victoria, cum de victo fueris victor effectus, quia tunc vincis proculdubio, cum vinceris, nec ab homine ſed a Deo, a quo glorioſum eſt homini vinci, ut ſemper det homo Deo gloriam et honorem; unde te nemo vana ſuggeſtione ſeducat, quod niſi tu nobis ceſſeris, ſicut in hac pugna quo non jus tibi modo concedamus; quoniam facilius poſſemus occidi, quam vinci.

Ottonis imperatoris epiſtola Johanni, regi Angliae, de pace cum Stephano, archiep. Cantuar. reformanda. Ibid. fol. 143. b.

Otto, Dei gratia Romanorum imperator, J. regi Anglorum, ſalutem et debitae dilectionis affectum. Ex mutuae dilectionis affectu, quo vobis aſtringimur, de honore veſtro, tanquam de noſtro proprio cogimur eſſe ſoliciti, et ea dilectionem veſtram monere, quae vobis non dubitamus ſalubriter convenire. Cum igitur non ſit ſapientia, non prudentia, non potentia, non conſilium contra Dominum, ne contra ſtimulum calcitrantes, gravamen irae Dei, et divinae voluntati repugnantes, damna ſolita incurratis; omni affectu, quo poſſumus, veſtram rogamus dilectionem, quatenus cum viro venerabili S. Dei gratia Cant. archiepiſcopo, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinali, ſaluti veſtrae, ut credimus, devotiſſimo, cum eo et epiſcopis ſuffraganeis ejus, necnon et monachis eccleſiae Cant. cum caeteris viris eccleſiaſticis regni veſtri ad honorem Dei et ſanctae eccleſiae quantocyus pacem reformare ſtudeatis. Hoc vos precamur affectuoſe; hoc ad obſervationem honoris veſtri conſulimus, ne mora, quod abſit, vos trahat in periculum, et veſtro honori regio nihil inde deperire timeatis, ſi ea, quae Dei ſunt, Deo reſtituatis, et quae minus diſcrete acta ſunt, emendetis. Nam eo potius ſalus et honor augebitur, quo magis vos humiliaveritis illi, per quem reges regnant, et qui regna pro ſua voluntate tranſmutat.

Innocentii III. *bulla decano et capitulo Lincoln. de eligendo epiſcopo Lincoln.* Ibidem fol. [illegible]. b.

Innocentius epiſcopus, etc. dilectis filiis decano, et capitulo Lincoln. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum [illegible] conſtituta, ultra quae non debent eccleſiae paſtoribus deſtitutae vacare, chariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris rex Angliae, quod dolentes dicimus, praevaricationi praevaricationem addendo, facit, prout dicitur, ordinationem earum in regno ſuo vacantium, ultra quam liceat prorogari, ut ſic forſan earundem proventus ſibi poſſet occaſionaliter vendicare, quoadusque de perſonis, quae ſibi placeant, ordinentur, ſpe-[illegible] contra quemlibet, quantumcunque nobis ſit charus, [illegible] diſponamus, ut nulla ſupplicatione ſeu rebellione, donec ipſe a perſecutione deſiſtat, vel in ea deficiat, convertamur. Quia igitur quantumque regem ipſum in domino diligamus, et ſuo velimus honori deferre, pro rege terreno caeleſtem Regem offendere non debemus, eundem literis noſtris monemus attentius et hortamur, ut non impediat, nec per ſuos impediri permittat, quominus tam cathedrales, quam regulares eccleſiae ſic vacantes perſonas idoneas per electionem liberam et canonicam ſibi praeficiant in paſtores. Quocirca univerſitati veſtrae per apoſtolica ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus convenientes in unum, invocata gratia Sancti Spiritus, perſonam idoneam, quae tanto congruat oneri et honori, per electionem canonicam in paſtorem vobis praeficere ſtudeatis. Alioquin nos vobis cum divino conſilio et auxilio, ſecundum officii noſtri debitum, talem curabimus in paſtorem praeficere, qui praeeſſe valeat, et prodeſſe pro nulla injuſtitiae violentia proſecutioni juſtitiae defuturi, et inobedientiam veſtram digna poena curabimus, Domino auctore, caſtigare. Dat. Lateran. 2. id. Januar. pontificat. noſtri anno xi.

Alia ejuſdem bulla epiſcopis Angliae miſſa de [illegible] *papa* [illegible]. Ibid. fol. 143. b.

Innocentius epiſcopus, etc. univerſis epiſcopis per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum Ciſtercienſis ordinis monaſteria per Angliam conſtituta interdictum eccleſiaſticum pro negotio Cant. eccleſiae auctoritate noſtra generaliter promulgatum incepiſſent arcte ſervare, poſtmodum quidam eorum, ſicut accepimus, appellationis [illegible] occaſione privilegiorum ſuorum interpoſuiſſe dicuntur,

tur, ipſum non ſolum quoad privilegiorum eorundem indulta temere violarunt, verum etiam cum campanis ſonantibus, ac boantibus cantilenis, et apertis janois, et ad communionem aliis invitatis, ſolennius ſolito praeſumpſerunt celebrare. Licet igitur tantam praeſumptionis audaciam de viris religioſis credere vix poſſimus; ſi tamen verum eſt, quod aſſeritur, non ſine gravi jactura libertatis eccleſiaſticae debilitari poſſet per illud nervus eccleſiaſticae diſciplinae; univerſitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus et diſtricte praecipimus, quatenus ſuper hoc inquiratis diligentiſſime veritatem, et abbates ſive priores monaſteriorum illorum, quos taliter inveneritis celebraſſe, ſuſpenſos ad praeſentiam noſtram ad ſatisfaciendum de tanto exceſſus conceptu, ſublato cujuſlibet contradictionis et appellationis obſtaculo, per cenſuram eccleſiaſticam accedere compellatis; monaſteria ipſa ſimili cenſura cogentes, ut ſecundum mandatum venerabilium fratrum noſtrorum London. Elien. Wigorn. epiſcoporum, et coexecutorum ſuorum inviolabiliter praelibatum interdictum obſervent, non obſtante quolibet privilegio, cum non poſſint mandato apoſtolicae auctoritatis obſtare, qua ſemper ſalva, hujuſmodi privilegia conceduntur. Et ſi non omnes, etc. ſinguli veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. Laterani II. calend. Martii pontificatus noſtri anno XI.

Alia papae Innocentii III. *bulla anathematizationem minans Johanni, regi Angliae.* Ibidem fol. 144. a.

Innocentius epiſcopus, etc. London. Elien. et Wigorn. epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dilecto filio noſtro regi Anglorum illuſtri ſcripſimus ſub hac forma: Tacti ſumus dolore cordis intrinſecus, et vehementi dolore turbati, quod cum ex illa ſpeciali dilectionis praerogativa, qua te ſedes apoſtolica diligebat inter caeteros principes, ſperavimus ut verſa vice rependeres ei honorem et amorem, odium ei pro dilectione retribuis, et quaſi conjuraveris in teipſum, tuo non parcis honori, ut noſtro poſſis derogare; quinimo et tuam famam negligens et ſalutem, in praejudicium utriuſque temere contra noſtram et eccleſiae, imo Dei diſpoſitionem erigis, non attendens quod in vanum eam evacuare moliris, cum extenſam manum altiſſimi nemo poſſit avertere, quodque fuerit ab ipſo decretum, nullus valeat immutare. Sane quantum et qualiter ſuper negotio Cant. eccleſiae tuae regali celſitudini detulerimus, etſi tu forſan hoc non recolas, ut ingratus, de memoria tamen univerſalis eccleſiae facile non poterit aboleri, quod bonitate malitiam non vincente, noſtram circa te patientiam admiratur. Heu quae, fili chariſſime, nimia duritia tuum obturavit auditum, ut ſalutaria monita tibi a nobis toties inculcata non caperes? quae duritia tuum abſorbuit intellectum, ut diſcreta conſilia tibi a nobis ſaepius ſuggeſta non ſervares? Jam ſic induratus eſſe conſpiceris, quod in immenſum creſcentem tui vulneris plagam non ſentias; ita faſcinatus eſſe videris, quod nec medicaminis opem aut operam medicantis admittas; ut quaſi de te poſſimus conqueri cum propheta dicente: Cui loquemur et quem conteſtabimur amplius? et incircumciſae ſunt aures ejus, et audire non poſſunt. Piget te verbi, quod pro tua tibi ſalute ſuggeritur. Taedet te boni, quod pro tua tibi honorificentia ſuadetur, dum nec animae tuae detrimenti te miſeret, nec famae quoque, ne infamiae dixerimus, mundanae te pudet. Unde quanto magis te ſuper tanta duritia miſeremur, tanto in crudelem tibi ipſe mutatus, miſereri tibi hactenus miſerabilius refugiſti. Licet autem paterna charitas, ex qua iſta tibi ſuggerimus, tibi ſit forſitan odioſa; circa te tamen prudentis et amantis medici vicem agimus, qui quandoque infirmum invitum et renitentem et improvide reluctantem ſalubriter ſecat et urit; immoque ſi morbum tuum, quod abſit, induratum invenerimus, valentiori nos cogit inſiſtere medicinae, juxta quod neceſſaria cauſa depoſcit; cujus aſperitatem etſi forſitan in praeſenti refugias, ſanitate tamen recepta, ejus collaudabis effectum, ac peritum quoque medicum benedices. Ut autem adhuc lenitatis apponamus unguentum, ut forſitan ipſo mollitus aſperiora molimina non expectes, ſerenitatem regiam rogamus attentius et monemus, per eum, qui venturus eſt judicare vivos et mortuos, obteſtantes, quatenus uſus conſilio ſaniori, a tanto revoceris errore, ſaltem in ipſo negotio procedendo juxta continentiam literarum, quas dilectus filius abbas Belliloci dudum a nobis tuo nomine impetravit; quia proculdubio praeter culpam priorem hoc ad tuam alteram tibi poterit imputari, ſi ab eo recedere videaris, quod ſub tuarum teſtimonio literarum tam expreſſo, cum tanta fuerit inſtantia poſtulatum, per quas literas nobis humiliter ſupplicabas, ut quicquid idem abbas de negotio ipſo tuo nomini firmatum diceret, firmiter crederemus. Propter quod debueras ſine difficultate aliqua adimplere, quod per ſuam fuerat ſolicitudinem impetratum; praeſertim cum hoc demum viſus fueris attentare, quandoquidem propter illud a te diligenter auditum, et examinatum prudenter, delegatos noſtros ad praeſentiam tuam poſtea quaſi pro complemento negotii venire feciſti. Quapropter, fili chariſſime, ne ſis durus, et negotio huic de caetero nullam ingeras difficultatem, ne te, quod abſit, in illam difficultatem inducas, de qua non facile valeas expediri; alioquin, quantumcunque perſonam tuam ſincere in Domino diligamus, licet canonicam diſciplinam ſis forſitan indignanter ſuſcepturus, quia tamen cum is, qui diligitur, caſtigatur, tunc circa eum pietas exercetur eo, quod amor habeat plagas ſuas, quae dulciores ſunt cum amarius inferuntur, niſi uſque ad tres menſes poſt ſuſceptionem vel recuſationem praeſentium, quae praemiſimus; adimpleveris extunc ex parte Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, quorum licet indigni auctoritatem habemus, te anathematizatum decernimus, et a fidelium communione praeciſum; venerabilibus fratribus noſtris London. Elien. Wigorn. epiſcopis firmiter injungentes, ut ſententiam ipſam, appellatione remota,

I ta,

ta, non differant publicare, facientes eandem ſingulis dominicis ac feſtivis diebus, pulſatis campanis et candelis accenſis, uſque ad ſatisfactionem condignam ſolenniter innovari; quam et noſipſi, auctore Deo, ore proprio publicabimus, ut ſic citius et validius poena ejus in omnem eccleſiam innoteſcat, cujus culpa generalem eccleſiam noſcitur offendiſſe, adhuc in altiſſimi adjutorio contra te multipliciter proceſſuri, ſi non ſic tuum feſtinaveris corrigere errorem. Ecce tenſus eſt arcus. Fuge igitur, fili chariſſime, ſagittam, quae non conſuevit abire retrorſum, ne ſauciatus ab illa, ita graviter infirmeri, ut non ſolum non poſſis ad meliora proficere, verum etiam vix valeas ad priora redire: cujus etiam plaga ſine deformi non poterit cicatrice ſanari. Dat.

Stephani, archiepiſcopi Cantuar. literae [illegible] conductum a Johanne, rege Angliae, expetentes. Ibid. fol. 145. b.

Reverendiſſimo domino ſuo Johanni, Dei gratia illuſtri Angliae regi, Stephanus, ejuſdem miſeratione Cant. eccleſiae miniſter humilis, totius Angliae primas, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, ſalutem et debitam reverentiam et devotionem. Literas dominationis regiae reverenter ſuſcepimus et devote, per quas nobis mandaſtis, ut Dovre veniremus vobiſcum locuturi; et ſtatim deliberavimus diligenter, quomodo beneplacitum veſtrum cum honeſtate noſtra poſſet ad effectum perduci, quoniam perſonam veſtram tanquam chariſſimi domini noſtri, Deo teſte, diligimus, et ſincere dilectionem noſtram, cum veſtrae dilectioni placuerit, per exhibitionem operis probaturi. Quantum etiam ad praeſens pertinet laborem, in corporis et mentis ſolicitudinem volumus ſuſtinere, ut vobis ſatisfaciamus, quantum poſſumus, ſalvo ordine noſtro et eccleſiae libertate. Et ideo licet admodum paucorum conſilium in hoc nobis conſentiat, tamen ob reverentiam et gratiam benignitatis veſtrae, quam inter temporalia ſpecialiter affectamus, libenter Dovre accedemus, dum tamen ſalvo quoad conductum, et quoad officium noſtrum ſalvo illuc accedere valeamus; videlicet ut conductum noſtrum et noſtrorum habeamus ſecundum formam praeſentibus incluſam, et ut non impediamur, cum archiepiſcopatum noſtrum ingreſſi fuerimus, nos tanquam archiepiſcopum habere, quorum neutrum vobis cedit in juris praejudicium vel honoris; ſed ne cum illic venerimus, inde incurramus indignationem, unde gratiam debemus et intendimus promereri. Celſitudinem autem regiam praemunimus, quod nec conſcientia noſtra, nec eccleſiae libertas permittit, ut de forma pacis nuper apud Dovre praelocuta aliquid remittamus, praeſertim cum juxta tenorem mandati apoſtolici ſit concepta. Permittimus etiam bona fide, quod dum ſub conductu veſtro fuerimus in Anglia, vobis vel regno veſtro malum non quaeremus, ſalvo tamen in omnibus negotio Cant. eccleſiae, cui deeſſe nec poſſumus nec debemus. Et ſi volueritis aliquos de familiaribus veſtris mittere in occurſum noſtrum ad Withſand vel Graveninges, libenter idem proteſtabimur coram eis. Sed quod in literis veſtris de conductu aliqua ponatur conditio, nec vobis, Deo teſte, eſt neceſſarium, nec nobis etiam eſt expediens vel honeſtum. Et quoniam inſtat terminus dilationis a vobis datae, monemus et conſulimus bona fide, quatenus quod vobis ſuper his placuerit, dignemini reſcribere feſtinanter. Adhaec placeat ſerenitati regiae, quod literae conductus propter diverſitatem navium et portuum duplicentur. Bene valeat et vigeat regia majeſtas in Domino.

Innocentii III. *bulla epiſcopis Elien. Wigorn. et Hereforden. miſſa de depraedatione bonorum Eboracenſis eccleſiae a rege Johanne commiſſa.* Ibidem fol. 145. b.

Innocentius epiſcopus, etc. Elien. Wigorn. et Hereforden. epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. A regalis celſitudinis auditorio non eſt ita lectio divinorum librorum, ſicut credimus, aliena, quin Herodem regem miſiſſe manum ſuam, ut affligeret quoſdam de eccleſia, Lucam audierit recitare: cujus utinam deteſtanda memoria chariſſimum in Chriſto Johannem, illuſtrem regem Angliae, commoneat, ut quod religioſe judicio damnare debet in illo, maturiori conſilio corrigat in ſeipſo. Pervenit ad nos ſiquidem clamor, et in plurimas mundi partes non abſque regiae famae detrimento percurrit, quod pravo ſeductus conſilio, manum ſuam in eccleſiam extendere non expavit, et venerabilem fratrem noſtrum Eboracen. archiepiſcopum multipliciter affligendo, mobilia, et immobilia bona ſua diripi ac invadi, et a ſuis exactionibus graviſſimis per apparitores ſuos fecit tam impios extorqueri, qui et corpora reſiſtentium ſibi caperent, et bona nihilominus confiſcarent. Ac tandem eodem archiepiſcopo cum epiſcopo Dunelm. ſuper hoc flexis genibus ſupplicante, oblitus regiae manſuetudinis, deprecationem ipſorum, immo honorem Creatoris in ipſis deſpexit. Cum igitur nos ejus exemplo deceat pro terrae manſuetis arguere, qui ſervis ſuis hominem non permiſit nocere, ac regem corripuit pro eiſdem; ſerenitatem regiam rogandam duximus et monendam, ut quae ſint digna rege recogitans, praefato archiepiſcopo et ſuis et eccleſiae, immo Deo tam plenam, quam debitam ſatisfactionem faciat exhiberi. Quocirca fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta praecipientes mandamus, quatenus dictum regem, noſtras ei literas praeſentantes, quas ſuper hoc deſtinamus eidem, prudenter moneatis, et ad id efficaciter inducatis. Alioquin quantumcunque ipſum in Chriſti viſceribus diligamus, regioque velimus honori deferri, quia nos libertati eccleſiaſticae non oportet propter humanum deeſſe favorem, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuo ſanguine reparaverat, volumus et praecipimus, ut niſi ad commonitionem noſtram adimpleat quae praemiſimus, totam Eboracen. provinciam ſupponatis interdicto eccleſiaſtico; et illud faciatis ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, contradicentes, appellatione poſtpoſita, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcentes. Quodſi omnes, etc. Dat. Romae apud ſanctum Petrum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III 11.	STEPH. LANGTON 1.	1208.	JOHAN. 10.

Innocentii III. *indulgentia papalis omnibus, qui annuatim ad ſancti Edwardi eccleſiam Weſtmonaſter. acceſſerint, conceſſa.* Ex Rymer. Foed. vol. I. p. 150.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Weſtmonaſterii London. ordinis ſancti Benedicti, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. In ſanctorum feſtivitatibus, quae a Chriſti fidelibus votiva celebritate coluntur, dignis laudibus glorificatur omnipotens, ſanctis ipſis debitus honor impenditur, et animarum profectus devotione congrua procuratur. Unde nos, qui fidelium ipſorum curam gerimus generalem, cum prae omnibus, quae noſtrae incumbunt ſolicitudini, ad illorum ſalutem intendere teneamur, multo deſiderio cupimus, ut illorum memoriam, quos exutos jam corpore, ſtola gloriae induit rex caeleſtis, venerabiliter recolentes, ipſorum feſta et celebri agant obſervantia, et ſolennitate annua proſequantur; ac ut tanto accuratius ad eorum cultum ſe praeparent, quanto plus ipſum animabus ſenſerint profuturum, cum nonnunquam inſigniis quibuſdam ſpiritualibus, indulgentiis videlicet et remiſſionibus magnificare ſtudemus, ipſas devote illum exequentibus benignitate apoſtolica largiendo. Hinc eſt, quod cum eccleſia veſtra in honore beati Edwardi conſtructa eſſe dicatur, nos ipſum coli reverentia cupientes, omnibus vere poenitentibus et confeſſis, qui ad eandem eccleſiam in illius feſto pura intentione acceſſerint annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum et quadraginta dies de injuncta ſibi poenitentia miſericorditer relaxamus. Dat. Aſiſii 2 calend. Junii, pontificatus noſtri anno ii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 12.	STEPH. LANGTON 2.	1209.	JOHAN. 11.

Incipiunt conſtitutiones provinciales domini Stephani Langton, Cantuar. archiepiſcopi, editae apud Lambyth. (a) Ex MS. Cott. Otho A. xv. fol. 3.

De modo dandi mortuarium.

1. STATUTUM felicis recordationis R. praedeceſſoris noſtri de mortuariis editum, quod nonnulli minus ſano pervertunt intellectu, praeſentis concilii approbatione duximus declarandum. Satagebat idem praedeceſſor ſaluti conſulere animarum, eo quod conſiderabat laicos utriuſque ſexus ſubditos ſuos, quandoque per ignorantiam, nonnunquam vero per negligentiam, et injuſtam decimarum et oblationum ſuarum detentionem graviter deliquiſſe. Et quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, prudenter attendens, ſalubriter ſtatuit; quod pro recompenſatione decimarum taliter ſubtractarum, licet ſuo ſtatuto cauſam non inſeruit, ſecundum melius animal defuncti eccleſiae damnum paſſae [b] debuit applicari. Quia autem hujus occaſione ſtatuti inter rectores eccleſiarum et parochianos ſuos lites, quas extingui cupimus, frequentius oriuntur, illud duximus ſynodali interpretatione declarandum; quod ſi decedens tria tantummodo [c] et plura cujuſcunque generis in bonis ſuis habuerit,[d] optimo[e] cui de jure fuerit debitum reſervato, eccleſiae ſuae, a qua ſacramenta recepit, dum viveret,[f] ſine dolo, fraude, et contradictione qualibet pro recompenſatione ſubtractionis decimarum tam perſonalium [g] necnon oblationum [h] melius animal poſt optimum reſervetur. Quodſi [i] duo tantum [in [k] bonis] decedentis extiterint animalia, de manſuetudine eccleſiae exactio quaelibet nomine mortuarii remittatur. Hoc autem adjiciendum duximus; quod ſi materfamilias, viro ſuo ſuperſtite, obierit, ad praeſtationem mortuarii minime [l] [coerceatur, non] teneatur [vel obligetur;] quodſi poſt obitum mariti in domo [m] et familiae regimine vidua per annum ſupervixerit juxta formam ſuperius ſcriptam, ad mortuarium obligetur. Hac [n] autem noſtra conſtitutione vel interpretatione conſuetudini laudabili ſuper mortuariis in noſtra dioeceſi [o] attentius obſervatae nolumus praejudicium generari; [p] quin ſi decedens hujuſmodi animalium numerum non habuerit, ſuper praeſtatione mortuarii conſuetudo eccleſiaſtica obſervetur: ad [q] ſolutiones [autem] debiti mortuarii contradictores et rebelles volumus per locorum ordinarios cenſura eccleſiaſtica coarctari.

Ne ſcotallae, ſeu potationes fiant, et de poenis facientium.[r]

Prohibitionem ſcotaliarum ſeu ſcotallarum[s], et aliarum potationum [t] pro [communi] ſalute animarum, et corporum introductarum, provida approbatione proſequentes, rectoribus, vicariis, et

[a] Collatae ſunt hae conſtitutiones cum MS. Lambeth. n. 17. et Elienſi 235. Codex Elienſis ita legit titulum: *Incipiunt conſtitutiones de Lambeth per dominum Stephanum, Cantuar. archiepiſcopum, editae, et in quibus libris habentur iſtae conſtitutiones ante conſtitutiones de Merton*. [b] Eli. *debeat* pro *debuit*. [c] *vel* pro *et* idem. [d] *habuerit animalia* Eli. [e] MSS. ambo: *optimo puta domino, cui de conſuetudine debetur, quae in Anglia vocatur Herietum, et cui de jure,* etc. [f] *et ſine* MS. Eli. [g] *quam praedialium* inſerit uterque. [h] *ad liberationem animae ſuae* MSS. ambo inſerunt. [i] *tantum duo* Eli. legit. [k] *in bonis* omittunt ambo. [l] *minime teneatur* codd. ambo, omittendo reliqua ad finem periodi. [m] *vel* pro *et* MSS. [n] *autem* deeſt in MSS. [o] *hactenus* Eli. pro *attentius*. [p] *quoniam* MSS. pro *quin*. [q] *ad ſolutionem mortuarii de jure debiti* codd. ambo. [r] Eli. legit *Ne fiant ſcotallae ſeu potationes communes*. [s] poſt *ſcotallarum* MS. Lamb. *ſc. laye for thy ſcott as I doe for myn.* Eli. ita: ſc. *laye forth thy ſcott as I doe for myn.* [t] *potationem communem pro ſalute* MS. Eli.

aliarum

5

aliis capellanis parochialibus praecipimus, ſub obedientiae debito firmiter injungendo; quod parochianis ſuis crebra exhortatione diligenter indicant, ne prohibitionis hujuſmodi [u] temerarii violatores exiſtant; alioquin quos in hac parte culpabiles invenerint, ab ingreſſu eccleſiae et ſacramenti communione tamdiu ſuſpenſos eſſe denuncient, donec aliis poenis ceſſantibus, ad poenitentiarium [w] noſtrum acceſſerint, quod ab eo pro tranſgreſſione hujuſmodi poenitentiae nomine injunctum fuerit, humiliter recepturi [x] et prout Deus dederit, imprimetur, ac expietur. Communes [[y] autem] potationes declaramus, quoties virorum multitudo, quae numerum denarium [z] exceſſerit, ejuſdem domicilio potationis gratia immoratur. Viatores vero [aa] et peregrinos, et in nundinis [bb] ac mercatis convenientes, quamvis in tabernis convenerint, ſub iſta prohibitione nolumus comprehendi. Communes potationes, quas ſcotallas, [cc] mutato nomine charitatis, appellant, deteſtantes, hujuſmodi [dd] potationum auctores et publice convenientes ad eaſdem, excommunicatos praecipimus publice et ſolenniter denunciari, donec ſuper hoc ſatisfecerint competenter, et abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

Quando licet bis in die celebrare. [ee]

3. Bis in die [ff] celebrare nullus praeſumat, niſi [gg] in diebus nativitatis et reſurrectionis dominicae; [hh] et quando corpus in propria eccleſia fuerit [[ii] duntaxat] tumulandum; et tunc in prima miſſa ablutio digitorum vel calicis a celebrante non ſumatur. Qui contrafecerit, ab officio ſe noverit ſuſpenſum, niſi forte canonica neceſſitate ſit compulſus: [kk] quoniam ſic duximus declarandum et limitandum, ſi [ll] in feſtis ix. lectionum, [vel in Quadrageſima,] vel [mm] in quatuor temporibus, vel ſponſalia fieri oporteat, vel ſubveniendo ſocio [nn] infirmo, [vel pro eccleſiae ſuae negotio,] vel propria neceſſitate manifeſte abſente. [oo]

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
INNOCENT. III. 13.	STEPH. LANGTON 3.	[illegible]	[illegible]

Concilium Londinenſe.

Ex Johanne de Rupeſciſſa Cottonius (in Poſthumis pag. 209.) aſſerit hoc anno convocatum eſſe parliamentum Londoniae, praeſidente archiepiſcopo, cum toto clero et tota ſecta laicali. De hoc concilio loquitur M. Pariſ. in ann. inquiens: Deinde rex Londonias cum feſtinatione properans, fecit omnes Angliae praelatos in ſua praeſentia convenire. Venerunt autem ad hanc generalem vocationem abbates, priores, abbatiſſae, templarii, hoſpitalarii, cuſtodes villarum ordinis Cluniacenſis, et aliarum regionum tranſmarinarum, cujuſcunque dignitatis et ordinis; qui omnes ad tam gravem compulſi ſunt redemptionem, ac rerum eccleſiaſticarum dilapidationem, quod ſumma extortae pecuniae excreviſſe fertur ad centum millia librarum ſterlingorum. Albi quoque monachi de regno Angliae, aliis exceptis, quadraginta millia librarum argenti in hoc tallagio (vellent, nollent) caſſatis privilegiis regi perſolverunt. H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
INNOCENT. III. 14.	STEPH. LANGTON 4.	[illegible]	[illegible]

Concilium Northamptonienſe legatinum. Ex annal. Margan. in ann.

Quidam ex capellanis domini papae legatus venit in Angliam, et a regiis cuſtoditus, legationem ſuam eſt executus. Denique coacto concilio apud Northampton, praeſente rege Johanne et proceribus Angliae, cum idem rex eccleſiae ſatisfacere nollet, coram omni concilio et in faciem ſuam a legato, viro virtutis, conſtanter excommunicatus denunciatur. Plures etiam minae ex ore domini papae per legatum intentantur, quae omnia rex pro nihilo duxit. H. I. Auctor Annalium Waverleienſium hoc concilium ad annum ſequentem refert, et plura de colloquio et mutuis minis regis et legatorum papae habet in Annal.

[u] *violatores temerarii* cod. uterque. [w] *ipſum* pro *noſtrum* MSS. [x] [illegible]
[y] *autem* omittit uterque codd. [z] *exceſſit* Eli. [aa] *et* deeſt in [illegible] [bb] [illegible] [cc] [illegible]
[dd] *potationes* Eli. [ee] MS Lamb. ita legit titulum: *Quando licet pr*[illegible] *teris*, reliqua habet. [ff] MSS. ambo *celebrare nemo praeſumat* [illegible] [gg] [illegible] [hh] [illegible] MSS [illegible]
[ii] *duntaxat* deeſt in utroque cod. [kk] *quia* MSS. pro *quoniam*. [ll] [illegible] *XI*. [illegible] *IX* [illegible] MSS ambo.
[mm] *in* deeſt in Eli. [nn] ab *infirmo* ad *negotio* omittit Eli. Lamb. *vel pro* [illegible] [oo] Codd. ambo addunt ſequentia: *Not. de iſta materia Extr. de celebr. miſſae. c. conſuluiſti*, etc. Superaddit tamen cod. Eli. *ex parte et ibi* … *et omnes doctores et S. in conſtitutione Oxon. quae incipit, Ad haec diximus.*

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 14.	STEPH. LANGTON 4.	1211.	JOHAN. 13.

Concilium provinciale apud Perthum in Scotia. Ex Scotichron. Paſlatenſi in bibl. regia Londin. lib. viii. cap. 78.

IN hoc concilio de itinere Hieroſolymitano in ſuccurſum terrae ſanctae agebatur, quod in monaſterii de Paſleto chronico his deſcribitur verbis:

" Eodem anno (ſc. MCCXI.) Willielmus Malivicinus, ſancti Andreae epiſcopus, de voluntate et licentia domini regis transfretavit patriam ſuam, parentes [apud] Gallias viſitaturus; qui denuo ad partes rediens, ſibi a domino papa in legatione adjuncto Waltero, Glaſguenſi epiſcopo, coacto apud Perth grandi concilio epiſcoporum, praelatorum, et cleri Scotiae, ac aliorum, ut moris eſt, de mandato domini regis ſtatuum oſtenderunt omnibus voluntatem, et mandatum domini noſtri papae de itinere Hieroſolymitano praedicando. Unde quamplures, et quaſi innumerabiles per univerſam Scotiam per praedicationem dictorum epiſcoporum, et eorum miſſorum ſive ſuffraganeorum omnium ordinum religioſorum, et clericorum ſecularium cruce ſignati ſunt, pauci tamen de divitibus vel potentibus regni. "

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 15.	STEPH. LANGTON 5.	1212.	JOHAN. 14.

*Charta Bricii Douglas, Moravienſis epiſcopi, conſtituens eccleſiam S. Trinitatis de Spyny cathedralem epiſcopatus Moravienſis**. Ex veteri Chartulario Moravienſi folio 1. in bibl. juridica Edinburg.

BRICIUS, Dei gratia Moravienſis epiſcopus, univerſis ſanctae matris eccleſiae filiis, tam futuris quam praeſentibus, aeternam in Domino ſalutem. Cum a multis et ab antiquis retroactis temporibus uſque ad noſtrae adminiſtrationis tempus in epiſcopatu Moravien. praedeceſſores noſtri, Moravienſes epiſcopi, certum et ſtabilem cathedralis ſedis locum in nulla tenuere eccleſia, ſed quilibet eorum pro libito et voluntate ſua in una trium eccleſiarum, ſcilicet Brenuth, et de Spyny, et de Kenedor, ſedem ſibi adaptaverunt epiſcopalem; nos autem ad ſubditorum tam utilitatem, quam neceſſitatem habentes reſpectum, qui ſaepius ad eccleſiam cathedralem, ut ad matricem recurrere plurimis tenentur ex cauſis, locorum difficultati, viarum aſperitati, temporum mutabilitati, cleri Moravienſis eccleſiae et plurimorum virorum prudentium communicato conſilio, quoad melius potuimus, occurrentes, reverendiſſimo et ſanctiſſimo domino noſtro et patri papae Innocentio humiliter ſupplicavimus et devote, quatenus eccleſiam ſanctae Trinitatis de Spyny, quam etiam plurimi praedeceſſorum noſtrorum cathedralem tenuerunt, et in ea, ut in cathedrali eccleſia ſua, inſtallati fuerunt, cathedralem de caetero omnibus poſtfuturis temporibus fore ſedem epiſcopis Moravien. inperpetuum decerneret. Qui de conſueta apoſtolicae ſedis clementia precibus noſtrae humilitatis inclinatus, viris venerabilibus ſancti Andreae, et de Brechyn epiſcopis, et abbati de Lundoris praecipiendo mandavit, quatenus inquiſita ſuper his diligentius veritate, ſi abſque juris praejudicio alieni, et in ampliationem divini cultus illud invenerint poſſe fieri, praefatam eccleſiam cathedralis honoris titulo decorarent. Praefati igitur viri venerabiles apoſtolici auctoritate mandati, vocatis quos propter hoc evocandos viderint, inquiſita ſuper hoc diligentius veritate, cum eis pleniſſime conſtaret, quod abſque juris praejudicio alieni, et in ampliationem cultus divini illud fieri poſſet, praefatam eccleſiam ſanctae Trinitatis de Spyny [a] cathedralem decoraverunt, auctoritate domini papae eam omnibus inpoſterum futuris temporibus Moravien. epiſcopis ſtatuentes et confirmantes cathedralem. Ad honorem igitur et reverentiam ſanctae et individuae Trinitatis, et glorioſiſſimae Dei genitricis ſemperque virginis Mariae, et ad divini cultus ampliationem, ut in praedicta cathedrali eccle-

* Cave putes, lector, omnes ex Chartulario veteri Moravienſi ſequentes chartas uno eodemque anno, quem primae praefiximus, eſſe editas. Bullae Alexandri, papae Romani, trium epiſcoporum, duorum decanorum, ſubdecanorumque, ac archidiaconorum eccleſiae Lincoln. nomina, quae in ſubſcriptionibus apparent, diverſis eas confectas fuiſſe annis confirmant. Conſtat enim ex faſtis eccleſiarum Angliae et Scotiae, Robertum de Querceto, epiſcopatui Lincoln. ab anno MCXLVI. ad MCLXVI. Hugonem I. eidem ab anno MCLXXXVI ad MCC. et Willielmum de Bleys eidem ab MCCIII. ad MCCVI. praefuiſſe. Liquet etiam Bricium Douglas epiſcopatum Moravienſem anno MCCIII. adeptum eſſe, et MCCXXII. morte finiviſſe. Legimus Haimonem decanatum eccleſiae Lincoln. ab anno MCLXXXIX. ad MCXCV. et Rogerum de Rolveſton vel Rolleſton eundem ab MCXCV. ad MCCXXIII. tenuiſſe. Patet quoque Radulphum ab MCLX. ad MCLXXXIII. et Willielmum de Branflet vel Bramford anno MCCV. ſubdecanos eccleſiae Lincoln. fuiſſe; ut et Robertum de Hardrel ab MCXCI. ad MCCVII. archidiaconatum Huntingdon. et Geoffridum Bedfordenſem ab MCCIII. per aliquot annos occupaſſe. Quod Alexander, papa Romanus, qui, agmen claudit chartarum Moravienſis eccleſiae, tertius fuerit ejus nominis, qui ab anno MCLIX. ad MCLXXXI. eccleſiae Romanae gubernacula tenuit, exinde collegi, quod Roberti, epiſcopi Lincoln. cujus privilegia in prima meminit bulla, aetatem propius attingebat, aliorumque epiſcoporum Lincoln. Roberti privilegia confirmantium nomina haud recenſebat, qui, Alexandro III. mortuo, in cathedra Lincoln. ſedebant. Ne igitur chartas et bullas has, diverſa licet aetate confectas, de eadem tamen tractantes materia, diſtraherem, ſub anno epiſcopatus Bricii Moravienſis medio collocavi, dubius, quis cuilibet aſſignandus foret annus.

[a] Forte legendum (ut paulo ante) *cathedralis honoris titulo decoraverunt.*

ſia

ſit [illegible] obſequium omnibus temporibus divinae majeſtati acceptabilius, decentius, honeſtius, et regularius abſque defectu celebretur, octo canonias ſaepe memoratae cathedrali eccleſiae ſanctae Trinitatis de Spyny in liberam, puram, et perpetuam eleemoſynam aſſignavimus, quas canonias, cum omnibus ad eas juſte pertinentibus, ita prorſus liberas ſtatuimus et immunes in omnibus, ſicut canoniae majoris eccleſiae cathedralis Lincolnienſis liberae eſſe noſcuntur et immunes. Sunt autem iſtae canoniae: Prima canonia decanatui aſſignata eccleſia de Eryn, cum capella de Invernarren, et cum omnibus aliis juſtis pertinentiis ſuis. Secunda canonia cantoriae aſſignata eccleſia de Lamnabride, cum una davach terrae et eccleſia de Alvay, et eccleſia de Ro[illegible] cum omnibus juſtis earundem pertinentiis. Tertia canonia theſaurariae aſſignata eccleſia de Kennedor et eccleſia de Eſkyl, cum omnibus juſtis earundem pertinentiis. Quarta canonia cancellariae aſſignata Forthernes per ſuas rectas diviſas, et cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis, Lythenes per ſuas rectas diviſas cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis, et Lunyn et Duldavy per ſuas rectas diviſas, et cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis, ſalva tenura Willielmi, filii Willielmi, filii Freſkynyn, et haeredum ſuorum in praedictis terris, ſcilicet Lunyn et Duldavy. Item terra de Logyn juxta Duffus per ſuas rectas diviſas, cum juſtis pertinentiis ſuis, ſalva tenura Hugonis, filii Willielmi, filii Freſkynyn, et haeredum ſuorum inperpetuum; et ſalva una petra cerae, quae de praedicta terra annuatim ſolvitur, quam perpetuo aſſignavimus ad luminaria invenienda ad miſſam de glorioſa Dei genitrice ſemperque virgine Maria, feſtive ſingulis diebus in ſaepedicta eccleſia S. Trinitatis de Spyny decantandam. Quinta canonia eccleſia S. Petri de Strathoven cum capellis ſuis et una davach terrae, et cum aliis juſtis pertinentiis ſuis; et eccleſia de Hurchard ultra Innernys cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis. Sexta canonia de Forays et eccleſia de Logyn Fythenach cum omnibus juſtis earum pertinentiis. Hanc autem canoniam archidiaconatui noſtro aſſignavimus inperpetuum, ſtatuentes, ut quicunque archidiaconus fuerit, qui praedictam eccleſiam obtinuerit, de tuendis et conſervandis libertatibus et immunitatibus eccleſiae ſanctae Trinitatis de Spyny, et capituli ejuſdem eccleſiae corporale teneatur praeſtare ſacramentum; quod ſi ſubire recuſaverit, et praeſtito contraire praeſumpſerit, poſt ſecundam et tertiam commonitionem per decanum vel ejus vicefgerentem, canonia ſupradicta et fructibus ejus, ſi commonitus adquieſcere noluerit, eundem archidiaconum privandum eſſe decernimus proventibus omnimodis canoniae ſupradictae, in communes uſus canonicorum eccleſ. S. Trinitatis de Spyny convertendis, donec in capitulo eorundem canonicorum ſuper exceſſu ſuo ſatisfecerit competenter, ſicut etiam volumus, et ordinamus et ſtatuimus, ut de omnibus, aliis et ſingulis canonicis obſervetur. Inveſtietur autem archidiaconus et inſtallabitur in praedicta canonia, ſicut ſimplex canonicus in eccleſia Lincoln. et ratione canoniae ſupradictae decano et capitulo Lincoln. erit obnoxius in omnibus tanquam ſimplex canonicus eccleſiae Lincoln. majori decano et capitulo obnoxius eſſe tenetur. Septima canonia eccleſia de Spyny cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis. Octava canonia eccleſia de Rathvan et eccleſia de Duppol, cum omnibus earum juſtis pertinentiis. Quilibet praedictorum canonicorum, habens aliquam praedictarum canoniarum omni tempore unum ſacerdotem in ipſa eccleſia de Spyny pro ſe vicarium habebit, qui in eadem eccleſia miniſtrabit, ſive canonicus, cujus vicarius eſt, praeſens ſit, ſive abſens, niſi canonicus ipſe in propria perſona officio ſacerdotali miniſtrans, reſidentiam in praedicta eccleſia facere elegerit, ut omnibus inperpetuum temporibus octo ſacerdotes in praenominata cathedrali eccleſia vice praedictorum octo canonicorum inveniantur ad honorem, gloriam, et laudem ſanctae Trinitatis, et glorioſiſſimae virginis Mariae, tam reſidentes quam miniſtrantes; de quibus tres qualibet hebdomada hebdomadarios eſſe ad miſſas, quotidie cum cantu et nota dicendas conſtituimus; primam miſſam mane omni die de glorioſiſſima Dei genitrice ſemperque virgine Maria feſtive cum cantu dicendam eſſe ſtatuimus; ſecundam, quae dicitur "Miſſa capitalis ſive matutinalis" pro defunctis vel aliter, ſecundum quod tempus exegerit ad libitum cum cantu vel ſine cantu; tertiam, quae dicitur "Major miſſa, ſive miſſa de die," circa horam diei tertiam vel alias canonicam, ſolenniter cum cantu celebrari volumus. Quilibet vero aliorum quinque ſacerdotum omni die, niſi rationabili cauſa fuerit excuſatus, miſſam pro defunctis celebrare tenebitur. Omnes autem ſimul omnibus horis diviniſque officiis, tam nocte quam die celebrandis, communiter adeſſe et intereſſe ſtabilimus, niſi ex manifeſta et rationabili cauſa aliquem ad horam abeſſe contigerit per majoris decani licentiam, vel illius, qui vices decani adimplere dignoſcitur. Omnibus igitur praedictae cathedralis eccleſiae ſanctae Trinitatis de Spyny ſua jura ſervantibus, per omnipotentis Dei miſericordias et gratiam, beatiſſimae matris ejus, perpetuae virginis Mariae interceſſionem, ſit pax ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud diſtrictum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Ut autem haec noſtrae conſtitutionis pagina tam futuris quam praeſentibus fiat cognita, et omnibus inpoſterum temporibus permaneat ſtabilis et inconcuſſa, eam ſigilli noſtri appoſitione et epiſcopali auctoritate duximus roborandam. Recapitulantes et firmiter ſtatuentes, quod decanus et canonici praedictae matricis et cathedralis eccleſiae de Spyny ratione decanatus et canoniarum ſuarum eiſdem gaudeant libertatibus et immunitatibus et praeeminentiis in eccleſia cathedrali, et canoniis ſuis, et extra, quibus decanus et canonici Lincoln. in eccleſia Lincoln. et canoniis ſuis gaudere noſcuntur ratione decanatus et canoniarum ſuarum. Ego Bricius, Moravien. epiſcopus, ſubſcribo. Ego Radulphus, abbas de Kynlos, ſub. Ego Ricardus, prior de Hurchard, ſub. Ego Gilbertus, abbas de Abyrbroth, ſub. cum communi conſilio conventus. Ego Ricardus, abbas de Kelchou, ſub. cum communi conſilio conventus. Ego W. perſona de Eddendun, ſubſ. Ego Johannes, perſona de Artydol. ſub. Ego Gregorius, vicarius de Altre, ſubſcribo. Ego Andreas,

vicarius de Kinguſſy, ſubſ. Ego Malcolmus, vicarius de Keth, ſubſ. Ego Ranulphus, vicarius de Buthtrethyn, ſub. Ego Robertus, vicarius de Duſphus, ſub. Ego Gylmakal, vicarius de Fothernes, ſub. Ego Macbeth, vicarius de Dulergus, ſub. Ego Patricius, perſona de Abyrnyth, ſub. Ego Gillebride, perſona de Abertarf, ſub. Ego Conganus, perſona de Kincard, ſub. Ego Gilbertus, archidiaconus Morav. ſub. Ego Alexander, perſona de Elgyn, ſub. Ego Andreas, rector eccleſiae S. Petri de Duſphus, ſub. Ego Walterus, vicarius S. Columbae de Petyn, ſub. Ego Lambertus, perſona de Forays, ſub. Ego Stephanus, perſona de Glas, ſub. Ego — perſona de Dunbatach, ſub. Ego Symon, perſona de Dolays, ſub. Ego Hugo, perſona de Rothvan. ſub. Ego Ricardus, perſona de Rotheys, ſubſcribo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 15.	STEPH. LANGTON 5.	1212.	JOHAN. 14.

Conſtitutiones Lincolnien. eccleſiae de reſidentia. Ex Chartulario vet. Moravien. in bibl. jurid. Edinburg. fol. 7.

HAEC ſunt in parte conſuetudines et obſervationes Lincoln. eccleſiae; ſcilicet, quod quilibet canonicus, ſive fuerit in perſonatu, ſive in archidiaconatu conſtitutus, ſive non, habebit vicarium in eccleſia, niſi fuerit reſidens. Reſidere quidem tenentur decanus, praecentor, cancellarius, theſaurarius, et ſubdecanus, et ad hoc in promotione ſua juramento aſtringitur. Illi autem, qui non ſunt reſidentes, praeſtabunt ſeptimam partem praebendae ſuae in augmentum commune reſidentium: ſed hanc poenam evitabit, qui per tertiam partem anni continue ſive interpolate fecerit reſidentiam. Verum ab hac neceſſitate releventur archidiaconi pro parte, quibus ſufficit per quadraginta dies ſimiliter, ſive continue, ſive interpolate, ad evitationem iſtius poenae in eccleſia integre reſidere. Nullus autem tenetur habere vicarium, ſi per tertiam partem anni duxerit abeſſe, ſive continue, ſive interpolate. Illi autem, qui per duas partes anni moram integram fecerint in eccleſia modo praedicto, quantum ad emolumentum, quod reſidentes contingit, percipiendum, et poenam evitandum, pro reſidentibus habentur. Hoc tamen expreſſo, quodſi quis canonicus habens vicarium, inchoaverit reſidere, nihilominus retinebit vicarium uſque ad proximum terminum ſtipendiis vicariorum ſolvendis deputatum, niſi in feſto S. Michaelis inchoaverit reſidere: quo caſu non habebit neceſſitatem ultra illum terminum vicarium retinere, dummodo in feſto nativitatis beati Johannis vel ante vicarium ſuum ſuper hoc curaverit praemunire. Hoc idem intelligendum eſt de alio termino, dum ad Natale ipſum ſuper hoc praemuniat. Debet autem quilibet canonicus praeſentare vicarium, boni teſtimonii virum, decano; et ſi praeſentaverit aliquem, qui prius non fuerit vicarius, non abſolute admittetur, ſed examinabitur, an ſciat legere et cantare; et ſi utrumque ſciat probabiliter, non tamen admittetur de plano, ſed ita, ut ſit in probatione primo per annum, et interim addiſcat antiphon. hymnar. et hoc lapſo anno illa addiſcat, ut probabiliter illa ſciat ſine libro; ſecundo anno deputabitur pſalterio eodem modo addiſcendo; et ſi in utroque profecerit probabiliter, admittetur, ſin autem, repelletur. Quilibet vero vicarius, cum admittitur, jurabit fidelitatem eccleſiae, et clerici ſimiliter, qui chorum frequentant. Et ſi vicarius receſſerit vel deceſſerit, canonicus alium praeſtabit vicarium, et ſi hoc non fecerit, ſolvet nihilominus ſtipendia vicario debita, quae cedunt in vicariorum communiam; ſi autem canonicus, eccleſiam habens praebendatam, vicarium in eccleſia facere noluerit, taxata vicaria per epiſcopum et decanum, ipſum vicarium decano praeſentabit, qui conſideratis circumſtantiis, quae contra idoneitatem perſonae fuerint attendendae, praeſentatum, ſi nihil obſtiterit, canonicum admittet, vel, ſi viderit indignum, repellet. Admiſſum quidem ad epiſcopum mittet, qui ei curam animarum, hoc ſolo quoad ipſum contingentia contentus, committere debebit. Ipſe autem vicarius obedientiam decano; canonico autem eum praeſentanti, domino ſuo fidelitatem ſimul et obedientiam jurabit. De geſtu vero clericorum in choro, ut uniformiter ab omnibus ſervetur, proviſum eſt in hunc modum. Omnes de choro chorum intrantes, ſi ex parte auſtrali, habeant ſedes, ex parte intrent et exeant, ſive ab oriente intrent, ſive ab occidente. Et cum ab oriente intrent, poſt deceſſum ultimi gradus in choro inclinent ſe primo ad altare, poſtea ad epiſcopum, ſi praeſens fuerit, vel ad decanum, ſi epiſcopus abſens ſit, et ſic ingrediantur ſtallum ſuum; ita tamen, quod ſi tranſeundum ſit per ipſum, qui chorum regit, tranſeat inter ipſum et clerum illius partis. Si autem ex parte occidentali ingrediuntur, ſtatim ingreſſi inclinent ſe primo ad altare, poſtea ad epiſcopum, et ad decanum. Idem obſervetur ex parte aquilonari. Clerici ſub hac forma chorum intrantes, modeſte et ordinate ſeſe in locis ſuis recipiant, nec inſolenter formas tranſilientes. Eodem modo ſe habeant exeuntes. Et ſi quemquam oportuerit ab una parte chori uſque in aliam tranſire, in extrema parte chori verſus orientem vel occidentem tranſitum faciat, et in eundo et redeundo ad altare ſe inclinet; ſed ab hac neceſſitate rectores chori excipiuntur. In choro nullum fiat murmur a clericis, ſed honeſte ſe habeant, ſine turpi riſu, et joco, et pauca habeantur colloquia, et neceſſaria, et demiſſa voce. Hoc autem eſt attendendum, quod quis chorum eſt ingreſſus, ut Tertiae, Sextae, Nonae, vel completorio, extra Quadrageſimam interſit, ipſi ſine cauſa ante finem horae egredi non licebit. Et ſi cum aliquo, qui non ſit de choro, loqui debeat, ad loquendum cum ipſo chorum egrediatur. Haec autem ſit forma omnium ſtandi et ſedendi in choro. Omnes debent ſtare ad omnes horas totius anni; cum ſubſcripto tamen moderamine, ad veſperas verſus reſponſorii canitur a duobus vel pluribus, ſedere poſſunt uſ-

que

que ad "Gloria Patri." Primi tamen in prima receptione finis reſponſorii ſurgunt poſt verſum cantatum. Secundarii ſimiliter rectores chori in feſtis duplicibus. Eodem modo in hebdomada Paſchae ſedet chorus, dum verſus gradalis canitur et verſus Alleluia. Ad matutin. quoque ſedet chorus, dum lectiones leguntur, et reſponſoria cum ſuis verſibus cantantur uſque ad "Gloria;" vel quando "Gloria" non dicitur, uſque ad reinceptionem reſponſorii, poſſunt alternis vicibus ſedere in omni pſalmodia; praeterquam in duplicibus feſtis; ita ſcilicet, ut quando unus in uno pſalmo ſedet, ſocius ejus proximus ſtet: et hoc idem fieri poteſt in pſalmodia Primae, quando dicitur "Deus, Deus meus," etc. ſed ab iſta alterna ſeſſione excipiuntur pueri et chori rectores, qui in omni pſalmodia ſtare debent continue. Ad miſſam etiam ſedetur, dum lectiones et epiſtolae leguntur, et quando gradale cum ſuo verſu canitur, quando chorus non regitur, et ad verſum gradale, et ad verſum Alleluia, quando chorus regitur, eodem modo. Clerici ad hoc deputati ad gradum vel ante altare cantent verſus tractus alternos. Item poſt offertorium uſque ad "Per omnia," et poſt "Sanctus" uſque ad aliud "Per omnia," dum tamen erigant ſe in elevatione hoſtiae, et ad altare ſe reverenter inclinent. Et poſt orationem dominicam finitam uſque ad ſequens "Per omnia," poſſunt ſedere, praeterquam in tempore proſtrationis. Quod autem dicitur de alterna ceſſione in matutinis et ad Primam, hoc idem poteſt in debilibus et ſenibus, qui ſunt in ſtallis, et ad omnes horas obſervari pariter, poſtquam ingreſſi ſunt ſtalla ſua vel loca, ut horis interſint. Dum oratio dicitur dominicalis, quae quamlibet horam praecedere debet, ſtare debent ad altare converſi, et quando dicitur "Deus in adjutorium," uſque ad inceptionem antiphoni; quod in veſpertinis et completorio locum habet: ſed ad alias horas diei ſic ſtent converſi uſque ad inceptionem hymni. In matutinis quidem converſos ſe habeant ad altare, uſque ad inceptionem hymni poſt "Venite," niſi dum chorus cantat invitatorium. Et eſt notandum, quod chorus ſemper debet ſtare converſus ad altare in inceptione cujuſlibet hymni, et dum ultimus hymni verſus cantatur, et ad omne "Gloria Patri," et dum oratio dominicalis dicitur, ante lectiones et inceptionem "Te Deum," et in fine ejus, dum ultimus verſus cantatur, et in omnibus verſiculis, capitulis, et collectis. Ad miſſam autem geſtus attenditur memoratus, dum "Gloria in excelſis" inchoatur, quouſque chorus cantat. Et in eodem hymno, dum haec verba dicuntur, "Adoramus te," capitis inclinatione, et hic, "Suſcipe deprecationem noſtram." Et in fine ejuſdem, cum dicitur "Jeſu Chriſte," uſque ad inceptionem lectionis vel epiſtolae. Item in fine gradalis, vel Alleluia, vel tractus, et dum legitur evangelium ad altare; quia dum legitur in pulpito, debet chorus ſe convertere ad lectorem evangelii, donec evangelium perlegatur; hoc excepto, quod cum reſpondet "Gloria tibi, Domine," debet ſe ad altare convertere, et crucis ſignaculo communire. Et haec crucis conſignatio fit hic, et in fine "Gloria in excelſis," cum dicitur in gloria Dei patris; et in fine "Credo in unum," cum dicitur, et "Vitam futuri ſaeculi," et in fine "Sanctus," cum dicitur "Benedictus, qui venit in nomine Domini." Ut autem exceſſus clericorum et chori, qui ſi forſitan [illegible] competenter corrigantur; unanimi proviſum [illegible] ut quolibet ſabbato fiat chori congregatio, et ibi publice recitetur illa libri conſuetudinarii particula, quae ſervitium diſtinguit ſequentis ſeptimanae, et tunc ſervitium ejuſdem ſeptimanae evidenter ordinetur, et ſi quid acciderit in hebdomada praeterita corrigendum, prout decet, corrigatur.

De officio decani.

Decani quidem officium eſt, ut omnibus canonicis et vicariis in animarum regimine cum morum correctione et juriſdictione praeemineat; cauſas omnes ad capitulum ſpectantes audire, et judicio capituli terminare, et appellationes a canonibus ad ipſum factas in capitulo audire, et eorum cauſas tractare, exceſſus quoque canonicorum, vicariorum, et clericorum corrigere, et delinquentium perſonas juxta delicti quantitatem et perſonarum qualitatem digna animadverſione punire; canonicos, quibus dominus epiſcopus praebendas contulit, admittere, et, ſi praeſens eſt, inſtallare; ſi autem abſens, ſubdecanus, ſi praeſens fuerit, vel is, cui decanus hoc mandaverit, id exequitur ſub hac forma. Canonico inſtallando admiſſo, et receptis literis epiſcopi de ſtallo in choro et loco in capitulo ei aſſignandis, tradet ei poſſeſſionem per textum evangelii canonicis pſallentibus "Ecce quam bonum," etc. et interim dum pſallitur pſalmus, ille oſculabitur decanum, ſi praeſens eſt, vel ipſum, qui vices ejus gerit, deinde caeteros ſecundum ſuum ordinem; finito autem pſalmo cum "Gloria Patri," et ſubſequente "Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon," et "Pater noſter" dicitur, et "[illegible] nos, Salvum fac populum tuum," etc.

Praeterea nullus clericorum de prima vel ſecunda forma in choro admittitur, niſi auctoritate decani. Item in majoribus feſtis duplicibus, ſcilicet Nativitate, Epiphania, purificatione beatae virginis, et in capite jejunii, in dominica Palmarum, et tribus diebus ante Paſcha, die Paſchae, die Aſcenſionis, in vigilia Pentecoſtes, die Pentecoſtes, die S. Trinitatis, die nativitatis S. Johannis Baptiſtae, die apoſtolorum Petri et Pauli, ſi in feſto S. Johan. Bapt. non celebraverit, feſto reliquiarum eccleſiae, diebus annunciationis, aſſumptionis, et nativitatis beatae virginis, feſto Omnium Sanctorum, et die S. Hugonis, epiſcopo abſente, divinum tenetur exequi officium; decano vero abſente, ſublimior perſona eccleſiae poſt decanum in dictis diebus divinum exequatur officium, niſi tale feſtum in hebdomada, qua aliqua perſona eccleſiae celebrat, contigerit, quo caſu idem hebdomadarius in eodem feſto celebrabit. In majoribus vero duplicibus feſtis eccleſiae perſonae ſucceſſive divinum officium adimplebunt. Hoc etiam ſciendum eſt, quod in omnibus principalibus duplicibus feſtis, et in aliis, ſi fieri poteſt, debent canonici eſſe miniſtri principales. Ad decanum vero pertinet, ſi epi-

epiſcopus eſt abſens, dicere "Confiteor," tam ad Primam quam ad completorium, per totum annum, quando dicitur "Confiteor:" quando vero tam epiſcopus quam decanus abſens fuerit, ſacerdos hebdomadarius hoc ſemper faciet; ſi *autem ſacerdos hebdomadarius lecturus eſt. Decanus in abſentia epiſcopi dabit benedictionem; decano abſente, ſublimior perſona, quae fuerit in choro. In Quadrageſima ante collationem cum legitur, et in capitulo ſimiliter, per totum anni circulum ad lectionem ibidem legendam benedictionem dabit ſacerdos hebdomadarius, ſi decanus abſens fuerit. Ad officium autem et curam decani pertinet videre et corrigere librorum, veſtimentorum, et ſartatectorum, et aliorum ornamentorum in eccleſiis praebendatis, quae liberae ſunt et exemptae a poteſtate et juriſdictione archidiaconorum, officialium, et decanorum ruralium, ſi canonici rectores earundem in his fuerint negligentes; delicta autem et inſufficientias capellanorum in praedictis eccleſiis praebendatis miniſtrantium, ſive fuerint vicarii, ſive non, emendare, ſi dicti canonici id exequi neglexerint. Honor vero et reverentia decano debentur in his, quae ſubjunguntur. Omnes, tam majores quam minores chori, in ingreſſu et egreſſu chori, ad ipſum in ſtallo ſuo conſtitutum inclinabunt. Item nullus de choro major vel minor debet ſine licentia decani de villa recedere per unam noctem ex certa ſcientia moram facturus, nec etiam ſe minuere. Item decano chorum vel capitulum intranti, vel tranſitum vel alterutrum facienti, omnes majores et minores aſſurgere tenentur. Item veſperae et matutinae non inchoabuntur ante adventum decani, vel ejus mandatum de ſuo non adventu. Aſperſio autem aquae benedictae, et proceſſio, et collatio in Quadrageſima ad completorium in eodem tempore quando collatio legitur, ipſius exſpectabunt adventum, vel contrarium mandatum.

De officio cantoris.

Cantoris officium eſt chorum in cantuum elevatione et depreſſione regere, cantores in tabula ordinare. Ad illum etiam pertinet et puerorum inſtructio et diſciplina, et eorundem in choro admiſſio et ordinatio: praeterea in omnibus majoribus feſtis duplicibus tenetur ad miſſam intereſſe regimini chori ad bancum in choro cum caeteris perſonis, qui ſimiliter omnes, qui praeſentes fuerint, ad bancum praedictum eſſe debent cum aliis rectoribus chori. Debet etiam in omni duplici feſto rectores chori de cantibus injungendis et incipiendis inſtruere. Item omnes cantus ab epiſcopo incipiendos, ipſe epiſcopo in propria perſona tenetur injungere; libros autem cantuum eccleſiae ſcriptos corrigere, et, cum opus fuerit, poſt primam ligaturam ligare. Et ſi novi tales libri ſcribendi ſunt, ipſius cura et diſpoſitione ſcribentur, praepoſito canonicorum expenſas miniſtrante; et cum in choro diſcordia vel defectus, dum canitur vel pſallitur, contigerit, ad curam pertinet praecentoris ut emendetur providere.

De officio cancellarii.

Officium cancellarii eſt ſcholas theologiae regere, praedicare vel per ſe vel per alium, quem de eccleſia elegerit, dum ex conſenſu decani et capituli illud extraneo deputet officium. Et hoc intelligendum eſt, quando choro praeſente praedicandum eſt, alias poterit cum voluerit officium injungere memoratum. Eſt autem praedicandum his diebus populo; ſingulis dominicis diebus, clericis in capitulo, per tres primas dies natalis Domini, die Epiphaniae, item per tres primas dies Paſchae, die Aſſumptionis, die nativitatis beatae Mariae, die Omnium Sanctorum, die ſanctae Trinitatis. Et hoc fiat per canonicos, vel per alios viros auctenticos, ſi inveniantur, qui velint, et ſciant. Item die Cinerum per quinque dies apud locum ſtationis, ſcilicet die Palmarum, et majoris Letaniae, et tribus diebus Rogationis, quando ſolennes extra eccleſiam fuerint proceſſiones. Item libros Legendarum corrigere, et poſt primam ligaturam, ſi opus ſit, religare. Et ſi novi tales libri ſint faciendi, qualiter ſcribantur ſua ſolicitudine providere, praepoſito canonicorum expenſas miniſtrante. Item in ſtabulo lectores et miniſtros altaris ordinare, et ſcribere, lectores auſcultare, et lectiones terminare, quae in miſſa fuerint, prout expedit, injungere, et ſimiliter in ſolennibus anniverſariis. Item ſigillum capituli principaliter cuſtodire, ita quod illud in theſauraria ſub ſerrura duplici depoſitum recludetur. In cancellaria clavem minoris ſerrurae, ſub qua primo et immediate recluſum fuerit, penes ſe habebit. Clavem autem alterius et majoris ſerrurae, ſub qua minor recludenda eſt, habebit theſaurarius. Ipſum autem ſigillum nuſquam extra theſaurariam deferetur, niſi cum opus fuerit pro literis capituli in praeſentia fratrum ſignandis, vel aliis literis, quibus ipſum fuerit apponendum. Si vero cancellarius a villa recedere debuerit, clavem ſupradictam alicui de canonicis, vel ſi nullus canonicorum ipſam recipere voluerit, decano commendabit, donec redierit, cuſtodiendam. Similiter, ſi theſaurarius villam exire debuerit, de clave ſua facere tenebitur. Ad cancellarium autem pertinet literas capituli et chartas componere, et quae legenda ſunt, in capitulo legere, libros etiam theologiae eccleſiae cuſtodire, et alios ſimiliter in armariolo conſervare; quos ſingulis annis in prima ſeptimana Quadrageſimae coram deputatis ad hoc oſtendere debet, et exhibere, ut ſic appareat, quod nullus fuerit perditus vel deterioratus; et illi, qui ad hanc oſtenſionem deputati ſunt, numerum ſciant librorum, qui per eos conſcriptus in theſauraria deponetur. Dignitas ipſius eſt, quod nullus poteſt legere in civitate Lincoln. niſi de licentia ipſius. Et, quod omnes ſcholas in comitatu Lincoln. pro ſuo confert arbitrio; exceptis his, quae ſunt in praebendis.

De officio theſaurarii.

Theſaurarii officium eſt ornamenta et theſauros eccleſiae conſervare, et luminaria eccleſiae miniſtrare; horologia etiam cuſtodire, et regere, et, prout oportet, reficere; hoſtias, vinum,

* Forte *tamen* pro *autem*.

candelas

candelas ſingulis altaribus eccleſiae miniſtrare. Debet etiam invenire aquam, carbones, thus, phialas, et utenſilia neceſſaria in eccleſia, et matulas in choro, et coram altaribus, et in capitulo ſtramen vel juncum in duplicibus feſtis, et multa alia, quae longum eſt enarrare.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae.
INNOCENT. III. 15.	STEPH. LANGTON 5.	1212.	JOANN. 14

Charta Lincoln. eccleſiae de conſuetudinibus et libertatibus ejuſdem eccleſiae. Ex Chartul. vet. Morav. in Bibl. jurid. Edinburg.

ROGERUS, decanus, et capitulum Lincoln. eccleſiae, dilectis in Chriſto fratribus capitulo Moravienſis eccleſiae aeternam in Domino ſalutem. Venientes ad nos Freſkyn, decanum, et Andream, cancellarium eccleſiae veſtrae, cum literis veſtris patentibus, ea, qua decuit, benignitate ſuſcepimus, ex quorum aſſertione et tenore literarum veſtrarum, necnon et inſpectione chartae venerabilis viri Bricii, Moravien. epiſcopi, fundatoris veſtrae eccleſiae, evidenter didicimus, eundem epiſcopum in eccleſia ſanctae Trinitatis de Spyny octo canonicos conſtituiſſe, et ad eorum ſuſtentationem eidem eccleſiae ſanctae Trinitatis de Spyny octo praebendas aſſignaſſe. Quam eccleſiam cum canonicis et praebendis eis aſſignatis, idem epiſcopus conſtituit in omnibus eiſdem dignitatibus, libertatibus, et immunitatibus gaudere, quibus eccleſia Lincoln. et canonici ejus et praebendae gaudere noſcuntur. Quia vero dignitatum, libertatum, immunitatum, et conſuetudinum eccleſiae noſtrae et canonicorum et praebendarum ipſius ſatis plenam notitiam non habetis, praedictos decanum et cancellarium pro inquiſitione praedictorum diligentius facienda ad nos deſtinare curaſtis, rogantes attentius, ut per praedictos nuncios veſtros et literas capituli noſtri vos ſuper praedictis certificaremus. Quibus in capitulo noſtro conſtitutis; et pro negotio ſibi injuncto a nobis diligentius interpellantibus, habito tractatu cum fratribus ſuper his, de quibus quaerere decreverunt, et dubitare videbantur, certum et indubitatum dedimus reſponſum, ſingulos articulos ab eiſdem nunciis propoſitos tam fideliter, quam veraciter abſolventes. In quo hoc primum veſtrae diſcretioni duximus notificandum, quod dominus epiſcopus noſter, quoties perſonatum aliquem vel praebendam in eccleſia noſtra vacare contigerit, eam in camera ſua, vel ubicunque voluerit, ſive per panem, ſive per librum, vel alio quolibet modo, ſua auctoritate, non requiſito conſenſu capituli, cui voluerit, idoneo tamen, conferre poteſt, excepto ſolo decanatu; quo vacante, ad capitulum pertinet decani ſui electio; epiſcopo tamen ſuper hiis prius requiſito. Electionem vero decani a capitulo celebratam ratam tenetur habere epiſcopus, et praeſentatum ſibi a capitulo omnino admittere, niſi perſonae electi rationabilem cauſam repulſionis objiciat. Decanus autem epiſcopo praeſentatus et ab epiſcopo admiſſus, inſtallatur ab epiſcopo, vel a capitulo. Quilibet autem alius canonicus, poſtquam conceſſionem domini epiſcopi habuerit de perſonatu aliquo vel praebenda, literas epiſcopi ad decanum deferre conſuevit, de aſſignatione ſtalli in choro, et loci in capitulo ei facienda. Decanus autem eum inſtituet cum textu evangelii, canonicis pſallentibus "Ecce quam bonum" etc. et decano dicente orationem "Actiones noſtras" etc. et poſtea a decano inſtallabitur. Abſente autem majore decano, ſubdecanus, vel is, cui decanus mandabit, id exequatur. Inſtallatus canonicus, recepta prius communia, ſingulis canonicis ſex denarios dabit ad vinum comparandum in die ſuae inſtallationis. Quilibet autem canonicus fidelitatem jurabit eccleſiae et capitulo ſtatim poſt ſuam inſtallationem, et quod rationabiles conſuetudines eccleſiae, prout eas didicerit, obſervabit. Singuli autem canonici decano ſimplici verbo obedientiam praeſtabunt. Noveritis etiam in eccleſia noſtra quatuor eſſe perſonatus, et totidem perſonas excellentes; inter quas primum locum tenet decanus, ſecundum cantor, tertium cancellarius, quartum theſaurarius, qui de theſauraria ſua et reditibus theſaurariae invenire debet luminaria, et vinum, hoſtias, et carbones, thus, et utenſilia neceſſaria in eccleſia, et ſartatecta habere, et ſervientibus in eccleſia mercedem ſolvere, et multa alia, quae vix poſſunt numerari. Coercitio autem praedictarum perſonarum et canonicorum omnium ad decanum pertinet et capitulum; decani vero ad capitulum; nec ullus canonicus epiſcopo ſuper his, quae ad praebendam ſuam pertinent, vel de perſona ſua vel praebenda alibi quam in capitulo noſtro reſpondebit. Epiſcopus vero nec per ſe nec per literas prohibere poteſt, quin decanus et capitulum de cauſis canonicorum et tranſgreſſionibus eorum cognoſcat, nec ſua auctoritate id facere nec eorum cognitionem poteſt protelare. Decano quidem errata canonicorum corrigere, vel de cauſis eorum cognoſcere, nolente, negligente, vel etiam abſente, capitulum ſua auctoritate ea poterit expedire. Adhoc diſcretioni veſtrae certiſſime et fideliter notificamus, quod omnes eccleſiae praebendatae, necnon et illae, quae in territorio praebendarum ſitae ſunt, in quibus aliquis canonicus jus habet advocationis, ab omnibus epiſcopalibus ſunt exemptae, tam ſynodalibus, quam omnibus aliis epiſcopalibus; adeo quod archidiaconus provincialis, nullus decanus ruralis, nullus officialis epiſcopi vel archidiaconi aliquid eiſdem eccleſiis vel earum parochiis, vel circa earum parochianos juriſdictionis valeat vendicare, ſed ad quemlibet canonicum in ſua praebenda emergentium cauſarum omnium tam pecuniarum, quam ſpiritualium cognitio pertinet et deciſio, niſi ab eo appelletur ad majorem decanum, vel capitulum, vel epiſcopum, vel ſuperiorem. Haec autem indiſtincte dicimus, ſive praedicti parochiani ſint clerici ſive laici, ſive ſint homines et tenentes ipſius canonici, ſive domini regis, ſive epiſcopi, ſive alicujus baronis, militis, vel franke-

lani, ſive cujuſcunque alterius. Capellani autem in eccleſiis praebendatis miniſtrantes, vel etiam in eccleſiis in territorio praebendarum conſtitutis, quorum jus patronatus aliquis canonicus habet, necnon et perſonae, et vicarii earum pro vocatione epiſcopi, vel archidiaconi provincialis, vel decani ruralis, vel alicujus officialium eorundem ad nullum provinciale capitulum venire tenentur. Ad ſynodum tamen provincialem et ad annuam proceſſionem in eccleſia cathedrali faciendam, iidem capellani accedere debent. De nulla tamen cauſa eorum in eadem ſynodo reſpondere debent, niſi ad epiſcopum per appellationem fuerit delata. Poſt hoc, ſub ſilentio non duximus praetereundum, quod canonico eccleſiae noſtrae defuncto, annui reditus praebendae ſuae debentur integre et plenarie, anno currere incipiente a die obitus ſui, quocunque anni tempore in fata conceſſerit, ita tamen ut ſi exiſtens canonicus eccleſiae noſtrae diem clauſerit extremum, ſimiliter et ejuſdem anni communiam percipiat, in pias cauſas pro ejus anima expendendam: ſingulis vero annis inperpetuum, anniverſario die obitus ſui, illius diei communiam percipiet. Quolibet autem canonico defuncto, decanus et capitulum poſſeſſionem et ſeiſinam ipſius vacantis praebendae auctoritate nanciſcetur, epiſcopo partes ſuas non interponente in aliquo, niſi in ſola praebendae collatione. Similiter ſi contigerit aliquem canonicum pro exceſſu ſuo ad tempus fructibus praebendae ſuae privari, vel a perceptione eorum ſuſpendi, praebenda illius cum fructibus ipſius, interim in cuſtodia decani erit et capituli, donec poſt commune conſilium capituli, quid de eiſdem fructibus fieri deceat, proviſum fuerit. His autem, quae de inſtallatione et quatuor perſonarum praeeminentia ſupra commemoravimus, adjiciendum decrevimus, quod decanus in introitu chori a dextris primum ſtallum obtinet; cancellarius ultimum; a ſiniſtris vero cantor primum, et theſaurarius ultimum ex oppoſita cancellarii: ſufficit autem ad obtinendam praebendam, ſive curam animarum habeat annexam ſive non, inſtitutio capituli, praecedente conceſſione epiſcopi canonica. In malefactores equidem vel invaſores praebendarum noſtrarum vel direptores poſſeſſionum noſtrarum decanus et capitulum ſua auctoritate generalem et ſpecialem ferre poſſunt ſententiam, ſi commoniti iidem tranſgreſſores ſatisfacere noluerint competenter. His igitur ſub brevitate vobis notificatis, veſtram nolumus latere diſcretionem, quod ex longa conſuetudine, et ex privilegiis ſummorum pontificum, et ex conceſſione epiſcoporum in ſcripta redactis, multis aliis libertatibus et immunitatibus noſtram gaudere et eccleſiam, ex quibus ſcriptis ad inſtantiam et ſupplicationem ſaepe nominatorum nunciorum veſtrorum cujuſdam confirmationis, et cujuſdam indulgentiae venerabilis memoriae Alexandri papae, et quarundam chartarum bonae memoriae Roberti, Hugonis primi, et Willielmi, epiſcoporum noſtrorum tranſcripta vobis verbo ad verbum tranſmittimus. Ad praemiſſorum igitur fidem et indubitabile teſtimonium tam praeſenti ſcripto, quam praedictarum confirmationis et indulgentiae, et chartarum tranſcripto ſigillum capituli fecimus apponi. Valete ſemper in Domino.

Robertus, Dei gratia Lincoln. epiſcopus, omnibus fidelibus Dei ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos remiſiſſe omnibus prabendis Lincoln. eccleſiae inperpetuum omnia jura epiſcopalia, et omnes exactiones; et volumus quod omnes canonici Lincoln. perpetuam in praebendis ſuis, et in omnibus poſſeſſionibus, quae ad praebendas pertinent, libertatem habeant: ita quod de caetero nulli liceat archidiacono vel archidiaconi officialibus de praebendis vel eccleſiis, quae ad communionem Lincoln. eccleſiae pertinent, aliquid exigere, vel homines eorum in placitis ponere, ſed eandem omnino habeant canonici libertatem in praebendis ſuis, quam habent canonici Saliſbirienſis eccleſiae in ſuis. Praefatam vero libertatem ſubdiaconatui et eccleſiae Lectumen. quae ad decanum pertinere dignoſcitur, perpetuo concedimus, et praeſentis ſigilli noſtri atteſtatione communimus et roboramus. Teſtibus Martino theſaurario, Radulpho ſubdecano, Galfrido capellano domini regis, et aliis.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos hoc ſcriptum pervenerit, Hugo primus, Dei gratia Lincoln. epiſcopus, ſalutem in Domino. Ex inſpectione auctentici inſtrumenti bonae memoriae Roberti, quondam Lincoln. epiſcopi, praedeceſſoris noſtri, cognovimus ipſum remiſiſſe omnibus praebendis Lincoln. eccleſiae inperpetuum omnia jura epiſcopalia, et omnes exactiones; et quod omnes canonici Lincoln. eccleſiae in praebendis ſuis et omnibus poſſeſſionibus, quae ad praebendas pertinent, perpetuam habeant libertatem: ita quod nulli liceat archidiacono vel archidiaconi officialibus de praebendis et poſſeſſionibus, ad communiam pertinentibus, aliquid exigere, vel parochianos praebendarum Lincoln. eccleſiae in placitis ponere. Nos igitur praefatam indulgentiam ab ipſo factam, ratam habentes, eam praeſenti ſcripto et ſigillo noſtro duximus confirmare; hoc adjicientes, ut eccleſia de Serby, quae ad luminaria Lincoln. eccleſiae eſt aſſignata, et eccleſia de Lechton, quae eſt de ſubdecanatu eccleſiae Lincoln. et eccleſia Omnium Sanctorum, quae eſt in Lincoln. quae pertinet ad cancellariam Lincoln. eccleſiae, eadem plene gaudeant libertate. Praecipimus etiam, ut in omnibus cauſis tractandis et decidendis, quaecunque in parochiis praebendarum emerſerint, ipſi canonici omnimoda et perpetua gaudeant libertate, et libera utantur poteſtate. Quod ut ratum habeatur et firmum, praeſentis ſcripti teſtimonio, et ſigillo noſtro roboravimus. Teſtibus Haimone, decano Lincoln. Roberto, archidiacono Huntingd. magiſtro Rogero de Rolveſtr. Johanne ſacriſta, Galfrido de Lychelad, magiſtro Richardo de Sunathlech, magiſtro Gerardo de Rothwol. Hugone de Edwardo, Euſtachio de Wilton, et aliis.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, Willielmus, Dei gratia Lincoln. ſalutem in Domino. Ex inſpectione auctentici inſtrumenti bonae memoriae Roberti, quondam Lincoln. epiſcopi, praedeceſſoris noſtri, cognovimus ipſum remiſiſſe omnibus praebendis Lincoln. inperpetuum omnia jura epiſcopa-

ſcopal[...] omnes exactiones, etc. ut in charta praeced. Willielmus, Dei gratia Lincoln. epiſcopus, dilectis ſibi in Chriſto filiis, decano et capitulo Lincoln. eccleſiae, ſalutem in Domino et benedictionem. Licet ex officii noſtri debito ſingulorum per dioeceſin noſtram conſtitutorum utilitatibus paterna ſolicitudine providere teneamur, veſtris tamen commodis et profectibus et animarum noſtrarum ſaluti, qui Deo et beatae Mariae virgini noſtrum impendimus obſequium, uberiori providentia adeſſe volumus, ſicut et debemus. Hinc eſt, quod habita deliberatione cum Rogero de Rolleſton, decano et capitulo Lincoln. eccleſiae, deque eorum conſilio et voluntate ſtatuimus, ut unuſquiſque veſtrum, ſive debitis ſit oneratus ſive non, de fructibus et obventionibus praebendae ſuae a die obitus ſui, uſque in annum completum liberam pro voluntate ſua habeat diſponendi facultatem, ita ut illi ſoli hoc gaudeant beneficio, qui exiſtentes canonici Lincoln. eccleſiae diem clauſerint extremum. Providimus etiam, ut ſinguli vicarii praebendarum dimidiam marcam ultra conſueta ſtipendia percipiant ſingulis annis. Ut autem haec noſtra ordinatio perpetuam obtineat firmitatem, eam praeſenti ſcripto et ſigilli noſtri patrocinio roboravimus. Teſtibus magiſtro Willielmo de Branflet ſubdecano, G. archidiacono de Bedeford, Alexandro de Bedeford, Philippo de Malbretorp, G. de Rodewell, Thoma de Filkton, Lincoln. eccleſiae canonicis, magiſtro Willielmo filio Full Eudone praepoſito, et multis aliis.

Bulla Alex. III. *papae decano et cap. Lincoln. confirmans privilegia a Roberto, epiſcopo Lincoln. eis conceſſa.* Ex Chartul. vet. Marav. in bibl. jurid. Edinburg.

ALEXANDER, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo Lincoln. eccleſiae ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quoties a viris eccleſiaſticis devote requiritur, ut eis ſuper his, quae rationabiliter poſſident apoſtolicae confirmationis ſuffragium, conferamus, ad concedend. quae poſtulant faciles inveniri debemus, et eorum rationabilibus votis gratuitum impartiri conſenſum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus benigne annuentes, libertatem, quam bonae memoriae Robertus, quondam epiſcopus veſter, vobis in praebendis veſtris et eccleſiis ad communiam veſtram pertinentibus, et ſubdiaconatui eccleſiae veſtrae et eccleſiae de Lechton, ad eundem ſubdiaconatum pertinen. circa tempora ſuae promotionis conceſſit, et ſcripto proprio ſigillo ſuo roborato firmavit, ſicut eam hactenus pacifice habuiſtis, devotionis veſtrae [precibus inclinantes[a]] auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut nulli hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis [infringere[b]] vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſcul. idibus Septembris.

Bulla Alexandri III. *papae decano et capitulo Lincoln. de reſidentia.* Ibid.

ALEXANDER, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, decano et capitulo Lincoln. ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. De negligentia et remiſſione paſtoralis ſolicitudinis merito poſſemus redargui, et circa officium noſtrum deſides judicari, ſi errata corrigere, et ab eccleſia Dei enormitates non proponeremus, et pravas conſuetudines radicitus extirpare. Relatum eſt ſiquidem auribus noſtris quoſdam eſſe in eccleſia veſtra canonicos, qui praebendas ſuas abſque diminutione percipiunt, in ipſa tamen eccleſia divinis obſequiis vacare contemnunt. Quidam enim ſunt ibi, qui, ut dicitur, de crimine infamati fuerunt, et ab eo de caetero abſtinere juramento firmaverunt, neglecta fama, et juramento contempto, ad idem, quaſi canis ad vomitum, non erubuerunt reverti. Quia ergo haec, ſi vera ſunt, non poſſumus abſque diminutione famae noſtrae et[c] animarum veſtrarum detrimento incorrecta relinquere; diſcretioni veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus praecipiendo, quatenus canonicos illos, qui ſe obſequiis eccleſiae veſtrae abſentant, ſolicite moneatis, et inducere modis omnibus laboretis, ut ſicut gaudent de accepta cum integritate praebenda, ita per ipſos aſſidue aut per majorem partem anni eccleſiae veſtrae deſerviant. Quodſi monitis veſtris parere contempſerint, et in eadem eccleſia non fuerint aſſidui, aut per majorem partem anni eidem eccleſiae non deſervierint, eos in propriis beneficiis, prout videritis expedire, multetis. Illi autem, qui de aliquo crimine infamati, ſe purgare noluerint, ſecundum ordinem ſuum et quantitatem, et qualitatem delicti ſuam innocentiam purgent, et tam his, qui ſe purgare non poſſunt, quam caeteris, qui ad eadem crimina, quae abjuraverunt et non erubuerunt reverti, poenam, ſicut videritis expedire, juxta modum culpae infligere non poſtponatis, et eandem diſcretionem et moderationem in omnibus his habeatis, ut zelo rectitudinis et eccleſiaſticae juſtitiae, non livore invidiae videamini provocari, et converſis locum ſatisfaciendi et in melius emendandi commiſſa, convertendis autem ſpei ſolatium et indulgentiae tribuatis, et caeteri hoc audientes nedum ipſi timeant ſimilia perpetrare. Dat. Tuſcul. 15. idib. Sept.

[a] *precibus inclinantes* ad ſenſum perficiendum addidimus. [b] *infringere* adjecimus. [c] *correctione animarum* MS. male.

Conci-

Concilium Albanenſe. Ex Mat. Pariſ. in ann.

DE eo ſic agit Matt. Pariſ. "Stephanus, archiepiſcopus Cantuar. 17 calend. Auguſti regem Johannem ducens in eccleſiam Wintonien. miſſam celebravit. In craſtino autem miſit Rex literas ad omnes vicecomites regni Angliae praecipiens, ut de ſingulis dominicorum ſuorum villis, quatuor legales homines cum praepoſito apud ſanctum Albanum pridie nonas Auguſti facerent convenire; ut per illos et alios miniſtros ſuos, de damnis ſingulorum epiſcoporum et ablatis certitudinem inquireret, et quid ſingulis deberetur . . . Dum haec agerentur, interfuerunt concilio apud ſanctum Albanum Galfridus, filius Petri, et epiſcopus Wintonienſis, cum archiepiſcopo et epiſcopis, et magnatibus regni, ubi cunctis pace regis denunciata, ex ejuſdem regis parte firmiter praeceptum eſt, quatenus leges Henrici avi ſui ab omnibus in regno cuſtodirentur, et omnes leges iniquae penitus enervarentur". Haec ille.

Concilium Londinenſe. Ibidem.

DE hoc Matth. Pariſ. ait pergens l. c. "Eodem anno 8 cal. Septembris convenerunt in civitate Londoniarum apud S. Paulum Stephanus, Cantuarienſis archiepiſcopus, cum epiſcopis, abbatibus, prioribus, decanis, et baronibus regni: ubi archiepiſcopus indulſit tam eccleſiis conventualibus, quam preſbyteris ſecularibus, ut horas canonicas in eccleſiis ſuis audientibus parochianis ſuppreſſa voce cantarent. In hoc colloquio (ut fama refert) archiepiſcopus memoratus, convocatis ſeorſum quibuſdam regni proceribus, coepit affari eos ſecretius in hunc modum. Audiſtis, inquit, quomodo ipſe apud Wintoniam regem abſolvi, et ipſum jurare compulerim, quod leges iniquas deſtrueret, et leges novas, videlicet leges Edwardi revocaret, et in regno faceret ab omnibus obſervari. Inventa eſt quoque nunc charta quaedam Henrici primi, regis Angliae, per quam ſi volueritis, libertates diu amiſſas poteritis ad ſtatum priſtinum revocare. Et proferens chartam quandam in medium, fecit eam, audientibus cunctis, reci ri . . . Cum autem haec charta perlecta, et baronibus audientibus intellecta fuiſſet, gaviſi ſunt gaudio magno valde, et juraverunt omnes in praeſentia archiepiſcopi ſaepe dicti, quod viſo tempore congruo, pro his libertatibus, ſi neceſſe fuerit, decertabunt uſque ad mortem. Archiepiſcopus vero promiſit eis fideliſſimum auxilium ſuum pro poſſe ſuo; et ſic confoederatione facta inter eos, colloquium ſolutum eſt". H. I.

Concilium Weſtmonaſterienſe. Ex annal. Waverl. in ann.

HIS peractis, archiepiſcopus cito poſt adventum ejus in Angliam primum concilium ex viris eccleſiaſticis apud Weſtmonaſterium in craſtino S. Bartholomaei convocavit; ſed inprimis apud S. Paulum ſermonem fecit ad populum, quo ſic incepto, "In Deo ſperavit cor meum et adjutus ſum, et refloruit caro mea" etc. ſurgens quidam verbis hujuſmodi alta voce reſpondit "Per mortem Dei [inquit] mentiris, nunquam cor tuum ſperavit in Deo, nec refloruit caro tua." Hoc audito, tacuit archipraeſul, obſtupeſcentibus omnibus, nec mora irruente in eum populo, flagellatus eſt, cuſtodiaeque traditus, ut in die ſequenti, qua temeritate hujuſmodi proferret, ſermonem innoteſceret. Archipraeſul vero proſecutus eſt ſermonem, quo nobiliter peracto, perſonis eccleſiaſticis in unum apud Weſtmonaſterium convocatis, praecepit archipraeſul, ut unuſquiſque diligenter ſummam rerum oſtenderet, quae a ſe extortae vel irrationabiliter conceſſae regi fuerant; rex namque per ſuos, archiepiſcopus per ſuos, inquiſitiones faciunt ſuper ablatis per Angliam. Summam omnium iſtorum volentes audire, ut uterque ipſorum ſciret, in quibus, et quantis obligaretur: alter ſcil. expoſcendo, et alter pro ſatisfactione plene perſolvendo; non enim "Dimittantur peccata, niſi prius reſtituantur ablata."

Concilium Radingenſe. Ibidem.

INQUISITIONE igitur diligentiſſime facta (pergit auctor annal. Waverleienſ.) tam de ablatis, quam de damnis per violentiam regalium illatis, in feſto S. Nicolai per praeceptum Nicolai legati et archiep. congregati ſunt apud "Reding" omnes eccleſiaſtici praelati, certiſſime ſperantes aliquam reſtitutionem; ubi per tres dies commorati, infecto negotio, propter quod venerant, rege diſſimulante, et auditis praeceptis apoſtolicis nimium turbati, ad propria remearunt, nil accipientes. H. I. De tribus hujus anni conciliis Chronicon Dunſtaplenſis prioratus in MS. Cott. Tiberius A. x. ita loquitur: A. MCCXII. in autumno Tuſculanenſis epiſcopus, apoſtolicae ſedis legatus, venit in Angliam ad inſtantiam regis. Qui convocatis rege et clero primo apud London. ſecundo

ſecundo apud Wallingford, tertio apud Reding, ſed non profecerunt clerum. Unde ad plenum in executione pacis juratae inter regem et infecto negotio menſe — rex transfretavit, et legatus viſitavit eccleſias vacantes, Wigornienſi eccleſiae praeficiens cancellarium, et depoſuit Rogerum, abbatem de Eveſham.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 16	STEPH. LANGTON 7.	1213.	Johan. 15

Charta Innocentii III. *papae regi Johanni pro regno Angliae.* Ex reg. Iſlip fol. 141. b.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Johanni, illuſtri Anglorum regi, ejuſque de ſua uxore liberis haeredibus in perpetuum. Rex regum et Dominus dominantium, Jeſus Chriſtus, ſacerdos in aeternum ſecundum ordinem Melchiſedeck, ita regnum et ſacerdotium in eccleſia ſtabilivit, ut ſacerdotale ſit regnum, et ſacerdotium ſit regale, ſicut in eccleſia Petrus et Moyſes in lege teſtantur, unum praeficiens univerſis, quem ſuum in terris vicarium ordinavit, ut ſicut flectitur ei omne genu caeleſtium, terreſtrium, et inferiorum, ita illi omnes obediant, et intendant, ut ſit unum ovile et unus paſtor. Hinc itaque reges ſeculi propter Deum a Deo venerantur, ut non reputent ſe rite regnare, niſi ſtudeant ei devote ſervire. Quod tu, fili chariſſime, prudenter attendens, illo miſericorditer inſpirante, in cujus manu ſunt corda regum, et quo voluerit, vertit illa, teipſum et regna tua etiam temporaliter ei ſubjicere decreviſti, cui noveras ſpiritualiter eſſe ſubjecta; ut in unam vicarii Chriſti perſonam, quaſi corpus et anima, regnum et ſacerdotium uniantur, ad magnum utriuſque commodum et augmentum. Ille utique hoc dignatus eſt operari, qui cum ſit Alpha et Omega, finem retulit ad principium, et principium pertraxit ad finem, ut illae provinciae, quae olim ſacroſanctam Romanam eccleſiam propriam in ſpiritualibus habuere magiſtram, nunc etiam in temporalibus dominam habeant ſpecialem. Tu quippe, quem Deus adhoc idoneum miniſtrum elegit, tam te, quam etiam regna tua, Angliae viz. et Hiberniae, cum omni jure et pertinentiis ſuis devota et ſpontanea voluntate, ac communi conſilio baronum tuorum Deo et ſanctis apoſtolis ejus Petro Paulo, ſanctaeque Romanae eccleſiae, nobiſque ac ſucceſſoribus noſtris in jus et proprietatem, ſub annuo mille marcarum cenſu, offerens conceſſiſti, ſicut in tuo continetur auctentico ſcripto, aurea bulla munito; cujus de verbo ad verbum talis tenor exiſtit: Johannes, Dei gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Norman. et Aquitan. comes Andegav. omnibus Chriſti fidelibus, praeſentem chartam inſpecturis, ſalutem in Domino. Univerſitati veſtrae per hanc chartam, aurea bulla noſtra munitam, volumus eſſe notum; quia cum Deum et matrem noſtram ſanctam eccleſiam offenderimus in multis, et proinde divina miſericordia multum indigere noſcamur, nec quid, quod digne offerre poſſumus pro ſatisfactione Deo et eccleſiae debita facienda, niſi noſipſos habeamus, et regna noſtra, volentes noſipſos humiliare pro illo, qui ſe pro nobis humiliavit uſque ad mortem, gratia Sancti Spiritus inſpirante, non vi inducti, nec timore coacti, ſed noſtra bona ſpontaneaque voluntate, ac communi conſilio baronum noſtrorum offerimus et libere concedimus Deo, et ſanctis apoſtolis ejus Petro et Paulo, et ſanctae Romanae eccleſiae matri noſtrae, ac domino noſtro papae Innocentio III. ejuſque catholicis ſucceſſoribus totum regnum Angliae, et totum regnum Hiberniae, cum omni jure ac pertinentiis ſuis, pro remiſſione peccatorum noſtrorum, et totius generi snoſtri, tam pro vivis, quam defunctis, et amodo illa a Deo et ab eccleſia Romana tanquam feodarius recipientes, et tenentes in praeſentia venerabilis patris noſtri domini Nicolai, Tuſculani epiſcopi, apoſtolicae ſedis legati, et Pandulfi, domini papae ſubdiaconi, et familiaris, fidelitatem exinde praedicto domino papae Innocentio, ejuſque catholicis ſucceſſoribus, ac eccleſiae Romanae, ſecundum ſubſcriptam formam fecimus, et juravimus, et homagium etiam ligium pro praedictis regnis Deo, et ſanctis apoſtolis Petro et Paulo, et eccleſiae Romanae, et eidem domino noſtro papae Innocentio, per manus praedicti legati, loco et vice, ipſius domini papae recipientis, publice fecimus ſucceſſores et haeredes noſtros de [uxore] noſtra inperpetuum obligantes, ut ſimili modo ſummo pontifici, qui pro tempore fuerit, et eccleſiae Romanae ſine contradictione debeant fidelitatem praeſtare, et homagium recognoſcere. Ad indicium autem hujuſmodi noſtrae perpetuae oblationis et conceſſionis volumus et ſtabilimus, ut de propriis et ſpectabilibus reditibus praedictorum regnorum noſtrorum, pro omni ſervitio, et conſuetudine, quod pro ipſis facere deberemus, ſalvo per omnia denario B. Petri, eccleſia Romana mille marcas ſterlingorum percipiat annuatim; ſc. in feſto S. Michaelis quingentas marcas, et in Paſcha quingentas marcas; ſeptingentas ſc. pro regno Angliae, et trecentas pro regno Hiberniae: ſalvis nobis et haeredibus noſtris, juſtitiis, libertatibus, et regalibus noſtris, quae omnia, ſicut ſupra dicta ſunt, rata eſſe volentes perpetuo atque firma; obligantes nos et ſucceſſores noſtros contra non venire. Et ſi nos vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum hoc attentare praeſumpſerit, quicunque ſuerit ille, niſi rite commonitus reſipuerit, cadat a jure regni. Et haec charta obligationis et conceſſionis noſtrae ſemper firma permaneat. Et ego Johannes, Dei gratia rex Angliae, et dominus Hiberniae, ab hac hora inantea fidelis ero Deo, et B. Petro, et eccleſiae Romanae, ac domino meo papae Innocentio tertio, ejuſque ſucceſſoribus catholice intrantibus. Non ero in facto, dicto, conſenſu vel conſilio, ut vitam perdant vel membra, mala captione capiantur; eorum damnum ſi ſcivero impediam, et removere faciam, ſi potero, alioquin eis quam citius potero, intimabo; vel

tali perſonae dicam, quam eis credam pro certo dicturam; conſilium quod mihi crediderint per ſe, vel per nuncios, ſeu literas ſuas, ſecretum tenebo; et ad eorum damnum nulli pandam, me ſciente; patrimonium beati Petri, et ſpecialiter regnum Angliae, et regnum Hiberniae, adjutor ero ad tenend. et defendendum contra omnes homines, pro poſſe meo: ſic Deus me adjuvet, et haec ſancta Dei evangelia. De quibus ne poſſit in poſterum aliquando dubitari, ad majorem ſecuritatem praedictae oblationis et conceſſionis, praeſentem chartam fieri fecimus, et aurea bulla noſtra ſignari, ac pro cenſu hujuſmodi praeſentis et primi anni mille marcas ſterlingorum per manus praedicti legati eccleſiae Romanae perſolvimus. Teſtibus domino S. Cantuar. archiepiſcopo, domino W. London. P. Winton. E. Elien. H. Lincoln. epiſcopis. W. de Gray, cancellario noſtro, W. comite Sareſbur. fratre noſtro, R. comite Ceſtr. W. Mareſcallo, comite Pembr. W. comite de Ferr. S. comite Winton. Roberto de Ros, W. Brewer, Petro filio Hereb. Matthaeo filio Hereber. et Briano de Inſula, dapifero noſtro. Dat. per manum mag. Ricardi de Mariſco, archidiaconi Richemundiae, et Northumbr. apud S. Paulum London. tertia die Octobris, anno ab incarnatione Domini MCCXIII. regni vero noſtri anno XV. Nos autem oblationem et conceſſionem hujuſmodi, pie ac provide factas, ratas habentes, perſonam tuam et perſonas haeredum tuorum, cum praedictis regnis, et pertinentiis eorundem, et omnibus bonis aliis, rationabiliter nunc poſſeſſis, et inpoſterum poſſidendis, ſub B. Petri, et noſtra ſubjectione ſuſcipimus, tibi et ipſis ſecundum praeſcriptam formam de communi conſilio fratrum noſtrorum ſupradicta regna concedentes in feudum, et praeſenti privilegio confirmantes; ita quod quilibet haeredum tuorum, cum regni coronam acceperit, feudum hujuſmodi ſummo pontifici et Romanae eccleſiae publice recognoſcat, ut eis fidelitatis exhibeat juramentum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis et confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Amen.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 16.	STEPH. LANGTON 7.	1213.	JOHAN. 15.

Forma pacis inter Johannem, regem Angliae, et ſacerdotium. Ex Rymer. Foeder. vol. I. p. 170.

JOHANNES, Dei gratia rex Angliae, omnibus praeſentes literas inſpecturis ſalutem. Per has patentes literas, ſigillo noſtro munitas, volumus eſſe notum, quod nobis praeſentibus hi quatuor barones, Willielmus ſcilicet comes Sareſberiae, frater noſter, et Willielmus comes Pembrociae, Willielmus comes Warennae, et Willielmus comes de Ferrariis, juraverunt in animam noſtram, quod nos ſubſcriptam pacis formam bona fide per omnia curabimus obſervare. Inprimis itaque ſolenniter et abſolute juravimus, ſtare mandatis domini papae, coram ejus legato, aut nuncio, ſuper omnibus, pro quibus excommunicati ſumus ab ipſo, et veram pacem et plenam ſecuritatem praeſtabimus venerabilibus viris Stephano, archiepiſcopo Cantuarienſi, Willielmo Londonienſi, Euſtachio Elienſi, Aegidio Herefordenſi, Jocelino Bathonienſi, et Huberto Lincolnienſi epiſcopis, priori quoque et monachis Cantuarienſibus, et Roberto filio Walteri et Euſtachio de Veſci, necnon et caeteris clericis et laicis ad hoc negotium pertinentibus; praeſtando ſimul coram eodem legato vel delegato publice juramentum, quod ipſos cum ſuis nec laedemus, nec laedi faciemus, nec permittemus in perſonis vel rebus, illiſque dimittemus omnem indignationem, et in gratiam noſtram eoſdem recipiemus ac tenebimus bona fide; quodque praefatos archiepiſcopum et epiſcopos non impediemus, nec faciemus, vel permittemus aliquatenus impediri, quominus ipſi libere ſuum exequantur officium, et plenae juriſdictionis ſuae auctoritate, prout debent, utantur. Et ſuper his tam domino papae, quam ipſi archiepiſcopo, et ſingulis epiſcopis noſtras patentes literas exhibebimus, facientes ab epiſcopis et comitibus et baronibus noſtris, quot et quos praefati archiepiſcopus et epiſcopi poſtulant, juramenta et eorum literas patentes exhiberi, quod ipſi bona fide ſtudebunt, ut haec pax et ſecuritas firmiter obſervetur. Et ſi forte, quod Deus avertat, per noſipſos vel alios contravenerimus, ipſi pro eccleſia contra violatores ſecuritatis et pacis mandatis apoſtolicis inhaerebunt, noſque perpetuo vacantium eccleſiarum cuſtodias amittamus. Quodſi forte nequiverimus ad hanc ultimam partem juramenti eos inducere, videlicet quodſi per noſmetipſos vel alios contravenerimus, ipſi pro eccleſia contra violatores pacis et ſecuritatis mandatis apoſtolicis inhaerebunt; nos propter hoc, domino papae ac eccleſiae Romanae, per noſtras patentes literas obligavimus omne jus patronatus, quod habemus in eccleſiis Anglicanis. Et ſic omnes literas, quae pro ſecuritate praedictorum ſunt exhibendae, praefatis archiepiſcopo et epiſcopis ante ſuum ingreſſum in Angliam tranſmittemus. Si vero nobis placuerit, ſaepefatus archiepiſcopus et epiſcopi praeſtabunt, ſalvo honore Dei et eccleſiae, juratoriam cautionem et literatoriam, quod ipſi nec per ſe nec per alium, contra perſonam noſtram vel coronam noſtram aliquid attentabunt, nobis praedictam eis pacem et ſecuritatem ſervantibus illibatam. De ablatis autem plenam reſtitutionem, et de damnis recompenſationem ſufficientem omnibus impendemus, tam clericis, quam laicis, ad hoc negotium pertinentibus, non ſolum rerum, ſed omnium libertatum, et reſtitutas conſervabimus libertates, archiepiſcopo quidem et epiſcopo Lincolnienſi a tempore ſuae conſecrationis, aliis autem a tempore diſcordiae inchoatae. Non obſtabit

aliqua

5

aliqua pactio vel promiſſio ſeu conceſſio, quominus et damna recompenſentur, et reſtituantur ablata, tam vivorum, quam et defunctorum, nec aliquid retinebimus praetextu ſervitii, quod nobis debuerat impendi, ſed poſtea nobis debita pro ſervitio recompenſatio tribuetur. Statimque omnes, quos detinemus, clericos faciemus abſolutos dimitti ac reſtitui propriae libertati, cum laicis, qui hujus occaſione negotii detinentur. Incontinenter quoque poſt adventum illius, qui nos debet abſolvere, faciemus de parte reſtitutionis ablatorum octo millia librarum legalium eſterlingorum, pro ſolvendis debitis, et faciendis expenſis nunciis praedictorum archiepiſcopi, et epiſcoporum, et monachorum Cantuarienſium aſſignare ſine impedimento quolibet, per poteſtatem noſtram ad eos libere deferendorum, ut expediti veniant in Angliam honorifice revocati; videlicet Stephano, Cantuarienſi archiepiſcopo, duo millia et quingentas libras; Willielmo Londonienſi ſeptingentas et quinquaginta libras, Euſtachio Elienſi ſeptingentas et quinquaginta libras, Jocelino Bathonienſi ſeptingentas et quinquaginta libras; Huberto Lincolnienſi ſeptingentas et quinquaginta libras; priori et monachis Cantuarienſibus mille libras. Et protinus, poſtquam pacem illam duxerimus acceptandam, aſſignari faciemus abſque mora archiepiſcopo, et epiſcopis, clericis, ac eccleſiis univerſis, in manibus nunciorum vel procuratorum ipſorum, mobilia omnia, cum adminiſtratione libera eorundem et in pace dimitti. Interdictum vero, "Utlagatio" vulgariter nuncupatum, quod proponi fecimus contra eccleſiaſticas perſonas, publice revocavimus, proteſtando per noſtras patentes literas, archiepiſcopo tribuendas, id ad nos nullatenus pertinere; quodque illud de caetero contra eccleſiaſticas perſonas nullatenus faciemus proponi; revocantes praeterea utlagationem laicorum ad hoc negotium pertinentium, et remittentes omnia, quae poſt interdictum recepimus ab hominibus eccleſiaſticis, praeter regni conſuetudinem, et eccleſiae libertatem. Si vero ſuper damnis vel ablatis, aut eorum quantitate vel aeſtimatione quaeſtio fuerit de facto [illegible], per legatum vel delegatum domini papae receptis probationibus terminetur. Et, his omnibus rite peractis, relaxabitur ſententia interdicti; ſuper caeteris autem capitulis, ſi quae fuerint dubitationes ſubortae, de quibus merito debeat dubitari, niſi per legatum vel delegatum domini papae de partium fuerint voluntate ſopitae, ad ipſius referantur arbitrium, ut ſuper his, quae ipſe decreverit, obſerventur. Teſte meipſo apud Doveriam decimo tertio die Maii, [illegible] quinto.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
INNOCENT. III. 16.	STEPH. LANGTON 7.	1213.	[illegible]

De pace Stephano, archiepiſcopo Cantuarienſi, per Johannem [illegible], necnon de libertate ſecure in Angliam una cum ſuis [illegible]. Ex Rymer. Foeder. vol. I. pag. 170.

REX ... Stephano, Dei gratia Cant. archiepiſcopo, totius Angliae primati, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinali, ſalutem. Sciatis quod ſecundum formam mandati domini et venerabilis patris noſtri, Innocentii, Dei gratia ſummi pontificis, veram pacem ac plenam ſecuritatem vobis praeſtamus, necnon caeteris tam clericis, quam laicis, hoc negotium, quod inter nos et eccleſiam Anglicanam verſatum eſt contingentibus, nec vos nec veſtros laedemus, vel laedi faciemus aut permittemus in perſonis vel rebus, vobiſque dimittimus omnem indignationem, et in gratiam noſtram vos recipimus, et tenebimus bona fide; et quod vos non impediemus, nec faciemus aut permittemus aliquatenus impediri, quominus veſtrum libere exequamini officium, et plena juriſdictionis veſtrae auctoritate, prout debetis, utamini. Et ſuper his vobis juramenta et literas patentes fidelium noſtrorum venerabilium patrum, domini H. Dublinenſis archiepiſcopi, Petri Wintonienſis, Johannis Norwicenſis epiſcoporum; et praeterea duodecim baronum noſtrorum, ſcilicet Galfridi filii Petri comitis Eſſex, juſtitiarii noſtri, Reginaldi comitis Boloniae, Ranulphi comitis Ceſtriae, Willielmi Mareſcalli, comitis Pembrociae, Will. comitis Warennae, Will. comitis Arundell, W. comitis de Ferrariis, Willielmi Brewer, Roberti de Ros, Gileberti filii Reunfry, Rogeri de Mortuo mari, et Petri filii Herberti, fecimus exhiberi, quod ipſi bona fide ſtudebunt, ut haec pax et ſecuritas obſervetur. Et ſi forte, quod Deus avertat, per noſipſos, vel alios contravenerimus, ipſi pro eccleſia contra violatores ſecuritatis et pacis mandatis apoſtolicis inhaerebunt, noſque perpetuo eccleſiarum vacantium cuſtodiam amittamus. Et ideo vos rogamus, quod ad nos ſecure et ſine dilatione in Angliam venire feſtinetis. Si quid vero in hoc ſcripto omiſſum fuerit, vel minus plene factum, cum in Angliam veneritis, id ſecundum formam mandati apoſtolici perficietur. Et in cujus rei teſtimonium, etc. Teſtibus H. Dublin. archiepiſcopo, Petro, Winton. epiſcopo, Galfrido filio Petri, Willielmo Mareſcallo, comite Pembroc. Apud templum de Ewell 24. die Maii, anno regni noſtri xv.

Eodem die ſcribitur ſingulis epiſcopis ultra mare exiſtentibus cum archiepiſcopo, ſcilicet Londonienſi, Herefordenſi, Elienſi, Bathonienſi, Lincolnienſi epiſcopis, et priori et monachis Cantuarienſibus, teſtibus iiſdem.

[illegible]

Concilium Dunſtaplenſe a Stephano Langton, archiepiſcopo Cantuar. celebratum in octavis Epiphaniae; ubi appellatio interponitur per archiepiſc. et caeteros a legato ad papam. Ex Mat. Pariſ. in ann.

ANNO Domini milleſimo ducenteſimo decimo quarto, rex Anglorum Johannes ad Natale curiam ſuam tenuit apud Windleſhores, ubi multa magnatum ſuorum multitudini feſtiva diſtribuit indumenta. Deinde poſt octavas Epiphaniae convenerunt apud Duneſtapliam Stephanus, Cantuar. archiepiſcopus, cum ſuis ſuffraganeis, ut de negotiis eccleſiae Anglicanae tractarent ibidem. Moleſte enim ſupra modum ferebant, quod legatus ſupradictus, ut praediximus, illis inconſultis, regis favens voluntatibus, in eccleſiis vacantibus praelatos minus ſufficientes poſuerat, intruſione magis quam electione canonica. Tandem cum hinc inde varia ſorte tractaſſent, archiepiſcopus Cantuar. duos clericos, apud Burtonam ſuper flumen Trente, ubi tunc legatus erat, miſit; qui eidem ex parte domini Cantuarienſis, interpoſita appellatione, prohibuerunt, ne contra dignitatem ſuam, ad quam ordinatio eccleſiarum ſuae dioeceſis de jure ſpectabat, praelatos in eccleſiis vacantibus inſtituere praeſumeret. Legatus autem appellationi factae non deferens, miſit aſſenſu regio Pandulphum jam ſaepe dictum ad curiam Romanam, ut archiepiſcopi et epiſcoporum propoſitum irritaret. Quo cum perveniſſet, famam archiepiſcopi Cantuarienſis in conſpectu ſummi pontificis non mediocriter denigravit, regemque Anglorum tantis ibidem extulit laudum praeconiis, aſſerens ſe regem tam humilem tamque modeſtum eatenus non vidiſſe, ut in oculis domini papae idem rex gratiam admirabilem obtineret. Reſtitit autem Pandulpho ibidem magiſter Simon de Langetuna, frater archiepiſcopi Cantuarienſis. Sed quoniam charta regis auro bullata, domino papae de ſubjectione et tributo regni Angliae et Hiberniae a praedicto Pandulpho nuper delata fuerat, magiſter Simon in ſuis contradictionibus non potuit exaudiri. Aſſerebat praeterea Pandulphus memoratus in praeſentia domini papae, archiepiſcopum et epiſcopos in exactione, et ablatorum reſtitutione tempore interdicti, nimis eſſe rigidos et avaros; quodque ipſum regem et regni libertates plus aequo deprimebant. Et ſic propoſitum archiepiſcopi et epiſcoporum ad tempus accepit dilationem.

Concilium Londinenſe, quo Johannes, rex Angliae, ab interdicto excommunicationis, et depoſitione per Nicolaum, Tuſculanum epiſcopum, et ſedis apoſtolicae legatum, abſolutus eſt anno pontificat. xvii. *Innocentii papae* III. Ex Matth. Pariſ. in ann. MCCXIV.

CUM Johannes, rex Angliae, Stephanum Langton, Cantuarienſem archiepiſcopum legitime electum, nollet ſuſcipere, pontifex Innocentius totam Angliam interdicto ſubjecit, et paulatim regem ipſum gravius ſaevientem, et bona eccleſiae invadentem, epiſcopos et clericos relegantem, non tantum excommunicavit, ſed etiam regno Angliae depoſuit, executione Philippo regi Francorum demandata. Exercitu copioſiſſimo, quem rex Franciae conſcripſerat, territus, ad poenitentiam recipi petivit, deque ablatis reſtituendis ſponſionem fecit. Qua de re cum pontifex Nicolaum Tuſculanum, ſedis apoſtolicae legatum, certiorem reddidiſſet, atque accipiendi et abſolvendi regis formam praeſcripſiſſet; legatus (inquit Matth. Pariſ.) in urbe Londinenſi apud S. Paulum grande congregavit concilium. Ubi congregatis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, et aliis ad hoc negotium interdicti ſpectantibus, propoſuit coram omnibus formam reſtitutionis, ſuper ablatis et damnis a domino papa, partibus conſentientibus, Romae proviſam; praecipiens conſtanter, ut certificaretur de quantitate ſolutae pecuniae, epiſcopis et aliis quibuſlibet, a miniſtris regis cauſa interdicti, quatenus per pecuniam ſolutam, ſciret quantum unicuique ad ſolvendum reſtaret. Probatum eſt igitur ibidem certa computatione, archiepiſcopum et monachos Cantuarienſes, ſimul cum Londinenſi, Elienſi, Herefordenſi, Bathonienſi, Lincolnienſi, antequam ab exilio in Angliam redirent, per manum Pandulphi duodecim millia marcarum legalium eſterlingorum accepiſſe. Poſt adventum quoque eorum in concilio, ſeptimo idus Decembris apud Radingum celebrato, quindecim millia marcarum iidem epiſcopi, cum monachis ſupradictis, inter ſe dividenda perceperunt; ita quod tota ſumma ſimul conjuncta, viginti ſeptem millium marcarum facit complementum. Reſidua autem tredecim millium marcarum, quae ad ſupplementum quadraginta millium marcarum praedictarum ſolvendae reſtant, ſub fidejuſſione Wintonienſis et Norwicenſis epiſcoporum remanſerunt, additis literis regis patentibus, ad majorem ſecuritatem, juxta quod in literis domini papae continebatur expreſſum.

His ita geſtis, Nicolaus, Tuſculanenſis epiſcopus, et apoſtolicae ſedis legatus, in die apoſtolorum beati Petri et Pauli, in eccleſia cathedrali, relaxavit ſententiam ſolenniter interdicti, poſtquam duraverat annis ſex, menſibus tribus, et diebus quatuordecim, ad irreſtaurabile damnum

num eccleſiae, tam in temporalibus quam ſpiritualibus. Qua relaxatione facta, gaudium per totam terram pallando, et hymno "Te Deum laudamus" cantando, exortum eſt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
INNOCENT. III. 17.	STEPH. LANGTON 8.	1214.	[illegible]

Charta regis Johannis de libera electione praelatorum. Ex regiſtro Cantuar. eccleſ. C. pag. 14. b.

JOHANNES, Dei gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Normanniae et Aquitaniae, com. And. archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, militibus, ballivis, et omnibus has literas viſuris vel audituris, ſalutem. Quum inter nos et venerabiles patres noſtros Stephanum, Cantuarienſem archiepiſcopum, totius Angliae primatem, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalem, Willielmum London. Euſtachium Elienſem, Aegydium Herefordenſem, Joſcelinum Bathonienſem et Glaſtonenſem, et Hugonem Lincolnienſem epiſcopos, ſuper damnis et ablatis tempore interdicti, per Dei gratiam de mera et libera voluntate utriuſque partis plene convenit; volumus non ſolum eis, quantum ſecundum Deum poſſumus, ſatisfacere, verum etiam toti eccleſiae Anglicanae ſalubriter, et utiliter inperpetuum providere. Inde eſt, quod qualiſcunque conſuetudo temporibus noſtris et praedeceſſorum noſtrorum hactenus in eccleſia Anglicana fuerit obſervata, et quicquid juris nobis hactenus vendicaverimus in electionibus quorumcunque praelatorum, nos ad petitionem ipſorum, pro ſalute animae noſtrae, et praedeceſſorum, ac ſucceſſorum noſtrorum, regum Angliae, liberaliter ex mera et ſpontanea voluntate, de communi conſenſu baronum noſtrorum, conceſſimus, et conſtituimus, et hac praeſenti charta noſtra confirmavimus, ut de caetero in univerſis et ſingulis eccleſiis, et monaſteriis, cathedralibus, et conventualibus totius regni noſtri Angliae, liberae ſint inperpetuum electiones quorumcunque praelatorum majorum et minorum, ſalva nobis et haeredibus noſtris cuſtodia eccleſiarum, et monaſteriorum vacantium, quae ad nos pertinent. Promittimus etiam, quod nec impediemus, nec impediri permittemus per noſtros, nec procurabimus, quin in ſingulis et univerſis eccleſiis et monaſteriis memoratis, poſtquam vacaverint praelaturae, quemcunque voluerint, libere ſibi praeficiant electores paſtorem; petita tamen prius a nobis et haeredibus noſtris licentia eligendi, quam non denegabimus nec differemus; et ſi forte (quod abſit) denegaremus vel differremus, procedant nihilominus electores ad electionem canonicam faciendam, et ſimiliter poſt celebratam electionem, noſter requiratur aſſenſus; quem ſimiliter non denegabimus, niſi aliquid rationabile propoſuerimus, et legitime probaverimus, [illegible] ſentire. Quare volumus [illegible] ne quis, vacantibus [illegible], contra hanc noſtram conceſſionem et conſtitutionem in aliquo veniat, vel venire praeſumat. Si quis vero contra hoc aliquo unquam tempore venerit, maledictionem omnipotentis Dei et noſtram incurrat. His teſtibus Petro, Winton. epiſcopo, Willielmo Mareſcall, com. Pembrok. Willielmo, com. Warenn. Rand. com. Ceſtr. Saher. com. Winton. Gaufr. de Mandevill. com. Glouceſtr. et Eſſex. Willielmo, com. de Ferr. Willielmo Brewer. Warino fil. Geroldi, Willielmo de Cantilupo, [illegible] de Ver. Willelmo de Huntingſeld. Data per manum magiſtri Richardi de Mariſco, cancellarii noſtri, apud Novum Templum viceſimo primo die Novembr. anno regni noſtri ſextodecimo.

Bulla Innocentii III. *Romani pontificis, chartam dicti regis Johannis confirmans.* Ibidem.

INNOCENTIUS epiſcopus, etc. venerabilibus fratribus et dilectis filiis univerſarum eccleſiarum praelatis, per Angliam conſtitutis, ſalutem. Dignis laudibus attollimus magnificentiam creatoris, quod poſtquam idem mirabilis atque terribilis in conciliis ſuper filiis hominum aliquamdiu toleravit, ut perflando diſcurreret per areolam horti ſui ſpiritus tempeſtatis quaſi ludens taliter in orbe terrarum, ut ſic oſtenderet infirmitatem et inſufficientiam noſtram nobis, ſtatim cum voluit, aquiloni dixit, ſla, et auſtro, noli prohibere, imperanſque ventis et mari, ſtatuit procellam in auram, ut nautae portum quietis inveniant optatum. Cum igitur inter regnum et ſacerdotium Angliae, non ſine magno periculo atque damno, ſuper electionibus praelatorum gravis fuit controverſia diutius agitata; illo tamen, cui nihil eſt impoſſibile, quique ubi vult ſpirat, mirabiliter operante, chariſſimus in Chriſto filius noſter J. R. Angliae illuſtris, liberaliter ex mera et ſpontanea voluntate, de aſſenſu communi baronum ſuorum, pro ſalute animae ſuae, ac praedeceſſorum ſuorum, ac ſucceſſorum ſuorum vobis conceſſit, et ſuis literis confirmavit, ut de caetero in univerſis et ſingulis eccleſiis ac monaſteriis, cathedralibus et conventualibus totius regni Angliae inperpetuum liberae fiant electiones quorumcunque praelatorum, majorum etiam et minorum. Nos igitur hoc ratum et gratum habentes, conceſſionem hujuſmodi vobis et per vos eccleſiis, et ſucceſſoribus veſtris, prout in eiſdem regis literis continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad majorem autem firmitatem et perpetuam memoriam hujus rei, praedictas literas regis ſu-

per hoc confectas, praeſentibus inſeri fecimus; quarum tenor talis eſt: Johannes, Dei gratia rex Angliae, etc. ut prius. Nulli ergo hominum, etc. Dat. Lateran. 3 calend. Aprilis, pontificatus noſtri anno XVIII.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 17.	STEPH. LANGTON 8.	1214.	JOHAN. 16.

Literae regis Johannis, quibus jus patronatus epiſcopatus Roffenſis archiepiſcopo Cant. concedit. Ex rot. clauſ. XVI. Joh. m. 15.

REX, etc. cuſtodibus epiſcopatus Roff. ſalutem. Sciatis, quod reddidimus venerabili patri noſtro, domino S. Cant. archiepiſcopo, jus patronatus epiſcopatus Roff. cum omnibus pertinentiis ſuis, tanquam jus ſuum. Et ideo vobis mandamus, quod eidem domino Cantuar. omnes exitus ejuſdem epiſcopatus a tempore, quo J. bonae memoriae Roff. epiſc. in fata conceſſit, indilate reddi faciatis. T. meipſo apud Novum Templum 20. die Nov.

Conventus apud Radyng ad pacem cum clero ſtabiliendam a die natalis Domini in 15. dies. Ex rot. clauſ. XVI. Joh. m. 17.

REX, etc. priori et conventui Glaſton. ſalutem. Cum ven. patrem noſtrum J. in plenam gratiam, amorem, et familiaritatem noſtram, ſicut unquam aliquo tempore melius fuit, jam recepimus, et ven. patrem noſtrum Linc. epiſcopum fratrem ſuum ſimiliter, volumus honori ipſius epiſcopi noſtri et paci nunc ſolicitius proſpicere, et noſtrae pariter tranquillitati. Unde habita ſuper hoc diligenti deliberatione cum venerabili patre noſtro N. etc. et fidelibus noſtris de aſſenſu ipſius epiſcopi, proviſum eſt, quod ad terminum, quo idem dominus legatus, et nos, et dominus Cant. et ſuffraganei ſui, et alii magnates noſtri apud Radyng pro arduis negotiis noſtris, de aſſenſu ipſius epiſcopi proviſum eſt, quod conveniemus, viz. a die natalis Domini in 15. dies, ibi ſitis, tu prior, et quinque aut ſex de diſcretioribus et maturioribus capituli veſtri tecum, de rato, per quos mediante ſolicitudine domini legati et veſtra inter nos pax, juvante Deo, poſſit reformari. Si vero interim amicabiliter poſſitis convenire ad diem vobis praefixum, multum placebit nobis, et gratum erit et acceptum, quia pacem noſtram diligeremus, et jacturam ipſius epiſcopi nollemus. Teſte meipſo apud Turrim Londonienſ. 30. die Octobr.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. III. 18.	STEPH. LANGTON 8.	1215.	JOHAN. 17.

Bulla papae Innocentii III. *qua capellas regias ſua auctoritate a juriſdictione epiſcopali eximit.* Ex Chart. XVII. Joh. Reg. m. 9. Pryn. 2. vol. Record. fol. 358.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Johanni, illuſtri regi Anglorum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicae ſedis ampla benignitas ſincere obſequentium vota fidelium favore benevolo proſequi conſuevit, et illuſtrium virorum perſonas, quas in devotione ſua promptas invenerit et ferventes, quibuſdam titulis decentius decorare. Ut igitur ex ſpeciali devotione, quam ad Romanam eccleſiam, et perſonam noſtram habere dignoſceris, apoſtolicum tibi ſentias accreviſſe favorem, ſtatuimus, ne a quoquam tua poſſit excommunicari vel interdici capella, ſine mandato ſedis apoſtolicae ſpeciali. Tu ergo, ne inde naſcantur injuriae, unde jura naſcuntur, talem te ſuper his ſatages exhibere, ne per abuſum (quod abſit) privari ab hujuſmodi beneficio merearis, quia juxta canonicas ſanctiones, privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae inſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romae apud ſanctum Petrum 18. die cal. Maii. pontificatus noſtri anno XVIII.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 1.	STEPH. LANGTON 10.	1216.	HENRIC. III. 1.

Concilium Briſtolienſe legatinum. Ex annal. Waverl. in ann.

POST coronationem regis Henrici III. Gualo legatus concilium celebravit apud Briſtoll, in feſtivitate S. Martini, in quo coegit xi. epiſcopos Angliae et Walliae, qui praeſentes erant, et alios praelatos inferioris ordinis ſcilicet, et comites et barones, ac milites, qui convenerant Henrico regi fidelitatem jurare. Walliam totam interdixit, quia cum baronibus tenuit, et ipſos barones cum omnibus complicibus ſuis excommunicavit, in qua poſitus eſt Lodowicus in capite.

Conſtitutiones factae in eccleſia cathedrali SS. Petri et Pauli Novae Villae juxta Athrumiam, per Simonem, Dei gratia epiſcopum Midenſem, in ſynodo ibidem tenta anno MCCXVI. Ex MS. penes Joh. epiſc. Kloghērenſem.

CUM dominus Johannes Paparo, preſbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Damaſo, ſummi pontificis et domini noſtri Eugenii III. legatus in Hibernia, in ſynodo generali tenta apud Kenanas in Midia, anno gratiae MCLII. inter alias ſalubres conſtitutiones, tunc et ibidem factas, ordinaverit, ut decedentibus chorepiſcopis, et exiliorum ſedium epiſcopis in Hibernia, in eorum locum eligerentur et ſuccederent archipreſbyteri a dioeceſanis conſtituendi, qui cleri et plebis ſolicitudinem gerant infra ſuos limites, et ut eorum ſedes in totidem capita decanatuum ruralium erigerentur; idcirco nos epiſcopus antedictus ejus ordinationi morem gerentes, ſtatuimus et ordinamus, prout ſequitur:

I. Inprimis, ut in eccleſiis Athrumenſi, Kenanuſenſi, Slanenſi, Skrynenſi, Donnaclſacheling, olim ſedibus epiſcopalibus in Midia, nunc vero capitibus ruralium decanatuum, archipreſbyteri de futuro inſtituendi, non ſolum perpetuam et perſonalem reſidentiam faciant in iiſdem eccleſiis, verum etiam cleri et populi infra limites eorum decanatuum ſolicitudinem gerant.

II. Ut nullus in archipreſbyterum ordinetur, niſi qui preſbyter ſit, ſub poena amotionis a ſuo officio.

III. Item, quod vacante per mortem, aut alio quoviſmodo archipreſbyteratus officio, eligendus eſt per nos, aut ſucceſſores noſtros ſucceſſor, quia juriſdictionem ſuam a nobis haurit.

IV. Item, ut archipreſbyteri quotannis, et ſaepius, ſi opus fuerit, perſonaliter viſitent ſtatum et conditionem omnium eccleſiarum infra ſuos decanatus; et, ſi qua eccleſia reparatione indigeat, hortentur gregem dominicum ad earum reparationem, actaque viſitationis ad nos in proxima ſynodo tranſmitti curent. Videant etiam an domus paſtorum et capellanorum ſint ſartae tectae; corruptelas morum in populo reformare ſtudeant, et ſi quas abſtergere nequeant, ad ſynodum dioeceſanam referant, ut de iis emendandis cum conſilio cleri deliberari poſſit.

V. Item, ut procurent fidele tranſcriptum ad nos in ſynodo tranſmitti de ſtatu et conditione librorum, vaſorum, veſtimentorum, et aliorum ornamentorum et ſupellectilium in eccleſiis infra ſuos decanatus, ut de iis reficiendis, quoties expedit, ſtatuamus.

VI. Curent inſuper poenitentias canonicas a nobis vel officialibus noſtris impoſitas delinquentibus debite, et ea, qua decet ſolennitate, peragi, et perimpleri in eccleſiis infra ſuos limites, quibus ipſi cum preſbyteris parochialibus interſint, tanquam teſtes, ut qua humilitate et devotione poenitentiae laboribus defuncti ſunt, teſtificare poſſint.

VII. Item, ut in admiſſione ad officium, juramentum praeſtent de fideli executione ſui officii. Item, de inquirendo et praeſentando nobis et officialibus noſtris nomina et cognomina omnium et ſingulorum infra ſuos decanatus, qui publice et notorie defamati aut vehementer ſuſpecti ſunt de aliquo crimine aut infamia, per auctoritatem noſtram puniend. et corrigend.

VIII. Item, ut capitula ruralia diligenter convocari faciant per ſe, aut per ſuos nuncios, in praecipuis locis decanatuum, de tribus ſeptimanis in tres tenenda, et aliquando extraordinarie ad voluntatem noſtram, ſi nobis viſum fuerit aliquid in iſtis conventibus cum clero communicare.

IX. In hiſce capitulis ipſi praeſint et moderentur tractatus cleri de communibus negotiis decanatuum; in iiſdem etiam faciant inquiſitiones fieri de beneficiis vacantibus, et de intruſis vi laica in beneficia. Curent inſuper tranſcriptum fieri ſtatutorum provincialium et dioeceſanorum, eaque in ſingulis capitulis poſt proximas ſynodos recitari faciant et exponi clero infra ſuos limites, ne quis peccet in eadem per aliquem praetextum ignorantiae; admoneant etiam curatores animarum, ut populo infra ſuas parochias publicari faciant, et exponi eas conſtitutiones, quae ad plebem ſpectant et pertinent.

X. Prohibemus archipreſbyteris probationem teſtamentorum, tractationem cauſarum matrimonialium, cauſas ſimoniae, et omnes cauſas criminales, quae deprivationem cleri, et amiſſionem beneficiorum exigunt.

XI. Praeterea decanis ruralibus diſtrictius inhibemus, ne in ſuos ſubjectos exactiones vel tallias per ſe vel per ſuos exercere praeſumant.

XII. Quodſi in praemiſſis negligentes aut remiſſi aut inobedientes fuerint, et de hoc conſtare poterit per teſtes fide dignos, a nobis aut ſucceſſoribus noſtris ab officio ſuo ſuſpendantur, donec mores emendaverint.

Canones

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 2.	STEPH. LANGTON. 11.	1217.	HENRIC. III. 1.

Canones ſynodi Dubliniensis, ex regiſtro archiepiſcopi Dublinienſis circa annum MCCLXX. *conſcripto, quod appellatur,* Crede mihi, *pag.* 106. [*Incertum ſub quo archiepiſcopo: ſi conjecturae venia, dicerem ſub Fulcone de Saunford.*] † Ex MS. illuſt. ducis Chandos.

RECTORES eccleſiarum, et univerſi, quibus incumbit regimen animarum, plebes ſibi commiſſas exemplo bonae converſationis in fide recta et bonis moribus diligenter inſtruant, et informent; ut autem liberius et efficacius officium impleant exhortantis, univerſi, curam habentes animarum, eccleſiaſticis officiis et aliis ſtudiis ſe exerceant, et orationibus et lectionibus jugiter intendant. Sint pudici, virtutum operatione praeclari, humilitate praediti, pacifici, annunciantes bona, diſſenſiones, rixas, et ſcandala reſecantes.

Ab illicitis ſpectaculis ſe abſtineant, et praecipue tornamentis, luctis, et aliis, ubi ſanguinis effuſio poterit formidari. Tabernas et inhoneſta convivia non frequentent, extranearum fugiant conſortia foeminarum, et omnium, ex quarum cohabitatione ſiniſtra ſuſpicio poterit exoriri. Si quis autem de incontinentiae vitio graviter diffamatus, non poterit canonice ſe purgare, habebitur pro convicto; convictis vero vel in jure confeſſis fructus beneficiorum ſeu ſtipendia ſubtrahantur, donec inde noſtram gratiam conſequantur.

Caeteri in ſacris ordinibus conſtituti, juxta modum culpae canonice puniantur; graviore poena vel animadverſione ſunt plectendi preſbyteri, qui proprias filias, quas baptizaverint, vel ſemel ad confeſſionem admiſerint; et rectores, qui proprios parochianos corrumpere non verentur. Haec autem, quae ſupra diximus de poena preſbyterorum parochias regentium, ad alios extendi volumus, qui parochias non regunt; cum omnes pari voto continentiae ſunt aſtricti, et omnes deceat par honeſtas.

Concubinae preſbyterorum ſeu clericorum, qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, de quibus conſtiterit, per excommunicationis ſententiam ad agendam poenitentiam compellantur, earundem abſolutione nobis, praeterquam in mortis articulo, reſervata. Si qui autem excommunicatione concepta, animo obſtinato in peccato pertinaciter perſeverent, corripiantur brachio ſeculari, et in vita careant communione fidelium, et in morte eccleſiaſtica ſepultura talibus denegetur.

Caveant inſuper rectores, ne publice fornicariis, aut de vitio incontinentiae diffamatis parochias regendas committant, quod ſi forte praeſumpſerint, xl. ſolidorum poena noverint ſe mulctandos. Sicut vita preſbyterorum a vita vulgari debet eſſe ſejuncta; ita decet in habitu et inceſſu, ut a caeteris diſtinguantur. Propter quod inhibemus, ne cappis manucatis, vel aliis indumentis levitatis vel laſciviae notam praetendentibus, publice utantur contra conſtitutionem concilii generalis; alioquin hujuſmodi indumenta fabricae eccleſiarum, ubi degunt, vel quibus deſerviunt, applicentur.

Eligant itaque rectores eccleſiarum preſbyteros notae ordinationis, et converſationis honeſtae, potentes ope et ſermone, qui exemplo vitae, et verbo doctrinae parare Domino valeant plebem perfectam, qui circa correctionem parochianorum vigilent inceſſanter, et exceſſus ſubditorum diligentius inveſtigent, et corrigant, quae ſunt familiariter corrigenda. Exceſſus autem, qui in publicam prodeunt notitiam vel famam, archidiaconis vel decanis ſine mora denuncient corrigendos, ad quod juramenti vinculo aſtringantur.

Ad haec praecipimus, ut rectores vel eorum preſbyteri ſingulis interſint capitulis, ut exceſſus denuncient ſubditorum et denunciationes, vocationes, et executiones, vel alia mandata recipiant, quae occurrerint injungenda.

Nullus autem ad poenitentiarium noſtrum Dublin. mittatur pro aliquo delicto, niſi de quo in jure confeſſus fuerit, vel convictus; enormia vero delicta nobis vel poenitentiario noſtro, praeterquam in mortis articulo, reſervamus. Literas autem decani vel officialis ad poenitentiam gratis concedi praecipimus poenitenti, et ut liqueat, qualis fuerit poenitentia, et pro quo crimine ſit injuncta, poenitens literas poenitentiarias referat ad mittentem.

In ſingulis etiam decanatibus per capitulum duo eligantur preſbyteri, qui moribus et ſcientia praediti, confeſſiones audiant ſacerdotum, ac pro lenitate ſtipendiorum viliores honeſtioribus, vel peritioribus imperiti praeferantur. Stipendia preſbyterorum unius anni taxanda duximus tres marcas, in ditioribus tamen eccleſiis juxta eccleſiarum facultates preſbyteris volumus uberius provideri. Rectores eccleſiarum eccleſiis ſuis preſbyteros non praeficiant, donec ipſos archidiaconis vel eorum officialibus repraeſentaverint.

Praecipimus ſacerdotibus, ut jejuni intrent ſynodum; jejunio enim debet fieri et oratione. Item praecipimus diſtrictius, quod omnes preſbyteri, maxime curam animarum habentes, veniant ad ſynodum, et ſi gravi infirmitate detenti, aut alia neceſſitate inevitabili venire non poterint, ſuum capellanum mittant, aut clericum loco ſuo. Item praecipimus, quod in eundo ad ſynodum, et redeundo a ſynodo, honeſte ambulent preſbyteri, et honeſta quaerant hoſpitia, ut in eis circumſpecte ſe habeant, ne ſtatus cleri-

† Canones hos anno MCCXVII. editos eſſe in ſynodo nationali ab Henrico Loundres, archiepiſcopo Dublin. et papae Honorii III. legato in Hibernia, dicit epiſcopus Nicolſonus, ὁ μακαρίτης, in bibliotheca ſua hiſtorica Hiberniae pag. 73. ſequ.

corum

eorum vertatur in contemptum et opprobrium populo, cum laicis eſſe debeant ſpeculum et exemplum, de quorum ordinatione, vita, et ſcientia, examinatione habita diligenti, illi, qui reperti fuerint idonei, admittantur, et ſtipendiorum quantitas in publicum rotulum capituli redigatur. Ordinati vero non a ſuis epiſcopis vel alias irregularitate notati, ad nos mittantur, pro gratia, ſi digni fuerint, obtinenda. Preſbyteri ſint ſeduli ad divina officia horis competentibus et ſtatutis in ſuis eccleſiis celebranda, ne de deſidia vel negligentia arguantur. Qui autem cantant, diſtincte proferant et aperte, non tranſiliendo, neque tranſcurrendo vel ſyncopando, ſed cum debita reverentia, ut ad devotionem excitent animos ſubditorum: infirmos ſingulis diebus dominicis et feſtivis viſitent diligenter. Caveant autem preſbyteri, ne ad viſitandum infirmos ſe exhibeant difficiles, quacunque hora fuerint requiſiti; ſiquidem praeſumpſerint, canonicam non effugient ultionem. Nec, ſicut hactenus a quibuſdam eſt praeſumptum, mittant cum euchariſtia diaconos ad infirmos, dum ipſi in potationibus ſeu aliis voluptatibus carnis vacant, ſed perſonaliter infirmos adeant, et confeſſiones audiant ſolerter, crimina et circumſtantias criminum inveſtigent, et infirmis, quae foret poenitentia injungenda, innoteſcant, et injungant, et poenitentiam recipiant, cum ſaluti fuerint reſtituti; cum non ſit infirmis poenitentia injungenda pro furtis, et rapinis, ſeu damnis aliis irrogatis. Miſſarum celebrationem non injungant, rerum reſtitutione praetermiſſa, ſicut a quibuſdam fieri ſolet, qui non ſalutem quaerunt animarum, ſed compendium temporale; ſed ante omnia rem reſtitui vel damna reſarciri praecipiant defraudatis. Cum autem ad viſitandum infirmos cum euchariſtia accedunt in urbibus, et villis, ubi eccleſiae ſitae ſunt, pro reverentia corporis Chriſti ſuperpelliciis ſint induti, cum cruce, lucerna accenſa, et campana, clerico vel aliquo alio praeeunte.

Adhaec firmiter inhibemus, ne cuiquam communio corporis Chriſti vel morienti eccleſiaſtica ſepultura praetextu cujuſlibet debiti denegetur.

Nullus autem preſbyterorum alienum parochianum ad confeſſionem vel communionem corporis Chriſti admittere praeſumat, ſine licentia proprii ſacerdotis. Cum autem a ſacerdote licentia petitur alteri confitendi, ſacerdos perſonam deſignet, cui debeat confiteri, ne quis ſub tali velamine nemini confitendo poenitentiae deſinat ſacramentum. Ne autem preſbyteri quaeſtum ſaluti animarum praeferant, tractatum de decimis, ſive aliis temporalibus in confeſſionibus non praemittant, ſed diligenter exponentes confitenti, qualiter debeat confiteri, quiſque ſit fructus poenitentiae; ac omnibus expletis, tunc demum exigat, quae de decimis vel aliis eccleſiae debentur. Similiter et in ſacro die Paſchae abſque ulla exactione decimae vel debiti ſive oblatione liberaliter conferant corpus Chriſti, ne una manu porrigendo euchariſtiam, altera recipiendo pecuniam, noſtrae redemptionis miniſterium ſit venale, quod, ſi compertum fuerit, praecipimus graviter vindicari. Adhaec firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum ad matrimonium contrahendum—, niſi tam ibi, ubi vir converſatus fuerit, quam ubi foemina degit, diligens ſcrutinium praemittatur, et referat literas ſuo praelato, quid per ſcrutinium appareat, continentes. Fidei dationes et de matrimonio contrahendo fieri prohibemus, niſi coram teſtibus fide dignis, et ſub praeſentia ſacerdotis. Laici etiam, qui talibus interfuerint contractibus, puniantur. Quia vero exigentibus culpis noſtris, fructus humanis neceſſitatibus caeleſti miſeratione proviſos frequenter abſorbet repentina calamitas tempeſtatum, orationum ſuffragiis eſt Chriſti miſericordia et piis precibus invocanda; ideo ſinguli preſbyteri cum aeris intemperiem viderint imminentem, nec expectato noſtro vel archidiaconorum noſtrorum mandato, protinus per proceſſiones et humiles orationes devotiones excitent ſubditorum, ne, dum juſſionis noſtrae auctoritas expectatur, ultra [illegible] [illegible] [illegible]. Quia [illegible] Dei decet [illegible]: "Domine, dilexi decorem domus tuae;" praecipimus in [illegible] divinum miniſterium deputatis, eccleſiae fabricae vero in dealbationibus eccleſiarum, et feneſtris vitreis, et aliis ad honeſtatem eccleſiae pertinentibus honorifice provideri. Item euchariſtiam et chriſma ſub clavibus praecipimus cuſtodiri; ſi quis vero ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Eccleſias viris religioſis ad firmam dari firmiter inhibemus; et illis praecipue, qui in eiſdem jus obtinent patronatus. Idem multo fortius de laicis quibuſcunque. Decimas autem vendere nullus praeſumat ante tempus, quo inde ex beneficio conſuetudinis teſtandi habeant facultatem, ſed nec laicis ullo tempore, donec fuerint a novem partibus ſeparatae.

Indulgemus vero clericis in ſuis eccleſiis reſidentibus, aut in noſtro ſervitio commorantibus, aut de noſtra licentia cauſa ſtudiorum abſentibus, ut de fructibus terrarum eccleſiarum ſuarum, quas propriis ſumptibus excolunt atque ſerunt, quacunque parte anni deceſſerint, teſtandi habeant facultatem.

Cum autem multoties repetitis vicibus in ſynodis duxerimus ſtatuendum, et ante ſingulorum ordinum celebrationes ſolenniter commonendum, ut rectores in ſubdiaconos, vicarii in preſbyteros, per interſtitia temporum a canonibus diffinita ſe facerent ordinari; ideo, inſtanter ut hoc fiat, monemus et praecipimus, et quia hactenus rarus fructus exinde provenit, ne impunitas contemptum pariat ampliorem, decrevimus nondum ordinatorum beneficia ſequeſtrari.

De caetero ſiquidem admittendi fructus beneficiorum non percipiant, donec fuerint in ſacris ordinibus conſtituti; vicarii autem per ſubtractionem fructuum cogantur in ſuis vicariis reſidentiam facere perſonalem. Religioſi ad vicarias eccleſiarum, quas habent in uſus proprios, vicarios nobis idoneos repraeſentent, alioquin taxatione vicariarum praehabita et alios curabimus ordinare. Ne autem conniventia noſtra conſenſum inducat, et taciturnitas culpae pariat reatum; nos ſynodali diffinitione firmiter injun-

gimus et monemus, ut eccleſiae decimae, penſiones, et alia quaecunque juris eccleſiaſtici, quae per vitioſum ingreſſum ſunt uſurpata, ſine mora ſalubriter reſignentur, ne vitia poſſeſſionum a praedeceſſoribus ad poſteros tranſmittantur, et ne ſupradicta percipiantur vel exigantur, ſub interminatione divini judicii firmiter inhibemus, cum ad * non imperia judicentur alienum invadere, et illicite detinere. Illum etiam abuſum penitus reprobamus, quo religioſi a clericis ad beneficia praeſentatis ante inſtitutionem obtentam fidelitatis exigunt juramentum; qui autem tale ſacramentum praeſtiterint, beneficiis ipſis noverint ſe privandos. Nec exactores relinquimus impunitos, cum ſimoniacam contineant pravitatem. Penſiones autem debitas temporibus ſtatutis ſolvi praecipimus, ſub poena dupli fabricae eccleſiae Dublin. perſolvendi. Simili poena puniri volumus, qui ſynodalia, antequam a ſynodo receſſerint, non perſolverint. Quia cauſae plerumque matrimoniales et aliae per indiſcretos examinatores periclitantur, et diutius protrahuntur; volumus, quod in ſingulis decanatibus ſex vel quatuor fide digni eligantur et diſcreti, qui teſtes producendos diligenter examinent, et ſingulorum dicta integre et fideliter redigant in ſcripturam, non ſicut fieri conſuevit, ſcribendo, quae cum aliis concordant vel per omnia idem dicant; cum talis ſit obſcuritas reprobanda. Ad hoc autem ſe obligent vinculo ſacramenti, ſalario eis ob hoc accommodatione archidiaconi et capituli conſtituto.

Quia vero per falſas et excommunicatas exceptiones, quas advocati opponunt, plerumque jura partium pervertuntur; firmiter inhibemus, ne quis advocatorum ad patrocinium admittatur, niſi prius juret, quod cauſam injuſtam ex certa ſcientia non fovebit, non falſis probationibus ſeu allegationibus utetur, ad juſtitiam perimendam, vel juſtum judicium declinandum vel prorogandum. Qui autem in cauſa matrimoniali vel teſtamentorum falſas exceptiones malitioſe opponunt, vel opponi procurant, vel qui in cauſa matrimoniali vel teſtamentaria, vel ubi de exhaeredatione agitur, falſum perhibent teſtimonium, vel id fieri procurant, vel teſtes ſubornant, excommunicationis ſententiae ſe noverint ſubjacere. Excommunicamus omnes illos, qui pacem regis et regni perturbare, aut libertates eccleſiaſticas, et praecipue hujus ſacroſanctae eccleſiae Dublin. infringere, ſeu poſſeſſiones eccleſiaſticas invadere, aut ad bona eccleſiaſtica manus injurioſas extendere praeſumpſerint, in praejudicium eccleſiaſticae libertatis. Item illos, qui in eccleſiaſtica beneficia ſe intrudunt, et eos, qui per laicalem potentiam ſeu aliam violentiam ea detinent occupata. Omnes autem incendiarios, et eccleſiarum fractores, veneficos, et veneficas, et magicis incantationibus utentes, et hoc fieri procurantes, et qui immunitatem eccleſiae violaverint, denunciamus excommunicationis ſententiam incurrere ipſo facto. Prohibemus autem, ne excommunicationis ſententia in genere vel pro damnis, vel pro injuriis proferatur, quoties dignoſci poterit, quis adverſus quem habeat altercationem, niſi evidens neceſſitas hoc expoſcat. Excommunicamus et omnes illos, qui odio vel lucri cauſa aliis crimina falſo imponunt, pro quibus mors, vel exilium, aut membrorum mutilatio, vel exhaeredatio, ſeu bonorum ſpoliatio ſequi debeat, ſi judicialiter convincatur. Qui autem ad diffamationem alterius aliquid proponit, quod mores ſugillat, niſi hoc probare voluerit, canonice puniatur, et injuriam paſſo pro modo culpae ſatisfacere compellatur. Haec autem ſalubria ſtatuta in ſingulis decanatibus proximis capitulis poſt ſingulas ſynodos recitentur, et per illos, qui capitulis praeſunt, in ſingulis articulis exponantur, et ad eorum obſervantiam per cenſuram eccleſiaſticam ſinguli diſtrictius compellantur. Haec autem et in ſingulis libertatem praetendentibus praecipimus publicari et diſtrictius obſervari.

Excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, vel odii, aut alias contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos editum, claves eccleſiarum contemnentes. Quoniam in partibus iſtis circa teſtamentum decedentium quaedam inolevit confuſio, quam emendari ordini eccleſiaſtico et honori pariter convenire cenſuimus; eapropter praecipimus, et ſub poena excommunicationis ſtatuimus, ne cuiquam executori alicujus adminiſtratio teſtamenti committatur, niſi prius de omnibus bonis ipſius defuncti fiat fideliter inventarium, et loci ordinario oſtendatur.

Item auctoritate praeſentis ſynodi ſtatuimus, ne aliqui religioſi, cujuſcunque ſint profeſſionis, de executione teſtamentorum quoquomodo ſe intromittant, niſi de licentia ordinarii, coram quo teſtamentum fuerit probatum.

Item in probatione teſtamentorum, ſeu poſt probationem coram ordinariis, non committatur ſeu permittatur aliquibus commiſſio, ſeu adminiſtratio in bonis defunctorum, niſi faciles ad conveniendum, et tales ſint, qui competentem et ſufficientem adminiſtrationis poſſint reddere rationem, cum ſuper hoc canonice per locorum ordinarios fuerint exquiſiti.

Item teſtamentis coram ordinariis exhibitis, probatis, et approbatis, a laicis eorundem probatio non exigatur, nec impediant ſeu impedire procurent, quominus ultimae voluntates defunctorum procedant in his, quae de jure et conſuetudine legari poſſunt; et ſi contra hujuſmodi ſtatutum venire praeſumpſerint, ſciant ſe auctoritate praeſentis ſynodi eſſe excommunicatos, et tanquam contra eccleſiaſticarum libertatum violatores per cenſuram eccleſiaſticam procedatur.

Item praecipimus, ne quis alicujus ſolutae vel conjugatae, propriae vel alterius, impediat vel perturbet, ſeu impediri faciat juſtam teſtamentorum factionem; quia qui contra venerit, ſciat ſe in excommunicationis ſententiam incidiſſe. Item de portione mortui vel mortuae habeat eccleſia jus ſuum, deductis tamen prius de communi, quae debentur, et funeris expenſis.

Item praecipimus, quod nullus executor aliquid retineat de bonis defuncti, emptionis titulo, vel aliquo alio modo, niſi fuerit ſibi a te-

* *ad non imperia* MS. forte *hujuſmodi vicarii.*

ſtatore

ſtatore inter vivos donatum vel in teſtamento legatum.

Item bedelli ſeu apparitores, archidiaconis noſtris vel decanis intendentes, ſubditis gravamina non inferant, ſententias autem excommunicationis vel interdicti ſeu ſuſpenſionis non ferant neque denuncient ſine ſpecialibus dominorum praeceptis. Et ſi ſecus fuerit praeſumptum, ſententiae ſic latae, ipſo facto non teneantur, neque ſerventur, et apparitores ſeu bedelli, qui confecerint, et oneroſi ſive injurioſi ſubditi inventi fuerint, graviter puniantur.

Praecipimus etiam quod capellani ſinguli in eccleſiis ſuis ter in anno denuncient omnibus, qui clericali privilegio gaudere voluerint, quod coronam et tonſuram patentem in locis debitis deferant competenter, maxime coram ſuis ordinariis, et in eccleſiis, et in congregationibus clericorum.

Si diſcordantes ſe ſibi invicem voluerint concordare, inhibemus, ne archidiaconi, officiales eorundem, vel decani bonum pacis impedire praeſumant, ſed licentia petita, liceat partibus a lite diſcedere, quomodocunque voluerint; ſi tamen cauſa compoſitionem admittat, non propter haec eis aliquam poenitentiam infligant, niſi eis conſtiterit de actoris vel rei calumnia manifeſta. Quia vero juxta ſcripturae teſtimonium legimus: "Segnius immutant animos demiſſa per aures, quanquam ſint oculis ſubdita fidelibus;" praeſentibus conſtitutionibus hanc ſalubrem duximus adnectendam, ut ſacerdotes ſinguli ſuis parochianis has conſtitutiones quater in anno ad minus legant, vel coram ſe legi faciant diligenter, ut tanto melius ſtatutorum recordentur, quanto ſaepius eorum auribus fuerint inculcata.

Item inhibemus expreſſe, ne aliquis capellanorum in dioec. Dublin. moram trahens, ſeu de novo ordinatus, ſine ſpeciali licentia noſtra vel archidiaconorum noſtrorum divina praeſumat celebrare, ſeu quouſque nobis conſtiterit de eorundem ordinatione et converſatione.

Ut de ſolicitudine noſtri laboris immarceſcibiles juſtitiae manipulos reportemus, accendatur noſtrae auctoritatis zelus adverſus ambitionis malum, diſſipemus et evellamus plantationes iniquas; aedificemus et plantemus in eccleſia Dei tales, quos humilitas, quos innocentia, quos vita probatorum, et literatura commendat; qui ſubjectos non devorent; qui divites non palpent; pauperes non gravent; qui minas divitum non timeant; qui crimina corrigant, marſupia non emungant: quorum ſermo ſit doctrina; quorum converſatio juſta; quorum auctoritas ſit non in habitu, non in faſtu, ſed in eruditione et defenſione fidei; quorum vita ſit publice commendabilis; quorum memoria in benedictione. Ut venalitas in domo Dei abjiciatur, qui ementes et vendentes de templo projecit, ſtatuimus, quod nullus firmarius alii proventus decimarum locare praeſumat, ne quis firmam rerum eccleſiaſticarum habeat [illegible]; [illegible] tamen eccleſiarum conditiones occaſione traditionis ad firmam meliorari contigerit, proventus decimarum ſuarum locari, ſeu ad firmam tradi, ſaltem ad tempus in jure ſtatutum, nullatenus prohibemus.

Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne ſacerdotes vel clerici, curam habentes animarum, cauſa lucri negotientur; cauſa tamen neceſſitatis, ut honeſta mercimonia exerceant, et quae ab honeſtate clericali non diſcrepant, ſuſtinemus.

Quum indignum eſt eis ab eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari; ſacerdotibus et clericis, ne miniſtri laicorum ſiant, ne procuratores exiſtant eorundem, prohibemus.

Adjicimus etiam, quod quaeſtuarii per civitatem vel dioec. Dublin. nullo locorum admittantur, quorumcunque quaeſtuarii exiſtant, niſi literis noſtris patentibus muniantur. Quibus quidem quaeſtuariis officium praedicandi penitus interdicimus; expoſitione autem ſui negotii tantum contenti permaneant.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
HONORII III. 2, etc	[illegible]	[illegible]	[illegible]

*Hiſtoria et acta capitulorum eccleſiae Sarum ab A.C. MCCXVII. ad A.C. MCCXXVIII.**
Ex reg. vet. Oſmundi, epiſc. Sarum, pag. 119. ſeq.

TEMPORIBUS Herberti, bonae memoriae, quondam Sarum epiſcopi, ſaepius fuit inter canonicos eccleſiae Sarum, et diutius deliberatum de eccleſia eadem uſque ad locum liberiorem et commodiorem transferenda, utpote quae fuerat regiae munitionis ambitu circumſcripta, et ob hoc multiplicibus moleſtiis, et quotidianis oppreſſionibus, et injuriis mirabiliter, immo miſerabiliter expoſita. Diebus igitur dicti epiſcopi eatenus res illa devenit, ut per ipſius induſtriam, qui quidem vir providus erat, et in temporalibus ſtrenuus, area fuiſſet communi conſilio proviſa, in qua praedicta poſſet eccleſia commodius collocari; ſingulis etiam canonicis ſuus fuit, in quo ſibi manſionem conſtruerent, locus proprius aſſignatus, illuſtri rege Anglorum Richardo ſuum ad id aſſenſum et favorem liberaliter impendente. Proceſſu vero temporis dictus epiſcopus ſedens, et ſolicite computans, utrum haberet ſumptus ad perficiendam propoſiti ſui magnitudinem, ſuas omnimodas vires extimavit excedere. Et licet vir eſſet dives et aſſiduus, manum, quam ad fortia mittere propoſuerat, ſub axilla repoſuit, nec eam ad os ulterius applicare ſtuduit, ut viz. opere compleret, quod ore promiſit. Sed factus eſt de filiis effraeni, qui intendunt arcum, nec

* Quia acta hujus eccleſiae ex maxime vetuſtis ejus annalibus deprompta per decennium hic recitata, mutuo quaſi cohaerere videntur, ea, omiſſis aliarum eccleſiarum rebus geſtis, ſeriatim recenſui.

bonum

bonum aliquod propoſitum concipiunt, et ſagittas etiam emittunt, i. e. de concepto propoſito ſtudioſe loquuntur, et ſuas in longinquum pollicitationes projiciunt, ſed in die belli, viz. cum operari deberent, viſo mari, i. e. magna ſumptuum amaritudine, et divitiarum ſuarum diminutione, retrorſum convertuntur. Qui quidem epiſcopus, regnante poſtmodum crudeliſſimo rege Johanne, in facultatibus et poſſeſſionibus ſuis ita mirabiliter noſcitur fuiſſe damnificatus, ut in ipſo manifeſtius eluceſceret, quod plerumque fieri ſolet, ut videl. violenter nitatur eripere diabolus, quod ex voto debuerat accepiſſe Chriſtus. Utrum autem idem epiſcopus vir ſanguinum fuerit, et ob hoc domum Domini aedificare non licuerit, an in hoc ſuo ſucceſſori, viro quidem quietiſſimo et pacifico, divinitus delatum fuerit, neſcio, Deus ſcit. Ego vero rem proſequar, prout diebus meis, Domino proſperante, proceſſit.

An. gratiae MCCXVII. cum praedictus epiſcop. Herbertus diem clauſiſſet extremum, dicto etiam rege Johanne ſimiliter defuncto, et negotia regni viriliter procurante domino Gualone, ſanctae ſedis Romanae cardinali, et ejuſdem legato, poſtulatus fuit dominus epiſcopus Ciceſtren. Richardus, praedicti H. frater germanus, ut ad ſedem Sarum auctoritate domini papae transferretur. In ipſius equidem tranſlatione ſpecialiter aeſtuabat eccleſia Sarum, utpote quae ipſum pluribus annis prius habuerat decanum ſtrenuum, et quem noverat jurium lumine literatum, immo et, quod longe excellentius eſt, omnibus bonis moribus ſufficienter ornatum. Ad idem etiam totum regnum acclamabat, eo quod ipſum invenerat contra Lodovicum, filium regis Franciae, et ſuos Francigenas, qui tunc temporis regnum ipſum occupare venerant, pugilem fidelem et eximium. Dictus etiam legatus tranſlationem praedictam ſtudioſe procurabat, quia ipſum habuerat in tractandis regni negotiis ſocium fideliſſimum. A Domino factum eſt illud, ut et omnes optarent, quod Deus providerat, et quod Dominus tandem effecerat, quod univerſalitas poſtulabat. Relatione igitur ſuper hoc ad ſanctam ſedem Romanam tranſmiſſa, et reſponſione domini papae ſubjuncta, promotus fuit vir ille venerabilis in epiſcopum Sarum.

Anno gratiae MCCXVIII. dictus epiſc. ſuper doloribus et preſſuris Sarum eccleſiae, novae nuptae ſuae, gladio compaſſionis graviter confoſſus, et de ejuſdem liberatione non mediocriter ſolicitus; decanus etiam et capitulum ejuſdem eccleſiae pariter cum eo ad illam ſummam civitatem refugii, quae eſt mater et magiſtra omnium, quae in orbe ſunt, civitatum Dei, hoc eſt, ad ſacroſanctam ſedem Romanam ſummos nuncios deſtinaverunt, qui neceſſitates eccleſiae ſuae, et multiplices incommoditates ſitus ejuſdem diligenter expoſuerint, literas domini Gualonis, tunc in Anglia legati, ſuper inquiſitione ſuper his ab eo de mandato domini papae celebrata, ſecum deferentes, et tandem ex benignitate ſedis apoſtolicae indulgentiam reportantes ſub hac forma: *

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, vener. fratri .... epiſcopo, et dilectis filiis decano et capitulo Sarum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte noſtra, fili decane, et capitulum, fuit olim propoſitum coram nobis, quod eccleſia veſtra, ex eo quod infra Sarum munitionis ambitum eſt conſtructa, tot ſubjacet incommoditatibus et preſſuris, ut non poſſitis in ea ſine magno corporis periculo reſidere. Cum enim in loco ſit poſita eminenti, quaſi continua ventorum colliſione concutitur, ita quod praeter id, quod divina celebrantes officia vix poteſtis mutuo vos audire, adeo ſit ruinatus locus ipſe, ut commorantes in eo frequentius incurrant perpetuas paſſiones, vixque ſufficiant ad tecta eccleſiae reparanda, quae frequenter ventis invaleſcentibus diſſipantur. Aquam quoque ſaepe coguntur tanta pecunia comparare, quae alias poſſet ſufficere ad emptionem communis potus regionis illius, nec patet etiam aditus ad eandem ſine licentia caſtellani; ſicque contingit, quod in capite jejunii coena Domini, ſynodis et ordinibus celebrandis, ac aliis diebus ſolennibus fidelibus volentibus ipſam eccleſiam viſitare, denegatur ingreſſus, proponentibus cuſtodibus caſtri per hoc munitioni periculum imminere; domos praeterea, quae vobis ſufficiant, non habetis ibidem, unde cum plures laicorum domos conducere compellantur: propter haec et alia incommoda multi ab ipſius eccleſiae obſequio ſe abſentant. Nos igitur ſuper hoc providere volentes, dilecto filio noſtro G. tit. ſancti Martini preſbytero cardinali, apoſtolicae ſedis legato, per noſtras dedimus literas in mandatis, ut per ſe vel per alios, quos expedire videt, ſuper praemiſſis et aliis inquireret diligenter et ſolicite veritatem, et quod inveniret, nobis fideliter intimaret. Qui cum depoſitiones teſtium ſuper his receptorum nobis ſub ſigillo ſuo tranſmiſiſſet incluſas, ipſas per magiſtrum Gram. capellanum noſtrum, fecimus inſpici diligenter, qui reperit ea ſufficienter probata, quae nobis expoſita fuerant ſuper incommoditatibus antedictis. Comperta igitur per fidelem relationem ipſius plenius veritate, transferendi eccleſiam ipſam ad locum alium opportunum liberam vobis concedimus auctoritate praeſentium facultatem; ſalvo nimirum cuilibet perſonae, tam ſeculari quam eccleſiaſticae, jure ſuo, et ipſius eccleſiae privilegiis, dignitatibus, ac libertatibus omnibus in ſuo ſtatu ac robore duraturis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. 4. calend. Aprilis, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Volens igitur et ſolicite ſatagens, ut res iſta, quae per Dei miſericordiam inchoata fuerat, ſine felici compleretur, ne de ipſo dici poſſet illa parabola evangelica: "Homo iſte coepit aedificare, et non potuit conſummare;" ſine dilatione

* Reg. p. 120.

ne omnes illos, quos res illa praecipue contingebat, videl. canonicos Sarum eccleſiae fecit convocari, qui quidem pro majori et potiori parte praeſentes, ſuper dicto negotio ſic ſtatuerunt, et ſuum ſuper hoc ſtatutum ſcripto auctentico firmaverunt.

Omnibus ſanctae matris eccleſiae filiis, tam praeſentibus quam futuris, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, R. divina permiſſione Sarum eccleſiae miniſter humilis, et A. ejuſdem loci decanus et capitulum Sarum, ſalutem in Domino. Indulta nobis a ſanctiſſimo patre noſtro papa Honorio libera facultate eccleſiam Sarum ad locum commodiorem transferendi, propter multas incommoditates et preſſuras, quibus ſubjacebat, et de quibus ſufficienter ei fides facta fuerat, et ſicut in reſcripto plenius continetur, generalem fecimus canonicorum convocationem Sarum, omnibuſque pro majori parte per ſe vel per procuratores ſuos in capitulo reſidentibus, examinatis ſingulorum diligenter votis et voluntatibus, ab omnibus et ſingulis concorditer fuit reſponſum, ſumme utile eſſe et expediens, quod ad locum transferretur commodiorem, et in hoc communiter et concorditer conſenſerunt. Cumque de ſumptibus et expenſis, quas tranſlatio requirebat, et novae fabricae conſtructio deſiderabat, ibidem et ab eiſdem diligenter tractaretur, attendentes quod efficacius et celerius adimplet univerſitas, quod inutiliter interdum conatur unitas, promiſerunt univerſi et ſinguli ſe ad novae fabricae conſtructionem, pro facultatibus praebendarum ſuarum continue, uſque ad ſeptennium, libentiſſime et prompto animo ſubventuros; ad majorem ſecuritatem chartam promiſſionis exponentes ſingulorum ſubſcriptionibus communitam, in qua quid, et quantum quilibet eorum annuatim promiſit, certis terminis uſque ad ſeptennium perſolvendum evidenter exprimitur. De canonicis autem abſentibus, et qui in remotis agebant, et qui, licet vocati fuiſſent, commode intereſſe non poterant, nec pro ſe mittere procuratores, de communi providentia canonicorum, quorum major et ſanior pars ad illum diem propter hoc convenerat, decretum eſt, ut abſentes tanquam pars ſuo toti congruens, praeſentium canonicorum exempla ſequentes, pro facultatibus praebendarum ſuarum, ad conſtructionem fabricae matricis eccleſiae, ſingulis annis, uſque ad ſeptennium ſine contradictione conferrent, ſicut alii, qui in charta promiſſionis annotantur. Et ne a promiſſione tam honeſta infra terminum poſſit aliquis noſtrum alicujus machinatione recedere, praeſenti ſcripto noſtro et capituli ſigillo roborato, necnon et ſingulis ſubſcriptionibus communito, omnes et ſinguli voluntarie nos obligamus, terminos de communi providentia quatuor ſtatuentes, in quibus annis ſingulis uſque ad ſeptennium quartam partem pecuniae annuatim promiſſae, ſine contradictione, et ſine fraude perſolvemus, ad conſtructionem, et per Dei gratiam ad conſummationem fabricae noſtrae convertendam. Sunt autem hi termini; primus in feſto Omnium Sanctorum; ſecundus in purificatione B. Mariae; tertius in aſcenſione Domini; quartus in ad vincula S. Petri. Solutio autem dictae promiſſae pecuniae facienda eſt in capitulo Sarum ad praedictos terminos illis, qui ex parte epiſcopi et capituli ad hoc fuerint deputati. Actum anno Verbi incarnati MCCXVIII. pontificatus noſtri anno ſecundo, in capitulo Sarum in die ſanctorum Procelli et Martiniani.

Praeſtatio autem ſingulorum, et ad novam fabricam pollicitatio, tam epiſcopi ſcilicet quam canonicorum, quia temporalis fuit et non perpetua, non niſi ad terminum ſeptennii duratura, non eſt in ſerie ſcripti hujus comprehenſa, immo potius exterius in margine comprehenſa et contenta.

Eodem anno dedit dominus epiſcopus Willielmo de Wanda praecentariam et praebendam in eccleſia Sarum, quas Thomas Diſce prius habuerat, et hoc in adventu Domini, ita quod eodem die, quo inſtallatus fuit, decano A. abſente, antiphonam illam vocalem, O Sapientia! ſolenniter inchoavit.

Anno gratiae MCCXIX. inchoata fuit nova capella lignea apud novum Sarum in honore B. Virginis, die Lunae proxima poſt clauſum Paſchae, et infra breve tempus eatenus perducta, ut in feſto S. Trinitatis proximo ſequenti dominus epiſcopus in ea primo divina celebraret, et coemeterium ibidem dedicaret.

Eodem anno obiit Richardus de Clifford, qui legavit eccleſiae Sarum unum ciphum aureum, et unum cochlear aureum.

Eodem anno Richardus epiſcopus, A. decanus, W. praecentor, H. cancellarius, A. theſaurar. Sarum in feſto aſſumptionis B. virginis, anno pontificatus ejuſdem epiſcopi tertio, in capitulo Sarum convenientes, unanimi conſenſu canonici, qui tunc aderant, provide ſtatuerunt, faciendam eſſe tranſmigrationem de loco veteri ad novae fabricae locum ad feſtum Omnium Sanctorum proximo ſequens ab illis, qui vellent et poſſent, aliis interim intendentibus aedificationi. Statuerunt etiam, quod primi tantum aedificatores, tam canonici quam vicarii, decedentes percipiant duas partes juſti pretii pro ſuperaedificato, tertia parte cedente ſolo domorum ordinatione, et collatione, poſt primam domorum vacantium venditionem epiſcopo relinquenda; familia vero defuncti primo aedificantis, vel illo, cui aſſignatae fuerint per defunctum praedictae duae partes, remanente in poſſeſſione domorum, quoad ſatisfactum fuerit de praedicto pretio ſecundum ultimam defuncti voluntatem.

Item ibidem ſtatutum eſt, ut portione aſſignata ad opus fabricae ad iv. terminos a ſingulis canonicis ſolvenda, ita viz. quod habito reſpectu ad tempus percipientium, ſinguli reſpondeant pro portione illa, quam percipiunt tam vivi quam mortui, tam canonici quam vicarii, quam etiam capellani, ita quod vicarius canonico domino ſuo reſpondeat.

Decreverunt etiam, quod qui portionem aſſignatam dictae fabricae infra octo dies a termino jam praefixo non ſolverint, dilationemve non impetraverint, ſciant ſe ab illo die ſuſpenſos ab ingreſſu eccleſiae, niſi caſu fortuito, qui in ejus poteſtate non ſit, excuſentur.

Item decedentibus canonicis remaneant in prae-

praebenda omnia ſolo cohaerentia appendentia, omnia fixa, una etiam menſa ad minus cum tripodibus, et ſedilia praebendae remaneant eidem.

Adhuc autem et ſicut prius idem epiſcopus de praemiſſis ſolicitus videns, quod non ſufficiens erit ſumptus iſte ad perficiendum, praedicatores immo magis eleemoſynarum petitores, per diverſos epiſcopatus in Anglia conſilio capituli ſui deſtinare curavit; cumque ſuper his clericos inferiores eccleſiae ſuae, viz. vicarios diligenter conveniſſet, aliqui eorum matris ſuae miſeriis filiali compatientes affectu, in ſe tantum et tam pium onus ſuſceperunt, ſed ſtatim in craſtino vel pravorum conſilio vel inſtinctu diabolico, quod prius annuerant, penitus renuerunt; nec unus quidem ex omnibus eis inventus eſt, qui in ſe onus iſtud ob eccleſiae ſuae honorem ſuſciperet. Anxius igitur admodum praedictus praeſul de tot filiorum degenerum defectibus, ad excellentiores ejuſdem eccleſiae filios, viz. perſonas et canonicos, cum lachrymis et ſuſpiriis ſua verba convertit; ex quibus quibuſdam ſe diverſis modis excuſantibus, quidam injunctum ſibi onus et officium gratanter ſuſceperunt, et inſtante Nativitate dominica, relictis propriis domiciliis, et quae ſibi paraverant ad dies feſtos, peregre profecti ſunt, unuſquiſque viz. ad regionem ſibi deputatam, viz. W. praecentor in epiſcopatum London; magiſter W. de Badeſtan. Cantuar. magiſter R. de Hertford in epiſcopatu Elienſi; mag. H. cancellarius in epiſcopatu Winton; mag. W. de Wilton in epiſcopatu Exon; mag. Robertus Scotus in Scotia, mag. Lucas in epiſcopatu Eudeſtrenſi; aliique poſtea ſimili modo diſperſi ſunt per loca diverſa. De aliis autem, quae eccleſiam noſtram contingebant, negotiis, anno illo, nulla vel pauca ad meam pervenerunt notitiam, quia diutius abſens fui in epiſcopatu Londonienſi, noſtrae eccleſiae negotia, ſicut potui, procurans.

Anno gratiae MCCXX. die viz. beati Vitalis martyris, qui tunc erat quarto calendis Maii, jactum fuit fundamentum novae eccleſiae Sarum. Aeſtimaverat autem dominus epiſcopus, ut eo die dominus rex ibidem adveniſſet, et dominus legatus, et dominus Cantuar. et multi de magnatibus Angliae; ut et hoc obtentu multas expenſas praeparaverat, utpote omnibus advenientibus ſolenne convivium facturus; verum propter colloquium eo tempore cum Wallenſibus apud Saloperbur. habitum, fruſtratus eſt dictus epiſcopus ſpe ſua. Cum autem negotium illud ulterius protrahere non poſſet, quia publica facta fuerat ſuper hoc per totum epiſcopatum denunciatio, die ad hoc ſtatuto convenit ad hoc magna devotione, paucis quidem comitatus comitibus, vel baronibus, ſed maxima multitudine plebis undique adventantis. Officio igitur divino completo, et invocata Spiritus S. gratia, idem epiſcopus diſcalceatus cum clero eccleſiae ad locum fundationis proceſſionaliter proceſſit, litaniam cantando, finitaque litania, et ſermone prius habito ad populum, idem epiſcopus primum lapidem poſuit pro domino papa Honorio, qui licentiam dederat, ſicut ex praemiſſis patet, eccleſiam Sarum transferendi; ſecundum vero pro domino S. Cantuar. archiepiſcopo, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinali, tunc temporis cum domino rege in marchia Walliae agente; tertium autem pro ſeipſo lapidem novae fabricae adjunxit; quartum vero lapidem comes Sarum, Willielmus Longa Spata, qui tunc aderat; quintum Ela de Viteri comitiſſa de Sarum, uxor praedicti comitis, mulier quidem laude digna, quia timore Domini plena. Poſt hanc autem quidam magnates, pauci tamen ſuos ſinguli lapides appoſuerunt. Deinde A. decanus, W. praecentor, H. cancellarius, A. theſaurarius, et archidiaconi et canonici eccleſiae Sarum, qui aderant, multitudine plebis, quae aderat, acclamante, et pro gaudio collachrymante, ſuaſque ad hoc eleemoſynas ſecundum datam eis a Deo facultatem prompto animo conferente. Proceſſu vero temporis magnatibus a Wallia reverſis, acceſſerunt quidam eorum ad locum illum, et ſuos ſinguli lapides poſuerunt, obligantes ſe ad aliquam ſpecialem praeſtationem per totum ſeptennium ſequens.

Eodem anno dedit dominus Walterus Briwer pulchram cuppam argenteam deauratam intus et extra, ad reponendum euchariſtiam cum cuculo argenteo, quae quidem dependet ſuper magnum altare et eſt ponderis. . . .

Referendum autem eſt, quod nec ſub ſilentii latebris ſepeliendum eſſe arbitror, quod hoc anno tria in Anglia facta memoranda contigerunt, quorum equidem primum fuit novi hujus operis inchoatio, ſecundum quod in feſtivitate Pentecoſtes proximo ſequenti, dominus rex Henricus regio diademate coronatus eſt London. in palatio regali apud Weſtmon. archiepiſcopis, epiſcopis, et proceribus Angliae praeſentibus, necnon et aliis pluribus alienigenis, tunc in eodem regno poteſtatem habentibus. Et quamvis tot et tanti eſſent ſimultatibus pleni, adinvicem ſibi diſcordes, non eſt in aliquo ſciſſa tanta feſtivitas vel turbata, ſed ſicuti regi adhuc innocenti et ſimplici exhibita proſpere et in pace omnia proceſſerunt. Tertium vero eſt, quod in craſtino apoſtolorum Petri et Pauli proximo ſequenti, tranſlatum fuit corpus glorioſi martyris Thomae, ſcilicet nonis Julii. Hujus autem eximiae feſtivitatis circumſtantias, quas et vidi et audivi, non refero, certus quod vel dominus archiepiſcopus vel ſuorum aliquis eas ad plenum conſcripſerunt, et notitiae futurorum, qui non interfuerunt, fideliter tranſmiſerunt, et longe melius quam per me poſſit res iſta compleri, negotium iſtud conſummaverunt.

In craſtino Aſſumptionis beatae virginis proximo ſequentis, in generali capitulo et praeſente epiſcopo, proviſum fuit, quod ſi canonicus aliquis ceſſaret a ſolutione promiſſi ſui ad fabricam novae eccleſiae infra ſeptennium, ſi in epiſcopatu Sarum ſit ejus praebenda, ut ſtatim poſt 15. dies a termino elapſo mittatur illuc aliquis ex parte epiſcopi et capituli, qui debitum illud de blado in praebenda invento faciat, et quamdiu ibidem propter hoc moram fecerit, de bonis ipſius praebendae ſufficienter ſuſtentetur. Si vero praebenda talium a ſolutione ſui promiſſi ceſſantium in alio fuerit epiſcopatu, quam in Sarum,

rum, illi epiſcopo denunciabitur per literas epiſcopi et capituli, ipſum canonicum vel ab ingreſſu eccleſiae ſuſpenſum, vel a divinorum celebratione, vel excommunicatum, ſecundum quod de ipſius contumacia capitulum judicaverit.

Et * huic quidem capitulo tunc celebrato, quod in craſtino Aſſumptionis incepit, et per triduum ſequens duravit, interfuit Adam decanus ſanus, et incolumis, qui abinde apud Sunning ire properavit, et illuc in octavis Aſſumptionis pervenit; et in craſtino, viz. in vigilia beati Bartholomaei apoſtoli, diem clauſit extremum. Tertio autem die ſequente fuit corpus ipſius apud Sarum delatum, ibique honorifice, ut decuit, in capella nova ſepultum.

Ad mandatum igitur epiſcopi confectae fuerunt literae epiſcopi Sarum, ad citandum omnes canonicos Sarum, qui in regno Angliae agerent, quatenus dominica proxima poſt exaltationem Sanctae Crucis apud Sarum convenirent, ad eligendum decanum. Die autem ſtatuto, praeſente epiſcopo, aderant pariter de capitulo canonici circiter xxvii. cumque diutius fuiſſet tractatum, quam formam electionis in concilio ſtatutam vellent ſequi, in illam tandem conſenſerunt, ut aſſumerentur ex eis tres canonici, qui ſecreto et ſigillatim vota ſingulorum diligenter inquirerent, et in ſcriptum redigerent. Cumque diutius fuit altercatum de electione illorum trium, convenit tandem ut magiſter Richardus Groſſa Teſta, tunc archidiaconus Wilteſyr. et duo alii canonici vice univerſitatis praedictos examinatores eligerent, qui quidem in verbo veritatis promiſerunt, quod hoc fideliter agerent, et viros ad hoc idoneos, ſecundum ſuam conſcientiam fideliter eligerent. Elegerunt autem magiſtrum Robertum de Byngham, virum ſumme literatum, et magiſtrum a longo tempore in theologia; item magiſtrum Galfridum de Rothomago, qui paratus fuit incipere Pariſiis de theologia; item magiſtrum Henricum de Biſſopeſton, qui ſolebat legere Oxon. de decretis, et tunc rexit ſcholas in nova civitate Sarum. Praedicti vero tres tactis ſacroſanctis juraverunt, quod omni acceptione perſonarum remota, officium ſibi injunctum fideliter et ſecundum Deum adimplerent, et quod illum deſignarent decanum, quem a majori et ſaniori parte viderent nominatum fuiſſe et electum, et quod nemini communicarent nomina canonicorum eligentium, ne forte fomes odii vel rancoris inde poſſet ſuboriri. Fuerunt enim ibi aliqui, quorum nomina taceo, qui ſummopere videbantur aſpirare ad decanatum. Item juraverunt praedicti, quod vota ſingulorum in ſcriptum redigerent, et diligenter qua ratione, quo zelo magis unum, quam alium nominarent. Examinatus ergo fuit primo W. praecentor, et poſtea alii, ſecundum ſuas dignitates et ordines. Dominus autem epiſcopus, qui et canonicus eſt, non fuit examinatus, contradicentibus quibuſdam, qui ad dictam dignitatem videbantur aſpirare, qui humiliter et cum magna manſuetudine reſpondit, ſatis ſibi et eccleſiae ſuae debere ſufficere, quod a tot et tantis viris actum fuiſſet; juraverunt autem ſinguli, tam perſonae quam canonici, antequam examinarentur, quod omni acceptione perſonarum, favore, et gratia poſtpoſitis, illum nominarent et eligerent, quem ad tantum onus ſuſtinendum idoneum aeſtimarent. Facta autem examinatione abſque taedio longae morae completa, acceſſerunt examinatores ad confratres ſuos, ponentes verba ſua in ore magiſtri R. de Byngham, qui primo quaeſivit, ſi ſcriptum publicum fuiſſet confectum, ſicut convenerat inter eos, quod univerſitas ratum haberet in hac parte, quod ab illis ageretur, et diceretur; quibus reſpondentibus non eſſe neceſſe talem obligationem interponere, et inſtanter petentibus, quod ab eis actum fuerat ſibi declarari, ſub certa pollicitatione ratihabitionis, ſubintulit mag. R. ſic: Teſtis eſt Deus, quod officium nobis a fratrum noſtrorum univerſitate injunctum fideliter, et bona conſcientia ſumus executi. Denunciamus igitur vobis in veritate, quod longe major pars et ſanior capituli praeſentis conſentit in praecentorum noſtrum, ut decanatum ſuſcipiat, et ipſum vobis deſignamus decanum. Dominus autem epiſcopus ſuſcepit praecentorem ex una parte et mag. Robertus cancellarius ex altera, deducentes eum ad eccleſiam et cantantes "Te Deum laudamus." Electus igitur ante majus altare proſtratus ad orationem, ſuſcepit ibidem benedictionem ab epiſcopo, qui ſuper eum protulit preces et orationes, et abinde deduxit eum uſque ad ſtallum ſuum, et poſtea in capitulum, et ibi aſſignaverunt ei locum decani, et ibidem juravit reſidentiam in eccleſia Sarum, ſecundum ſtatuta eccleſiae: poſtea a fratribus in oſculo pacis ſuſceptus fuit, et comedit eo die cum domino epiſcopo.

Anno † gratiae MCCXXXIV. die tranſlationis beati Benedicti, ſtatutum fuit in capitulo Sarum, ut deinceps fiant potationes, quae ſolebant fieri in hoſpitiis ſingulorum canonicorum, in inceptione antiphonarum vocalium, quae incipiunt per O. ante natale Domini in loco aliquo communi competenti, et de communi, et bibant, qui ibi fuerint, ter de communi cum luminaribus competentibus, et igne ſine fumo, ſi fieri poteſt. Qui autem huic conſtitutioni interfuerunt, hi fuerunt.

Willielmus decanus.
Galfridus cantor.
Robertus cancellarius.
Willel. archidiac. Berkeſyr.
Anaſtaſius ſuccentor.
Mag. Rogerus de Sarum.
Hugo de Templo.
Mag. Willielmus de Len.
Mag. Tho. de Weleſburn.
Mag. Elias de Deram, qui tunc cuſtodivit communam.

* Reg. pag. 124.

† Reg. pag. 127.

Capituli

*Capituli Sarum prima convocatio * A. Dom.* MCCXXV.

Anno Verbi incarnati MCCXXV. videns Richardus Sarum fabricam novae eccleſiae Sarum eatenus fuiſſe, Deo dante, perductam, ut in ea poſſent competenter divina celebrari, gaudio magno gaviſus eſt, utpote qui magnam ejuſdem fabricae conſtructioni et opem et operam impenderat; mandavit igitur Willielmo, decano Sarum, quatenus citaret omnes canonicos Sarum eccleſiae, ut in die S. Michaelis ſequenti adeſſent omnes, et intereſſent joucundae ſolennitati matris ſuae, quando ſcilicet primo in ea divina inciperent celebrari; et ut in craſtino feſtivitatis communis haberetur in capitulo tractatus de negotio eccleſiae Sarum. Ad citationem igitur decani et capituli convenerunt eo die canonici ſubſcripti, numero xxxvii.

W. decanus. G. praecentor.
Robertus cancellarius.
Edmundus theſaurarius.
Humfridus, archidiac. Wyltes.
Willel. archidiac. Berkes.
Daniel de Longo Campo.
Elyas de Deram.
Mag. Henric. Teiſſun.
Mag. Henr. de Biſſopeſton.
Mag. Lucas de Winton.
Herbertus, archidiac. Dorſir.
Martinus de Patſhull.
Lucas, decanus S. Martini London.
Hugo de Welles, archidiac. Bathon.
Gilbertus de Lacy.
Abbas de Sireburn.
Anaſtaſius ſuccentor.
Magiſter R. de Byngham.
Magiſter Rogerus de Sarum.
Petrus Picot. Elias Ridel.
Bartholomaeus de Remes.
Mag. Martin. de Summa.
Mag. Richardus de Brembla.
Mag. Tho. de Weleſburn.
Mag. Henr. de S. Edmundo.
Mag. Galfridus Devonienſis.
Mag. Rogerus de Wrye.
Hugo de Templo.
Willelmus de Len.
Robertus Coterel.
Richardus de Maupoder.
Valentinus. Stephanus de Tylſeburia. Summa xxxvii.

Quarto igitur calend. Octobris, ſcilicet in vigilia S. Michaelis, qui quidem fuit dies dominicus, venit epiſcopus Sarum mane, et dedicavit in nova baſilica tria altaria, primum viz. in parte orientali in honorem ſanctae et individuae Trinitatis et omnium ſanctorum, ſuper quo de caetero cantabitur miſſa de beata virgine ſingulis diebus. Obtulit etiam idem epiſcopus eo die in miniſterium ipſius altaris, et in obſequium quotidianum beatae virginis duas pelves argenteas, ponderis. . . et duo candelabra argentea, ponderis. . . . Et haec quidem de legato et teſtamento cujuſdam nobilis matronae Gundreae de Warenn. quae illa in ultima voluntate ſua eccleſiae Sarum reliquerat. Inſuper et de ſuo dedit idem epiſcopus clericis, qui dictae miſſae intererunt, donec tantundem in certo reditu providerat, xxx. marcas argenti per annum, et x. marcas ſimiliter ſingulis annis ad ſuſtentandum luminare circa idem altare.

Aliud etiam dedicavit altare, quod eſt a parte aquilonari in honorem B. Petri apoſtolorum principis, et aliorum apoſtolorum.

Tertium etiam altare, quod eſt ex parte auſtrali in honorem ſancti Stephani protomartyris dedicavit, et aliorum martyrum.

† Et dum haec agerentur, affuit primo archiepiſcopus Dublinien. Henricus, et cito poſt dominus archiepiſcopus Cantuarienſis, Stephanus; et data prius hora aliquanta ad orandum in nova baſilica, deſcenderunt ipſi, et multi magnates regni cum ipſis, in domum domini epiſcopi, qui quidem per totam hebdomadam totam adventantium magnatum multitudinem ſuis ſumptibus honorifice et ſplendide refecit.

Die S. Michaelis ſequenti fecit dominus Cantuar. ſermonem ad populum, qui quidem multus erat valde; quo finito intravit novam baſilicam, et in ea divina ſolenniter celebravit. Feſtivitas autem praedicta tam excellenter inchoata, adeo feliciter conſummata fuit, Domino proſperante, ut nec in modico ſciſſa fuerit vel turbata.

Hi ſunt, praeter milites et barones, qui interfuerunt huic feſtivitati.

S. Cantuar. archiepiſcopus.
Henricus, Dublin. archiepiſcopus.
Richard. Dunelmenſis epiſcopus.
Jocelinus, Bathon. epiſcopus.
Radulphus de Nevil, Ciceſtr. epiſcopus.
Benedictus, Roffenſis epiſcopus.
Epiſcopus Ebroicenſis de Normannia, qui prius fuerat abbas Beccenſis.
Richardus, Sarum epiſcopus.

Affuit etiam inter eos et quidam clericus domini papae Otto, qui tunc de novo in Angliam venerat ob ardua quaedam negotia, quae nondum expoſuerat. Et aſſignatus fuit ei dies a domino rege in craſtino S. Michaelis apud Clarendon. ut ibidem cauſam adventus ſui domino regi proponeret; qui quidem die ſibi dato conatus eſt reformare pacem inter regem Angliae, et Falcaſium quendam maleficum, qui anno proximo praeterito totam terram turbaverat, ... et defendens per ſuos caſtrum de Hertford contra regem. Sed ſuper hoc nihil

* Reg. pag. 133. † Reg. pag. 134.

aliud tunc impetravit, niſi ut relatio fieret ſuper his ad dominum papam per literas regias, necnon et quorundam magnatum terrae.

Inſuper etiam epiſcopum Winton. Petrum de Rupibus, reconciliavit idem Otto, nuncius papae, domino regi.

De nuncio autem iſto aliqua forte inferius ſcribentur ſuper his, quae per ipſum fient.

Die Martis ſequenti, ſcilicet in craſtino S. Michaelis, fuit celebratum capitulum in praeſentia epiſcopi Sarum, et canonicorum praeſcriptorum, ubi proviſum fuit ab omnibus unanimiter et concorditer, ut epiſcopus et canonici ad illam praeſtationem, quam prius promiſerant, de bonis ſuis ad opus fabricae per annum, uſque ad ſeptennium completum, adhuc teneantur; finito vero ſeptennio, ceſſabit hujuſmodi praeſtatio, niſi forte illi, qui tunc pro tempore fuerint, aliter inter ſe ſpontanee ſtatuerint.

Praeterea fuit in capitulo illo propoſitum, quod canonici non reſidentes non ſolvent, ſicut ſolebant, quintam partem bonorum praebendarum ſuarum convertendam in uſus reſidentium, ſecundum antiqua ſtatuta eccleſiae. Cum igitur eſſet ex parte non reſidentium magna multitudo, et alii eſſent admodum pauci, tandem poſt longas altercationes electus fuit unus ex parte reſidentium, ſcil. magiſter Rogerus de Sarum, legens tunc ibi de theologia, ex parte vero altera mag. Henricus de Biſſopeſton; et cum eis, et ſuper eos dominus epiſcopus, ut illi tres contentionem praeſcriptam dirimerent. Qui quidem ſic ſtatuerunt, ut per ſeptennium ſequens, faciat quilibet canonicorum, niſi qui fuerint per antiqua ſtatuta eccleſiae Sarum excepti, reſidentiam in eccleſia Sarum ſaltem per 40. dies per annum temporibus ab antiquo ſtatutis. Quod qui non fecerit, ſaltem dimidiam quintae partis valentiae praebendae ſuae reſidentibus praeſtabit; finito autem ſeptennio, ceſſabit haec immutatio, et obſervabitur in omnibus antiqua conſuetudo.

Super his autem confectum eſt inſtrumentum publicum, ſigillo domini epiſcopi, et ſigillo capituli ſignatum, in haec verba:

Anno ab incarnatione Domini MCCXXV. ſedente in capitulo Sarum Richardo, Sarum epiſcopo, et canonicis ſubſcriptis, ſcilicet W. decano, etc. ut ſupra, prorogata uſque ad ſeptennium ſequens de communi aſſenſu omnium, qui aderant, praeſtatione ſubſidii ad fabricam, de reſidentia canonicorum facienda, tractatum eſt, et ab omnibus communiter ſic proviſum, et concorditer approbatum, viz. quod uſque ad ſeptennium ſequens completum, quilibet canonicus teneatur ad reſidentiam XL. dierum per annum, pro tempore olim aſſignato ad hoc: ita tamen, quod ſi canonicus neceſſe habuerit propter negotia urgentia reſidentiam interrumpere, de licentia decani hoc faciat; ſed cum iterum redierit, terminum reſidentiae ſuae*, omne emolumentum, quod ei competit cum aliis reſidentibus; qui autem, ſicut ſupra dictum eſt, reſidentiam non fecerit, ſolvat medietatem quintae portionis in uſus reſidentium convertendam.

Cum † archidiaconis autem ita actum eſt, de communi conſenſu propter multas cauſas, quod per reſidentiam trium hebdomadarum vel per praeſtationem quartae partis quintae portionis liberentur. Haec autem conſtitutio duratura eſt uſque ad ſeptennium completum, ſalva poſt ſeptennium elapſum conſtitutione antiqua, de quinta portione a canonicis non reſidentibus praeſtanda. [Haec charta eſt in theſauraria.]

Die Veneris proximo ſequenti venit dominus rex et juſtitiarius S. Hubertus de Burgo, et audivit ibi rex miſſam "Glorioſae," et obtulit ibi x. marcas argenti, et unum pannum ſericum. Conceſſit etiam eidem loco ſingulis annis, ut nundinae ſint ibi ſolennes, a vigilia Aſſumptionis beatae virginis illo die computato, uſque ad octavas Aſſumptionis. . . . ad diem illum ſcilicet octavum completum.

Eodem die vovit juſtitiarius ſe daturum textum aureum cum lapidibus pretioſis et reliquiis diverſorum ſanctorum, ad honorem beatae virginis, et in ſubſidium novae fabricae. Poſtea deſcendit rex cum multis magnatibus in domum epiſcopi et comedit ibi.

Die Veneris ſequenti venit Lucas, decanus S. Martini London, et Thomas de Kent, clericus juſtitiarii, deferentes praedictum textum, et obtulerunt illud ſuper altare novae fabricae ex parte Huberti de Burgo, tunc juſtitiarii, et per conſilium epiſcopi et canonicorum, qui aderant, traditus fuit theſaurario ad cuſtodiendum, et proviſum fuit inſuper, ut decanus Sarum haberet unam clavem de cuſtodia illa.

‡ Die dominica ſequenti impetravit epiſcopus, ut illud novum altare et illa capella nova remanerent in ſua cuſtodia per totum ſeptennium ſequens, et oblationes ibidem faciendae cederent in uſus fabricae, illis exceptis, quae ad perpetuum decorem et honorem eccleſiae ibidem per devotionem fidelium offerentur; promiſit etiam ſe facturum chartam ſuam, quod ſeptennio evoluto, redirent omnia in cuſtodiam theſaurarii, ſicut prius, et oblationes omnium altarium in uſum communem ſecundum antiqua tempora eccleſiae Sarum, et tunc reddentur eccleſiae ea, quae fuerint ad decorem eccleſiae oblata, quae omnia modo commiſit dominus epiſcopus cuſtodiae magiſtri Eliae de Deram; in nullo alio fiduciam fidelitatis tunc temporis habens.

In nativitate Domini ſequenti fuit rex apud Winton. et pauci magnates cum eo, propter quoſdam rancores, qui jam emerſerant inter magnates terrae, et juſtitiarium regis, ſcil. Hubertum de Burgo. Venit autem rex et juſtitiarius apud Sarum die ſanctorum Innocentium, et obtulit ibi rex unum annulum aureum cum lapide pretioſo, qui dicitur "Rubi," et unum pannum ſericum. Inſuper et unam cuppam auream, ponderis x. marcarum. Celebrata miſſa, dixit rex decano, quod voluit, quod lapis ille, quem obtulerat, ſimul et aurum annuli, inſererentur textui, quem juſtitiarius dederat alia vice: de cuppa vero non expreſſit voluntatem ſuam. Et tunc etiam fecit juſtitiarius afferri tex-

* Forte deſunt *[illegible]*

† Reg. pag. 135.

‡ Reg. pag. 136.

tum, quem antea dederat, et per ſuos, ut praedictum eſt, tranſmiſerat, et ipſum cum magna devotione obtulit ſuper altare. Et hoc facto, acceſſerunt omnes ad domum domini epiſcopi, ubi honorifice ſunt ſuſcepti.

A Clarendon. profectus eſt dominus rex Marlebrig. ubi per aliquot ſeptimanas aegrotabat.

Ante natale circa adventum Domini per literas domini Cantuar. citati fuerunt omnes epiſcopi Angliae, et abbates, et priores, et decani cathedralium eccleſiarum, et archidiaconi, ut London. in octav. Epiphaniae convenirent, audituri mandatum domini papae, eis per Ottonem ſubdiaconum, de quo ſupra mentio facta eſt, proponendum, cujus continentia talis eſt:

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis, et dilectis filiis, univerſis eccleſiarum praelatis, per regnum Angliae conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Super muros Jeruſalem cuſtodes poſiti, quanto eminentiorem ſpeculam dignitatis aſcendimus, tanto imminentiori debito ſolicitamur officii, ut vigilanti cuſtodia nobis et aliis invigilemus; nobis quidem per meritum, aliis per exemplum, quatenus in conſpectu altiſſimi conſcientiae puritas conſervetur, et in facie proximi famae integritas non laedatur. Multum enim cedit ad commodum animarum, ut et conſcientiam fama non deſerat, et famam conſcientia contemptui non exponat, ſed potius mutuis promoveantur ſuffragiis, et mutuis ſibi promotionibus ſuffragentur; propter quod in veſtibus Aaron mala punica cum tintinnabulis dependebant. Porro dum attentius quid onus honoris expoſcat, quid ſarcina dignitatis deſideret, multa nos cura ſolicitat, multae ſolicitudinis urgemur inſtantia, qualiter Deo ſatisfaciamus et homini; et ſi non ut volumus et debemus, ſaltem prout permittimur et valemus. Sane multos multoties et audivimus et vidimus murmurantes propter expenſas, quas venientes ad ſedem apoſtolicam * faciebant. Scimus autem, quod ex talibus inferebat praeſumptio detractorum, quod labia doloſa, et lingua maliloqua praeſumebant, cum nonnullos ſermones in publico molientes, et immittentes periculoſius jacula in occulto, Romanam mordere niterentur eccleſiam; parati non ſolum ea, quae rigor juſtitiae, ſed etiam quae judicium aequitatis necnon benignitatis et gratiae conſummabat ſuis oblocutionibus depravare, praeſertim apud eos, qui aures prurientes habebant, et gratis erectas ad malum. Illos quoque in talibus experti ſumus frequenter offendere, qui miſſi procurare negotia, dum ea, quae illis ad neceſſarias reputabantur expenſas, ſuis voluptatibus applicabant, ad miſerabile mendacii ſubſidium recurrentes, alienis manibus impingebant, quae propriae defraudarunt. Quia vero in his contra ſedem apoſtolicam detractoribus obrepebat occaſio, et eccleſiis eccleſiarumque praelatis, necnon et aliis videbatur imminere gravamen; cum fratribus noſtris diligentem curavimus habere tractatum, quo ſtudio, qua cautela ſecundum Deum et hominem invenerimus in talibus ſalubrem proviſionis effectum; et tandem, prout Domino placuit, communi et magni deliberatione conſilii rem non novam nec inexcogitatam a praedeceſſoribus noſtris ſumus aggreſſi; volentes, quod illi ſalubri conſilio providerunt, efficaci opere conſummare, viz. ut ad opus ſedis apoſtolicae in ſingulis cathedralibus eccleſiis, et aliis praebendalibus, praebendae ſingulae reſerventur; et interim donec id fiat, competentes in eiſdem reditus aſſignentur. In monaſteriis vero et caeteris regularibus domibus ac collegiatis eccleſiis, necnon de bonis epiſcoporum ſecundum facultates ſuas conſtituantur certi reditus pro praebendis, quarum proventus in commune recepti, tam in noſtras quam in fratrum noſtrorum neceſſitates, necnon capellanorum, cancellariae, oſtiariorum, aliorumque ſedis apoſtolicae officialium convertantur, ut ſic et provideatur noſtris in vitae neceſſariis, et gratis omnibus omnia pro quibuſcunque negotiis venientibus miniſtrentur, nec ſit, qui per ſe vel per alium expreſſe vel tacite aliquid exigat, vel etiam ſponte oblata recipiat, praeter bullae reditum conſuetum; quodſi quis Gyeziticus tantae cupiditati animum audebit exponere, quod contra prohibitionis noſtrae rigorem manus ad munus quantumcunque gratuitum praeſumat extendere, tantae poenae duritiae ſubjacebit, quod praeter publicae confuſionis opprobrium culpam in poena cognoſcet. Quis igitur frater gratiae, quis devotionis filius, quis ſponſi et ſponſae dilectus ad hujuſmodi ſtatum eccleſiae conſilio et auxilio non aſſurget? Annon licet, non decet, non expedit, ut ſic filiae dextram porrigant ad ſubſidia matris, quae occupationibus multis et magnis involvitur pro neceſſitatibus filiarum? Nonne id quamplures eccleſiarum praelati, magnique teſtimonii viri tempore generalis concilii ſuadebant? Nonne ad id toto videbantur deſiderio aſpirare? Tunc tamen ſedes apoſtolica diſtulit, ne videretur ad hoc concilium convocaſſe. Ne igitur tam pii, tam ſancti propoſiti conſummatio retardetur, per quod multum creſcere poterit decor eccleſiae Dei, multaque ſubtrahi occaſio detrahendi; univerſitatem veſtram monemus, rogamus, et hortamur in Domino, per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus ad executionem proviſionis hujus tam in cathedralibus quam aliis, ut dictum eſt, eccleſiis impendatis ſic et opem et operam efficacem, quod interprete facto monſtretur, quantum domus Domini vos decor alliciat, quantum ſponſi et ſponſae amor accendat, quantum multorum relevatio moneat, quantumque utilitas generalis inducat. Caeterum cum ad relevanda eccleſiarum onera et gravamina praelatorum, prout poſſumus, intendamus, de praebendis clericis Roman. vel ab apoſtolica ſede conceſſis, duximus providendum, ut poſtquam fuerint praedicta completa, cum eas vacare contigerit, ad proprias eccleſias revertantur, ne ſi ſucceſſive conferantur extraneis, ſicut aliquando conſuevit, filiis eccleſiarum, qui continuo ſervitio reſident, redderentur inutiles, et utilitate quodammodo fierent a-

* Reg. pag. 137.

liena e.

lienae. Dat. Lateran. 5. calend. Februar. pontificatus noſtri anno IX.

Eo die comparente London. in eccleſia B. Pauli magna multitudine cleri, lectae fuerunt publice praedictae literae, ſed tunc temporis acceſſit dominus Cantuar. * ad dominum regem apud Marlebrige, viſitaturus eum in aegritudine ſua, et propter abſentiam ipſius, et quorundam epiſcoporum, qui regi aſſiſtebant, nihil inde actum fuit.

Interea vero Sabbato proximo poſt Epiphaniam, ſcil. quarto idus Januarii, poſt multa pericula in mari et in terra perpeſſa, rediit Willielmus Longa Spata, comes Sarum de Gaſcon. ubi fere per annum moratus fuerat cum Richardo, fratre domini regis, ad defenſionem civitatis Burdegal. Venit autem idem comes eo die poſt horam nonam apud Sarum, et ibidem in nova fabrica proceſſionaliter cum magno gaudio receptus eſt, qui in craſtino iter arripuit eundi ad dominum regem, qui quidem aegrotabat apud Marlebrig. Quid plura? evolutis ab illo die, quo proceſſionaliter † fuerat receptus, viii. tantum hebdomadibus, die Sabbati, ſcil. nonis Martii, obiit idem nobilis comes in caſtro Sarum, et allatus uſque ad novam Sarum cum multis lachrymis, et longis ſingultibus, eadem hora diei, qua primo cum magno tripudio receptus fuerat, et ibidem in craſtino, ſcil. 8. idus Martii, honorifice ſepultus in nova baſilica B. virginis: et interfuerunt exequiis epiſcopi Sarum. Winton. et quidam epiſcopus Hiberniae; et comes Willielmus Mareſcallus, et comes Will. de Mandevill. Etiam barones, ſcil. Robertus de Veteri Ponte, Hugo de Gurnay, Radulfus de Toeni, et magna cum eis militum multitudo.

Dominica proxima ſequenti, ſcil. idibus Martii, quae tunc fuit ſecunda dominica xl. Quadrageſimae, benedixit epiſcopus Sarum electum monaſterii Radingi, qui quidem profeſſionem ſuam ſolenniter fecit, et ſubjectionem et obedientiam eccleſiae Sarum ſe fideliter obſervaturum promiſit, et cappam ſuam, quae erat de rubeo examito, eccleſiae Sarum reliquit cum veſtimento parato. Nomen autem abbatis erat Adam, qui antea fuerat prior apud Lemmiſtre, quae eſt cella de Rading.

Eodem anno 4. cal. Februar. ſuſcepit Lodowicus, rex Franciae, crucem a manu magiſtri Romani, ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, tunc temporis in Francia legati, et multi cum eo milites et magnates de regno Franciae cum eo cruce ſignati ſunt, ad expugnandum comitem Tholoſanum, quem idem legatus in concilio Bituricenſi judicavit eſſe ſchiſmaticum et haereticum. Poſtea vero menſe Majo quinto idus Maji profectus eſt idem rex Franciae cum magna multitudine cruce ſignatorum ad expugnandam terram praedicti comitis, et praedictus legatus cum eo. Eodem anno citra feſtum S. Martini mortuus eſt idem rex.

‡ Eodem anno pridie idus Aprilis, Sabbato viz. proximo ante dominicam, quae eſt in Ramis Palmarum, obiit Hugo de Templo, canonicus Sarum, cujus praebenda conſiſtebat in eccleſia veteris Sarum, de cujus praebenda per dominum epiſcopum atque capitulum Sarum fuit proviſum, juxta formam chartae capituli, quam habet epiſcopus in haec verba:

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, W. decanus et capitulum Sarum ſalutem aeternam in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod cum vacaret praebenda veteris Sarum, decedente fratre et canonico noſtro Hugone de Templo, nos de communi aſſenſu noſtro, propter pacem et tranquillitatem eccleſiae noſtrae perpetuo firmandam, conceſſimus, quantum in nobis eſt, vener. patri noſtro R. Dei gratia Sarum epiſcopo, et ſucceſſoribus ſuis omnem juriſdictionem, quantum ad adminiſtrationem ſpiritualium, quam conſueverunt habere decanus et canonicus dictae praebendae, tam in praebenda, quam in civitate, ſalva libertate clauſi et juriſdictione hominum de Stratford, qui olim pertinebant ad praebendam de Graham, et hominum decani de Stratford; ita quod praedicta juriſdictio vel alicui archidiacono, vel officiali domini epiſcopi, vel alicui vicario in vicaria praedictae praebendae conſtituendo committatur. Concedimus etiam, quantum in nobis eſt, praedicto venerabili fratri noſtro, et ſucceſſoribus ſuis totum dominium praedictae praebendae, et tenentes cum eorum tenementis, et cum areis in civitate, et pratis, et portionibus ad praedictam praebendam pertinentibus; exceptis omnibus domibus, quas inhabitat praedictus canonicus, cum horreis, et area, in qua ſitae ſunt praedictae domus, et horrea; et exceptis decimis omnium garbarum totius praedictae praebendae, quas dominus epiſcopus liberaliter, et ex paterna charitate communae noſtrae aſſignavit. Et in hujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum noſtrum appendimus.

Ad iſtud concilium, quod factum fuit London. proficiſcens cum magna feſtinatione epiſcopus Dunelmenſis, Richardus de Mariſco, apud Burgum S. Petri obitu abreptus eſt.

Anno MCCXXVI. in feſto Trinitatis, quod tunc fuit 18. cal. Julii, tranſlata fuerunt corpora trium epiſcoporum a caſtro Sarum, uſque ad novam fabricam, viz. corpus beati Oſmundi epiſcopi, corpus epiſcopi Rogeri, corpus epiſcopi Jocelini.

|| Eodem anno die Lunae proximae ante Annunciationem beatae virginis, oblatae fuerunt literae ſubſcriptae decano Sarum:

Robertus, divina permiſſione Sarum eccleſiae miniſter humilis, venerabili viro et dilecto in Chriſto filio domino W. decano Sarum, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Mandatum domini Winton. in haec verba ſuſcepimus: Venerabili fratri in Chriſto domino Roberto, Dei gratia Sarum epiſcopo, P. divina permiſſione Winton. eccleſiae miniſter humilis, ſalutem et fraternae dilectionis augmentum. Literas domini papae ſuſcepimus in haec verba:

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabli fratri epiſcopo Winton. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Benedictus Deus, qui ex iis, quae mala videntur, frequenter bona dignatur elicere, et quae timentur cedere ad diſ-

* Reg. pag. 138. † Reg. pag. 139. ‡ Reg. pag. [illegible] || Reg. pag. 141

pendium,

£

pendium, ad compendium revocare. Cum igitur ſuper diſcordia, quae inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum F. illuſtrem Romanum imperatorem, ſemper auguſtum, et regem Siciliae et Lombardos, exorta fuerat, per ſtudium noſtrum, auctore pacis Deo cooperante, ſalubriter ſit proviſum, ut idem imperator ad transfretandum in inſtanti Auguſto magnifice, prout imperialem decet excellentiam, ſe accingat, multitudinem navium et alia, quae tanto negotio congruunt, ſtudioſiſſime praeparando, ſicut eo nobis per ſolennes nuncios et literas inſinuante, laetantes audivimus, et ipſa rei evidentia, prout ab his, qui viderunt, aſſeritur, clarius manifeſtat; ſperantes, quod Deus exſurgens judicare diſpoſuit cauſam ſuam, et Jeruſalem, ſicut diebus priſtinis reſtaurare, mandatum, quod de praedicanda cruce dudum a ſede apoſtolica accepiſti, duximus innovandum; fraternitatem tuam ſolicitantes et hortantes attente, ac per apoſtolica ſcripta tibi mandantes, quatenus injunctae tibi praedicationis officium exerceas ſtudioſe, magnos et parvos ſecundum datam tibi a Deo prudentiam ſedulis exhortationibus inducendo, ut in inſtanti Auguſto, quo generale paſſagium eſt indictum, impendant ſuum dictae terrae ſanctae ſubſidium, modis omnibus, quibus poſſunt, cruce ſignatos autem, ut occaſione ceſſante in ipſo paſſagio tranſeant, efficaciter moneas, et, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, niſi quos evidens neceſſitas excuſaverit, ſublato appellationis impedimento, compellas. Dat. Lateran. id. Januar. pontificatus noſtri anno XI.

Harum igitur auctoritate literarum vobis mandamus, quatenus negotium ſecundum formam praeſcriptam in veſtra dioeceſi exequamini diligenter. Valeat in Domino fraternitas veſtra. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatenus ſine morae diſpendio circa omnes cruce ſignatos praebendarum Sarum eccleſiae formam praemiſſam faciatis obſervari. Valeatis in Domino.

Anno † Dom. MCCXXVII. in termino aſſumptionis B. Mariae, magiſter Richardus de la Cnoll. et magiſter Michael reſignaverunt publice in capitulo Sarum in manus epiſcopi chartas ſuas, quas habuerunt ſuper praebenda de Teinton; quae quidem chartae ibidem cancellatae fuerunt, et repoſitae in theſaurariam Sarum. Et confecta fuit charta dicto magiſtro Richardo de la Cnoll. ſub hac forma:

Omnibus Chriſti fidelibus praeſens ſcriptum inſpecturis R. divina permiſſione Sarum eccleſiae miniſter humilis, et ejuſdem loci capitulum, ſalutem in vero ſalutari. Noverit univerſitas veſtra, quod cum nobis moviſſet quaeſtionem magiſter R. de la Cnoll. ſuper praebenda de Teinton, tanquam propinquus de progenie bonae memoriae Serlonis, quondam collectoris Devon. occaſione quorundam inſtrumentorum, quae ipſa progenies dicebatur ab eccleſia noſtra quondam obtinuiſſe; tandem dictus magiſter R. et major pars et ſanior dictae progeniei, veluti magiſter M. de Bucheton, canonicus Exon. dominus W. de Mewi, G. de Spineto, Roger. de Cadewith, et alii quamplures clerici et laici, quorum nomina eſſet hic difficile enumerare, totum jus, quod ſe dicebant habere in memorata praebenda de Teinton, pure, et abſolute, et ſimplici corde, Deum habentes prae oculis, pro ſalute animarum ſuarum, anteceſſorum ſimiliter et ſucceſſorum Deo et beatae Mariae Sarum, in puram et perpetuam eleemoſynam reſignarunt, ad votum noſtrum, gratiae eccleſiae noſtrae ſe penitus ſupponentes. Et in hujus rei teſtimonium ſigilla noſtra praeſenti ſcripto duximus apponenda.

* Eodem anno dominus epiſcopus, cum eſſet apud Sarum, in feſto natalis Domini, audito, quod Gilebertus de Lacy, canonicus Sarum, diem clauſiſſet extremum, praebendam ejuſdem contulit Roberto de Lexinton in die ſanctorum Innocentium. Poſtea eodem anno, cum idem dominus eſſet apud Ambreſbur. venerunt ad eum duo paria literarum ſubſcriptarum in die circumciſionis Domini, quarum tranſcriptum miſit dominus epiſcopus decano et capitulo per priorem de Okeburn, in craſtino Circumciſionis:

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerab. fratri — epiſcopo, et dilectis filiis capitulo Sarum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Non eſt novum vel inſolitum, ut Romanus pontifex, cujus inſtantia quotidiana eſt omnium eccleſiarum ſolicitudo continua, in ipſis eccleſiis, prout de ſuo procedit beneplacito, interdum ordinet et diſponat. Unde nos praebendam, ſi qua in eccleſia veſtra vacat ad praeſens, alioquin primo vacaturam ibidem, donationi noſtrae duximus reſervandam, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus de praebenda hujuſmodi nihil diſponere praeſumatis; irritum enim decernimus et inane, ſi quid contra hoc contigerat attemptari. Dilecto etiam filio magiſtro Johanni Romano, canonico Ebor. vos noveritis, literis noſtris injunxiſſe, † ut ſi ſecus forſitan faceretis, illud debeat auctoritate apoſtolica revocare; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Dat. Anagniae 6. die Auguſti, pontific. noſtri anno primo.

Viris vener. patribus, et dominis, R. Dei gratia epiſcopo, et capitulo Sarum, J. Romanus, canonicus Ebor. ſalutem et intimae devotionis famulatum. Qualiter me dominus papa executorem ſuper praebenda eccleſiae veſtrae duxerit deputandum per literas ſuas, ſuper hoc vobis miſſas, plene poteritis edoceri. Volens igitur mandatum apoſtolicum exequi cum effectu, rogo et moneo vos attente, praecipiens vobis auctoritate, qua fungor, quatenus mandatum apoſtolicum vobis factum curetis humiliter et efficaciter adimplere. Ego autem praebendam, quam Gilebertus de Lacy, qui mortuus eſt, noviter in eccleſia veſtra habuit, ad donationem domini papae reſervo, decernens irritum et inane, ſi quid de ipſa praeter mandatum apoſtolicum duxeritis faciendum, nihilominus contra vos, ſicut expedire videro, proceſſurus. Quid autem ſuper hoc feceritis, mihi per literas veſtras reſcribatis. Dat. apud Ebor. 13. cal. Januar. Valete.

Sanctiſſimo patri et domino Gregorio, Dei gratia ſummo pontifici, humiles et devoti ſanctitatis

† Reg. p. 152. * Ibid. p. 153. † Ibid. p. 154.

ctitatis ſuae filii, ſervi W. decanus, et capitulum Sarum, tanto patri debita pedum oſcula, cum omni ſubjectione et reverentia, quantas poſſumus. Dignationi veſtrae, pater ſancte, referimus gratias pro gratia, quam nuper in oculis veſtrae pietatis invenire meruimus, et praebet nobis ampliora petendi fiduciam, et per gratiam Dei a celſitudine veſtra obtinendi certitudinem, petitio noſtra, tam liberaliter et tam benigne exaudita. Sane commiſit nuper diſcretio veſtra viris venerabilibus et diſcretis Bathon. et Coventr. epiſcopis, ſuper vita et miraculis piae recordationis Oſmundi, quondam Sarum epiſcopi, inquiſitionem faciendam, rem dignam laude, pater venerande, et quae veſtrum apoſtolatum per Dei gratiam reddet glorioſum, cum temporibus veſtris Deus ſanctos ſuos munificare non deſiſtat et glorificare, in ſanctis ſuis glorioſius apparere dignatus, ne ſolus habere gloriam videatur. Ad pedes igitur ſanctitatis veſtrae provoluti, quanta audemus precum inſtantia, quanta poſſumus devotione pulſamus et petimus, quatenus tam laudabile principium condigno exitu perornetur, et quod per vos hoſtiae caudam capiti conjungendo de poteſtate vobis deſuper data, tunicam jam per Dei gratiam Dalmaticam facere dignemini talarem; pro quo negotio cum inquiſitione diſcrete et diligenter facta, tranſmittimus ad pedes ſanctitatis veſtrae concanonicos et fratres noſtros magiſtros H. et R. nihil aliud a veſtra magnificentia expetentes, vel expectantes, niſi quod Deus vobis aſpiraverit, cujus vicem tenetis in terris, et quod ad honorem Dei cedat et eccleſiae, et frigeſcentem jam in pluribus charitatis igniculum fortius accendat, et haereticam confundat pravitatem. Deus vos conſervet eccleſiae ſuae, et nobis incolumes per tempora multa.

Eodem anno cito poſt colloquium, quod fuit apud London. in octavis S. Hilarii ſcripſit dominus rex univerſis vicecomitibus ſub hac forma:

Henricus, Dei gratia rex Angliae, etc. vicecom. etc. Praecipimus tibi, quod ſtatim viſis literis iſtis per totam bailivam tuam clamari facias, quod nullus, qui de nobis tenet in capite, in bailiva tua in dominicis noſtris, ſicut corpus et tenementum ſuum diligit, aliquid de tenemento ſuo conferat, vendat, vel aliquo alio modo alienet alicui domui religioſae, vel aliquibus perſonis eccleſiaſticis, ſine licentia noſtra; firmiter etiam prohibeas, quod nullus de nobis tenens in capite, ſive miles, ſive liber homo, ſive alius ſe transferat a terra, quam de nobis tenet in capite, ad terram alicujus domus religioſae, vel alicujus perſonae eccleſiaſticae, ad manendum ſuper eam, per quod ſimul.... perdentes et ſervitiis, tallagiis, vel aliquibus aliis ad nos pertinentibus. Diligenter etiam inquiras per ſacramentum proborum et legalium hominum comitatus tui, qui de hominibus noſtris de nobis tenentibus in capite in dominicis noſtris, ut praedictum eſt, dederint vel vendiderint, vel alio aliquo modo alienaverint aliquid de tenementis ſuis, et quibus viris religioſis vel eccleſiaſticis ea alienata fuerint, et a quo tempore, et quantum ſingula illa tenementa valeant.

Literae ſubſcriptae venerunt in die ſancti Georgii:

Viris venerabilibus, patribus et dominis, decano et capitulo Sarum, J. Romanus, Ebor. canonicus, ſalutem in omnium ſalutari. Cum praebendam bonae memoriae domini G. de Lacy, quam habuit in eccleſia veſtra, donationi domini papae auctoritate apoſtolica duxerim reſervandam, dominus Sarum, contra prohibitionem domini papae et meam, de ea ordinare praeſumpſit, conferendo eam domino Roberto de Lexinton, plurima beneficia obtinenti; ego autem donationem ab eo factam denunciavi irritam et inanem, quod eidem venerabili patri meis patentibus literis intimavi; ſed rebelles et contradictores excommunicatos publice denunciavi, vobis auctoritate, qua fungor, diſtricte praecipiens, et ex parte domini papae inhibeo, quatenus praefatum dominum R. nec pro fratre vel canonico habeatis ſaepedictae praebendae, et fructus, ſi qui exiſtunt, de eadem mortuum non contingentes, beneplacito domini papae fideliter reſervetis; ſcituri pro certo, quod, ſi ſecus egeritis, quod non credo, ſententiam in contradictores generaliter latam, ſpecialiter incurretis, quam denunciari faciam ab omnibus manifeste. Valete omnes et ſinguli ſemper in Domino. Dat. London. 11. calend. Maii.

* Anno Domini MCCXXVIII. Jul. 16. in craſtino tranſlationis S. Swithini venerunt literae ſubſcriptae, quas detulit Robertus capellanus, perſona de Gillingeham:

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Bathon. et Coventrenſi epiſcopis, et dilecto filio abbati de Stanlegh, Ciſtercien. ordinis Sarum dioec. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Magnus et miſericors Dominus in ſanctis ſuis mirabilis faciens mirabilia in caelo ſurſum, et in terra deorſum, coronat in patria, quos praedeſtinavit ad vitam, et nonnunquam aliquos ex eis, ſecundum divitiarum, ſapientiae, ac miſericordiae in ſe multitudinem, in via glorificat ad aedificationem fidelium, et catholicae fidei firmamentum. Ex literis ſane venerabilis fratris noſtri epiſcopi, et capituli Sarum intelleximus, quod piae recordationis Oſmundus, Sarum epiſcopus, cum Sarum eccleſiam ſuſcepiſſet in ipſo ſuae fundationis exordio gubernandam, magnam temporalibus, majorem vero ſpiritualibus curam impendit. Eandem ipſam eccleſiam magnifice a fundamentis erexit, ornavit libris, theſauris, et etiam aedificiis, poſſeſſionibus, et terris de proprio ampliavit, ac canonicorum praebendas cum magna deliberatione inſtituit, in eadem perſonis ibidem honeſtis et laudabilibus collocatis. Ipſius quoque temporibus eandem eccleſiam et perſonas tunc conſiſtentes in ipſa Deus ex alto reſpiciens, tantam in eis gratiam ſuae benedictionis effudit, quod nuſquam in toto regno Angliae aeque viguit diſciplinae cenſura, honeſtas morum, conſiliorum maturitas, auctoritatis pondus, et gravitas perſonarum: ſicque honeſtavit ipſum Dominus in la-

* Reg. p. 155.

boribus ſuis, et complevit labores illius, quod ejus inſtituta adhuc pro majori parte Anglicana eccleſia imitatur. Fuit enim pietate magnificus, et laudabilis ſanctitate; et quoniam in vita ſua virtutibus claruit, et poſt obitum miraculorum frequentia coruſcavit, eum aſcribi ſanctorum catalogo praedicti epiſcopus et capitulum inſtanti devotione, ac devota inſtantia petierunt; aſſerentes dignum exiſtere, ut a longo tempore theſaurus abſconditus aperiatur fidelibus, et tanquam lucerna lucens ad aedificationem multorum ſuper candelabrum ſtatuatur. Quia vero ſuper hoc cum multa eſt diligentia et providentia providendum, diſtricte praecipiendo mandamus, quatenus de vita et miraculis praedicti epiſcopi diligenter, prudenter, ac ſolicite inquiratis, et quod inveneritis, fideliter in ſcriptis redigere, ac nobis ſub ſigillis veſtris tranſmittere curetis; ut ſuper hoc, prout faciendum fuerit, procedamus. Dat. Aſiſii 3. cal. Junii, pontificatus noſtri anno ii.

Eodem die detulit idem Robertus literas domini Sarum decano et capitulo ſub hac forma:

R. divina permiſſione Sarum eccleſiae miniſter humilis, dilectis filiis in Chriſto Willielmo, decano, et capitulo Sarum, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Benedictus Deus, qui proſperum fecit iter dilecti filii Roberti capellani, nuncii eccleſiae noſtrae, qui complevit labores illius ad votum noſtrum. Et hoc ſane diſpenſationi divinae attribuimus, non humanae, quae in ſapientia cuncta diſponens, quod difficile credebamus eſſe, et quaſi impoſſibile ſupra ſpem noſtram, ſine aliqua difficultate expedivit. Quapropter inſpectis literis, quas dominus papa ſuper hoc negotio inquiſitoribus tranſmiſit, gaudeamus omnes in Domino, et pio mentis affectu penſemus gratiam, quam fecit nobis Dominus, et ſimus ſtrenui cooperatores, et non ingrati gratiae, quae nobis praeter merita noſtra divinitus conceſſa eſt. Rogamus autem vos, monemus, et exhortamur in Domino, quatenus tempeſtive mittatis viros providos, et diſcretos cum literis veſtris ex parte capituli ad illos, quibus negotium iſtud injunctum eſt, qui cum omni diligentia inquirant ab eiſdem tempus et diem, quando huic negotio volent intendere, et ad hoc quanto tempeſtivius poſſunt, eos inducant; nos autem, quantum ad nos pertinet, ſuper hoc negotio non dormitabimus. Valete.

Sanctiſſimo patri et domino Gregor. Dei gratia ſummo pontifici, humiles ſanctitatis ſuae ſervi J. Bathon. et A. Coventr. et Lichfeld. divina miſeratione epiſcopi, devota pedum oſcula. Literas ſanctitatis veſtrae ſuſcepimus in haec verba: Gregorius, etc. vener. fratribus Bathon. et Coventr. epiſcopis, et dilecto filio abbati de Stanlegh, Ciſterc. ordinis, Sarum dioec. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Magnus et miſericors Dominus, etc. Dat. Aſiſii 3. cal. Junii, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Volentes igitur devotione, qua decuit, apoſtolicis obedire mandatis, collega noſtro agente in partibus Hiberniae, qui tamen commiſit in hoc vices ſuas abbati de Tintern. ejuſdem ordinis, certum diem, ſcilicet diem beati Dionyſii, praefiximus apud Sarum, ut ad ſolennem vocationem multis ibi promiſcui ſexus convenientibus, prout in hujuſmodi factis conſuevit, diligentius et cautius procederemus in negotio memorato. Quo quidem die, altero noſtrum comparente, una cum abbate praedicto de Tintern. et Gileb. canonico Wellenſi, viro provido et diſcreto, gerente vices mei Bathon. tunc abſentis per cauſam neceſſariam et ingentem, cum ulterius ſine periculo morae diffuſioris non poſſet inquiſitio differri; propter diuturniorem abſentiam mei Coventr. qui in proximo profecturus eram ad curiam Romanam, ea, qua decuit, circumſpectione et diligentia proceſſum eſt in inquiſitione propter praemiſſa, et etiam aliqua de vita ipſius et moribus a multarum eccleſiarum eremitis detecta, et in ſcriptis fideliter redacta, ſicut ex fidelium relatione accepimus, una cum atteſtationibus, miracula ipſius continentibus, ſub ſigillis noſtris, et dicti abbatis de Tintern. ad pedes veſtrae ſanctitatis duximus tranſmittenda, ut vos ad conſummationem negotii procedere poſſitis, prout caelitus vobis fuerit inſpiratum. Conſervet vos Dominus eccleſiae ſuae per tempora longiora.

* Item eodem die detulit idem R. a curia Romana confirmationem domini papae ſubſcriptam:

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, vener. fratri epiſcopo, et dilectis filiis capitulo Sarum, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt et honeſtum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum; eapropter, venerabilis in Chriſto frater epiſcope, et dilecti filii capitulum, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, poſſeſſiones, et reditus, ac alia bona, vobis ad opus fabricae Sarum eccleſiae a chariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Anglorum rege, ac aliis Chriſti fidelibus pia liberalitate conceſſa, necnon libertates et immunitates ab eodem rege ac aliis vobis et ipſi eccleſiae obtentu pietatis indultas, ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis, vobis, et per vos eidem eccleſiae, auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Item eodem die detulit idem Robertus capellanus tranſcriptum duorum parium literarum ſubſcriptarum:

Gregorius, etc. Sarum epiſcopo. Electione nuper facta de dilecto filio W. archidiacono Wigorn. in eccleſia Dunholm. pro eo, quod attentata fuerat contra formam concilii generalis, juſtitia exigente, caſſata; nos provide attendentes, quod quanto eadem eccleſia eſt inſignior, tanto eſt notabilior lapſus ejus, de reparatione ipſius coacti ſumus anxie cogitare. Cum enim ſub umbra paſtorum

* Reg. p. 156.

prodigos

prodigos habuerit diſperſores, qui non ſolum errata corrigere, vel diſperſa colligere non curarunt, ſed nec lana vel lacte contenti, pelles deſuper oſſibus diſſipatarum ovium rapiebant, lacerato grege dominico, eadem eccleſia graviter eſt in ſpiritualibus deformata, et in temporalibus diminuta. Quare cupientes eidem de idoneo gubernatore conſulere, qui damna praeteriti temporis, Domino dante, reſarciens, requirat, quod perierat, quod eſt abjectum reducat, et conſolidet quod infirmum, te ipſi eccleſiae providimus in ' paſtorem; ſpe nobis propoſita, quod ille, qui dans virtutes, praemia elargitur, virtutis tuae merito eccleſiam ipſam in ſtatum et honorem priſtinum reſtaurabit, immo et grata multiplicabit eidem in ſpiritualibus et temporalibus incrementa. Cum igitur, quod a nobis eſt cum deliberatione proviſum, te deceat humiliter acceptare, fraternitatem tuam rogamus, monemus, et hortamur attente, per apoſtolica tibi ſcripta in virtute Spiritus Sancti ſub obedientiae debito diſtricte praecipiendo mandantes, et obteſtantes per aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, quatenus hujuſmodi oneri, tibi a nobis impoſito, ſubmittens humeros ad portandum, omni occaſione ac excuſatione ceſſante, ſine morae diſpendio, ad eccleſiam accedas eandem, acturus, ſecundum datam tibi a Domino gratiam, curam ejus; taliter autem beneplacitis noſtris obſequi et juſſionibus ſtudeas obedire, quod inobedientiae vitato reatu, obedientiae meritum voluntarius proberis amplecti, noſque tibi propter hoc reddas favorabiles et benignos; ſciturus, quod ſi adeo, quod non credimus, tuae velles indulgere quieti, ut onus, quod nobis incumbens tibi deſtinavimus imponendum, ſuſcipere detrectares, non immerito formidare, ne a te requiramus in extremo examine coram diſtricto judice rationem. Dat. Spoleti 2. idus Maii, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Altera Cantuar. archiepiſcopo, epiſcopo Coventrenſi, et Stephano capellano, eadem eſt cum praecedente.

† Item ipſo die detulit idem R. capellanus, literas ſubſcriptas ſub hac forma:

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Johanni Romano, canonico Ebor. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Vener. frater noſter Sarum epiſcopus ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod cum ipſe praebendam in eccleſia ſua vacantem perſonae idoneae, prout ad eum pertinet, contuliſſet, poſtmodum a nobis recepit literas continentes, quod praebendam, ſi qua tunc vacabat in eadem eccleſia, alioquin proximo vacaturam donationi apoſtolicae ſervabamus, de qua ipſe nihil diſponere attentaret, teque ſuper hoc executorem duximus deputandum; qui hujuſmodi executionis praetextu, quod ab eodem epiſcopo, antequam mandatum noſtrum ſuſciperet, ſine dolo et fraude factum eſt de praebenda praedicta, niteris tanquam qui credis, quod res ſe aliter habuerit revocare. Unde humiliter petebatur, ut per aliquos ſuper hoc mandaremus inquiri, qui ſi de praemiſſis conſtiterit, auctoritate noſtra ratam habeant collationem epiſcopi memorati; nos autem diſcretioni tuae negotium remittentes, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit, collationem eandem, priuſquam epiſcopus ipſe mandatum noſtrum ſuſceperit, factam eſſe, ſuperſedeas procedere ſuper ipſa in executione mandati noſtri, quam primo aliam praebendam in eccleſia ipſa vacare contigerit, juxta priorum literarum continentiam proceſſurus. Dat. Afiſii 7. cal. Junii, pontific. noſtri anno ii.

Chariſſimo ſocio et amico, domino Roberto de Lexinton, J. Romanus, ſubdecanus Ebor. ſalutem, et ſincerae dilectionis affectum. Receptis literis domini papae et veſtris, diligenter mecum tractavi, qualiter negotium veſtrum cum honore meo facilius poſſit expediri; unde poſtmodum habito tractatu cum viris ſapientibus et diſcretis, conſiderata forma reſcripti apoſtolici, ſtatui vobis diem in octav. aſſumptionis B. Mariae in majori eccleſia Ebor. Ad quam conſulo bona fide, ut vos corporaliter interſitis per concanonicos Sarum, et alios, quos videritis expedire, probaturi ibidem, quod vener. pater dominus Sarum ſedi apoſtolicae intimavit, quod et ei ſi placuiſſet London. conceſſi perſonaliter conſtitutus, cujus etiam literas patentes habeatis, in quibus conſtituat vos procuratorem in rem veſtram, cum de eo tantum fiat mentio in domini papae reſcripto. Nec miremini ſi dominus H. frater veſter, diligenter inſtitit pro negotio veſtro maturando, quod reputat quaſi ſuum, cui fraeno potius quam calcaribus fuit opus. Conſulo etiam, quod literas decani et capituli Sarum patentes vobiſcum deferatis ſuper teſtimonio negotii memorati, ut omnia rite procedant. Valete.

* Magiſtro Johanni Romano, ſubdecano Ebor.

Viro venerabili, etc. W. decanus, et capitulum Sarum. Volentes veritati teſtimonium perhibere, nolenteſque, quod circa collationem praebendae Sarum domino R. de Lexinton, a venerabili patre noſtro Sarum epiſcopo nuper factam, aut de termino ejuſdem praebendae veſtra circumveniatur diſcretio, quod ſcimus, loquimur, et quod vidimus, teſtamur; proteſtantes firmiter, quod dominus R. Sarum epiſcopus, die Innocentium proximo praeterito in capitulo noſtro Sarum, tanquam epiſcopus noſter publice promulgavit, quod praebendam de Rateclive, quae fuit bonae memoriae G. de Lacy, die S. Johannis proximo praecedenti contulerat R. de Lexinton, et eandem donationem publice coram capitulo eodem die innovavit; injungens mihi decano, ut ei locum in capitulo et ſtallum in choro aſſignarem per interpoſitam perſonam, quod quidem factum fuit in craſtino, ſcilicet in die S. Thomae martyris. Die autem Circumciſionis proxima ſequente pervenit primo mandatum apoſtolicum ad dominum Sarum apud Ambreſbur. ſuper eodem negotio, exiſtentibus ibidem quibuſdam canonicis noſtris, ſicut ex aſſertione ipſius epiſcopi et eorundem canonicorum didicimus, qui melius rei noverunt veritatem. Nos autem tranſcriptum ejuſdem mandati in craſtino

† Reg. p. 15[illegible]

* Ibid. p. 15[illegible]

praedictae

z

praedictae Circumciſionis dominicae ſuſcepimus. Et ne per falſi ſuggeſtionem, aut veritatis ſuppreſſionem veſtra in aliquo in praeſenti negotio vacillet prudentia, literas noſtras patentes ſigillo capituli munitas, praedicti facti teſtimoniales vobis tranſmittimus. Valete.

* Sub eadem forma ſcripſit Ric. Dunelm. epiſcopus, literas teſtimoniales J. Romano de collatione et inſtallatione Roberti de Lexinton :

Decano et capitulo Sarum J. Romanus, ſubdecanus Eboracen. ſalutem. Literas domini papae noveritis me recepiſſe in haec verba : Gregorius epiſcopus, etc. ut ſupra. Hujus igitur auctoritate mandati diem aſſignavi apud Ebor. in octavis aſſumptionis beatae Mariae, quo mihi veritas nota fieret de praedictis, quod et vener. patri domino R. quondam epiſcopo veſtro London. poſitus corporaliter me recolo obtuliſſe. Ad diem autem ſupradictum apparuerunt quidam de eccleſia veſtra coram me, qui ea, quae ſuggeſta erant ſummo pontifici, vera eſſe liquido probaverunt. Quare vobis mando auctoritate, qua fungor, quatenus non obſtante aliqua prohibitione, a me vobis aliquando tranſmiſſa dominum R. de Lexinton, pro fratre et canonico ſaepedictae praebendae habeatis, et eum in omnibus fraterna charitate tractetis. Inhibeo autem vobis ex parte domini papae, atque praecipio ſub poena excommunicationis, ne ad praebendam, quam de caetero vacare contigerit, aliquem admittatis, ſed ordinationi ſummi pontificis atque beneplacito reſervate, et mihi per literas veſtras patentes quamtocyus intimate. Valete.

Roger. ſuccentor Nic. de Potern. Ric. aurifaber, detulerunt has literas.

Literae ſubſcriptae venerunt in vigilia beati Jacobi apoſtoli eodem anno :

Richardus, Dei gratia Dunelm. epiſcopus, viris venerabilibus et in Chriſto chariſſimis W. decano, et capitulo Sarum, ſalutem et divinam benedictionem. Novit ille, qui nihil ignorat, cui nuda ſunt omnia et aperta, quod elegiſſem potius a corpore peregrinari, quam ab eccleſia, cujus uberibus lactatus ſum, ita ſubito avelli, et a filiis, quos enutrivi, quaſi a viſceribus matris ita violenter ſeparari, niſi ſolus Deus eſſet in cauſa et ordinatio ſuperioris et obedientia, cui qui reſiſtit, Deo reſiſtit, ſicut ſuggerunt mihi ſapientes. Nam quis ego ſum, ut ordinationi domini papae, vicarii Jeſu Chriſti in terris, reſiſtam, vel contradicam ? Sane ſexta feria die ſanctae Praxedis virginis, multis tamen propoſitis prius excuſationibus, dilationibus, et rationibus, dominus Coventren. et dominus Stephanus, nuncius domini papae, communicato omnium epiſcoporum, qui tunc aderant, conſilio, non obſtantibus allegationibus, vel rationibus meis, non expectato meo vel veſtro conſenſu, quod non ſine magno dolore dico, a cura ſolicitudinis Sarum eccleſiae me abſolverunt invitum, et quantum licuit renitentem et contradicentem, parati contradictionem meam et inobedientiam, ſi forte interveniſſet, domino papae incontinenti ſignificare. Et ita factum eſt, ut quos Deus conjunxit, auctoritas praeſidentis ſeparavit, corpore duntaxat non ſpiritu. Nam quis ſeparabit me ab his, quos diligo in viſceribus charitatis ? etſi habitavero in extremis maris, non eritis abſque me : habetis vobiſcum lumen oculorum meorum ; habetis vobiſcum cor meum ; habetis et animam meam. Quodſi modicum mei abeſt, corpuſculum loquor et vile mancipium, cui ſolum ſupereſt ſepulchrum, anima tamen mea in vobis demorabitur, et ſemen meum haereditabit terram et germinabit, quia cecidit per Dei gratiam in terram bonam, laetabitur et delectabitur in craſſitudine anima mea. Confido enim in Domino, quod de gremio eccleſiae Dominus ſibi victimam providebit, et terra, quae ſemini bono ſpontaneum hactenus expandit ſinum, aliquod pretioſum depoſitum in gremio ſuo laeta nutrivit, quod germinabit et fructum referet in patientia. Repoſita eſt haec ſpes in ſinu meo. Haec vobis ſcripſi, ut patienter feratis me a vobis ſaltem corpore ſeparari. Honeſtius autem negotium iſtud proceſſiſſet, ſi mag. Rogerus verbum ſibi injunctum melius intellexiſſet, et vobis, prout debuit, intimaſſet. Bene valete.

His auditis, die quarto ſequente confectae fuerunt literae, et electi nuncii mittendi ad regem, juxta formam ſubſcriptam.

Literae ſubſcriptae venerunt die Veneris proxima poſt feſtum S. Luciae, per Johannem, clericum, procuratorem Ranulphi Britonis apud Sarum :

Henricus, Dei gratia rex Angliae, etc. dilectis ſibi in Chriſto decano et capitulo Sarum, ſalutem. Noveritis nos intuitu Dei conceſſiſſe dilecto clerico noſtro Ranulpho Britoni praebendam, quae fuit magiſtri S. de Eketon in eccleſia Sarum, qui habitum religionis ſuſcepit, ut dicitur, vacantem, et ad noſtram donationem ſpectantem, ratione epiſcopatus Sarum vacantis, et in manu noſtra exiſtentis ; ipſumque vobis per has literas noſtras patentes praeſentamus, rogantes quatenus illum ad praebendam illam admittentes, ſtallum in choro, et locum in capitulo eidem aſſignetis. Teſte meipſo apud Weſtm. 10. die Decemb. anno regni noſtri xiii.

Literis iſtis ſuſceptis et redditis . . . magiſtro J. Romano mandatum domini regis praemiſſum, ejus ſuper hoc requirentes voluntatem et aſſenſum, et ipſe reſcripſit nobis in haec verba : Viris venerab. et dominis decano et capitulo Sarum, J. Romanus, ſubdecanus Ebor. ſalutem in omnium ſalutari. Receptis literis veſtris et plenius intellectis reſpondeo, et diſcretioni veſtrae relinquo, ut reddentes "Quae ſunt Caeſaris, Caeſari, et quae ſunt Dei, Deo," eligatis, cui potius obedire debeatis, pace et tranquillitate eccleſiae veſtrae utrinque penſatis. Valeatis omnes et ſinguli ſemper in Domino. Dat. Ebor. 4. calend. Januar.

Literae ſubſcriptae venerunt per manum curſoris domini regis tertio die Nativitatis dominicae, A. D. MCCXXVIII.

Henricus, Dei gratia, etc. decano et capitulo Sarum ſalutem. Cum tempore vacationis archiepiſcopatuum et epiſcopatuum, qui de noſtra ſunt advocatione, ad nos de jure pertineant donationes eccleſiarum et praebendarum vacantium de ſingulis praedictis archiepiſcopatibus et epiſcopatibus ; et praedeceſſores noſtri reges Angliae,

* Reg. p. 158.

5

gliae, a longe retroactis temporibus eam ſine difficultate obtinuerint libertatem, quod ſine impedimento eas contulerunt, vobis mandamus firmiter prohibentes, ne ad praebendam, quae fuerat magiſtri S. de Eketon, et quam vacantem et ad noſtram donationem ſpectantem ratione epiſcopatus Sarum vacantis, et in manu noſtra exiſtentis . . . dilecto clerico noſtro R. Britoni in praejudicium noſtrum et dignitatis noſtrae diſpendium aliquem admittatis, licet auctoritate domini papae ex parte magiſtri J. Romani aliquod inde mandatum receperitis in contrarium. Satis enim futuro tempore dabitur ei opportunitas, cum de epiſcopo inde fuerit . . . mandatum apoſtolicum adimplere: nec enim de conſcientia domini papae credimus eidem magiſtro Johanni aliquid fuiſſe injunctum, quod nobis. . . praejudicium aut dignitati noſtrae diſpendium generaret. Teſte meipſo apud Oxon. 25. die Decembris.

Poſtmodum venerunt literae regis in hac forma:

Henricus, Dei gratia rex Angliae, etc. dilectis ſibi in Chriſto decano et capitulo Sarum, ſalutem. Meminimus nos dilectum clericum noſtrum R. Britonem per literas noſtras vobis praeſentaſſe ad praebendam, quae fuit magiſtri S. de Eketon, in eccleſia veſtra Sarum, mandantes vobis, quod ipſum ad eandem admitteretis, ſtallum in choro, et locum in capitulo eidem aſſignantes, quod vos hucuſque non ſine gravi dignitatis noſtrae offenſa facere diſtuliſtis, cum mandatum apoſtolicum de . . . vacatura praebenda in eadem eccleſia conferenda cuidam Romano, tempore vacationis ejuſdem eccleſiae, et in manu noſtra exiſtentis locum non poſſit vel deceat obtinere, nec in aliquo nos tangat vel aſtringat. Vobis igitur iterato diſtricte damus in mandatis, quatenus, ſicut libertates et jura eccleſiae veſtrae ſub brachio noſtro tuta et defenſa conſiſtere cupitis, ſicut etiam in regno noſtro morari diligitis, praefatum clericum noſtrum ad dictam praebendam ſine ulteriore dilatione et injuria juris noſtri graviore admittere curetis; ſcituri, quod ſi ſecus egeritis, non poterimus ulterius diſſimulare, quin injuriarum noſtrarum ultionem exequamur. Teſte meipſo apud Weſtmon. 26. die Januar. anno regni noſtri xiii.

In craſtino Cinerum venerunt decano et capitulo Sarum literae Ranulphi Britonis in haec verba: Variis et arduis domini regis et domini juſtit. negotiis praepeditus, ad vos in craſtino Cinerum apud Sarum perſonaliter accedere non poſſum, ideo dilectum clericum meum Reginaldum ad vos mitto, ipſum procuratorem meum conſtituens; vos etiam rogans devote, quatenus ipſum nomine meo admittere velitis, quod veſtrum eſt in hoc exſequentes.

Item literas magiſtri J. Romani tulit in haec verba:

Viris venerab. patribus et dominis, decano et capitulo Sarum, J. Romanus, ſubdecanus Ebor. ſalutem in omnium ſalutari. Mirari cogor non modicum et turbari, cum de die in diem me jugiter provocatis, et offenſam reddere nitimini regiam majeſtatem. Cum enim veſtrae reliquerim arbitrio voluntatis de clerico domini regis recipiendo ad praebendam, quae fuit magiſtri S. de Eketon, mandantes quod reddentes "quae ſunt Caeſaris, Caeſari, et quae ſunt Dei, Deo," faceretis, quod videretis vobis et eccleſiae veſtrae potius expedire; vos quaerentes nodum in ſcirpo, verba haec ambiguitatem dicitis continere, quae diligenter inſpecta nihil prorſus afferent quaeſtionis. Nam poſtquam epiſcopatus ad manus domini regis pervenit, et praebendarum donatio . . . . novum recolo me ſcripſiſſe; malo enim de donatione veſtri epiſcopi vel . . . . praebendam donationi apoſtolicae reſervari, quam cum ſcandalo domini regis retinere . . . . Unde praefatum clericum ſecure poteſtis admittere, ſalvo ſemper priori mandato, ut ante eſt praedictum. Valeatis ſemper ſinguli in Domino.

* Henrico, Dei gratia illuſtri regi Angliae, domino Hiberniae, duci Norman. et Aquitan. com. Andegav. capitulum Sarum eccleſiae ſemper ei devotum, ſalutem in eo, qui dat ſalutem regibus. Cum eccleſia noſtra Sarum per tranſlationem venerab. patris Richardi, nunc Dunelmen. epiſcopi, nuper coeperit vacare, excellentiae regiae devotiſſime ſupplicamus, quatenus deſolationi eccleſiae noſtrae pio compatientes affectu, licentiam eligendi nobis patrem et epiſcopum benigne concedere dignemini. Ad hanc autem licentiam a regia majeſtate petendam vener. viros fratres noſtros W. decanum, R. cancellarium, E. theſaurar. R. ſuccentorem, una cum literis praeſentibus, ad veſtram tranſmittimus excellentiam. Valeat et vigeat majeſtas regia per tempora longa.

Henricus, Dei gratia rex Angliae, etc. dilecto ſibi in Chriſto capitulo Sarum, ſalutem. Venientes ad nos dilecti nobis in Chriſto W. decanus, R. cancellar. E. theſaurar. et R. ſuccentor eccleſiae veſtrae Sarum, cum literis veſtris patentibus, nobis nunciaverunt, quod eccleſia veſtra Sarum per tranſlationem venerab. patris Richardi nunc, Dunelm. epiſcopi, vacans eſt, et petierunt a nobis licentiam eligendi nobis paſtorem. Nos ergo petitioni veſtrae benigne condeſcendentes, concedimus vobis licentiam alium vobis eligendi in paſtorem, rogantes attentius, quatenus talem eligatis vobis in paſtorem, qui eccleſiae veſtrae regimini ſufficiat, et nobis et regno noſtro utilis eſſe dignoſcatur. Teſte meipſo apud Windeleſor. 29. die Julii, anno regni noſtri xii.

Quo facto, citati fuerunt canonici Sarum ad electionem faciendam juxta formam ſubſcriptam.

W. decanus et capitulum Sarum, dilecto fratri et concanonico, ſalutem, etc. Cum per tranſlationem vener. patris R. quondam Sarum epiſcopi, in epiſcopum Dunelm. Sareſbur. eccleſia ſuo ſit viduata paſtore, quod quidem non ſine magno dolore referimus; cum etiam nuper obtinuerimus a domino rege licentiam eligendi, communicato fratrum conſilio diem certum ſtatuimus ad eligendum nobis per miſericordiam Spiritus Sancti paſtorem et epiſcopum, videl. in

* Reg. pag. 15?.

craſtino nativitatis B. virginis in eccleſia Sarum, fraternitati veſtrae ad ipſum denunciantes, et in virtute obedientiae firmiter injungentes, quatenus, ſi id commode fieri poſſit, preſentiam veſtram eo die ibidem exhibeatis ad tantum eccleſiae noſtrae negotium expediendum. Valete.

Ad praedictam citationem acceſſerunt die dicto apud Sarum xxxviii. canonici, quorum nomina continentur infra in decreto, et praeterea tres canonici, qui non fuerunt praeſentes, eo quod oportuit eos ire Dunelm. cum domino ſuo epiſcopo Dunelm, procuratores per literas ſuas patentes dederunt, quorum nomina ſunt haec: Valentinus, qui conſtituit procuratorem Stephanum, archidiaconum Wilteſir. Mag. Rogerus de Werda conſtituit pro ſe procuratorem magiſtr. E. de Derham, Will de Leiceſtr. qui conſtituit pro ſe R. de Maupodre. Item fuerunt, qui ſe literatorie excuſarunt, tres canonici, ſcil. Martinus de Patſhull, magiſter Laurent. de Sto. Nicolao Romanus, qui tunc fuit apud Eboracum, et Willelmus de Yngandeby; item mag. Robertus Scotus, qui antea iverat in Scotiam, nihilominus citatus fuit apud praebendam ſuam; ille nec venit nec ſe excuſavit. Die vero electionis coram fratribus probata fuit citatio publice per curſores eccleſiae Sarum. Item quidam alius canonicus, ſcil. mag. Willelmus de Lincoln. abſens fuit tunc in borealibus partibus, ipſe tamen antequam a Sarum recederet, ſcivit diem aſſignandum electioni per aſſenſum capituli, cui ipſe interfuit in craſtino nativitatis B. virginis, et nihilominus ad cautelam citatus fuit per literas decani et capituli, quae traditae fuerunt N. de Poterna, et ipſe tradidit eas. Item fuerunt aliqui canonici agentes in tranſmarinis, qui non fuerunt vocati, videl. Stephanus Cardin. Mag. Jacobus de Vercel. Mag. Tancred. Romani, et abbates de Vecto, et de ſancto Wandreyzeſilo et de Monte Burgi. Summa omnium canonicorum lii. praeter epiſcopum, qui eſt canonicus, et eſt liii. Summa eorum, qui interfuerunt per ſe vel per procuratores, xli. Inter quos quidem erant aliqui, qui non poterant eligi, eo quod non eſſent de legitimo matrimonio, utpote decanus ejuſdem eccleſiae, et quidam alii. Aliqui tamen eorum dicebant ſe eſſe munitos ſuper hoc per indulgentiam apoſtolicam, veluti mag. W. de Merton, archidiaconus Berkſir. mag. Th. de Chabbeham, ſubdecanus Sarum, quorum uterque protulit indulgentiam apoſtolicam, cum tali tamen adjectione: "Ita tamen quod ſi ad epiſcopatum vocatus fueris, illum ſine licentia noſtra ſpeciali nullo modo recipias." Sic continebatur in literis apoſtolicis, quas uterque praedictorum pro ſe protulit. Fuit etiam ibi quidam canonicorum, ſcil. Lucas, theſaurarius regni, qui ſimiliter indulgentiam apoſtolicam habuit ſine praedicta adjectione. Quae omnes indulgentiae lectae fuerunt coram fratribus. Alii vero, qui hinc erant, confitebantur defectum natalium ſuorum, nullam penitus habentes ſuper hoc indulgentiam. Et notandum, quod omnes indulgentiae praeſcriptae fuerunt de tempore Gregorii papae IX.

* *Acta in pleno capitulo Sarum coram canonicis nominatis infra in decreto (Sept. 9.) in craſtino nativitatis beatae virginis Mariae.*

CUM ibidem, invocata prius Spiritus Sancti gratia, tractaretur de electione epiſcopi Sarum, et diutius eſſet altercatum, in quam formam electionis magis decreviſſet idem capitulum aſſentire; videl. utrum tres eſſent eligendi, qui aliorum vota inquirerent; et ſic ſecundum formam concilii electio procederet, ſive ut aliquos eligerent viros fide dignos, qui eccleſiae Sarum de paſtore providerent, praecipue cum in certa forma non potuiſſent ab initio convenire: examinatis etiam votis ſingulorum ſuper praemiſſis, inventi fuerunt tantum treſdecim, qui in primam formam electionis convenirent, ut ſcil. ſcrutinium fieret per tres ad hoc electos. Ut autem aliqui ex ipſis eligerentur, qui epiſcopum darent et aſſignarent, concordes erant xxv. canonici, et procuratores trium aliorum canonicorum abſentium, ad hoc dati. Tunc igitur quinque electi fuerunt de capitulo, qui toti eccleſiae viduatae providerent de paſtore. Electi igitur fuerunt quinque per totum capitulum de gremio ipſius eccleſiae, ad id faciendum: et confectum fuit ſcriptum publicum capituli ſuper hoc in hac forma et ſigillo capituli ſignatum:

Conſenſum eſt a toto capitulo Sarum in quinque, ſcil. decanum, archidiaconum Sarum, magiſtrum A. de Eſſebi, dom. Richardum de Maupodre, et dom. Herbertum de Bedewind, canonicos Sarum, quibus commiſſa eſt poteſtas eligendi epiſcopum, ut vice omnium Sarum eccleſiae viduatae provideant de paſtore idoneo ſub hac forma. Ut ille, quem dicti quinque, vel major pars illorum numero elegerint de gremio eccleſiae Sarum, recipiatur ab univerſis in epiſcopum et paſtorem, omni appellatione remota. Item quod duret illorum poteſtas per totum diem conſenſus, et non ultra. Actum in nova capella Sarum in craſtino nativitatis beatae Mariae proximo poſt tranſlationem domini Richardi, olim Sarum epiſcopi, in epiſcopum Dunelmenſem. Et in ſignum conſenſus jam dicti de voluntate capituli appoſitum eſt huic ſcripto ſigillum capituli Sarum.

Praedicti igitur quinque ſoli remanentes in nova fabrica, coram altari beatae virginis, invocata prius Spiritus Sancti gratia, nominatis quibuſdam perſonis et canonicis ejuſdem eccleſiae, tandem in magiſtrum R. de Bingeham omnes unanimiter conſenſerunt, et hunc conſenſum ſuum convocatis omnibus, qui aderant, fratribus declaraverunt, qui omnes eum cum gaudio ſuſcipientes, ſe conſentire acclamaverunt, et eum cum cantato "Te Deum laudamus," ad altare adduxerunt, et ſtatim apertis januis eccleſiae multitudini laicorum fuit electio denunciata publice. Et ſtatim poſtea confectum decretum ſub forma ſubſcripta:

Vacante ſede Sarum per tranſlationem domini Richardi, quondam Sarum epiſcopi, in epiſcopum Dunelm. comparentibus omnibus canonicis Sarum, qui vocari conſueverunt, et commode po-

* Reg. pag. 160.

fuerunt intereſſe, die electioni praefixo, ſcil. in craſtino nativitatis beatae virginis, in nova capella apud Novum Sarum, cum invocata fuiſſet Sancti Spiritus gratia, a toto capitulo commiſſa eſt poteſtas eligendi epiſcopum in V. ſubſcriptos, ſcil. decanum et archidiaconum Sarum, mag. Adam de Eſſebi, dom. Ric. de Maupodre, et dom. Herbert de Bedewind, canonicos Sarum; ut is, quem illi quinque, vel major pars illorum quinque numero eligerent in epiſcopum et paſtorem de gremio ejuſdem eccleſiae, ab omnibus unanimiter reciperetur, appellatione remota; durante poteſtate illa per totum diem illum et non ultra; dicti v. ſecedentes ſeorſum et diutius ſuper hoc conferentes, magiſtrum Robertum de Bingeham, canonicum Sarum, virum providum et diſcretum, honeſtae vitae et eminentis literaturae, eodem die in patrem et paſtorem unanimiter elegerunt. In quem ſtatim caeteri omnes canonici conſenſerunt, et adhibita, qua decuit, ſolennitate, de communi conſenſu omnium confectum eſt hoc decretum electionis, cui et ſinguli manu propria ſubſcripſerunt in hunc modum:

✠ Ego W. decanus Sarum huic electioni conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego Rogerus praecentor Sarum huic electioni conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego R. cancellar. Sarum huic electioni conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego Edmundus theſaurar. Sarum. h. e. conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego Humfridus archidiac. Dorſet. huic electioni conſentio, et m. p. ſubſcribo.

Ego W. archidiaconus Berkeſyr. h. e. conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego H. archidiaconus Sarum huic electioni conſentio, et m. p. ſubſcribo.

Ego S. archidiaconus Wiltſ. h. e. conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego Th. ſubdecanus Sarum huic electioni conſentio, et m. p. ſubſcribo.

Ego R. ſuccentor Sarum h. e. conſentio, et manu propria ſubſcribo.

Ego Lucas canonicus de Blebur. huic electioni conſentio, et m. p. ſubſcribo.

Ego H. canonicus de Biſſopeſton. conſentio et ſubſcribo.

Ego Bartholomaeus canonicus de Burbach conſentio et ſubſcribo.

Ego R. de Lexinton canonicus Sarum conſentio et ſubſcribo.

Ego S. de Eketon canonicus Sarum huic electioni propria manu ſubſcribo.

Ego Helias can. Sarum conſ. et ſubſ.

Ego Ric. de Maupodre canon. Sar. c. et ſ.

Ego Henr. de Sto. Edmundo can. Sar. c. et ſ.

Ego Ric. de la Cnoll. can. Sarum c. et ſ.

Ego Daniel canon. Sarum manu prop. ſubſc.

Ego Lucas de .... can. Sarum conſ. et ſubſc.

Ego Th. de Sto. Martino can. Sar. c. et ſubſcr.

Ego G. poenitentiarius can. Sar. c. et ſubſc.

Ego Helias Ridel can. Sarum conſ. et ſubſc.

Ego H. Teſſun can. Sarum conſ. et ſubſ.

Ego H. abbas Shireborn can. Sar. c. et ſubſc.

Ego Hugo H. de Well. canon. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego J. de Eſſebi canon. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego Robertus .... can. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego Richardus can. Sarum ſubſcribo.

Ego Herbertus can. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego Petrus Picot can. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego Martinus de Summa can. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego W. de Len canon. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego Gilb. de Safford can. Sarum conſ. et ſubſcribo.

Ego G. de Stapelbrigg, can. Sarum, conſ. et ſubſcribo.

Ego Tho. de Ekelak, can. Sarum, conſ. et ſubſcribo.

Ego S. archidiaconus Wilteſ. loco domini Valentini, qui mihi vices ſuas commiſerat in eligendo, ſubſcribo.

Ego Richard. de Maupodre pro W. de Leiceſtr. canonico Sarum, conſentio et ſubſcribo.

Ego H. de Derham pro Rogero de Werda, canonico Sarum, conſentio et ſubſcribo.

Huic igitur ſcripto ſigillum capituli Sarum de conſenſu omnium canonicorum in praeſentia eorundem eſt appenſum.

* Hae ſunt literae miſſae domino regi poſt electionem:

Sereniſſimo domino ſuo H. Dei gratia illuſtri regi Angliae, domino Hiberniae, duci Norm. et Aquitaniae, comiti Andegav. devoti ſui W. decanus, et capitulum Sarum, ſalutem in eo, per quem reges regnant. Cum nuper vacante ſede Sarum, petita eſſet ex parte noſtra ab excellentia veſtra licentia eligendi, et veſtra gratia obtenta; convenientibus nobis in capitulo noſtro die electionis praefixo, ſcil. in craſtino nativitatis beatae virginis, mag. Robertum de Bingeham, concanonicum noſtrum, virum providum et diſcretum, et vobis per Dei gratiam fidelem et regno utilem, unanimiter elegimus in paſtorem, quem, ſicut moris eſt, ad veſtram praeſentiam una cum venerab. viris et concanonicis noſtris, magiſtro R. praecentore noſtro, W. archidiacono Berkſir. S. archidiacono Wilteſir. et H. archidiacono Bathon. deſtinamus, qua poſſumus, humilitate et inſtantia ſerenitati regiae ſupplicantes, quatenus deſolationi eccleſiae noſtrae ſolito pietatis affectu compatientes, ipſum benignius admittentes, regium favorem dignemini miſericorditer adhibere. Bene et diu valeat excellentia veſtra ſemper in Domino.

Praedicti autem nuncii literas domini regis retulerunt ſubſcriptas:

Reverendo domino ſuo, ac patri in Chriſto ſanctiſſimo, Gregorio, Dei gratia ſummo pontifici, H. eadem gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Norman. Aquit. et comes Andeg. ſalutem et debitam tanto patri reverentiam.

* Reg. pag. [illegible]

Cum

Cum juxta ordinationem veſtram tranſlato nuper R. quondam Sarum epiſcopo, ad epiſcopatum Dunelm. vacaret ſedes Sarum, petita a nobis per decanum et capitulum ejuſdem loci, ſicut mos eſt eccleſiarum cathedr. vacantium in regno noſtro, et obtenta gratanter eligendi licentia, tandem unanimi conſenſu in paſtorem ſibi elegerunt mag. Robertum de Bingeham, virum quidem, prout intelligimus, providum et diſcretum, literatum, et alias regimini eccleſiae ſuae Sarum ſatis idoneum, quem cum nobis praeſentaſſent, electioni ipſius aſſenſum regium praebuimus et favorem. Quia vero vacante ad praeſens ſede Cantuar. ad vos immediate ſpectat ejuſdem electi confirmatio, hoc ſanctae paternitati veſtrae duximus ſignificandum, rogantes quatenus, quod veſtrum eſt in hac parte, circa electum ipſum favorabiliter exequamini. Teſte meipſo apud vallem de Kerri 25. die Septembr. anno regni noſtri xii.

Sanctiſſimo patri et domino reverendo Gregorio, Dei gratia ſummo pontifici, ſuae ſanctitatis ſervi W. decanus, et humile capitulum Sarum eccleſiae, tanto patri cum omni ſubjectione et reverentia devota pedum oſcula. Pater ſancte, in eo plane beati Petri impletis vicem, cujus tenetis et ſedem, ſi temporibus veſtris tales perſonae in partes vocentur ſolicitudinis, per quas eccleſia Dei in ſobole foecundetur, in miniſterio honoretur, et in uberi benedictione dilatetur. Sane poſtquam placuit vobis, quem Dominus conſtituit dominum domus ſuae, et principem omnis poſſeſſionis ſuae, matrem noſtram eccleſiam Sarum viduare, et nos vivente patre orbatos quaſi orphanos relinquere, ne gregi dominico diutius deeſſet cura paſtoralis, ut Dominus cuſtodem haberet in vineis, ut manus putantis et ſacculus non deeſſet excolentis, nos ſine morae diſpendio, prout moris eſt, petita prius ab illuſtri rege Anglorum reverenter, prout decuit, licentia eligendi, et ſine difficultate liberaliter obtenta, convocatis poſtea omnibus fratribus et concanonicis noſtris, qui debebant, volebant, et poterant commode intereſſe, invocata Spiritus Sancti gratia, et forma ſacri concilii Lateran. per omnia, prout decuit, obſervata, ſicut ex decreti ſuper hoc confecti inſpectione excellentiae veſtrae liquido poteſt apparere, de gremio eccleſiae Sarum nobis pontificem magiſtrum R. de Bingeham, fratrem et concanonicum noſtrum, ab omnibus unanimiter, concorditer, et canonice electum in patrem ſuſcepimus et paſtorem, qui licet aliquandiu contradiceret, et reniteretur, tanquam non eſſet medicus et reſina in domo ſua, tandem oneri humeros ſuppoſuit, et in electionem conſenſit, inſtantia cleri coactus, et devotione populi amicabiliter devictus. Vir itaque, cujus laus eſt in eccleſia ſanctorum, generoſus, et ſuaveolentis opinionis, doctor in ſacra pagina catholicus, et in utroque jure magiſtralem perfectionem conſecutus, cui nihil de canonicis ſcimus deeſſe inſtitutis; cui electioni dominus rex ſine cunctatione ſuum aſſenſum adhibuit et favorem, ſicut ex literis ejus patet, ſciens ipſum eſſe virum probatum, et in opere et ſermone potentem et efficacem, regno ſuo utilem et ſibi fidelem; qui * quidem dicere poteſt de corde puro, et conſcientia, "argentum et aurum non eſt mihi." Nos igitur, pater ſancte, ad pedes ſanctitatis veſtrae provoluti humiliter, poſcimus et devote, quatenus de plenitudine poteſtatis veſtrae electionem ipſam ratam habentes, beneficium confirmationis eidem impendere dignemini, ejuſdem conſecrationem viro vener. London. et aliis, quibus celſitudini veſtrae placuerit epiſcopis, auctoritate apoſtolica demandantes, hoc a ſancta majeſtate veſtra humiliter petimus, et idipſum dominus rex poſtulat, et multorum religioſorum vota inſtanter expoſcunt. Mittimus etiam ad pedes ſanctitatis veſtrae dilectos fratres et concanonicos noſtros, magiſtros H. de Sto. Edmundo, et R. de la Cnoll. latores praeſentium, ad idipſum humiliter petendum, et per Dei gratiam, quae vacua non eſt, a magnificentia et munificentia veſtra ſine morae diſpendio, ſi placet, obtinendum. Et credimus, pater ſancte, quod opus eſt non minus veſtro honori quam noſtrae utilitati, eccleſiae noſtrae mature ſubvenire, ne tam in ſpiritualibus quam temporalibus diutius diſpendium patiatur, et tali ſaltem recompenſatione dolorem noſtrum, quem nuper ſuſtinuimus capite noſtro deſtituti, et auctoritate ſedis apoſtolicae acephali facti, celeriter mitigare. Excuſet autem eum apud dignationem veſtram, quod ad pedes ſanctitatis veſtrae perſonaliter non acceſſit; aetas ejus felix et florida, et proceſſus indies commendabilis, tanti laboris impatiens, et viarum pericula pertimeſcens, et lucro animarum jugiter intendens, ſicut praedicti latores praeſentium majeſtati veſtrae viva voce plenius poterunt referre. Vitam et incolumitatem veſtram nobis et eccleſiae ſuae conſervet altiſſimus per tempora diuturna.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, W. decanus, et capitulum Sarum, ſalutem in Domino. Scire volumus univerſos, quod nos conſtituimus dilectos fratres et concanonicos noſtros, magiſtros H. de Sto. Edmundo, et R. de la Cnoll. procuratores noſtros in curia Romana, ad impetrandum et contradicendum. Et in hujus rei teſtimonium has literas noſtras eis dedimus ſigillo noſtro ſignatas.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, W. decanus, et capitulum Sarum, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra quod nos conceſſimus et dedimus dilectis fratribus noſtris et concanonicis, magiſtris H. de Sto. Edmundo, et R. de la Cnoll. latoribus praeſentium, licentiam et poteſtatem accipiendi mutuo xx. marcas ſterlingorum, ſi neceſſe fuerit conducendas, in utilitatem eccleſiae noſtrae et negotii, pro quo miſſi ſunt ad curiam Romanam. Et in hujus rei teſtimonium has literas noſtras eis dedimus in teſtimonium ſigillo capituli noſtri ſignatas.

Literae iſtae venerunt mihi in converſione ſancti Pauli per Willelmum nepotem electi.

REVERENDO in Chriſto patri et domino magiſtro R. de Bingeham, Dei gratia Sarum electo, devoti ſui et canonici magiſtri H.

* Reg. pag. 162.

et

et R. ſalutem, obedientiam, et reverentiam, cum devotione plenam. Veſtrae innoteſcat excellentiae, quod venimus apud Perruſ. die proxima ante feſtum ſanctae Luciae, et in craſtino viſitavimus omnes cardinales, et eis negotium noſtrum expoſuimus, et cauſam adventus; qui valde benigne nobis reſponderunt, et praecipue magiſter Otto, qui fuit in Anglia, et mag. Petrus de Capua. Tertia die introducti fuimus per eundem Ottonem in cameram domini papae, ubi ſummatim negotium noſtrum ei expoſuimus, quia non potuimus tunc aliter propter magnum confluxum circumſtantium et ſupervenientium, et ipſi omnes literas noſtras negotia noſtra continentes porreximus; quas cum acceperat, tradidit in manus cujuſdam cardinalis et ſic receſſimus*. Quarto vero die peracto magi . . . inter procuratores domini regis et electum Cant. fuimus, et nos vocati in cameram coram domino papa et cardinal. ubi dixit ipſe, cum eſſemus in ſua praeſentia conſtituti; Amici, quid petitis? Cum ergo inciperemus poſtulationem noſtram ſic: Pater ſancte, multum eget eccleſia Sarum gratia veſtra, quoniam cum placeret ſanctitati veſtrae ut viduaretur ſuo bono paſtore, etc. Ad haec verba erexit dominus papa caput ſuum quaſi congratulando ſibi. Igitur totum proceſſum veſtrae electionis narravimus, quam fuit canonicus, et quam ſolennis, et cum quanta deliberatione et diſcretione celebratus. Verba autem commendatitia circa perſonam veſtram haec fuerunt: Elegimus virum providum, et diſcretum, aetate maturum, ſumme literatum, in utroque jure peritum, in theologia doctorem optimum, praedicatorem egregium. Ad quod verbum applaudebant cardinales omnes. Cum ergo peroraſſemus, praecepit dominus papa ut recederemus, et receſſimus. Statim vero poſt fuimus requiſiti, et venerunt ad nos tres cardinales, ſcil. dominus Abbanenſis, magiſter Thomaſius, et magiſter P. de Capua, et examinaverunt nos ſuper proceſſu electionis, et forma, acriter valde et exquiſite, de loco, de tempore, et de omnibus aliis circumſtantiis, ita ſcil. quod de tempore tranſlationis, et tempore electionis, et quantum temporis intereſſet; quot ſint canonici in eccleſia, et quot numero perſonaliter intereſſent; reliqui, an eſſent requiſiti, an ſe excuſaſſent, an vices ſuas aliquibus de collegio commiſiſſent, et an literas haberemus tam excuſationum quam commiſſionum, ita quod fere fuimus deſperati; quia viſum fuit nobis, quod ad nil aliud tendebant, niſi ut caſſarent. Sed ſequenti die, hoc eſt, die Sabbati proxima poſt feſtum S. Luciae, ſedit dominus papa pro tribunali cum cardinalibus, et fuimus nos vocati: quibus dixit, Cum vacaret eccleſia veſtra per tranſlationem hujus ſedis factam, vos conveniſtis ad eligendum, ut praemiſſum eſt; nos vero ex officio noſtro factum illud per fratres noſtros fecimus examinari, et invenimus illud canonicum, ſed de perſona non conſtat nobis. Veruntamen communis eſt fama, quod electus veſter vir eſt literatus, bonae opinionis, et optimae converſationis, et bene natus. Unde gaudemus, quod lucerna poſita eſt ſuper candelabrum, et quod tantus vir, quantus ibi praefuerat, tantum habet ſucceſſorem. Quamobrem electionem de eo factam confirmamus, et eidem injungimus in virtute obedientiae, ut onus illud curae paſtoralis in ſe ſuſcipiat. Ad quod verbum genua fleximus, et oſculati ſumus ejus pedes, et poſt nos epiſcopi Angliae, qui nobis viriliter aſtiterunt ad perhibendum teſtimonium de perſona veſtra. Poſt haec ſequenti die Lunae commiſſum eſt negotium noſtrum in manus cujuſdem notarii, viz. magiſtri Godel. de habendo literas, quibus adhuc non obtentis, receſſit lator praeſentium a nobis die Martis proxima ante nativitatem Domini. Ut igitur veſtrae ſublimitati intimaretur, quid ſuper hoc actum ſit, et quod vobis jam accreverunt tam temporalia quam ſpiritualia, per nuncium praeſentem cum ſumma celeritate decrevimus deſtinandum. Valeat paternitas veſtra in Domino.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Regis Angliae
HONORII III. 3.	STEPH. LANGTON 12	1218	HENRIC. III. 3.

Bulla Honorii III. *papae de diſſolutione unionis Bathon. et Glaston. eccleſiarum.*
Ex Reg. Well.

HONORIUS, ſervus ſervorum Dei, vener. fratri epiſcopo Bathon. ejuſque ſucceſſor .... Cum inter te, et priorem, et conventum Glaſton. ſuper unione Bath. et Glaſton. eccleſiarum, quam ipſi diſſolvi petebant, fuiſſet quaeſtio diutius agitata .... Nos . . . vener. fratri noſtro R. Sareſbur. epiſcopo, et P. Norwicen. electo, camerario noſtro, ſedis apoſtolicae legato, noſtris dedimus literis in mandatis, ut tam te, quam priorem et convent. praedictos ad concordiam prudenter moverent. Sed quia legatus intereſſe non potuit, commiſit vices ſuas abbati de Radinges, coram quibus cum tu perſonaliter, et illi per procuratores comparuiſſetis, tandem in compoſitionem amicabilem conveniſtis ... quam auctoritate apoſtolica confirmamus, unionemque praedictam penitus diſſolventes, ſtatuimus, ut monaſterium Glaſton. de caetero ſub proprii abbatis regimine a conventu libere eligendi, juxta regulares obſervantias gubernetur ... ſalvo jure patronatus quod rex Johannes tibi contulit in monaſterio ſupradicto. Dat. Romae 16. cal. Junii, indict. VII. MCCXVIII. pontif. III.

Compoſitio inter eos fuit talis. Quod de portione, quae ceſſerat in partem epiſcopi per ordinationem Innocentii papae III. remanebunt ipſi epiſcopo, et ſucceſſoribus ſuis inperpetuum, maneria de Wyneſcumbe, Pukeleſchirch, Blakeford, et Cranemer; de portione etiam, quae per ordinationem praedictam monachis ceſſerat, re-

* Reg. pag. 162

miſerunt dicti monachi eidem epiſcopo et ſucceſſ. ſuis ſectam, quam praedictum manerium de Cranemer faciebat hundredo eorum. Revertentur autem ad monachos praedictos de portione ipſius epiſcopi maneria ſubſcripta, Mere, Bokelande, Kynton, Criſtemeleford, Badebyr, et Aiſſebyr, cum libertatibus, per epiſcopum eiſdem acquiſitis, quantum in eo eſt, et omnibus aliis pertinentiis ſuis, exceptis advocationibus eccleſiarum. De militibus ita quoque convenit, quod epiſcopus habeat et ſucceſſores ſui inperpetuum illam partem militum, qui pertinere noſcuntur ad feuda, et terras ipſi epiſcopo remanentes, et praeterea feudum et ſervitium unius militis in Kamelarton cum omnibus pertinentiis ſuis. Monachi vero habebunt omnes alios milites de portione epiſcopi ad eos reverſura, et tam de illis quam aliis, quos prius habuerant per ordinationem memoratam, excepto feudo de Kamelarton, quod reſpondebit epiſcopis immediate, facient ſervitium regale praedicto epiſcopo et ſucc. ſuis inperpetuum. Et epiſcopus et ſucc. ſui per manus ſuas illud facient domino regi, et inde eos erga dominum regem acquietabunt. De ſpiritualibus autem et ſpiritualibus annexis partes eaedem ordinationi dicti epiſcopi Saleſbir. et abbatis ſeſe pure et abſolute commiſerunt; qui ordinarunt, quod dictus epiſcopus et ſucc. ſui habeant patronatum monaſterii Glaſton. advocationes etiam eccleſiarum de Aiſſebyr, Criſtemeleford, Kynton, et Bokelande, quae prius per ordinationem epiſcopo remanſerant, et advocationem eccleſiae de Kamelarton. Habebunt etiam dicti epiſcopus et ſucc. ſui inperpetuum plenam juriſdictionem in monaſterio Glaſton. ad dioeceſanum jure ordinariae poteſtatis pertinentem. Idem autem epiſcopus conceſſit monachis liberaliter, quod ad eos revertatur advocatio eccleſiae de Mere, quae prius in portionem epiſcopi devenerat, et quod habeant antiquas et debitas penſiones, ſcil. de eccleſia de Pukeleſchirch, Wyneſcumbe, et Kamelarton, quarum advocationes epiſcopis remanebant. Haec concordia confirmatur per dominum papam.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 4.	STEPH. LANGTON 13.	1219.	HENRIC. III. 4.

Conſtitutiones editae a bonae memoriae domino Willielmo de Bleys, epiſcopo Wigornenſi. Ex MS. Henr. Wharton D. fol. 322. in bibliotheca Lambethana.

IN nomine Patris, Filii, et Spiritus Sancti, Amen. Anno incarnationis Domini MCCXIX. haec ſubſcripta ſtatuta ſunt per epiſcopatum Wigornienſem a domino Willielmo de Bleys, ejuſdem loci epiſcopo.

Videlicet quod quando perſona, vel vicarius, vel ſacerdos miniſtrans mortuus fuerit, ſtatim ut mors ejus denunciata eſt decano loci, idem decanus mortem ipſam denunciabit omnibus matricibus eccleſiis de decanatu ſuo, in quarum qualibet morte denunciata ejuſdem pulſabuntur campanae pro eodem defuncto, et capellanus loci incontinenti commendationem dicet pro anima ipſius defuncti, et poſt veſperas "Placebo" et "Dirige"; et in craſtino, vel quam citius poterit, miſſam cantabit. In primo autem capitulo in eodem decanatu celebrato, idem ab omnibus capellanis tunc praeſentibus cum pſalmo "De profundis" nominatim abſolvetur, et in eodem capitulo diligenter inquiretur ab eodem, qui eidem capitulo praeſidebit, utrum praedictum ſervitium pro defunctis in qualibet eccleſia ejuſdem decanatus plene factum fuerit; et ex parte epiſcopi firmiter praecipiatur, et in virtute obedientiae injungatur, ut ubi factum non fuerit, plenarie perficiatur cum debita celeritate.

Item archidiaconus loci vel ejus officialis, ſtatim ex quo eadem mors annunciata fuerit, omnibus aliis decanis archidiaconatus ſui eandem mortem nominatim annunciabit; quorum quilibet in decanatu ſuo ſecundum formam ſubſcriptam pro eodem defuncto ſervitium fieri faciat, nullatenus omittendo in ſingulis capitulis proximo celebratis, quod hic ſcriptum eſt. Cum vero decanus mortuus fuerit, archidiacono vel ejus officiali mortem ipſam, ſtatim ex quo ei innotuit, per archidiaconatum denunciante, totum idem et eodem modo, quo praedictum eſt, faciet pro anima defuncti decani, ſicut ſupra dictum eſt pro anima perſonae, vel vicarii, vel ſacerdotis in miniſterio decedentis: hoc addito, quod in decanatu, in quo fuerat decanus, ſervitium pro defunctis in qualibet eccleſia ejuſdem decanatus iterabitur pro anima ipſius; mortuo autem officiali archidiaconi, per totum archidiaconatum ſervitium pro defunctis pro anima ipſius fiat ſemel in qualibet eccleſia, tam conventuali quam parochiali.

Cum archidiaconus mortuus fuerit, epiſcopo vel ejus officiali mortem ejus per archidiaconatum denunciante, totum id et eodem modo fiat per totum archidiaconatum pro anima ipſius, ſicut ſcriptum eſt pro anima decani; hoc addito, quod per totum archidiaconatum ſervitium pro defunctis pro anima ipſius iterabitur.

Mortuo autem officiali epiſcopi, per totum epiſcopatum praedictum ſervitium pro anima ipſius fiat ſemel in qualibet eccleſia.

Cum autem abbas vel prior conventualis mortuus fuerit, epiſcopus, ſtatim ex quo ei innotuerit, animam abſolvet, et cum commendatione et "Placebo" et "Dirige," miſſam pro defunctis perſonaliter pro anima ipſius cantabit. Hoc autem fiet in omni eccleſia conventuali ab abbate vel priore ejuſdem loci.

In quolibet vero decanatu totius epiſcopatus in capitulo proximo celebrato poſtea, ex quo hoc innotuerit, ſolenniter abſolvatur anima ipſius defuncti cum pſalmo "De profundis."

In decanatu vero, in quo ſitum eſt monaſterium, cujus fuerat abbas, vel prior mortuus, totum ſervitium cum celebratione miſſae ſimiliter fiet in qualibet eccleſia ejuſdem decanatus pro anima ipſius defuncti. Vice vero verſa quando decanus, vel perſona, vel vicarius, vel ſacerdos ejuſdem decanatus mortuus fuerit, ſimili mo-

do fiet pro anima ipſius in eodem monaſterio.

Cum autem epiſcopus viam univerſae carnis ingreſſus fuerit, quid pro anima ipſius faciendum ſit, in ſynodo celebranda per gratiam Dei ſtatuetur.

Statuimus, ut nullus fiat decanus, niſi habeat beneficium eccleſiaſticum; ut nulli decanatus dentur ad firmam; ut nullus decanus habeat apparitorem, niſi fuerit ille clericus, ad minus ordinatus in acolitum. Cum perſona vel vicarius deceſſerit, omnia inſtrumenta ſua immobilia remaneant ſuo ſucceſſori; una menſa cum duobus tripodibus, et major, ſi plures fuerint inventi; major olla aenea, ſi plures fuerint inventae; una arca et major, ſi plures fuerint inventae; unum dolium et majus, ſi plura fuerint inventa; una cana et major, ſi plures fuerint inventae; una carecca et melior, ſi plures fuerint inventae.

Item ſtatuimus, quod quando perſona vel vicarius deceſſerit ante annunciationem beatae Mariae, omnis proventus de eo, quod ſeminaverit in terra eccleſiae, percipiet; ſi autem ad firmam dederit, nihil habebit. Item, ſi perſona vel vicarius deceſſerit, non fiat diſtributio rerum ſuarum, antequam conſtiterit epiſcopo, vel ejus officiali ipſum teſtamentum condidiſſe. Et interim faciet decanus omnia ſua fideliter conſervari.

Item, ne perſona vel vicarii habentes loca, in quibus aedificare poſſunt in feodo eccleſiaſtico, in feodo laicali aedificare praeſumant. Ne terrae eccleſiarum dentur ad firmam laicis, vel liberis hominibus. Item prohibemus ſub interminatione anathematis, ne eccleſiaſtica perſona decimas ponat in laicali feodo, cum habeat eccleſiaſticum, in quo poſſit eas ponere.

Item prohibemus, ne Judaei libros, veſtimenta, vel alia ornamenta eccleſiaſtica loco pignoris vel alio modo recipiant; quod ſi fecerint, niſi commoniti ea reſtituant eccleſiis, de quibus ſurrepta fuerint, ſubtrahatur eis participium chriſtianorum ſecundum tenorem concilii.

Item prohibemus ſub interminatione anathematis, ne mulieres chriſtianae nutriant pueros Judaeorum, nec habeant Judaei ſervientes mulieres chriſtianas, nec in hoſpitiis eorum pernoctent. Item, ne Chriſtiani recipiant pecuniam Judaeorum ad deponendum in eccleſiis, ut quaſi res propriae magis ſalvae cuſtodiantur. Item, ne chriſtiani nummos mutuo praeſtent Judaeis, ut eos tradant ad uſuram ſpe lucri recipiendi.

Item prohibemus, ne in civitatibus vel burgis aliquid capiatur de eccleſiaſticis perſonis, videlicet epiſcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, perſonis, vicariis, ſeu quibuſlibet aliis perſonis eccleſiaſticis, vel ab eorum propria familia, vel etiam ruſticis, pro aedificatione murorum circa civitates vel burgos conſtruendorum; quodſi aliqua extorta dicta occaſione a praedictis facta fuerint perſonis, primo moneantur captores ad ea, quae extorta fuerint, reſtituenda; quod niſi infra octo dies fecerint, ipſo die excommunicentur. Praeterea moneantur auctores, ſi neceſſe fuerit, ad extorta reſtituenda, et niſi infra octo dies fecerint, ſupponatur civitas vel burgus interdicto, non expectata praeſentia epiſcopi vel ejus officialis.

Si clericus habens coronam vel tonſuram competentem, captus fuerit, ſive fuerit notus ſive ignotus, et literatus, moneantur captores, et detentores per decanum loci, ut eum libere ſine difficultate recedere dimittant; niſi forte ſuſpectus fuerit in manifeſto delicto; et tunc exigat eum decanus loci, ut ei cuſtodiendus dimittatur auctoritate domini epiſcopi; quod ſi negatum fuerit, admonitione praemiſſa, eodem die nominatim excommunicentur. Et adeant auctores captionis et detentores, et moneantur, ut clericum captum, ut ſupradictum eſt, dimittant; quod ſi infra triduum non fecerint, ſive cives fuerint ſive burgenſes, civitas vel burgus interdicto ſupponatur: ſi autem per caſtellanum captus fuerit clericus, praedicto modo moneantur, et eodem modo fiat executio ſententiae contra eum, qui fuerit; adeatur vicecomes, vel ſubvicecomes, et moneatur competenter, ut ſecundum formam praedictam liberari faciat; quod ſi infra octo dies non fecerit, tum excommunicetur; ſi vero terram in epiſcopatu non habuerit, poſt octo dies ſuſpendatur ab ingreſſu eccleſiae; et ſi poſt 15. dies in contumacia permanſerit, nominatim excommunicetur. Si clericus dicto modo captus notus fuerit, et de epiſcopatu, licet minus competenter ſit tonſoratus vel coronatus, praedicto modo liberetur, et epiſcopus ei pro incompetenti tonſoratione vel coronatione poenam infligat.

Si rector eccleſiae penſionarius diſcedat circa feſtum ſancti Michaelis, qui teneatur viris religioſis, vel alii eccleſiaſticae perſonae in aliqua penſione ſolvenda, ſtatuimus, ut de bonis defuncti reſpondeatur ei, cui penſio debeatur, uſque ad annunciationem beatae Mariae ſequentem, et ſucceſſor ejus ab illo termino de penſione debita reſpondeat.

Ut poſt feſtum ſanctae Trinitatis fiant cerei minoris portionis de cereo paſchali, qui tantum cedant in uſus pauperum mortuorum.

Ut nullus niſi ſacerdos admittatur ad aliquam eccleſiam, cujus aeſtimatio non excedat v. marcas, niſi admiſſus reſidentiam faciat in eadem eccleſia.

Item denuncient ſacerdotes, quod ſi aliquis medicorum ſuadet aliquid, quod advertatur alicui in periculum animae ſuae, non admittat illud ſecundum tenorem concilii.

Item ut in dioeceſi noſtra uniformis ſit praeſtatio decimarum agnorum, et vellerum, et ut laicis ſubtrahatur occaſio litigandi; ſtatuimus, ut praeſente rectore eccleſiae, vel ejus nuncio, fiat decimatio praedictorum. Quodſi laici ad hoc induci non poſſunt, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur.

C[illegible]

Concilium Cantuarienſe de tranſlatione corporis beati Thomae, archiepiſc. Cantuar. Ex Mat. Pariſ. in anno.

EODEM tempore levatum eſt de lapide marmoreo corpus beati Thomae, archiepiſcopi et martyris, a Stephano, Cantuarienſi archiepiſcopo, praeſente rege, et omnibus fere epiſcopis totius regni, cum abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, clero et populo multo in craſtino octavarum apoſtolorum Petri et Pauli. Cujus corpus ſanctiſſimum collocatum eſt honorifice in feretro, ex auro et lapidibus pretioſis mirabiliter fabrefacto. Interfuerunt etiam huic tranſlationi archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores, et alii multi de regno Francorum, aliarumque diverſarum regionum; qui ob honorem et reverentiam beati martyris, ut tantae adeſſent ſolennitati, alacriter convenerunt. Nam digniſſimum omnibus videbatur, ut ſanctum martyrem Chriſti generaliter honorarent, et colerent, qui pro univerſali eccleſia ſanguinem ſuum fundere et ad finem uſque non timuit fideliter decertare.

Concilium Dunelmenſe ſub Richardo de Mariſco, Dunelmenſi epiſcopo, in quo conſtitutiones ejus ſunt editae.

INTELLIGENDUM eſt, quatuor fuiſſe Richardos epiſcopos Dunelmenſes ante annum Domini MCCCXLVI. id eſt, 20. Edouardi III. et cui horum aſcribendum ſit concilium iſtud, eſt incertum. Anteceſſit autem ſynodum a Waltero epiſcopo celebratam. In ejus enim prooemio publicantur ejuſdem conſtitutiones, cum hac clauſula: ſtatutis bonae memoriae Richardi, quondam epiſcopi Dunelmenſis, quatenus obſervata fuerint et admiſſa, in ſuo robore duraturis. Subjunguntur igitur in MS. codice Richardi conſtitutiones conſtitutionibus Walteri, non quod iſtis recentiores eſſent, ſed ut ſuſcitarentur fortaſſis languidae; vel quod in illis ſaepius provocatum ſit ad Richardi iſtas. Sed duo etiam erant Walteri, ſenior aevo Henrici III. junior ſub Richardo rege II. nec ſatis conſtat, uter hoc concilium edidit Waltero inſcriptum. Nos vero ſeniori, tribuendum duximus, quod in MS. codice concilio praefigitur Ludovici, qui Walterum juniorem quartus praeceſſit epiſcopus. Nec dum omnis tollitur dubitatio; nam et Waltero ſeniori duo antegreſſi ſunt Richardi, alter alteri ſuccedens: ille (nempe de Mariſco) anno Dom. MCCXVII. conſtitutus, iſte cognomento Poore, epiſc. factus anno MCCXXVIII. qui et Waltero praefuit, uno ſolummodo interpoſito. Quis iſtorum praeſens hoc concilium edidit, modo quaeritur; et videtur nobis anterior, quod Richardus, de quo toties mentionem facit Walterus, paſſim dicitur quondam epiſcopus, velut de remotiori, non nuper, quod noviſſimo magis conveniret. Sedit autem anterior 10. annos. Haec Spelmannus *.

Hic incipiunt conſtitutiones Richardi, quondam epiſcopi Dunelmenſis. Ex MS. Dunelm. eccleſiae B. iv. 41.

Cum nec rugam nec maculam admittat ſancta eccleſia glorioſa, nec ſolum lavacro aquae in verbo vitae mundata, ſed etiam ſanguine agni incontaminati et immaculati Chriſti plenius abluta, non mediocriter gloriatur de miniſtrantium ſibi munditia, et diſpenſatorum ſuorum induſtria; quibus ſpecialiter praecipimus, quod in Levitico legitur, " Sancti eſtote, quoniam ego ſum ſanctus. " A quibus cum praecipue ſanctitas exigatur, utpote de quorum converſatione mors et vita ſubditorum dependere dignoſcuntur, primo miniſtris eccleſiae, qui ad noſtram curam ſpecialiter pertinent, certa forma praeſcribatur, per quam eccleſiaſtica ſacramenta ſic per eorum miniſterium rite tractentur et recte diſpenſentur, ut et Deus in illis honorificetur, et grex eiſdem commiſſus aedificetur: ſed ne terrae ſentibus obſitae dominicum ſemen inutiliter commendetur, et modicus vel nullus fructus expectetur, prius area Domini purgetur et mundetur, vepres prius ſuccidantur, et herbae mortiferae radicitus evellantur.

De regularibus, quae indigent diſpenſatione apoſtolica.

Inprimis igitur in virtute Spiritus Sancti diſtricte praecipimus, ut omnes miniſtri eccleſiae, et praecipue ſacerdotes, diſcutiant diligenter et ſolicite, juxta teſtimonium conſcientiae ſuae, quales ad ordines ſuſcipiendos acceſſerint, et quo fine; generaliter enim omnes, quos irregu-

* Haud adeo difficile eſt (uti clar. Spelmanno videtur) verum concilio huic attribuere auctorem et tempus. Conſtat enim ex Walteri de Kirkham conſtitutionibus (qui A. C. MCCXLIX. epiſcopatui Dunelm. praeficiebatur) hoc illas praeceſſiſſe. Et quod concilium Richardi concilio Oxonienſi antiquius ſit, abunde ſatis exinde colligi poteſt, quod in aſſignandis ſententiis excommunicationum Richardus noſter ne γρὺ quidem habeat de ſolenni et ſpeciali illa excommmunicationum forma, quae primum in concilio Oxon. a Stephano archiep. Cantuar. A. C. MCCXXII. promulgabatur. Richardus ergo noſter abſque dubio eſt Richardus de Mariſco, qui A. C. MCCXVII. epiſcopatum adeptus, ſequenti anno MCCXXVI. apud burgum S. Petri vita defunctus illum depoſuit. Quod autem conſtitutiones Richardi de Mariſco cum conſtitutionibus S. Edmundi archiep. Cantuar. in multis coincidant, haud mirum, cum illo et ſequenti aevo alter alterius ſtatuta abſque piaculo (imo potius honoris cauſa) tranſcripta in ſuam dioeceſim vel provinciam introduceret. Eaedem hae conſtitutiones ex Dunelmenſibus et Sariſburienſibus conflatae Stephano archiepiſcopo Cantuar. adſcribuntur in MS. Cott. Julius D II. fol 163. b. ſeqq.

laritatem in ordinis ſuſceptione, vel ante, vel poſt ordinem ſuſceptum conſtat contraxiſſe, niſi cum eis diſpenſatum expreſſe fuerit ab eo, qui cum eis diſpenſare potuit, ab officii ſui executione denunciamus ſuſpenſos. Ne autem ignorans ignoretur, irregulares, qui ſecundum canones ab ordinibus prohibentur; et illos, qui cum diſpenſationis gratia admittuntur, ſeriatim duximus et per ordinem ſpecificandos. Homicidae, advocati in cauſa ſanguinis, executores ſervorum in publicis adminiſtrationibus, ſimoniaci, interventores ſimoniacarum pactionum, et qui labe ulla infecti ordines ſcienter ſuſceperint, qui ab haereticis et ſchiſmaticis damnatis, vel nominatim excommunicatis ſcienter ordines ſuſceperunt. Item bigami, corruptarum mariti, Deo ſacrarum virginum violatores. Item qui excommunicati, vel furtive ordines ſuſceperint, et qui in ſuſceptis ſcienter tales miniſtrare praeſumpſerint. Item ſortilegi, qui daemonibus immolaverunt, incendiarii eccleſiarum. Omnes tales, niſi noſtrum vel ſuperiorum ſuper haec requiſierint conſilium, vel requiſitum habuerint, ab executione ſui officii ſe noverint ſuſpenſos.

De irregularibus, de quibus epiſcopus poteſt diſpenſare.

Qui vero non de legitimo matrimonio nati, et abſque ſuorum epiſcoporum diſpenſatione ſcienter fuerint ordinati: et qui ſe noverint ſervorum filios, et praeter conſcientiam illorum, a quibus requiri debet licentia, ordinatos, vel non a ſuis epiſcopis praeter ſuorum praelatorum licentiam ad ordines promotos, quoniam cum talibus diſpenſare poſſumus; praecipimus quod omnes tales ſub poena ſuſpenſionis noſtrum ſuper hoc inquirant conſilium. Omnes autem dictos irregulares, de caetero ordinandos, praecipimus ante ordinis ſuſceptionem diligenter attendere, et humiliter diſpenſationis beneficium, ſi diſpenſabilis ſit irregularitas, poſtulare. Certum eſt enim per traditiones ſanctorum patrum, irregulares praeſumptuoſe et periculoſe ſine diſpenſatione miniſtrare, cum quibus non eſt diſpenſatum. Adjicimus autem diſtricte praecipiendo, ut omnes, qui conſcientia mortalis peccati perpetrati, vel propter quaeſtum temporalem tantum ſuſceperint ordines, officium non exequantur, antequam ſacerdoti confiteantur.

Qualiter archidiaconi debent inſtituere ſacerdotes in fide catholica.

Cum per miniſterium noſtrum eccleſiaſtica ſacramenta debeant tractari et diſpenſari, neceſſe eſt vobis, filii chariſſimi, fidei catholicae agnitio et profeſſio; quia ſine fide, impoſſibile eſt Deo placere: et ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Propterea vobis praecipimus, quod bene vivendo fidem rectam teneatis, parochianos veſtros in articulis fidei, ſine qua non eſt ſalus, ſaepius inſtruentes. Quod, ut melius et expeditius fiat a vobis, diſtricte archidiaconis injungimus, quod in capitulis ſuis expoſitionem catholicae fidei in generali concilio promulgatam, ſane et ſimplicibus verbis ſacerdotibus exponant. Et ſacerdotes, prout eis Deus inſpiraverit, parochianos ſuos inſtruant, et eis illam exponi frequenter domeſtico idiomate ſane inculcent, quae talis eſt.

De fide catholica.

Firmiter credimus et ſimpliciter confitemur, quod unus eſt ſolus Deus verus, omnipotens, aeternus, immenſus, immutabilis, incomprehenſibilis, et ineffabilis; Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus; tres quidem perſonae, ſed una eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, ſimplex omnino, prout in capitulo concilii continetur.

Qualiter ſacerdos debet inſtruere adultos.

Exhortentur ſaepius ſacerdotes parochianos ſuos, ad dicendum ſymbolum et dominicam orationem, et ſalutationem ſanctae Mariae. Pueros ſaepe convocent, et unum vel duos inſtruant, qui alios inſtruant, vel inſtrui faciant in praedictis; et quod parentes hujuſmodi periculoſe negligentes moneantur, ut pueros et familiam ſuam, prout Deus eis inſpiraverit, inſtruant in praedictis, vel ſaltem inſtrui faciant.

D[illegible]

Cum de converſatione ſacerdotum mors dependeat et vita ſubditorum, et cum corpora miniſtrorum Chriſti ſint, vel eſſe debeant templum Spiritus Sancti; et quicunque violaverit templum Dei, diſperdet eos Deus; ne ſacerdotes, tollentes membra Chriſti, faciant membra meretricis, diſtricte praecipimus, quod omnes eccleſiae miniſtri, in ſacris ordinibus conſtituti, ſive ſint beneficiati, ſive non, honeſte et caſte vivant, ab omni fornicatione et immunditia ſe abſtineant, prout ad ſacrum eorum miniſterium dignoſcitur pertinere.

D[illegible]

Sacerdotibus vero praecipue et ſpecialiter in virtute Sancti Spiritus, et ſub pe[illegible] officii et beneficii diſtricte praecipimus, ut c[illegible]nter et honeſte vivant, et concubinas ſuas [illegible]ibus ſuis procul expellant, et nullam fa[illegible]tem cum eis de caetero habeant, nec in propriis domibus, nec alienis; niſi velint ſimul beneficiis et officiis contra haec agendo privari.

De punienda incontinentia clericorum.

Ne vero facilitas veniae incentivum tribuat delinquendi, in generali concilio ſtatutum eſt, quod clerici in ſacris ordinibus conſtituti, qui deprehenſi fuerint incontinentiae vitio laborare; et qui pro hac cauſa ſuſpenſi, officium ſuum exequi praeſumpſerint; non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolientur, verum etiam pro hac duplici culpa perpetuo deponantur: ut quos divinus timor non revocat, temporalis ſaltem poena cohibeat a peccato. Praelati quoque, qui tales in ſuis iniquitatibus praeſumunt ſuſtinere, maxime obtentu pecuniae, vel alterius commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni. Unde oportet vos omnes, archidiaconi, officiales, et decani, tanto vigilantius ſuper hoc vigilare, quanto negligentibus majus periculum dignoſcitur imminere.

De poena et ſatisfactione focariarum ſacerdotum.

Concubinae ſacerdotum frequenter moneantur ab archidiaconis, et praecipue a ſacerdotibus, in quorum parochia morantur, vel ut contrahant, vel ut clauſtrum ingrediantur, vel ſicut publice peccaverint, publicam agant poenitentiam. Qui autem circa hanc monitionem ſalubrem obtentu pecuniae vel familiaritatis negligens inventus fuerit, poenae ſupradictae ſubjacebit. Quodſi ad nullum iſtorum per monitionem induci poſſunt; interdictis eis primo pacis oſculo, et pane benedicto in eccleſia; ſi perſeveraverint in obſtinatione, ipſae et communicantes cum eis excommunicentur, ſeculari juſtitiae tradendae, ſi nec ſic reſipuerint.

De poena ipſius, qui polluit filiam ſpiritualem.

Et cum peccans ſacerdos peccare faciat populum Dei, maxime a filia ſua ſpirituali et poenitentiali abſtineat, et ab omnibus, quibus diſpenſaverit eccleſiaſtica ſacramenta; ſciens quod in deteſtationem tanti peccati, ſecundum canones et ſanctorum patrum ſtatuta, quindecim anni debentur pro poenitentia, et poſtmodum in monaſterium detruſio.

De indumentis clericorum.

Quia initium omnis peccati eſt ſuperbia, ſuperbiam in geſtu, habitu, et verbis prohibemus, praecipientes ſub poena ſuſpenſionis, ut ſacerdotes et clerici quilibet habeant habitum ſuo ordini competentem; ſacerdotes clauſa deſuper deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Cappas manicatas ad divinum officium intra eccleſiam non gerant, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio, vel dignitatibus conſtituti, niſi juſti timoris cauſa exegerit habitum transformari. Nec manicis, aut ſotularibus conſutitiis, aut roſtratis, ſellis, fraenis, pectoralibus, aut calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus, aliquo modo utantur. Coronam et tonſuram habeant congruentem. Officia vel commercia ſecularia non exerceant, maxime inhoneſta; mimis, joculatoribus, et hiſtrionibus non intendant; tabernas prorſus evitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſiſtant; ad aleas vel taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint. Et ſe in officiis eccleſiaſticis et aliis honeſtis ſtudiis diligenter exerceant. Nullus clericorum ſecularem adminiſtrationem exerceat, ex quacunque oporteat laicae perſonae actus ſui reddere rationem. Et antequam rationem adminiſtrationis ſuae reddiderit, ad beneficia eccleſiaſtica, quibus annexa eſt cura animarum, non admittatur. Nec advocati ſint clerici vel ſacerdotes in foro ſeculari, niſi vel proprias cauſas, vel miſerabilium proſequantur perſonarum.

De bonitate pacis.

Magna vobis, filii chariſſimi, injuncta eſt neceſſitas pacis obſervandae, cum Deus ipſe pacis ſit auctor et amator, qui non ſolum caeleſtia et terreſtria, ſed etiam terreſtria adinvicem venit pacificare. Et cum non niſi per pacem temporis et pacem pectoris, perveniatur ad pacem aeternitatis, monemus vos et diſtricte praecipimus, quatenus pacem, quantum in vobis eſt, cum omnibus habentes, parochianos veſtros moneatis, ut in unitate fidei et pacis vinculo unum corpus ſint in Chriſto. Inimicitias, ſi forte fuerint in parochia veſtra, diligenter inſectantes; amicitias copulantes; diſcordantes ad concordiam revocantes; quantum in vobis eſt non permittentes, quod ſol occidat ſuper iracundiam parochianorum veſtrorum.

De arcenda ebrietate.

Illum abuſum clericis penitus interdicimus, quo ad potus aequales ſumendos ſe obligant potatores, et ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, et calices foecundiores exhaurit; unde interdicimus, quod nullus cogat alium ad bibendum. Si quis ſuper hoc culpabilem ſe exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus, ſatisfecerit competenter, ab officio et beneficio ſecundum ſtatuta concilii ſuſpendatur. Bannum ſcotallorum per ſacerdotem vel per alium in eccleſia prohibemus; quodſi ſacerdos vel clericus hoc fecerit, vel ſcotallis interfuerit, canonice punietur.

De hoſpitalitate ſectanda.

Et quoniam non ſufficit declinare a malo, niſi faciamus bonum; praecipimus, quod ſacerdotes et clerici beneficiati, ſecundum reditus et facultates ſuas ſint hoſpitales, et erga pauperes non avari; monachis autem et regularibus tanto diſtrictius id injungimus, quanto ad hoc ipſum conſtat ipſos arctius aliis multiplici ratione obligari. Qui vero patrimonio crucifixi abutuntur, vel luxurioſe vivendo, vel hoſpitalitatis bonum non ſectando, cum eorum habuerimus notitiam, eos canonice puniemus.

De numero ſacramentorum.

Cum in diſpenſatione ſacramentorum veſtrum conſiſtat miniſterium; ut ſacramenta a vobis rite tractentur, ſingula per ordinem proſequamur. Sunt autem ſeptem ſacramenta, quorum quinque omnibus fidelibus ſunt communia et neceſſaria.

Primum eſt baptiſma, quod eſt janua omnium ſacramentorum, et prima tabula poſt naufragium, ſine quo non eſt ſalus. Et eſt ſacramentum ingredientium, ſanctificans ingredientes, et a peccato originali mundans. Secundum eſt impoſitio manus, quae fit ab epiſcopo, quae confirmatio dicitur, quae ingreſſos jam in mundum et ſanctificatos per baptiſma, armat et roborat contra diabolum; et eſt ſacramentum pugnantium. Tertium ſacramentum eſt poenitentia, quae ingreſſos in mundum, et lapſos per peccatum relevat et reparat. Quartum eſt perceptio corporis et ſanguinis Chriſti, quod ſive euchariſtia, ſive viaticum vocetur, in Chriſto nos unit et incorporat. Quintum eſt extrema unctio, ſacramentum ſcilicet exeuntium, quod viſioni Dei nos praeparat. Duo vero ſequentia ſunt ordo et conjugium, nec omnium, licet quorundam, nec per eorum virtutem peccata dimit-

dimittuntur, ſed in eorum altero, ſcilicet in conjugio, peccatum fornicationis vitatur; in altero, ſcilicet ordine, quorundam virtutes augentur.

Ne venalia ſint ſacramenta vel ſacramentalia.

Et quoniam quorundam uſque adeo invaluit cupiditas, quod ſub pretium nituntur redigere inappretiabilem ſacramentorum gratiam, volentes a miniſtris eccleſiae cupiditatem (quae eſt radix omnium malorum) extirpare; prohibemus diſtricte, ne pro ſacramentorum, vel ſacramentalium diſpenſatione aliquid extorqueatur, ſed gratis dent, quae gratis acceperunt. Inhibemus etiam ſub poena ſuſpenſionis, ne ſacerdos aliquid exigat pro exequiis mortuorum, vel pro benedictione nubentium, ſeu pro edictis faciendis, ſeu pro teſtimonio ferendo, ſeu pro matrimonio celebrando.

Ne laici laudabilem conſuetudinem frangant.

Et quoniam quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento haereticae pravitatis nituntur infringere, ſub praetextu catholicae puritatis; ſicut praecipimus, pravas actiones ſuper his non fieri, ita pias et laudabiles conſuetudines praecipimus conſervari. Et qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare, per vos cognita veritate compeſcantur, ſicut in concilio ſtatutum eſt. Et quod pro altaragio corpus ſepeliri non differatur, ſed poſt ſepulturam, ſi quid datum fuerit in eleemoſynam, recipiatur.

Ne miſſae venales ſint, nec ſacerdotes ſe onerent annualibus.

Praeterea venalitatem miſſarum diſtricte inhibentes praecipimus, ne pro annualibus vel triennalibus miſſarum faciendis laici vel alii aliquid dare vel legare in teſtamentis cogantur; et ne ſuper hoc aliqua pactio vel exactio nova vel ſub aliqua ſpecie palliata a ſacerdotibus, vel ab aliis fiat mediatoribus. Prohibemus etiam, ne ſuperflua multitudine talium annualium quandoque ſe onerent ſacerdotes, ad quae explenda honeſte ſufficere non poſſunt, et propter quae oportet ſub certo pretio conductos habere ſacerdotes, vel ea vendere aliis facienda, ut ſe exonerent, id de caetero fieri ſub poena ſuſpenſionis prohibemus.

Ne quis alterius parochianum ad ſacramenta eccleſiae admittat.

Quoſdam manifeſtos uſurarios et alios, nominatim excommunicatos vel interdictos, alienos etiam parochianos, contemptis propriis ſacerdotibus, et in eorum praejudicium ad ſepulturam et ad communionem euchariſtiae, et praecipue in ſolennibus diebus, et ad confeſſionem vel alia ſacramenta, irrequiſita ſui praelati licentia recipere praeſumunt, quod de caetero fieri prohibemus. Et ſi ab aliquo attentatum fuerit, ad damna reſarcienda illi eccleſiae, cui injuriatum eſt, compellantur.

De effectu baptiſmi.

Cum baptiſmus ſit janua omnium ſacramentorum, et prima tabula poſt naufragium, quam ſit neceſſarium patet ex verbis Domini dicentis: "Niſi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum caelorum." Ab hac generalitate nec aetas nec ſexus excluditur, et ita apparet, quod baptiſmus generalior et melior ſit quam olim circumciſio, cujus loco ſucceſſit; cum, tam viri quam foeminae baptizentur: tantum autem viri olim circumcidebantur. Quod autem utilior ſit et efficacior nunc baptiſmus, quam olim circumciſio, apparet; nam de efficacia circumciſionis dicitur: "Anima, cujus praeputii caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo." Ecce dicitur, quod anima peribit incircumciſa; ſed non dicitur, quod ſalvabitur proper circumciſionem: ſic ergo damnationis vitatur periculum, ſed non pervenitur ad regnum caelorum. De virtute vero et efficacia baptiſmi dicitur: "Niſi quis renatus fuerit," etc. quaſi diceret: qui renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, intrabit in regnum caelorum. Quod uſque ad mortem Chriſti clauſum fuit omnibus, ſed per ſacramentum baptiſmi, Chriſti ſanguine rubricati, culpa remittitur, periculum vitatur, et ad regnum caelorum pervenitur, cujus januam Chriſti ſanguis fidelibus ſuis miſericorditer reſeravit. Abſit autem, quod univerſi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin et ipſis miſericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuravit ad ſalutem; qui cum multitudinem peccatorum non habeant, peccato originali, quo tenentur, per virtutem baptiſmi mundantur. Duplex eſt enim peccatum; originale, quod abſque conſenſu contrahitur; et actuale, quod committitur cum conſenſu. Originale igitur peccatum, quod ſine conſenſu contrahitur, remittitur per vim ſacramenti; actuale vero, quod cum conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur. Sed videri poſſet alicui, quod duo tantum ſufficiant ad ſalutem, ſcilicet fides et baptiſmus, et quod ſine his non ſit ſalus. Nam dicitur: "Qui crediderit et baptizatus fuerit, hic ſalvus erit." Ecce duo, fides et baptiſmus, neceſſaria ſunt ad ſalutem; et ſubjungitur: "Qui vero non crediderit, condemnabitur." Ecce alterum eorum ſufficit ad condemnationem. Sed fides in puero non videtur eſſe, et ita non ſalvabitur. Ad quod dicitur, quod in fide ſalvatur paternorum, quia ſicut aliunde contrahitur originale peccatum, ſic aliunde curatur. Vel poteſt dici, quod pueri credunt, non propter uſum fidei, ſed propter habitum, quem ſuſcipiunt in baptiſmo. Cum ergo tanta ſit virtus et efficacia hujus ſacramenti, et cum ab ipſo Domino ſit inſtitutum, et ejus ſanguine rubricatum, praecipimus, quod, cum honore et reverentia magna celebretur hoc ſacramentum, et magna cautela, maxime in diſtinctione et prolatione verborum, in quibus tanta vis conſiſtit ſacramenti, et ſalus puerorum: "Ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen." Et in Romano vel Gallico ſub eadem forma doceat ſacerdos frequenter laicos baptizare poſſe pueros in neceſſitate, imm o patrem

patrem et matrem in neceſſitate ſine praejudicio matrimonii. Pro baptiſmo autem nihil omnino exigatur, ſed ſi quid offeratur gratis, accipiatur.

Fontes ſub ſera claudantur.

Fontes ſub ſera clauſi teneantur propter ſortilegia. Chriſma ſimiliter, et ſacrum oleum ſub clave cuſtodiantur. Si is, ad quem ſpectat cuſtodia, incaute ea reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur; et ſi per ejus incuriam nefarium aliquid contigerit, graviori ſubjacebit ultioni.

Quaelibet eccleſia habeat baptiſterium.

Baptiſterium habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali, lapideum, vel aliquod competens, quod decenter cooperiatur, et reverenter conſervetur, et in alios uſus non convertatur. Aqua vero, in qua baptizatur puer, ultra ſeptem dies in baptiſterio non ſervetur. Si vero puer domi a laico, propter neceſſitatem fuerit baptizatus, aqua, propter reverentiam baptiſmi, vel fundatur in ignem, vel ad eccleſiam in baptiſterium fundenda deferatur; et vas illud vel comburatur, vel ad uſus eccleſiae deputetur.

Forma baptizandi.

Semper ſacerdos interroget laicum diligenter, cum in neceſſitate baptizaverit puerum, quid dixerit, et quid fecerit. Et ſi praecedente diligenti inquiſitione, facta ſibi plena fide, invenerit laicum diſtincte et in forma eccleſiae baptizaſſe in Latino, ſive in Gallico, ſeu in Anglico, approbet factum; ſin autem, baptizet puerum; Non intendo te rebaptizare, et ſi tu non es baptizatus, ego baptizo te, etc.

De patrinis.

Ad levandum puerum de fonte, tres ad plus recipiantur in baptiſmo maris, duo mares et una foemina; foemina vero a duabus foeminis et uno mare ſuſcipiatur. Quod amplius eſt, a malo eſt. Plures tamen tanquam teſtes non tanquam patrini (ſi haberi poſſint) adhibeantur, propter varias cauſas.

Quando diaconus poteſt baptizare et poenitentias dare.

De baptiſmate et poenitentia praecipimus, quod diaconus poenitentias dare vel baptizare non praeſumat, niſi in his caſibus, cum ſacerdos non poteſt, vel abſens eſt, vel ſtulte, vel indiſcrete non vult, et mors imminet puero vel aegroto. Si vero puer baptizetur a laico, praecedentia et ſubſequentia in merſione expleantur a ſacerdote.

De abuſione ornamentorum eccleſiae.

Panni etiam chriſmales non niſi in uſus ornamentorum eccleſiae convertantur, nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati, aliis baptizandis prece vel pretio tradantur. Similiter alia ornamenta eccleſiae, quae pontificalem accipiunt benedictionem, nullo modo in uſus profanos deputentur. Et archidiaconi in ſuis viſitationibus haec diligenter inquirant.

De pueris, de quorum baptiſmo dubitatur.

Si vero pueros cum ſale expoſitos contingat inveniri, baptizentur, ita tamen, quod ante prolationem iſtorum verborum: "Ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen:" quae ſola ſunt de ſubſtantia baptiſmi, et ſola debent cum intentione baptizandi proferri, haec a baptizante verba prius dicantur nominante baptizandum, et dicente "Ego non intendo te rebaptizare; ſed ſi tu non es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris, etc.

De inciſione ventris mulieris.

Si mulier mortua fuerit in partu, et de hoc bene conſtiterit, ſcindatur, ſi infans credatur vivere; ore tamen mulieris aperto, ut puer in utero clauſus poſſit aerem trahere.

De pueris cuſtodiendis.

Foeminae commoneantur, ut pueros ſuos caute alant, et juxta ſe de nocte non collocent teneros, ne opprimantur. Solos in domibus, ubi ignis, vel ſolos juxta aquas ſine cuſtode non relinquant, et hoc eis omni die Dominica dicatur.

De inquiſitione patris pueri.

Diligenter quaerat ſacerdos, cujus ſit puer baptizandus; quis pater, quae mater; ut ſic cognoſcat et puniat fornicatores; ut ſic cognoſcat qui legitimi, qui non. Et quoniam propter multas cauſas, neceſſe ſacerdotem eſt facere hujuſmodi interrogationes, praecipimus hoc ſtatutum diligenter obſervari: puero autem nunquam negetur baptiſmus.

De ſacramento confirmationis.

Cum ſacramentum confirmationis robur det parvulis, ſacerdotes frequenter moneant populum ad confirmationem puerorum. Poſt baptiſmum enim debet ſuſcipi ſacramentum confirmationis, et publice proponatur in eccleſia. Quodſi ultra ſeptem annos vel plus puer fuerit per negligentiam et incuriam parentum non confirmatus, tam pater quam mater ab ingreſſu eccleſiae tamdiu ſuſpendantur, quouſque puer confirmetur. Simili poenae ſubjaceat ſacerdos, qui circa hoc negligens extiterit. Et ſi adultus in Quadrageſima, vel in alio tempore ad confirmationem venerit, nondum confirmatus (quod diligenter inquirendum eſt) ad epiſcopum mittatur confirmandus.

In hoc ſacramento contrahitur proximitas ſpiritualis, ſicut in baptiſmo inter illos, qui ſuſcipiunt pueros, et illos, quorum ſunt pueri, et inter pueros ſuſceptos. Et hoc laicis praecipimus frequenter inculcari, licet a nobis idem dicatur in collatione hujus ſacramenti.

De ſacramento injungendi poenitentiam.

Sacramentum autem poenitentiae quam ſit neceſſarium probatur ex illo evangelii: "Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis peccata, retenta ſunt." Sed quoniam remiſſionem peccatorum conſequimur per veram confeſſionem, praecipimus, canonum ſtatuta ſequentes, ut ſacerdos in poenitentia danda diligenter attendat quantitatem poenitentiae, et quali-

qualitatem delicti; locum, tempus, cauſam, et moram in delicto factam, et alias peccati circumſtantias; ſuper etiam devotionem animi poenitentis et ſigna contritionis.

Qualiter poenitentia debet conjugatis injungi.

Mulieribus autem conjugatis talis injungatur poenitentia, unde non reddantur ſuis maritis ſuſpectae de aliquo crimine occulto et enormi: idem de viris uxoratis obſervetur; dummodo ſufficienter puniatur delictum, et condigna ſit ſatisfactio.

De peccato fornicationis vitando.

In confeſſionibus et praedicationibus ſaepius laicis inculcetur, et praecipue in majoribus ſolennitatibus, quod omnis commixtio maris cum foemina, niſi per matrimonium excuſetur, mortale peccatum eſt. Et ſi in denunciatione hujus ſalubris doctrinae ſacerdos negligens inventus fuerit, tanquam fornicator, vel conſentiens fornicatoribus, canonice puniatur.

Ubi debent audire confeſſiones mulierum.

Confeſſiones mulierum audiantur extra velum, et in propatulo, quantum ad viſum, non quantum ad auditum. Moneantur etiam laici ſtatim in primo Quadrageſimae confiteri, et cito poſt lapſum ſemper, ne peccatum pondere ſuo trahat ad aliud.

Ne miſſae injungantur pro poenitentia.

Item nullus ſacerdos ratione poenitentiae, totalis vel partialis, miſſas praeſumat alicui injungere; conſulere vero poteſt.

Ter confeſſiones in anno audiantur.

Confeſſiones ter in anno audiantur, ter communicare moneantur; in Paſcha, in Pentecoſte, in Natali. Prius autem praeparent ſe per aliquam abſtinentiam (de conſilio ſacerdotis) faciendam. Quicunque autem ſemel in anno ad minus proprio ſacerdoti non confeſſus fuerit, et ad minus ad Paſcha ſacramentum euchariſtiae non percipiet, niſi conſenſu ſacerdotis duxerit abſtinendum, et vivens, ab ingreſſu eccleſiae arceatur, et mortuus chriſtiana careat ſepultura; et haec frequenter eis dicantur.

Qualiter admittenda ſit purgatio defamatorum.

Defamati fama publica vel veriſimilibus indiciis ſuper crimine aliquo, de quo non convinci poſſint, moneantur ſemel, ſecundo, et tertio, ut confiteantur, et ſatisfaciant. Qui vero incorrigibiles in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, quae occaſione pecuniae oblatae vel promiſſae, de die in diem nullatenus differatur, ſed ſi parata fuerit, ſtatim prima die recipiatur; et numerus compurgatorum in canonibus conſtitutus, ſi neceſſe fuerit, obſervetur. Archidiaconus vero, ſeu ſuus officialis, ſeu diaconus contra hoc veniens, ab officio ſe noverit ſuſpendendum.

Qualiter ſacerdos debet ſe habere in audiendo confeſſiones.

In confeſſione habeat ſacerdos vultum humilem, et oculos ad terram demiſſos, ne faciem reſpiciat confitentis, maxime mulieris, et patienter audiat, quicquid dixerit, et in ſpiritu lenitatis eum ſupportet, et ei pro poſſe ſuo perſuadeat pluribus modis, quod integre confiteatur, aliter enim vera non eſt confeſſio. Peccata inquirat uſitata ſigillatim, inuſitata autem non niſi a longe, et per circumſtantias; ſic, ut expertis non detur nova occaſio delinquendi. Perſonarum nomina cum quibus confitens peccaverit, non inquirat ſacerdos vel diaconus, et ſemper majora majoribus reſervet.

Sunt autem iſta majora: homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtus, ſtupra virginum, et monialium; et injectiones manuum in parentes, in clericos; vota fracta, et hujuſmodi enormia. Sunt autem caſus, in quibus nullus niſi ſolus papa habet poteſtatem abſolvendi, vel ejus legatus; videlicet quod ſi convaleſcant, apoſtolico ſe reſpectui repraeſentent; vel tali, qui cum eis poſſit diſpenſare. Abſolutio talium in articulo mortis nulli deneganda eſt, ſaltem conditionalis; nihilominus talium rei, mittendi ſunt prius ad epiſcopum, vel ad ejus poenitentiarium; ſemper autem qui mittuntur, deferant ſecum literas continentes genus peccati et circumſtantias ſufficienter; vel ipſe ſacerdos veniat perſonaliter cum eis; alioquin non recipiuntur.

In dubiis ſemper confeſſor conſulat epiſcopum, vel ſapientes viros; quorum conſilio certificatus, ſecurius ſolvat vel liget.

Ne ſacerdos revelet confeſſionem.

Nullus ira vel odio, vel eccleſiae metu, vel mortis, in aliquo audeat revelare confeſſiones ſigno vel verbo, generali, vel ſpeciali, ut dicendo, "Ego ſcio quales vos eſtis," ſub periculo ordinis et beneficii; et ſi convictus fuerit, abſque miſericordia degradabitur.

Ne poenitentia injungatur ſine reſtitutione in furto et conſimilibus.

In furto, rapina, uſura, ſive fraude caveant ſacerdotes, ne injungant poenitentias, videlicet miſſarum, eleemoſynarum pro talibus peccatis, ſed injungant prius reſtitutionem: quia non dimittitur peccatum, niſi prius reſtituatur ablatum. Audita confeſſione, ſemper interroget confeſſor confitentem, ſi velit ab omni peccato mortali ſe abſtinere; aliter vero non abſolvat eum, nec injungat poenitentiam, ne inde confidat, ſed moneat, quod interim faciat quicquid boni poterit, ut Deus cor ejus illuſtret ad poenitentiam, ne corpus Chriſti in tali ſtatu percipiat.

De confeſſoribus.

Statuimus inſuper, ut perſonae, vicarii, et ſacerdotes annui confiteantur illis, qui per ſingula capitula noſtra ad hoc auctoritate noſtra fuerint deputati. Sint autem in quolibet capitulo duo ad minus confeſſores, qui confeſſiones audiant ſacerdotum et aliorum clericorum frequenter. Si quae vero dubia fuerint, quae per eos expediri nequeant, vel ſi quis ſacerdotum eis ob aliquam cauſam confiteri noluerit, ad poenitentiarium epiſcopi principalem retrahatur. Si vero neutri eorum voluerit revelare peccatum, epiſcopo confiteatur,

ſiteatur, vel alicui ejus auctoritate. Et quoniam refrigeſcente charitate multorum, non ſolum uſitata peccata multiplicantur, ſed etiam nova et inaudita cogitantur, et perpetrantur; ad ſuſcipiendos et audiendos publice poenitentes in capite jejunii, duo ad minus in eccleſia Dunelmenſi conſtituantur confeſſores, qui eis poenitentiam debitam injungant.

De inquiſitoribus.

Item in quolibet decanatu duo vel tres viri Deum prae oculis habentes ſint, qui exceſſus publicos praelatorum, perſonarum, et aliorum clericorum ad mandatum epiſcopi vel ejus officialium ipſi denuncient; per quos etiam publice poenitentes de eodem decanatu ad clavem poenitentiae admittantur: et ad praedictos confeſſores in eccleſia Dunelmenſi conſtitutos tranſmittantur cum literis, genus et quantitatem peccati continentibus, in capite jejunii et alio tempore competenti.

De decimis ſolvendis.

Decimas autem de omnibus, quae per annum renovantur, vel lege divina, vel conſuetudine appropriata debitas et maxime conſuetas dandas eſſe decrevimus, et diſtricte praecipimus; ita ut occaſione mercedis ſervientium in autumno vel meſſorum eccleſiae decima parte non fruſtrentur.

De poenitentia retinentium.

Detentores decimarum praedictarum, ſi ſemel, ſecundo, et tertio commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, uſque ad ſatisfactionem condignam per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Cum autem hi, qui decimas detinuerint vel ſurripuerint, ad poenitentiam acceſſerint, non admittantur, niſi per ſe, vel per ſufficientem procuratorem in manu ſacerdotis, illi, cui decimae debentur, ſatisfaciant competenter.

De uſura in pignore.

Inhibeantur frequenter, ne pignus retinere contendat quiſpiam, poſtquam de fructibus ſortem perceperit, deductis expenſis; quoniam uſura eſt.

Ne quis excommunicet niſi monitione praemiſſa.

Sacroſancto approbante concilio prohibemus, ne quis aliquando ſententiam excommunicationis, niſi competenti monitione praemiſſa, et praeſentibus perſonis idoneis, per quos ſufficienter, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio, auctoritate propria promulgare praeſumat. Quodſi contra hoc praeſumpſerit, etiamſi juſta fuerit ex cauſa ſententia, ingreſſum eccleſiae per menſem unum ſibi noverit interdictum; alia nihilominus poena mulctandus, prout ſuperius viſum fuerit expedire.

De ſolenni excommunicatione.

Singulis autem annis in tribus ſolennitatibus majoribus ſolenniter excommunicati denuncientur in genere ſortiarii, auxilium daemonum invocantes, incendiarii, raptores, publice et malitioſe impedientes executionem rationabilium teſtamentorum.

De falſis teſtibus.

Teſtes autem, qui pejerant ſcienter ſuper ſacroſancta evangelia, quorum teſtimonio (ſicut frequenter contingit) aliquis amittit vitam, vel membrum, vel exhaereditetur, vel eccleſia ſuo jure defraudetur, ſemel in anno excommunicentur, et non abſolvantur, nec eis poenitentia, niſi a nobis vel poenitentiario noſtro, injungatur, niſi in mortis periculo; et tunc, accepta cautione, ut ad nos accedant, reſtituta eis ſanitate, recepturi de perjuriis condignam poenitentiam. Idem praecipimus fieri de his ſubornantibus teſtes, et de ipſis falſis ſubornatis teſtibus ad diſſolvenda legitima matrimonia contracta, vel ad impediendum legitime contrahenda, idem volumus obſervari.

De poena communicantium cum excommunicatis.

Ne eccleſiaſticae ſententiae rigor vileſcat, praecipimus, quod omnes, qui ſcienter communicant nominatim et publice excommunicatis, tamdiu arceantur ab ingreſſu eccleſiae, quamdiu talibus communicaſſe convinci poterunt, niſi citius reſipiſcant, ſalvo tenore canonis: "Quadraginta; quaeſt. ult. Quoniam multos."

De ſacramento euchariſtiae.

Sequitur de ſacramento noſtrae redemptionis, quod viaticum ſeu euchariſtia dicitur: nam ſicut ſolent homines peregre profecturi, amicos ſuos vocare, atque convivium laetitiae eis praeparare; ſic Dominus noſter Jeſus Chriſtus proficiſcens, id eſt, de mundo tranſiturus ad Patrem, diſcipulis ſuis convivium praeparavit, corpore et ſanguine eos ſuo veraciter reficiens ſub ſpeciebus panis et vini tranſubſtantiatis; pane in corpus, vino in ſanguinem, divina poteſtate. Et hoc utique ſacramentum conficiendi poteſtatem accepit quilibet ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus, vel claves eccleſiae receperit, quas Dominus ipſe conceſſit apoſtolis, et eorum ſucceſſoribus. Vos igitur ſacroſanctae menſae ſic communicare debetis, ut nihil prorſus de veritate corporis et ſanguinis Chriſti ambigatis. Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur; et fruſtra reſpondetur Amen, a quibus de eo, quod accipitur, aliter ſentitur. Inſtruere inſuper debetis laicos, quoties communicant, quod de veritate corporis et ſanguinis Chriſti nullo modo dubitent. Nam hoc accipiunt proculdubio ſub panis ſpecie, quod pro nobis pependit in cruce. Hoc accipiunt in calice, quod effuſum eſt de Chriſti latere. Hoc bibunt, dicit Auguſtinus, credentes quod prius fuderunt ſaevientes.

De effectu euchariſtiae.

Vis autem, et virtus, et effectus hujus ſacramenti verbis Domini evidenter exprimitur: "Hic panis, quem ego dabo vobis, caro mea eſt, pro mundi vita; caro mea vere eſt cibus, et ſanguis meus vere eſt potus. Et ſi quis manducaverit carnem meam, et biberit meum ſanguinem, vivet in aeternum." Verum cum alibi dicitur: "Qui manducaverit carnem Domini, et

et biberit ſanguinem ejus indigne, reus erit corporis et ſanguinis Domini:" terrere nos poteſt terribilis haec ſententia. Propter hoc audite, filii chariſſimi, conſilium apoſtoli, quod tale eſt: probet autem ſemetipſum homo unuſquiſque per confeſſionem mundans et ſanctificans, et ſic de Pane illo edat, et de calice bibat. Et ſicut filii Iſrael in eſu agni renes ſuos accingebant, ita et vos renes veſtros accingatis, id eſt, totam carnis delectationem in vobiſmet ipſis extinguatis, et in aliis extinguendam doceatis. Ad noſtrum namque ſpectat miniſterium per miniſterium corporis et ſanguinis Chriſti, peccatores ad divinam revocare gratiam, pro vivis et mortuis offerre ſacrificia, quae pro valde bonis ſunt gratiarum actiones, pro non valde malis ſunt propitiationes. Omnibus autem, exceptis damnatis, pro quibus fuerint, ad hoc proſunt, ut dicit Ambroſius: Ut plena fiat remiſſio, vel certe ut tolerabilior ſit damnatio.

Cum ergo tam excellentiſſimi ſacramenti ſitis diſpenſatores, cum inter Deum et homines ſitis conſtituti mediatores, placabitur proculdubio Deus nobis et aliis; pro nobis exaudiet Deus exercituum vota noſtra, ſi placeat ei vita noſtra. Alioquin, ut dicit Gregorius, " Si his, qui ad intercedendum mittitur, diſplicet (ſcilicet irati Dei animus) ad deteriora provocatur." Unde cum magna reverentia, et devotione, et munditia tractandum eſt ſacramentum corporis et ſanguinis Domini; et propter hoc diſtricte praecipimus, quod ſacerdotes circa ea, quae ad ſubſtantiam ſacramenti corporis et ſanguinis Domini pertinent, ſint diligentes, proviſuri, quod euchariſtia in munda et ſerata pixide conſervetur; nec ultra ſeptem dies conſerventur hoſtiae conſecratae; ante ſumptionem ſanguinis Domini reſervatae hoſtiae a miſſam celebrante ſumantur, vel ab aliquo innocente, et mundae et honeſtae vitae, habeaturque certitudo circa hoſtiam conſecratam, ut non ſumatur pro conſecrata non conſecrata, nec conſecrata iterum conſecretur.

De uniformi correcto canone miſſae habendo, et horis ordinate dicendis.

Item praecipimus, quod omnes ſacerdotes habeant canonem miſſae correctum, et verba canonis in miſſa rotunde dicantur et diſtincte. Similiter omnes horae, et omnia officia aperte et diſtincte dicantur; ita quod ex feſtinatione nimia verba non praecidantur, vel ſyncopentur. Piae etiam recordationis affectu ducti, praecipimus, quod ſacerdotes in ſingulis diebus (niſi major urgeat ſolennitas) dicant pro defunctis " Placebo," et " Dirige, " et " Commendationem animarum." Quod ſi non fuerit obſervatum, ſacerdos uſque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendatur.

De reverentia habenda in elevatione euchariſtiae: et ne ſacerdos oſculet hoſtiam dando pacem.

Moneantur laici, quod reverenter ſe habeant in conſecratione euchariſtiae, et flectant genua; maxime in tempore illo, quando, poſt elevationem euchariſtiae, hoſtia ſacra dimittitur. Item in celebratione miſſae, hoſtiam conſecratam, pacem daturus ſacerdos, ore ſuo tangere non debet. Si vero de patina, ſicut quidam faciunt, eam ſumat, poſt celebrationem miſſae, tam patinam quam calicem faciat aqua perfundi, vel ſolum calicem, ſi non ſumat de patina. Habeatque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum, alio panno circumdatum undique, et honeſte ac decenter coopertum; in quo poſt ſuſceptionem ſacramenti ſalutaris, digitos cum labiis tergat ablutos, habeatque ſacrarium ſupra ſe honeſtum operculum.

Ne quis celebret bis in die.

Item, ſi ſacerdos habuerit neceſſe bis in die aliquo caſu celebrare, quod niſi in die Nativitatis, vel Reſurrectionis dominicae, vel quando corpus praeſens eſt in eccleſia tumulandum, vel aliqua evidens urgeat neceſſitas, fieri prohibemus; poſt primam celebrationem diligentiſſime abſorbeatur ſtilla de calice, et quod fuerit digitis in calice ſuperfuſum, reſervetur in vaſe mundo, et ad hoc ſpecialiter deputato; et poſt ſecundae miſſae celebrationem ſumatur, niſi forte in celebratione prima aſſit diaconus vel alius miniſter honeſtus vel innocens aliquis, loturam qui illam ſumere poſſit abſque conſcientiae laeſione. Et hoc praecipimus fieri, quoties in diverſis eccleſiis oportebit ipſum celebrare. In ſacramento autem dominici ſanguinis major pars vini, et modicum aquae ponatur.

Ne euchariſtia detur in ſecreto petenti.

Prohibemus etiam, ne communio euchariſtiae detur ſecreto petenti, cum publice, et inſtanter petenti ſit danda, dummodo occultum fuerit ejus delictum.

Quod debeat dari mulieribus poſt puerperium.

Item, quando mulieres poſt puerperium venerint ad purificationem, ſacerdotes tantummodo dent eis panem benedictum, et corpus Domini nullo modo eis proponatur, niſi expreſſe petant, et prius confeſſae fuerint.

Quod euchariſtia debet reverenter ferri ad aegrum.

His adjicimus, quod cum euchariſtia ad aegrum fuerit deferenda, habeat ſacerdos pixidem mundam et honeſtam, ita ſcilicet quod una ſemper in eccleſia remaneat, et in alia, in qua ſit euchariſtia in burſa poſita mundiſſima, in ea deferat corpus dominicum ad aegrotum, linteo mundo ſuperpoſito, et lucerna praecedente, niſi aeger valde remotus fuerit, et cruce ſimiliter, ſi fieri poteſt, niſi crux fuerit ad alium aegrotum deportata. Praecedente quoque tintinnabulo, ad cujus ſonitum concitetur devotio fidelium. Habeatque ſecum ſemper ſacerdos horarium ſeu ſtolam, quando cum euchariſtia, ſicut diximus, vadit ad aegrotum. Et ſi aeger non remotus fuerit, in ſuperpellicio decenter ad eum vadat, habeatque vas argenteum ſive ſtanneum, ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ad aegrotum deferat; ut in eo aegro dare valeat poſt ſumptam euchariſtiam ſuorum loturam digitorum.

De

De ornamentis eccleſiae.

Ad hoc innovantes praedeceſſorum noſtrorum ſtatuta, praecipimus, ut quaelibet eccleſia habeat calicem argenteum, cum vaſis decentibus et honeſtis, et phialis. Sindonem mundam et candidam, amplitudinis congruentis; id eſt, corporalia, linteamina, et alia ornamenta, quae ad altaris officium ſpectant; honeſtos libros, ad pſallendum et legendum idoneos; et ſacerdotalia veſtimenta ſufficientia pariter et honeſta; et qui miniſtrant ſacerdoti in altari ſuperpelliciis induantur.

De eodem.

Et quoniam nimis abſurdum videtur in ſacris veſtibus ſordes negligere, quae dedecent etiam in profanis; praecipimus diſtricte, quod vaſa miniſterii, et veſtimenta miniſtrorum, et pallia altaris, necnon et ipſa corporalia nitida et munda cuſtodiant, quae propter quorundam incuriam, aut propter ſordes quibuſdam ſunt horrori. Superaltaria quoque nimis ſtricta non habeant, ſuper quae periculoſe celebratur, ſed competenter ampla. Supellectilia quoque in eccleſia non admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut repentina incendia, ſeu ob alias neceſſitates urgentes; ſic tamen, ut ceſſante neceſſitate, res in priſtina loca deportentur.

Ne bona eccleſiae alienentur, niſi in caſibus conceſſis.

Item prohibemus, ne calices eccleſiarum, vel vaſa altaris, ſeu veſtes, vel libri eccleſiaſtici, vel eccleſiaſtica tenementa vendantur, vel pignori obligentur, vel aliquo modo alienentur ab eccleſiis, niſi in caſibus conceſſis, et de licentia noſtra, forma eccleſiaſtica et canonica obſervata. Si vero aliter actum fuerit, irritum habeatur. Scribant autem ſacerdotes in miſſalibus et in libris poſſeſſiones et reditus eccleſiae, et nomina librorum et veſtimentorum, et ornamentorum eccleſiae; ne ipſi nec parochiani ſui ſine conſenſu noſtro alienare praeſumant de his, quae ſunt eccleſiae.

De poena archidiaconi in hoc negligentis.

Item volumus, quod haec conſtitutio inviolabiliter obſervetur; videl. ſi rector alicujus eccleſiae deceſſerit, eccleſia ſua relicta ſine indumentis ſacerdotalibus competentibus, vel ſine libris, vel ſine utriſque, vel ſi forte domos eccleſiae reliquerit dirutas vel ruinoſas, de bonis ejus eccleſiaſticis tanta portio deducatur, quae ſufficiat ad emendum et comparandum haec, et ad defectus eccleſiae ſupplendos.

De eodem.

Item ſtatuimus circa illos vicarios, qui ſolvendo modicam penſionem, omnes habent eccleſiae proventus; nam cum ad praemiſſa teneantur, ſatis elucet, quod talis deducta portio, poterit et debet inter debita computari, ſemper rationabilis conſideratio ſit ſecundum quantitatem et facultates eccleſiae, cum deducenda fuerit haec portio.

De eodem.

Nullus rector eccleſiae nobis ſubjectus, decimas eccleſiae ſuae praeſumat vendere ante annunciationem beatae Mariae, cum extunc, ſecundum conſuetudinem, fructus debeant cedere ad debita, vel legata ſolvenda.

De eodem.

His adjicimus, quodſi perſona vel vicarius alicujus eccleſiae, ante feſtum annunciationis beatae Mariae deceſſerit, cum extunc, ſecundum conſuetudinem obtentam in hoc epiſcopatu, ſui executores de fructibus eccleſiae diſponant; ſtatuimus quod ſucceſſores defuncti teneantur ad ſumptus reſpondendos ad executionem ſui teſtamenti, quos in colendis et ſeminandis terris eccleſiarum ante obitum ſuum fecerit. Quocunque autem tempore poſt feſtum Annunciationis perſona vel vicarius, ad quem ſpectant onera eccleſiae, deceſſerit; ſtatuimus, ut ad eadem onera mortuus teneatur, uſque ad feſtum Annunciationis ſequens, ad quae vivus tenebatur, quatenus fructus poſt feſtum ſancti Michaelis provenientes, pro rata temporis non ſufficiunt. Succeſſores vero capellanos annuos in eccleſiis inventos, ante ſequens feſtum ſancti Michaelis, ſi idonei ſint, amovere non praeſumant, ſed eos ſub ſimilibus conditionibus (dum tamen ſufficiant) retineant, ſuper quibus cum defunctis convenerant, niſi forte ſucceſſores conditiones anteceſſorum velint meliorare. Si vero archidiaconus viſitare eccleſias neglexerit, et, veniente rectore, defectus competenter ſupplere diſtulerit vel diſſimulaverit; ſi eodem defuncto non exiſtat, unde de bonis defuncti ſuppleri poſſit, in poenam negligentiae ſuae de bonis propriis eos ſupplere compellatur; poenam nihilominus non evitaturus canonicam, ſi ſuperioris ſui auctoritate facta, ſuperveniens inquiſitio ipſum aliquando in viſitationis officio negligentem invenerit vel diſſimulantem. Sed in his caſibus ſimiliter, rationabilis eſt habenda conſideratio, et ad facultates eccleſiae, et ad tempus, quo rector eccleſiae fructus ejuſdem perceperit.

De eccleſiis ad firmam tradendis.

Item eccleſiae vel altaria ſine conſenſu noſtro vel officialium noſtrorum, non tradantur ad firmam, et praecipue laicis, quos nec eccleſias, nec decimas aliquo modo tenere ſacri canones permittunt. Contractus vero cruceſignatorum et clericorum praecipimus vobis et officialibus veſtris innoteſcere, propter diverſas cauſas; ſicut volunt, quod habeant aliquam firmitatem.

Ne viri religioſi aliquem habeant ingreſſum in poſſeſſiones eccleſiarum, ſine conſenſu noſtro.

Inhibemus etiam, ne viri religioſi maxime illas eccleſias habeant ad firmam, in quibus ſe dicunt habere patronatus; adjicientes, ne aliquis vendat, vel conferat, vel ad firmam det, vel pignori obliget perſonis privilegiatis terras aliquas, vel poſſeſſiones, niſi prius facta ſufficienti cautione de indemnitate parochialis eccleſiae, et de noſtra auctoritate; et hoc ſaepius in eccleſiis publicetur.

De

De penſionibus.

Item, ne cui in eccleſiaſticis proventibus modica vel magna penſio detur in fraudem, ſicut in concilio prohibitum eſt, et nos prohibemus. Et quoniam circa hujuſmodi penſiones fraus ſaepius ſolet et ſimoniaca pravitas perpetrari; nos, ut melius obviemus talibus morbis praeſentatis et praeſentati, recipimus interdum juramentum; quod nec promiſſio nec pactio illicita intervenerit, et quod eccleſia amplius non dederit vel dabit, quam prius fuerit obligata. Similiter inhibemus, ne qui prius fuerit perſona, in eadem eccleſia fiat vicarius.

De ſacerdotibus extraneae ordinationis.

Item inhibemus diſtrictius, ne ſacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad divinorum celebrationem deſerviendo eccleſiis admittantur, niſi de noſtra licentia, cum per literas teſtimoniales, vel ad teſtimonium bonorum virorum nobis conſtiterit de eorum ordinatione, converſatione, et literatura, et ſufficienter fides facta fuerit.

Ne amoveantur idonei ſacerdotes.

Monemus etiam rectores eccleſiarum, ne capellanos annuos ſine cauſa rationabili ſtudeant amovere, maxime, ſi honeſtae fuerint converſationis, et laudabile de converſatione ſua a parochianis habeant teſtimonium.

De incontinentia ſacerdotis.

Et ſi de incontinentia ſacerdotis parochialis ortum fuerit ſcandalum, cum circa hoc vigil debeat eſſe rector eccleſiae; ſi per famam vel per inquiſitionem nobis prius de hoc conſtiterit, quam per rectoris denunciationem, tanquam conſcius punietur, fructibus unius anni privandus, in pias cauſas diſtribuendis. Simile de vicariis ſtatuimus perpetuis, et tam perſonas, tam vicarios, quam annuos ſacerdotes graviter puniendos eſſe decrevimus, niſi ſuper denunciatione exceſſuum, et praecipue incontinentiae, in quibus notabiles clerici inventi fuerint, ſint vigilantes.

Ne praedicatores admittantur ſine literis epiſcopi.

Prohibemus, ne ſine literis noſtris ad fidelium eleemoſynas poſtulandas aliquis admittatur praedicator, niſi literae noſtrae nomen ejus exprimant, et expreſſe contineant, quod ei damus licentiam praedicandi. Negotium vero et neceſſitatem, pro qua venit, bene poterit demonſtrare, licet praedicandi licentiam non habeat; dum tamen literis noſtris (ſicut diximus) ſit munitus. Volumus autem, ut ſacerdos eccleſiae illius, in qua praedicatur, collectam pecuniam accipiat, et ſalvo cuſtodiat ſub duorum teſtimonio fide dignorum, quouſque de mandato noſtro illi loco, pro quo fuit collecta et collata, deferatur.

De poena eorum, qui aut dant aut accipiunt aliquid pro ſpiritualibus.

Prohibemus archidiaconis, officialibus, et decanis, ne pro cuſtodia, juſtitia facienda, differenda, vel acceleranda, aliquid accipiatur; ne pro aliquo ſpirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur; quod ſi fiat, tam dans quam accipiens ſententia excommunicationis ſe noverit innodandum.

: : : : : : : : : : : :

Moneat quilibet ſacerdos viros incluſos (ſi quos habeat in parochia ſua) ne mulieres recipiant in domo ſua de nocte; ſimiliter nec mulier maſculum: nec depoſita ſine teſtimonio ſacerdotis, et virorum fide dignorum accipiant.

De matrimonio contrahendo.

Studeat ſacerdos ſummopere et multipliciter matrimonium commendare per dignitatem, et bona ipſius matrimonii; amplexus fornicarios per contrarium reddendo deteſtabiles; confidenter aſſerentes matrimonium, inter alia ſacramenta, quoad originem primum et prius conſtitutum ab ipſo Domino in paradiſo, etc. Bona matrimonii ſunt fides, proles, et ſacramentum: ſcil. fides thori; proles ad cultum Dei; ſacramentum Chriſti et eccleſiae; apparetque in hac vita maxime deſiderabile. Bonum eſt et privilegiatum matrimonium, nam ſola proles ex matrimonio legitime ſuſcepta, a dignitatibus, tam eccleſiaſticis quam civilibus, non eſt excluſa; cum tamen aliter geniti, repellantur tanquam ſpurii.

Ne matrimonia celebrentur in tabernis.

Propter hoc praecipimus, quod matrimonia cum honore celebrentur, et cum reverentia, et non cum riſu, non joco, non in tabernis, potationibuſve publicis, ſeu commeſſationibus. Nec quiſquam annulum de junco, vel quacunque vili materia, vel pretioſa jocando, manibus innectat mulierecularum, ut liberius cum eis fornicetur: ne dum ſe jocari putat, honoribus, matrimonialibus ſe abſtringat. Nec de caetero alicui fides detur de matrimonio contrahendo, niſi coram ſacerdote, et tribus vel quatuor perſonis fide dignis, propter hoc convocatis, ita quod nullatenus per verba de praeſenti contrahant; nec poſt matrimonium, per verba de futuro contractum, carnaliter commiſceantur, niſi rite canonicis denunciationibus praemiſſis, tam ubi mas, quam ubi foemina retro converſati ſunt. Nihilominus etiam, quoniam non mediocriter turbant eccleſiam Dei, et pericula animabus ingerunt taliter contrahentes, ſtatuimus, quod tales ad nos tranſeant, et hii, qui hujuſmodi contractibus prohibitis interſunt, et auctoritatem et conſenſum praeſtiterint, ad nos tranſmittantur, et nos illos ad ſedem apoſtolicam tranſmittemus, tanquam perturbatores eccleſiaſticae pacis, et contemptores eccleſiaſticorum mandatorum. Et hoc praecipimus ſtatutum omni die dominica populo denunciari.

De forma matrimonii contrahendi.

Item praecipimus, quod ſacerdotes praecipiant et doceant perſonas contrahentes hanc formam verborum in Gallico vel Anglico: " Ego accipio te N. in meam." Similiter et mulier dicat, " Ego accipio te N. in meum." In his enim verbis conſiſtit vis magna, et matrimonium contrahitur. Nec ſine trina denunciatione in eccleſia facta publice et ſolenniter, praeſumat ſacerdos aliquas conjungere perſonas matrimonialiter, pro quibus denunciationibus faciendis nihil omnino exigatur. Et ſi utraque perſona omnino fuerit incognita, nullo modo praeſtet auctoritatem ſacerdos tali contractui, niſi prius ei legitime conſtiterit, quod perſonae legitime ſint contrahendae. Similiter ſi altera illarum incognita fuerit, literas habeat teſtimoniales, quod legitime poſſit contrahere, et quod trina facta ſit denunciatio in parochia illius.

De eodem.

Prohibemus clandeſtina matrimonia; praecipientes, quod publice fiant in facie eccleſiae, praeſente ſacerdote ad hoc vocato. Si vero ſecus actum fuerit, non approbentur, niſi de noſtra ſpeciali auctoritate. Sacerdos, qui tales conjunctiones prohibere contempſerit, vel talibus intereſſe praeſumpſerit, vel quilibet alius regularis, ſecundum ſtatuta concilii, ab officio per triennium ſuſpendatur, gravius puniendus, ſi culpae qualitas poſtulaverit. Sed et his, qui taliter copulari praeſumpſerint, etiam in gradu conceſſo alia condigna poenitentia injungatur.

Ne in nuptiis fiant ſortilegia.

In nuptiis ſemper prohibeantur ſortilegia ſub poena excommunicationis fieri, et maleficia: et ſub tali poena teneantur, qui celant impedimenta matrimonii; votum, ordinem, conſanguinitatem, affinitatem, diſparem cultum, compaternitatem. Et haec ultima cauſa tantum quatuor perſonas excludit de matrimonio; compatrem et commatrem, filiolum vel ſororem ſpiritualem, vel filium vel filiam patrini: et iſta comminatio in ſingulis parochiis frequenter recitetur.

De eodem.

Adhaec prohibemus, ne vir contrahat cum aliqua conſanguinea olim uxoris ſuae; ſimiliter nec mulier cum aliquo conſanguineo quondam viri ſui, uſque ad quartum gradum. Item ſuſceptus in baptiſmo non contrahat cum filia ſuſcipientis, vel ante vel poſt compaternitatem genita.

Ne aliquis praeſumat diffinire cauſam matrimonii in dubio caſu, ſine epiſcopo.

Nullus officialis, decanus, vel ſacerdos in dubio caſu, inconſulto epiſcopo, cauſam matrimonii praeſumat diffinire; ſeu pro matrimonio, ſeu contra matrimonium pronunciando; ſed ad epiſcopum referatur omnis matrimonii dubietas.

Ne aliquis contrahat matrimonium cum ea, cum qua fecerit adulterium.

Item commoneant, et prohibeant ſacerdotes, ne quiſquam cum ea contrahat matrimonium, quam, vivente marito ſuo, polluit per adulterium; et hoc ſi adulter fidem dederit adulterae de ea ducenda, adhuc viro ſuo vivente, vel etiam ſi ipſa adultera vel adulter in mortem viri machinati ſint, nec contrahant matrimonium.

Quid faciendum eſt mulieribus ante diem partus ſui.

Item commoneant ſacerdotes mulieres praegnantes de parochia ſua, ut, cum tempus partus intelligant inſtare, ſibi proſpiciant, quod aquam habeant promptam et paratam; et quod propter imminens periculum, locutae fuerint de confeſſione cum ſacerdote, ne ſubito praeoccupatae non poſſint, cum voluerint, copiam habere ſacerdotis.

Ne alter conjugatorum tranſeat ad religionem ſine epiſcopo.

Item doceant ſacerdotes frequenter populum, et prohibeant ſub anathemate, ne alter conjugum tranſeat ad religionem, nec recipiatur, niſi per nos aut per licentiam noſtram.

Ne mulieres faciant vota.

Item moneant ſacerdotes mulieres, ne faciant vota, niſi cum magna deliberatione, et cum virorum ſuorum conſenſu, et conſilio ſacerdotum.

De conſanguinitatis gradibus.

In generali concilio ſtatutum eſt, quod prohibitio conjugalis copulae quartum conſanguinitatis et affinitatis gradum non excedat: de caetero, quoniam ſine gravi diſpendio animarum hujuſmodi prohibitio non potuit in ulterioribus gradibus generaliter obſervari; unde cum jam uſque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulae ſit reſtricta; ſancitum eſt, ut ſi qui contra hujuſmodi prohibitionem praeſumpſerint de caetero copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporis peccatum non minuat, ſed augeat. Prohibitiones de conjugio in ſecundo et tertio affinitatis gradu minime contrahendo, et de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis cognationi viri non copulando prioris, vobis denunciavimus auctoritate concilii abrogatas; et quod tales de caetero libere contrahere permittantur.

Ne matrimonia ſine termino praefinito contrahantur.

Item, cum matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſiis per preſbyteros proponantur publice, competenti termino praefinito, ut infra illum, qui voluerit et valuerit, legitimum impedimentum opponat; et preſbyteri nihilominus inveſtigent, utrum aliquid impedimentum obſiſtat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quod fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtet documentis. Soboles vero

ſuſcepta in gradu prohibito, etiam ignoranter, prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium; cum taliter contrahendo non expertes ſcientiae, vel ſaltem ignorantiae affectantes videantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, eundem praeter omne interdictum etiam in conſpectu eccleſiae contrahere praeſumpſerint. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam, malitioſum impedimentum objecerit, eccleſiaſticam non effugiet ultionem.

De gradibus computandis.

Item ſtatutum eſt, ut in conſanguinitatis gradibus computandis, teſtimonium de auditu non valeat, niſi perſonae graves extiterint, quibus fides merito ſit adhibenda, et ante motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus ſuis, non ab uno utique, cum non ſufficeret ille, ſi viveret, ſed a fide dignis, et omni exceptione majoribus, cum ſatis videretur abſurdum, illos admitti, quorum repelluntur auctores.

De ſacramento extremae unctionis.

Sacramentum vero extremae unctionis, cum ſit ſacramentum exeuntium, quod ſit neceſſarium, patet ex verbis beati Jacobi, qui ait: "Infirmatur quis ex vobis? convocet ſacerdotem," etc. Et propter hoc praecipimus, quod ad ſacramentum extremae unctionis, moneant frequenter populum ſacerdotes, in neceſſitate videlicet, et non tantum divites ſed pauperes, ſenes, et juniores omnes, maxime a quatuordecim annis, et ſupra, et omnibus petentibus et poenitentibus gratis exhibeant hoc ſacramentum in neceſſitate, cum fuerint humiliter requiſiti.

De eodem.

Item moneant ſacerdotes frequenter populum hoc ſacramentum licite iterari poſſe; ſcilicet in qualibet gravi infirmitate, de qua metus imminet mortis. Dicant etiam et denuncient confidenter, quod poſt ſuſceptum hoc ſacramentum, licitum eſt reverti ad opus conjugale.

Ut cum reverentia deferatur oleum ad infirmos.

Cum reverentia deferatur oleum ſanctum ad infirmos, et eos unguant ſacerdotes cum magno honore, et orationum celebritate, quae ad hoc ſunt ordinatae: et nihil inde, ſicut nec pro aliis ſacramentis, exigatur ſive a paupere ſive a divite.

Ne laici faciant teſtamentum ſine ſacerdote.

Praecipimus, quod laicis frequenter inhibeatur, ne teſtamenta ſua faciant ſine praeſentia ſacerdotis, ſicut diligunt, ut eorum ultimae voluntates adimpleantur. Sacerdotibus ſimiliter inhibemus, ne teſtamentum ſuum per manum ordinent laicalem.

Ne quis rector eccleſiae aedificet in ſolo laicali.

Et quoniam omnino injuſtum eſt, ut quem eccleſia recipit pauperem et extraneum, in alieno efficiat divitem, et in ſuo recipiat fraudatorem; ſacrorum canonum ſtatuta ſequentes, diſtricte praecipimus, quod nullus omnino, qui ſtipendio militat eccleſiae, in ſolo aedificet laicali, vel ſummam ſeu fortunam rerum ſuarum ad feudum transferat laicale; praecipue illarum rerum, quas conſideratione eccleſiae vel eccleſiaſticorum beneficiorum perceperunt. Quod ſi contra hoc ſtatutum venire praeſumpſerit, tanquam defraudator eccleſiaſticae ſubſtantiae, quicquid, occaſione talis praeſumptionis, damni, vel incommodi intulerit eccleſiae, vel eccleſiaſticis poſſeſſionibus, de cujus proventibus dignoſcitur laicale feudum ampliaſſe, illi eccleſiae reſtituat, de cujus oblationibus, eleemoſynis, ſuffragiis, atque proventibus conſtitit ipſum ſumptus feciſſe.

Contra periculum animae.

Cum anima longe ſit pretioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid aegro ſuadeat, quod in periculum animae convertatur, cum ipſos ad aegrum vocari contigerit. Aegrum ante omnia moneant et efficaciter inducant, quod advocet medicos animarum, ut poſtquam infirmo fuerit de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinae remedium ſalubrius procedatur. Tranſgreſſores hujus conſtitutionis poenam in concilio ſtatutam non evadent.

Ut parochiani invicem diligant.

Sacerdotibus in periculo animarum injungimus, ut in exercendo officio ſuo, proprios motus, ſcilicet rancores, odia, carnales affectiones non ſequantur; ſed adeo ſint diſcreti, et providi ſimul in praeveniendo, ut ſub praetextu debitae ſibi obedientiae, ſubditos ſuos nullatenus ſcandalizent, quod quandoque contigiſſe cognovimus. In cauſa autem pecuniaria, propria auctoritate communionem alicui non interdicant.

Quatenus licet facere xenodochium.

Quoniam religionum nimia diverſitas gravem in eccleſia Dei confuſionem inducit; praecipimus, quod qui volunt domum hoſpitalem ſeu xenodochium fundare de novo, regulam et inſtitutionem a nobis accipiant, ſecundum quam regulariter vivant et honeſte.

Quod non moretur ſolus in cella monachus.

Scriptum eſt, "Vae ſoli! quia ſi ceciderit, non habet ſublevantem:" ideo praecipimus, ne monachus ſit ſolus vel in prioratu, vel in cella, vel alicubi in noſtro epiſcopatu: nullus etiam in monaſteriis religioſorum diverſa habeat officia, quae conſueverunt eſſe diviſa.

Conci-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae.
HONORII III. 5.	STEPH. LANGTON 14.	1221.	HENRIC. III. 5.

Concilium praelatorum regni Scotiae apud Perthum. Ex Scotichron. Paſlatenſi lib. ix. cap. 37.

PAUCIS verbis concilii hujus mentio fit in Chron. Paſlat. "Anno Domini MCCXXI. magiſter Jacobus, canonicus ſancti Victoris Pariſius, apoſtolicae ſedis poenitentialis, Scotiae et Hiberniae legatus, convocatis totius regni praelatis apud Perth, tenuit generale concilium quatuor continuis diebus:" quibus chronicon de Mailros in ann. addit: "incipiens ab octavis Purificationis."

Bulla Honorii tertii de plenaria remiſſione apud Cantuar. in quinquageſimo anno tranſlationis S. Thomae. Ex MS. Cott. Tiberius A. x.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, et dilectis filiis, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus perſonis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quanto venerabilis martyr Thomas modernis temporibus contra verſutias antiqui hoſtis, qui eccleſiam Dei impugnare non ceſſat, glorioſius triumphavit, et Cantuarienſem eccleſiam reddidit pretioſo ſui corporis ſanguine decoratam; tanto, licet enim a nonnullis ſanctae Romanae eccleſiae pontificibus tranſlatio ejuſdem fuerit affectata, et ſanctae Cantuarienſi eccleſiae pro tempore demandata, non potuit tamen ante tempora adimpleri: quod quidem diſpoſitioni divinae adſcribamus, non humanae. Annus quinquageſimus annus jubilaeus eſt. Jubilaeus remiſſionis annus, vel remiſſivus interpretatur. Sicut enim in lege anno jubilaeo onera et ſervitutes conſueverunt dimitti populo; ſic et in anno jubilaeo cum quindecim dierum ſpatio tranſlationis ipſius martyris onera poenitentium remittuntur. Ideoque univerſitatem veſtram monemus, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ob reverentiam Dei et ejuſdem martyris privilegia veſtra et indulgentias ſervetis. Dat. Lateran. anno pontificatus noſtri quinto.

Honorii papae III. *bulla archiepiſcopo Cantuar. de beneficiis eccleſiaſticis extraneis in Anglia reſidentibus non conferendis.* Ex MS. Cott. Cleopat. E. i. fol. 158. a.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Cant. archiepiſcopo, ſanctae Romanae eccleſiae cardinali, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum hi, qui ſedi apoſtolicae tanquam capiti eccleſiae generalis fideliter famulantur, ſingulis quaſi membris utiliter ſervire probentur, dignum eſt eos congruis beneficiis honorari, ne ſi tantum propriis ſtipendiis militantes ſperati fructus fraudarentur ſolatiis, redderentur ad obſequia tardiores: unde factum eſt, quod clerici apud ſedem apoſtolicam non ſine multis laboribus et ſumptibus reſidentes in Anglia, et aliis mundi partibus, eccleſiaſtica beneficia pro tempore ſunt adepti, qui nonnunquam his, a quibus ea obtinent, ita efficaciter ſervire pro tempore ſtuduerunt, quod non minus beneficientibus utiliter eſt proviſum. Verum quia nonnunquam beneficiatis hujuſmodi decedentibus, beneficia, quae obtinuerant inconſultis his, ad quos eorum donatio pertinebat, plurimi et alii ſe difficiliores ad conferendum beneficia exhibebant; nos volentes ſuper hoc remedium congruum adhibere, ne cuiquam ſua liberalitas ſit damnoſa, per quam potius meruit gratiam et favorem, ſtatuimus, ut clericis eccleſiae Romanae, vel aliis Italicis, qui praebendas, vel eccleſias, ſeu alia eccleſiaſtica beneficia in Anglia obtinent vel obtinuerint, a modo decedentibus, praebendae, vel eccleſiae, ſeu alia beneficia nequaquam a nobis vel alio, illa vice alicui conferantur, ſed ad illos libere redeant, ad quos illorum donatio dignoſcitur pertinere, per eos idoneis perſonis conferenda. Ideoque fraternitatem tuam monemus attente per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus hoc per totam Angliam facias publicari. Dat. Lateran. 4. calend. Martii, pontificatus noſtri anno quinto.

Concilium Cantuarienſe. Ex Matt. Pariſ. in ann.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 6.	STEPH. LANGTON 16.	1222.	HENRIC. III. 6.

HOC anno comprehenſus fuit quidam paucis diebus ante concilium celebratum Cantuariae, a magiſtro Stephano, Cantuarienſi archiepiſcopo, habens in corpore et membris, ſcilicet in latere, manibus, et pedibus, quinque vulnera crucifixi; et in dicto concilio ſimul cum eo, utriuſque ſexus, ſcilicet hermaphroditus, ejuſdem erroris, quo prior obcaecatus fuit, cum ſuo complice praeſentatus. Super quo convicti et publice confeſſi, judicio eccleſiae puniti fuerunt. Similiter et quidam apoſtata Judaeus factus ex chriſtiano diaconus; qui ſimiliter eſt judicialiter punitus

punitus; quem Falco ſtatim arreptum ſuſpendi fecit. Haec Pariſ. Concilium hoc Cantuarienſe Matth. Weſtmonaſter. Knyghton, et alii confundunt cum concilio Oxonienſi, quod jam ſequitur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	[illegible]
Honorii III. 7.	Steph. Langton 16.	1222	Henric. III. 7.

Concilium Oxonienſe. Ex MS. Cotton. Otho A. xv.*

[a] AUCTORITATE Dei Patris[b], et [c]beatae virginis[d], et omnium ſanctorum, et praeſentis concilii excommunicamus omnes illos, qui [e]eccleſias malitioſe ſuo jure privare praeſumunt, aut per malitiam libertates earundem infringere, vel [f]perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis ſententia innodamus, qui pacem [g]et tranquillitatem domini regis injurioſe[h] perturbare praeſumunt; et[i] qui jura domini regis injuſte detinere contendunt.[k]

Adjicimus [l]autem omnes illos ſimili ſententia involutos, qui ſcienter et[m] prudenter falſum perhibent teſtimonium, vel perhibere[n] procurant, vel etiam qui tales teſtes ſcienter[o] producunt, vel[p] ſubornant in cauſa matrimoniali; [q]ubi ſcilicet agitur contra matrimonium, vel [r]ubi agitur ad exhaeredationem alicujus. Advocatos [s]quoque omnes excommunicamus, qui in cauſis matrimonialibus malitioſe[t] exceptiones [u]opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum ſortiantur effectum, vel ut contra juſtitiam proceſſus cauſae diutius ſuſpendantur.[x]

Item, excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alia quacunque de cauſa alicui malitioſe crimen imponunt, cum infamatus non ſit apud bonos et graves viros,[y] ut ſic ſaltem ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Praeterea omnes illos excommunicationis[z] ſententia innodamus, qui vacante eccleſia malitioſe opponunt vel opponi procurant [a]patronatus quaeſtionem, ut[b] verum patronum illius[c] eccleſiae [d]collatione [e]ſaltem illa vice defraudent.[f]

[g] Excommunicamus etiam omnes illos[h], qui gratia lucri[i], odii[k], aut alias [malitioſe[l]] contemnunt exequi domini regis mandatum[m], contra excommunicatos editum, [n]claves eccleſiae contemnentes.[o]

I. *De eleemoſynariis praelatorum et poenitentiis injungendis.*[p]

Statuimus etiam auctoritate concilii praeſentis, ut praelati ſinguli eleemoſynarios clericos[q] habeant honeſtos, et ut ipſi[r] praelati juxta apoſtolum ſint hoſpitales, et ut horis competentibus ad querelas[s] audiendas, et juſtitiam exhibendam, ſuam in publico praeſentiam exhibere procurent, et in perſonis propriis confeſſionibus audiendis interdum interſint, et poenitentiis injungendis. Ipſi etiam per confeſſores diſcretos cicatrices proprias frequenter abducant, et ut in eccleſiis ſuis cathedralibus reſidere procurent in aliquibus majoribus feſtis, et[t] ſaltem in aliqua parte Quadrageſimae, prout animae ſuae ſaluti magis[u] viderint expedire.

II. *De forma pr[illegible]*[x]

Quia juxta ſcripturae[y] teſtimonium vota noſtra tenemur reddere Deo noſtro, ſalubriter decrevimus annectendum, ut epiſcopi formam[z] profeſſionis in ſua conſecratione prolatam, bis in anno coram ſe legi faciant diligenter, ut tanto melius ſponſionis[a] propriae recordentur, quanto ſaepius eorum auribus fuerit inculcata.[b] Ad haec ſtatuimus, ne praelatus aliquis, cum eccleſiam aliquam contulerit[c] aut praebendam[d], fructus ejuſdem eccleſiae ſeu[e] praebendae nondum collectos[f] ſibi praeſumat aliquatenus uſurpare; vel pro inſtitutione vel miſſione in poſſeſſionem, vel[g] charta ſuper hoc facienda aliquid audeat extorquere, nec ab officialibus ſuis[h], archidiaconis vel decanis ſuſtineat extorqueri.

III. *De [illegible]*

Cum ſecundum apoſtolum avaritiae, quae eſt idolorum ſervitus, epiſcopos [k]vel alios Dei miniſtros ſervire non conveniat, ad tantam peſtem radicitus evellendam, ſtatuimus, ut ſi quis ad eccleſiam aliquam, nullo contradicente, canonice

* Concilium hoc pro eccleſia Anglicana reformanda Oxonii celebratum a domino Stephano, Cantuarienſi [illegible], A. D. 1222. anno regni regis Henrici, filii regis Johannis VII. tempore Honorii papae III. [illegible] beth n. 17. cum MS. Elienſi, n. 235. et cum MS. Hatton. 24. in Bibl. Bodleiana. Primum codicem litera A. [illegible] litera B. et tertium litera C. deſignamus.

[a] *Ex* [illegible] B. C. [b] *omnipotentis* B. C. [c] *et* deeſt B. [d] *Mariae* C. [e] [illegible] A. [f] [illegible] *contend.* [illegible] B. [g] *vel* B. pro *et.* [h] *injuſte* B. [i] *vel* C. pro *et.* [k] [illegible] B. [l] *etiam* B. [m] *et prudenter* deſunt B. [n] [illegible] A. B. [o] *ſcienter* deeſt C. [p] *qui* addit B. [q] *ubi—vel* deſunt B. [r] [illegible] A. [s] *etiam* B. [t] [illegible] C. [u] *proponunt* B. [x] His addit C. *Item qui per advocatos* [illegible] *trahunt, ſtatuimus ut* [illegible] *prolata* [illegible] *advocatus qui contra* [illegible] *fuerit,* [illegible] *ex* [illegible] *niſi* [illegible] *in ſua ſententia propter* [illegible] *errorem vel probabilem ignorantiam* [illegible] [y] [illegible] deeſt C. [z] *excommunicamus* A. C. [a] *contra jus patronatus* A. [b] *ſic* addit C. [illegible] C. [c] [illegible] B. [d] [illegible] addit A. [e] *In praeſentatione* B. [f] *defraudetur* C. [g] *Item* [illegible] *etiam* C. [h] [illegible] deeſt B. [i] [illegible] [k] [illegible] addit B. [l] deeſt C. [m] *praecepta* C. [n] *qui* addit C. [o] *contemnunt* C. [p] A. B. C. [illegible] addit B. *et de poenitentiis injungendis.* [q] *clericos* deeſt C. [r] [illegible] [s] [illegible] A. C. [t] *et* deeſt A. [u] *magis* deeſt A. B. [x] *De* [illegible] omittit C. *coram — anno*; reliqua habet. [y] [illegible] addit B. [z] [illegible] C. [a] [illegible] C. [b] [illegible] faciant A. B. *Ne aliquid pro inſtitutione exigatur*: [illegible] addit B. [illegible] deeſt C. [c] [illegible] *aliquam vacare contigerit* addit C. [e] *vel* A. [f] *collatos* C. [g] [illegible] A. [illegible] C. [i] A. B. C. [illegible]: *De inſtitutionibus non differendis, et quod inſtitutus habeat omnes fructus a tempore* [illegible] [k] *aut* C.

praeſentetur, epiſcopus praeſentatum ipſum[l] dum tamen idoneus ſit, nequaquam admittere differat ultra duos menſes; alioquin, quicquid ex eadem eccleſia poſt factam praeſentationem fuerit forte perceptum, illi, cum[m] inſtitutus fuerit, reſtituatur, quatenus fructus illi ad epiſcopum pervenerint. Idem[n] in archidiaconis[o] obſervetur, ſi per eos ſteterit, quominus canonice[p] praeſentatus infra praedictum[q] tempus fuerit[r] admiſſus, niſi cauſam rationabilem[s] coram ſuo ſuperiore duxerit[t] aſſignandam, cum ſuper hoc fuerit[u] requiſitus ab eo, quare videlicet eum non admiſerit[x] infra tempus in hoc concilio diffinitum.

IV. *De contentione inter patronos.*[y]

Hoc etiam non immerito duximus adjungendum, ut ſi duo ad unam et[z] eandem eccleſiam fuerint praeſentati, neutri illorum[a], pendente lite, cuſtodia committatur; ſi autem ad epiſcopum jus conferendi talem eccleſiam, auctoritate concilii, devolvatur, cum[b] contentio ſit inter duos patronos, quorum uterque clericum ſuum praeſentaverit, cum ex collatione epiſcopi nulli patronorum, qui poſtea evicerit[c] jus patronatus, praejudicium debeat generari; ſtatuimus, ut epiſcopus neutri eorum, qui praeſentati fuerint, illam[d] eccleſiam conferat illa vice, niſi de utriuſque patroni conſenſu, ne ſaltem aliquale praejudicium alteri[e] patronorum videatur generari, et[f] ſi poſtmodum jus evicerit patronatus.

V. *De officio divino et baptiſmo.*[g]

Ad excitandos affectus laborantium in vinea Domini Sabaoth, ut[h] verae retributionis recipere mereamur mercedem Domini poſt laborem, decernimus, ne[i] opus Dei ab aliquibus fiat negligenter, praeſertim[k] cum in generali concilio [diſtrictius[l]] ſit praeceptum, ut divinum officium nocturnum pariter et diurnum, ſecundum quod Deus dederit, ſtudioſe celebretur et devote; univerſa quoque ſacramenta eccleſiaſtica[m], et praecipue baptiſmatis et altaris devotiſſime, prout Deus inſpiraverit, celebrentur.

VI. *De conſecratione corporis Chriſti.*

[n]Verba vero canonis, [praeſertim[o]] in conſecratione corporis Chriſti[p] plene et integre proferantur. Preſbyter autem[q] poſtquam dominicum corpus et ſanguinem ſumpſerit in altari, ſi in eodem die miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat, iterato vinum calici infuſum, vel digitis ſuperfuſum ſumere non praeſumat.

VII. *Ne quis celebret bis in die.*[r]

Adhaec duximus ſtatuendum, diſtrictius inhibentes, ne ſacerdos quiſpiam miſſarum ſolennia celebret bis in die; excepto die Nativitatis et Reſurrectionis dominicae, vel in obſequiis defunctorum[s]; viz. cum corpus alicujus [in eccleſia[t]] eodem die fuerit tumulandum; et [tunc[u]] prior miſſa de die[x], poſterior vero[y] pro defuncto celebretur.

VIII. *Ne clerici ſint negotiatores.*[z]

[a] Caeterum praeſenti decreto ſtatuimus, ne clerici beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, ad villarum procurationes admittantur; viz. ut[b] non ſint ſeneſcalli aut ballivi talium adminiſtrationum, occaſione quarum laicis in reddendis[c] ratiociniis obligentur; nec juriſdictiones exerceant ſeculares, praeſertim[d] illas, quibus judicium ſanguinis eſt annexum. Et his duximus adjungendum[e], ne judicium ſanguinis in locis ſacris[f] tractetur; [g] in eccleſia ſcilicet[h] vel in[i] coemeterio.

IX. *Ne Clericus ſcribat literas in poena ſanguinis.*

Auctoritate quoque generalis concilii diſtrictius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, literas pro poena ſanguinis infligenda ſcribere vel dictare praeſumat, vel ubi judicium ſanguinis tractetur, aut exerceatur, interſit. Noverint enim hujuſmodi ſe eccleſiaſtica protectione indignos, cum per eos in eccleſia Dei[k] per talia praeſumpta[l] ſcandalum generetur.

X. *De informatione preſbyterorum parochialium facienda.*[m]

Preſbyterorum parochialium animos ad ea, quae magis noſtris temporibus expediunt, exercenda ſtudioſius excitare volentes, eis praeſentis concilii diffinitione diſtrictius duximus injungendum, ut plebes ſibi commiſſas pabulo verbi Dei, ſecundum quod fuerit eis inſpiratum, informare procurent, ne canes muti merito judicentur, cum ſalubri latratu a caulis dominicis luporum ſpiritualium morſus non repellant[n]. Illud etiam [evangelicum[o]] memoriter recolentes, quod in noviſſimo examine viſitatores infirmorum regno remunerabuntur aeterno; [p] praecipimus, ut quoties fuerint accerſiti, celeriter accedant et hilariter ad aegrotos.

[l] *ſuum* C. *dummodo* B. [m] *qui* B pro *cum.* [n] *et hoc idem* C. *et idem* A. [o] *archidiacono* A. *archiepiſcopis* C. [p] *canonice* deeſt C. [q] *dictum terminum* B. [r] *ſit* A. pro *fuerit.* [s] *probabilem* C. [t] *duxerint* B. [u] *fuerint requiſiti* B. [x] *admiſit* C. [y] A. *Ne eccleſia tempore litis alteri litigantium conferatur.* B. *Ne praelatus conferat alicui beneficium lite pendente, niſi ex conſenſu patroni.* C. *Ne eccleſia alteri litigantium conferatur.* [z] *vel* pro *et* C. [a] *eorum* A. [b] *dum* C. [c] *evicit* C. omittendo *jus.* [d] *illam* deeſt A. B. [e] *alicui* B. [f] *et* deeſt A. C. poſt *ſi* addunt A. C. *forte.* [g] *Quod divinum officium devote non negligenter celebretur* A. *Quod divinum officium devote celebretur, et ne opus Domini negligenter fiat* B. *Quod divinum officium devote celebretur* C. [h] *beatae* pro *verae* A. *verum — mereantur denarium poſt* C. *recipere valeant denarium poſt* B. [i] *officium* C. [k] *vero* addit A. [l] deeſt C. [m] *eccleſiarum* C. [n] *Ut* C. omittendo *vero.* [o] deeſt B. [p] *et ſanguinis* addit B. [q] *vero* C. [r] *Quot diebus poſſit preſbyter miſſam bis celebrare* A. B. pro *quot quibus* habet omittens *miſſam.* [s] *mortuorum* A. [t] deeſt A. pro *eccleſia* C. *eadem.* [u] deeſt C. [x] *et* addunt A. C. [y] *vero pro* deeſt A. ſubſtituens *de.* [z] A. B. ita legunt: *Ne clerici ſint ballivi ſaeculares, et ne ſaecularia placita in locis ſacris tractentur.* C. ita: *Ne clerici — ne judicium ſaeculare — tractetur.* [a] *Item* A. pro *Caeterum.* [b] *ut viz. ſint* A. *viz. ne ſint* C. [c] *reddendo ratiocinio* C. [d] *illas ſc.* A. [e] *addendum* A. [f] deeſt *in locis ſacris* C. [g] *nec in* A. [h] *ſcilicet* deeſt A. C. [i] *in* deeſt C. [k] *Dei* deeſt A. B. [l] *ſcripta* C. [m] A. *Quod preſbyteri paroch. verbum Dei ſuis praedicent parochianis.* B. *Quod preſbyteri paroch. praedicent.* C. *Quod preſbyteri parochiales ſuis parochianis et alii praelat. praedicent.* [n] *expellunt* A. B. addendo novum titulum: *De viſitatione infirmorum.* [o] deeſt A. [p] *ſtatuimus quoties* A. B.

XI. *De vaſis et ornamentis eccleſiae.*

Ad exemplum etiam Salomonis, qui omnia vaſa domus Domini [r] ex auro puriſſimo fabricata divino cultui mancipavit; ſtatuimus, ut quaelibet eccleſia calicem habeat argenteum cum vaſis aliis decentibus, ſindonem mundam et candidam, et [s] amplitudinis congruentis [t]. Vetera [u] vero corporalia, quae non fuerint idonea in altaribus, quando conſecrantur, [x] loco reliquiarum reponantur, vel in [y] praeſentia archidiaconi comburantur: provideant etiam archidiaconi, ut linteamina, et alia ornamenta [altaris [z]] ſint, ſicut decet, honeſta: libros [a] habeat eccleſia [b] idoneos ad pſallendum pariter et legendum, [et [c]] ad minus duplicia ſacerdotalia [d] veſtimenta, [e] ut honor debitus divinis officiis [in [f]] omnibus impendatur. Praecipimus [etiam [g]] ut qui altari miniſtrant, ſuperpelliciis induantur.

XII. *Ne beneficia renuncientur ſub pactis.* [h]

Ne lepra Gyezetica [i] quod abſit, per avaritiae cultum latenter erumpens [k], miniſtros eccleſiae [l] extra caſtra Regis aeterni collocet; diſtrictius inhibemus, ne quis eccleſiae ſuae renuncians a ſubſtituto ſibi [m] recipiat vicariam, cum vehementer poſſet praeſumi, quod talia fierent [n] per illicitam aliquam et turpem pactionem. Quod ſi ab aliquo praeſumptum [o] fuerit, ſtatuimus, ut et [p] ille vicaria et alter perſonatu privetur. Illud etiam abſurdum reputamus [omnino [q]] ut aliquo exiſtente perſona alicujus [r] eccleſiae, alii de conſenſu ipſius [s] perſonae aliquid conferatur in eadem eccleſia, nomine perſonatus, niſi perſona prior totam eccleſiam prius duxerit ſimpliciter reſignandam.

XIII. *Ne una eccleſia dividatur in plures.* [t]

Quia juxta canonicas ſanctiones inter carnale matrimonium et ſpirituale nonnulla interdum ſimilitudo notatur [u]; cum unam [x] ſponſam inter duos dividi naturae ratio minime [y] patiatur, [z] inhoneſtum eſt plurimum [a], quod eccleſia Dei, quae unius una [b] debet eſſe, ancillatur [c] multotiens amplexibus plurimorum. [d] Unde hoc ſacro approbante concilio, diſtrictius inhibemus, [ne [e]] de novo eccleſia aliqua pluribus rectoribus, quorum uterque ſit perſona, committatur regenda. In eccleſiis [f] autem ubi nunc plures perſonae exiſtunt; ſtatuimus, ut ſingulis decedentibus, accreſcat viventibus portio decedentis, donec ad unum ſolum illius eccleſiae perveniat perſonatus. Nec [g] de caetero plures vicarii in eadem eccleſia conſtituantur; illis eccleſiis ab [h] hoc [i] ſtatuto duntaxat exceptis, quae ab antiquo diviſae fuerunt.

XIV. *Quibus perſonis conferri debent vicariae.* [k]

Cum hoſtis antiquus ſicut leo [l] rugiens ſitiat praedam animarum, ſolicite [m] eſt cavendum, ne talibus cura dominici gregis committatur, qui aut negligant aut ignorent cuſtodiae ſibi commiſſae, ut deceret [n], intendere [o] vigilanter; ſtatuimus igitur [p] ut nullus epiſcoporum ad vicariam quemquam admittat, niſi velit in eccleſia, in qua ei vicaria conceditur, perſonaliter miniſtrare, ac talis exiſtat, qui infra breve tempus [q] valeat in preſbyterum ordinari. Quodſi [r] admiſſus forte fuerit quis et noluerit in preſbyterum ordinari, vicariae beneficio ſpolietur.

XV. *De minoribus beneficiis tantum reſidentibus conferendis.*

Adhaec quia inhoneſtum nimis eſt, ut eccleſiae propter minores reditus paſtoribus maneant deſolatae, praeſenti decreto ſtatuimus, ut eccleſiae, quae in reditibus ultra quinque marcas non habent, non niſi talibus perſonis conferantur, qui reſideant in eiſdem, et in propria perſona miniſtrent [s] in eiſdem. Quodſi forte tales admiſſi [t] noluerint reſidere, aut etiam miniſtrare, cum non niſi laborantibus panis ſit dominicus largiendus, eccleſiis ipſis, praemiſſa monitione debita, per dioeceſanum epiſcopum [u] ſpolientur.

XVI. *D*[illegible]

Quoniam autem multoties ſicut [y] temporalium rerum [z] luxuria quoſdam in non modicum ſcandalum [a] populi ab officio ſibi commiſſo ſegregat et abducit; ſic et earundem [b] rerum inopia in vituperium ordinis noſtri quoſdam compellit [c] infeliciter mendicare; providendum nobis eſt, ut in utroque caſu, habita [d] moderationis temperie [e], eccleſiarum regimini conſulatur: ſtatuimus igitur [f], ut perpetuo vicario ad minus [g] quinque marcarum [h] reditus aſſignetur [i], qui ſcilicet pro quinque marcis dari poſſit ad firmam, niſi forte in illis partibus Walliae ſit, in quibus [k] propter eccleſiarum tenuitatem, minori ſtipendio vicarii ſunt contenti: provideatque [l] dioeceſanus epiſcopus [m], penſata eccleſiae facultate, utrum vicarius onera eccleſiae ſubire

[q] A. *Quod omnia vaſa et veſtimenta eccleſiae ſint honeſta.* B. *Quod omnia* [illegible] [r] [illegible] pro *Domini* C. [s] *et* deeſt C. [illegible] A. B. [z] deeſt A. [a] *etiam* addit A. B. [b] *quaelibet* A. B. [illegible] deeſt C. [illegible] C. [e] *et ut* A. C. [f] deeſt C. [g] deeſt A. B. [h] A. B. *Ne quis eccleſiam* [illegible] C. *Ne aliquis* — [i] B. *conſecratae.* C. *Symoniae* pro *Gyezetica.* A. *Gyezetica* [illegible] [l] *corrumpat et extra* — [illegible] C. [n] *ſiant* B. [o] *attentatum* [illegible] B. [illegible] C. [r] *unius* A. B. pro *alicujus eccleſiae.* [s] *eccleſiae* C. [t] *eccleſiae* addit A. [illegible] C. [illegible] pro [illegible] C. [z] *et* addit B. [a] *plurimum* C. [b] *ſponſa* C. pro *una* [illegible] A. [illegible] in C. *hoc* deeſt in B. [e] deeſt B. et A. [f] *vero* A. *parochialibus* B. [g] *Et* [illegible] B. [illegible]
[k] *De reſidentia vicariorum* B. C. [l] *leo rapiens et rugiens, quaerens quem devoret et ſitiens* A. B. [m] *ſollicitius* A. B. [n] deeſt A. B. [o] *ſit* inſerit C. [p] *etiam* C. [q] *tale* [illegible] A. B. [illegible]
[s] [illegible] A. B. B. et C. omittunt *in eiſdem.* [t] C. ita legit [illegible]
[u] A. [illegible] *epiſcopum.* [x] B. ita. *Quod v. marcae ad minus perpetuo vicario aſſignentur.* C. [illegible] tamen *ad minus.* [y] *copia* C. pro *ſicut.* [z] *rerum* deeſt C. *et* pro *luxuria* A. B. habent *affluentia.* [a] *propter ſcandalum* A. B. [b] *earum* C. [c] *contingit* pro *compellit* A. B. [d] *adhibita* A. B. [e] *temperantia* A. B. *tempore* C. [f] *igitur* deeſt C. [g] *ad minus* deeſt C. [h] *marcae* C. [i] *aſſignentur* C. et *quod* A. B. pro [illegible] C. [l] *provideat quoque* A. B. [m] *epiſcopus* deeſt C.

debeat;

debeat, an [n] perſona, an ab [o] ea ſimul debeant utrique conferre; proviſo tamen quod archidiaconus loci, ſive ab [p] utroque ſive ab altero [q] illorum debeat procurari; una tamen [r] procuratione ſit contentus.

XVII. *Quod in magnis eccleſiis ſint plures preſbyteri.* [s]

Ad inſtar [t] patris evangelici plures operarios in vineam ſuam mittentis, ut quod unus non valeret explere, ſolicitudo proficeret [u] plurimorum, praeſentialiter [x] diffinimus, ut in ſingulis parochialibus eccleſiis, quarum parochia eſt [y] diffuſa, duo ſint vel tres preſbyteri, penſatis pariter magnitudine parochiae et eccleſiae facultate, ne forte (quod abſit) aegrotante uno preſbytero, vel alias [z] debilitato, parochianis infirmantibus [a], aut divinis volentibus officiis intereſſe, officia debita [b] ſubtrahantur, vel negentur eccleſiaſtica ſacramenta.

XVIII. *De forma juramenti praeſentati ad decimas vel vicariam.* [c]

Praeſenti quoque ſtatuto diffinimus, ut epiſcopus ab eo, qui ſibi praeſentatus fuerit, recipiat juramentum, quod propter praeſentationem illam [d] nec promiſerit [e] nec dederit aliquid praeſentanti, nec aliquam ob [f] hoc inierit pactionem. Si tamen ei propter [g] hoc merito videatur ſuſpectus, non admittatur; cum talia manifeſte canonicis obvient inſtitutis.

XIX. *De confeſſoribus.* [h]

Quoniam nonnunquam ob defectum confeſſorum, vel quia decani rurales vel perſonae erubeſcunt forte [i] ſuo confiteri praelato, certum imminet periculum animarum; volentes huic morbo mederi, ſtatuimus, ut certi confeſſores prudentes et [k] diſcreti ab epiſcopo loci per archidiaconatus ſingulos ſtatuantur [l], qui confeſſiones audiant decanorum ruralium, et preſbyterorum, et [m] perſonarum. In cathedralibus autem eccleſiis, ubi ſunt canonici ſeculares, confiteantur ipſi canonici [n] epiſcopo vel decano, vel certis perſonis ad hoc [o] per epiſcopum, decanum [p], et capitulum conſtitutis.

XX. *Quibus cauſae matrimoniales committi debeant.* [q]

Quoniam in cauſis matrimonialibus magna [r] eſt diſcuſſio [s] neceſſaria, unde [t] periculoſum eſt eas [u] a ſimplicibus tractari; ſtatuimus, ut decani rurales nullam cauſam matrimonialem de caetero audire praeſumant, ſed [x] et earum examinatio non niſi viris diſcretis committatur, quibus [y] aſſidentibus, ſi commode fieri poſſit, poſtmodum ſententia pronuncietur.

XXI. *Ut latrones non receptentur.* [z]

Prohibemus etiam [a] ſub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum in ſervitio ſuo retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare [b] permittat.

XXII. *De archidiaconis viſitantibus, et ne gravent ſubditos.* [c]

Ut ſingula eccleſiaſtica officia in eccleſia Dei [d] rite procedant ſecundum canonicas ſanctiones; ſtatuimus, ne archidiaconi graves nimium eccleſiis ſibi ſubjectis exiſtant, diſtrictius inhibentes [e], ne [f] ſtatutum in concilio generali numerum evectionis excedant, cum viſitationis nomine ſibi debitam recipiant procurationem, nec ad talem procurationem venientes extraneos, ut ſecum veniant, invitare praeſumant. Si tamen pro honore archidiaconi [g] rectores velint [h] aliquos invitare, hoc nullatenus prohibemus. Sed [i] ipſi archidiaconi nullum [k] invitent, ne forte qui [l] per ſuum adventum eccleſias non gravatas [m] gravarent, gravent ſaltem per invitatos: unde, ut [n] ſubtrahatur eis [o] neceſſitas invitandi, prohibemus, ne archidiaconi die viſitationis ſuae apud eccleſiam, quam viſitant, capitulum celebrent, niſi forte in burgo vel civitate [p] ſit illa eccleſia conſtituta. Adhaec [q] archidiaconis diſtrictius inhibemus, ne aliquo [r] modo procurationem recipiant, ſine cauſa rationabili, niſi illa [s] die, qua perſonaliter viſitant eccleſias, nec procurationem nec redemptionem pro viſitatione extorquere praeſumant.

XXIII. *De ſpiritualibus ad firmam non tradendis.* [t]

Ut omnis cupiditatis et avaritiae cruciatus [u] expellatur ab eccleſia [x] et Dei miniſtris, praeſentia praeteritis duximus [y] annectenda; ſtatuentes, ut archidiaconatus, [z] decanatus, vel [a] aliud [b] officium, quod in ſpiritualibus mere [c] conſiſtit, nulli detur ad firmam: ſi vero certus reditus huic officio ſit annexus, ille de ſupe-

[n] *vel* pro *an* A. B. *aut* C. [o] *ad ea debent uterque aliquid conferre* A. B. [p] *ſive ab illis ſive ab altero* A. B. *ſive ab illis ſive ab altero earundem una cum procuratione ſit contentus* C. [q] *eorum* A. [r] *tantum* B. pro *tamen.* [s] *Ut plures ſacerdotes in una parochia ſecundum ſuam magnitudinem conſtituantur* A. B. C. [t] *patriſfamilias* C. [u] *perficeret* A. *perficiat* C. [x] *ſententialiter* C. [y] *ſit* A. B. pro *eſt.* [z] *aliter* A. [a] *infirmitatibus* A. [b] *divina officia* C. [c] *Ne fiat ſymonia in praeſentatione* A. *De juramento reddendo a praeſentatis propter ſimoniacam pravitatem* B. *De juramento a praeſentato epiſcopo praeſtando* C. [d] *iſtam* A. B. *ſuam* C. [e] *non promiſit nec dedit* C. *neque dederit* A. B. [f] *propter hoc* B. [g] *ſuper* B. C. pro *propter.* [h] *Ut confeſſores archidiaconatus ab epiſcopo loci ſint conſtituti* A. *Ut confeſſores per ſingulos archidiaconatus ab epiſcopo loci conſtituantur* B. *De confeſſoribus et ſingulis archidiaconis conſtituendis ex officio, etc.* C. [i] *forte* deeſt C. [k] *et* deeſt C. [l] *conſtituantur* A. B. [m] *ac* pro *et* A. B. [n] *canonici* deeſt C. [o] *ad hoc* deeſt C. [p] *vel decanum vel capitulum* A. B. [q] *Qui debent cauſas matrimoniales audire* A. B. eodem modo et C. *debeant* tamen pro *debent.* [r] *maxima* C. [s] *diſcretio* A. B. pro *diſcuſſio.* [t] *periculum* C. [u] *cauſas* pro *eas* A. [x] *ſed* deeſt C. [y] *aſſiſtentibus et aſſidentibus* A. B. [z] *Ne quis retineat latrones in ſervitio ſuo ſcienter* A. B. *Ne quis recipiat latrones* C. [a] *etiam* deeſt C. [b] *inhabitare* A. [c] *Ne archidiaconi ſuos gravent ſubditos in viſitationibus ſuis* A. B. Eodem modo et C. finiendo tamen *viſitatione.* [d] *jure riteque* A. B. [e] *inhibemus* B. [f] *ne ultra* A. B. [g] *eccleſiarum rectores* B. C. [h] *voluerint* C. [i] *Quod* C. pro *Sed.* [k] *nullos* B. *admittant* C. pro *invitent.* [l] *qui* deeſt A. B. [m] *eccleſias non gravent, gravarent ſaltem* A. B. *eccleſias non gravaverant, gravent ſaltem* C. [n] *ut* deeſt C. [o] *eis* deeſt C. [p] *civitate illa, in qua eccleſia ſit conſtituta* C. [q] *Adhoc* A. B. [r] *quoquo modo* A. B. [s] *niſi de illis, quorum perſonaliter* A. B. [t] *Quod nulla dignitas tradatur ad firmam* C. [u] pro *cruciatus* A. et B. *occaſio.* C. *cultus.* [x] *ab eccleſiae Dei miniſtris* A. B. *eccleſia Dei et ejus miniſtris* C. [y] *duximus* deeſt B. [z] *vel inſerit* A. B. [a] *ſeu* A. B. [b] *beneficium vel officium* A. B. [c] *ineſt* A. B. pro *mere conſiſtit.*

rioris

rioris licentia dari poterit ad firmam, ſicut [d] inferius de aliis beneficiis ſtatuimus. Si quis autem contra hoc [e] ſtatutum noſtrum venire praeſumpſerit archidiaconus vel decanus, ſi ſuper hoc [f] fuerit canonice convictus, per epiſcopum ſuum a tali officio ſuſpendatur per annum, et alius interim conſtituatur, qui diſcrete vices gerat illius. [g]

XXIV. *De viſitatione eccleſiarum et ornamentorum.* [h]

Ut autem [i] archidiaconi, ſecundum apoſtolum, non quae ſua ſunt quaerant, ſed quae Jeſu Chriſti; in ſua viſitatione provideant, quod [k] canon miſſae emendetur, et quod ſacerdotes rite [l] proferre noverint, ſaltem verba canonis et baptiſmatis, et quod in hac parte ſanum [m] habeant intellectum [n]: doceant etiam [o] laicos in qua forma baptizare debeant in caſu neceſſitatis, ut ſaltem hoc ſciant facere in aliquo idiomate [p]. Provideant quoque [q] diligenter archidiaconi, quod juxta formam generalis concilii euchariſtia, chriſma, et oleum ſanctum [r] ſalvo ſub clavibus recondantur, fideli cuſtodiae deputanda. Habeant etiam archidiaconi in ſcriptis redacta omnia ornamenta et utenſilia eccleſiarum, veſtes quoque et libros [s] ſingulis annis ſuo conſpectui ea [t] faciant praeſentari; ut ſic videant quae fuerint adjecta per diligentiam perſonarum, vel quae tempore intermedio per [u] malitiam vel incuriam deperierint. Item provideant de poſſeſſionibus eccleſiarum, ut ita ſingulis annis poſſint proſpicere, ne eccleſia ſuo jure defraudetur [x]. Praeterea archidiaconis, decanis, et eorum officialibus diſtrictius inhibemus, ne in ſubjectos [y] ſuos exactiones [z], vel tallias per ſe vel ſuos exercere praeſumant.

XXV. *De ſententiis ſuſpenſionis, excommunicationis, et interdicti.* [a]

Adhaec eccleſiaſtici ordinis utilitate penſata pariter et honore, decrevimus, ne archidiaconi vel eorum officiales ſententias excommunicationis, [b] ſuſpenſionis, vel interdicti [c] in aliquem audeant [d] promulgare, ubi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi ammonitione [e] canonica praecedente. Si quis autem [f] contra praemiſſa excommunicationis ſententiam tulerit in quemcunque, poenae ſubjaceat per Lateranenſe [g] concilium in tales [h] promulgatae, per [i] ſuſpenſionem vel interdictum ſuperioris arbitrio puniantur [k], quod etiam praelati ſuperiores obſervent.

XXVI. *Ne de caetero denegentur eccleſiaſtica ſacramenta.* [l]

Firmiter etiam [m] inhibemus, ne alicui [n] pro aliqua pecunia eccleſiaſtica denegetur ſepultura, vel baptiſmus, vel aliud eccleſiaſticum ſacramentum, vel etiam [o] matrimonium contrahendum impediatur, quoniam ſi quid pia fidelium devotione conſueverit erogari, ſuper hoc [p] nolumus per ordinarium loci eccleſiis juſtitiam exhiberi, ſicut in generali concilio expreſſius et diſtrictius [q] eſt ſtatutum: abſonum etiam [r] judicamus [s] eſſe, quod pro chriſmate, vel oleo de caetero aliquid exigatur, cum hoc [t] toties prohibitum reperiatur. [u]

XXVII. *Ne quis pacem impediat inter partes.* [x]

Caeterum autem [y] diſtrictius duximus inhibendum, ne archidiaconi [z] vel decani bonum pacis impedire praeſumant, ſi [a] quando diſcordantes ſe [b] ſibi adinvicem voluerint [c] concordare; ſed [d] licentia petita, liceat partibus a lite per compoſitionem recedere [e] quandocunque voluerint, ſi [f] tamen cauſa compoſitionem admittat; nec propter hoc [g] poenam aliquam eis infligant, niſi eis conſtiterit de injuſtitia [h] actoris vel rei; ſed nec aliquem ad ſuggeſtionem praeconum ſuorum ad purgationem compellant, niſi apud bonos et graves fuerit infamatus, nec in ſua [i] cauſa praeſumant eſſe pariter judices et actores, viz. cum in dubium venerit, utrum quod ab eis exigitur, debeatur.

XXVIII. *De vita et honeſtate clericorum.* [k]

Ut clericalis ordinis honor debitus obſervetur [l], concilii praeſentis auctoritate decrevimus, ut tam archidiaconi, quam decani, et omnes alii in perſonatibus et [m] dignitatibus conſtituti, item [n] omnes decani rurales, et preſbyteri decenter incedant in habitu clericali, et cappis clauſis utantur. Idem quoque [o] obſervent officiales epiſcoporum, et archidiaconi [p], dum fuerint in conſiſtorio, et [q] nec ipſi, nec alii clerici comam nutriant, ſed [r] honeſte tonſi et coronati convenienter incedant, niſi forte juſta cauſa timoris exegerit [s] habitum transformari. A crapula quoque et ebrietate, et

[illegible]

aliis, quae honeſtatem eorum deformant, omnes omnino[t] clerici abſtineant vigilanter[u]. Ad quae omnia ſtudioſius[x] obſervanda ſecundum formam concilii generalis a ſuis ſuperioribus [diſtrictius[y]] compellantur. [z] Addentes, ne clerici [a] beneficiati vel in ſacris ordinibus conſtituti, in hoſpitiis ſuis[b] publice concubinas tenere praeſumant, nec[c] alibi, cum ſcandalo [d] publicum acceſſum habeant[e] ad eaſdem. Et ſi forte concubinae eorum, commonitione[f] publice propoſita, ab eiſdem[g] non receſſerint, ab eccleſia Dei[h], quam infamare praeſumunt, expellantur, nec admittantur[i] ad eccleſiaſtica ſacramenta. Et ſi nec[k] ſic duxerint abſtinendum, excommunicationis mucrone[l] percellantur, et tunc demum invocetur contra os brachium ſeculare. Ipſos etiam[m] clericos per ſubtractionem officii et beneficii, canonica admonitione praemiſſa, volumus[n] coerceri. Item licet legitima teſtamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obſervari; nolumus tamen [o] quod aliquid concubinis ſuis in teſtamento relinquant[p]; quod ſi de caetero factum fuerit, totum illud, epiſcopi[q] arbitrio, convertatur in uſus[r] eccleſiae, quam rexit defunctus.

XXIX. *De alienatione poſſeſſionum eccleſiaſticarum.*[s]

Eccleſiarum autem indemnitatibus conſulere cupientes, praeſentis concilii auctoritate duximus ſtatuendum, ut nullus abbas, nullus[t] prior, nullus [omnino[u]] decanus, vel archidiaconus, vel[x] alium habens perſonatum vel dignitatem, ſed nec clericus inferior poſſeſſiones[y] vel reditus dignitatis, vel eccleſiae ſibi commiſſae, conſanguineis vel amicis ſuis, vel quibuſcunque[z] aliis vendere, [a]impignorare, [b] infeodare de novo vel quolibet[c] modo alienare praeſumat, niſi forma canonis obſervata. Si quis vero[d] contra hoc venire praeſumpſerit, quod in hac parte praeſumptum fuerit, viribus careat, et praeſumptor dignitate, perſonatu, vel eccleſia, quam ſic laeſit[e], per ſuum ſuperiorem ſpolietur; niſi quod alienaverit infra tempus breve[f] a ſuo ſuperiore ſibi praefixum, ſine damno eccleſiae ſuis ſumptibus duxerit revocandum. Is quoque, qui ſic eccleſiaſtica[g] bona de caetero receperit, et commonitus[h] ea praeſumpſerit retinere, excommunicationis ſententia percellatur, donec ea[i] reſtituerit, nullatenus abſolvendus. Idem etiam[k] praelati majores obſervent.

XXX. *Ne clerici fructus eccleſiaſticos in ſolo laicali reponant.*[l]

Quia plures ſunt (quod non ſine lachrymis dicimus et ſingultu) qui[m] omnipotentis indignationem et iram in die irae, ad damnationem ſibi perpetuam cumulantes, non ſolum filiis et nepotibus ſuis[n], verum etiam concubinis ſuis turpiter miniſtrant[o] patrimonium Jeſu Chriſti, ad quorum uſus, ut quaſi ſecurius res agatur, in feodo laico de bonis eccleſiae domos conſtruunt, in quibus eccleſiaſticos proventus, et bona eccleſiae pauperum uſibus deputata, congregare[p] praeſumunt[q]; ſalubri proviſione decernimus, ne clerici beneficiati fructus eccleſiaſticos in laico feodo reponant. Et ut melius abſtineant a praemiſſis, de caetero domos[r] aut poſſeſſiones laicas[s] ad opus concubinarum vel filiorum ſuorum emere non praeſumant, nec etiam ad opus eorum domus conſtruant in feodo laicali, nec[t] etiam pecuniam miniſtrent ad[u] hujuſmodi emenda ad opus illorum, ut ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis autem[x] ſuper hoc juſta[y] ratione habeatur ſuſpectus, niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgaverit, ipſius arbitrio puniatur.

XXXI. *Ut praelati rationem adminiſtrationis reddant.*[z]

Item, ut rectius omnia gerantur, ſi exterior adminiſtratio clauſtralium reſpondeat quieti, ſtatuimus, ut tam obedientiales rerum[a] monaſterii, quam praelati majores quater [b] vel bis ad minus[c] in anno coram fratribus a conventu[d] ad hoc deputatis, vel coram ſuperioribus juxta monaſterii conſuetudinem[e] reddant de receptis et expenſis omnibus rationem. Ad hoc tamen praelatos illos ex conſtitutione iſta nolumus[f] obligari, qui poſſeſſiones habent a monachis vel canonicis regularibus[g] ſeparatas.

XXXII. *De indumentis monialium.*[h]

Adhaec, quoniam ſexum muliebrem, contra verſutias[i] hoſtis antiqui minus fortem, multiplici remedio neceſſe eſt efficacius communiri, decernimus, ut moniales, et caeterae[k] mulieres divino cultui dedicatae, velum vel peplum ſericum[l] non habeant, nec in velo[m] acus argenteas vel aureas audeant deportare. Nec ipſe, vel[n] monachi ſeu[o] canonici regulares habeant[p] zonas ſericas, vel auri vel argenti ornatum habentes, vel[q] burneto vel alio panno irregulari de caetero utantur. Metiantur etiam juxta dimenſionem

[t] *omnes* pro *omnino* B. A. omittit *omnino*. [u] *diligenter* B. [x] *ſtudioſe* A. B. [y] deeſt C. [z] Hic addit C. titulum: *De concubinis clericorum; attendentes* — [a] *maxime* inſerit B. [b] *vel alibi* inſerunt A. B. addendo poſt *publice vel occulte*. [c] *etiam* inſerit C. [d] *ſcandalum* C. [e] *acceſſum publicum vel occultum habeant* A. B. [f] *monitione* B. [g] *ab eiſdem* deſunt B. C. et A. legunt *ab eis*. [h] *Dei* deeſt A. [i] *recipiantur* B. [k] *non* pro *nec ſic* C. [l] *vinculo* C. [m] *quoque* pro *etiam* A. B. *vero* C. [n] *volumus* deeſt C. [o] *tamen* deeſt C. [p] *legent* B. [q] *ſuperioris* pro *epiſcopi* C. [r] *uſum eccleſiae, in qua* B. [s] *Ne bona eccleſiaſtica alienentur injuſte* A. B. [t] *vel* pro *nullus* C. [u] deeſt A. [x] *ſeu alius* C. [y] *penſiones* B. [z] *aliquibus* C. [a] *vel* inſerit C. [b] *vel* inſerit B. [c] *quocunque* B. pro *quolibet*. *aliquo* C. [d] *vero* deeſt A. B. [e] *quam ſic laeſit* deſunt C. [f] *breve* deeſt C. A. [g] *eccleſiae* A. B. [h] *conventus* C. [i] *ea* deeſt C. [k] *quoque* pro *etiam* B. [l] *Ne eccleſiaſtica bona in laico feodo reponantur* A. pro *reponantur* B. *deponerentur*. [m] *Dei* inſerit B. [n] *ſuis* deeſt C. [o] *dant* C. [p] *aggregare* A. B. [q] *praeſumant* C. [r] *vel* pro *aut* A. [s] *a laicis* C. [t] *ſed nec* B. *ſed ut* C. [u] *in* pro *ad* A. [x] *autem* deeſt C. [y] *ex juſta cauſa* C. [z] *Quod ſinguli obedientiarii reddant ratiocinia bis vel quater in anno* A. ita et B. omittendo *ſinguli*. Ab hoc capite ad finem capitis xl. Codex Hatton. multa tranſponit. [a] *rerum* deeſt B. [b] *aut* pro *vel* C. [c] *ad minus* deſunt A. [d] *canone* C. [e] *redditus* pro *conſuetudinem* C. [f] *volumus* B. C. [g] *regularibus* deeſt C. [h] *De habitu monialium* C. *De converſatione monialium et aliorum religioſorum*. B. *De honeſtate et converſatione monialium et virorum religioſorum* A. [i] *verſutiam* A. B. [k] *aliae* pro *caeterae* C. [l] *ſericatum* A. B. [m] *nec in peplo* addit C. [n] *nec* pro *vel* A. B. [o] *nec* pro *ſeu* A. B. C. [p] *habeant* deeſt B. [q] *nec* pro *vel* A. B.

corporis

corporis[r] veſtem ſuam, ita quod longitudinem corporis[s] non excedat, ſed pede, ſicut decet, ſubducto[t] ſufficiat eis[u] indui veſte talari; et ſola monialis conſecrata deferat annulum, et uno ſolo ſit contenta. Si quae autem contra hanc[x] noſtram prohibitionem venire praeſumpſerit, et commonita[y] ſe non correxerit, regulari ſubjaceat diſciplinae.

XXXIII. *Ut abbates annuatim capellanos ſuos mutent.*[z]

Ut autem ſecundum[a] canonicas ſanctiones abbatibus, a quibus minores vivendi[b] normam habent aſſumere, ſuper honeſta converſatione teſtium[c] copioſitas ſuffragetur; decernimus, ut ipſi capellanos ſuos vel aliquem[d] illorum ſingulis mutent[e] annis: qui autem habent[f] tantum unum, illum ſimiliter mutent[g], niſi cauſa neceſſaria ſubfuerit, quatenus ſi de vita ipſorum[h], quod abſit, contra eos[i] ſcandalum oriatur, tanto plures innocentiae ſuae habeant teſtes, quanto eorum[k] vita pluribus innoteſcit.

XXXIV. *Quod nulli praelati vendant corrodia.*[l]

Praeterea[m] volumus, ut praelati domorum religioſarum corrodia vel ſtipendia clericis vel laicis non vendant; aut[n] gratis concedant[o] inperpetuum, vel ad tempus, niſi urgens neceſſitas hoc[p] expoſcat et dioeceſani[q] accedat conſenſus.

XXXV. *Ut religioſi a converſis nil extorqueant*[r].

Praeterea ſtatuimus, praeſenti concilio approbante, ut nullus[s] de caetero pro receptione alicujus in religionis domum pecuniam vel quicquam[t] aliud[u] extorquere praeſumat; adeo ut ſi pro paupertate domus ingrediens[x] debeat veſtire ſeipſum, praetextu veſtimentorum ultra juſtum pretium eorum[y] ab eo nihil penitus recipiatur.

XXXVI. *De firmis.*[z]

Ut vere videamur[a] evangelicae legis ſectatores[b], cum non niſi in vinea laboranti retributionis ſit denarius porrigendus, nec niſi qui altari deſervit, vivere debeat de altari; ſtatuimus[c] ut eccleſiae certis[d] perſonis deputatae, nulli dentur ad firmam, niſi forte juſta cauſa ſubfuerit, et a ſuo epiſcopo approbata; et tunc de ejus conſenſu alicui honeſtae perſonae et ordinatae[e] dentur ad firmam, de qua[f] veriſimiliter praeſumi debeat, quod fructus eccleſiae in bonos uſus convertat.

XXXVII. *De pluribus beneficiis concedendis*[g].

Item, ut verſutis quorundam[h] calliditatibus obviemus, qui in fraudem conſtitutionis generalis concilii, novas quaſdam adinventiones[i] fingere moliuntur; ſtatuimus[k], ut non liceat alicui[l] aliquid in eccleſia aſſignare cuiquam, nomine beneficii, quaſi hoc liceat ei obtinere cum alio beneficio, cui cura annexa fuerit animarum.

XXXVIII. *De ſuſpenſione advocati, ſi ſtet contra matrimonium.*[m]

Quoniam per advocatos multoties legitima matrimonia malitioſe protrahuntur[n], ſtatuimus, ut ſententia lata pro matrimonio, advocatus, qui contra matrimonium illud ſtetit, hoc[o] ipſo per annum advocatione privatus exiſtat, niſi judex eum[p] in ipſa ſententia propter juſtum errorem vel probabilem ignorantiam expreſſe habeat excuſatum.

XXXIX. *De Judaeis et mancipiis eorum.*[q]

Quoniam abſurdum eſt, quod filii liberae ancillae filiis famulentur, et quoniam[r] ex cohabitatione Judaeorum cum Chriſtianis non modicum[s] ſolet in eccleſia Dei[t] ſcandalum plurimorum[u] ſuboriri; praecipimus, ut Judaei de caetero non habeant mancipia Chriſtiana; ad quod obſervandum tam ipſa mancipia per cenſuram eccleſiaſticam, quam ipſos Judaeos per [illegible] canonicam ſive[x] [illegible], a [illegible] excogitandam, volumus efficaciter induci: et quoniam ſupra[z] ſtatuta juris non habent a nobis foveri, utpote qui per multa enormia his diebus commiſſa probantur multipliciter nobis ingrati; prohibemus, ne de caetero[a] conſtruant ſynagogas, ſed[b] praecipimus, ut[c] ſuper decimis et oblationibus ad intereſſe teneantur eccleſiis, in quarum parochiis commorantur.

XL. *De impedimentis Judaeorum.*[d]

Quoniam in partibus iſtis[e], ſicut inter Chriſtianos et Judaeos confuſio inolevit, ut fere nulla differentia diſcernatur, propter quod nonnunquam contingit, quod Chriſtiani Judaeis mulieribus, vel e contra commiſcentur; praecipimus auctoritate praeſentis concilii generalis, ut omnes omnino Judaei, tam maſculi quam foeminae, in veſte ſuperiori ante pectus tabulas laneas alterius coloris, quam veſtis ſit[f], deferant maniſeſte, ita quod utraque tabula duorum digitorum menſuram habeat in latitudine, et quatuor in longitudine; et ad hoc faciendum per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Eccleſias etiam de caetero nullatenus intrare praeſumant. Et ne occaſionem habeant ingrediendi, inhibemus diſtricte, ne depoſita eorum in eccleſiis con-

[r] *corporum* pro *corporis* C. [s] *corporum* pro *corporis* C. [t] *ſubtracto ſeu ſubducto* A. B. [u] [illegible] C.
[x] *hanc* deeſt B. [y] *commonitione* C. [z] *De honeſtate et converſatione abbatum et* [illegible] A. B. [a] [illegible]
[illegible] C. [c] *teſtimonii competens* C. [d] *aliquos eorum* C. [e] [illegible] C. [f] [illegible] B. [g] [illegible] A. B.
[h] *eorum* B. [i] *contra eos* deſunt B. C. [k] *vita illorum* A. B. [l] *De* [illegible]
[m] *Propterea* C. [n] *nec* pro *aut* C. [o] *aut* inſerit C. [p] *illud* pro *hoc* B. [q] [illegible] C. [r] *N*[illegible]
[illegible] A. B. [s] *nullus* deeſt C. [t] *quicquid* B. [u] *non* inſerit C. [x] [illegible]
[illegible] A. B. *pretium eorum* C. [z] *Quod eccleſia non detur ad firmam, niſi de* [illegible] A. B. [a] *It*[illegible]
[b] [illegible] C. [c] *ſtatuimus* deeſt C. [d] *eccleſiaſticis* pro *certis* C. [e] [illegible] B. [illegible] C.
[g] *Quod nulli in eccleſia aliquid ratione beneficii aſſignetur* A. *aliquid in eccleſia* B. [h] *quibuſdam* C. [i] *fingere* C.
[k] *aſſeveramus* pro *ſtatuimus* C. [l] *aſſignare in eccleſia, cui fuerit cura* C. [m] *Quod* [illegible]
[illegible] A. *De* [illegible] *impedientibus* B. [n] *protrahantur* B. [o] [illegible] A. B.
A. B. [q] *Quod Chriſtiani non ſerviant Judaeis* A. B. [r] *quia* A. B. [s] *modica ſolent* A. [t] *Dei* deeſt A. B.
[u] *ſcandala plerumque* A. *plerumque* [illegible] B. [x] *vel* A. B. [y] *per dioeceſanos* A. B. [z] [illegible] B. [a] [illegible]
[b] *et* pro *ſed* A. B. [c] *ne* pro *ut* A. B. [d] *Quod Judaei tabulas deferant ante pectus* [illegible] [e] [illegible] A. B.
[f] *ſit* deeſt A. B.

[illegible]

ſerventur; et ſi contra praeſumptum fuerit, per epiſcopum loci[g] corrigatur.

XLI. *De converſatione regularium.*[h]

Quia vero nonnunquam ſerpens antiquus, qui jugiter ſedet in inſidiis ſanctis viris, quanto magis invenit[i] eos ſolitarios, et abſque conſolatione mutua[k] converſantes, tanto facilius interdum eos ſuis inſultibus obruit et confundit; provida deliberatione ſtatuimus, ut tam monachi, quam canonici regulares et moniales, in uno[l] dormitorio pariter[m] dormiant, et quieſcant[n], ſingulis perſonis ſingulis propriis[o] lectis aſſignatis. In uno etiam refectorio ſimul[p] edant, nec per ſe[q] uilibet, ſed communiter[r] omnibus victualia praeparentur. Nec ſingulis eorum pro veſtibus denarii tribuantur, ſed talia per certas perſonas ad hoc deputatas, puta[s] camerarios vel[t] camerarias[u], diligenter expediantur; qui prout[x] quilibet indiguerit, et facultates domus ſuſtinuerint, eis indumenta miniſtrent. Et cum nova eis tradantur[y], vetera ab eis recipiantur[z] indumenta, quae in uſus pauperum vel[a] alias neceſſitates de conſilio abbatis vel abbatiſſae, prioris vel prioriſſae convertantur.

XLII. *Contra poteſtatem dantis regularibus denarios, vel quicquam aliud pro veſtimentis.*

Camerario[b] etiam vel camerariae non liceat alicui monacho vel canonico vel moniali dare denarios[c] vel aliquid[d] aliud pro veſtimentis[e], ſed nec a monacho[f], canonico, vel moniali liceat aliquid recipere[g], alioquin camerarius ab officio[h] deponatur[i] et monachus,[k] canonicus, ſeu monialis anno illo novis[l] careat indumentis[m]. Monachi infra xviii. annum[n] non recipiantur, niſi evidens utilitas vel[o] neceſſitas aliud inducat[p].

XLIII. *Ne moniales ſervientes recipiant niſi neceſſarios*[q].

Inhibemus etiam[r], ne moniales infra ſepta domorum ſuarum[s] praeter neceſſarias ſervientes[t], nec ad cohabitandum mulieres recipiant ſeculares, niſi epiſcopi dioeceſani accedat conſenſus. Item tam[u] monachis quam[x] canonicis regularibus[y], et monialibus ſilentium praecipimus[z] obſervare[a] in locis et temporibus conſtitutis. Nec viris aut[b] mulieribus religioſis, abſque ſuperioris licentia, egredi liceat ſepta domus, nec ſine certa[c] et honeſta cauſa egrediendi licentia eis[d] concedatur; ita quod nulli clauſtrum cauſa recreationis[e] aut viſitandi parentes pateat aditus exeundi; niſi talis forte fuerit, de quo nihil ſiniſtri[f] poſſit[g] aut debeat[h] ſuſpicari, [i]quinetiam ſemper ſecum habeat collegam. Et quoties alicui licentia exeundi indulgetur, certus dies, in quo redeat, praefigatur eidem.

XLIV. *Quod monachi et moniales propter exceſſum debeant ad alia loca transferri.*

Hoc quoque volumus obſervari, quod[k] ubicunque propter exceſſum alicujus viderit epiſcopus, vel abbas, vel prior[l] conventualis expedire, quod quis[m] ad tempus alibi commoretur, ad aliam domum religionis ejuſdem in eodem epiſcopatu transferatur, vel ſi neceſſe fuerit, ad alium etiam epiſcopatum dirigatur, et per dioeceſanum compellatur admitti. Qui ibi in omnibus regulari ſubjaceat diſciplinae; ita ut ſi ex mora ipſius eccleſia, in qua moratur, videatur gravata,[n] viceverſa mittant aliquem de ſuis collegis, qui interim moram faciat in monaſterio[o] delinquentis, nec prius rediens ille, qui deliquit, in domo ſua recipiatur, quam plene[p] poenitentiae de commiſſo tempus compleverit, et tunc per ſuum ſuperiorem revocetur. Si autem monaſterium, in quo moratur delinquens[q], neminem viceverſa mittere voluerit ad monaſterium delinquentis, monaſterium, a quo venit, ei veſtes miniſtret[r].

XLV. *Quod religioſi debent in ſuis monaſteriis morari*[s].

Adhaec per nullam ſocietatem vel confoederationem admittatur monachus in alterius monaſterio, ad moram faciendam, niſi cum literis epiſcopi ſui, vel abbatis, vel prioris conventualis, proprium[t] non habentis abbatem. Idem inter canonicos regulares et moniales volumus obſervari. Provideant etiam epiſcopi, quod[u] moniales in omnibus neceſſariis competenter ſuſtentari[x] poſſint de[y] bonis monaſterii[z], nec ſuſtineant ultra numerum illum aliquam admitti, nec[a] recipiatur aliqua, quouſque reductae[b] fuerint ad numerum illum[c]; et hoc firmiter ſtatuimus auctoritate praeſentis[d] concilii. Si autem de caetero contra hanc formam aliquam contingat admitti, tam[e] abbatiſſa, quam[f] prioriſſa deponantur. Idem de magiſtris, et prioribus moniales cuſtodientibus, ſi contra hanc formam aliquam[g] admiſerunt, duximus ſtatuendum. Confiteantur[h] etiam moniales ſacerdotibus ab epiſcopo ſibi deputatis. Clerici etiam[i] aut laici frequentem non habeant acceſſum ad clauſtrum monialium ſine cauſa rationabili.

[g] *penitus* inſerit A. B. [h] *De indumentis, cibariis, et aliis neceſſariis in monaſteriis.* [i] *invenerit* A. B. [k] *mutua* deeſt A. B. [l] *in* deeſt A. *uno* deeſt B. [m] *pariter* deeſt B. [n] *requieſcant* B. [o] *propriis* deeſt B. C. [p] *ſimul* deeſt B. [q] *per ſe* deſunt B. *ſe edant nec cuilibet* A. [r] *conjunctim victualia* C. *cibaria praeparentur omnibus* A. B. [s] *puta* deeſt C. [t] *inter viros religioſos vel* A. B. *vel* deeſt C. [u] *inter mulieres religioſas* inſerit A. B. *diligentius* C. [x] *ut* pro *prout* A. B. [y] *tradunt* C. [z] *recipiant* A. B. [a] *in alias* C. [b] *Camerario — non* deſunt C. incipit: *Nec liceat.* [c] *denarium* C. [d] *quicquid* C. [e] *veſtimento, vel moniali* C. [f] *vel* inſerunt A. C. [g] *accipere* A. [h] *ſuo* inſerit A. B. [i] *removeatur* C. [k] *et* addit C. [l] *novis* deeſt B. [m] *veſtimentis* C. [n] *annos* C. [o] *et* C. [p] *Et idem in canonicis regularibus obſervetur* A. B. addunt. [q] *Ne moniales recipiant ſervientes ſeculares* B. [r] *etiam* deeſt C. [s] *ſuarum* deeſt C. [t] *ſervientes — ſeculares* deſunt C. [u] *a* addit A. B. [x] *a* addit A. B. [y] *fratribus* pro *regularibus* C. [z] *volumus* C. [a] *obſervari* A. B. [b] *nec* pro *aut* C. [c] *neceſſaria* pro *certa* C. [d] *eis* deeſt B. pro *concedatur* C. *detur.* [e] *ordinis vel* A. [f] *ſiniſtrum* A. B [g] *quis* inſerit C. [h] *merito* addit C. [i] *ſeu* pro *quinetiam* C. [k] *quod* deeſt B. [l] *prior* deeſt B. [m] *quis* deeſt B. [n] *vel* addit B. [o] *domo* pro *monaſterio* A. B. [p] *ſi plene ſe de commiſſo poenituerit* A. B. [q] *delinquens* deeſt B. [r] *adminiſtret* A. B. [s] *commorari* B. [t] *proprium* deeſt A. B. [u] *quot* A. B. [x] *ſuſtentationem* C. [y] *redditibus et bonis* B. [z] *haberi* addit C. [a] *etiam* addit C. *ſuſcipiatur* B. [b] *redactae* C. [c] *antiquam* pro *illum* A. B. [d] *generalis* A. B. [e] *nec* pro *tam* C. [f] *nec* pro *quam* C. [g] *aliquam* deeſt; ejus loco *moniales* B. [h] *Confiteantur — deputatis* omittit C. [i] *etiam* deeſt C. *vel* pro *aut* A. B.

XLVI. *Quod*

XLVI. *Quod nullus religioſus aliquod proprium habeat.*

Cum viris religioſis nullatenus liceat proprium aliquid poſſidere, qui ſe et ſua pariter in ipſo religionis ingreſſu Domino dedicaverunt, praeſentialiter[c] diffinimus[d], ut nulla religioſa[e] perſona, in ordine regulari conſtituta, condere teſtamentum praeſumat, cum nihil ſuum[f] habeat temporale, quod transferre[g] valeat in dominium alienum. Item, nec[h] monachus, nec canonicus regularis eccleſiam[i], manerium, vel[k] praedium quodlibet eccleſiae ſuae audeat retinere ad firmam. Diſtricte etiam inhibemus, ne alicui monacho vel canonico regulari, qui non ſit alias[l] obedientialis, cuſtodia manerii committatur; ita quod ex longa ipſius mora vel[m] converſatione ſcandalum oriatur, quod ſi praeſumptum fuerit, per ſuperiorem emendetur.

XLVII. *Quod religioſi viri aliquam eccleſiam non recipiant ad firmam.*

Item[n], viri religioſi[o] non recipiant eccleſiam ad firmam, in[p] qua ſibi aliquid[q] juris vendicant; ſaltem[r] poſt mortem perſonae; quod ſi fecerint, arbitrio ſuperioris[s] puniantur.

XLVIII. *Quod religioſi non ſint guloſi.*

Item, quoniam inter alia vitia impetus gulae viros religioſos praecipue ſolet non mediocriter infeſtare; decernimus, ut nec monachi nec canonici regulares, niſi ſtatutis horis et locis, potationi aut[t] comeſtioni vacare praeſumant. Si quis vero ſitiverit, impetrata licentia, refectorium regulariter introeat, et ſic neceſſitati ſuae ſubveniat, non ut conſulat voluptati. Ab hac generalitate infirmos excipimus, et eos, qui fuerint in obſequio praelatorum.

XLIX. *Quod monachi in maneria ad minus habeant ſecum duos ſocios.*

Ad haec ſtatuimus, ut cum ratione debilitatis vel alia juſtâ cauſa monachi ſeorſum in maneria morentur, ſemper habeant ſecum duos ad minus ſeniores, qui aliorum levitatem debita correctione compeſcant, et qui poſtmodum in capitulo teſtificentur, qualiter in maneria fuerint converſati. Idem etiam[u] volumus inter canonicos regulares et moniales obſervari.

L. *Ne monachi vel moniales per ſe comedant.*

Omnem etiam[x] ſingularitatem interdicimus in refectoriis, ut[y] cibus alter uni quam alteri praeparetur; ſed qui praeeſt, provideat, ut ſibi[z] interdum talia praeponantur[a], de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat relevari. Omnia autem victualia religioſis apponenda, ſine ſubtractione[b] aliqua eis apponantur tam in conventu quam alibi, ubi reficiuntur, et de omnibus appoſitis totum reſiduum[c] ſine diminutione aliqua cedat in eleemoſynam[d] per eleemoſynarium egentibus fideliter erogandum; ita quod nec abbas, nec prior, nec eleemoſynarius poſſit contra hoc[e] diſpenſare[f]. Et[g] quicunque ſtatutum iſtud vel illud de indumentis admittere vel obſervare noluerit, ſi ſacerdos fuerit, a celebratione divinorum, ſi minoris ordinis vel monialis, a communione dominici corporis, uſque ad plenam ſatisfactionem[h] ſuſpendatur. Item prohibemus, ne aliquae moniales ſingulariter in refectoriis[i] comedant carnes, in quibus non ſolent communiter[k] carnes[l] comedere. Ut autem omnia et[m] ſingula ſine bono concludantur, Lateranenſe concilium ſub ſanctae recordationis papa Innocentio[n] celebratum, in praeſtatione decimarum et aliis capitulis firmiter[o] praecipimus obſervari, et in ſynodis epiſcopalibus conſtitutiones illius concilii una cum iſtis, prout videbitur expedire, volumus recitari. Excommunicationes etiam in hoc concilio promulgatas ſingulis annis in ſynodis epiſcopalibus[p], et quater in anno in eccleſiis parochialibus ſolenniter iterentur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
HONORII III. 7.	STEPH. LANGTON 16.	1222	HENRICI III. 7.

Statuta legenda in concilio Oxonienſi edita per dom. Stephanum Langton, Cantuar. archiepiſcopum, anno Dom. MCCXXII. Ex MS. Hatton. in bibl. Bodl. Oxon. 24.

AUCTORITATE Dei Patris omnipotentis, et beatae virginis, et omnium ſanctorum, et praeſentis concilii, etc. — ad excitandos affectus laborantium in vinea Domini Sabaoth, ut verum retributionis videantur recipere denarium.

De baptiſmo.

Baptiſmus cum reverentia et honore magno celebretur, et cum magna cautela, maxime cum diſtinctione verborum, et prolatione, in quibus tota vis conſiſtit ſacramenti, et ſalus puerorum, ſed ut ita dicatur: " Ego baptizo te in nomine

[c] *praeſentialiter* deeſt C. [d] *etiam* addit C. [e] *religioſus* A. B. [f] *ſuum* deeſt C. [g] *transf*[illegible] B. [h] [illegible] *monachi* C. [i] *vel* inſerunt A. B. [k] *aliud* addit C. [l] *alias* deeſt C. [m] *vel* [illegible] deſunt in C. [n] *quod* addit C. [o] *aliquam* addunt A. B. [p] *niſi* pro *in qua* C. [q] *jus aliquod* A. B. [r] *ſaltem* deeſt C. [s] *ſuperiorum* C. [t] *vel* pro *aut* A. B. [u] *etiam* deeſt B. [x] *autem* pro *etiam* C. [y] *ſi* addit C. [z] *ſi* pro *ſibi* A. [a] *praeparentur* A. B. [b] *detractione* A. B. [c] *reſiduum* B. [d] *per*— *nec* omittit C. [e] *hoc* deeſt C. [f] *verum ſi quid fuerit mittendum, per ipſum qui praeeſt, licite mittatur* addit C. [g] *Sed* A. *Si* B. pro *Et*. [h] *firmiter* addit C. [i] *refectorio* A. B. [k] *communiter* deeſt [illegible] [l] *ſimul* inſerit B. [m] *et ſingula* deſunt B. [n] *tertio* addit B. [o] *firmiter* deeſt B. [p] *epiſcopalibus* deeſt A.

Patris, et Filii, et Spiritus Sancti;" ubi nomen baptizandi imponatur, et ſub eadem forma in lingua, quam melius noverint ſacerdotes, doceant frequenter laicos baptizare debere pueros in neceſſitate, et mulieres, patrem et matrem pueri in ſumma neceſſitate diſcrete, et modo debito baptizaſſe, et formam verborum in ſuo idiomate integre protuliſſe comprobet factum, ſin antea puerum baptizet. Ad levandum puerum de ſacro fonte tres ad plus recipiantur. Item, ſi in neceſſitate puer baptizetur a laico, ſequentia immerſionem non praecedentia per ſacerdotem expleantur, et aqua, in qua domi baptizatus fuit puer, propter reverentiam baptiſmi, aut infundatur in ignem, aut in baptiſterio ad eccleſiam deferatur. Item, de baptiſmate, et de confirmatione; ſi dubitetur, ſine trepidatione conferatur, quare non dicitur iteratum, quod neſcitur fuiſſe collatum; et quod baptizentur exponitur, de quorum baptiſmo probabiliter dubitatur, ſi inveniantur cum ſale, ſive ſine ſale, quo caſu ita dicatur: "Si tu es baptizatus, non te baptizo; ſed ſi non baptizatus es, ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti." Nullus diaconus, aut inferior clericus baptizet, aut poenitentias injungat, ſed ſoli ſacerdotes, quibus id competit ex officio, niſi ſumma neceſſitate, puta, quum ſacerdos abſens eſt, aut nullus etiam praeſens, et non poteſt, aut ſtulte non vult, et mors immineat puero aut aegroto, aut de ea juſte timetur. Item praecipimus, ut caſulae, quibus noviter baptizati induuntur, ad eccleſiam deportentur, nec ad communes uſus per aliquem aſſumantur, propter reverentiam ſacramenti, ſed in uſus eccleſiae, prout neceſſitas exigit, reſerventur. Item praecipimus, ut fontes, in quibus pueri baptizantur, lapidei ſint, et integri, et honeſti, et quod non ſint alicui contemptui aut horrori, ſed magis honor et reverentia ab univerſis exhibeatur eiſdem.

De confirmatione.

Sacerdotes frequenter moneant populum ad confirmationem praelatorum: poſt baptiſmum enim ſuſcipi debere ſacramentum confirmationis. Quodſi confirmandus fuerit adultus, monendus eſt per ſacerdotem loci, ut confiteatur prius, et poſtea confirmetur; veniat [ad] eccleſiam juvenis adultus confirmandus. Saepe dicatur laicis, ne expectent diu ad confirmandum adventum epiſcopi, ſed adducant pueros ad eum, ubi adeſſe audiverint prope, quam citius poterint, et ut faſcias ſeu ligationes ſecum deferant competentes, ſufficienter longas et latas. Item ut nullus puer teneatur ad confirmationem a patre aut matre, vitrico et noverca, et prohibeatur ſaepe publice per ſacerdotes in eccleſiis. Item caveant ſibi diligenter parentes, ne parvulos ſuos iterato perferant [ad] confirmandum, cum et ipſi parvuli poſt ſacramentum iteratum efficiantur irregulares, ſi maſculi fuerint, et ipſi tali negligentia gravi ſecundum canones ſubjaceant ultioni. Sciant etiam parentes illi, qui pueros tenent ad confirmandum, quod ſpirituale vinculum in hoc ſacramento quoque contrahitur, ut in baptiſmo. Item parvuli confirmati tertia die poſt confirmationem deportentur ad eccleſiam, et frontes eorum per manus ſacerdotum in baptiſterio, propter reverentiam chriſmatis, abluantur ibidem, et ligaturae ipſorum tunc ſimiliter igne crementur.

De ſacramento altaris.

Item ut rectores eccleſiarum et preſbyteri videant, ut ſumma reverentia et honor maximus ſacris altaribus exhibeatur, et maxime ubi ſacroſanctum corpus Domini reſervatur, et miſſa celebratur. Euchariſtia in munda pixide argentea, aut eburnea, aut alia tanto ſacramento digna et idonea conſervetur, nec ultra ſeptem dies conſerventur hoſtiae, ſed ſeptimo, qualiter alias, renoventur. Euchariſtia, tam calice quam lucerna praecedente, ad aegrotos per ſacerdotem, aut in ſumma neceſſitate per diaconum, cum ſolennitate et reverentia deferatur, niſi forte remiſſio loci aut temporis inaequalitas interdicat. Proinde autem et quod ita ſe habeant in eundo et redeundo, et hujus miniſtri ut debitum perſolvant aegroto, et audientes et videntes invitent ad exhibendam tanto ſacramento reverentiam et honorem. Linteamina, corporalia, et alia indumenta altaris integra ſint et mundiſſima, et ſaepe abluantur per perſonas in canonibus ad hoc deputatas, ad reverentiam et praeſentiam ſalvatoris noſtri. Una quoque eccleſia calicem habeat argenteum cum patina, integrum et honeſtum. Item ampullae ad ſuggerendum vinum et aquam in ſacrum ſanguinem Jeſu Chriſti mundae et integrae habeantur. Caute etiam provideant ſacerdotes eccleſiarum et rectores, ut vinum habeant purum et incorruptum, et quod non ſit acetum ad ſacramentum altaris conficiendum. Proviſuri etiam ſint nihilominus quod major pars vini, longe minor aquae miſceantur in calice, ut aqua a vino abſorbeatur: ſufficit enim quod ibi ſit aqua. Frequenter moneantur laici, ut ubicunque videant corpus Domini deferri, ſtatim genua flectant tanquam creatori et redemptori ſuo, et junctis manibus, quouſque tranſierit, orent humiliter, et hoc maxime fiat tempore conſecrationis in elevatione hoſtiae, quum panis in verum corpus Chriſti transformatur, et id, quod eſt in calice, in ſui ſanguinem myſtica benedictione transformatur. Verba canonis miſſae praeſertim in his, quae ad ſubſtantiam ſacramenti pertinent, plene et integre et cum ſumma animi devotione proferantur; non tamen ſit moroſus ſacerdos etiam in praemiſſis, quod faſtidium ingerat auditoribus, et officium privet devotionis pinguedine, quia muſcae morientes, inopportunae cogitationes, perdunt interim ſuavitatem unguenti ſive pinguedinem devotionis. Item ſanctorum patrum veſtigiis inhaerentes prohibemus, ne quis ſacerdos miſſas celebret bis in die, niſi in die natalis Domini et in Reſurrectionis dominicae, aut in alia neceſſitate, videlicet cum in alicujus eccleſia corpus aliquod fuerit tumulandum, et ut tunc prior miſſa celebretur de die, ſi major inſtiterit ſolennitas, et poſterior pro defuncto. Item ſacerdos, poſtquam ſumpſerit corpus Chriſti et ſanguinem, aquam ſeu vinum remiſſum in calice aut digito ſuperfuſum ſumere non audeat, ſi eadem die miſſarum ſolennia debeat iterum ex neceſſitate celebrare. Nulli clerico permittatur miniſtrare in officio altaris, niſi ad minus in ſuperpellicio.

Nullus ſacerdos parochialis praeſumat miſſam celebrare, antequam matutinale perſolverit officium, et Primam et Tertiam de die. Item tempore, quo miſſarum ſolennia peraguntur, accendantur duae candelae, una cum lampade ad minus. Provideant etiam archidiaconi, ut linteamina et alia ornamenta altaris, ſicut decet, ſint honeſta, et libros habeant etiam idoneos ad pſallendum pariter et legendum, et ad minus duplicia ſacerdotalia veſtimentorum, ut qui altari miniſtrant, ſuperpelliciis induantur.

De poenitentia.

Sacerdotes in poenitentia injungenda diligenter attendant circumſtantias, qualitatem, et genus peccati, et quantitatem delicti, tempus, locum, cauſam, moram in peccato factam, devotionem, et annuam poenitentiam, ut his conſideratis et diſtincte penſatis, majorem aut minorem poenitentiarum injungant poenitenti. Item ſacerdos ad audiendas confeſſiones communem ſibi eligat locum in eccleſia, ut communiter ab omnibus videri poſſit; et in locis abditis non recipiat confeſſionem, et maxime mulierum, niſi pro magna neceſſitate aut infirmitate poenitentis. Item nullus ſacerdos alterius parochianum admittat ad poenitentias, niſi de licentia ſui preſbyteri aut epiſcopi. Item in furto, rapina, fraude, ſimonia, et maxime detentione decimarum, ſeu abſtractione alicujus juris eccleſiaſtici diligenter ſibi caveant ſacerdotes, ne alias injungant poenitentias, niſi cum ſatisfactione et reſtitutione facienda injuriam paſſis, cum non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Item ſacerdos talem injungat poenitentiam uxori de acto occulto crimine, unde viro ſuo non reddatur ſuſpecta: idem etiam de marito obſervetur. Item in majoribus, et accuratioribus, et dubiis ſacerdos conſulat epiſcopum, aut illos, qui vices gerunt epiſcopi, providos et diſcretos, quorum conſilio certificatus ſciat, quos et qualem ligare poſſet et ſolvere; et ne, quod abſit, poenitens in deſperationem mittatur, moneat ipſum diligenter, ut interim quicquid boni facere poteſt, faciat, ut Deus cor ſuum illuſtret ad poenitentiam: et hoc illud faciat de eo, qui confitetur, et cum ab ipſo peccato non vult abſtinere, quo caſu munus abſolutionis ei imponi non poteſt cum venia non legaliter ei conceſſa, niſi prius ſe correxerit. Caveant ſibi ſacerdotes, ut cum peccata a poenitente inquirant, ſed nomina propria, cum quibus peccaverunt, nullo modo inquirant, ſed circumſtantias peccati et qualitatem tantum; cum ſcriptum ſit, Deus vitam meam nunciavi tibi, non alterius, et propria debet eſſe confeſſio non aliena. Item firmiter prohibemus, quod nullus ſacerdos poſt lapſum in mortale peccatum ad altare praeſumat accedere, niſi prius confiteatur. Quidam enim errant credentes, quod mortalia deleantur per confeſſionem generalem. Nullus ſacerdos ira aut metu etiam mortis * audeat detegere confeſſionem alicujus ſigno, vel verbo, generaliter, aut ſpiritualiter; et ſi ſuper hoc convictus fuerit, ſine ſpe relaxationis non immerito debet degradari. Item, cum ſaepe contingit, quod rectores eccleſiarum, et nonnulli ſacerdotes et in ſacris ordinibus conſtituti, eo quod nullius, ut eis videtur, quoad forum poenitentiale † ſint filii ſubjecti, aut omnino non confitentur, aut ad alios religioſos vel ad eos accedant, qui nullam habent ipſos ligandi vel ſolvendi poteſtatem; ſtatuimus, quod per ſingulos archidiaconos duo preſbyteri idonei praeficiantur in ſingulis decanatibus, literaturae competentis, et probatae omnibus opinionis, ad confeſſiones talium audiendas, quibus per nos aut per vices noſtras gerentes ad id exequendum auctoritatem noſtram volumus impertiri; prohibentes firmiter, ne religioſi monachi videlicet Anachoretae, Eremitae ſubditum alicujus audeant ad poenitentiam admittere, niſi cum licentia praelati, ſalva in omnibus apoſtolicae ſedis auctoritate.

De extrema unctione.

Cum magna reverentia deferatur oleum infirmorum; infirmos etiam ipſos injungat ſacerdos cum magna reverentia et devotione orationum celebrare, quae ad haec ſunt ordinata. Item, ad ſacramentum extremae unctionis moneant ſaepe populum Domini ſacerdotes, ſcilicet omnes a xiv. annis et ſupra, et quod omnes ſe communiter paratos exhibeant, cum neceſſe fuerit. Doceant frequenter populum ſacerdotes hoc ſacramentum licite poſſe iterari, ſcilicet in qualicunque periculoſa infirmitate, ubi metus eſt mortis, et cum quis poſt ſuſceptum convaluerit ab infirmitate, licite poſſe reverti ad opus conjugale. Item tam ſacrum oleum ſub fideli cuſtodia clavis adhibita conſervetur, ut non poſſit ad illud temeraria manus extendi ad aliqua horribilia exercenda.

De matrimonio.

Matrimonium ſimiliter ſicut et alia ſacramenta cum honore et reverentia de die et in facie eccleſiae, non cum riſu et joco, nec ſic deriſui et deſpectui celebretur. Item in matrimonio contrahendo ſemper in tribus dominicis et feſtivis diebus a ſe diſtantibus, quaſi tribus edictis perquirat ſacerdos a populo, ſub poena excommunicationis, de legitimitate ſponſi et ſponſae. Si quis autem ſacerdos hujuſmodi edictum non ſervaverit, poenam nuper in concilio ſuper hujuſmodi ſtatuta non evadet. Item prohibeant preſbyteri frequenter in eccleſia laicis ſub poena excommunicationis, ne dent fidem ſibi mutuo de matrimonio contrahendo, niſi in loco celebri, et coram publicis et pluribus perſonatis ad hoc convocatis.

De ordinibus et ordinandis.

Cum quanta reverentia, cordis contritione, et animi devotione ad ſacramentum ordinis ſit accedendum, ex eo patet, quod non niſi a ſummo ſacerdote in epiſcopo conferatur, nec paſſim ſed certis anni temporibus, et jejunio non ſolum ab ordinandis, ſed ab univerſa plebe praemiſſo. Hinc eſt, quod ſanctorum canonum ſtatuta obſervantes, prohibemus, ut nullus ad ordines accedat aut admittatur, niſi qui fuerit canonice examinatus. Item minores clerici ad inferiores gradus non admit-

* MS. *timoris.*

† MS. [illegible]

admittantur, niſi idoneos habeant procuratores, et per teſtimonium eorundem admittantur. Nullus ſimoniacus, homicida, excommunicatus, aut ſuſpenſus, furarius, ſacrilegus, incendiarius, aut falſarius, aut aliter hujuſmodi canonicum impedimentum ad quoſcunque ordines praeſumat accedere. Ordinati in Hibernia, Wallia, ſeu Scotia, aut alias cum literis noſtris commendatitiis ſive dimiſſoriis, non quocunque modo ad ordinis ſic ſuſcepti executionem in epiſcopatu noſtro, niſi magna neceſſitas urgeat, aut a nobis diſpenſetur, inducantur; nec tunc etiam admittantur, niſi prius conſtiterit legitime de eorum ordinatione, vitae munditia, pariter et literatura. Univerſi rectores eccleſiarum, qui vulgariter dicuntur perſonae, qui non ſunt in ſacris ordinibus conſtituti, ad ordinis celebrationem accedant, ut ibi promoveantur ad minus in ſubdiaconos, et ad hoc frequenter moneantur, et, ſi neceſſe fuerit, compellantur. Clerici, qui vicarias habent, ſervato debito, et canonico ordinum inſtituto, faciant ſe promoveri in preſbyteros, ſi voluerint poenam evitare canonicam, et in eccleſiis, in quibus vicarias obtinent, pariter deſerviant. Idem dicimus de perſonis admiſſis ad ſua beneficia, cum honore deſerviendi in propriis perſonis in eiſdem; prohibemus etiam, ut nullus abbas aut prior monachos aut canonicos ſuos ab aliis epiſcopis faciat ordinari, niſi cum literis noſtris aut gerentium vices noſtras aſſenſum noſtrum exprimentibus.

De officio archidiaconorum.

Archidiaconi et eorum miniſtri curam habeant et ſolicitudinem tam de his, quae ad ſacramentorum pertinent reverentiam et Dei, de quibus praemiſſum eſt, quam de his, quae inferius ſubnexa ſunt, ut fideliter et irrefragabiliter obſerventur tranſgreſſores, ſi qui fuerint in his, prout qualitas expoſcit, exercenda. Item injungimus archidiaconis et eorum officiariis, ut in viſitationibus eccleſiarum faciendis diligenter conſcribi faciant vaſa, veſtimenta, libros, et alia, quae ad officium pertinent divinum, habeant quoque nihilominus conſiderationem ad fabricam eccleſiae et maxime cancelli, ſi forte indigeant reparatione; ſi quos autem defectus invenerint, in his certum ſub poena gravi praefigant terminum, iterumque ſuppleantur. Caute etiam per ſe et ſuos inquirant, ſi in parochia, in qua viſitationis officium impenderint, in rebus aut perſonis aliquid fuerit corrigendum, et exceſſus, ſi quos ibidem invenerint, aut tunc aut in proximo capitulo corrigantur.

De rebus eccleſiae non alienandis.

Vaſa, aut veſtimenta ſacra, aut libros eccleſiae ſibi tradita nullus laicus Judaeis aut Chriſtianis impignorare, aut vendere, aut etiam poſſeſſiones, aut reditus pignori obligare, aut infeodare, aut aliquo modo alienare praeſumet, niſi ingens neceſſitas id expoſcat, et prius dioeceſani epiſcopi aſſenſus accedat. Qui autem contra praeſumpſerit, et quod fecerit, vires nullas obtineat, et praeſumptor etiam qualiter taliter ſpolietur, niſi quod alienaverat, intra tempus, quod ei dioeceſanus epiſcopus aſſignaverit, ſuis ſumptibus revocaverit. Is etiam, qui ſic eccleſiaſtica beneficia receperit, et commonitus detinere praeſumpſerit, excommunicationis ſententia feriatur, antequam ea reſtituat, nullatenus abſolvendus. Item, quod plures et non ſolum filiis et nepotibus ſuis, verum etiam concubinis ſuis immiſcent patrimonium Jeſu Chriſti, domos in laico feodo aedificare praeſumunt, ad quas eccleſiaſticos reditus deportantes, dum proximis ſanguine bona eccleſiaſtica congregant, iram in die furoris Domini ſibi ad damnationem perpetuam theſaurizant; ne ſic de caetero fiat, diſtinctius inhibemus ſtatuentes, ut qui aliter, niſi in neceſſitatis caſu, et aſſenſu dioeceſani epiſcopi fecerit, per annum ad minus a perceptione beneficii ſuſpendatur, niſi ad commonitionem epiſcopi aut archidiaconi ſui, quod fecerit, citius emendaverit.

De teſtamentis.

Item legitima teſtamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obſervari; nolumus tamen, quod concubinis ſuis aliquid in teſtamento ſuo reliquerit; quod ſi factum fuerit, de caetero totum illud epiſcopi arbitrio convertatur in uſus eccleſiae, quam rexit defunctus.

De firmis.

Nullus clericus aliquod beneficium eccleſiaſticum alicui laico tradat ad firmam, nec etiam fructus decimarum ante ſeparationem earundem vendere praeſumat. Si quis clericus beneficium ſuum in caſu licito ad firmam committere voluerit, ſtatuimus, ut tali pacto committat, quod velit et valeat domos et aedificia ſuſtinere, et alia honorifica ipſius parochialia et epiſcopalia ſufficienter ſuſtinere. Qui autem beneficium ſic alterius ſuſceperit, archidiacono loci praeſentetur in capitulo, et tanquam generalis procurator quoad illius beneficium pro tempore, quo inter eos convenit, ibidem ſtatuatur.

De decimis.

Decimae, tam praediales quam aliae, ſine difficultate et ſine diminutione cum omni integritate ſolvantur, ſecundumque canonum inſtituta. Concedimus etiam, quod quilibet [in] parochia ſua habeat auctoritatem coercendi, et ſi contumaces fuerint, et commoniti ſe non correxerint, ipſos excommunicandi. Nullus laicus per quantumcunque temporis diuturnitatem immunitatem ſibi vendicet decimarum quarumcunque praeſtatione, cum laicus ſecundum ſacrorum canonum inſtituta decimas praeſcribere non poſſit. Item in praeſtandis decimis, et maxime praedialibus, nullae deducantur expenſae.

De ſententiis contra laicos.

Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus, ut nullus conſtabularius, caſtellarius, aut alius alicujus poteſtatis alterius ballivus poſſeſſiones ſeu bona religioſorum ſive quorumcunque eccleſiaſtica partim auſu temerario praeſumat invadere, aut eos exactionibus injuſtis aut oppreſſionibus quibuſcunque indebite contra eccleſiaſticam

cleſiaſticam libertatem attemptent * moleſtare. Et ſi quid contra hanc prohibitionem noſtram in propriae ſalutis diſpendium, quod avertat Deus, praeſumpſerint, et commoniti ſe non correxerint, terras eorum per archidiaconos locorum ſine dilatione eccleſiaſtico ſupponi praecipimus interdicto, et tunc demum ſi ſic ad cor non redierint indurati, pulſatis campanis et candelis accenſis excommunicentur: monitione praemiſſa, praecipimus etiam, ut ſingulis annis ter aut quater in anno ſolenniter in genere excommunicentur fornicarii, perjuri ſuper ſacroſancta, incendiarii, uſurarii, fures, attrectatores, falſarii, et malitioſe impedientes executiones rationabilium teſtamentorum; ita quod qui ſcienter in diſpendium cujuſlibet dejerarunt, non abſolvantur, nec eis poenitentia ab aliquo inferiori injungatur, quod, cum convaluerint, ad nos adeant, a nobis aut auctoritate noſtra poenitentiam ſuſcepturi.

De vita et honeſtate clericorum.

Et his duximus adjungendum, ne judicium ſanguinis in locis ſacris tractetur ſive in eccleſia aut in coemeterio. Auctoritate quoque generalis concilii diſtinctius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, aut in ſacris ordinibus conſtitutus, literas ſub poena ſanguinis infligendi ſcribere aut dictare praeſumat, aut ubi judicium ſanguinis tractatur aut exercetur, interſit; noverint enim hoc modo eccleſia ſe indignos, cum per eos in eccleſia Dei per talia praeſcripta ſcandalum generetur. †

Expliciunt ſtatuta legenda ut ſupra continetur, in concilio Oxon.

Papae Rom. Honorii III. 7. | Archiep. Cantuar. Steph. Langton 16. | Anno Christi 1222. | Reg. Angliae Henric. III 7.

Conſtitutio domini Stephani, Cant. archiepiſcopi, ſuper caſibus, de quibus ſimplex ſacerdos abſolvere non poteſt, niſi in articulo mortis. Ex MS. coll. Omn. Anim. Oxon.

CONSTITUTIO Stephani, Cantuar. archiepiſcopi, ſuper plures caſus, in quibus ſimplex ſacerdos non poteſt abſolvere, niſi in mortis articulo, ſed mittere debet ad ſuperiorem. Videlicet publicos foeneratores, incendiarios domorum, falſos teſtes, abjurantes ſe ſuper ſacroſancta propter lucrum vel damnum aliorum, ſortilegos, ſorciarios, falſarios ſigillorum et chartarum, et hujuſmodi, tonſores monetae, impedientes teſtamenta; illos, qui incidunt in ſententias latas a canone, et percuſſores clericorum, proditores, haereticos, ſimoniacos, et illos, qui partum ſupponunt ex haereditate; ſimiliter illos, qui partum opprimunt negligenter, ſeu malitioſe per potationes, poſtquam conceptum animatum fuerit, vel ſuffocatus proprius partus; vel quando parvulus propter negligentiam cadit in ignem, vel in aquam, vel alio modo propter defectum cuſtodiae, et propter violentam manuum injectionem in parentes, etſi occultum ſit propter enormitatem delicti. Si maſculus cum bruto coierit, quamvis ſit occultum propter enormitatem delicti; vel ſi quis prodiderit dominum ſuum ad mortem, vel ſacrilegium; pro adulterio notorio, et violatione fidei manifeſta; ad ſuperiorem mitti debet pro abſolutione obtinenda. Similiter ſi parochianus alicujus eſt excommunicatus ab alio, quam ab epiſcopo, debet mitti ad eum, qui eum excommunicavit, vel petere a ſuperiori licentiam, ut eum poſſit abſolvere.

Explicit conſtitutio domini Stephani, Cantuar. archiepiſcopi.

Bulla Honorii III. *papae decano et capitulo Lichefeldenſi, quod defunctus gaudebit fructibus ſuae praebendae poſt mortem.* Ex MS. Cott. Vitell. A. x. fol. 205. verſo.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo Lichefeldenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem praebere conſenſum et vota, quae a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Significaſtis ſiquidem nobis, quod vobis eſt a venerabili fratre noſtro Coventren. epiſcopo loci dioeceſano conceſſum, ut cum aliqui concanonicorum veſtrorum mori contigerit, praebendae ſuae proventus anni ſequentis, a die obitus computando, pro ipſius defuncti exequiis in executione teſtamenti ſui libere convertantur; reſervato tamen ex eis unde vicarius, qui defuncti loco interim in eccleſia veſtra deſerviet, honeſte valeat ſuſtentari. Nos igitur veſtris precibus inclinati, quod per eundem epiſcopum ſuper hoc proinde actum eſt, ſicut illud juſte ac pacifice obtinetur, auctoritate vobis apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. 10. calend. Maii, pontificatus noſtri anno quinto. [Rectius vii. ſi bulla A.C. MCCXXII. ſcripta.]

* MS. *acceptent.*

† Vitio cod. MS. multa vocabula in ſtatutis his ſenſum male exprimunt; vel dubium relinquunt.

Decretum ſeu ſententia lata per Stephanum, archiepiſcopum Cantuarienſem, P. Winton. R. Sarum epiſcopos, alioſque arbitros de exemptione monaſterii Weſtmonaſterienſis et parochiae ſanctae Margaretae a juriſdictione ſedis Londinenſis, et de limitibus dictae parochiae. Ex originali apud H. Wharton Hiſtor. epiſc. et Decan. Londin. et Aſſav. pag. 247. ſeqq.

UNIVERSIS ſanctae matris eccleſiae filiis praeſens ſcriptum viſuris, Stephanus, Dei gratia Cant. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, et Petrus Winton. et Richardus Sarum eadem gratia epiſcopi, et Thomas de Mertun, et Richardus de Dunſtapel, priores, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum inter virum venerabilem Euſtachium, Dei gratia London. epiſcopum, et decanum et capitulum ſancti Pauli, nomine eccleſiae ſuae ex una parte, et Willielmum, eadem gratia abbatem Weſtmonaſt. et ejuſdem loci conventum nomine monaſterii ſui ex altera, ſuper mutuis querelis coram judicibus, a ſede apoſtolica delegatis, multiplex querela movetur; videlicet, quod praefatus epiſcopus praeſcriptum monaſterium, tanquam infra limites ſui epiſcopatus ſitum, ei et ſucceſſoribus ſuis tanquam dioeceſano epiſcopo per omnia debere eſſe ſubjectum aſſerebat. Et ſuper proceſſione ſolenni et procuratione in prima conſecratione epiſcopi ſibi faciendis, et ſuper abbate Weſtmonaſt. ab eodem epiſcopo benedicendo, et procuratione eadem die ſibi et ſuis facienda, et ſuper ordinatione monachorum, et ſuper mutuis proceſſionibus tempore Rogationum faciendis, et ſuper ſubjectione eccleſiae ſanctae Margaretae, et totius parochiae ſuae, et ſuper abſolutione monachorum ab epiſcopo die coenae facienda, et ſuper admiſſione epiſcopi viſitationis cauſa venientis, et ſuper reverentia et obedientia, et quibuſdam aliis ſubditionibus a dicto monaſterio ſupradictis epiſcopo et capitulo exhibendis, tam petitorium quam poſſeſſorium intentabat, et ſuper appropriatione eccleſiae de Stanes, ſine aſſenſu capituli memorati dictis monachis facta, injuriam ſibi factam affirmabat. Praeſcripti vero abbas et conventus aſſerebant monaſterium ſuum de Weſtmonaſterio cum toto ambitu ſuo, et eccleſiam S. Margaretae cum tota parochia ſua, ſcilicet clericis et laicis, ab omni juriſdictione et ſubjectione London. eccleſiae per antiqua privilegia Romanorum pontificum, a tempore ſuae fundationis fuiſſe exempta, et nunquam eccleſiae London. ſubjecta. Aſſerebant inſuper dictam eccleſiam de Stanes in uſus proprios infirmorum, et hoſpitum ſuorum ex privilegiis Romanorum pontificum antiquitus fuiſſe conceſſam, et per virum venerabilem Willielmum London. epiſcopum de mandato judicum, a ſede apoſtolica delegatorum, poſſeſſionem ejuſdem canonice fuiſſe adeptos. His et hujuſmodi ab alterutra parte in hunc modum propoſitis, de conſilio tam juris divini quam humani peritorum ſuper omnibus propoſitis, placuit utrique parti ordinationi noſtrae, appellatione remota, ſe committere, et quod ſuper his ordinaremus, firmiter et fideliter ſub idonea cautione obſervari. Nos itaque conſiderantes ex hujuſmodi diſſenſionibus et ſchiſmatibus multa imminere pericula, et ex amicabili ſuper eiſdem compoſitione tam temporale commodum quam ſalutem animarum poſſe provenire; auditis utriuſque partis inſtrumentis, et rationibus plenius intellectis, habito ſuper his abundanti juriſperitorum conſilio, monaſterium Weſtmonaſterienſe, abbatem, et conventum ab omnibus praemiſſis articulis contra eoſdem propoſitis ſententialiter declaramus penitus abſolutos. Ita quod monaſterium de Weſtmonaſterio, cum toto ambitu ſuo, et eccleſiae ſanctae Margaretae, cum tota parochia ſua, cum omnibus capellis infra parochiam praedictam contentis, cum decimis et omnibus pertinentiis ſuis, cum clericis et laicis in ea habitantibus, ab omni praelatione et juriſdictione Londonienſis eccleſiae ſint modis omnibus libera inperpetuum et exempta, et ſacroſanctae Romanae eccleſiae ſine omni exceptione, nullo mediante, ſubjecta. Praeterea non licebit epiſcopo Londonienſi, vel ejus ſucceſſoribus, vel eorum officialibus ad ſynodum vel capitulum abbatem vel monachos ſive perſonas regulares vel ſeculares, clericos vel laicos vocare, infra terminos dictae parochiae commorantes; nec in magno nec in minimo quoquo modo de ipſis intromittere. Sed abbas, qui quo tempore fuerit, infra ambitum dicti monaſterii et dictae parochiae per ſe vel per officiales ſuos, tam in clericos quam in laicos libere ſuam exerceat juriſdictionem; Deo et eccleſiae Romanae ſuper cura animarum infra limites praefatae parochiae contentarum et juriſdictione ſua tantummodo reſponſurus. Benedictiones etiam abbatum, dedicationes eccleſiarum et capellarum, infra limites ſaepedictae parochiae conſtructarum, et inpoſterum conſtruendarum, conſecrationes altarium, ordinationes monachorum et clericorum ſecularium, et confirmationes puerorum dictae parochiae, oleum etiam et chriſma, et ſi quae ſimilia ſunt ſacramenta, ubicunque et a quocunque voluerint epiſcopo, recipient, abſque omni Londonienſis eccleſiae contradictione. Et ſi futuris temporibus contigerit dictos abbatem vel monachos, clericos vel laicos a dictis epiſcopo et capitulo ordines vel aliquod munus ſpirituale accipere, vel dictis epiſcopo et capitulo per ſimplicitatem vel liberalitatem aliquo modo aliquam honorificentiam exhibere, vel ad ſynodum epiſcopi vel capitulum ſancti Pauli pro neceſſitate monaſterii ſui, vel quacunque occaſione accedere, vel epiſcopum ad monaſterium Weſtmonaſterienſe quocunque caſu acceſſum habere; nullum ex his libertati monacho-

rum

5

rum vel parochianorum praeſcriptorum praejudicium generetur, ſed modis omnibus liberi inperpetuum permaneant et exempti. Ne vero ſuper limitibus dictae parochiae S. Margaretae quaeſtio poſſit ſuboriri, limites ejuſdem parochiae praeſenti ſcripto duximus declarandos. Incipit igitur parochiae ſanctae Margaretae ab aqua de Tyburne decurrente in Thamiſiam ex una parte, et ex altera ſicut ſtrata regia ſe extendit verſus Londoniam uſque ad gardinum hoſpitalis S. Aegidii, et exinde ſecundum quod via extra idem gardinum protenditur uſque ad metas dividentes Merſland et parochiam S. Aegidii, et ſic exinde ſecundum diviſionem gardinorum Tholi, et monachorum Weſtmonaſterienſium, et hortorum, uſque ad domum Simonis textoris (ſalva quaeſtione monachorum Weſtmonaſterienſium ſuper terra a domo illius Simonis uſque ad capellam juxta eccleſiam Innocentum) et a domo ejuſdem Simonis ſecundum quod ſtrata regia ſe extendit verſus Weſtmonaſterium uſque ad rivulum de Ulebrig decurrentem in Thamiſiam. Et ſic quicquid Thamiſia ex una parte, et dictis terminis continetur, ad parochiam S. Margaretae pertinet, excepta eccleſia et coemeterio ſancti Martini. Extra vero ſupraſcriptas metas, villae de Knyghtebrigge, Weſtburne, Padyngton cum capella et cum earum pertinentiis, pertinent ad parochiam S. Margaretae memoratam. Praeter haec eccleſia de Stanes cum capellis, decimis, et omnibus pertinentiis ſuis, in uſus hoſpitum et infirmorum praefati monaſterii inperpetuum convertatur; excepta vicaria viginti marcarum in eadem eccleſia perpetuo ordinanda, et viro idoneo ad praeſentationem abbatis, et epiſcopi inſtitutionem concedenda, qui epiſcopo et archidiacono et eorum officialibus ſuper omnibus debitis et conſuetis honoribus reſpondeat, ad dictam eccleſiam pertinentibus, et honeſte miniſtret in eadem. Ita quod nec abbas nec monachi memorati aliquam ad ſynodum vel capitulum, occaſione eccleſiae de Stanes vel pertinentium ad eandem, venire cogantur; nec perſonae monachorum juriſdictioni eccleſiae London. ratione eccleſiae de Stanes, aliquo modo ſint ſubjectae. Sed ne ordinatio noſtra aliis ſit remiſſio, aliis autem tribulatio, ex aequalitate compenſationis, et bono et aequo utriuſque eccleſiae paci perpetuae providentes; ordinamus quod totum manerium de Sunnebery cum omnibus pertinentiis ſuis cedat in uſum et proprietatem epiſcopi London. et ſucceſſorum ſuorum inperpetuum; et eccleſia ejuſdem manerii cum omnibus pertinentiis ſuis cedat in uſus proprios eccleſiae S. Pauli London. inperpetuum. Ita quidem quod excepta vicaria perpetua et competenti reſidui fructus dictae eccleſiae ſic expendantur, quod ſingulis diebus miſſa de ſancto Paulo apoſtolo in eccleſia ſancti Pauli, in loco idoneo cum nota et cantu celebretur ſucceſſive ab aliquo illorum canonicorum, qui minores appellantur, duobus concanonicis ſuis ſibi miniſtrantibus, cujus nomen ſingulis Sabbatis in matricula pro ſequenti hebdomada per circuitum annotetur. Quorum ſinguli annuos viginti ſolidos pro veſtitu ſuo de fructibus dictae eccleſiae percipient annuatim. De reſiduis vero eccleſiae fructibus, ſacriſta ſancti Pauli, vel alius, quem capitulum ad hoc elegerit, duos cereos, qui coram altari S. Pauli perpetuo et jugiter ardeant, procurabit. Et ſi de dictis fructibus aliquid ſuperfuerit, in dicta miſſa et in aliis dictae eccleſiae luminaribus expendatur. Cum autem haec ordinatio ſuperius ſcripta, coram partibus cominus conſtitutis publice legeretur, utraque pars, praehabito conſilio, eam concorditer, ſpontanea voluntate ſuſcepit, ipſam unanimi aſſenſu approbando, et in ſignum plenae reconciliationis mutuo ſe adinvicem oſculando. Ut autem haec noſtra ordinatio firmum et perpetuum robur obtineat, eam ſub forma chirographi duximus annotandam. Ita quod parti epiſcopi et capituli memorati abbatis et conventus ſigilla, et parti abbatis memorati et conventus epiſcopi et capituli ſigilla pariter cum ſigillis noſtris apponantur. Actum anno ab incarnatione Domini MCCXXII.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 8.	STEPH. LANGTON 17.	1223	HENRIC. III. 8.

Conſtitutiones bonae memoriae domini Richardi Poore, Sarum epiſcopi. Ex vet. Cod. MS. in bibl. coll. Corp. Chriſti Oxon.

[CONSTITUTIONES has clar. Spelmannus ad A. C. MCCXVII. (primo, quo Richardus Poore, relicto Ciceſtrenſi, Sarum epiſcopatum obtinuit anno) retulit. Verum eas aut poſt concilium Oxon. A. C. MCCXXII. aut poſt ſynodum legatinam Londinenſem Ottoboni MCCLXVIII. editas fuiſſe patet ex capitulis earum "De vicariis faciendis;" et "De ſententia excommunicationis." In utriſque mentio fit concilii Oxon. et conſtitutionis bonae memoriae Ottoboni. Cum autem Richardum hunc poſt Ottobonum ſuperſtitem aſſerere chronologia vetet (mortuus enim eſt a Sarum ad Dunelm. tranſlatus eccleſiam A. C. MCCXXXVII.) ipſaſque excommunicationum ſententias ultimo inſertas capitulo ex concilio Redingenſi MCCLXXIX. depromptas eſſe luce clarius appareat; nonnulla capita ſequioris aevi his conſtitutionibus aſſuta eſſe, Richardumque noſtrum poſt concilium Oxon. eas promulgaſſe, affirmare auſim: quare eas ad A. C. MCCXXIII. repoſui. Verum quia Richardi, Dunelmenſis epiſcopi, conſtitutiones ſupra pag. 572. ſeqq. cum his in omnibus fere adeo concordant, ut taedium lectori parere viderer, ſi eas repetita vice hic exhiberem, omiſſis iis capitibus, quae Richardus, Sarum epiſcopus, ex Dunelmenſibus deſcripſit conſtitutionibus, ea tantum addam, quae de ſuo addidit.]

Incipiunt conſtitutiones: Cum nec rugam nec maculam admittat eccleſia glorioſa, etc. deſinunt:

deſinunt: Nullus etiam in monaſteriis ſanctimonialium diverſa habeat officia, quae conſueverunt eſſe diviſa. Deinde pergit.

De reditu ad religionem.

Quum quidam apoſtatae, ſalutis ſuae immemores, abjecto timore Dei, de ordine ſuo egredi ſine licentia ſuorum praelatorum, et in ſeculo ſeculariter converſari, abjecto religionis habitu, non verentur; praecipimus archidiaconis, decanis etiam, monitione praemiſſa competenti, ut tales ad clauſtrum, per eccleſiaſticam cenſuram redire compellant. Quodſi nec ſic ad reſumendam religionem induci poſſint, jubemus eos comprehendi, et ad poenitentiam in carcerem retineri.

De reverentia.

Adhuc prohibemus, ne choreae vel turpes et inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitant, fiant in coemeteriis; et ne ibi tractentur cauſae ſeculares ex conſuetudine, maxime in quibus agitur de judicio ſanguinis. Prohibemus quoque ne denunciationes ſcotallorum fiant in eccleſia per laicos, nec in eccleſiis, nec extra eccleſias per ſacerdotes, vel per clericos.

De procurationibus archidiaconorum.

Certum eſt quod procuratores archidiaconorum aut aliorum, viſitatoris officium excercentes, non debent quaerere quae ſua ſunt, ſed quae Jeſu Chriſti, praedicationi, exhortationi, correctioni, et reformationi inſiſtentes, ut fructum referant, qui non perit. Quapropter ſacroſancti concilii veſtigiis inhaerentes, praecipimus, quod procurationes nullatenus dentur, niſi perſonis viſitationis officium exercentibus; et tunc . . . . ſcilicet ſeptem equorum et perſonarum mediocritate ſervata, in Lateranenſi concilio diffinita; hoc adhibito moderamine, quod cum aliqua eccleſia per ſe non ſufficiat ad procurationem faciendam, duae vel plures conjungantur in unum. Qui contra venire attemptaverit, ſacroſancti ſtatuto concilii, quod acceperat, reddat, et eccleſiae, quam taliter gravaverit, tantundem de ſuo impendat.

De praedicatoribus epiſcopi recipiendis.

Cum propter occupationes multiplices, vel invalitudines corporales, ſeu alias cauſas non ſufficiunt epiſcopi per ſe miniſtrare populo verbum Dei, in Lateran. concilio ſtatutum eſt, ut ipſi miniſtros idoneos ad ſanctae praedicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant; quibus ad vos venientibus, ex parte noſtra et populum verbo et exemplo aedificantibus, auctoritate ejuſdem concilii praecipimus, ut eis, cum indiguerint, congrue neceſſaria ſubminiſtretis, ne pro cibi defectu compellantur deſiſtere ab incepto.

De beneficiis magiſtris ſcholarum providendis.

Item praecipimus, quod aliquod competens beneficium magiſtro praebeatur, qui gratis in grammatica facultate pauperes ſcholares inſtruat, juxta poſſe ſuum, ut ſic docentis levetur neceſſitas, et via magis pateat diſcentibus ad doctrinam.

De receptione ſecundi beneficii.

Quum in concilio Lateranenſi primo dignoſcitur eſſe ſtatutum, et nuper in generali concilio evidentius fuit expreſſum, ut quicunque reciperet beneficium, cui eſſet cura animarum annexa, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit ipſo jure privatus; et ſi forte illud retinere contenderit, utroque privetur: archidiaconis, officialibus, decanis praecipimus diſtricte, quod tam de recipientibus, quam de retinentibus, poſt vulgationem ſtatutorum concilii, nos reddant certiores.

De idoneis praeſentandis ad vacantia beneficia.

Praecipimus omnibus patronis eccleſiarum, ſive ſint ſeculares perſonae, ſive regulares, quod cum eccleſiaſticum vacaverit beneficium de eorum donatione, viros idoneos nobis praeſentent, quibus morum honeſtas, et literarum ſcientia ſuffragantur, ſequentes judicium rationis, non affectum carnalitatis; alioquin pro officii noſtri debito, de eccleſiis vacantibus, Deum habentes prae oculis, ordinabimus.

Ne viri eccleſiaſtici fidelitatem praeſtent laicis.

Sacri concilii auctoritate interdicimus viros eccleſiaſticos, nihil temporale a laicis obtinentes, ſacramentum fidelitatis laicis praeſtare. Item eadem auctoritate praecipimus, ne patroni vel advocati de eccleſia quavis occaſione advocationis plus uſurpent, quam eis jure eſt permiſſum, et quam ſacri canones eis concedunt.

De eccleſiarum patronis.

Sacri nihilominus concilii proviſione diffinitum eſt; quatenus, ſi patroni, vel advocati, aut feudotarii, ſeu vicedomini alicujus eccleſiae rectorem, vel alium clericum ipſius eccleſiae per ſe vel per alios occidere auſu nefario praeſumpſerint, patroni jus patrocinatum, advocati advocatiam, feudotarii feudum, vicedomini vicedominatum uſque ad quartam generationem amittant. Et poſt filii talium in clericorum collegium nullatenus aſſumantur, nec in regularibus domibus alicujus praelationis aſſequentur honorem; et hoc volumus ſaepius in eccleſiis denunciari.

De ſtipendiis ſacerdotum.

Cum os bovis triturantis alligari non debeat, praeſentandi capellani in capitulis generalibus particulas ſtipendiorum ſuorum ſcriptas ſtatim tradant archidiaconis, ut videri poſſint, ſi ſtipendia ſufficiant, et ipſis et eorum miniſtris neceſſariis, ut, ſi opus ſit, incontinenti ſuppleatur ſufficiens; auctoritate concilii praecipimus, ne, non obſtante aliqua conſuetudine, portio preſbyteris parochialibus aſſignetur.

Qui ad . . . . compendium et ſtipendium deforme officium ſacerdotis non erubeſcant aſſumere, tanquam viliſſimos, et per quos vituperetur non modicum miniſterium noſtrum, cum eorum habuimus notitiam, de epiſcopatu noſtro

ſtro expellemus, illam poenam eis infligentes, qui ſibi tales adjungere non erubeſcunt, quod ſacerdoti ſubſtituendo, vel duplo majori ſtipendio, vel triplo, ſi viderimus expedire, providebit, vel in propria miniſtret perſona illa in eccleſia, cui in juramentum eſt.

De vicariis faciendis.

Qui parochialem habuerit eccleſiam, ſi in ea non velit reſidere, ordinet in illa perpetuum vicarium, qui in ipſa eſt canonice ſtatuendus, qui competentem habeat de ipſius eccleſiae proventibus portionem; qui vero plures habuerit eccleſias parochiales ante concilium adeptas, in una reſideat, in ordine, quo illius eccleſiae cura requirit, et in aliis perpetuos ordinet vicarios. Qui vero plures habuerit vicarios, in optione ſua ſit, qui velint, et ſciant, et poſſint eis deſervire in ordine, quo eccleſiae cura requirit.

Quod omnes clerici beneficiati habeant praedictas conſtitutiones.

Auctoritate pontificali praecipimus diſtricte, in virtute obedientiae, quod archidiaconi conſtitutiones iſtas, pro communi utilitate editas, et pro correctione et reformatione exceſſuum clericorum veſtrorum promulgatas, faciant inviolabiliter obſervari, tranſgreſſoribus debitam poenam infligentes: proviſuri nihilominus, quod praeſcriptas conſtitutiones tranſcriptas, et correctas haberi faciant decanis; et decani aliis ſacerdotibus, ut ſacerdotes ipſas frequenter habentes prae oculis, in miniſtrationibus et diſpenſationibus ſacramentorum ſint inſtructiores, et in fide catholica bene vivendo firmiores.

Item decernimus, ſolenniter eſſe celebrandum et pronunciandum diem tranſlationis beati Thomae martyris; ſimiliter et diem depoſitionis ſancti Wulſtani.

De ſententia excommunicationis.

Auctoritate Dei Patris, et beatae virginis, et omnium ſanctorum, et praeſentis concilii excommunicamus illos omnes, qui malitioſe eccleſias jure ſuo privare praeſumunt, aut per malitiam libertates earundem infringere vel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis ſententia innodamus, qui pacem et tranquillitatem regis et regni injurioſe perturbare praeſumunt, et qui jura domini regis injuſte detinere contendunt. Amen.

Primo quidem excommunicamus, auctoritate Oxonienſis concilii a ſanctae memoriae Stephano, Cantuar. archiepiſcopo, celebrati, omnes, qui malitioſe eccleſias jure ſuo privare praeſumunt, aut per malitiam, et contra juſtitiam libertates earundem infringere, vel perturbare contendunt. Ex quo intelligimus, excommunicationis vinculo ſubjacere omnes illos, qui literas impetrant a quacunque curia laicali, ad impediendum proceſſum eccleſiaſticorum judicum in talibus, quae per ſacros canones ad forum eccleſiaſticum pertinere noſcuntur.

Item excommunicamus ſecundo, omnes illos, qui pacem et tranquillitatem domini regis et regni injurioſe perturbare praeſumunt, et quicunque jura regis injuſte detinere contendunt; ex quo intelligimus, non ſolum excommunicari guerrarum ſuſcitantes horrorem, verum etiam latrones publicos, et omnes etiam pariter praedones, et quoſcunque regulam juſtitiae temere impugnantes.

Item excommunicantur tertio univerſi, qui ſcienter falſum perhibent teſtimonium, vel perhibere procurant, ad impediendum juſtum matrimonium, vel ad exhaeredationem alicujus hominis procurandam.

Item excommunicantur quarto advocati omnes, qui malitioſe per quaſcunque exceptiones verum matrimonium impediunt, ne effectum debitum ſortiatur, et in quibuſcunque cauſis, ut contra juſtitiam proceſſus eccleſiae diutius ſuſpendatur.

Item excommunicantur quinto omnes illi, qui gratia lucri vel odii, vel favoris malitioſe crimen imponunt alicui, cum [illegible] et graves perſonas non fuerit prius infamatus; ut ſic ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur.

Item excommunicantur omnes, qui malitioſe, vacante eccleſia, opponunt, vel opponi procurant [illegible] patronum illius eccleſiae impediant illa vice.

Item excommunicantur ſeptimo omnes illi, qui malitioſe contemnunt exequi mandata domini regis de excommunicatis capiendis, vel qui eorum impediunt captionem, ſeu procurant injuſte eorum liberationem, contra diſcretionem eccleſiaſticae diſciplinae.

Item excommunicantur in concilio ſanctae memoriae Ottoboni omnes illi, qui pro impedimento pacis, ſeu compoſitione litigantium quicquam recipiunt, donec ipſum ſic receptum reſtituerint donatori.

Item excommunicantur per eundem, quicunque de domibus, maneriis, vel grangiis, vel locis aliis archiepiſcoporum, epiſcoporum, vel aliarum eccleſiaſticarum perſonarum contra ipſorum voluntates, ſeu cuſtodum rerum earundem aliquid auferunt, vel conſumunt, vel injurioſe contrectant; qua ſententia ligantur nec abſolvi poſſunt, donec de injuria ſatisfecerint competenter.

Item excommunicantur ab eodem, quicunque abſtulerint violenter reum ad eccleſiam vel coemeterium, vel clauſtrum fugientem, vel ei victum neceſſarium prohibent exhiberi; vel qui res alienas in locis praedictis expoſitas violenter aſportant, vel aſportari faciunt; vel qui aſportationem talem factam, nomine ſuo, vel a familiaribus ſuis ratam habeant; vel qui ad hoc publice vel occulte conſilium vel auxilium praebuerint, ſeu conſenſum.

Item excommunicantur ab omnibus archiepiſcopis, et epiſcopis Angliae, qui veniunt contra magnam chartam domini regis, aut faciunt; quae ſententia per ſedem apoſtolicam pluries eſt confirmata.

Item iſti ſunt articuli, in quibus incurritur excommunicationis ſententia ipſo jure.

Primus, cum quis incidit in haereſim jam damnatam, vel novam confingit; et generaliter quaecunque vel quoſcunque Romana eccleſia, vel

vel ſingulares epiſcopi in ſuis dioeceſibus haereticos judicaverint.

Secundus, cum quis receptat vel abſcondit haereticos.

Tertius, cum quis in clericum, monachum, converſum, monialem, vel converſam, vel aliquam religioſam perſonam manus injecerit violentas.

Quintus, cum quis poſſit defendere clericum, et non facit.

Sextus, cum poteſtates, conſules, ſeu rectores civitatum et locorum angarias vel exactiones indebitas imponunt in redemptionem, et auctoritate praelatorum, ita evacuando, ut nil poteſtatis eis in ſuis hominibus videatur remanſiſſe; et commoniti deſiſtere noluerunt, tam ipſi quam fautores eorum excommunicationi ſe noverint ſubjacere.

Septimus, incendiarii, et violatores eccleſiarum.

Octavus, cum quis a paucioribus, quam a duabus partibus cardinalium in ſummum pontificem electus, pro papa ſe geſſerit, niſi humiliter voluerit abſtinere. *

Nonus, cum quis falſat literas domini papae, vel ſcienter utitur etiam ab alio falſatis.

Decimus, cum quis differt arma, ligna, ferrum. †

Duodecimus eſt in ſagittariis, et baliſtariis contra chriſtianos in bello injuſto.

Decimus tertius eſt his, qui ſtatuta contra eccleſiaſticas conſuetudines, vel abuſiones contra eccleſiaſticam libertatem faciunt obſervari. Item in ſtatutariis.

Decimus quartus in ſcriptoribus ſtatutorum illorum.

Decimus quintus in poteſtatibus, conſulibus, rectoribus, et conſiliariis locorum, in quibus hujuſmodi ſtatuta vel conſuetudines editae fuerint vel ſtatutae.

Decimus ſextus in his, qui. . . ea praeſumpſerit judicare.

Decimus ſeptimus in his, qui in publica forma redegerint judicata.

Auctoritate domini epiſcopi in concilio London. ultimo celebrato ordinatum eſt; inprimis, qui pacem domini regis et regni ſui injurioſe perturbant, vel aliquid faciunt, per quod dicta pax et tranquillitas valeant perturbari, vel ad perturbationem perveniatur, publice et ſolenniter accenſis candelis, pulſatis campanis, cruce erecta in ſingulis eccleſiis ſuae provinciae denuncientur excommunicati.

Item omnes illi ſunt excommunicati eodem modo, qui bona aliorum rapiunt, et occupant, contra pacem et voluntatem eorum, ad quos pertinent; et maxime clericorum.

Item, quod complices et fautores eorum eodem modo denuncientur excommunicati, contra quos omnes in concilio Oxonienſi, et ab aliis ſacris patribus divina ſententia ab olim lata fuerat.

Item ordinatum eſt, quod omnes vere poenitentes, qui pacem, et tranquillitatem praedictas defendere nitentur; aut pro eis orationem dominicam ter dicentes, cum totidem ſalutationibus beatae virginis CC. dies indulgentiae per dominum archiepiſcopum, et undecim ſuffraganeos ſuos in dicto concilio conceſſos habeant.

Item, quod in ſingulis eccleſiis parochialibus, ſemel in hebdomada, cum major parochianorum adfuerit multitudo, fiant proceſſiones pro pace, et miſſae ſequentes; et quod omnia fiant praemiſſa, ſub poena majoris excommunicationis.

Gab. Coſſartius conſtitutiones Richardi, epiſcopi Sarum, hac finit obſervatione. " Anglicanae collectionis ordinem in his edendis conſtitutionibus ſecuti ſumus, ejuſque fide Oxonienſi concilio anni MCCXXII. eas praepoſuimus. Sed tunc tandem animadvertimus fuiſſe poſtponendas, cum in earum capite ultimo mentio fiat Oxonienſis iſtius concilii, ejuſque ipſa verba referantur. In eadem collectione ſequitur concilium Dunelmenſe, ſive conſtitutiones Richardi, epiſc. Dunelm. quae ſunt ad verbum eaedem atque conſtitutiones Richardi, epiſcopi Sarum, ſupra editae. Hoc differunt uno, quod diverſa eſt partitio capitulorum, et Dunelmenſes poſtremis capitulis careant a LXXV. Eas igitur hic omittimus. Profuerunt ad tollenda menda plurima, quae in Sarumenſibus erant. Caeterum non errore librarii dictas eſſe Dunelmenſes, ſed reipſa in Dunelmenſi concilio promulgatas, eo perſuadeor, quod ſublatae in iis ſint aliquot lineae de fabrica eccleſiae Sarum, quae in harum capite LXX. leguntur."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 9.	STEPH. LANGTON 18.	1225.	HENRIC. III. 9.

Concilium Londinenſe. Ex reg. Poore Sarum fol. 109. 138. ſeq.

Archiepiſcopi Cantuar. mandatum de convocatione in craſtino epiphaniae Domini.

R. divina permiſſione Sarum eccleſiae miniſter humilis, viro venerabili et dilecto filio W. decano Sarum, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Mandatum domini London. ſuſcepimus in haec verba: Venerabili patri, et amico in Chriſto chariſſimo, R. Dei gratia Sarum epiſcopo, E. divina permiſſione London. eccleſiae miniſter humilis, ſalutem in Domino ſempiternam, etc. Mandatum Domini Cant. ſuſcepimus in haec verba: Steph. Dei gratia Cantuar. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, venerabili fratri E. eadem permiſſione London. epiſc. ſalutem in Domino. Fraternitati veſtrae mandamus, quatenus omnes ſuffraganeos noſtros vocetis, ut veniant London. in craſtino epiphaniae Domini, et vocent decanos cathedralium eccleſiarum, et

* V. Decretalia c. *Licet de electione.*

† V. Summa Angel. fol. 107. a.

archi-

archidiaconos ſuos, abbates etiam et priores conventuales, ut ſimiliter London. veniant, audituri mandatum domini papae termino memorato. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatenus dictis die et loco ſecundum formam praeſcriptam compareatis. Vos igitur ſecundum formam praeſcriptam praeſentiam veſtram dictis die et loco exhibeatis. Valete.

Eo die comparente ibidem London. in eccleſia beati Pauli magna multitudine cleri, lectae fuerunt papae —— literae, ſed tunc temporis acceſſerat dominus Cantuar. ad dominum regem apud Marleberg, viſitaturus eum in aegritudine ſua. Et propter abſentiam ipſius et quorundam epiſcoporum, qui regi aſſiſtebant, nihil inde actum fuit.

Poſtea vero in Quinquageſima ſequenti venit alia citatio ab archiepiſcopo ad epiſcopum London. et per eum ad alios ſub hac forma:

R. divina providentia, etc. venerabilibus viris et dilectis W. decano et capitulo Sarum, etc. Mandatum domini London. etc. Venerabili in Chriſto fratri et amico reverendo R. Dei gratia Sarum epiſcopo, E. eadem gratia London. eccleſiae miniſter humilis, ſalutem, etc. Mandatum, etc. eadem gratia, etc. Mandamus vobis, quatenus pro officii veſtri debito faciatis vocari omnes epiſcopos, abbates non exemptos a nobis, et omnes priores, et omnes decanos cathedralium eccleſiarum et praebendalium, et omnes archidiaconos, et ſignificetis ſingulis capitulis, ut mittant procuratores tam videlicet eccleſiarum cathedralium, quam praebendalium, et monaſteriorum, et aliarum domorum religioſarum ac collegiatarum; in virtute obedientiae, et ſub poena ſuſpenſionis eis diſtrictius injungentes, ut interſint London. concilio, quod erit dominica poſt Paſcha, qua cantatur "Miſericordia Domini;" et ſignificetis omnibus praedictis, ut interſint, deliberent, et plene inſtructi veniant ad reſpondendum nuncio domini papae ſuper petitione ex parte domini papae, et hoc faciant, omni occaſione et dilatione poſtpoſitis. Ut autem ſciatis, qui ſint abbates exempti a nobis, eos vobis duximus nominandos; videlicet abbas S. Albani, abbas Weſtmonaſter. abbas S. Edmundi, abbas S. Auguſtini Cant. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quod dictis die et loco praefato interſitis concilio; omnes inſuper ſuperius nominatos ſecundum formam ejuſdem mandati vocandos citari faciatis, ut ſub poena ſuperius expreſſa plene inſtructi, eiſdem die et loco praefato interſint concilio. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatenus formam ſupraſcriptam, quantum in vobis eſt, exequamini. Valete.

Eodem anno die Martis prox. poſt feſtum S. Trinitatis, quod tunc fuit 16. cal. Julii, porrectae fuerunt in capitulo Sarum decano et capitulo literae domini Sarum ſub hac forma:

R. divina permiſſione Sarum eccleſiae miniſter humilis, venerabili noſtro et dilecto in Chriſto filio W. decano et capitulo Sarum, ſalutem. Tranſcripta duarum parium literarum domini Cantuar. vobis ſub ſigillo noſtro incluſa tranſmittimus, ex quarum tenore poteritis formam concipere, ſub qua reſpondere volueritis ad ea, quae in literis domini regis continentur. Bene valete.

Forma autem literarum domini regis eodem die decano et capitulo porrectarum talis erat:

Henricus, Dei gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Normanniae et Aquitaniae, comes Andegaviae, dilectis ſibi in Chriſto decano et capitulo Sarum ſalutem. Condolens affectu paterno dominus papa inſufficientiae noſtrae, ſcripſit dudum venerabilibus patribus archiep. epiſcopis, et univerſo clero regni noſtri, monens attentius et mandans, ut obtentu pietatis ſubſidium efficax et competens de beneficiis ſuis nobis facerent univerſi, quatenus ipſorum praeſtationibus adjuti, paci eccleſiae et regni noſtri commodius poſſemus et fortius providere: moti ergo miſericorditer ad ſuccurrendum nobis, imo potius ipſis, in nobis praelati terrae noſtrae, pridem conſenſerunt de quinta decima mobilium ſuorum nobis ſubvenire, conſenſum praedictum operum effectu proſequentes. Cum igitur de liberalitate veſtra dependeat conſummatio negotii praedicti, benignitatem veſtram rogamus attentius, quatenus neceſſitatibus noſtris compati velitis affectione ſincera, quod quidem expectamus alias de voluntatibus veſtris, nullo praecedente mandato. Tale igitur auxilium et tam efficax nobis in hac parte facere curetis, ut eccleſiae Romanae de collato nobis per vos beneficio ad gratiarum actiones teneri debeamus, et vobis ſingulis et univerſis in negotiis veſtris promovendis adeſſe debeamus promptiores. Cupientes autem non ſolum facere, ſed et faciendo aliis exemplum praebere, quae communi eccleſiae et cleri conveniant utilitati et honori, ad concilium venerabilium patrum Cantuar. archiepiſcopi et coepiſcoporum ſuorum conceſſimus, ut decimae foeni et molendinorum, omni cavillatione ceſſante, de ſingulis dominiis noſtris in regno noſtro de caetero praeſtentur; hoc idem ſingulis ballivis noſtris per literas noſtras mandantes. Laborabimus etiam bona fide, ut magnates noſtri ſimili praeſtationi decimarum de caetero conſentiant, litis diſpendio ceſſante. Teſte meipſo apud Weſtm. 27. die Maii.

Forma autem 2. parium [illegible] Sarum [illegible] tionem, talis erat:

Stephan. Dei gratia Cant. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, venerabili fratri R. eadem gratia Sarum epiſcopo, ſalutem in Domino. Mandatum domini papae ſuſcepimus in his verbis: Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, et dilectis filiis praepoſitis, ac aliis eccleſiarum praelatis, ac rectoribus per regnum Angliae conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum eccleſia ſecularium principum neceſſitatibus ſponte communicat, neceſſarium eis ſubſidium liberaliter impendendo; non eſt id libertatis eccleſiaſticae praejudicium, ſed officium potius charitatis. Cum igitur chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus, rex Anglorum illuſtris, veſtrae ſubven-

ſubventionis auxilio dicatur quamplurimum indigere, univerſitatem veſtram rogamus, et hortamur attentius, ac per apoſtolica ſcripta vobis mandamus, quatenus juxta facultates eccleſiarum competens ei ſubſidium impendatis; proviſo, quod in ſingulis dioeceſibus congruae fiant hac de cauſa collectae, et quae collecta fuerint, teſtimonialibus literis dioeceſani epiſcopi, et aliquorum abbatum, aliorumve praelatorum dioeceſis aſſignentur viris fidelibus et diſcretis, quos hujuſmodi curae videritis deputandos; ipſique illa illibata conſervent, donec deliberato conſilio expendantur, ubi, et quando, et quomodo regi et regno videbitur amplius expedire. Unde quemadmodum de receptis ſic literas teſtimoniales recipiant de redditis vel expenſis, quatenus omnis tollatur ſuſpicionis occaſio, et collecta pecunia non in ſuperfluas et inutiles prodigatur expenſas, ſed in neceſſarias et utiles provide convertatur: nolumus autem, quod haec noſtra gratia veſtraque charitativa ſubventio trahatur in conſequentiam vel exemplum. Veſtra ergo ſolicitudo provideat, ut haec ita hilariter fiant, fideliter, et diligenter, quod veſtra charitas et prudentia ex hoc merito debeat commendari. Dat. Lateran. 3. non. Febr. pontif. noſtri anno nono.

Cum igitur neceſſe ſit obtemperare mandatis domini papae, et honeſtum in ſuis neceſſitatibus domino regi liberaliter ſubvenire, fraternitatem veſtram in Domino commonemus, quatenus omnes religioſos veſtrae dioeceſis, cujuſcunque ſint ordinis, necnon et clericos veſtros, quanta poteritis diligentia, moneatis, et inducatis, ut, cum fuerint requiſiti, competens auxilium faciant domino regi de his, de quibus quintamdecimam non dederunt, ſecundum formam mandati apoſtolici, ut ſic neceſſitatem transferant in virtutem, et tam dominus papa, quam rex ipſe liberalitatem eorum poſſit et debeat merito commendare. Valete in Domino.

Stephanus, Dei gratia Cant. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, venerabili fratri R. eadem gratia epiſcopo Sarum, ſalutem in Domino. A memoria veſtra non credimus excidiſſe, quanta diligentia ſcripſerit dominus papa nobis et vobis, necnon eccleſiae Anglicanae, ut domino regi ſecundum facultates eccleſiarum noſtrarum competens auxilium faceremus. Nos igitur penſantes, quanta neceſſitas immineat diebus iſtis domino regi, et quam honeſtum ſit et pium ipſi, ex cujus pace pax eccleſiae dependet, in ſuis neceſſitatibus liberaliter ſubvenire, praeter auxilia, quae toties ei fecimus, nihilominus tamen in hujuſmodi neceſſitatis articulo xv. mobilium bonorum noſtrorum ei duximus concedendam; quamvis circa novas libertates nobis vel quibuſdam epiſcopis et abbatibus parum vel nihil accreverit in hac parte. Cum igitur eaedem rationes, quae nos debeant et clerum movere, cujus aeque intereſt ſine dubio principis gratiam et protectionem habere, ſperamus, quod grato animo et prompto favore domino regi ſuccurret, nec in hoc ſe per Dei gratiam difficilem exhibebit. Veſtrae itaque fraternitati mandamus, quatenus viros religioſos veſtrae dioec. ut de his, de quibus quindenam non dederunt, necnon et clericos juxta mandatum domini papae, domino regi competens auxilium ſecundum facultates eccleſiarum ſuarum impendant, efficaciter inducatis, et ut in ſingulis dioeceſibus forma eadem obſervetur, et domino regi efficaciter ſuccurratur; expedit forſan ſi et hoc ipſis videatur, ut conſentiant in xii. vel ſaltem in quartamdecimam concedendam. Et bene per Dei gratiam providebitur, ne per auxilium iſtud, quod ex mera liberalitate procedit, in poſterum aliquod praejudicium eccleſiae vel perſonis eccleſiaſticis generetur. Ut autem cleri univerſitas ad neceſſitates dicti domini regis relevandas promptiori et efficaciori aſſurgat affectu, ipſe de conſilio provido et diſcreto decrevit decimas molendinorum, et foeni de dominiis ſuis Deo et eccleſiae de caetero integre perſolvendas. Cujus decreti ſui executionem jam fecit ballivis ſuis per totum regnum Angliae demandari. Valete in Domino.

Auditis his literis, citati ſunt omnes canonici citra mare, ut in feſto aſſumptionis beatae virginis de hac re convenirent. Convenientibus autem fratribus in unum, propoſitum fuit eis primo, utrum domino regi in hac parte decernerent eſſe ſubveniendum. Secundo; qualiter eſſe poſſet, ut una et eadem forma in diverſis eccleſiis ſervaretur. Tertio; utrum expediret dare xii. vel xiv. ſecundum formam mandati Cantuar. vel non. Quarto; qualiter poſſit eccleſiis commode provideri, ne iſtud poſtea trahatur ad conſequentiam.

Reſponſum capituli Sarum factum per literas domino epiſcopo.

Domino reverendo ac patri in Chriſto venerabili R. Dei gratia Sarum epiſcopo, W. decanus, et capitulum Sarum, ſalutem, et tam devotam quam debitam cum omni ſubjectione reverentiam. Suſcepimus, venerande pater, literas veſtras, in quibus continebantur literae domini papae et domini Cantuar. de competenti auxilio domino regi a clericis impendendo. Verum quia difficile eſt nos ſuper tanto et tam generali negotio certum dare reſponſum, cum neceſſe eſſet, quod uniformitas obſervaretur ſuper hac praeſtatione per totum archiepiſcopatum Cantuar. et periculum eſſet eccleſiae noſtrae novellae aliquid ſtatuere et providere, quod eſſet in praejudicium eccleſiae Anglicanae generaliter; paternitatis veſtrae genibus provoluti devotiſſime ſupplicamus, quatenus inducatis dominum archiepiſcopum, ut ipſe convocet coram eo de ſingulis eccleſiis, ubi clerici converſantur, ad certum diem et locum ſingulos procuratores, ut de uniformi eorum proviſione, et conſilio tam certa et tam uniformis procedat reſponſio, ut domini papae, ſi viderint expedire, obtemperetur mandato, et ad honorem totius eccleſiae Anglicanae, et ad cleri protectionem de caetero regia devotius aſſurgat gratitudo. Propterea, ſancte pater, neceſſe habemus una cum tota eccleſia Anglicana, ut diligenter requiratur a domino archiepiſcopo forma ſecuritatis a domino rege facienda, ſi procuratores in praefatum auxilium conſenſerint; ne hoc factum in damnoſam inpoſterum trahatur conſequentiam. Et quia ex hoc generale poteſt procedere periculum,

lum, neceſſe eſt, ut majoris muniminis et roboris habeat fulcimentum. Valeat et vigeat ſanctitas veſtra in Domino ſemper.

In nativitate beatae virginis prox. ſeq. venerunt literae a domino epiſcopo, ſub hac forma:

R. divina providentia Sarum eccleſiae miniſter humilis, viro venerabili, et dilectis filiis W. decano, et capitulo Sarum, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Sicut nobis ſupplicaſtis, inſtitimus diligenter apud dominum Cantuar. et obtinuimus, quod ſinguli epiſcopi ſignificent capitulis ſuis, quod ſuum habeant procuratorem apud London. ad quintamdecimam diem poſt feſtum S. Michaelis prox. ſequent. Quapropter vobis mandamus, quatenus idoneum habeatis procuratorem praedictis die et loco, et ſufficienter inſtructum ſuper negotio, pro quo dominus rex et nos vobis ſcripſimus. Valete.

Electi igitur fuerunt de communi conſilio omnium praedictorum procuratores capituli, ſcilicet magiſter Lucas de Wintonia, et magiſter Elias de Deram, qui comparerent coram domino Cantuar. termino ſtatuto, deferentes literas de rato, ſub hac forma:

Domino reverendo et patri venerabili in Chriſto Stephano, Dei gratia Cantuar. archiepiſc. totius Angliae primati, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinali, W. decanus, et capitulum Sarum, ſalutem, et tam devotam quam debitam cum omni honore reverentiam. Significavit nobis ven. in Chriſto pater R. Dei gratia Sarum epiſcopus, quod ad excellentiam veſtram procuratores mitteremus quintadecima die poſt feſtum Michaelis apud London. ad reſpondendum de competenti auxilio domino regi conferendo. Nos igitur de unanimi aſſenſu capituli noſtri dilectos in Chriſto confratres noſtros, magiſtrum Eliam de Deram, et magiſtrum Lucam de Wintonia ad executionem hujus procurationis electos, ad ſanctitatis veſtrae partes tranſmittimus, ratum habituri quicquid praedictis die et loco una cum procuratoribus aliorum capitulorum duxerint faciendum.

Haec eſt forma praeſcripta procuratoribus praeſcriptis Eliae et Lucae:

1. Inprimis videtur capitulo Sarum honeſtum eſſe et decens, ut domino regi ſubveniatur, ſi ſic pro procuratoribus capitulorum aliorum placuerit.

2. Item credit expedire, quod quindena non praeſtetur, vel aliqua ſumma inferior.

3. Item, ſi autem fieri poterit et aliis placuerit, ſtetur in xx. ſicut in ſubventione terrae ſanctae factum fuit, nec excedat aliquo modo ſextam portionem.

4. Item fiat haec praeſtatio de praebendis et reditibus, et hoc ſecundum aeſtimationem, quae facta fuit ad ſubventionem terrae ſanctae, et nullo modo de mobilibus.

5. Item colligatur haec pecunia ab aliquibus fide dignis, ad hoc aſſignatis per capitulum, et non per officiales epiſcopi, vel ejus archidiaconos.

6. Item collecta pecunia tradatur domino epiſcopo, vel cui ipſe decreverit domino regi ſolvenda.

7. Item nullo modo conſentiant procuratores, ut propter hoc aliquod juramentum a canonicis praeſtetur, vel quod ſententia excommunicationis ſuper hoc generaliter proferatur.

8. Item inquiratur ab aliis, quid faciendum ſit, ſi aliqui canonicorum ſingulariter contradixerint his, quae a majori parte capituli proviſa fuerint.

9. Item laborent procuratores capitulorum ad hoc, ut de praebendis, quae in aliis epiſcopatibus conſiſtunt, fiat a ſingulis capitulis collector.

10. Item quaerant procuratores ſecuritatem a domino Cantuar. et domino rege et epiſcopo, quod propter hanc praeſtationem non generabitur de caetero aliquod praejudicium eccleſiae Anglicanae.

11. Item nitantur procuratores ad perquirendum prolixos terminos ad ſolvendum hoc tallagium.

Stephanus, Dei gratia Cantuar. archiepiſcopus, totius Angliae primas, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalis, venerabili fratri R. eadem gratia Sarum epiſcopo, ſalutem in Domino. Memoriter, ſicut credimus, tenetis, qualiter ſcripſerit dominus papa nobis et vobis pro competenti auxilio a perſonis eccleſiaſticis de beneficiis ſuis domino regi liberaliter impendendo: propter quod vos et alios eccleſiarum praelatos nuper London. convocavimus, ubi tractavimus cum decanis cathed. eccleſ. praeſentibus, et cum procuratoribus, ubi decani non erant praeſentes, cum archidiaconis praeſentibus, et cum procuratoribus abſentium, cum viris etiam religioſis praeſentibus, et cum procuratoribus abſentium de negotio memorato, convenimus autem in hanc formam; videlicet quod ipſi monitis et mandatis domini papae reverenter inclinati, volunt praeſtare ſextamdecimam partem de omnibus eccleſiis, praebendis, et communiis, de quibus quintadecima ſoluta non fuit. Fiet quidem collecta in eccleſiis cathedralibus per decanos et capitula in eccleſiis parochialibus per archidiaconos, et alios viros providos, et fide dignos, de conſilio epiſcopi dioeceſani eis adjungendos. Cujus collectae medietas in feſto Purificationis, et alia medietas in feſto Trinitatis prox. venturis ſolvetur. Secundum aeſtimationem vero factam in collectione xx. fiet aeſtimatio redituum praemiſſorum. Fraternitati igitur veſtrae mandamus, quatenus interponatis diligenter partes veſtras, ut negotium memoratum, ſecundum formam praemiſſam, efficaciter et fideliter effectui mancipetur. Proviſum eſt autem, et a domino rege conceſſum, quod ipſe per literas ſuas patentes cavebit pro ſe et haeredibus ſuis, quod praefata conceſſio liberaliter facta non cedet in praejudicium eccleſiaſticae libertatis. Dat. anno Domini MCCXXVI. menſe Octobris. Valete in Domino.

Henricus, Dei gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Normanniae et Aquitaniae, comes Andegaviae, ven. patri R. eadem gratia Sarum epiſcopo, ſalutem. Cum propter urgentia negotia noſtra dominus papa Honorius III. archiepiſcopis et epiſcopis regni noſtri per literas ſuas dediſſet in mandatis, ut clerum Angliae ſibi ſubditum monerent diligenter et inducerent, quod

de beneficiis ſuis competens auxilium charitative nobis facere deberent, ad conſervationem pacis eccleſiaſticae et regni noſtri, clerus praefatus ad faciendum praemiſſa pia devotione inductus, liberaliter conceſſit et benigne ſextamdecimam beneficiorum ſuorum, ſecundum aeſtimationem competentem unius anni factam, ſcilicet tempore quo collecta fuit xx. in ſuccurſum terrae ſanctae, nobis per manum ſuam propriam collectam largiri; ita tamen quod ex hac gratia gratis et liberaliter tunc nobis impenſa, proceſſu temporis, eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis, ſeu beneficiis nullum poſſet aliquatenus praejudicium generari: nos igitur nolentes occaſione gratiae et liberalitatis nobis, ut praemiſſum eſt, affectu favorabili impenſae, eccleſiis Dei, archiepiſcopis vel epiſcopis, aliiſve praelatis, clericis, aut eccleſiaſticis ſeu religioſis viris vel eccleſiaſticis, poſſeſſionibus quibuſcunque vel feudis vel hominibus eorum praejudicium vel gravamen aliquod aliquo tempore generari, nec ſimilem praeſtationem trahi poſſe in conſuetudinem vel debitum; praeſentibus literis noſtris cum multiplici gratiarum actione proteſtamur, beneficium taliter nobis collatum ex ſola liberali gratia cleri proceſſiſſe, nec illud a nobis vel haeredibus noſtris occaſione vel exemplo tali in debitum vel in conſuetudinem trahi poſſe. In cujus rei teſtimonium has literas patentes fieri fecimus. Teſte meipſo apud Weſtm. 20. die Octobris, anno regni noſtri decimo. Dat. per manus venerabilis patris R. Ciceſtrenſis epiſcopi, et cancellarii noſtri, coram H. de Burgo, juſtitiario noſtro, J. Bathon. et R. Sarum epiſcopis.

W. decanus, et capitulum Sarum dilecto fratri et concanonico ſuo N. ſalutem. Literas domini Cantuar. ſuſcepimus continentes, quod cum nuper eſſent coram eo apud London. conſtituti decani cath. eccleſiarum, vel eorum procuratores, et archidiaconi diverſarum eccleſiarum, vel procuratores eorum; inſuper et viri religioſi, vel procuratores eorum, ad tractand. de competenti auxilio domino regi praeſtando de eccleſiis, praebendis, et communiis per regnum Angliae conſtitutis, tandem in hanc formam omnes convenerunt; videlicet, quod ipſi monitis et mandatis domini papae reverenter inclinati, voluerunt praeſtare xvi. partem de omnibus eccleſiis, praebendis, et communiis, in quibus quindena ſoluta non fuit. Fiet autem ſolutio medietatis in feſto purificationis beatae Mariae, et alterius medietatis in feſto Trinitatis prox. ſequent. Fiet etiam haec praeſtatio ſecundum aeſtimationem redituum, factam in collatione xx. quae facta fuit in ſubſidium terrae ſanctae. Fraternitatem veſtram igitur monemus attentius, et exhortamur in Domino, firmiter injungentes, quatenus in praeſenti negotio voluntatem domini papae, et aliorum patrum noſtrorum attendentes, necnon et neceſſitatem domini regis pie conſiderantes juxta formam praeſcriptam, medietatem xvi. portionis praebendae veſtrae in purificatione beatae virginis parati ſitis apud Sarum exſolvere, et aliam medietatem in feſto Trinitatis prox. ſequent. ſecundum praetaxatam aeſtimationem. Valete.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 10.	STEPH. LANGTON 19.	1225.	HENRIC. III. 10.

Concilium Londinenſe. Ex Walt. Covent. Chron.

IN purificatione beatae Mariae convocantur apud London. proceres Angliae, ibique tractatu habito diffuſiore cum clero et populo ibidem convocato, rex conceſſit libertates tam eccleſiae quam regni, et foreſtae, ſicut chartae ſuae inde confectae, et ſingulis comitatibus liberatae, plenius teſtantur; ibidemque conceſſa eſt domino regi a comitibus et baronibus et clero et populo ibidem praeſentibus xv. omnium mobilium, de communi aſſenſu, praeterquam de equitaturis. —Et ad hanc xv. fideliter ſolvendam obligati ſunt per ſententiam archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores, comites, barones, et milites, univerſique alii et ſinguli utriuſque ſexus, praeterquam de ordine Ciſtercienſ. et Praemonſtratenſ. Templar. et Hoſpitalar. — Archiepiſcopus autem et epiſcopi omnes excommunicaverunt in aeſtimatione xv. fraudem facientes, vel eam impedientes.

Walteri, archiepiſcopi Ebor. litera de amovendis clericis, qui in beneficiis eccleſiaſticis patribus ſuis ſucceſſerunt. Ex majori rotula Walteri Gray, n. 9.

OMNIBUS, etc. Cum mandatum domini papae ſuſcepiſſemus ſuper clericis, qui in beneficiis eccleſiaſticis patribus ſuis immediate ſucceſſerunt, ab eiſdem beneficiis amovendis, et Willielmo, rectori eccleſiae de Wirkinton, hujuſmodi ſucceſſio in eccleſia praefata a quibuſdam imponeretur; idem coram nobis conſtitutus, ſe a tali ſucceſſione penitus eſſe immunem conſtanter aſſeruit, et per teſtes ſufficienter probavit, eo quod pater ejus firmarius tantum eccleſiae memoratae extitit, et non rector; quocirca memoratum Willielmum ab hujuſmodi ſucceſſione immunem decernentes, non obſtante hac objectione, pacifica praefatae eccleſiae gaudere fecimus poſſeſſione. In cujus rei teſtimonium, etc. Dat. apud Cawode 15. cal. Maii, an. x.

Concilium Weſtmonaſterienſe. Ex Matth. Pariſ. in ann.

An hoc idem fuerit concilium, cujus ſupra fit mentio ex chronico Walteri Coventry, dubium mihi reſtat; ne autem chronicographi et Pariſii fidem in quaeſtionem vocarem, hiſtoriam utriuſque, aequa temporis ratione habita, adjeci.

" Anno Domini MCCXXV. rex Henricus ad Natale tenuit curiam ſuam apud Weſtmonaſterium, praeſentibus clero et populo cum magnatibus regionis. Solennitate igitur, ut decebat, completa, Hubertus de Burgo, domini regis juſtitiarius, ex parte ejuſdem regis propoſuit coram archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, et aliis univerſis damna et injurias, quae regi illata fuerant in partibus tranſmarinis; ex quibus non ſolum rex, ſed et comites multi, ac barones ſunt exhaeredati cum ipſo. Et cum multi ſunt in cauſa multorum ſubventio erit neceſſaria. Petiit ergo ab omnibus conſilium pariter et auxilium, quibus corona Angliae dignitates amiſſas, ac jura poſſet priſtina revocare. Ad hoc quoque plene perficiendum regi ſufficere credidit, ſi ei quintadecima pars omnium rerum mobilium totius regni Angliae, tam a perſonis eccleſiaſticis, quam a laicis donaretur. His in hunc modum proſecutis archiepiſcopus et concio tota epiſcoporum, comitum, baronum, abbatum et priorum, habita deliberatione regi dedere reſponſum, quod regis petitionibus gratanter acquieſcerent, ſi illis diu petitas libertates concedere voluiſſet. Annuit itaque rex cupiditate ductus, quod petebant magnates; chartiſque protinus conſcriptis, et regis ſigillo munitis, ad ſingulos Angliae comitatus chartae ſingulae diriguntur. Et ad provincias illas, quae in foreſtis ſunt conſtitutae, duae chartae ſunt directae; una ſcilicet de libertatibus communibus, et alterà de libertatibus foreſtae.

Decretum concilii de concubinis ſacerdotum.

Utrum in hoc concilio Londinenſi, an in alio hujus anni archiepiſcopus et ſuffraganei ejus de concubinis ſacerdotum tractaverint, haud certo liquet; ex Matthaeo Pariſio tamen patet, hoc anno exiviſſe " Decretum ab archiepiſcopo Cantuar. et epiſcopis ejus ſuffraganeis in hunc modum. Concubinae ſacerdotum et clericorum, qui infra ſacros ordines conſtituti et beneficiati ſunt, eccleſiaſtica careant ſepultura, niſi ſane ſe correxerint, et (quia ſcriptum eſt: " Vivens, vivens ipſe confitebitur tibi) incolumes, vel tanta earum in extremis appareat poenitentia, propter quam non immerito cum eis debeat diſpenſari. Item non recipiantur ad oſculum pacis, nec panem benedictum percipiant in eccleſia, quamdiu concubinarii eas detinent in domibus ſuis, vel publice extra domos. Item, ſi pepererint, non purificentur, niſi prius ſufficientem praeſtiterint cautionem archidiacono, vel ejus officiali, de ſatisfactione in proximo capitulo poſt purificationem earum facienda. Item ſacerdotes, in quorum parochiis concubinae talium commorantur, ſi non hoc oſtenderint archidiacono, vel ejus officiali, ſuſpendantur; et priuſquam relaxentur, gravi poenitentiae ſubjaceant. Item, quae convinci poterit, quod ſacerdos eam carnaliter cognoverit, publicam agat poenitentiam et ſolennem, acſi de adulterio eſſet convicta, tanquam pro duplici adulterio puniatur, ne tanti reatus impunitas aliis tranſeat in materiam delinquendi."

Concilium provinciale Scoticanum. Ex chartular. Aberdonen. fol. 25. et vet. Moravien. fol. 11. in bibl. jurid. Edinburgh.

Bulla papae Honorii III. *de eodem.*

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis epiſcopis regni Scotiae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quidam veſtrum nuper auribus noſtris intimaverunt, quod cum non haberetis archieſcopum, cujus auctoritate poſſitis concilium provinciale celebrare, contingit in regno Scotiae, quod eſt a ſede apoſtolica tam remotum, ſtatuta negligi concilii generalis, et enormia plurima committi, quae remanent impunita. Cum autem provincialia concilia omitti non debeant, in quibus de corrigendis exceſſibus et moribus reformandis diligens eſt adhibendus cum Dei timore tractatus, ac canonicae ſunt relegendae regulae ac conſervandae, maxime quae in eodem generali concilio ſunt ſtatutae; per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus, cum metropolitanum noſcamini non habere, auctoritate noſtra provinciale concilium celebretis. Dat. apud Tyberim 14. calend. Junii, pontificatus noſtri anno ix.

Modus procedendi in concilio cleri Scoticani.

Primo induantur epiſcopi albis et amictis, cappis, ſolennibus mitris, chirothecis, habentes in manibus baculos paſtorales; abbates in ſuperpelliciis et cappis, mitrati cum mitris; decani et archidiaconi in ſuperpelliciis et almuciis et cappis. Alii vero clerici ſint in honeſto habitu et decenti. Deinde procedant duo ceroferarii, albis et amictis induti, cum cereis ardentibus ante diaconum, qui legat evangelium " Ego ſum paſtor, " etc. quem comitetur ſubdiaconus, et petet diaconus benedictionem a conſervatore, ſi praeſens fuerit, vel ab antiquiore epiſcopo, ſi ſit abſens. Perlecto evangelio, oſculetur liber a conſervatore, et ſingulis epiſcopis. Deinde incipiat conſervator hymnum " Veni creator, " et ad

quemlibet verſum incenſetur altare ab epiſcopis. Quo facto, qui haberet dicere ſermonem, accepta benedictione a conſervatore, incipiat ſermonem ad cornu altaris. Finito ſermone, vocentur citati ad concilium, et abſentes puniantur ſecundum ſtatuta. Quibus ſtatutis ibidem perlectis in publico, excommunicent epiſcopi ſecundum ſtatuta, habentes ſinguli in manibus candelas.

*Incipiunt ſtatuta generalia eccleſiae Scoticanae**.

I. Canones generalium conciliorum, ut Iſidorus ait, a tempore Conſtantini imperatoris coeperunt, quibus ſancta Romana eccleſia, fide catholica ſuccreſcente, et ſancti patres in concilio Niceno convenientes, ſecundum fidem evangelicam et apoſtolicam certitudinem tradiderunt, inter caetera ſtatuentes, ſicut beatus Gregorius papa ſcribit, quod ſicut ſancti evangelii libros quatuor, ſic quatuor concilia ſuſcipiens venerari me fateor; Nicenum ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, et Calcedonenſe, in quibus haereticae pravitates, et fidei catholicae impugnatores confundebantur, et religio chriſtiana ad Dei laudem et omnium credentium ſalutem ſolidum recepit fundamentum: ex quo more per catholicorum principum provincias et regna ſalubriter inſtitutum eſt, ut ſingulis annis provincialia concilia ad decorem domus Dei, et fidem catholicam firmiter obſervandam rite celebrentur. Cui mori felicis recordationis Honorius papa in eccleſia Scoticana conſenſum adhibuit ſpecialem in haec verba: Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, etc. Auctoritate igitur Dei omnipotentis, et ſacrorum canonum, ac ſacroſanctae Romanae eccleſiae nos praelati eccleſiae Scoticanae concilium provinciale noſtrorum praedeceſſorum more celebrantes, et laudabilem conſuetudinem obſervantes, unanimi conſenſu ſtatuimus et ordinamus, ut ſingulis annis ſinguli epiſcopi, et abbates, ac prioratuum priores in habitu ſolenni ad concilium celebrandum ad certum diem per conſervatorem concilii ſibi competenter praefigendum devote conveniant, ut per triduum, ſi neceſſe fuerit, in eodem concilio valeant pro neceſſitatibus divinis et eccleſiaſticis commorari, et invocata Sancti Spiritus gratia, ſtatum eccleſiaſticum ibidem ad modum debitum et placentem Deo reformare. Si quis vero eorum canonica praepeditione fuerit impeditus, procuratorem vice ſua ſufficientem ſubſtituat. Non autem veniens perſonaliter, cum venire poſſit et noluerit, auctoritate concilii et arbitrio puniatur.

Quomodo conſervator debeat eligi.

II. Statuimus etiam inprimis, ut quolibet anno verbum praedicationis cuilibet epiſcoporum, uni poſt alterum injungatur in proximo concilio, per ſe vel per alium proponendum, incipiendo ab epiſcopo ſancti Andreae; et quod unus epiſcoporum conſervator ſtatutorum concilii ordinetur de conſilio reliquorum, qui de concilio ad concilium ſuo fungatur officio, ac manifeſtos et notorios ejuſdem concilii, ſeu alicujus ſtatuti in eodem violatores puniat, et ad debitam ſatisfactionem per cenſuram eccleſiaſticam ſecundum juris exigentiam efficaciter compellat.

De fide catholica.

III. Statuimus ſacri approbatione concilii, ut praelati majores et minores fidem catholicam et apoſtolicam indubitanter teneant, et ſubditos ſuos utriuſque ſexus in articulis fidei diligenter inſtruant, monentes et inducentes parochianos ſuos, quod ipſi ſuis liberis eandem fidem exponant, et eos doceant fidem chriſtianam obſervare.

Quod ſacramenta eccleſiae diligenter miniſtrentur.

IV. Statuimus, quod ſacramenta eccleſiaſtica cum devota reverentia in fide catholica celebrentur, ſub certa forma a ſanctis patribus et ſacris ſcripturis tradita: ‡ſub certis verbis catholice tradita, modis aliquibus immutare non liceat.

Quod eccleſiae ſufficienter ornentur.

V. Adhaec ſtatuimus, quod eccleſiae ad modum facultatum ipſorum parochianorum et per ipſos parochianos, et cancella earum per ipſos rectores de lapidibus conſtruantur, et poſtea conſecrentur, et debitis ornamentis, libris, et vaſis ornentur, et ad ſtatum debitum reformentur.

De eccleſiis aedificandis.

VI. Item ſtatuimus, quod nulla eccleſia vel oratorium ſine dioeceſani conſenſu conſtruatur, vel in conſtructis ſine ejuſdem conſenſu vel auctoritate divina officia aliqua temeritate celebrentur, quin potius ſecundum canones ſacros profanentur.

De eodem.

VII. Et quia praeſens ſtatutum minus plene in multis locis invenimus obſervatum, ſtatuimus, ut quilibet noſtrum in ſua dioeceſi diligenter † — quo jure et qua auctoritate fuerunt conſtructae, quod ſi minus rationabiliter conſtructae fuerint, vel etiam inpoſterum conſtruantur, ſecundum inſtituta canonica ſint ſuſpenſae; proviſo, quod cujuſcunque auctoritate conſtructae fuerint capellae quaecunque, indemnitati in omnibus matricis eccleſiae ſic proſpiciatur, ut nullum ei praejudicium generetur, nec de oblationibus a privilegiatis alicubi aliquid recipiatur, niſi ſuper hoc privilegium ordinario ſufficiens exhibeatur: quodſi aliqui contrarium fecerint, ipſo jure ſint ſuſpenſi.

Ne miſſae celebrentur in privatis locis ſine licentia epiſcopi.

VIII. Item nonnulli religioſi, et etiam alii, tam ſeculares quam eccleſiaſtici in privatis et inhoneſtis locis ſibi faciunt divina celebrari, immo potius in ſcandalum totius eccleſiae profanari, ubi frequentius ſpurcitiae peccatorum committuntur, et animalia bruta commorantur, nulla

* Statuta haec ſub finem regni Scotorum regis Alexandri II. condita fuiſſe ex vetuſtate chartularii colligit clar. Ruddimannus. ‡ Deeſt *cum*.

† Deeſt vox aliqua in MS. forte *inquirat*, *inſpiciat*, aut ſimile quid.

petita

petit[illegible] vel obtenta a [illegible] eorum ordinariis, aut aliqua auctoritate exhibita. Quapropter ne de caetero hujuſmodi fiant, ſub poena ſuſpenſionis in perſonas, et interdicti in eadem loca et etiam excommunicationis, ſi taliter delinquentes competenter moniti ab hujuſmodi praeſumptionibus non deſtiterint, firmiter inhibemus; volentes et ſtatuentes, quod rectores eccleſiarum parochialium, et vicarii earundem, necnon etiam parochiales preſbyteri hujuſmodi ſententias auctoritate concilii valeant in ſuis parochiis executioni debitae demandare.

De honeſtate clericorum.

IX. Statuimus etiam, quod quaelibet eccleſia parochialis ſuum proprium habeat rectorem aut vicarium, qui debitam curam animarum per ſe aut per alium idoneum miniſtrum de licentia ſui dioeceſani valeat exercere, et, quod iidem mundam et honeſtam ducant vitam, alioquin canonicae ſubjaceant ultioni.

Quod vicarii ſufficientem habeant ſuſtentationem.

X. Ad haec ſtatuimus, ut vicarii eccleſiarum, ſufficientem et honeſtam habeant ſuſtentationem de proventibus eccleſiarum, quum qui altaribus deſerviunt, de ipſius et eccleſiae proventibus vivere debent. Ita tamen, quod portio vicarii pura, libera, omnibus oneribus ſubductis, ad minus aeſtimationem decem marcarum attingat, ſi ad hoc ſuppetant eccleſiae facultates: proviſo, quod in pinguioribus eccleſiis, ſecundum modum facultatum, et onera eiſdem incumbentia, ſufficientes portiones vicariis aſſignentur.

De ornatu clericorum.

XI. Ad haec ſtatuimus, quod rectores et vicarii eccleſiarum, et etiam in dignitatibus conſtituti, ac ſacerdotes, et clerici infra ſacros ordines tam in ſtatumentis, quam in habitu corporis decenter induantur: rubeis pannis, ſive viridibus, ſeu virgatis non utantur, nec etiam pannis, qui nimia brevitate notentur. Vicarii quoque et ſacerdotes clauſa deſuper habeant indumenta, tonſuram deferant congruentem, ne intuentium, quorum forma et exemplum eſſe debent, offendat aſpectum. Quodſi ab ordinariis moniti emendare noluerint, ab officio ſuſpendantur, et eccleſiaſticis ſubjaceant diſciplinis.

Quod nullus ſe intrudat in beneficiis eccleſiaſticis.

XII. Statuimus etiam, quod nullus rector, aut vicarius ſine conſcientia dioeceſani, aut ejus officialis, ſuper hoc poteſtatem habentis, in poſſeſſionem eccleſiaſticam intrudatur, vel aliquam in eadem exerceat adminiſtrationem; et qui ſecus fecerit, ſecundum canonum ſancita a jure, quod ſibi competiit, cadere debet, et nihilominus arbitrio dioeceſani alias legitime puniatur.

De manſionibus beneficiatorum.

XIII. Statuimus etiam, quod quaelibet eccleſia manſionem aliquam prope eccleſiam habeat, in quam epiſcopus, ſive archidiaconus honeſte recipi valeant; quam decernimus infra annum debere fieri tam expenſis perſonarum, quam vicariorum pro rata ſua portionum: ſuſtentatio autem domorum ſpectat ad vicarium, cum habeat uſum earum, et commodum, et ad hoc per ſequeſtrationem fructuum eccleſiarum compellantur.

Quod novi cenſus non imponantur eccleſiae.

XIV. Statuimus etiam, quod novi cenſus eccleſiis aut vicariis non imponantur, nec antiqui cenſus augeantur; et ſi ſecus actum fuerit, ſecundum Lateranenſe concilium irritentur, et delinquentes in talibus, prout juſtum fuerit, puniantur.

De clericis ordinandis.

XV. Ad haec ſtatuimus, quod nullus epiſcopus clericos de dioeceſi alterius epiſcopi ad ordines maxime ſacros ſine literis ordinarii ſui vel ejus officialis admittat. Clerici autem tranſeuntes vel ignoti ad nullum officium eccleſiaſticum ſine literis commendatitiis certis admittantur, et ſi ſine admiſſione epiſcopi, officialis, archidiaconi in eccleſiis parochialibus ſeu capellis ſe divinis immiſcuerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi. Ad haec ſtatuimus, quod quilibet ſacerdos ſeu clericus ad religionem tranſiens, habeat annuale ſuum, ſicut et alii, qui in Domino moriuntur.

De confeſſoribus conſtituendis.

XVI. Quod in quodam concilio ſtatutum eſt, approbantes ſtatuimus, ut per quoſlibet decanatus prudentes viri et fideles conſtituantur per epiſcopum confeſſores, quibus perſonae vicarii et minores clerici valeant confiteri, qui decanis forſitan erubeſcunt confiteri, et verentur. In eccleſiis vero cathedralibus confeſſores inſtitui praecipimus generales.

De [illegible].

XVII. Cum laicis dari eccleſias ad firmam ſit penitus inhoneſtum, et clericis quibuſcunque ad longum tempus propter continuationem temporis, quod conſuevit afferre periculum eccleſiis, poſſet eſſe damnoſum; utrumque diſtrictius inhibentes, ſtatuimus, ut nec laicis unquam nec perſonis eccleſiaſticis etiam ultra quinquennium ad firmam non conferantur, nec eo finito, renoventur eiſdem, niſi prius ipſas alii habuerint mediate, ſalvis conceſſionibus religioſorum ſuper garbis eis in proprios uſus conceſſis; et, ut omnia ſint in tuto, praecipimus, ut praeſentibus epiſcopis vel archidiaconis firmarum fiat conventio, ex qua plures literae ſcribantur, quarum una maneat penes epiſcopum, vel penes archidiaconos.

De cohabitatione clericorum et mulierum.

XVIII. Licet ad profugandum a laribus eccleſiae putridum illud cupidinis libidinoſae contagium, quo decor eccleſiae turpiter maculatur, ſtuduerint ſemper eccleſiaſtici rectores, ipſum cum improbitatis tantae exiſtit, ut ſemper ſe ingerat impudenter; nolentes ergo tantam eccleſiae ignominiam conniventibus oculis praeterire incorrectam, ſtatuta Romanorum pontificum, et maxime decretales Alexandri papae ſuper hoc edita exequendo, ſtatuimus, et ſtatuendo praecipimus, ut clerici, et maxime in ſacris ordinibus conſtituti, qui in ſuis domibus vel alienis detinent

nent publice concubinas, eas prorſus a ſe removeant infra menſem, alias de caetero nullatenus detenturi, alioquin ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi. Ita quod uſquequo ſuper hoc ſatisfecerint, de beneficiis eccleſiaſticis ſe nullatenus intromittant. Alioquin ipſo jure ipſos eis decernimus eſſe privatos. Volumus quoque et diſtricte praecipimus, ut archidiaconi et decani ſuper hoc diligentem fieri faciant per omnes decanatus inquiſitionem, et quod ſtatuimus, obſervari.

De rebus eccleſiae non alienandis.

XIX. Statuimus etiam, quod eccleſiarum parochialium rectores ſeu vicarii eaſdem eccleſias ſibi commiſſas nullatenus obligare valeant, nec fructus earum ad ulteriora tempora vendere, aut quibuſlibet modis alienare, niſi quatenus ad eoſdem rectores pro ſe viventibus, aut ſuo annuali poterunt pertinere, ne per obligationes et alienationes hujuſmodi eccleſiis ipſis et earum patronis, aut earum rectorum ſucceſſoribus damnum aut injuria generetur.

Item de eodem.

XX. Statuimus etiam, quod nullus rector aut vicarius parochialis eccleſiae decimas aliquas aut proventus alios eccleſiaſticos perſonis conjunctis aut extraneis, praeſertim laicis etiam ad ſuum perpetuum, quoad concedentes aut recipientes vixerint, dare valeant, vendere, vel quomodolibet alienare. Et ſi quid contra praeſumptum fuerit, irritum ſit et inane, et quod ſic alienatum fuerit, ad jus et proprietatem ſuae eccleſiae integraliter revertetur.

Item de eodem.

XXI. Adjicimus etiam, quod nullus rector, aut vicarius decimarum ſeu aliorum proventuum eccleſiaſticorum per unius anni ſpatium, antequam eaedem decimae ſeu proventus percipi debeant, venditionem, obligationem, ſeu aliam alienationem anticipare praeſumat. Et ſi ſecus praeſumptum fuerit, iidem contractus omni careant firmitate, quum per contractus hujuſmodi eccleſiae laeduntur; rectores et vicarii depauperantur; ementes etiam plerumque ſuis pretiis defraudantur; jura etiam ordinariorum quandoque deferuntur, vel penitus enervantur.

Ne clerici vel monachi ſe negotiis immiſceant.

XXII. Cum jure divino et humano caveatur, quod nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus; ſtatuimus, quod nemo religioſus, aut ſacerdotes vel clerici ſanctis eccleſiis aſtricti, actores vel adminiſtratores ſecularium perſonarum in negotiis ſecularibus fiant, vel adminiſtrationes ab eis rerum ſeu negotiorum ſecularium ſuſcipiant, per quas ad ratiocinia teneantur, ne et ipſi in ſcandalum eccleſiae per ſecularem potentiam graviter opprimantur, et eccleſiae ſibi commiſſae ex hoc enormiter laedantur. Quodſi aliqui adverſus hoc inpoſterum venire praeſumpſerint, ab eccleſiaſtico miniſterio fiant alieni, pro eo, quod clericali officio neglecto, fluctibus ſeculi vel poteſtatibus ſecularibus ſe * miſcuerint.

De eodem.

XXIII. Item ſalubri proviſione decrevimus, ut clerici beneficiati de caetero domos aut poſſeſſiones laicas ad opus concubinarum et filiorum ſuorum emere non praeſumant, nec etiam ad opus eorum domos conſtruant in feodo laicali, ſed nec etiam pecuniam miniſtrent ad hujuſmodi emenda, ad opus illorum, ut ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis ſuper hoc habeatur juſta ratione ſuſpectus, niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgaverit, ipſius arbitrio puniatur. Praeterea licet teſtamenta legitima clericorum beneficiatorum decedentium volumus obſervari; nolumus tamen, quod concubinis aliquid in teſtamento ſuo relinquant. Quod ſi de caetero factum fuerit, totum illud in uſum eccleſiae, quam rexit defunctus, epiſcopi arbitrio convertatur.

De interdicto.

XXIV. Item ſtatuimus, ut cum indultum ſit Hoſpitalariis ac aliis religioſis quibuſdam ab apoſtolica ſede, ut in ipſorum jucundo adventu ad loca interdicta pro ſuis † confratriis, ſeu eleemoſynis colligendis ſemel in anno loca iſta debeant aperiri, quum ad divinorum celebrationem in locis hujuſmodi nominatim excommunicati nullatenus admittantur, et ipſi praecipue, qui cauſam de teſtamentis dederunt interdicto. Prohibemus etiam, quod hujuſmodi exempti funera nominatim excommunicatorum, aut publicorum peccatorum, et violatorum eccleſiarum, et aliorum, quibus vivis non communicavit eccleſia, eccleſiaſticae ſepulturae tradere non praeſumant; ſi vero in aliquo contra praemiſſa venire praeſumpſerint, privilegiorum hujuſmodi ipſos fore decernimus abuſores. Ipſos quoque ad eccleſias illas nullatenus admittendos, donec ſatisfactionem idoneam praeſtiterint de offenſa. Et quod a loco ſacro extrahantur corpora ſic ſepulta.

De teſtamentis et ultimis voluntatibus.

XXV. Statuimus, ut cum de bonis in teſtamento alicujus cuicunque relictis, ordinariis locorum certa fuerit ratio facienda, quia Ciſtercienſes, ac alii exempti ad hujuſmodi rationem reddendam nullatenus compelli poſſunt, ut dicunt, quod religioſi hujuſmodi executores nullo modo conſtituantur, nec in aliquo bona defunctorum adminiſtrent. Quodſi fuerint conſtituti, pro non conſtitutis penitus habeantur.

De immunitate eccleſiarum.

XXVI. Statuimus, quod fugientes ad eccleſiam, defendantur ab eadem, niſi fuerint notorii depopulatores agrorum, aut publici et noto-

* In MS. *junxerint* ſcriptum videtur.

† In MS. *cõfricis*, forte pro *confratriis*, de quibus Car. du Freſne in Gloſſar. med. et infim. Latinitatis, in Addend. p. 1370. haec habet: In fine ſubde, Helias de Roffiaco in abbatibus S. Martialis Lemovicenſ. *Exactionem, quam epiſcop. Lemovicenſis vel canonici ſub nomine confratriae a populo violenter expetebant, — irritam fecit.* Haec clar. Ruddim.

rii praedones viarum publicarum, aut manifeſti violatores aut effractores eccleſiarum, ſeu a canone vel ab homine excommunicati, quibus caſibus adhuc ſunt tuendi, donec dioeceſanus vel ejus officialis pronunciaverit ſententialiter eos ab eccleſia non eſſe defendendos.

Item de eodem.

XXVII. Adjicientes, quod nullus vicarius, ſeu preſbyter, ſeu clericus alius aliquem crucesignatum, ſeu clericum captum pro homicidio, praeda, latrocinio, maxime ſi ſuper his maleficiis fuerint defamati, de manibus ballivorum laicorum requirat ſine juſſu et conſcientia epiſcopi, archidiaconi, vel decani loci illius, ubi fuerit requirendus. Prohibemus etiam, ne laicus fidejuſſor inveniatur apud ballivum laicum pro talium captorum liberatione; ſtatuentes, quod detentores talium privilegiorum, poſtquam canonice moniti fuerint et requiſiti, ad liberationem eorundem per cenſuram eccleſiaſticam compellantur.

De eodem.

XXVIII. Statuimus etiam, clericos in quolibet ordine ab eccleſia eſſe defendendos, donec, exigente juſtitia, propter immanitatem criminum a ſuſceptis ordinibus degradentur; et ne maleficia tranſeant impunita, in maleficiis deprehenſi aut manifeſti convicti, arctae cuſtodiae carceris dioeceſani, quem quilibet epiſcopus habere tenetur, tales clerici commendentur, ac pane doloris et aqua tribulationis ibidem ſuſtententur, ne fame vel ſiti in carcere ſuffocentur.

De feriis.

XXIX. Statuimus etiam, quod de caetero placita ſecularia in diebus dominicis ac in aliis feſtivitatibus ſolennibus minime teneantur; neque in eccleſiis, coemeteriis, aut aliis locis Deo dedicatis talia placita, et maxime cauſae ſanguinum, aut criminales, per quoſcunque judices ſeculares locis aut temporibus praedictis agitentur.

Ut libertates eccleſiae ſine diminutione conſerventur.

XXX. Statuimus etiam, quod nulli permittatur violare aut diminuere libertates, ſeu immunitates aut conſuetudines rationabiles rerum aut perſonarum eccleſiaſticarum hactenus obſervatas, ac divino jure vel humano ſalubriter et rationabiliter introductas.

De crucesignatis ab eccleſia defendendis.

XXXI. Statuimus autem auctoritate concilii Lateranenſis, quod crucesignati rite ab eccleſia tuendi ſunt, niſi propter ſuorum ſcelerum immanitatem ab eccleſiaſtica defenſione fuerint ſequeſtrandi; ſuper hoc juſtum judicium dioeceſani modis omnibus expectetur.

Quod nami non capiantur per laicos in terris eccleſiaſticis.

XXXII. Statuimus, quod nullus vicecomes, ballivus, vel quicunque laicus namum capiat, vel capi faciat in foro aliquo, vel extra forum de rebus clerici vel etiam laici, manentis in terris eccleſiarum, vel etiam ad vendendum compellant ſub aeſtimatione, quae "For le Roy" vulgariter dicitur. Quod ſi ſecus actum fuerit, ſi capiens vel capi faciens ammonitus res taliter captas aut venditas infra terminum ſibi ſtatutum non reſtituerit, et etiam de injuria ſatisfacere contempſerit, per excommunicationis ſive interdicti ſententiam, ſecundum quod videbitur expedire, ſine morae diſpendio coerceatur.

Quod clericus non trahatur ad forum ſeculare.

XXXIII. Statuimus etiam, quod ſi eccleſiaſtica perſona contra aliam perſonam eccleſiaſticam moveat quaeſtionem perſonalem, vel etiam realem, ſuper rebus aut aliquibus bonis eccleſiaſticis, eam coram judice eccleſiaſtico proſequatur, ſuper hiis adverſarium ſuum nullatenus ad forum vetitum pertrahendo. Quodſi aliter ab aliquo praeſumptum fuerit, ſi canonice monitus non deſtiterit, actor a jure, quod ſibi competit, cadat, reus, ſi conſentiat, pro convicto habeatur; et nihilominus, ſi ulterius perſeverent, et poenas praedictas contemnant, ſecundum ſacros canones et auctoritate concilii excommunicati publice denuncientur. Adhaec, cum invaſores ac perturbatores immunitatum, libertatum, poſſeſſionum eccleſiaſticarum, necnon perturbantes pacem per aliquas fraudes, dolos, vel machinationes, per ſententiam latam a canone, ipſo facto ſint excommunicati, auctoritate eorundem canonum et concilii decrevimus eos debere excommunicatos publice denunciari.

De decimis et primitiis.

XXXIV. Statuimus, ſecundum divinae legis et humanae praecepta, quod decimae de omnibus, quae innovantur, de quibus decimae praeſtari debent, ut de blado, foeno, lino, de hortis, de molendinis, de piſcariis, de foetibus animalium, lana, lacte, caſeis, quocunque tempore fiant, pullis, ovis, negotiatione, venatione, ſilva caedua, de fructibus arborum, et aliis hujuſmodi integre perſolvantur his, ad quos pertinere noſcuntur.

De decimis hortorum.

XXXV. Ad haec decrevimus, quod decimae hortorum in civitatibus et burgis, ad quamcunque culturam redigantur, ad vicarium pertineant. Decimae vero hortorum in villis, pro qua parte fuerint ad culturam ſegetis redacti, ad perſonam pertineant, et pro alia parte ad vicarium. Linum vero ubicunque ſeminatur, ad vicarium pertineat.

De decimis vaccarum.

XXXVI. Item de vaccis foetis ſtatuimus, ut ſi de earum lacte non fiat caſeus, vel butirum, pro vacca tres denarii per annum, et pro ejus vitulo unus denarius eodem anno pro decima exigatur.

De decimis ovium.

XXXVII. Item ſtatuimus de ovibus, quod ſi oves, vel caetera animalia in diverſis parochiis extiterint per diverſa tempora, quaelibet eccleſia pro rata temporis decimam percipiat, dum ta-

men

men per menſem integrum ad minus in alicujus parochia ſteterint, minoris autem temporis nulla ratio habeatur: fructus autem toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, accipere debemus, et hoc ipſum inter epiſcopatus obſervetur.

De eodem.

XXXVIII. Item ſtatuimus, ſi parochianus alicujus eccleſiae per menſem vel ultra, propter herbam cum ſuis averiis in alia parochia commoretur, id, quod ſupradictum eſt de ovibus, obſervetur.

De eodem.

XXXIX. Item ſtatuimus, quod animalium, quae cubant in una parochia et paſcuntur in alia per totum annum, decimae dividantur aequaliter; ſi autem communiter paſcuntur in utraque parochia, et cubant tantum in una; illa, in qua cubant, tres partes recipiat, et quarta pars remaneat eccleſiae, in cujus parochia paſcuntur.

De decima foeni et molendinorum.

XL. Item ſtatuimus de decimis foeni et molendinorum, quod integre perſolvantur; quas ſi aliquis ſolvere noluerit, poſt trinam admonitionem excommunicetur.

De mercenariis.

XLI. Item ſtatuimus, quod ſufficiat a mercenariis, qui opera ſua locant pro dimidia marca vel infra, exigere tres oblationes per annum pro decima mercedis, quam recipiunt.

De decima piſcationum.

XLII. Item ſtatuimus de decimis piſcatorum, quod nulla perſona vel vicarius ab alienis parochianis decimas piſcationum exigere praeſumat, niſi quamdiu in ſua parochia domos conduxerint, vel manſiunculas ad inhabitandum fecerint, vel ex mutuo ſeu commodato habuerint, niſi ſecus eccleſiarum aliqua legitima praeſcriptione fuerit munita.

Caſus, in quibus excommunicantur, qui perturbant viros eccleſiaſticos, ſeu eorum procuratores, ne faciant commodum ſuum de decimis ſuis.

XLIII. Item ſtatuimus, ne advocati eccleſiarum, ſeu quilibet laici impediant vel prohibeant, aut aliquo modo compellant perſonas, vel vicarios, ſeu procuratores eorum, quominus de decimis ſuis ſeu dominorum ſuorum libere valeant diſponere, vendere, vel alienare, quocunque modo voluerint; nec etiam ſuis vel alienis hominibus prohibeant, ne decimam emant ſeu etiam alias obventiones, nec etiam clericis aliquod impedimentum praeſtent, quominus ad opus proprium eas colligant, et pro arbitrio ſuo de eis diſponant. Quodſi quis contrafacere praeſumpſerit, vel quoquomodo in fraudem eccleſiaſticae libertatis et ſacrorum canonum machinatus fuerit, auctoritate concilii generalis excommunicetur.

De furantibus decimas.

XLIV. Item ſtatuimus, quod quicunque filii perditionis decimas furtive ſubripuerint, aut vi aut clam occupaverint, aut decimas ſegetum ſectas in agris reliquerint, aut per agros projecerint, et ad horrea ſecundum rationabiles et antiquas conſuetudines deferre contempſerint, eccleſiaſtica cenſura ad ſatisfaciendum Deo et eccleſiae, ac clericis laeſis et damnificatis legitime compellantur.

De eodem.

XLV. Adhaec ſtatuimus, quod iſtae ſententiae in ſingulis eccleſiis ſingularum dioeceſium ad nos ſpectantium, per tres dies ſolennes ſingulis annis publicentur.

De conſpiratoribus.

XLVI. Excommunicamus etiam omnes conſpiratores contra proprios epiſcopos, vel alienos regni, et omnes conſpiratoribus conſentientes, eo quo tales ſciſmatici ſunt, et infames.

De obedientia clericorum.

XLVII. Quoniam melior eſt obedientia quam victimae, et contumacia ſeu inobedientia peccato ariolandi et idololatriae comparatur; ſtatuimus, quod omnes eccleſiaſtici viri, ſuis dioeceſanis, archidiaconis, decanis in mandatis licitis et canonicis contumaciter et ſine manifeſta cauſa rationabili reſiſtentes, ab officio ſuſpendantur, et creſcente contumacia, poenae majori ſubdantur.

De quaeſtionariis, qui non niſi ſemel in anno admittantur.

XLVIII. Quoniam quidam quaeſtionarii variis illuſionibus animas ſimplicis populi ſeducunt, ſtatuimus, quod cum aliquis quaeſtionarius ad aliquam eccleſiam acceſſerit, miniſtrans in eadem eccleſia eodem die negotium dicti quaeſtionarii parochianis ſuis reverenter exponat, ſecundum quod in literis domini papae et dioeceſani continetur: ita quod dictarum literarum tenorem nullatenus excedat. Ad alium diem autem infra annum illum eundem quaeſtionarium in eadem eccleſia pro eodem negotio nullo modo admittat. Adhaec ſtatuimus firmiter obſervandum, quod a principio Quadrageſimae uſque ad octavas Paſchae negotium fabricae eccleſiae Glaſguenſis omnibus diebus dominicis et feſtivis fideliter et diligenter in ſingulis eccleſiis, poſt evangelium miſſae, parochianis exponatur, et indulgentia eidem fabricae ſubvenientibus conceſſa, quam in qualibet eccleſia ſcriptam eſſe praecipimus, aperte et diſtincte eiſdem parochianis vulgariter dicatur, et eleemoſynae eorundem ac bona decedentium ab inteſtato, ac etiam pie legata ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam fideliter colligantur, et decanis locorum in proximis capitulis ſine diminutione aſſignentur, et infra dictum terminum nullus quaeſtionem pro negotiis aliis in eccleſiis parochialibus admittat.

Quod

Quod excommunicati ſint ſubvertentes libertatem eccleſiae.

XLIX. De praelatis et clericis ſtipendiis eccleſiae militantibus, qui contra canonicas ſanctiones et libertates eccleſiaſticas et conſuetudines eccleſiae Scoticanae hactenus obtentas conſilium et auxilium laicis impendunt, et maxime de his, qui literas dictant, ſcribunt, et conſignant, ſeu ſtatuta condunt, per quae jura ſeu ſtatuta libertates eccleſiae et conſuetudines hujuſmodi poſſunt ſubverti, et de aliis, ſcilicet ſtatutariis*, conſiliariis, et eorum fautoribus ſtatuendo decrevimus, quod quoniam omnes tales in canone latae ſententiae incidunt pro excommunicatis publice denuncientur. Si quis vero beneficiatus inpoſterum ſuper aliquo praemiſſorum fuerit convictus, auctoritate iſtius ſtatuti noverit ſe beneficio ſuo fore privatum; ſi praeditus dignitate vel praelatura aliqua, hujuſmodi attentare praeſumpſerit, omni dignitate careat et honore; ſi laicus, et ab eccleſia infeodatus, feodo ſuo privetur. Si clericus hujuſmodi facere praeſumat, et poſtea ad eccleſiaſticum beneficium fuerit praeſentatus, nullatenus admittatur, niſi coram dioeceſano ſuo ſuper hoc purgaverit innocentiam.

Infraſcripti excommunicandi ſunt quater in anno.

L. Item ſtatuimus, quod in ſingulis eccleſiis, tam militum quam aliorum, quater in anno in proximis dominicis poſt obſervationem quatuor temporum excommunicentur in genere ſortilegi, venefici, incendiarii, eccleſiarum fractores, falſarii, uſurarii manifeſti, et ſcienter impedientes teſtamenta legitime facta, et etiam impedientes ordinarios, quominus de bonis ipſorum decedentium ab inteſtato, ſecundum conſuetudinem eccleſiae Scoticanae rite valeant ordinare; laici detinentes, invadentes, fraudantes, et auferentes poſſeſſiones, aut alia quaecunque jura eccleſiaſtica aut libertates; et omnes illi, qui ſe in beneficio eccleſiaſtico intrudunt; et teſtes ſcienter perjuri, per quos aliquis amittit haereditatem, aut beneficium eccleſiaſticum, ſeu terrenum; raptores etiam publici et notorii; et omnes ſcienter receptantes fures, vel raptores, ut furentur, vel rapiant, vel eos manutenent, vel pro eis fidejubent, cum ex dicta cauſa querelantur. Contra latronum et praedonum † flagitia, quibus nimis abundat regio Scoticana, quod nequaquam eſſet, ut accepimus, niſi majores eos defenderent, et manutenerent, aut pro eiſdem ſcienter et prudenter fidejuberent, ſic duximus ſtatuendum, ut nemo eos protegat, manuteneat, ſeu defendat, vel in domibus teneat, vel ullos, quos ſciverint vel manifeſtum fuerit latrocinium aut praedam exercere: eos autem, qui contrafecerint, ſi tertio commoniti per eccleſiaſticum judicem ipſos a ſe non abjecerint, eccleſiaſticae excommunicationi ſubjugamus. Monitionem autem volumus et ſtatuimus ſufficere generalem: et ſi fiat alicujus nomine non expreſſo, dum ita publice ac ſolenniter fiat, quod ad eorum notitiam valeat pervenire. Item omnes, qui in cauſa matrimoniali falſas exceptiones malitioſe opponunt, vel opponi procurant, vel qui in cauſa matrimoniali falſum perhibent teſtimonium ſcienter, vel id fieri procurant, vel teſtes ſubornant, excommunicationis ſententiae ſe noverint ſubjacere.

De eodem.

LI. Item excommunicamus illos, qui pacem regis aut regni perturbant; et omnes illos, qui odio vel lucri cauſa aliis crimina falſa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, vel membrorum mutilatio, vel exhaeredatio, ſeu bonorum ſpoliatio ſequi debeat, ſi judicialiter convincantur.

De excommunicato per unum epiſcopum denunciando per alios, et de interdicto promulgando in terris excommunicati, ſi per quadraginta dies in pertinacia perſeveraverit, et de poena praelatorum iſta non obſervantium.

LII. Statuimus etiam, ut quoties aliquis ex nobis epiſcopis in aliquem nobis jure dioeceſ. ſubditum ſententiam excommunicationis ob aliquam cauſam rationabilem et legitimam promulgaverit, et eandem alicui noſtrum demandaverit publicandam, et demandandum, quibus noſtrum eam per ſuam dioeceſim faciat publicari, et ipſum delinquentem denunciet excommunicatum, et eundem per ſeipſum tanquam excommunicatum evitet; et quatenus in eo eſt, ab aliis faciat evitari. Et ſi talis excommunicatus in ſua pertinacia per quadraginta dies claves eccleſiae contemnendo, animo perſeveraverit indurato, et idem excommunicator extunc terras ipſius excommunicati in dioeceſi ſua ſitas, et loca, per quae tranſierit, et per triduum et amplius in eiſdem fecerit moram, eccleſiaſtico ſuppoſuerit interdicto, et idem interdictum alicui noſtrum demandaverit publicandum; quilibet noſtrum terras ejuſdem excommunicati in dioeceſi ſua ſitas ſupponat interdicto, quouſque per eundem excommunicatorem dictae ſententiae fuerint relaxatae. Loca vero, per quae tranſierit, et quamdiu ibi moram fecerit, ſimiliter eccleſiaſtico ſupponat interdicto. Ut tamen regiae majeſtati debitus honor deferatur, ſi idem excommunicatus in comitatu domini regis, vel reginae conſortis ſuae, communis congregationis ipſius regni magnatum extiterit, tunc dioeceſanus loci ejus per ſe, vel per alium talem eſſe excommunicatum denunciet, eoſdem canonice inducendo, ut ipſum excommunicatum a ſua communione repellant, et evitent, et a ſuis faciant evitari. Alioquin cum ſibi videantur favere, qui manifeſto facinori negligunt obviare, idem locus per dioeceſanum eccleſiaſtico ſupponatur interdicto, tamen regis et reginae liberorumque ſuorum capellis in ſua dignitate feliciter duraturis. Et ut divinus timor incutiatur fortius obſtinatis, ad excommunicatorum inſolentiam reprimendum, ſi neceſſe fuerit, brachii ſecularis auxilium, prout catholicorum regum temporibus fieri conſuevit, et de jure debuit, invocetur. Et ſi aliquis noſtrum aliqua levitate

*In MS. *ſtatuarius*   † In MS. poſt *praedonum* habetur *ne*, forte pro [illegible]

ab eccleſiaſtica et divina obſervatione receſſerit, vel in aliquo eam impedierit, per ſacri concilii deliberationem fratrum ſuorum atque praelatorum conſiliis careat aliorum.

De poena inceſtus clericorum.

LIII. Si quis ſacerdos cum filia ſua ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe grave adulterium commiſiſſe; idcirco ſi foemina laica ſit, omnia derelinquat, et res ſuas pauperibus tribuat, et converſa in monaſterio Deo uſque ad mortem ſerviat. Non debet epiſcopus vel preſbyter commiſceri cum mulieribus, quae eis confeſſae ſunt peccata: ſi forte, quod abſit, ſic contigerit, ſic poeniteat quomodo et de filia ſua ſpirituali *. Epiſcopus annis quindecim, preſbyter annis duodecim poeniteat, et deponatur tamen, ſi in conſcientiam populi venerit.

Quod abſolutio excommunicationis non ſit extorquenda per laicos.

LIV. Cum laicis de rebus ſeu perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas diſponendi, quibus obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi ad extirpandum conſtitutionis vitium, quod nuper inolevit in ſubverſionem eccleſiaſticae libertatis, per quod gladius ſpiritualis et claves eccleſiae gladio materiali ſubjiciantur; duximus ſtatuendum, quod nullus, qui juriſdictioni praeeſt, ſententiam excommunicationis, interdicti, ſeu ſuſpenſionis in ſubditos ſuos ex quacunque cauſa latam, ad mandatum alicujus ſecularis poteſtatis de caetero praeſumat relaxare. Si vero ſecularis poteſtas in pertinacia ſua perſeverans, ad relaxandum ſententias per res eccleſiae mobiles ſive immobiles, ſeu quovis alio modo compellat, loci dioeceſanus auctoritate concilii et canonis puniat hujuſmodi delinquentem.

De baptiſmo.

LV. Quoniam baptiſma prima tabula eſt poſt naufragium, et magna eſt virtus et efficacia hujus ſacramenti, cum ab ipſo Deo inſtitutum ſit, et ejus ſanguine rubricatum; praecipimus ut hoc ſacramentum celebretur cum honore, et reverentia, et magna cautela, maxime in diſtinctione verborum, in quibus toti vis hujus ſacramenti conſiſtit, et ſalus puerorum. Forma autem baptizandi haec eſt: "Ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen." In Romano vero et etiam Anglico idiomate ſub eadem forma doceant ſacerdotes frequenter, et poſſe, et debere ſe baptizare pueros in neceſſitate. Et pater et mater baptizent filium ſuum in neceſſitate, cum aliae deſint perſonae, et ſine praejudicio matrimonii. Fontes ſub ſera clauſa cuſtodiantur. Chriſma ſimiliter, et ſacrum oleum, et euchariſtia ſub clave cuſtodiantur. Si vero hi, ad quos ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerint, tribus menſibus ab officio ſuſpendantur. Et ſi per eorum incuriam aliquid nefarium inde contigerit, graviori ſubjaceant ultioni. Baptiſterium habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali lapideum vel ligneum, competens, quod decenter cooperiatur et reverenter conſervetur, et in alios uſus non convertatur. Aqua, in qua baptizatus fuerit puer, ultra ſeptem dies in baptiſterio non ſervetur. Si vero puer a laico domi baptizatus fuerit, aqua propter reverentiam baptiſmi, vel in ignem fundatur, vel ad eccleſiam deferatur in baptiſterium fundenda. Item vas illud, in quo baptizatus fuerit, vel in igne comburatur, vel ad uſus eccleſiae deputetur. Cum autem laicus in neceſſitate baptizaverit puerum, ſacerdos poſtea diligenter inquirat ab eo, quid dixerit, aut quid fecerit; et ſi inveniat laicum diſcrete etiam in forma eccleſiae baptizaſſe in quocunque idiomate, approbet factum; ſin autem, ipſe ſacerdos baptizet puerum, ſic dicendo: "N. non te baptizo; ſed ſi non es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen." Sub iſta forma pueri, de quibus dubium eſt, an ſint baptizati, baptizentur. Cum vero a laico baptizatus fuerit infans, poſtmodum allato puero ad fores eccleſiae, ſuppleatur a ſacerdote quod deeſt; ſcilicet paululum † ſalis, et aurium et narium linitio cum ſaliva. Exorciſmi etiam dicantur, et ad fontes omnia fient puero, quae fieri ſolent ſine immerſione et aquae benedictione. Quando autem baptizatus fuerit puer, de quo dubium eſt an baptizatus fuerit, omnia fiant a ſacerdote, dum tamen ante immerſionem dicantur verba ſupradicta: "Non te baptizo," etc. Ad levandum vero puerum de fonte tres ad plus admittantur perſonae in baptiſmo. Marem duo mares, et una foemina ſuſcipiant; foemina vero duabus foeminis, et uno mare ſuſcipiatur. Plures tanquam teſtes non tanquam patrini, ſi haberi potuerint, habeantur, propter varias cauſas. Panni autem chriſmales non niſi in uſus ornamentorum eccleſiae convertantur, nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati, aliis ad baptizandum prece vel pretio non tradantur. Similiter alia ornamenta eccleſiae, quae pontificalem acceperunt benedictionem, nullo modo in profanos uſus convertantur. Foeminae moneantur, ut pueros ſuos caute alant, et juxta ſe de nocte non collocent, ne opprimantur; ſolos in domibus, ubi ignis fuerit, vel ſolos juxta aquam non relinquant. Et hoc omnibus diebus dominicis dicatur.

De ſacramento confirmationis.

LVI. Quum ſacramenta confirmationis ad robur dantur pueris, ſacerdotes cum audierint adventum epiſcopi, moneant populum, ut deferant pueros ad epiſcopum confirmandos. Adultus autem, ſi tempus habuerit confitendi, prius confiteatur quam confirmetur. Hoc etiam laicis intimetur, quod contrahitur in hoc ſacramento, ſicut in ſacramento baptiſmatis proximitas ſpiritualis inter illos, qui ſuſcipiunt pueros, et illos, quorum ſunt pueri, et etiam illorum pueros. Mas vero marem coram epiſcopo teneat, et foemina foeminam.

De ſacramento poenitentiae.

LVII. Quum remiſſionem peccatorum per

* Vox *carnali* alia manu ſuperimponitur *ſpirituali*. † In MS. *papulum*.

veram

veram confeſſionem conſequimur, praecipimus, ut ſacerdotes in danda poenitentia diligenter attendant qualitatem perſonae, et quantitatem delicti, locum, tempus, cauſam, et moram in peccato factam, et alias peccati circumſtantias; ſimiliter devotionem poenitentis et ſigna contritionis attendant. In audiendo confeſſionem ſacerdos habeat vultum humilem, et oculos ad terram demiſſos, nec ſaepius indiſcrete faciem reſpiciat confitentis, et maxime mulieris, et patienter audiat quicquid dixerit, et in ſpiritu lenitatis eum ſupportet, et ei pro poſſe perſuadeat pluribus modis quod integre et de omnibus peccatis poeniteat, et confiteatur. Aliter vero confeſſio non eſt vera. Praeterea inquirat uſitata ſingulatim; inuſitata autem non niſi a longe per circumſtantias, ut ſic expertis detur materia confitendi, et inexpertis nulla detur occaſio delinquendi. Perſonarum nomina, cum quibus peccaverit, non inquirat, ſed per confeſſionem poteſt inquirere, utrum laicus, vel clericus, ſacerdos, vel diaconus, vel monachus fuerit. Moneantur autem laici in principio Quadrageſimae confiteri et cito poſt lapſuras: praecipiant etiam parochianis ſuis, ut poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint, omnia peccata ſua ſemel in anno confiteantur proprio ſacerdoti vel alteri ad ejus licentiam; et reverenter adminus in Paſcha euchariſtiae ſacramentum percipiant, niſi forte de conſilio proprii ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum; alioquin et vivi ab ingreſſu eccleſiae arceantur, et mortui chriſtiana ſepultura careant. Caveat autem ſacerdos omnino, ne verbo, aut ſigno, aut aliquo modo peccatorem prodat, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque expreſſione perſonae ulla caute inquirat. In dubiis vero ſemper conſultet epiſcopum, aut diſcretos viros, quorum conſilio certificatus ſecurus ſolvere valeat vel ligare.

De ſacramento euchariſtiae.

LVIII. Excellentiſſimum dominici corporis et ſanguinis ſacramentum cum reverentia, devotione, et honore tractetur. Et propter hoc diſtricte praecipimus, quod ſacerdotes circa ea, quae ad ſubſtantiam ſacramenti corporis et ſanguinis Domini pertinent, ſint diligentes, proviſuri quod euchariſtia in munda pixide conſervetur: nec ultra ſeptem dies conſerventur hoſtiae conſecratae, ſed qualibet die dominica innoventur, ita quod poſt receptionem hoſtiae recenter conſecratae ante ſumptionem ſanguinis dominici, reſervatae hoſtiae a celebrante miſſam ſumantur, vel aliquo bonae conſcientiae. Habeaturque certitudo circa hoſtiam conſecratam, ut non ſumatur non conſecrata, pro conſecrata, nec conſecrata iterum conſecretur. Sacerdos autem miniſtraturus diligenter conſideret, ut hoſtia de puro frumento ſit, et integra, et integrum habeat circulum, et quod major pars vini, et modica aquae, quae a vino abſorberi poſſit, ponantur in calice. Caveat ne vinum ſit acetum, vel corruptum. Item praecipimus, ut ſacerdotes habeant canonem correctum, et verba canonis in miſſa rotunde dicantur et diſtincte. Omnes horae et omnia officia aperte et diſtincte dicantur, ita quod prae feſtinatione nimia, verba non praecidantur nec ſyncopentur.

De celebratione miſſarum.

LIX. Item in celebratione miſſae, hoſtiam conſecratam, pacem daturus ſacerdos ori ſuo non apponat, quod ante perceptionem eam ore tangere non debet; ſi vero de patena, ſicut quidam faciunt, eam ſumat poſt celebrationem miſſae, tam patenam quam calicem faciat aqua perfundi, vel ſolum calicem, ſi eam de patena non ſumat, habeatque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum, alio panno circumdatum undique, et honeſte ac decenter coopertum, in quo poſt ſumptionem ſacramenti ſalutaris, digitos cum labiis tergat ablutos. Habeatque ſacrarium ſuper ſe honeſtum operculum. Hoſtiam vero non elevent antequam iſta verba praedicantur: "Hoc eſt corpus meum." Item ſi ſacerdos neceſſe habuit bis in die celebrare caſu, quod niſi in die Nativitatis, vel Reſurrectionis dominicae, vel quum aliquod corpus praeſens eſt in eccleſia tumulandum, vel aliqua evidens urgens neceſſitas, fieri prohibemus. Poſt primam celebrationem et corporis et ſanguinis ſumptionem nihil in calicem fundatur, quod a celebrante ſumatur, ſed tantum poſt celebrationem ſubſequentem. Poſt vero celebrationem diligenter abſorbeantur ſtillae de calice, et quod fuerit ſuperfluum in calice, digitis ſumatur ab aliquo bonae conſcientiae, vel reſervetur in vaſi mundo, ad id ſpecialiter deputato, et poſt celebrationem ſecundae miſſae ſumatur a ſacerdote.

De cuſtodia euchariſtiae, et viſitatione infirmorum.

LX. His addimus etiam quod cum euchariſtia ad aegrotum fuerit deferenda, habeat ſacerdos pixidem mundam, in qua ſit burſa mundiſſima, et in ea deferat corpus dominicum ad aegrotum linteo mundo ſuperpoſito, lucerna praecedente et tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur devotio fidelium, niſi aeger fuerit valde remotus. Habeatque ſacerdos ſtolam quandam, quum vadit ad aegrotum, et ſi aegrotus remotus non fuerit, in ſuperpellicio decenter ad ipſum accedat, ſi aeris temperies patiatur. Habeatque vas argenteum vel ſtanneum ad hoc ſpecialiter deputatum, quod deferat ſecum ad aegrotum, ut in eo valeat dare aegro, poſt ſumptam euchariſtiam * ſuorum digitorum. Deferat autem ſacerdos corpus dominicum ante pectus ſuum reverenter.

De extrema unctione.

LXI. Moneant diligenter ſacerdotes infirmos parochianos ſuos a quatuordecim annis et ſupra ad extremam unctionem, et omnibus petentibus et poenitentibus gratis et libenter exhibeant hoc ſacramentum. Item denunciet eis quod hoc ſacramentum poteſt iterari, ſcilicet in qualibet infirmitate, de qua timetur metus mortis,

* *ablutionem*, vel aliud quid deeſſe videtur.

et quod poſt hoc ſacramentum licet converti ad opus conjugale, et ad alia, ut prius licita. Oleum autem infirmorum cum reverentia deferatur ad infirmos, et eos cum honore ſacerdos ungat et orationum celebritate, quae ad hoc ſunt ordinatae, et nihil inde nec pro aliis ſacramentis exigatur.

De vita et honeſtate clericorum.

LXII. Ut clericorum mores et actus in melius reformentur, continenter et caſte vivere ſtudeant univerſi, praeſertim in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni libidinis vitio praecaventes, et crapulis et ebrietate omnes clerici diligenter ſe abſtineant; commercia ſecularia non exerceant maxime inhoneſta; tabernas evitent prorſus, niſi cauſa neceſſitatis forte in itinere conſtituti. Coronam et tonſuram habeant competentem. Sacerdotes deferant cappas clauſas, niſi juſtitia timoris exegerit habitum mutare [vel] transformare. Clerici vero caeteri in habitu, in geſtu, et in omnibus honeſte ſe habeant, ab illis ſe perſonis penitus abſtineant, quae in generali concilio continentur. Sacerdotibus vero praecipue et perſonis ſub periculo officii et beneficii diſtricte praecipimus, ut continenter et honeſte vivant, concubinas ſuas procul expellant, et nullam familiaritatem cum eis de caetero habeant nec in domibus propriis nec in alienis, niſi velint officiis et beneficiis contra hoc agendo vari. Advocatis vero, ſi ſint clerici infra ſacros, [ordines,] vel ſacerdotes in foro ſeculari, niſi proprias cauſas proſequantur, vel miſerabilium perſonarum, praecipimus, ut officiis eccleſiaſticis divinis et aliis bonis ſtudiis ſe exerceant diligenter, divinum vero officium nocturnum pariter et diurnum, quantum Deus dederit, ſtudioſe et devote celebrent. Ad haec praecipimus, ut quaelibet eccleſia habeat calicem argenteum cum vaſis decentibus et honeſtis; ſindonem mundam et candidam amplitudinis congruentis, linteamina, et omnia alia ornamenta, quae ad altaris ſpectant officium, habeant competentia, et libros ad pſallendum idoneos et legendum, et ſacerdotalia indumenta ſufficientia pariter et honeſta; et quod minus abſurdum eſt in ſacris ſordes negligere quam dedecuerit in profanis, diſtricte praecipimus, quod vaſa miniſterii, et veſtimenta miniſtrorum, et pallia altaris, necnon et ipſa corporalia nitida et munda cuſtodiantur, ne propter quorundam incuriam vel veſtimentorum turpitudinem, vel ſorditatem quibuſdam ſint horrori. Cereus quoque paſchalis quolibet anno de nova cera fiat, et de cera; qua factus fuerit, poſt Pentecoſten ad eccleſiae uſus convertatur, nec inde amoveatur.

Quae ſunt relinquenda ſucceſſori.

LXIII. Ad haec ſacrae ſynodi approbatione ſtatuimus, quod ſi rector alicujus eccleſiae deceſſerit, et eccleſia ſua relicta fuerit ſine indumentis ſacerdotalibus competentibus, vel ſine libris, vel ſine utriſque; vel ſi forte domos eccleſiae reliquerit dirutas, vel ruinoſas; de bonis ejus eccleſiaſticis tanta portio deducatur, quae ſufficiat ad reparandum haec, et defectus eccleſiae ſupplendum. Utenſilia quoque domus ſucceſſori ſuo relinquat.

Quod novi cenſus non imponantur eccleſiae.

LXIV. Sicut in generali concilio eſt ſtatutum, firmiter prohibemus, ne novi cenſus imponantur eccleſiis, nec veteres augeantur; quodcunque contra hoc actum eſt, ſicut in eodem concilio cautum eſt, irritum habeatur. Noverint etiam praeſentati quod de caetero jurabunt, quod nec promiſſio nec pactio aliqua interſit inter ipſos et praeſentatores propter beneficium habendum, et maxime de augenda penſione.

De matrimonio.

LXV. Quum matrimonium ab ipſo Deo in paradiſo noſcitur inſtitutum, et quoad originem primum eſt inter alia ſacramenta; ut liberius et canonice de caetero contrahatur, praecipimus ut nulli detur fides de matrimonio contrahendo, niſi coram ſacerdote et tribus vel quatuor viris fide dignis ad hoc ſpecialiter convocatis. Nullus ſacerdos praeſumat aliquas perſonas matrimonialiter conjungere, niſi prius terna denunciatione in eccleſia publice et ſolenniter praemiſſa, ſecundum formam concilii generalis; ita quod qui voluerit et valuerit, legitimum impedimentum opponat. Inhibeant etiam ſacerdotes ſub poena excommunicationis, ne quis celet impedimenta matrimonii malitioſe, et ne quis malitioſe matrimonium impediat. Ipſe etiam preſbyter nihilominus inveſtiget, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cumque apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quod fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. Clandeſtina quoque matrimonia fieri prohibemus, inhibentes ne quis ſacerdos talibus intereſſe praeſumat, et qui contra haec fecerit, canonice puniatur. Denuncient etiam preſbyteri parochianis ſuis, quod matrimonium prohibitum eſt infra quartum gradum conſanguinitatis vel affinitatis: ultra quartum gradum legitime contrahitur. Inter compatres et commatres, et inter filium et filiam, et inter ſuſceptum et ſuſceptam, et filium et filiam ſuſcipientis matrimonium interdicimus. Statuimus etiam, ut capellani parochianos ſuos publice fornicarios ſtatim compellant cum fornicariis ſuis contrahere, aut eas ſimpliciter abjurare, nulla conditione adjecta.

Tuendi ſunt fugientes ad eccleſiam.

LXVI. Firmiter prohibemus, ne quis fugientes ad eccleſiam, quos eccleſia debet tueri, inde violenter abſtrahat, aut ipſos circa eccleſiam obſideat vel eiſdem ſubtrahat victualia.

Quod honeſte ſerventur eccleſiae.

LXVII. Prohibemus etiam ne choreae vel turpes et inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitant, in eccleſiis vel coemeteriis fiant, nec cauſae ſeculares, maxime in quibus agitur de judicio ſanguinis, in eiſdem tractentur. Statuimus etiam ut coemeteria per circuitum honeſte claudantur, ne immundis et brutis animalibus pa-

teat

teat ingreſſus. Eccleſiae quoque integre et honeſte ſine ruina cuſtodiantur.

Excommunicandi ſunt quater in anno.

LXVIII. Excommunicentur quater in anno per totam dioeceſim ſortiarii et incendiarii manifeſti, uſurarii, malefici, raptores publici, malitioſe impedientes teſtamenta legitime facta, ſcienter perjuri, per quos aliquis amittit haereditatem, beneficium eccleſiaſticum, vel terrenum.

Dandae ſunt decimae de omnibus, quae renovantur.

LXIX. Item decimae reddantur de omnibus, quae renovantur per annum, videlicet de agricultura, negotiationibus, foeno, lino, lana, et lacte, et de proventibus molendinorum, et de omnibus aliis honeſtis fructibus ſecundum conſuetudines approbatas hactenus et obtentas.

Quot collectae dicendae ſunt in miſſis.

LXX. Sacrae ſynodi approbatione ſalubriter duximus ſtatuendum, ut per dioeceſim noſtram in celebratione miſſarum, praeterquam in feſtis duplicibus, dicantur quinque collectae; una de pace eccleſiae, ſcilicet "Eccleſiae tuae, quas Domine preces," etc. alia pro domino noſtro rege, et regina, et eorum filiis, ſcilicet "Deus, in cujus manu corda ſunt regum."

De viſitatione infirmorum.

LXXI. Item, cum preſbyterum ad infirmum vocari contigerit, ſi audita ejus confeſſione forte teſtari voluerit, ipſum diligenter moneat et inducat, ut ſecundum facultates ſuas reſpiciat fabricam eccleſiae cathedralis, cum ab ipſa parochiales eccleſiae documenta ſalutis accipiant. Fiunt in hujus executione ſtatuti per ſuperiorem, prout expedire viderit.

Monitionem faciendo leproſis.

LXXII. Item de his, qui leprae morbum incurrunt, et de conſuetudine generali a communione hominum ſeparantur, ſtatuimus, ut cum tales ad loca ſe transferant ſolitaria, moneantur efficaciter a preſbyteris in eorum receſſu, ut parochialem eccleſiam reſpiciant ſecundum ſuarum exigentiam facultatum, ad quod ſi induci nequiverint, nulla eis coactio inferatur, cum afflictis addi non debeat afflictio, ſed ipſorum miſeriis ſit potius miſerendum.

Quod perjuri in cauſa matrimoniali mittendi ſunt ad epiſcopum.

LXXIII. Item ſtatutum a praedeceſſore noſtro editum innovando firmiter prohibemus, ne preſbyter parochialis aliquem in cauſis matrimonialibus aut aliis ſpontanee pejerantem ad confeſſionem ſuſcipiat, ſed omnes tales ad noſtram praeſentiam veniant a nobis *poenitentiam recepturi.

De exequiis mortuorum.

LXXIV. Item ad funera et exequias mortuorum laicorum cantus vel choreas fieri prohibemus, cum non deceat de aliorum fletu ridere, ſed ibidem potius de hujuſmodi ſit dolere.

Quod luctae vel ludi non fiant in [illegible], [illegible] in coemeteriis.

LXXV. Huic etiam prohibitioni duximus †addendum, ut in aliquibus feſtivitatibus infra eccleſias vel coemeteria luctae vel ludi de caetero fieri non permittantur; et qui ter monitus a ſacerdote loci, ab hujuſmodi ceſſare noluerit, ingreſſus eccleſiae interdicatur eidem. Qui ſuſpenſus a ſua inſolentia non deſtiterit, excommunicationis ſententiae innodetur.

: :

LXXVI. Item audivimus a quibuſdam, cum in die Paſchae fideles Chriſti ſuſcipere debent euchariſtiae ſacramentum, quidam preſbyteri, quod dolentes referimus, illud praeſtare denegant impudenter, niſi prius oblationes ſuas tunc porrigant ad altare, et eodem die exactiones faciant a laicis, corpus Chriſti tenentes in manibus, ac ſi dicerent: Quid mihi vultis dare, et ego eum vobis tradam? Quod amodo fieri prohibemus ſub obteſtatione divini judicii diſtrictius, permittentes ut preſbyteri parochianos ſuos tempore congruo ad ſolutionem decimarum et jurium aliorum per cenſuram eccleſiaſticam praevia ratione compellant.

Excommunicandi ſunt, qui prohibent ſuos, ne emant decimas.

LXXVII. Item quorundam relatu nobis innotuit, quod quidam domini feodorum homines ſub ſe manentes a rectoribus eccleſiarum decimas emere non permittant, cum eas oporteat vendere vel ponere ad firmam, et in locis ſylveſtribus remotis colligi nequeant ab eiſdem. Hoc de caetero modis omnibus fieri prohibemus, decernentes, ut qui talia commiſerint, ſi commoniti non deſtiterint, a ſuis preſbyteris excommunicationis ſententia percellantur.

De locato et conducto.

LXXVIII. Item firmiter prohibemus, ne de caetero ad firmam eccleſiae conferantur, niſi de conſcientia epiſcopi vel archidiaconi fiat conventio, ex qua plurimae literae conſcribantur, quarum una remaneat penes ipſos. Item firmarius eccleſiae eam alii non tradat ad firmam, cum negotiatio quaedam videatur ſub obtentu ſecularis commodi, et negotiatio clericis ſit penitus interdicta.

Quod rectores ordinentur et ſerviant eccleſiis.

LXXIX. Item irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut rectores eccleſiarum ad primos ordines veniant ordinandi; ita quod quamcito fieri poterit commode ordinentur. Qui parochialem habet eccleſiam, amodo per ſeipſum illi deſerviat in ordine, quem ipſius eccleſiae cura requirit, niſi prius in eadem vicarium habuerit canonice inſtitutum. Qui vero ex diſpenſatione plures eccleſias habuerit parochiales, uni earum de-

* MS. [illegible]

† MS. *admittendum.*

ſerviat, idoneis et perpetuis vicariis in aliis conſtitutis. Et qui nec vicarium habuerit, nec reſidere voluerit, ille ſe ſciat Lateranenſis concilii auctoritate privatum, libere alii conferenda, qui quod dictum eſt, velit et valeat adimplere.

Quod laici non teneant placita in eccleſia.

LXXX. Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus, ne laici teneant placita ſua ſecularia in eccleſiis vel coemeteriis, et ne laici ſecus altare, quum ſacra myſteria celebrentur, ſtare vel ſedere inter clericos praeſumant, excepto domino rege et majoribus regni, quibus propter ſuam excellentiam in hac parte duximus deferendum.

Quod focariae concubinae ſacerdotum vel clericorum beneficiatorum non admittantur in eccleſiam.

LXXXI. Item prohibemus ſub interminatione anathematis, ne focariae concubinae ſacerdotum vel clericorum beneficiatorum, vel infra ſacros ordines poſitorum admittantur in eccleſiis ad aquam benedictam, vel pacis oſculum, vel ad aliquam comunionem fidelium, nec aliae fornicariae ab aliquibus in domibus vel in terris ſcienter et prudenter receptentur.

Quod matrimonia ſine bannis non contrahantur.

LXXXII. Item prohibemus, ne qui matrimonium contrahant ſine terna denunciatione ſolenniter facta in eccleſia, ubi degunt, ſi in eadem parochia manent; ſi in diverſis, in utraque denuncientur ſponſalia, et ne contrahantur ſine fidelibus teſtibus et legitimis. Item prohibemus, ne matres aut nutrices teneros infantes ſecum in cubilibus collocare praeſumant, propter frequentiam emergentium periculorum.

De potibus dandis aegrotis.

LXXXIII. Item prohibemus, ne aliquis medicinae ignarus ſub pallio medicinae potationes herbarum mortiferarum alicui conferat aegrotanti, nec aliquod ſortilegium faciat vel exerceat.

De capellanis conducendis.

LXXXIV. Item prohibemus, ne quis recipiatur capellanus ad curam parochiae, ibidem moram facturus, ad minus quam per unius anni ſpatium, nec inde ſine rationabili cauſa archidiacono expoſita recedat. Diſcedentem vero abſque literis archidiaconi nullus audeat recipere aut tenere. Explicit.

Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus Sancti, necnon et ſanctae Dei genitricis Mariae, et ſancti Michael. archangeli, et omnium angelorum et archangelorum, et ſancti Johannis Baptiſtae, et omnium patriarcharum, et prophetarum, et ſanctorum apoſtolorum, et evangeliſtarum, innocentium, martyrum, confeſſorum, atque virginum, et omnium caeleſtium virtutum, et ſanctorum canonum, et noſtri miniſterii excommunicamus, damnamus, anathematizamus, et a liminibus ſanctae matris Dei eccleſiae ſequeſtramus omnes conſpiratores contra proprios epiſcopos vel alienos regni, ſeu alios praelatos, omnes conſpiratoribus conſentientes, eo quod omnes tales ſchiſmatici ſunt et infames. Excommunicamus etiam omnes, qui cauſa matrimoniali, vel alia falſum perhibent teſtimonium ſcienter, exceptiones malitioſe opponunt, vel opponi procurant, vel teſtes ſubornant, vel id fieri procurant in cauſa matrimoniali. Excommunicamus omnes illos, qui pacem regis et regni perturbant, et omnes illos, qui odii vel lucri cauſa, aliis crimina imponunt, per quae ipſorum fama laedatur, aut pro quibus mors vel exilium vel membrorum mutilatio vel exhaeredatio ſeu bonorum ſpoliatio ſequi debeant, ſi judicialiter convincantur. Excommunicamus omnes detentores decimarum ſuarum injuſte, et omnes illos, qui decimas proprias ſeu alienas praeter voluntatem dominorum ipſarum occupant et detinent violenter, ſeu rectores eccleſiarum, vel vicarios, aut eorum procuratores, quacunque calliditate impediunt, vel perturbant, quominus de decimis ſuis ad ſuam libere diſponere valeant voluntatem; necnon et uſurarios manifeſtos, raptores publicos, impedientes teſtamenta legitime facta, incendiarios, libertatum eccleſiaſticarum et immunitatum in terris, vel in aquis, ſeu in nemoribus, aut paſcuis, aut quibuſcunque aliis rebus perturbatores, et violatores, aut eorum auctores, conſilium, auxilium, et favorem eis praeſtantes; necnon ſortiarias, et omnes eas foventes et protegentes, et in ſuis maleficiis manutenentes, ac etiam cum eis in maleficiis ſuis communicantes; invaſores et raptores bonorum eccleſiaſticorum, ſeu in terris *eccleſiaſticis nonnulla vi praeter voluntatem dominorum capientes, exceptis domini regis et reginae, ac filii ſui ſervitoribus pro eorundem neceſſariis, cum ea alibi invenire non potuerunt, accipientibus, dummodo juſtum pretium ſolvant pro eiſdem. Maledicti ſint omnes praenotati; maledicti ſint interius et exterius; a planta pedis uſque ad verticem capitis, cum Datan et Abiron, quos terra vivos abſorbuit; fiant dies eorum pauci, et dominationes eorum accipiant alii; filii eorum †orphani: et ſicut haec lucerna in praeſenti extinguitur, ſic extinguantur lucernae eorum ante viventem in ſecula ſeculorum, et demergantur in inferno animae eorum, niſi reſipuerint, et ad ſatisfactionem et emendationem venerint. Fiat, fiat. Amen.

* In autographo ſcriptum eſt " eleme[tis]   † forſan deeſt *ſint*.

Canoni-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 10.	STEPH. LANGTON 19.	1225.	HENRICI III. 10

Canonizatio S. Laurentii, archiepiſcopi Dublinenſis, regis ac reginae Hiberniae filii, ejuſque relatio in numerum ſanctorum confeſſorum, et feſtivitatis ejuſdem praefinitio pro die 14. *menſis Novembris quotannis celebrandae.* Ex Bullar. Roman. vol. I. p. 96. edit. MDCLXXIII.

HONORIUS epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus in Rothomagen. provincia conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Ineffabilis providentia Dei congruentia ſingulis quibuſque temporibus ordinate diſpenſans, in ſplendoribus ſanctorum eccleſiam ſuam quaſi ex utero genuit, dum eos in exordio ipſius naſcentis eccleſiae crebra miraculorum coruſcatione mirificans, et in ipſorum miraculorum fulgore obſtupefaciens gentes, ac praedeſtinatos in fide generans Jeſu Chriſti, in cujus haec fieri nomine ac virtute videbant, ipſos filiorum adoptionis numero aggregavit. Deinde creſcente fidelium numero, et multitudine populi vocati de tenebris, ambulantis juxta ipſius vaticinium in lumine Domini Dei ſui, mirabilis diſpenſator in pluviam fulgura ſua fecit, dum ſignis ſive miraculis, quae non erant jam fidelibus neceſſaria, intermiſſis, ſuper novos populos paſtores, qui eos paſcerent ſcientia et doctrina, ſicut per os Hieremiae promiſerat, ſuſcitavit; doctores eccleſiae ſcilicet, qui terram cordis fidelium imbre doctrinae compleverant, et extirpatis ſentibus vitiorum, eam ad proferendum virtutum germen et fructum hujuſmodi operis foecundarent. Caeterum quia charitate frigeſcente, ab exercitio hujuſmodi boni operis torpet catholicus, errore devio abducente, delirat haereticus, caecutit, velamine adhuc ſuper cor permanente, Judaeus, et in tenebris ambulat, fidere lucis nondum ſibi oriente, paganus; miſericors Dominus, qui neminem vult perire, ſigna interdum innovat, et mirabilia miſeratus immutat, ex numero illorum, quos in eccleſia triumphante glorificat, aliquorum fidem et merita in militante miraculis declarando; ut per ea catholici, mentis torpore diſcuſſo, ad boni operis excitentur juſtitiam, haeretici, errore dimiſſo, ab invio reducantur ad viam, Judaei atque Pagani, vero lumine cognito, de tenebris et umbra mortis currant ad Chriſtum lucem, viam, veritatem, et vitam. Sanctae igitur memoriae Laurentio, Dublinenſi archiepiſcopo, apud eccleſiam S. Mariae de Augo Rothomagenſis dioeceſ. ubi corpus ejus feliciter requieſcit, claris divino numine coruſcante miraculis, venerabilis frater noſter archiepiſcopus, et dilecti filii capitulum Rothomagenſe, una cum abbate et conventu eccleſiae ſupradictae, multiſque aliis archiepiſcopis, et epiſcopis, abbatibus, et religioſis viris, ejus venerabilis vitae inſignia et coruſcantia miracula ſuis nobis literis intimantes, humiliter ſupplicarunt, ut ipſum ſanctorum catalogo adſcribere curaremus, quatenus auctoritate apoſtolica dignus honor illi exhiberetur in terris, qui ſic claris ſignis et evidentibus argumentis apparet honoratus in caelis. Licet igitur quos divina honorat dignatio, humana devotio promptiori affectu debeat honorare; volentes tamen in hujuſmodi negotio ſecundum conſuetudinem apoſtolicae ſedis cum digna maturitate procedere, praefato archiepiſcopo et N. decano et N. theſaurario Rothomagenſi dedimus in mandatis, ut ſuper dicti viri vita et miraculis inquirerent diligentiſſime veritatem, et eam nobis fideliter intimarent, ut ea plene comperta, pio ſupplicantium deſiderio ſecurius annuere valeremus. Ipſi autem mandatum noſtrum cum diligentia exequentes, quia de praefati viri converſatione, ac vita per homines de partibus illis certificari nequibant, eo quod per partes illas tranſitum faciens, in eccleſia praedicta correptus infirmitate decubuit, et infra octavum diem ab hac luce migravit, ſcripſere venerabili fratri noſtro archiepiſcopo Dublinenſi, ut veritatem ſuper hoc inquiſitam eis per ſuas literas intimaret. Qui citra mare Hibernicum illuſtris regis Anglorum negotiis occupatus, non valens inquirere id per ſeipſum, venerabilibus fratribus noſtris Darenſi epiſcopo ſuffraganeo ſuo, ac priori ſanctae Trinitatis Dublinenſi commiſit in hujuſmodi negotio vices ſuas. Ac demum eorum literas, ſanctitatem vitae et converſationis ſaepedicti viri plenius continentes, ſuo et ipſorum ſigillis munitas deſtinavit eiſdem. Quas una cum depoſitionibus teſtium ſuper miraculis receptorum, nobis ſub ſigillis propriis tranſmiſere. Collegimus autem ex ipſarum ſerie literarum, quod ſaepedictus vir regis et reginae Hiberniae filius extitit, et ab infantia ſacris literis eruditus, ſenilem geſſit in juventute gravitatem, et mundanarum illecebras vanitatum a ſe ultra, quam aetas illa ſolebat, abdicavit. Deinde in archiepiſcopum Dublinenſem aſſumptus, ſic in virtutem de virtute profecit, ut in oratione aſſiduus, auſterus in maceratione proprii corporis, ac in eleemoſynarum largitione profuſus, ſe totaliter Domino dedicarit. Per depoſitionem vero teſtium praedictorum conſtitit evidenter, ſanctam vitam ejuſdem eſſe tot ſequentibus miraculis comprobatam, quot non parvam texet hiſtoriam, qui volet ea ſingula ſcribere ſeriatim. Sed ut praetereamus quod claudi greſſum, caeci viſum, ſurdi auditum, muti loquelam, leproſi mundationem, et variis afflicti languoribus ſanitatem ad invocationem ejus nominis receperunt, et haec ſola quae inter caetera emicuere miracula referamus; idem ſanctus, imo Dominus, ob ipſius merita glorioſa ſeptem mortuos, quorum unus triduanus erat, mirifice ſuſcitavit. De ipſius igitur ſanctitate tantis certificati miraculis, divinumque ſecuti judicium, per quod ejus glorificatio nobis tam evidentibus innotuit argumentis, eundem beatum virum catalogo ſanctorum adſcripſimus,

et annumerandum decrevimus ſanctorum collegio confeſſorum, ac inter eos a Chriſti fidelibus venerandum. Statuentes, ut ejus veneranda feſtivitas de caetero annis ſingulis octavo decimo calendas Decembris ſolenniter celebretur. Monemus autem univerſitatem veſtram, et hortamur in Domino, quatenus Deum devotis mentibus collaudantes, et ſtudentes proficere tantae virtutis exemplo, ejuſdem glorioſiſſimi confeſſoris apud Dominum ſuffragia humiliter imploretis. Nos autem de omnipotentis Dei miſericordia, et beatorum Petri et Pauli auctoritate confiſi, omnibus vere poenitentibus et confeſſis, qui ad praefatam eccleſiam in die ſolennitatis ejuſdem glorioſiſſimi confeſſoris, vel infra octavas cum devotione acceſſerint, ejus orationum ſuffragia petituri, viginti dies de injunctis ſibi poenitentiis miſericorditer relaxamus. Dat. Reate 3. idus Decembris, anno decimo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
HONORII III. 10.	STEPH. LANGTON 19.	1226.	HENRIC. III. 10.

Literae regis epiſcopo Ciceſtrenſi de auxilio a clero ſibi praeſtando. Ex rot. clauſ. 10. Henr. III. m. 14. dorſo.

REX vener. patri in Chriſto R. Ciceſtrenſi epiſcopo, et cancellario ſuo, ſalutem. Expectantes poſt obtentam de liberalitate veſtra et caeterorum praelatorum Angliae mobilium ſuorum quindenam, et de beneficiis eccleſiaſticis, juxta quod ſcripſit dominus papa venerabilibus patribus archiepiſcopis, epiſcopis, et univerſo clero regni noſtri, auxilium competens et efficax nobis facient univerſi; ſcripſimus ſingulis decanis et capitulis per literas noſtras clauſas, ſimul et abbatibus, prioribus, et praelatis omnium domorum religionis in dioeceſi veſtra conſtitutis in communi, per literas noſtras patentes, quatenus neceſſitatibus noſtris compatientes, tale nobis auxilium de beneficiis ſuis, de quibus quindenam non recepimus, impendant, ut de collato nobis in hac parte beneficio, ſingulis et univerſis ad gratiarum actiones teneamur, et in agendis ſuis promovendis adeſſe debeamus promptiores. De dilectione igitur veſtra confiſi, paternitatem veſtram rogamus attentius, quatenus decanos et capitula, viros religionis et univerſum clerum dioec. veſtrae, quos dictum tangit negotium, in praeſentia veſtra conſtitutos, abſque morae diſpendio ad auxilium nobis efficax impendendum de praedictis, efficaciter inducere velitis; innitentes mandato domini papae, vobis et caeteris eccleſiarum praelatis directo, ac literis noſtris, de quibus ſupra mentionem fecimus, amicabiliter et prudenter utentes; ut non ſolum eorum liberalitati, verum etiam inſtantiae veſtrae erga eos pro nobis aſſumptis aſcribere debeamus ea, quae nobis impenſa fuerint in hac parte. Cupientes autem non ſolum facere, ſed et aliis faciendo exemplum praebere, ea, quae communi eccleſiae et cleri convenient utilitati er honori, ad conſilium ven. patris Cant. archiepiſcopi et ſuffraganeorum ſuorum conceſſimus, ut decimae foeni et molendinorum, omni cavillatione ceſſante, de ſingulis dominiis noſtris in regno noſtro de caetero praeſtentur; hoc idem ſingulis ballivis noſtris per literas noſtras mandantes. Laborabimus etiam bona fide, ut magnates regni noſtri ſimili praeſtationi decimarum de caetero conſentiant, litis diſpendio ceſſante. T. meipſo apud Weſtmon. XXVII. die Maii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae.
HONORII III. 11.	STEPH. LANGTON 20.	1226.	HENRICI III. 11.

Concilium Weſtmonaſterienſe, in cauſa Romani pontificis, duarum praebendarum obventiones ſuae curiae aſſignari petentis; celebratum anno Domini MCCXXVI. Ex Mat. Pariſ. in ann.

OTHO cardinalis miſſus eſt ab Honorio in Angliam, ut in ea ſynodum ageret; in qua cum peteret, ut generatim in ſingulos annos aliquid vectigalis Romano pontifici penderetur, ab omnibus denegatum eſt. "Panthalion." Alii decimas ſacerdotiorum pro bello gerendo contra Saracenos petitas autumant, quas facile impetrarit. Polyd. lib. VI. Matthaei Pariſii verba de eodem concilio adjicimus: "Anno Domini MCCXXVI. papa Honorius III. per Othonem legatum praebendas a toto Angliae regno ſibi dari petiit; ab omnibus eccleſiis cathedralibus duas praebendas ſibi dari petiit, unam de portione epiſcopali, alteram de capitulo. Similiter de coenobiis diverſas portiones: ſed haec rex fieri vetuit." Bal. Cent. III. cap. 88. in appendice. Centur. Magdeburg. Tom. XIII. col. 854.

Binium audi Tom. III. part. 2. p. 707. citante clar. Spelm. Acta ſynodalia Matthaeus Pariſienſis ſummatim ita narrat: Stephanus, Cantuarienſis archiepiſcopus, vocatis ad concilium cunctis apud Weſtmonaſterium poſt Paſcha, quos negotium tangebat, recitari fecit literas ſupradictas de beneficiis Romanae eccleſiae conferendis coram rege et praelatis Angliae, qui ad ejus vocationem plene convenerant. Sed illis auditis ac diligenter intellectis, ſinguli ſingulos ad riſum movebant.

Tunc rex convocatis ſeorſum praelatis, et quibuſdam magnatibus, hoc archiepiſcopo dedit reſponſum: "Iſta, quae ſuadet nobis dominus papa, univerſam chriſtianitatis latitudinem reſpiciunt; et quia nos quaſi in extremis orbis conſtituti ſumus partibus, cum viderimus qualiter caetera regna erga tales ſe habuerint exactiones,

dominus papa, cum ab aliis regnis habuerimus exemplum, in obſequiis nos inveniet promptiores." Et his dictis, conceſſa eſt omnibus licentia recedendi.

Sed haec fuſius, et longe aliter Pariſienſis refert in dicto anno, et Mat. Weſtmonaſter. ſimiliter.

(Matth. Pariſ. in anno MCCXXVI.) Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto rex Henricus ad natale Domini celebravit feſtum ſuum apud Wintoniam, praeſentibus quibuſdam epiſcopis et magnatibus multis. Solennitate itaque peracta, profectus eſt rex apud Merlebergiam, ubi gravi infirmitate correptus, per multos dies deſperatus jacebat. Venit interea terminus concilii ad feſtum S. Hilarii apud Weſtmonaſterium praefixus, ubi rex cum clero et magnatibus regni comparere debuerat, ut domini papae mandatum audiret. Multis igitur in loco praefato congregatis epiſcopis, cum aliis praelatis, et laicorum turbis, magiſter Otho, domini papae nuncius, de quo habita eſt mentio ſuperius, literas aperte coram omnibus recitavit; in quibus idem papa allegavit ſcandalum ſanctae Romanae eccleſiae, et opprobrium vetuſtiſſimum, notam ſcilicet concupiſcentiae, quae radix dicitur omnium malorum, et in hoc praecipue, quod nullus poteſt aliquod negotium in Romana curia expedire, niſi cum magna effuſione pecuniae, et donorum exhibitione. Sed quoniam ſcandali hujus et infamiae Romana paupertas cauſa eſt, debent matris inopiam ſublevare, ut filii naturales: quia niſi a vobis et aliis viris bonis et honeſtis dona reciperemus, deficerent nobis neceſſaria vitae, quod eſſet omnino Romanae incongruum dignitati. Ad iſtud itaque ſcandalum penitus eradicandum, per conſilium fratrum noſtrorum, ſanctae Romanae eccleſiae cardinalium, quandam providimus formam; cui ſi volueritis conſentire, a ſcandalo matrem veſtram poteritis liberare, et in curia Romana ſine donorum obſequio exhibitionem juſtitiae obtinere. Forma autem proviſa haec eſt: "Petimus inprimis ab omnibus eccleſiis cathedralibus duas nobis praebendas exhiberi; unam de portione epiſcopi, et alteram de capitulo. Et ſimiliter de coenobiis, ubi diverſae ſunt portiones abbatis et conventus; a conventibus, quantum pertinet ad unum monachum, aequali facta diſtributione bonorum ſuorum, et ab abbate tantundem."

His in hunc modum propoſitis, perſuaſit ex parte domini papae magiſter Otho, ut conſentirent praelati, allegans ſupradicta commoda, quae in literis continentur. Haec autem omnia audientes epiſcopi, et eccleſiarum praelati, qui perſonaliter interfuerunt, divertentes ſeorſum ad colloquendum, cum ſuper rebus propoſitis diutius deliberaſſent, reſponſum ſuum in ore magiſtri Johannis, Bedefordenſis archidiaconi, communiter poſuerunt. Qui veniens in praeſentia magiſtri Othonis, per haec verba reſpondit: "Domine, iſta quae nobis proponitis, regem Angliae ſpecialiter tangunt, generaliter vero omnes eccleſiarum patronos regni: tangunt archiepiſcopos, et eorum ſuffraganeos, necnon innumeros Angliae praelatos. Cum ergo rex propter infirmitatem, et archiepiſcopi nonnulli et epiſcopi, et alii eccleſiarum praelati ſunt abſentes, in eorum abſentia vobis reſpondere non poſſumus nec debemus; quia ſi id facere praeſumeremus, in praejudicium omnium abſentium fieret praelatorum." Et hiis dictis, venit Johannes Mareſcallus, et alii nuncii regis ad omnes praelatos, qui de rege baronias tenebant in capite deſtinati, diſtricte inhibentes, ne laicum feudum ſuum Romanae eccleſiae obligarent; unde a ſervitio ſibi debito privaretur. Haec autem cum magiſter Otho intellexiſſet, ſtatuit his qui aderant, diem ibi in media Quadrageſima, dum ipſe procuraret regis adventum, et abſentium praelatorum, ut tunc negotium ſortiretur effectum. Sed illi abſque regis, et aliorum, qui abſentes erant, aſſenſu praefixum diem admittere noluerunt. Unde ſinguli ad propria ſunt reverſi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 1.	STEPH. LANGTON 21.	1227	HENRICI III. 12

Bulla Gregorii IX. *Rom. pontif. Innocentii PP.* III. *bullam ſuper electionibus praelatorum recitans et confirmans.* Ex vet. MS. Cotton. citante Spelm.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis, et dilectis filiis univerſis aliis eccleſiarum praelatis, per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Ex literis (bonae memoriae) Innocentii papae praedeceſſoris noſtri accepimus, quod cum inter regnum et ſacerdotium Anglicanum ſuper electionibus praelatorum gravis fuerit controverſia diutius agitata, demum (inclytae recordationis) Johannes, rex Anglorum illuſtris, liberaliter ex mera et ſpontanea voluntate, de conſenſu communi ſuorum baronum, pro ſalute animae ſuae, ac praedeceſſorum, et ſucceſſorum ſuorum, conceſſit et ſuis literis confirmavit, ut in univerſis et ſingulis eccleſiis et monaſteriis cathedralibus et conventualibus totius Angliae inperpetuum liberae fiant electiones quorumcunque praelatorum, majorum etiam et minorum. Quod dictus praedeceſſor noſter gratum et ratum habens, conceſſionem hujuſmodi, ſicut continebatur in ejuſdem regis literis, confirmavit in confirmatione ſua eaſdem literas regias inſerendo. Nos autem tenorem confirmationis ejuſdem praedeceſſoris noſtri de verbo ad verbum praeſentibus literis fecimus annotari, qui talis eſt.

Innocentius epiſcop. ſervus ſervorum Dei, etc. Vide ſupra ad A. C. MCCXIV. ex reg. Cant. C. 14.

Nos itaque memorati praedeceſſoris noſtri veſtigiis inhaerentes, conceſſionem eandem auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Lateran. 3. idus Januarii, pontif. noſtri anno primo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 1.	STEPH. LANGTON 21.	1227.	HENRIC. III. 12.

Bulla Gregorii IX. *papae de obſervando et celebrando feſto beati Edwardi.* Ex vol. I. Rymer Foed. pag. 297.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, et aliis eccleſiarum praelatis, per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ut notam faciat filiis hominum potentiam ſuam Dominus, et gloriam magnificentiae regni ſui, nonnunquam electos ſuos, quos in hac vita juſtificat et coronat, in patria ſignanter honorat, dans eos miraculis coruſcare, dum omni perfidia confutata, roboratur fides catholica, ſpes erigitur, et charitas dilatatur. Quare Chriſti fideles, quos taliter ipſe clarificat, pio complectentes amore, devotione debent celebri venerari, ut in ſanctis ſanctificantem ſuppliciter honorantes, illius propitiationem et iſtorum ſuffragia ſalubriter mereantur.

Ex literis ſiquidem felicis recordationis Alexandri papae praedeceſſoris noſtri nobis exhibitis, extitit declaratum, quod tam clarae memoriae Henrico Anglorum rege, quam omnibus praelatis Angliae, qui tunc erant, ei ſupplicantibus humiliter et inſtanter, ut beatum Edwardum, glorioſum quondam regem Anglorum, aſcriberet ſanctorum catalogo in eccleſia militanti, quem atteſtantibus miraculorum ſuorum inſignibus in triumphanti regnare minime dubitant; ipſe, diligenti cum fratribus deliberatione praehabita, et libro miraculorum inſpecto, quibus ipſum in mortali carne viventem, et exutum ab ea, Dominus multipliciter illuſtrarat, viſis quoque literis Innocentii papae, cui idem ſucceſſerat, et receptis teſtimoniis ſupplicantium, quamvis negotium tam arduum non frequenter ſoleat niſi forte in ſolennibus conciliis de more concedi; de fratrum tamen conſilio juxta votum et deſiderium petentium, praedictum ſanctum inter beatos confeſſores cenſuit numerandum, dirigens univerſis eccleſiarum praelatis Angliae monita et mandata, ut veneratione debita praedictum colerent confeſſorem. Nuper autem venerabilis frater noſter — Cantuarienſis archiepiſcopus ſuis nobis literis humiliter ſupplicavit, ut ſupplentes, quod a praedicto praedeceſſore noſtro omiſſum videtur, mandaremus feſtum ejus ſolenniter celebrari, quem glorioſus Deus in ſanctis ſuis adhuc miraculis clarificat glorioſis. Ne igitur videatur quodammodo ipſius gloriae derogari, quem digne glorificare poſſibilitas humana non ſufficit, cum reputandum ſit in canonizatione ejus feſti celebratio fore conceſſa, univerſitatem veſtram monemus attente, per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ipſius ſancti feſtum annua celebritate colentes, pro nobis et vobis ejus apud Deum ſuffragia ſuppliciter imploretis.

Dat. Laterani 5. id. Novembris, pontificatus noſtri anno primo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 3.	RICHARDI MAGNI 1.	1229.	HENRIC. III. 14.

Concilium Weſtmonaſterienſe pro decimis Gregorio IX. *papae ſolvendis.* Ex Matth. Pariſ. in ann.

PER idem tempus cum magiſter Stephanus, domini papae capellanus et nuncius, regi Anglorum negotia ipſius papae et ſui cauſam adventus oſtendiſſet; fecit rex convenire apud Weſtmonaſterium dominica, qua cantatur "Miſericordia Domini," archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, priores, templarios, hoſpitalarios, comites, barones, eccleſiarum rectores, et qui de ſe tenebant in capite, ad locum praefixum et diem, ut audirent negotia memorata, et de rerum exigentiis communiter tractarent ibidem. Omnibus igitur congregatis, tam laicis quam clericis, et eorum ſubjectis; magiſter Stephanus coram omnibus recitavit literas domini papae; in quibus exigebat decimas omnium rerum mobilium de tota Anglia, Hibernia, et Wallia ab univerſis laicis et clericis ad guerram ſuam ſuſtinendam, quam contra Romanum imperatorem ſuſceperat Fredericum. Oſtendit autem in literis memoratis, quod ipſe ſolus hanc expeditionem ſuſceperat pro univerſali eccleſia, quam dictus imperator jam diu excommunicatus et rebellis ſubvertere nititur, ſicut evidentibus apparet indiciis; unde divitiae ſedis apoſtolicae cum non ſufficiant ad ipſum exterminandum, neceſſitate compulſus, ab univerſis eccleſiae filiis implorat auxilium; per quod expeditionem inchoatam, et in parte jam feliciter proſperatam, perducere valeat ad deſideratum effectum. Perſuadet denique dominus papa in concluſione negotii ſingulis eccleſiae membris, quatenus ſicut filii naturales eccleſiae Romanae, quae mater eſt omnium eccleſiarum, potenter ſubveniant, ne, quod abſit, ipſa deficiente, membra cum capite ſuccumbere videantur. His et aliis in hunc modum in auctentico domini papae patenter expreſſis, perſuaſit magiſter Stephanus omnibus, qui aderant, ut conſentirent; allegans honorem et commodum, qui poſſet exinde obtemperantibus provenire. Rex autem Anglorum, a quo caeteri omnes ſperabant habere defenſionis auxilium, — cum nihil reſponderet, viſus eſt tacendo aſſenſum praebere. Comites vero, et barones, ac laici omnes plane decimas ſe daturos contra dixerunt, nolentes baronias ſuas vel laicas poſſeſſiones Romanae eccleſiae obligare. Epiſcopi quoque et abbates, priores et alii eccleſiarum praelati poſt trium et quatuor dierum delibera-

tionem

tionem et murmurationem non modicam, tandem conſenſerunt; metuentes excommunicationis ſententiam vel interdicti ſibi inferri, ſi mandatis apoſtolicis obviarent. — Tunc magiſter Stephanus praelatis omnibus literas domini papae procuratorias oſtendit; quibus idem papa Stephanum de Segrave, regis conſiliarium, ad dictas decimas colligendas procuratorem conſtituerat, ut non ſecundum taxationem factam in viceſima, quae paulo ante regi data fuerat pro libertatibus obtinendis; ſed ſecundum quod melius poſſunt, ad commodum domini papae, et uberius omnia bona et mobilia ſingulorum taxari; videlicet de omnibus reditibus, proventibus, fructibus carrucarum, oblationibus, decimis, nutrimentis animalium, et fructibus, et de omnibus obventionibus eccleſiarum vel aliarum poſſeſſionum, quocunque nomine cenſeantur; non aliquibus debitis vel expenſis aliqua occaſione deductis. Habuit etiam ex eiſdem literis auctoritatem contradictores excommunicandi, et eccleſias interdicendi. Unde conſtitutis procuratoribus ſuis in ſingulis comitatibus regni, omnes illos excommunicavit, qui circa decimas ipſas reddendas vel taxationem faciendam, per ſe vel per alium, colludium, pactum iniquum, ſubtractionem, vel fraudem aliquam duxerint faciendam. Et quoniam negotium feſtinum exigebat auxilium, praelatis omnibus et aliis ſub poena excommunicationis indixit, ut vel mutuo, vel alio quocunque modo pecuniam perquiſitam ſibi traderent indilate, ut eam domino papae incontinenti tranſmitterent; eandem poſtmodum, decimis ſingulorum rite taxatis, plenarie recepturi. — Et ſic ſoluto concilio, murmurantibus cunctis, receſſerunt. Haec Matth. Pariſius.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae.
GREGOR. IX. 3.	RICHARDI MAGNI I.	1229	HENRIC. III 14

Conſtitutiones bonae memoriae domini Willielmi de Bleys, editae anno pontificatus ſui undecimo. Ex MS. Henr. Wharton. D. fol. 315. in bibliotheca archiepiſc. Lambethana.

QUONIAM inter omnia ſacramenta eccleſiae illud conſtat eſſe praecipuum, in quo ſanctiſſima fit confectio corporis et ſanguinis D. N. Jeſu Chriſti, in praeſenti ſynodo ſtatuimus, ut idem ſacramentum cum ſumma diligentia et debita devotione celebretur. Circa ſpecies itaque, quae ad idem ſacramentum exiguntur, cura diligentior adhibenda eſt, ut ſcilicet oblatae de puro grano frumenti fiant. Miniſtri eccleſiae induti ſuperpelliciis in loco honeſto ſedeant, quando oblatas faciunt. Inſtrumentum, in quo oblatae coquendae ſunt, cera tantum liniatur, non oleo, vel alio ſagimento; oblatae honeſtum candorem et decentem rotunditatem habentes, ſupra menſam altaris offerantur. Vinum ſani ſaporis, non acidum, nedum acetum, in calice infundatur, aqua modica vino admiſceatur, ita quod a vino abſorbeatur. Verba canonis in conſecratione miſſae maxime diſtincte, plene, et integre proferantur; hoſtiae conſecratae in pixide munda et honeſta reponantur, nec ultra ſeptem dies conſerventur; ſed qualibet ſeptimana innoventur. Euchariſtia, tintinnabulo ſonanti et lumine praecedente, niſi inaequalitas temporis vel loci remotio impediret, cum debita celeritate ad infirmum deferatur, et cum debita honeſtate infirmo detur. Dante ſcilicet ſuperpellicio induto et lumine cereo accenſo, ſufficiat infirmo ſemel in ſeptimana corpus Domini ſuſcipere, et ſemel in anno unctione infirmorum inungi.

De ornamentis eccleſiarum. Cap. II.

In qualibet eccleſia haec ſubſcripta ad minus haberi debent. In ornatu altaris duo paria veſtimentorum, cum duobus paribus corporalium, amplitudinis congruentis, cum una rochetta, unum feſtivale, et aliud feriale, in quo ſacerdos altaris mortuus tumuletur, ſi neceſſe fuerit. Duae paliae altaris, una feſtivalis, et alia ferialis. Tria lintea, unum benedictum ad minus; duo calices, unus argenteus, in quo celebretur, alius ſtanneus non benedictus, cum quo ſacerdos altaris ſepeliatur. Duae pixides, una argentea, vel eburnea, vel de opere lemonitico, vel alia idonea, in qua hoſtiae reſerventur, et ſub fideli cuſtodia clavi adhibita conſerventur, ſecundum tenorem concilii; alia decens et honeſta, in qua oblatae reponantur. Duo vaſa unum vinarium, et aliud aquarium. Unum par candelabrorum, unum thuribulum, unum chriſmatorium decens et honeſtum, et ſub fideli cuſtodia clavi adhibita conſervatum, ſecundum tenorem concilii. Duae cruces, una proceſſionalis et alia ad officium mortuorum.

De ornatu chori. Cap. III.

In ornatu chori duo ſuperpellicia, unum vexillum, unum velum quadrageſimale, unum ſacrarium immobile, una lanterna vel bocca, unum tintinnabulum, cum quo corpus Chriſti deferetur ad infirmos praeferendum et pulſandum, operimentum decens et honeſtum inter altare et ſummitatem chori; feneſtrae vitreae et chorus ipſe decenter coopertus.

De ornatu corporis eccleſiae. Cap. IV.

In ornatu corporis eccleſiae corpus ipſum decenter coopertum, feneſtrae vitreae, fons baptiſmalis lapideus, et decenter coopertus, vas ſtanneum vel plumbeum ad minus ad aquam benedictam, feretrum competens ad ſepulturam mortuorum, una lancea ad vexillum deferendum.

De coemeterio. Cap. V.

In ornatu coemeterii ipſum coemeterium ſit decenter circumvallatum muro, vel ſepe, vel foſſato; nulla pars coemeterii aedificiis occupata ſit, niſi tempore hoſtilitatis. Crux decens et honeſta, vel in ipſo coemeterio erecta, ad quam fiet

proceſſio ipſo die Palmarum, niſi in alio loco conſuevit fieri.

De miniſtro altaris. Cap. VI.

Item is, qui miniſtrat ſacerdoti in celebratione miſſae, ſuperpellicio induatur, et non minialiter.

Item de eccleſiis dedicatis et altaribus. Cap. VII.

Item in eccleſiis dedicatis annus, et dies dedicationis, et nomen dedicantis, et nomen ſancti, in cujus honore dedicata eſt eccleſia, diſtincte et aperte ſcribantur circa majus altare, in loco ad hunc idoneo: idem fiat circa minora altaria.

De dedicatione eorundem, et de confeſſionibus audiendis, et quomodo ſit poenitentia laicis injungenda. Cap. VIII.

Statuimus, ut ſacerdos ante confeſſionem laici poenitentis inſtruat eum de fide ſecundum formam et ordinem contentum in ſymbolo apoſtolorum ſub lingua ei nota, ut ſacerdos ante confeſſionem poenitentis manu, * confortatione et exhortatione, ne deſperet de magnitudine vel enormitate peccati, vel de multitudine peccatorum. Exhortatione ut et circumſtantias peccati confiteatur, effundens cor ſuum ſicut aquam coram Domino; ut ſacerdos poſt confeſſionem poenitentis plenius inſtruat eum de ſeptem vitiis et ſpeciebus eorum, ut facilius revocet ad memoriam, in qua ſpecie peccaverit; ut in poenitentia laico injungenda ſpecialiter injungatur ei, ut ſepties in die dicat orationem dominicam, cum ſymbolo apoſtolorum, et ſemel in nocte; ut ſacerdos laico injungens poenitentiam inter caetera, ut quotiens tranſitum facit per coemeterium, dicat orationem dominicam pro animabus omnium fidelium defunctorum, quorum corpora ibi requieſcunt, et tranſitum faciens per crucem, inclinet ſe et dicat orationem dominicam in honore crucifixi.

De perjuris in cauſis matrimonialibus vel aliis. Cap. IX.

Ut confitentibus ſe perjuros in aſſiſa domini regis, vel in compurgatione ſuper defamatione adulterii, vel cauſae matrimonii a ſimplici ſacerdote non injungatur poenitentia, ſed ab epiſcopo, ad quem per ſacerdotem, cui confitentur, ſunt tranſmittendi. Sic ſacerdotes injungunt parochianis ſuis in confeſſionibus de trecenariis ab ipſis faciendum. Item ſacerdotes ſaepius denuncient publice in eccleſia parochianis ſuis, quod cum ipſi ex caſu infirmitatis volunt habere medicos corporum, prius ſibi conſulant de ſalute animarum ſuarum; et tunc demum ad remedium corporalis medicinae procedatur, ſecundum tenorem concilii. Item denuncient ſacerdotes publice in eccleſiis, quod ſi quis medicorum ſuadet aliquid alicui, quod vertatur in periculum animae ſuae, non admittat illud ſecundum tenorem concilii. Item ſacerdotes frequenter in eccleſiis publicent, quod quilibet fidelis omnia ſua ſolus peccata confiteri debet, ſaltem ſemel in anno, proprio ſacerdoti, et ad minus ſemel, ſcilicet in Paſcha, euchariſtiam ſuſcipere ſecundum tenorem ejuſdem concilii. Item, ſi alieno ſacerdoti juſta de cauſa peccata ſua voluerit confiteri; licentiam prius poſtulet a proprio ſacerdote, et ipſe ei licentiam concedat, ſalvo jure eccleſiae ſuae. Item ſacerdos caveat, ne verbo, vel ſigno, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem; ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque expreſſione alicujus perſonae caute requirat, ſecundum tenorem concilii.

De confeſſoribus clericorum. Cap. X.

In quolibet decanatu per capitulum loci ſub periculo animarum eligantur duo ſacerdotes, de quorum honeſtate et literatura conſtiterit, quorum alteri, cui voluerint, quilibet ſacerdos de decanatu confeſſionem faciat.

De horis pſallendis, et de aliis articulis contingentibus eccleſias et earum miniſtros. Cap. XI.

Statuimus, ut ſingulae horae canonicae pſallantur, ut audito verbo ultimo verſus praecedentis incipiatur ſequens. Ut nullus ſacerdos bis celebret in die, niſi in die natalis Domini, vel Reſurrectionis dominicae, vel corporis ſepeliendi; et tunc calicis recentationem in prima celebratione non praeſumat, antequam ſecundo celebret; ut in diebus dominicis et aliis feſtis praecipuis, in quibus non niſi ſemel celebrandum eſt, miſſa pro defunctis non celebretur, ſed miſſa de die. Ne ſacerdotes opera ſervilia et ordini incongrua faciant, nec cappas manicatas habeant, vel manicas laciatas, vel ſotulares laciatos, vel hujuſmodi. Ne ſacerdotes ad tabernas accedant, nec ſcotalla, vel hujuſmodi potantes faciant, nec in eccleſiis hujuſmodi potationes denuncientur. Ut nullus epiſtolam legat in eccleſia, niſi fuerit ſubdiaconus, niſi cauſa neceſſitatis. Item nec ſacerdotes pro exequiis mortuorum aut benedictione nubentium, vel conſimilibus pecuniam exigant vel extorqueant, contra formam concilii. Ut aqua benedicta pauperibus tantum ſcholaribus conferatur. Item in qualibet capella, quae ſingulis ſeptimanis diebus pluribus vel die tantum una cantariam habet, proprium ornamentum habeat tam in libris, quam in veſtimentis, et ita muro vel ſepe vel foſſato circumdetur, ne ad eam pateat acceſſus animalium. Ne pallae altaris etiam non benedictae ad domos ornandas, vel thalamos nuptiales, vel ad alios uſus communes tribuantur. Ne quis pannos chriſmales in uſus communes, ſed tantum in uſus eccleſiaſticos convertat. Ne tigna eccleſiae dedicatae et dirutae ad uſus communes applicentur. Ne candelae benedictae in feſto Purificationis ad uſus communes expendantur; ſed ſi oportuerit, primo liquefiat cera et ſic expendatur. Ne cerei ſophiſtici in eccleſiis habeantur; ſed ſi inventi fuerint, confringantur; ut domus a coemeteriis ejiciantur, et coemeteria munda conſerventur; nec placita ſecularia in eis placitentur, ſicut nec in eccleſiis; nec fora venalium in ipſis exerceantur, niſi in ſpecialibus nundinis eccleſiae. Ut in dominicis diebus mer-

* forte *moneat eum.*

cata nullatenus exerceantur; ut cantilenae ſeculares, quamdiu corpora defunctorum in domibus jacent, nec choreae nec luctae in eiſdem fiant. Ut nec choreae nec luctae fiant prope coemeterium, quamdiu matutinae, miſſa, et veſperae cantentur. Ut laici non ſedeant in choro inter clericos, nec crucem nec cereum deferant in proceſſionibus, niſi ex cauſa neceſſitatis. Ut cum bladium in autumno collectum fuerit, ſolis debilibus et egenis perſonis ſpicas remanentes colligere liceat; et quilibet ſacerdos illud denunciet in eccleſia; et ſi opus fuerit, injungat parochianis ſuis in confeſſionibus in Quadrageſima. Item prohibemus ſub interminatione ſuſpenſionis, ne preſbyteri vel clerici in ſacris ordinibus conſtituti, errabundi ſint de nocte per villas, vel per provincias, niſi cauſa neceſſitatis oporteat infirmos viſitare. Item ſtatuimus, ut rectores eccleſiarum capellanos ſuos annuos exhibeant, in equis et victualibus, in eundo verſus ſynodum et redeundo, et ne aliter inter eos conveniat Item, ut quilibet capellanus annuus honeſtam et competentem habeat ſuſtentationem, ad valentiam trium marcarum ad minus, niſi fuerit ad menſam. Ne mulieres cum peplis croceis admittantur ad aquam benedictam, vel panem benedictum. Ut ſacerdos, quando negotia eccleſiae parochianis ſuis exponit, et contradictorem inveniat, qui nolit cautionem praeſtare quod juri parebit in capitulo ſuo loci, vel coram epiſcopo de eo, quod objecit; habeat poteſtatem interdicendi ei ingreſſum eccleſiae, ſed non relaxabitur, niſi per epiſcopum, vel ejus officialem.

De excommunicatis et communicantibus cum eis. Cap. XII.

Cum aliquis denunciatur excommunicatus, tam decanus loci, quam capellanus, cujus parochianus eſt denunciatus, ſub periculo animae ſuae diligentem faciat inquiſitionem de communicantibus cum excommunicato, et nomine eorum epiſcopo vel ejus officiali denuncientur. Ut quando pulſatur campana pro terra ſancta in celebratione miſſae, quilibet hoc audiens extra eccleſiam et intelligens, flexis genibus dicat orationem dominicam, ſcilicet "Pater noſter," pro ſuccurſu terrae ſanctae.

De capellanis annuis et clericis notatis vitio incontinentiae. Cap. XIII.

Ut capellani annui amoveantur infra ſeptennium, niſi ex juſta cauſa et rationabili; ut ſacerdotes annui miniſtrantes vitio incontinentiae notati chartas ſuas conficiant, quod de caetero honeſtae converſationis erunt, et caſte vivent ſub poena pecuniaria per cautionem fidejuſſoriam adhibitam; ita videlicet, quod ſi de caetero ſuper eodem vitio convicti fuerint, vel quaſi convicti, in epiſcopatu non miniſtrent.

De fidei datione in contractu matrimoniali. Cap. XIV.

Prohibemus ſub poena ſuſpenſionis, ne ſacerdotes interſint fidei dationi etiam per verba de praeſenti factae in contractu matrimoniali ſine denunciatione praemiſſa. Item, ut nec ſacerdos nec etiam laicus interſint fidei dationi factae per verba de futuro in contractu matrimoniali; quod ſi interſint, tam fide obligati, quam illi, qui interfuerunt fidei dationi, gravi poena tam ſpirituali quam pecuniaria puniantur.

Qualiter decimae garbarum ſolvendae ſunt. Cap. XV.

Statuimus, ut nullae garbae de blado decimando alicui pro ſervitio, vel aliquo alio modo dentur, antequam decimentur; vel ſi datae fuerint, ſub interminatione anathematis computentur. Si bladum detur ad metendum aliquibus de alia parochia maxime ad garbam aliquotam, quicquid de hoc provenit meſſoribus, ſub interminatione anathematis computetur, antequam de campo aſportetur. Quodſi ad villam debeat, per dominum praedii ad villam deferatur, et ibi decimetur. Ut nullus laicus eccleſiaſticum beneficium per ſe, vel per alium ad firmam recipiat; vel decimas garbarum, antequam collectae fuerint, emat. Ut de negotiatione vel artificio eccleſiae illius parochiae, in qua quis domicilium habet, decimas det, licet in alia parochia negotietur, vel artificio utatur.

De decimis provenientibus de nutrimentis animalium. Cap. XVI.

Ne decimarum confuſio provenientium de lana, et agnis, et caſeis omnium eccleſiarum perſonis amodo contentionis occaſionem generet, cum conſilio totius ſynodi noſtrae in epiſcopatu noſtro ſtatuimus, quod in quacunque parochia per totum annum fuerit ovile ovium, licet oves parochiae vicinae limites tranſeant ad paſcua quaerenda, illi eccleſiae integre reddatur decima, ubi fuit earum ovile et remanentia. Quodſi oves ab una parochia in aliam ex toto tranſlatae fuerint, et per aliquam partem anni in ea moram fecerint, et per aliam in alia; eccleſiae, in quarum parochiis ſic moram fecerint, ſecundum quantitatem temporis, et morae, proventum decimationis percipiant tam de lana, tam de agnis, quam caſeis; ita ſcilicet quod eccleſia illa, in cujus parochia major mora fuerit, uberius recipiat; illi autem, in cujus parochia minorem moram fecerit, ſecundum quantitatem temporis et morae, ſicut diximus, minor portio decimae remaneat. Similiter de decimis, quae ex vaccis proveniunt, ſtatuendum duximus, quod ubicunque fuerit earum receptaculum, licet in vicinis parochiis paſcua quaerant, ibi tota remaneat decima, ubi fuerit earum domicilium et remanentia.

De eccleſiis datis ad firmam ſine conſenſu epiſcopi. Cap. XVII.

Statuimus, ut eccleſiae certis perſonis deputatae, nulli dentur ad firmam, niſi juſta cauſa ſubfuerit, et a ſuo epiſcopo approbata; et de ejus conſenſu alicui honeſtae perſonae detur ad firmam, de quo ſimiliter praeſumi debeat, quod fructus eccleſiae in bonos uſus convertat; ut decimae foeni integre reddantur, vel decima pars prati in loco competenti, et ſine praejudicio eccleſiae aſſignetur, niſi prius fuerit aſſignata. Statuimus, ut nullus fiat decanus, niſi habeat beneficium; ut nullus decanus habeat apparitorem,

rem, niſi fuerit clericus, et ad minus ordinatus in acoluthum. Item cum perſona vel vicarius deceſſerit, omnia inſtrumenta ſua immobilia remaneant ſuo ſucceſſori. Item una menſa cum duobus tripodibus, et major, ſi plures fuerint inventae. Item una arca, et major, ſi plures fuerint. Item una olla aerea et major, ſi plures fuerint inventae. Item una carecca, et melior, ſi plures fuerint inventae. Item una canna et major, ſi plures fuerint inventae. Item unum dolium et majus, ſi plura fuerint inventa. Ne terrae eccleſiarum dentur ad firmam laicis et liberis hominibus. Item cum perſona vel vicarius deceſſerit; non fiat diſtributio rerum ſuarum, antequam conſtiterit epiſcopo, vel ejus officiali, ipſum condidiſſe teſtamentum, et interim faciet decanus omnia bona ſua fideliter conſervari. Item ne perſonae vel vicarii habentes loca, in quibus aedificare poſſint in feodo eccleſiaſtico, in laicali aedificare praeſumant. Item cum perſona vel vicarius deceſſerit ante annunciationem beatae Mariae, omnes proventus, quos in terris eccleſiae perſonaliter ſeminaverit, percipiet; ſi vero ad firmam dederit, nihil habebit. Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne eccleſiaſtica perſona decimas ponat in laico feodo, cum habeat feodum eccleſiaſticum, in quo poſſit ponere. Prohibemus, ne Judaei libros vel veſtimenta vel alia ornamenta eccleſiaſtica loco pignoris vel alio modo recipiant, quod ſi fecerint, niſi commoniti ea reſtituerint eccleſiis, de quibus ſurrepta fuerint, ſubtrahatur eis participium chriſtianorum, ſecundum tenorem concilii. Item prohibemus ſub interminatione anathematis, ne mulieres chriſtianae nutriant pueros Judaeorum, nec habeant Judaei ſervientes mulieres chriſtianas, quae in hoſpitiis eorum pernoctent. Item ne chriſtiani accipiant pecuniam Judaeorum ad deponendum in eccleſiis quaſi res proprias, ut magis ſalvo cuſtodiantur. Item ne chriſtiani accipiant pecuniam Judaeorum, ad deponendum in eccleſiis, quaſi res proprias; ut magis ſcilicet mutuo praeſtent denarios Judaeis, ut eos tradant ad uſuram ſpe lucri recipiendi.

De clericis coronatis captis, ſive noti fuerint, ſive ignoti. Cap. XVIII.

Item ſi clericus captus fuerit, habens coronam et tonſuram competentem, et literatus fuerit, ſive notus fuerit, ſive ignotus, moneantur captores et detentores per decanum loci, ut eum libere et ſine difficultate recedere dimittant; niſi forte deprehenſus fuerit in manifeſto delicto; et tunc exigat eum decanus loci, ut ei cuſtodiendus dimittatur, auctoritate domini epiſcopi; quod ſi negatum fuerit, admonitione praemiſſa, eadem die excommunicentur nominatim. Et adeantur auctores captionis et detentionis et moneantur, ut clericum captum, ſicut praedictum eſt, faciant dimitti; quod ſi infra triduum non fecerint, ſive cives fuerint ſive burgenſes, civitas ſive burgum interdicto ſupponatur. Si vero per conſtabularium ſive caſtellanum captus fuerit, et detentus clericus praedicto modo; moneantur, ut ſupra dictum eſt de captoribus et detentoribus civitatis vel burgi; et eodem modo fiat executio ſententiae contra eum. Et ſi neceſſe fuerit, adeatur vicecomes loci, vel ſi abſens fuerit, ipſe, qui vices ſuas in abſentia ſua ipſius gerit, et moneatur competenter, ut clericum praedictum praedicto modo faciat liberari. Quod ſi infra octo dies non fecerit, ſupponatur terra ejus interdicto. Si vero terram in epiſcopatu non habuerit, poſt 8. dies ſuſpendatur ab ingreſſu eccleſiae; poſt 15. vero dies dictus vicecomes, ſi in praedicta contumacia perſeveraverit, nominatim excommunicetur. Item, ſi rector eccleſiae penſionarius decedat circa feſtum ſancti Michaelis, qui teneatur vel viris religioſis vel alii eccleſiaſticae perſonae in aliqua penſione ſolvenda, ſtatuimus, ut de bonis defuncti reſpondeatur ei, cui debetur penſio, uſque ad annunciationem beatae Mariae ſequentem; et ſucceſſor ejus ab illo termino de debita penſione reſpondeat.

De cereo paſchali ad eccleſias praeſentando, et actis conſiſtorii. Cap. XIX.

Ut poſt diem ſanctae Trinitatis fiant minores cerei de cereo paſchali, qui cedant in uſus communes altarium et pauperum mortuorum. Ut nullus niſi ſacerdos admittatur ad aliquam eccleſiam, cujus aeſtimatio non excedit v. marcas, ſed ad minus reſidentiam faciat in eadem eccleſia. Ut acta confecta in conſiſtorio epiſcopi communiter legantur, antequam recedat conſiſtorium.

De decimis agnorum vellerum, et hujuſmodi aliis tangentibus clerum. Cap. XX.

Ut autem in dioeceſi noſtra uniformis ſit praeſtatio decimarum agnorum et vellerum, et ut laicis ſubtrahatur occaſio malignandi; ſtatuimus, ut praeſente rectore eccleſiae vel ejus miniſtro fiat praedictorum decimatio; quodſi laici ad hoc induci non poſſint, per cenſuram eccleſiaſticam ad hoc faciendum compellantur. Ut quilibet capellanus curam habens animarum ad ſynodum veniat, et ſupraſcriptas conſtitutiones ſecum deferat, et cum lectae fuerint in ſynodo, de eiſdem diſtincte et aperte reſpondere, et cum requiſitus fuerit, eaſdem legere ſciat ſub poena ſuſpenſionis. Ut rectores eccleſiarum, qui ſcienter faciunt ſacerdotes incontinentes deſervire eccleſiis ſuis, poena puniantur canonica. Ut rectores eccleſiarum libros habeant emendatos, quoniam per falſos libros in eccleſia multa leguntur indecentia. Ut ſacerdotes moneant et efficaciter inducant parochianos ſuos, ut cruces ſigna victoriae noſtrae, quae pro pace vel pro defunctis aliquando fuerint electae, et nunc jacent dirutae, de novo erigantur, quoniam male credentes conjecturam capiunt confuſionis chriſtianorum praeſentis, et futurae. Ut ſacerdotes praedicent parochianis ſuis, ne contra apoſtolum obſervent tempora et momenta; nolunt enim matrimonia contrahere, niſi creſcente luna, nec introitum novae domus ſolemnizare. Ut ſacerdotes non ſuſtineant in parochiis ſuis publicos fornicatores, vel aliquod mortale peccatum manifeſtum; quod ſi fecerint, puniantur tanquam pro propriis peccatis. Idem fiat de apparitoribus decanorum. Ut ſacerdotes non admittant ad confeſſionem magnates et eorum familias,

milias, in quorum capellis divina celebrent, cum nullam receperint curam animarum ab epiſcopo, nec ei vel ejus officiali fecerint obedientiam. Et multi tales ſunt irregulares, plures inhoneſti, quidam a non ſuis epiſcopis ordinati; plures nunquam ordinem ſacerdotalem receperunt. Ut ſacerdos vocatus ad infirmum, ut animae ipſius conſulat, crucem ſecum deferre faciat, niſi loci remotio, vel alia juſta cauſa impediat. Ut nullus archidiaconus vel decanus diſpenſet cum aliquo ſacerdote, qui ſuſpenſus, vel excommunicatus divina celebraverit. Ut publicae concubinae ſacerdotis vel miniſtrantis in ſacris ordinibus aqua benedicta et pane benedicto interdicantur, et pax in eccleſia non detur; et ſi impoenitens deceſſerit, eccleſiaſtica careat ſepultura. Si ſacerdos circa hoc negligens fuerit, et de negligentia convictus vel confeſſus, amplius in epiſcopatu non miniſtret. Ut quarta, quinta, et ſexta feria diligens fiat ordinatorum examinatio, et circa promovendos ad ſacros ordines inquiratur: ſi homicidae vel advocati in cauſa ſanguinis fuerint, vel executores ſervorum in publicis adminiſtrationibus, vel ſimoniaci, vel interventores ſimoniacarum pactionum; vel ſi furtive aliquem ordinem ſuſceperint; vel a ſchiſmaticis, vel damnatis, vel nominatim excommunicatis; ſi fuerint bigami; vel corruptarum mariti; vel Deo conſecratarum virginum violatores; ſi ſervorum filii; ſi a non ſuis epiſcopis praeter ſuorum licentiam praelatorum fuerint ordinati. Ut clerici uxorati, coronati, et tonſorati a carcere liberentur per epiſcopum, ſi in tali habitu capti fuerint. Ut forma baptizandi pueros tempore neceſſitatis talis ſit: "Baptizo te N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen." Vel Anglica vel Gallica aut alia verba dicantur aequipollentia; et poſtea non rebaptizetur ſolenniter; ſed ſi de praedicta forma conſtiterit ſacerdoti, ſuppleatur quod ſolet adhiberi, poſtquam puer a fonte levatus eſt. Si autem dubitetur de forma baptiſmi, an ſit obſervata, baptizetur ſic: Si non es N. baptizatus, "Baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen." Ut hi, qui decimas non ſolvunt, cum ſint excommunicati ab epiſcopo, non abſolvantur, niſi ab ipſo, in cujus ſententiam inciderunt, vel ab ejus poenitentiario. Ut ii, qui decimam foeni ſolvere contradicunt, familiae ſuae interdicantur omnia ſacramenta eccleſiae, praeter baptiſmum parvulorum et extremam poenitentiam. Ut ſervientes mercenarii non cogantur decimam partem mercedis dare, niſi deductis neceſſariis expenſis; ſed ter in anno cogatur unuſquiſque offerre obolum ad minus, ut hi, qui pecunia corrupti falſum dicunt teſtimonium, tanquam infames a teſtimonio repellantur, ſi ſuper hoc fuerint convicti, vel prae jure confeſſi; et hoc in ſingulis eccleſiis per ſacerdotes publice denuncietur. Et ſi vilis fuerit perſona, fuſtigetur; digniores vero perſonae pro modo facultatum pecuniarie puniantur, ſecundum arbitrium ordinarii. Eandem poenam ſtatuimus contra teſtium corruptores. Ut bona beneficiatorum inteſtatorum, per epiſcopum vel per ejus officialem pro animabus ipſorum diſtribuantur; bona vero miniſtrantium in ſacris ordinibus, ſi inteſtati deceſſerint, per archidiaconum, vel per ejus officialem; bona vero aliorum clericorum per perſonam, vel ejus capellanum. Si quis vero laicus inter vivos teſtamentum condiderit, et poſtea aliquo tempore morte praeventus fuerit, nec teſtamentum ante mutaverit, per executores, vel per ordinarium loci, ſi deſint executores, diligens fiat teſtamenti executio; et executores negligentes canonice puniantur. Si quis autem inteſtatus deceſſerit, dominus inteſtati habeat tantum, quod haberet, ſi teſtatus deceſſiſſet; et eccleſia loci ſimiliter. Reliqua vero bona ipſius defuncti ſecundum diſpoſitionem ordinarii pro anima ejus diſtribuantur, per viſum domini ſui, vel alicujus loco ſuo ad hoc deputati. Ut in ſingulis eccleſiis parochialibus, quarum parochia eſt diffuſa, duo ſint capellani ad minus; penſatis pariter magnitudine parochiae, et eccleſiae facultate; ne forte, quod abſit, aegrotante uno capellano, aut alias debilitato, parochianis infirmantibus, aut divinis non valentibus officiis intereſſe, officia debita ſubtrahantur, vel negentur eccleſiaſtica ſacramenta. Vacante eccleſia, terrae non jaceant incultae, ſed per decanum loci excolantur, ſumptibus eiſdem refundendis a perſona futura, etc.

Papa Rom. Gregorius IX.	Archiep. Cant. Richardus Magnus 2	Anno Christi 12[illegible]	Rex Angl. Henricus III.

Inquiſitiones per archidiaconatus epiſcopatus Lincoln. a ſingulis archidiaconis faciendae. Ex pervetuſto Cod. MS. penes Sam. Roper de hoſpitio Linc. Armigerum, citante Spelm.

1. AN aliqui rectores eccleſiarum, vel vicarii, vel ſacerdotes parochiales ſint enormiter illiterati?

2. An ſacramentum euchariſtiae portetur ad infirmos cum debita reverentia, et, ſicut decet, cuſtodiatur?

3. An aliqui praedicti, vel aliqui infra ſacros ordines conſtituti, ſint incontinentes?

4. An incontinentes ſint correpti per archidiaconum loci, et quoties unuſquiſque ſit correptus, et qualiter?

5. An aliqui convicti vel confeſſi ſuper incontinentia, obligaverint ſe ad reſignationem beneficii, vel ad aliquam poenam canonicam, ſi recidiverint, et ſi quiſquam eorum recidiverit poſt obligationem?

6. An aliqui beneficiati, in ſacris ordinibus conſtituti, ſint uxorati?

7. An aliqui clerici frequentant eccleſiam monialium ſine cauſa rationabili?

8. An aliquis clericorum in ſacris ordinibus teneat mulierem cognitam ſibi, vel aliam, de qua oritur ſuſpicio mala?

9. An aliqui ſint ebrioſi, vel tabernas frequentantes, vel uſurarii, vel negotiatores, vel pugnantes, vel alio vitio notati?

10. An aliqui ſint firmarii, dantes vel recipientes ad firmam eccleſias, ſine licentia epiſcopi?

11. An aliqui ſint vicecomites, vel juſtitiarii ſeculares, vel tenentes ballivas a laicis, unde obligentur eis ad ratiocinia?

12. An aliqui rectores faciant pactum cum ſacerdotibus ſuis annuis, et praeter ſtipendia a rectore recepta, poſſint ab aliis recipere annualia vel triennalia?

13. An aliquis ſacerdos parochialis non habeat a rectore ſuo ſufficientem ſuſtentationem?

14. An laicis detur ad firmam aliqua libera terra alicujus eccleſiae?

15. An reditus aſſignati ad luminaria, vel ad alios uſus eccleſiae certos, in certos uſus eccleſiae convertantur, vel in uſus rectorum vel vicariorum?

16. An alicubi compellantur parochiani, ut in die Paſchae ſimul communicent et offerant?

17. An aliqui intendant hiſtrionibus, vel ludant ad aleas, vel taxillos?

18. An aliqui portent arma, vel non habeant tonſuram, et habitum congruentem?

19. An aliquis habeat plures curas animarum ſine diſpenſatione?

20. An aliquis rector, ſive vicarius, ſit filius proximo miniſtrantis?

21. An aliquis ſacerdos extorqueat pecuniam pro poenitentia vel aliis ſacramentis, vel injungat poenitentias lucrativas?

22. An diaconi miniſtrent ſacramenta ſolis ſacerdotibus commiſſa, vel audiant confeſſiones?

23. An aliquis rector vel vicarius, non ſit in ordine, quem exigit ſua cura, vel non faciat reſidentiam in ſuo beneficio?

24. An eccleſia aliqua non habeat clericos vel clericum honeſtum ſecundum facultates eccleſiae?

25. An mercata, vel ludi, ſeu placita ſecularia ſint vel fiant alicubi in locis ſacris?

26. An coemeteria ſint ubique clauſa, et eccleſiae decenter aedificatae et ornatae, et vaſa ſacra rite cuſtodita?

27. An aliquis ſacerdos celebret de aceto?

28. An aliqui beneficiati audiant vel doceant leges ſeculares?

29. An canon miſſae ſit rite correctus?

30. An alicubi leventur arietes, ut faciant ſcottalos, vel decertetur in praeeundo cum vexillo matricis eccleſiae?

31. An ad mandatum eccleſiae et epiſcopi haec in ſingulis eccleſiis alias ſint prohibita?

32. An aliquis clericus vel laicus teneat in hoſpitio ſuo concubinam clerici, et ubi ſunt concubinarum receptacula?

33. An aliquis ſacerdos ſit deſidioſus ad viſitandum infirmos?

34. An chriſmalia convertantur in uſus ſeculares?

35. An aliqui religioſi appropriaverint ſibi aliquas decimas vel eccleſias, ſine licentia epiſcopi loci, vel aliqua hujuſmodi?

36. An aliquae eccleſiae ſint vel fuerint retentae ſine ſacerdote?

37. An aliqui vicarii ſe faciant rectores, vel e converſo?

38. An aliqui illegitimi, cum quibus non eſt diſpenſatum, habeant eccleſiaſtica beneficia, vel ſint in ſacris ordinibus conſtituti?

39. An aliqui gerant ſe rectores vel vicarios, qui non ſunt per epiſcopum inſtituti?

40. An ſuperaltaria ſint honeſta, et non molentur ſuper ea colores, et quae eccleſiae ſint dedicandae?

41. An aliqua poſt Oxonienſe concilium ſit diruta ſine epiſcopi licentia?

42. An Judaei morentur alicubi, ubi non conſueverunt morari?

43. An adulteria, vel crimina publica laicorum ſint rite per archidiaconum correcta; et ſi aliqua ſint incorrecta?

44. An in ſingulis archidiaconatibus ſint ſufficientes poenitentiarii epiſcopi?

45. An aliqui laici ſint pertinaces, ut ſtent in cancello cum clericis; et qui ſacerdotes ſunt ordinati alibi extra epiſcopatum, et per quem licentiati ſunt ad celebrandum?

46. De vita et honeſtate archidiaconorum, decanorum, et clericorum, qui miniſtrant in eccleſiis?

47. An aliquis ſacerdos bis celebret in die, niſi in caſibus conceſſis, et in propria perſona in propria eccleſia?

48. An aliqua anacorita facta ſit ſine aſſenſu epiſcopi?

49. An in aliqua capella celebretur ſine aſſenſu epiſcopi?

50. An alicubi morentur monachi vel alii religioſi in grangiis, vel aliis poſſeſſionibus ſuis, et quomodo ſe gerant; et cujus famae ſint? De famulis eorum et ſervientibus, quomodo ſe gerunt, et cujus famae ſunt?

Papae Rom.	Sede Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 5.	Vacante.	1231.	HENRIC. III. 15.

Literae regis Henrici de immunitate praelatorum Angliae. Ex Rot. Pat. 15. Henr. III. m. 3.

REX omnibus, etc. ſalutem. Cum peteremus a praelatis Angliae, quod nobis auxilium facerent pro magna neceſſitate noſtra, de qua eis conſtabat, videlicet epiſcopis, abbatibus, abbatiſſis, prioribus, et prioriſſis, qui de nobis tenent in capite; ipſi nobis liberaliter conceſſerunt auxilium tale, ſcilicet de ſingulis feodis militum ſuorum quadraginta ſolid. de tot feodis, de quot ipſi tenentur nobis reſpondere, quando faciunt nobis ſervitium militare. Et nos conceſſimus

mus eiſdem praelatis, quod ad praedictum auxilium nobis faciendum habeant de ſingulis feodis militum, quae de eis tenentur, xl. ſol. Nos igitur nolentes, quod ex hac eorum conceſſione nobis facta de mera liberalitate ſua, et non alia ratione eccleſiis ſuis, vel eis, vel eorum ſucceſſoribus poſſit praejudicium aliquod generari, vel eccleſiaſticae libertati in aliquo derogari, per has literas noſtras patentes hoc duximus proteſtandum. Nolumus etiam, quod propter hanc conceſſionem noſtram, quam fecimus, aliquid nobis vel haeredibus noſtris accreſcat, vel decreſcat. In cujus, etc. Teſte rege apud Weſtm. 14. die Aprilis, anno regni noſtri xv.

Papae Rom. Gregor. IX. 4.	Sede Cantuar. vacante.	Anno Christi 1231.	Regis Angliae Henrici III. 15.

Regis literae epiſcopo London. de Lewellino, et concilio ejus cauſa convocando.
Ex Rot. clauſ. 15. Henr. III. m. 10. dorſo.

REX epiſcopo London. ſalutem. Cum nuper perveniſſet ad nos certa relatio de facto Lewellini, qui in eccleſias de terra noſtra irreverenter irruere, et eas ſpoliare non formidans procedit, et incendium et depraedationes, quae nequiter commiſit in terra noſtra, damnum non modicum nobis et noſtris irrogavit; ſignificavimus magiſtro Will. de Horbeldon, archidiacono de Stowe, officiali domini Cant. et quibuſdam epiſcopis de terra noſtra, quod eſſent in occurſum noſtrum apud London. die dominica prox. ante feſtum S. Jo. Bapt. ad tractandum ibidem nobiſcum de facto praedicto, et providendum, qualiter exceſſus tam enormis per cenſuram eccleſiaſticam condigne puniretur. Poſtea vero advertentes, quod negotium memoratum praeſentiam exigebat ſingulorum et univerſorum epiſcoporum de provincia Cantuarienſi, necnon Landavenſis et Menevenſis de epiſcopis Walliae, et etiam juſtitiarii noſtri, et quorumcunque aliorum fidelium noſtrorum, qui nunc... intereſſe non poſſunt, ad conſilium nobis ſuper praedictis impendend. diem illum ſuſpendimus, illum prorogantes uſque in iii. ſeptimanas a Dominica praedicta prox. ante feſtum S. Jo. Baptiſtae, ad quem diem mandavimus univerſis et ſingulis epiſcopis de provincia Cant. et praedictis Landaven. et Meneven. et domini Cant. officiali, quod occurrant nobis apud Oxon. et ſimiliter juſtitiario noſtro, et quibuſdam aliis fidelibus noſtris nobiſcum tractaturi. Paternitatem igitur veſtram rogamus attentius, quat. ſicut nos et honorem noſtrum diligitis, nullo modo omittatis, quin ad praedictum diem apud Oxon. nobis occurratis ſufficienter praeparati, qualiter de conſilio veſtro ſit in praedictum Lewellinum, et complices ſuos, pro praedictis procedendum; ita quod inde paternitati veſtrae grates referre poſſimus ſpeciales. T. R. apud Winleſor. 20. die Junii.

Papae Rom. Gregor. IX. 4.	Sede Cantuar. vacante.	Anno Christi 1231.	Regis Angliae Henrici III. 15.

Concilium Albanenſe Ex Matth. Pariſ. in ann.

PER idem tempus 16. cal. Januarii habitum eſt apud S. Albanum ingens conſiſtorium abbatum, priorum, archidiaconorum, cum fere tota nobilitate regni, magiſtrorum, et clericorum; qui omnes ad hoc convenerunt per mandatum domini papae, ut celebrarent divortium inter comitiſſam Eſſexiae, et virum ſuum; ſi ratio id dictaret. In craſtino autem, conſiſtorio ſoluto, cum ſinguli redirent ad propria, clericus quidam Romanus, nomine Cincius, qui eccleſiae ſancti Pauli Londonienſis erat canonicus, per praedictam univerſitatem, ut creditur, non longe a villa S. Albani captus eſt, et abductus a viris armatis, et capitibus velatis. Sed magiſter Johannes Florentinus, Norwicenſis archidiaconus, qui huic conſiſtorio affuit, ab hac captione evaſit, et ad urbem Londinenſem fugiens delituit ibidem multis diebus. Cincius vero poſt quinque ſeptimanas, crumenis (ut dicitur) evacuatis, ad urbem Londinenſem ſanus et incolumis eſt reductus. Haec Matt. Pariſ.

Gregorii papae IX. *bulla de beneficiis eccleſiaſticis Italis in Anglia conferendis.*
Ex MS. Cott. Cleop. E. i. fol. 165. b.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, univerſis archiepiſcopis, et epiſcopis, ac dilectis filiis, abbatibus, et aliis eccleſiarum praelatis per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Eccleſiarum indemnitatibus, quarum cura nobis imminet, ſpecialiter, quantum cum Deo poſſumus, praecavere volentes, auctoritate vobis praeſentium duximus concedend. ut beneficia, quae Italici in eccleſiis noſtris obtinent, cum ea vacare contigerit, perſonis idoneis, prout ad uniuſcujuſque donationem pertinent, liberaliter conferatis; vobis de ſpeciali gratia nihilominus indulgendo, ut ſi quum ad nos literae apoſtolicae pro beneficiandis hujuſmodi de caetero emanarint, ad proviſionem ipſorum inviti non teneamini, niſi de hac indulgentia plenam fecerint mentionem. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc. Dat. Lateran. 15. cal. Maii, pontificatus noſtri anno quarto.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 8.	St. EDMUND.	1234.	HENRIC. III. 18.

Regis Henrici III. *charta libertatum eccleſiae Cant. quod nullus ballivus poteſt impedire teſtamentum domini archiepiſcopi.* Ex Reg. Raynold, fol. 236.

HENRICUS, Dei gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Norman. Aquitan. et comes Andegav. archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, praepoſitis, miniſtris, et omnibus ballivis, et fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, et pro ſalute animae noſtrae, et animarum anteceſſorum et haeredum noſtrorum conceſſiſſe venerabili patri Edmundo, Cantuar. archiepiſcopo, quod quocunque tempore vel termino anni idem archiepiſcopus et ſucceſſores ſui archiepiſcopi Cant. deceſſerint, liberam habeant diſpoſitionem teſtamentum ſuum condere de omnibus rebus ſuis mobilibus et immobilibus, tam de bladis in terris ſeminatis, quam aliis. Quod quidem teſtamentum pro nobis et haeredibus noſtris in perpetuum firmum eſſe volumus et ſtabile. Ita quod nec nos nec haeredes noſtri manum apponere poſſimus, nec etiam vicecomes, conſtabularius, vel alius ballivus noſter vel haeredum noſtrorum, vel alia quaecunque ſecularis perſona manum apponere poſſint ad bona ipſius archiepiſcopi, vel ſucceſſorum ſuorum archiepiſcoporum Cant. mobilia vel immobilia, vel blada ſua in terris ſeminata, vel alia, quae idem archiepiſcopus et ſucceſſores ſui archiepiſcopi Cant. in teſtamento ſuo aſſignaverint, vel aliquod impedimentum nos vel haeredes noſtri invectemus, nec etiam vicecomes, conſtabularius, vel alius ballivus noſter, vel haeredum noſtrorum, vel quaecunque alia ſecularis perſona invectare poſſint, quominus libere, plene, et pacifice diſponere poſſint executores teſtamenti praedicti archiepiſcopi et ſucceſſorum ſuorum archiepiſcoporum Cant. de bonis eorundem, ſecundum quod in teſtamento ſuo ordinaverint, vel dictorum executorum diſpoſitioni ordinand. reliquerint. Quare volumus, et firmiter praecipimus pro nobis et haeredibus noſtris, quod quocunque tempore vel termino anni praedictus archiepiſcopus, et ſucceſſores ſui archiepiſcopi Cant. ante obitum ſuum teſtamentum ſuum condere voluerint, idem archiepiſcopus, et ſucceſſores ſui archiepiſcopi Cant. liberam habeant diſpoſitionem teſtamentum ſuum condere de omnibus rebus ſuis mobilibus et immobilibus, tam de bladis in terris ſeminatis, quam aliis. Quod quidem teſtamentum pro nobis et haeredibus noſtris in perpetuum firmum eſſe volumus et ſtabile: ita quod nec nos, nec haeredes noſtri manum apponere poſſimus, nec etiam vicecomes, conſtabularius, vel alius ballivus noſter vel haeredum noſtrorum, vel alia quaecunque perſona ſecularis manum apponere poſſint ad bona ipſius archiepiſcopi, vel ſucceſſorum ſuorum archiepiſcoporum Cant. mobilia vel immobilia, vel blada ſua in terris ſeminata, vel alia, quae idem archiepiſcopus et ſucceſſores ſui archiepiſcopi Cant. in teſtamento ſuo aſſignaverint, nec aliquod impedimentum nos vel haeredes noſtri invectemus, nec etiam vicecomes, conſtabularius, vel alius ballivus noſter vel haeredum noſtrorum, vel alia quaecunque ſecularis perſona invectare poſſint, quominus libere, plene, et pacifice diſponere poſſint executores teſtamenti praedicti archiepiſcopi, et ſucceſſorum ſuorum archiepiſcoporum Cant. de bonis eorundem, ſecundum quod in teſtamento ſuo ordinaverint, vel dictorum executorum diſpoſitioni ordinand. reliquerint, ſicut praedictum eſt. His teſtibus P. Winton epiſcopo, S. de Segrave, juſtitiario Angliae, J. comite Linc. et conſtabular. Ceſtr. Radulpho filio Nicolai, Hugone diſpenſatore, Radulpho Jermin, Godefrido de Crawcombe, Galfrido diſpenſar. Galfrido de Kant. Johanne de Pleſſetto, et aliis. Dat. per manus R. Ciceſt. epiſcopi et cancellarii noſtri, apud Cant. 3. die Aprilis, anno regni noſtri xviii.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 9	St. EDMUND. 2.	1235.	HENRIC. III. 20.

Henrici III. *regis literae archiepiſcopo Ebor. de concilio London. in octab. Hilarii. Rex Scotiae eo vocatus.* Ex Rot. clauſ. 20. Hen. III. m. 22. dorſ.

REX vener. patri in Chriſto W. eadem gratia Ebor. archiepiſcopo, primati, ſalutem. Cum habeamus in conſtanti propoſito in octab. S. Hilarii, anno regni noſtri xx. vos et caeteros fideles noſtros convocand. apud London. pro quibuſdam negotiis noſtris arduis, noſtrum et regni noſtri ſtatum tangentibus, recenter emerſis; et inter caeteros fideles noſtros cupiamus ad eundem terminum habere praeſentiam dilecti fratris et fidelis noſtri A. regis Scot. ſimul et chariſſimae ſororis noſtrae Jo. reginae Scot. uxoris ſuae, quos ſine ſalvo conductu, ſicut non deceret, ſcimus ad nos nullo modo accedere; paternitatem veſtram rogamus attentius, quatenus ſicut nos et honorem noſtrum diligitis, ſitis in occurſum praedicti regis, et praedictae ſororis noſtrae, parati ad ipſos ad nos uſque London. conducendos. —Vos autem, ſive praedictus rex venire voluerit, ſive non, nullo modo omittatis, quin ad terminum praedictum ad nos veniatis, ſuper praedictis negotiis nobiſcum tractaturi.

Modus

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
GREGOR. IX. 9.	St. EDMUND. 2.	1235.	HENRIC. III. 20.

Modus conſtituendi abbatem exemptum apud Anglos poſt concilium generale Lateranenſe ſub papa Innocentio III. *prout habetur in exemplo conſtitutionis Johannis* II. *abbatis S. Albani* 23. *A. D.* MCCXXXV. Ex MS. Cotton. Nero, D. i. pag. 74.

JOHANNES ſecundus, huic [i. e. Willielmo abbati] ſucceſſit creatus in abbatem. Iſte de Herefordia oriundus, et in cella, quae ibidem eſt, primo in ſacriſtam, poſtea in priorem a memorato abbate promotus; vir extitit dapſilis, et manſuetus, corpore elegans, fratribus ſuis ſocialis, et reliquis amabilis univerſis; et a ſtirpe mediocri, laudabili, ac manſueta procreatus legitime; de virtute in virtutem progrediens, praeclarae famae dotibus meruit honorari. Unde, meritis ejus promerentibus, rite meruit in abbatem ſine alicujus contradictione ſublimari. Et quia primus erat in abbatem creatus poſt concilium Lateranenſe generale, a papa Innocentio tertio celebratum, in quo conſtitutum erat ut abbates exempti ab ipſo papa confirmarentur; et praedeceſſor ejus Willielmus circiter viginti annis in proſperitate praevixerat, haeſitabant quid agendum foret de hujus negotii progreſſu et egreſſu univerſi. Vocantur igitur ad concilium conventus magiſtri ſolennes et juriſperiti. Horum igitur conſilio ſeniores et ſaniores ipſius conſulte ac prudenter in tam arduum negogotium et tutius proceſſerunt, ita ut poſteri in ſimili caſu conſtituti potuerint edoceri. Literae igitur ad dominum papam et dominum regem et alios tranſmittendae illico poſt mortem nominati abbatis W. et electionem ſequentis, ſcil. Johannis, ſunt confectae; quae in iſto libello inſeruntur, cum quibuſdam aliis, quae exprimunt modum et formam electionis.

Litera miſſa domino regi pro licentia eligendi.

Excellentiſſimo domino et in Chriſto reverendiſſimo Henrico, Dei gratia illuſtri regi Anglorum, domino Hiberniae, duci Norm. et Aquitan. comiti Andegaviae, devoti ſui ſemper, et humiles, prior ſancti Albani, et ejuſdem loci conventus, cum omni humilitate et devotione aeternam in Domino ſalutem. Veſtrae innoteſcimus excellentiae, quod venerabilis pater noſter W. quondam abbas eccleſiae noſtrae, in fata deceſſit; ideoque dilectos fratres noſtros N. et N. latores praeſentium, ad vos deſtinamus, excellentiae veſtrae omni, qua poſſumus, devotione et lachrymarum effuſione, flexiſque genibus ſupplicantes, quatenus divinae pietatis intuitu, nobis gratiam dignanter impertientes, eligendi paſtorem liberam nobis concedatis facultatem; ſtatui domus noſtrae miſericorditer, ſi placet, compatientes, juxta neceſſitates, quas dicti fratres noſtri vobis duxerint exprimendas. Valeat regia dignitas in aeternum.

Litera amicis in curia pro expeditione.

Urgentibus negotiis novis et inopinatis emergentibus, piorum amicorum auxilium invocare et conſilium evidens ſuadet honeſtas et compellit inſtans neceſſitas. Ideoque ſincerae paternitati veſtrae omni, qua poſſumus, devotione ſupplicamus, quatenus divinae pietatis intuitu, ſtatui domus noſtrae, juxta neceſſitates, quas fratres noſtri N. et N. latores praeſentium, vobis duxerint exprimendas, miſericorditer, et paterno ſubveniatis affectu; eo quod venerabilis pater noſter W. quondam abbas monaſterii noſtri, divino nutu diem clauſit extremum, nos monachos ſuos, quaſi orphanos, piorum conſilio relinquens et auxilio deſtitutos. Quorum indigentiae ſic veſtra dignetur conſulere miſeratio, ut Deus pater pupillorum digna mercede veſtram remuneret pietatem.

Convocatio priorum ad electionem.

Frater E. prior eccleſiae ſancti Albani, ejuſdemque loci conventus, dilecto ſibi in Chriſto, tali vel tali priori, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam venerabilis pater noſter W. quondam abbas monaſterii noſtri, divino nutu diem clauſit extremum, et oportet per commune conſilium eccleſiae noſtrae provideri de paſtore; mandamus, quatenus in craſtino Annunciationis dominicae proximo affuturae compareas perſonaliter apud ſanctum Albanum, una nobiſcum tractaturus ſuper electione abbatis. Quod ſi forte non potueris juſta ex cauſa praepeditus, tunc te ſub hac forma excuſes per literas tuas patentes.

Excuſatio priorum non venientium.

Viris venerabilibus domino E. priori de ſancto Albano, ejuſdemque loci conventui, frater N. prior talis vel talis loci, ſalutem. Praepeditus negotio certo, videlicet aſſignato, vel gravi detentus infirmitate, in craſtino Annunciationis dominicae apud ſanctum Albanum perſonaliter intereſſe non poſſum, una vobiſcum ſuper electione abbatis tractaturus; itaque non expectata praeſentia mea, in dicto negotio, quod veſtrum eſt, exequamini. Valete. Obtentis igitur literis a domino rege de licentia eligendi, et congregatis fratribus die ſtatute, tam prioribus, quam aliis, qui intereſſe debuerunt, et voluerunt, elegerunt ſolenniter Johannem de Herefordia, priorem de Hertford, monachum ſuum profeſſum in paſtorem animarum ſuarum, virum pium et monachum ordinatum: qui domino regi praeſentatus, ab eo favorabiliter, tum quod elegans et venerabilis extitit perſona ſtatura, tum quoniam audierat quod dapſilis et civilis ac ſocialis fuerat, dum prior Hertfordiae fuerat, eſt ſuſceptus; et idcirco promptius, quia rex ſemper domum ſancti Albani dilexerat; cui literas petitorias, ſub hac forma, tranſmiſerunt:

Litera domino regi pro electo recipiendo.

Illuſtri domino ſuo, ac magnifico H. Dei gratia regi Anglorum, etc. devoti ſui ſemper et humiles E. prior ſancti Albani, et ejuſdem loci conventus, cum omni humilitate et devotione aeternam in Domino ſalutem. Regiae excellentiae veſtrae dominum Johannem, priorem de Hertford, virum idoneum et honeſtum, quem de benignitate et licentia veſtra nobis conceſſa, in patrem nobis elegimus et paſtorem, praeſentamus, cum omni humilitate et devotione; ſupplicantes, quatenus ex innata vobis benignitate ſolitaque clementia erga nos et eccleſiam noſtram concepta et habita, dictum Johannem electum noſtrum in gratiam recipiatis, veſtrum eidem conſilium, auxilium, et favorem, divinae ſi placet intuitu pietatis, impendentes. Valeat, etc. Dominus autem rex, cum haec audiſſet, et perpendiſſet progreſſum noſtrum ordinatum et humilem, non tantum nobis ſuum favorem impertivit et juvamen, immo domino papae et amicis ſuis in curia Romana ſcripſit pro electo ſub hac forma:

Litera regis ſummo pontifici pro electo.

Reverendo domino et patri in Chriſto chariſſimo, domino G. Dei gratia ſummo pontifici, H. eadem gratia rex Anglorum, etc. ſalutem, et tam devotam quam debitam in omnibus tanto domino et patri reverentiam. Noverit ſancta paternitas veſtra, nos electioni factae de fratre Johanne de Hertford, monacho S. Albani, in abbatem S. Albani, regium adhibuiſſe favorem et aſſenſum. Et quoniam ad ſedem apoſtolicam immediate ſpectat electionis praedictae confirmatio, hoc ſanctae paternitati veſtrae duximus tenore praeſentium ſignificandum; devote ſupplicantes, quatenus eidem electioni munus confirmationis dignemini, ſi placet, favorabiliter impendere. Teſte memetipſo apud Abendon. primo die Aprilis anno regni mei xix.

Litera regis cardinalibus pro electo.

Venerabili in Chriſto patri, et amico ſpecialiter dilecto J. Dei gratia titulo ſanctae Praxedis preſbytero cardinali, Henricus, Dei gratia Anglorum rex, etc. Quoties ingruente neceſſitate nos contingit pro noſtris vel alienis negotiis apoſtolicae ſedis implorare ſubſidia, ad eorundem negotiorum expeditionem veſtra nobis neceſſaria eſt diligentia, quam in omnibus veſtri gratia nobis recolimus ſubveniſſe. Cum igitur electioni factae de fratre Johanne de Hertford, monacho ſancti Albani, in abbatem ejuſdem loci, regium adhibuerimus aſſenſum et favorem, et immediate ſubjecta ſit eccleſia S. Albani S. Romanae eccleſiae, paternitati veſtrae duximus attente ſupplicandum, quatenus cum nuncii et procuratores dicti electi ad obtinendam a ſede apoſtolica confirmationem dictae electionis ad curiam venerint, ad aſſecutionem ſui propoſiti, in hac parte veſtra dignetur paternitas eis auxilio et conſilio ſubvenire: per quam ſubventionem multipliciter vobis gratia noſtra quam ex diverſorum negotiorum promotione non dubitamus eis vos comparaſſe. T. meipſo, etc. Diriguntur itaque fratres ad curiam Romanam, ut electionem rite factam impetrarent a ſede apoſtolica confirmari; qui cum ad curiam, quae tunc Peruſii fuerat, perveniſſent, et quandam magnam pecuniae ſummam papalibus pedibus obtuliſſent, oſtenderunt regios apices domino papae et aliis amicis regis. Et cum reſpexiſſent illos et janitores et miniſtros papae, approbata fuit quamplurimum ab ipſo domino papa, et a cunctis cardinalibus forma electionis, et maxime a domino Othone, qui domum et religionem ſancti Albani plurimum commendavit. Electione igitur confirmata, dicti fratres cum benedictione apoſtolica gaudenter ſunt reverſi. Et ut audientes non lateat, haec eſt conſuetudo eligendi abbatem in eccleſia ſancti Albani.

De modo et forma eligendi abbatem.

Confeſſores tres vel quatuor jubentur diſtricte, et in virtute Spiritus Sancti, utpote qui cognoſcit corda et renes ſingulorum, ut ipſi eligant xii. de conventu fratres electos fideles et peritos, ut ipſi, vel de ſeipſis, vel de ipſo conventu eccleſiae, vel de cellis unum idoneum eligant in abbatem. De ipſis inquam, quia ſic non conſueverunt antiquitus, immo de aliis quam ſeipſis, quod abſurdum fuit et diſſonum rationi. Et in hoc variata eſt antiqua conſuetudo, et in melius commutata. Ut autem electio et labor tantae deliberationis ſuper hoc negotio nullatenus irritus habeatur et inanis, literas habent de conventu penes ſe, ſigillo conventus roboratas, ut ipſe conventus illum, quem ipſi xii. eligerent in abbatem, ſine contradictione aut difficultate unanimiter in paſtorem ſuſcipiant et gratanter. Unde ſeries negotii ſic proſecuta, a ſummo pontifice palam coram omnibus eſt commendata, et facta examinatione, auctoritate apoſtolica illico confirmata, pro eo quod unitas et concordia in domo ſancti Albani ingruerunt. Unde ab univerſis dictum eſt, quod non ſine nutu Spiritus Sancti illud negotium fuerat proſecutum. Multitudinis enim credentium erat cor unum et anima una. Veruntamen quia de perſona electi domino papae non conſtabat, dedit in mandatis Elienſi et London. epiſcopis, ut rite, facta examinatione de perſona electi, eundem in abbatem confirmatum benedicerent, plene in omnem tam ſpiritualium, quam temporalium adminiſtrationem inſtituentes. Cum autem rediiſſent nuncii de curia, oſtendebant literas domini papae epiſcopis memoratis, qui electo ſcripſerunt ſub hac forma:

Litera pro examinatione.

H. Dei gratia Elienſis, et R. eadem gratia London. epiſcopi, Johanni de Hertford, electo ſancti Albani, ſalutem. Mandatum domini papae ſuſcepimus in haec verba: G. G. epiſcopus, etc. Hujus igitur auctoritate mandati nobis tranſmiſſi, vobis mandamus, quatenus die Lunae proximo poſt feſtum ſancti Laurentii in eccleſia conventuali apud Crucem Roiſiae compareatis coram nobis, parati examinationem ſubire, et electionis, Deo dante, confirmationem ſuſcipere, ſecundum formam mandati apoſtolici: quod et abbas fecit ſub omni maturitate. Affirmabant

mabant

mabant utique tam epiſcopi memorati, poſtquam audierant, quam nuncii noſtri, quod prudenter proceſſum eſt in hoc negotio. Vero London. epiſcopus variis et arduis negotiis praepeditus, ne ad locum veniret memoratum, ſe excuſavit Elienſi epiſcopo ſic ſcribens:

Litera excuſatoria unius commiſſarii.

Venerabili fratri et amico in Chriſto, chariſſimo H. Dei gratia Elienſi epiſcopo, R. divina miſeratione London. eccleſiae miniſter humilis, ſalutem et ſinceram in Domino charitatem. In negotio examinationis electi S. Albani, et confirmationis ejuſdem vobis et nobis a domino papa commiſſo, variis praepediti negotiis, die Lunae proximo poſt feſtum S. Laurentii apud Crucem Roiſiae in eccleſia conventuali intereſſe non poſſumus; ideo non expectata praeſentia noſtra, quod veſtrum eſt, in dicto negotio exequamini. Valeat paternitas veſtra ſemper in Domino.

Confirmatio.

Confirmatus eſt igitur electus, facta examinatione, ſub tali ſcripto: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Inquiſitis ſecundum formam literarum domini papae, quae circa perſonam Johannis, electi S. Albani, ſunt inquirenda, tum per teſtes juratos, tum per propriae perſonae examinationem, invenimus ipſum ad regimen dictae eccleſiae ſufficientem. Unde electionem de ipſo factam auctoritate apoſtolica confirmamus. Quo facto, miſit Elienſis epiſcopus conventui S. Albani ad majorem certificationem literas ſub hac forma:

Litera conventui d[illegible] admittend[illegible]

H. Dei gratia Elienſis epiſcopus, dilectis in Chriſto priori et conventui S. Albani, ſalutem in Domino. Noverit diſcretio veſtra, nos juxta formam mandati apoſtolici electionem de fratre Johanne de Hertford in abbatem monaſterii noſtri canonice celebratam, auctoritate apoſtolica confirmaſſe. Quocirca auctoritate apoſtolica, qua fungimur, vobis mandamus, in virtute obedientiae diſtricte praecipientes, quatenus eundem electum veſtrum in abbatem et paſtorem devote admittatis, obedientiam et reverentiam debitam eidem humiliter impendentes. Valete. Scripſit inſuper idem epiſcopus domino regi ſuper hoc ſub hac forma:

Litera domino regi poſt confirmationem.

Excellentiſſimo domino H. III. Dei gratia illuſtri Anglorum, etc. H. divina miſeratione Elienſis epiſcopus, ſalutem, reverentiam, et honorem. Noverit excellentia veſtra, nos juxta formam mandati apoſtolici electionem de fratre Johanne de Hertford in abbatem monaſterii ſancti Albani canonice celebratam, auctoritate apoſtolica confirmaſſe: quocirca excellentiam veſtram rogamus, quatenus ob reverentiam ſedis apoſtolicae dictum electum habentes commendatum, adminiſtrationem dictae abbatiae eidem committatis. Valeat excellentia veſtra ſemper in Domino. Scripſit etiam domino rege acceptante, et palam publicavit chartam illam confirmationis.

Proſecutio negotii.

Omnibus Chriſti fidelibus, literas has inſpecturis vel audituris, H. Dei gratia Elienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis, quod cum nobis et venerabili fratri noſtro London. epiſcopo, commiſſum eſt negotium a domino papa examinationis perſonae fratris Johannis de Hertford electi in abbatem monaſterii S. Albani, et confirmationis ejuſdem, epiſcopo London. in dicto negotio excuſato literatorie; nos electionem ipſius Johannis in hunc modum confirmamus: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Inquiſitis ſecundum formam literarum domini papae, quae circa perſonam electi S. Albani fratris Johannis ſunt inquirenda, tum per teſtes juratos, tum per propriae perſonae examinationem, invenimus eum ad regimen dictae abbatiae ſufficientem: unde electionem tanquam de perſona idonea de ipſo factam, auctoritate apoſtolica confirmamus. In cujus rei teſtimonium his literis noſtris patentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Acta anno Domini MCCXXXV. die Lunae proxima poſt feſtum S. Laurentii apud Crucem Roiſiae. In craſtino igitur nativitatis beatae virginis, in eccleſia S. Albani, ad majus altare, in praeſentia epiſcopi London. et totius conventus in choro exiſtentis, idem epiſcopus eidem electo munus impendit benedictionis, ubi apertae ſunt literae incluſae et bullatae domini papae, quas oportuit electum in abbatem benedicendum, profitendo palam legere ſub hac forma:

Profeſſio.

Ego Johannes, monaſterii S. Albani abbas, ab hac hora inantea fidelis et obediens ero S. Petro ſanctaeque apoſtolicae Romanae eccleſiae, et [illegible], canonice intrantibus. Non ero in conſilio aut conſenſu, vel in facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Conſilium etiam, quod mihi credituri ſunt per ſe aut per nuncios ſuos, ſive per literas ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam. Papatum Romanum et regalium S. Petri adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, ſalvo ordine meo, contra omnem hominem. Legatum apoſtolicae ſedis in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Vocatus ad ſynodum veniam, niſi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apoſtolorum limina ſingulis trienniis viſitabo aut per me, aut per meum nuncium, niſi abſolvar apoſtolica licentia. Poſſeſſiones etiam ad monaſterium meum ſpectantes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconſulto Romano pontifice, ſicut me Deus adjuvet, et haec ſancta evangelia. Haec cooperta fuerunt occulta et clauſa ſub bulla, donec ſtaret pontificalibus ad altare redimitus, quando nullo modo poterat ab iſta obligatione reſilire. Et cum rogaſſet abbas ab epiſcopo London. Rogero, quid Romae faceret? epiſcopus, ſicut jucundus extitit, jocoſe reſpondit, ſubridens ait: “Amice ut offeras,” et veritas [illegible]. Rex [illegible]

[illegible]

certificatus, tenentibus de S. Albano ſcripſit in hac forma:

Litera domini regis tenentibus abbatis poſt confirmationem.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, etc. militibus, liberis hominibus, et omnibus aliis tenentibus de abbatia de S. Albano, ſalutem. Sciatis, quod electioni factae de fratre Johanne de Hertford in abbatem S. Albani aſſenſum regium praebuimus et favorem. Et ideo vobis mandamus, quod eidem fratri Johanni tanquam domino veſtro in omnibus, quae ad praedictam abbatiam pertinent, intendentes ſitis et reſpondentes. Teſte meipſo apud Weſtm. 18. die Auguſti, anno regni noſtri xix. Extunc igitur abbas plenarie conſtitutus, cepit homagia et juramenta, et fidelitates omnium abbatiae ſubditorum, inſtallatus, et in omnibus abbas habitus et firmatus. Sed, ut non lateat ſimpliciores, qualiter ſe geſſit, dum eſſet electus, et qualiter inpoſterum ſe gerere debet electus, praeſentibus duximus inſerendum.

Qualiter ſe gerere debet electus.

Poſtquam electores nominaverint electum proprio nomine cum aliquo adjecto, ita ſcilicet, ut unus electorum loquatur pro omnibus aliis electoribus, praeſtito aſſenſu prioris et totius conventus, ſurgat electus et, accepta venia, ſupplicet omnibus, ut orent pro eo, quod Deus det illi ſic curam et officium hoc ſuſcipere, ut ad honorem Dei et eccleſiae et animae ſuae fiat ſalvationem. Facta autem oratione a priore, quod ſic fiat; et in fine orationis, reſpondente conventu Amen, incipiatur ſolenniter hymnus, "Te Deum laudamus," et ducatur modeſte et ordinate, aſſiſtente priore ei in uno latere, ſubpriore in alio, cum aliis dignioribus eccleſiae perſonis propinquius in eccleſiam, et praeſentetur Deo et ſancto martyri Albano ad majus altare, pulſato claſſico, accenſiſque cereis circa altare, et diſcooperto feretro. Et toto corpore proſtratus electus, oret breviter ſed praecordialiter, ut dignus tanto honore habeatur. Et, finito ſonitu, dicatur ab omnibus "Pater noſter," et prior, "Et ne nos; Salvum fac ſervum tuum; Deus M. Mitte ei, Domine, auxilium de ſancto;" et "D. ſ. t. eum; Dominus vobiſcum;" et oratio: "Omnipotens ſempiterne Deus, dirige hunc famulum tuum in viam ſalutis aeternae; ut, te donante, placita tibi cupiat, et tota virtute perficiat, per Dominum. Dominus vobiſcum; Bened. Domino." Deinde erigat ſe, et ſine aliquo offendiculo aut mora ducatur in cameram videlicet prioris, quae ſua dum electus eſt, debet appellari, donec in abbatem creatus, in ſuam magnam cameram ſecedat. Et tunc poterit electus providere ſibi de ſociis et de nunciis ad curiam Romanam deſtinandis, et invitare quos voluerit ad refectionem, ſed tamen, qui vocati ſunt, de licentia prioris veniant. Nec exeat aliquis niſi de licentia prioris, exceptis magnis obedientiariis. Electus autem etſi fuerit unus de ultimis novitiis, in loco ſupremo illico ſtatuetur. Et ſi fuerit de parte prioris, quem nos chorum prioris appellamus, transferetur ad partem chori abbatis, ubi ſupremus ſtatuetur; ſolus in refectorio prandebit ſupremus, priore prandente ad magnam menſam. In proceſſionibus ſupremus ex parte abbatis procedet, non in medio, choralem ferens baculum, ut antiquitus temere conſuevit, ne forte inpoſterum caſſatus, retrocedat, et tunc cum rubore incipiat locum noviſſimum tenere.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 10.	St. EDMUND. 3.	1236.	HENRIC. III. 20.

Charta regis pro archiepiſcopis, epiſcopis, etc. ne ſubſidium iis in praejudicium cedat. Ex Rot. pat. 20. Henr. III. m. 9.

REX omnibus, ad quos praeſentes literae pervenerint, ſalutem. Sciatis, quod cum nuper rogaſſemus archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, priores, et alias perſonas eccleſiaſticas de regno noſtro, quod pro urgenti neceſſitate noſtra auxilium nobis impenderent, et ipſi gratis et ſpontanea voluntate ſua communiter nobis conceſſerunt quoddam auxilium de omnibus feodis ſuis, tam de illis, de quibus nobis reſpondent, quando ſcutagium datur, quam de aliis, quae retinent ad opus ſuum, videlicet duas marcas de ſcuto; ne igitur hujuſmodi conceſſio et auxilii praeſtatio poſſit aliquo tempore trahi in conſequentiam, concedimus pro nobis et haeredibus noſtris, et praeſentium tenore proteſtamur, quod pro gratia nobis hac vice facta praedictis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, et aliis perſonis eccleſiaſticis, et illorum ſucceſſoribus, aut eccleſiis ſuis inpoſterum in nullo derogetur. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras patentes fieri fecimus. Teſte rege apud Weſtm. 4. Maii.

Conſti-

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. [illegible]
G[illegible]. IX. 10.	St. EDMUND. 3.	1236	[illegible]

Conſtitutiones provinciales S. Edmundi, Cantuarienſis archiepiſcopi, circa annum Domini MCCXXXVI. *ut videtur editae.* Ex MS. Cott. Otho A. xv. fol. 28. b. collat. cum MS. Lamb. n. 17. et Elienſi n. 235.

I. [a] *De his, qui ſuſcipiendo ordines ſunt irregulares, et ſuſpenſi mero jure.*

INPRIMIS igitur in virtute Spiritus Sancti diſtricte praecipimus, ut omnes eccleſiae miniſtri, et praecipue ſacerdotes diſcutiant diligenter et ſolicite, juxta teſtimonium conſcientiae ſuae, quales ad ordines [b] ſuſcipiendos acceſſerint, et quo fine: generaliter enim omnes, quos irregularitatem in ordinis ſuſceptione, vel ante vel poſt ordinem ſuſceptum conſtat contraxiſſe, niſi cum eis diſpenſatum fuerit expreſſe ab eo, qui cum eis diſpenſare poterit, ab officii ſui executione ſuſpenſos denunciamus. Ne autem ignorans ignoretur, irregulares, qui ſecundum canones ab ordinibus prohibentur, et illos, qui diſpenſationis gratia admittuntur, ſeriatim duximus per ordinem ſpecificandos. Homicidae, advocati in cauſa ſanguinis, executores ſervorum in publicis adminiſtrationibus, ſimoniaci, interventores ſimoniacarum pactionum, et, qui labe illa infecti, ordines ſcienter ſuſceperunt. Qui ab haereticis, ſchiſmaticis, damnatis, vel nominatim excommunicatis ſcienter ordines acceperunt. Item bigami, corruptarum mariti, Deo ſacratarum virginum violatores. Item excommunicati, vel, qui furtive ordines ſuſceperunt ſcienter, et, qui in ſuſceptis taliter ſcienter miniſtrare praeſumpſerint. Item ſortilegi et maxime, qui daemonibus immolaverunt. Incendiarii eccleſiarum: omnes tales, niſi noſtrum vel ſuperioris ſuper hoc requiſierint conſilium, et requiſitum habuerint, ab officii ſui executione ſe noverint [c] ſuſpenſos.

II. *Qui ante confeſſionem officium ſuum exequi non debent.*

Certum eſt enim, ſecundum traditiones ſanctorum patrum, irregulares praeſumptuoſe et periculoſe ſine diſpenſatione miniſtrare, cum quibus non eſt diſpenſatum. Adjicimus autem diſtricte praecipiendo, ut omnes, qui in conſcientia mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quaeſtum temporalem tantum ſuſcipiunt ordinem, officium ſuum non exequantur, antequam ſacerdoti confiteantur.

III. [e] *Quod clerici puniantur propter incontinentiam.*

Ne vero facilitas veniae incentivum tribuat delinquendi, in generali concilio ſtatutum eſt, quod clerici, praeſertim in ſacris ordinibus conſtituti, qui deprehenſi fuerint incontinentiae vitio laborare, et pro hac cauſa ſuſpenſi, officium ſuum exequi praeſumpſerint; non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolientur, verum etiam pro hac duplici culpa perpetuo [f] deponantur; ut quos divinus timor a malo non revocat, temporalis ſaltem poena cohibeat a peccato. Praelati vero, qui tales praeſumunt in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maxime obtentu pecuniae, vel alterius commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni: unde oporteat vos archidiaconos, officiales, et decanos, tanto vigilantius ſuper hoc vigilare, quanto negligentibus majus periculum dignoſcitur imminere.

IV. *De monitione facienda concubinis ſacerdotum,* [g] *et poenis imponendis eiſdem.*

Concubinae ſacerdotum frequenter moneantur ab archidiacono, et praecipue a ſacerdotibus, in quorum parochia morantur, [h] ut vel matrimonium contrahant, vel ut clauſtrum ingrediantur, vel, ſicut publice peccaverunt, publice agant poenitentiam. Qui autem contra hanc monitionem ſalubrem obtentu pecuniae, vel familiaritatis negligens e[x]titerit, poenae ſupradictae ſubjacebit. Quodſi ad nullum iſtorum per monitionem reduci poſſint, interdicto eis primo pacis oſculo, et pane benedicto, in eccleſia, ſi perſeverant in obſtinatione, ipſae et communicantes cum eis excommunicentur, ſeculari juſtitiae tradendae, ſi [i] non reſipuerint.

V. *De pace [illegible] per rectores [k] eccleſiarum conſervanda.*

Magna nobis, filii chariſſimi, injuncta eſt neceſſitas pacis obſervandae, cum Deus ipſe pacis ſit auctor et amator, qui non ſolum caeleſtia ſed etiam terreſtria venit adinvicem pacificare; et cum non niſi per pacem temporis, et pacem pectoris ad pacem perveniatur aeternitatis; monemus vos, et diſtricte praecipimus, quatenus pacem, quantum in vobis eſt, cum omnibus habentes, parochianos veſtros moneatis, ut in unitate fidei et pacis vinculo, unum corpus ſint in Chriſto: inimicitias, ſi exortae fuerint, in parochia veſtra diligenter ſedantes; amicitias copulantes; diſcordantes [l] a diſcordia revocantes; quantum in vobis eſt, non permittentes, quod ſol occidat ſuper iracundiam parochianorum veſtrorum.

VI. *Quod clerici non nimis potent, nec ſcotallos faciant, nec eis interſint.*

Illum abuſum clericis penitus interdicimus,

[a] MS. L[illegible] *mero jure.* MS. Lamb. *De his, qui ſunt* [illegible] *jure.* [b] *ſuſceptos* [illegible] [c] [illegible] [d] *con*[illegible] [e] [illegible] *continentes.* [f] [illegible] *damnentur.* [g] *et poenis—eiſdem* deſunt Lamb. et El. [illegible] L. et E. [i] [illegible] *pro non* E. [k] *rectorem ſervanda* E. L. *conſervanda.* [l] [illegible] *a diſcordia.*

quo ad potus aequales ſumendos ſe obligant potatores; et ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, et calices foecundiores exhaurit. Unde interdicimus, quod nullus alium cogat ad bibendum: ſi quis ſuper hoc culpabilem ſe exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus, ſatisfecerit competenter, a beneficio et officio ſecundum ſtatuta concilii ſuſpendatur. Bannum quoque ſcotallorum per ſacerdotem fieri prohibemus. Quodſi ſacerdos vel clericus hoc fecerit, vel ſcotallis interſit, canonice puniatur.

VII. *De infringentibus laudabilem conſuetudinem eccleſiae*; [m] *et poenis eorundem.*

Sed quoniam quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento haereticae pravitatis nituntur infringere, ſub praetextu catholicae puritatis; ſicut praecipimus, pravas exactiones ſuper his non fieri, ita pias et laudabiles conſuetudines praecipimus obſervari; et, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare, [n] per vos cognita veritate compeſcantur, ſicut in concilio ſtatutum eſt et quod [o] pro alteragio corpus ſepelire non differatur, ſed poſt ſepulturam, ſi quid datum fuerit in eleemoſynam, recipiatur.[p]

VIII. *De prohibita miſſarum venditione*, [q] *et annualium, etc.*

Praeterea, venalitatem miſſarum diſtricte [r] inhibentes, ne pro annualibus vel triennalibus miſſarum faciendis, laici vel alii aliquid dare vel legare in teſtamento cogantur; et ne ſuper hoc aliqua pactio vel actio vera, vel [s] ſub alia ſpecie palliata a ſacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat, prohibemus, et ne ſuperflua multitudine talium annualium quandoque ſe onerent ſacerdotes; ad quae explenda honeſte ſufficere non poſſunt, et propter quae ipſos oportet ſub certo pretio [t] conductos habere ſacerdotes, aut ea vendere aliis facienda, ut ſe exonerent, illud de caetero fieri ſub poena ſuſpenſionis prohibemus.

IX. [u] *Quod fontes ſint ſub firma ſerura.*

Fontes ſub ſerura clauſi teneantur, propter ſortilegia. Chriſma ſimiliter et oleum ſacrum ſub clave cuſtodiantur. Si vero is, ad quem ſpectat cuſtodia, incaute ea reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuo ſuſpendatur; et ſi per ejus incuriam aliquid nefarium contigerit, graviori ſubjaceat ultioni.

X. *De baptiſterio, et de aqua baptiſmali, et quid ſit faciendum cum aqua et cum vaſe, in quibus propter neceſſitatem puer domi baptizetur.*

Baptiſterium habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali lapideum, vel aliud competens: [w] id decenter cooperiatur, et reverenter [x] conſervetur, et in alios uſus non convertatur. Aqua vero, in qua baptizatus eſt puer, ultra ſeptem dies in baptiſterio non ſervetur. Si vero puer a laico domi propter neceſſitatem fuerit baptizatus, aqua, propter reverentiam baptiſmi, vel fundatur in ignem, vel ad eccleſiam in baptiſterium fundenda deferatur, et vas illud vel comburatur, vel ad uſus eccleſiae deputetur.

XI. [y] *Sacerdos interroget laicum de dictis ſuis et factis, quando baptizaverit puerum domi.*

Semper interroget ſacerdos laicum diligenter, cum in neceſſitate baptizaverit puerum, quid dixerit, vel quid fecerit; et ſi, diligenti praecedente inquiſitione, facta ſibi fide plena invenerit laicum diſtincte et in forma eccleſiaſtica baptizaſſe; ſive in Latino, ſive [z] Gallico, ſive in Anglico, approbet factum; ſin autem, baptizet puerum dicendo ut ſupra.

XII. [a] *Diaconi baptizare, et poenitentias dare non debent, niſi in caſibus neceſſitatis.*

De baptiſmate et poenitentia [b] praecipimus, quod diaconi poenitentias dare, vel baptizare non praeſumant, niſi in caſibus, cum ſacerdos non poteſt, vel abſens eſt, vel ſtulte vel indiſcrete non vult, et mors imminet puero vel aegroto. Si puer baptizatus fuerit a laico, praecedentia et ſubſequentia immerſionem [c] compleantur a ſacerdote.

XIII. *Quod panni chriſmales tantum cedant in uſum eccleſiae.*

Panni [d] etiam chriſmales non niſi in uſus ornamentorum eccleſiae convertantur; ſimiliter alia ornamenta eccleſiae, quae pontificalem accipiunt benedictionem, nullo modo in uſus profanos deputentur. Et archidiaconus in ſuis viſitationibus, an hoc obſervetur, diligenter inquirat.

XIV. [e] *Quod mulier mortua in puerperio, ſcindatur, ore aperto.*

Si mulier mortua fuerit in partu, et de hoc bene conſtiterit, ſcindatur, ſi infans vivere credatur, ore tamen mulieris aperto.

XV. *De cuſtodia infantis.*

Foeminae [f] commoneantur, ut pueros caute alant, et juxta ſe de nocte non collocent teneros, ne opprimantur: ſolos in domibus, ubi ignis fuerit, vel ſolos juxta aquas ſine cuſtode non relinquant; et hoc omni die dominica eis dicatur.

XVI. *Quod omnis* [g] *commixtio maris et foeminae extra matrimonium eſt mortale peccatum.*

In confeſſionibus et praedicationibus ſaepius laicis inculcetur, et praecipue in majoribus ſolennitatibus,

[m] *et poenis eorundem* deſunt E. [n] *per vos* deeſt L. et E. [o] *pro interragio* L. et E. [p] *recipiatur* deeſt E. [q] *et annualium* deeſt E. [r] *inhibere cupientes* L. et E. [s] *vel aliqua ſpecie palliata* L. et E. [t] *conditionis* L. et E. pro *conductos.* [u] *Quod fons ſit ſub ſerura* E. [w] *idem* pro *id* L et E. [x] *obſervetur* L. et E. pro *conſervetur.* [y] *Quod ſacerdos interroget laicum, quando puer eſt a laico baptizatus* E. [z] *in Gallico ſive in Wallico* E. [a] *Diaconi praeter in caſu neceſſitatis baptizare non debent* E. [b] *ſtatuimus et praecipimus* L. et E. [c] *expleantur* E. [d] *eccleſiae* pro *etiam* E. [e] *De muliere in puerperio mortua* E. [f] *moneantur* L. et E. [g] *conjunctio maris et mulieris* E.

lennitatibus, quod omnis [h] commixtio maris et foeminae, niſi per matrimonium excuſetur, eſt mortale peccatum; et ſi in denunciatione hujuſmodi ſalubris doctrinae ſacerdos negligens inventus fuerit, tanquam fornicator vel conſentiens fornicatoribus canonice puniatur.

XVII. [i] *Confeſſiones mulierum audiantur extra velum, et moneantur laici confiteri.*

Confeſſiones mulierum audiantur extra velum, et in propatulo, quantum ad viſum, non quantum ad auditum. Moneantur etiam laici [k] ſtatim in principio Quadrageſimae confiteri, et cito ſemper poſt lapſum, ne peccatum pondere [l] ſuo trahat ad aliud. Item nullus ſacerdos nomine poenitentiae totaliter et partialiter miſſas praeſumat injungere. Conſulere tamen poteſt.

XVIII. *De poena non confitentium.*

Confeſſiones ter in anno audiantur; ter communicare moneantur; in Paſcha, in Pentecoſte, et in natali Domini. Prius tamen praeparent ſe per aliquam abſtinentiam de conſilio ſacerdotis faciendam. Quicunque autem ſemel in anno ad minus proprio non confeſſus fuerit ſacerdoti, et ad minus, ad Paſcha, ſacramentum euchariſtiae non perceperit, niſi de conſilio ſacerdotis duxerit abſtinendum; et vivens, ab ingreſſu eccleſiae arceatur, et mortuus, chriſtiana careat ſepultura: [m] et hoc frequenter eis dicatur.

XIX. *De diffamatis* [n] *monendis confiteri.*

Diffamati fama publica, vel veriſimilibus de duobus indiciis ſuper aliquo crimine, de quo convinci non poſſunt, moneantur primo, ſecundo, et tertio, ut confiteantur et ſatisfaciant. Si [o] vero incorrigibiles in [p] diffamatione conſtiterint, indicatur eis purgatio, quae occaſione pecuniae promiſſae vel obligatae in diem nullatenus differatur; ſed ſi [q] parata fuerit ſtatim prima die, et canonum numerus obſervetur, archidiaconus, ſive ejus officialis, ſeu decanus contra hoc veniens, ab officio ſe noverit ſuſpendendum.

XX. *De modo audiendi confeſſiones,* [r] *et mittendi confeſſos ſuperioribus.*

In confeſſione habeat ſacerdos vultum humilem, et oculos ad terram dimiſſos, nec faciem reſpiciat confitentis, maxime mulieris, et patienter audiat quicquid dixerit, et in ſpiritu lenitatis eam ſupportet, et ei pro poſſe ſuadeat, et pluribus modis, quod integre confiteatur peccata, aliter vera non eſt confeſſio. Peccata inquirat uſitata ſingulatim; inuſitata autem non niſi a longe et per circumſtantias, ut expertis detur modus confitendi, et inexpertis non detur occaſio nova delinquendi. Perſonarum nomina, cum quibus confitens peccaverit, non inquirat ſacerdos, ſed per confeſſionem poteſt inquirere, utrum clericus vel laicus, monachus vel ſacerdos, vel diaconus exiſtat, et ſemper, praecipue majora, notoria majoribus reſerventur. Sunt autem iſta majora; homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtus, ſtupra virginum et monialium, et injectiones manuum in parentes, necnon et in clericos, vota fracta, et hujuſmodi. Sunt autem caſus, in quibus nullus niſi papa ſolus poteſtatem habet abſolvendi, vel ejus legatus: abſolutio tamen talium in articulo mortis nulli deneganda eſt, ſaltem conditionalis; viz. quod ſi convaleſcant, papae conſpectui ſe praeſentent. Nihilominus tamen talium rei mittendi ſunt ad epiſcopum vel ejus poenitentiarium. Semper autem, qui mittuntur, deferant ſecum literas continentes genus peccati, et circumſtantias ſufficientes, vel ipſe ſacerdos veniat perſonaliter cum eis; [s] alioquin non recipiantur.

XXI. *De denunciatoribus criminum* [t] *in quolibet decanatu.*

Sint autem in quolibet decanatu duo vel tres viri, Deum habentes prae oculis, qui exceſſus publicos praelatorum, et aliorum clericorum, ad mandatum [u] archiepiſcopi, vel ejus officialis, ipſis denuncient.

XXII. *De pignore* [w] *non retinendo.*

Inhibeatur frequenter, ne pignus retinere quiſpiam contendat, poſtquam de fructibus ſortem [x] perceperit, deductis expenſis, quoniam uſura eſt.

XXIII. [y] *Qui ſunt publice denunciandi in eccleſiis ter ſingulis annis, in feſtis majoribus.*

Singulis autem annis, in tribus ſolennitatibus majoribus, ſolenniter excommunicati denuncientur in genere; ſorciarii; auxilium daemonum quoquomodo invocantes; ſacramentis vel ſacramentalibus abutentes, vel ea ad uſus profanos convertentes; incendiarii; raptores publici; malicioſe impedientes executionem rationabilium teſtamentorum.

XXIV. *De communicantibus cum excommunicatis.*

Ne eccleſiaſticae [z] cenſurae rigor vileſcat; praecipimus, quod omnes, qui ſcienter communicant nominatim et publice cum excommunicatis, tamdiu arceantur ab ingreſſu eccleſiae, quamdiu cum talibus communicaſſe convinci potuerint; niſi citius reſipiſcant; [a] ſalvo tenore canonis ix. q. ult. Quoniam multos. Et nota pro iſta materia de ſen. Ex. capitulo Statuimus, e c. Quaeſtionum libro ſexto.

XXV. *De veneratione euchariſtiae* [b] *portatae ad infirmum.*

His addimus, quod, cum euchariſtia ad ae-

[h] *conjunctio* L. et E. [i] *De confeſſionibus audiendis non pro confeſſoribus* E. [k] *[illegible] in Quadrageſima confiteri.* L. et E. [l] *ſuo ad aliud trahatur* E. [m] *et hoc—dicatur* deſunt L. et E. [n] *monendis confiteri* deſunt L. et E. [o] *vero* deeſt L. et E. [p] *negotiatione* L. et E. [q] *peracta* L. [r] *et mittendi——ſuperioribus* deſunt L. et E. [s] *alioquin non recipiantur* deſunt L. et E. [t] *in quolibet decanatu* deſunt L. et E. [u] *archidiaconi* E. [w] *non retinendo* deſunt E. [x] *receptat* E. [y] *Qui ſunt publice denunciati et excommunicati in eccleſia* E. [z] *ſententiae* L. et E. [a] *reſipiſcant* Not. xi. q. ult. *quoniam multos* ubi dicitur: *qui poſſunt communicare ſine poena cum excommunicatis.* Et not. de iſta materia extr. de ſent. excomm. c. *ſtatuimus.* Et c. conſtit. l. vi. L. et E. [b] *portatae* e c deſunt E.

grum fuerit deferenda, habeat ſacerdos aliquam pixidem mundam et honeſtam, in qua ſit pannus lineus mundiſſimus; et in ea [c] deferat corpus dominicum ad aegrotum, linteo mundo ſuperpoſito, et lucerna praecedente, niſi aeger valde remotus fuerit, et cruce ſimiliter, ſi fieri poteſt, niſi crux fuerit ad alium [d] aegrotum deportata; praecedente quoque tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur devotio fidelium; habeat quoque ſecum ſacerdos orarium ſive ſtolam, quando cum euchariſtia, ſicut diximus, vadit ad aegrotum. Et ſi aeger remotus non fuerit, in ſuperpellicio decenter ad ipſum accedat. Habeatque vas argenteum, ſive ſtanneum, ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ad aegrotum ſecum deferat, ut in eo aegro dare valeat, poſt ſumptam euchariſtiam, ſuorum loturam digitorum.

XXVI. [e] *De domibus ruinoſis reparandis poſt deceſſum.*

Item volumus, quod haec conſtitutio inviolabiliter obſervetur; viz. ſi rector alicujus eccleſiae deceſſerit, eccleſia ſua relicta ſine indumentis ſacerdotalibus competentibus, [f] vel ſine libris, vel ſine utriſque, vel ſi forte domos eccleſiae reliquerit dirutas vel ruinoſas, de bonis ejus eccleſiaſticis tanta portio deducatur, quae ſufficiat ad comparandos libros, et ad defectus eccleſiae ſupplendos. Idem ſtatuimus contra illos vicarios, qui ſolvendo modicam portionem ſive penſionem, omnes habeant eccleſiae proventus: nam cum ad praemiſſa teneantur, talis portio deducta ſatis poterit et debet inter debita computari; ſemper tamen rationabilis conſideratio ſit habenda, ad facultatem eccleſiae, cum deducenda fuerit haec portio.

XXVII. [g] *Quod decimae non vendantur ante annunciationem beatae Mariae.*

Nullus rector eccleſiae nobis ſubjectus decimas eccleſiae vendere praeſumat ante annunciationem beatae Mariae, cum extunc, ſecundum conſuetudinem, fructus cedere debeant ad debita vel legata ſolvenda.

XXVIII. *De nova penſione a praeſentatis non praeſtanda* [h].

Item, ne cui de eccleſiaſticis proventibus modica vel magna penſio detur in fraudem, ſicut in concilio prohibitum eſt, et nos prohibemus; et quoniam circa hujuſmodi penſiones fraus ſaepius ſolet et ſimoniaca pravitas perpetrari; nos, ut melius obviemus talibus morbis, praeſentantis et praeſentati praecipimus interdum juramentum; quod nec promiſſio nec pactio illicita intervenerit, et quod eccleſia non debet amplius obligari, quam prius fuit obligata: ſimiliter inhibemus ne quis, qui prius eccleſiae fuit perſona, in eadem eccleſia fiat vicarius.

XXIX. *Quod rectores eccleſiarum et capellani ſine rationabili cauſa non ſunt amovendi.*

Monemus etiam [i] rectores eccleſiarum, ne capellanos annuos ſine cauſa rationabili ſtudeant amovere; maxime ſi honeſtae fuerint converſationis, et laudabile de converſatione ſua habeant teſtimonium.

XXX. *De incontinentia preſbyteri parochialis per rectorem ordinario manifeſtanda.*

[k] Et ſi de incontinentia parochialis ſacerdotis ſcandalum ortum fuerit, cum circa hoc vigilans debeat eſſe rector eccleſiae, ſi per famam vel inquiſitionem nobis prius de hoc conſtiterit, quam per rectoris denunciationem, tanquam conſcius punietur arbitrio ſuperioris: ſimile de vicariis perpetuis eſt cenſendum: et tam perſonas, [l] et vicarios, quam annuos ſacerdotes graviter puniendos eſſe decernimus, niſi ſuper denunciatione exceſſuum, et praecipue incontinentiae, in quibus notabiles clerici inventi fuerint, in ſuis parochiis fuerint vigilantes.

XXXI. [m] *Quod alter conjugum non tranſeat ad religionem ſine licentia epiſcopi.*

Item doceat frequenter ſacerdos populum, et prohibeat ſub anathemate, ne alter conjugum tranſeat ad religionem, vel recipiatur, niſi per nos aut per licentiam noſtram.

XXXII. [n] *Quod mulieres non faciant vota ſine conſenſu virorum.*

Item moneat ſacerdos mulieres, ne faciant vota, niſi cum magna deliberatione; aut virorum ſuorum conſenſu; aut conſilio ſacerdotum.

XXXIII. [o] *Teſtamenta laicorum non fient ſine praeſentia ſacerdotis parochialis.*

Praecipimus, quod laicis frequenter inhibeatur, ne teſtamenta ſua faciant ſine praeſentia ſacerdotis parochialis, ſicut diligunt, quod eorum ultimae voluntates adimpleantur. Sacerdotibus ſimiliter inhibemus, ne teſtamentum ſuum per manum ordinent laicalem.

XXXIV. [p] *Ne medici miniſtrent aliquid aegrotis, quod in periculum animarum convertatur.*

Cum anima longe pretioſior ſit corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum, pro corporali ſalute, aliquid aegro ſuadeat, quod in periculum animae convertatur; verum cum ipſum ad aegrotum vocari [q] contingit, aegrum ante omnia moneat efficaciter, et inducat, quod [r] medicum invocet animarum, ut poſtquam infirmo [s] fuerit de ſpirituali proviſum, ad corporalis medicinae remedium

[c] *ſc. pyxide* addunt L. et E. [d] *alium delata, quod hic dicitur de dilatione crucis, hodie non ſervatur* E. [e] *De domibus eccleſiae ruinoſis reparandis* E. [f] *competentibus hodie, quam ad libros et alia neceſſaria eccleſiae non tenetur rector vel vicarius, ſed parochiani, ut in conſtitut. Rob. Wynchelſey, Cant. archiepiſcopi, quae incipit,* Ut parochiani, *vel forte domos eccleſiae*--- E. [g] *De venditione decimarum* E. [h] L. addit *praeſentantibus.* [i] *omnes* addit E. [k] *Item* L. et E. [l] *rectores* addit E. [m] *De ingreſſu religionis* E. [n] *De voto* E. [o] *De teſtamentis faciendis* E. [p] *Quod debent facere medici ſacerdotes ad aegrotos accedentes* E. [q] *contigerit* L. et E. [r] *medicos* L. et E. [s] *ſit* pro *fuerit* L. et E.

ſalu-

ſalubrius procedatur; tranſgreſſores hujuſmodi conſtitutionis poenam in concilio generali ſtatutam non evadent.

XXXV. [t] *De domibus religioſorum de novo fundandis.*

Quoniam religionum nimia diverſitas gravem in eccleſia [u] Dei confuſionem inducit, praecipimus, quod qui volunt domum [w] hoſpitalem, ſeu xenodochium fundare de novo, regulam et inſtitutionem a nobis accipiant, ſecundum quam vivant regulariter et religioſe.

XXXVI. [x] *De modo ſumendi euchariſtiam.*

Item in celebratione miſſae hoſtiam conſecratam daturus ſacerdos ſibimet ipſi, ne admoveat ori ſuo; quia ante perceptionem eam ore ſuo tangere non debet. Si vero de patena, ſicut quidam faciunt, eam ſumat, poſt celebrationem miſſae, tam patenam quam calicem faciat aqua perfundi, [y] vel ſolum calicem, ſi eam non ſumat de patena; habeat quoque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum circumdatum undique et honeſte, ac decenter coopertum, in quo, poſt [z] ſumptionem ſacramenti ſalutaris, digitos cum labiis ablutos emundet.

XXXVII. [a] *Quod mulieres ante partum confiteantur, et pariendo habeant ſecum aquam paratam.*

Item, commoneant ſacerdotes mulieres praegnantes de parochia ſua, ut, cum tempus partus intelligunt inſtare, ſibi proſpiciant, quod aquam habeant promptam et paratam; et quod, propter mulierum periculum confiteantur, [b] antequam in puerperio jacuerint, omnia peccata ſua ſacerdoti, ne ſubito praeoccupatae non poſſint, cum voluerint, habere copiam ſacerdotis.

XXXVIII. *De his, qui clericos occidunt,* [c] *faciuntve occidi.*

Sacri inſuper proviſione concilii definitum eſt, quatenus ſi patroni, vel advocati, aut feodatarii, ſeu vicem gerentes alicujus domini rectorem eccleſiae, vicarium, ſeu clericum ipſius eccleſiae per ſe vel per alios occidere auſu nefario praeſumpſerint, patroni patronatus, advocati advocatiam, feodatarii feodum, vicedomini vicedominatum uſque ad quartam generationem amittant; et poſteritas talium in clericorum collegium nullatenus aſſumatur, nec in regularibus domibus alicujus praelatiae aſſequatur honorem. Et hoc volumus in eccleſia ſaepius [d] denunciari.

XXXIX. *De confirmatione* [e] *puerorum et de his qui eos tenere debent.*

Sacerdotes frequenter moneant populum ad confirmationem puerorum poſt baptiſmum enim ſuſcipi debet ſacramentum confirmationis. Quod ſi confirmandus adultus fuerit, monendus eſt per ſacerdotem ut prius confiteatur, et poſtea confirmetur. Item ſaepe dicatur laicis, ne expectent diu adventum epiſcopi pro confirmatione, ſed adducant pueros ad eum, ubi eum adeſſe audierint prope, quam citius poterint; et [f] ut ligaturas ſecum deferant competentes, ſcil. longas et ſufficienter latas. Item parvuli confirmati, tertia die poſt confirmationem deportentur ad eccleſiam, et frontes eorum per manus ſacerdotum in baptiſterio, propter reverentiam ſacramenti, abluantur ibidem, et tunc ligaturae ſimul in igne comburentur. Item nullus teneatur ad confirmationem a patre, vel vitrico, ſeu noverca. Et haec prohibitio ſaepius publicetur in eccleſiis per ſacerdotes.

XL. [g] *Quod decimae dentur de omnibus, quae renovantur per annum.*

Circa decimas autem hoc obſervari praecipimus, ut de omnibus, quae per annum renovantur, eccleſiis, quibus debentur, perſolvantur; et praecipue illa, quae divina lege debentur, vel ex loci conſuetudine approbata; ita ſcilicet ut occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum, eccleſiae decima parte non fraudentur, quominus eam plene percipiant. Detentores vero earum decimarum, ſi ſemel, ſecundo, et tertio commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, concedimus, quod per capellanos locorum, uſque ad ſatisfactionem congruam, anathematis vinculo feriantur. Cum autem hii, qui decimas detinuerint vel ſurripuerint, ad poenitentiam acceſſerint, non admittantur, niſi per ſe vel per manum ſacerdotis ſui, ei, cui decimae debentur, ſatisfaciant competenter. Item decimae tam praediales, quam aliae, ſine difficultate et diminutione, et cum omni integritate ſolvantur, ſecundum quod canonum convenit inſtitutis. Concedimus etiam, quod quilibet ſacerdos parochialis detentores decimarum in ſua parochia poteſtatem coercendi habeat, et ſi contumaces fuerint, et commoniti ſe non correxerint, ipſos excommunicandi. Item nullus laicus, quantacunque diuturnitate temporis immunitatem ſibi vendicet, a praeſtatione decimarum excuſatur, cum laicus, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta, decimas, praeſcribere non poſſit. In praeſtandis decimis et maxime praedialibus, nullae deducantur expenſae. Et ſic [h] nota, quod quilibet ſacerdos poteſt excommunicare pro decimis debitis non ſolutis. Et cum ſit crimen decimas notorie debitas detinere, videtur, quod notorie detinenti decimas vel alia jura debita eccleſiis, poſſit in Paſchate licite denegari corpus [i] Chriſti; quia tamen pro manifeſto et notorio crimine poteſt illud cuilibet denegari, de conſ. diſt. ſecunda, " Cum pro dilectione et per 10. et [k] archidiac. nec obſtat capitulo, ſi ſacerdos de offi. eo-

[t] *De* [illegible] *diverſitate* E. [u] *Dei* deeſt L. et E. [w] [illegible] *hoſpitalitatem* E. [x] *De* [illegible] *euchariſtiae* E. [y] [illegible] L. pro [illegible] [z] [illegible] E. [a] *Quod mulier ante partum confiteatur, et quod in pariendo habeat aquam paratam* E. [b] *et in partu* [illegible] addit L. [c] [illegible] deſunt E. [d] *nunciari* L. et E. [e] *puerorum*, etc. deſunt E. [f] *etiam* pro *et* L. et E. [g] *De decimis, et* [illegible] *renovantibus, alias ſolventibus* E. [h] *nec* addit E. [i] [illegible] L. [k] *ibi per Jo. et archidiac.* L. et E.

rundem

rundem" cum ſimilibus; quia loquitur de crimine occulto, ut ibi per doctores. [Et vide quae ſupra dicuntur, juxta conſtitutionem Roberti Wynchelſe, quae incipit "Quoniam propter" in conſtit. de Merton.]

XLI. [l] *Quod laici non intromittent ſeſe de bonis clericorum.*

Sub interminatione anathematis prohibemus, ut nullus conſtabularius caſtrorum, foreſtarius, vel cujuſcunque potentis ballivus poſſeſſiones ſeu bona clericorum aut religioſorum, ſeu quarumcunque religioſarum perſonarum auſu temerario praeſumat invadere; aut eas exactionibus injuſtis et oppreſſionibus quibuſcunque indebite, contra libertatem eccleſiaſticam, attentet moleſtare.

Quodſi qui contra hanc prohibitionem noſtram in propriae ſalutis diſpendium, quod Deus avertat, [m] intrare praeſumpſerint, et [n] moniti ſe non correxerint, terras eorum per archidiaconum [o] ſine dilatione eccleſiaſtico ſupponi praecipimus interdicto; et tunc demum, ſi ad correctionem non redierint, indurati, pulſatis campanis, et accenſis candelis, excommunicentur, canonica monitione praemiſſa. Volumus etiam et diſtricte praecipimus; ut archidiaconi et eorum miniſtri, cum fuerint ſuper hoc ab executoribus [p] requiſiti, mutuum ſibi invicem praeſtent auxilium.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 11.	St. EDMUND. 4.	1237.	HENRIC. III. 21.

Conſtitutiones Alexandri (de Stavenby) Coventrencis epiſcopi, in regimen ſuae dioceſis factae. Ex MS. Cott. Veſpaſ. E. iii. fol. 132.

UNIVERSIS archidiaconis per Coventrenſem dioeceſim conſtitutis, Alexander, permiſſione divina ejuſdem miniſter eccleſiae humilis, ſalutem; et ſic vigilias noctis ſuper gregem ſibi commiſſum cuſtodire, ut angelis ducentibus poſſint in magnum palatium ſalvatoris introire; ubi non ſordes ſtabuli; ubi non paupertas praeſepii; nec bos, id eſt, labor obedientiae; nec aſinus, id eſt, poena patientiae; ſed erit Deus omnia in omnibus. Vos igitur, quibus incumbit vigilare juxta verbum beati Petri, "Habeatis duos gladios propter timores nocturnos, et ſufficient;" gladium verbum Dei limatum et acutum; limatum ut fulgeat; non enim debet eſſe ſermo Dei obſcurus; praecipue quando proponitur laicis: acutum ut caedat hoc modo, ut nulli peccato parcat. Unde in Yſaia; "Gladius meus deſcendet ſuper Ydumaeam," id eſt, ſuper peccata. Et idem; "Poſuit Deus os meum quaſi gladium acutum." Aliena peccata non facietis propria: propria quidem noſtra erunt, ſi diſſimulatis; ſi negligenter corrigatis: et tunc oportebit quemlibet noſtrum dicere, ab alienis parce ſervo tuo. Et ſcitis quid dicit apoſtolus, "Non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte aeterna." Conſentire eſt tacere cum poſſitis redarguere. Ego etiam vobis dico, quod ſi poſſim in aliqua parochia invenire aliquem hujuſmodi publice peccantem, puniam tanquam peccatum vel archidiaconi, vel perſonae, vel ſacerdotis: nec mirum, quia non ſua, faciunt ſua, de quibus ſcriptum eſt in Oſee, "Peccata populi mei comedunt; et ad iniquitatem eorum, id eſt ſacerdotum, ſullevant animas eorum, id eſt populorum." Quia ſacerdotes fornicarii ſuſtinent populos fornicarios. Sed quid accidet? Erit ſicut populus, ſic ſacerdos: ſicut populus ſuſpendetur ab introitu eccleſiae, ſic ſacerdotes a celebratione miſſae: praecipue autem peccata publica non permittatis creſcere uſque ad meſſem damnationis extremae: ſed ſi publica fuerint, primo arguite corripiendo, poſtea increpate comminando, et hoc opportune, et poſtea importune, poenam infligendo.

Multis videtur praelatus importunus, cum affligit affligendos; propter hoc ut manifeſta judicaret, judex ſedebat in porta. Qui ſedet in porta, poteſt videre ea, quae fiunt in plateis: hoc ſignificat, quod praelatus debet judicare manifeſta. Non poteſt autem videre ea, quae ſunt in conclavi: hoc ſignificat quod Deo debet relinquere occulta. Habeatis ergo gladium orationis, qui caelum penetret, de quo dicitur "Oratio juſti nubes penetrat." Etſi quidam opponant nubem peccati, tranſiit tamen oratio juſti; ita ut nubes reſolvatur in pluviam. Juxta quod legitur, oraſſe Heliam, cujus precibus nubes reſolutae ſunt in pluviam, et terra dedit fructum ſuum.

De Sacramentis.

Adhaec cum nihil charius reliquerit nobis Deus in terris, poſt aſcenſionem ſuam ad caelos, quam ſacramenta, in quorum viſione ipſius habetur memoria; ipſa debemus venerari in tantum, ut contra ipſa, immo contra ipſorum auctoritatem, nulla poſſit fieri blaſphemia. Quia ergo ſolent quidam propter opprobria Chriſti, ut increduli; quidam, qui propter nimium contemptum deſcenderunt in profundum abyſſi; quidam autem, qui propter veneficia, ut mali chriſtiani et Judaei, aliqua turpia circa euchariſtiam et chriſma et oleum ſanctum, auſu temerario, immo nimis auſi praeſumpſere; praecipimus, ut ſub optima clauſura clavium reponantur in diverſis vaſis, prout decet honeſtius. Quia etiam nihil eſt ſanctius quam ſacramentum altaris; in tantum, quod niſi Dominus nobis reliquiſſet, quaſi Sodoma fuiſſemus, id eſt muti. Non poſſemus reſpondere quaerentibus, ubi eſt Deus noſter? nunc autem poſſumus dicere, quod hic eſt Deus noſter, et non aeſtimabitur alius adverſus eum. Hic in terris quotidie videtur, dum per manum ſacerdotis quotidie elevatur; et cum ho-

[l] *De bonis clericorum non invadendis* E. [m] *venire* L. et E. [n] *commoniti* L. et E. [o] *loci* addunt L. et E. [p] *alias excommunicatoribus* addunt L. et E.

minibus

minibus converſatur, dum in pixide modica in loco humili ponitur. Et quaſi Gomorra fuiſſemus, id eſt aſperi et aridi, ſine omni devotione ſpirituali. Unde praecipimus, quod in elevatione euchariſtiae, quando ultimo elevatur, et magis in altum, tunc primo ſonet campanella, quae ſit quaſi modica tuba denuncians adventum judicis, immo ſalvatoris, ſecreto ad nos venientis; ut ſit nobis animi tripudium, ubi jam accedimus ad caeleſte convivium. Et erit triplex gaudium; quia ibi caro, ibi anima, ibi Deus Verbum. Similiter praecipimus, quod euchariſtia portetur ad infirmum intra villam cum ſolennitate accenſae lucernae, et ſonantis campanellae. Et hoc non portetur a ſolo ſacerdote, immo cum teſtimonio diaconi honeſti, vel alicujus honeſti clerici, vel ſaltem laici boni teſtimonii, et hoc in ſuperpellicio.

De aqua benedicta.

Adhaec, quia oportet in eccleſia Dei eſſe paſtores et doctores, nec eſt diviſio inter paſtores et doctores, cum alia dividat apoſtolus: dicit enim, "Ipſe quidem dedit alios quidem apoſtolos et evangeliſtas; alios paſtores et doctores;" hic nullam fecit diviſionem; praecipimus igitur, ut illi, quorum intereſt, videant, ut in ſingulis locis, ubi eſt regimen ſcholarum, ſint tales, qui ſciant alios doctrina inſtruere, et velint eos exemplo bonae vitae informare. Sed quia plerique ſcholares carent neceſſariis, quorum ſcientia multi per gratiam Dei potuerunt aedificari; volumus, ut ſcholares ferant aquam benedictam per villas rurales, ſi ſint qui poſtulent et indigeant.

Item praecipimus, quod ea, quae pertinent ad dedicationem eccleſiae, ſint peracta.

Item praecipimus, quod in qualibet eccleſia ſit vita beati Thomae martyris, et oratio, "Deus, pro cujus eccleſiae."

Praecipimus etiam ut claudantur coemeteria.

Item, quod vicarii non deſerviant pro vicariis; nec ponant pro ſe ſacerdotes conductitios, niſi de ſpeciali licentia noſtra.

Ut populus communicet ter in anno, et jejunet.

Item, cum nihil valeat peregrinantibus tantum, quantum viaticum; moneantur laici et clerici, ut ter in anno ſumant corpus et ſanguinem Jeſu Chriſti ad minus, qui provectioris ſunt aetatis; videlicet in nativitate Domini, in Paſcha, et Pentecoſte. Et qui noluerint iſtud facere, moneantur ut jejunent per Adventum, vel ad minus per medietatem ſeptimanae, et praecedat confeſſio. Similiter a feſto Aſcenſionis uſque ad Pentecoſten, vel ad minus per medietatem ſeptimanae, et praecedat confeſſio.

Item praecipimus, ne aliquis extraneus admittatur in aliqua parochia ad contrahendum matrimonium, niſi prius facto ſcrutinio ſi alias eſt uxoratus. Et hoc ſciatur per ſacerdotem villae, ubi converſatus eſt; vel per literas alicujus praelati de partibus illis, ubi natus vel converſatus eſt.

Item notificamus vobis, quod ſi ſacerdos deprehenſus fuerit in incontinentia vel in ſuſpicione violenta; puta, ſi intrat in aliquem locum, ubi poſſit malefacere (quia debemus providere bona coram Deo et hominibus, propter Deum debemus facta vitare, propter homines ſuſpicionem facti) hoc modo punietur: primo ſecundum quantitatem facultatum ſuarum, per manum epiſcopi dabit quandam ſummam pecuniae in uſus pauperum; et rector eccleſiae ſimiliter, ſive fuerit privata perſona, ſive abbas vel prior, ad quem pertinet eccleſia, punietur pro delicto ſacerdotis. Eorum enim intereſt habere bonos et honeſtos ſacerdotes.

Rectoribus etiam, qui ſunt privatae perſonae, gratiam facimus, quod eos ad ſacerdotium non cogimus, nec murmuret aliquis, quod peculialiter punimus: hoc enim facimus propter multas cauſas, tum quia illa poena magis timetur quam alia; tum etiam quia luxuria provenit ex abundantia. Ideo bonum eſt falce correctionis reſecare ſuperflua. Peccatum enim Sodomorum fuit ex ſaturitate panis, et abundantia, et otio, juxta illud poeticum; "Quaeritur Egiſtus, et caetera:" auctoritate etiam legis divinae hoc facimus. Dicitur enim in Eſdra, "Omnis qui non fecerit legem Dei," judicium erit de eo, ſive in exilium, ſive in condemnationem ſubſtantiae ejus, vel certe in carcerem. Si ſecundo deprehenſus fuerit, duplicabitur poena tam ſacerdotis, quam rectoris. Tertio ſi fuerit deprehenſus, punietur poena exilii; quia nunquam in epiſcopatu noſtro divina celebrabit. De aliis perſonis eccleſiaſticis, ſi deprehenſi fuerint, ſi fuerint beneficiati; primo punientur per condemnationem ſubſtantiae, poſtea per ſuſpenſionem ab officio et beneficio.

Item ſingulis diebus dominicis prohibeatur, ne quis det fidem in matrimonium contrahendo, niſi in praeſentia ſacerdotis. Et ſi qui inveniantur tranſgreſſores, mittantur ad epiſcopum compuniendi.

Similiter ſingulis diebus dominicis denuncientur excommunicati, qui falſum teſtimonium perhibent prudenter et ſcienter, vel perhibere procurant; vel etiam qui tales teſtes ſcienter producunt vel ſubornant, ubi agitur in cauſa matrimoniali, vel ad alicujus exhaeredationem.

Excommunicentur etiam omnes, qui gratia lucri vel odio, vel alias malitioſe crimen imponunt alicui, cum infamatus non ſit apud bonos et graves, ut ſic ſaltem eis purgatio indicatur, vel alio modo graventur.

Item, ſi ſacerdotes ſuſtineant in parochiis ſuis publicos fornicatores vel uſurarios, vel aliquid mortale peccatum manifeſtum, punientur tanquam pro propriis peccatis, et veniet ſuper eos malum, et neſcient ortum ejus. Hoc autem modo procedant circa fornicatores. Quodſi contingat aliquem jurare, quod inpoſterum non cognoſcet, quam cognoſcere conſueverat; indicatur ei talis poena, ſi eandem cognoverit, quod eam deſponſet; vel magnam portionem ſubſtantiae ſuae, ſecundum quod facultates ſuae competunt, nobis tribuat ſub ſacramento.

Item in ſingulis eccleſiis, quas habent monachi ultramarini, inquiratur quo titulo; et ſimiliter, ſi habent decimas ſeparatas, denuncietur nobis.

Item in quolibet decanatu ſit unus, qui audiat

diat confeſſionem ſacerdotum, vel ad minus unus confeſſor in duobus decanatibus.

Item quotidie, quando leguntur tres lectiones, dicantur "Placebo, Dirige, et Commendatio" ab "In exitu Iſrael," uſque ad "Dominum cum tribus."

Item praecipimus, ſub poena ſuſpenſionis, ut nullus clericus, qui ſervit in eccleſia, vivat de aqua benedicta.

Item praecipimus quod quilibet chriſtianus, et quaelibet chriſtiana, dicat omni die ſepties ſuum "Pater noſter;" quia ſepties in die debet laudare Dominum, juxta prophetam, "Septies in die laudem dixi tibi." Similiter ſeptem "Ave Maria;" et bis ſuum "Credo:" et ad hoc faciendum moneatur frequenter, et ad ſciendum cogantur.

Item diſtricte praecipiatur, ut nulla mulier ponat puerum ſuum juxta ſe in lecto, niſi ſit ad minus trium annorum vel circiter.

Item, ſi ponatur in cubiculo, ita fulciatur cunabulum, ut non poſſit volvi cunabulum, et ita puer cadat ſuper faciem ſuam.

Item veneficia, quia fidei manifeſte ſunt contraria, ſub interminatione anathematis prohibeantur. Et ſi aliqui in hujuſmodi * crimine poſſunt deprehendi, vel in falſo teſtimonio, ad nos mittantur puniendi.

Item prohibemus, quod nullus celebret de novo in epiſcopatu Coventrenſi ſine licentia noſtra.

Item, ne quis recipiatur in hoſpitali ſine licentia noſtra.

Item praecipimus, quod quilibet ſacerdos doceat parochianos ſuos baptizare pueros ſuos in neceſſitate ſecundum formam eccleſiae, ſuper his verbis; "Ego baptizo te N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti." Et iſta eadem forma dicendi ſervetur in Gallico ſermone et in Anglico.

Praecipimus etiam vobis firmiter per virtutem Jeſu Chriſti, ſub interminatione anathematis, et ſub poena ſuſpenſionis, quatenus haec ſtatuta obſerventur et ſcribantur ſimul cum ſeptem criminalibus, quae ad vos mitto: ſimiliter et cum quodam tractatu modico de confeſſione. Haec ſerventur et ſcribantur, ſicut quod eccleſiae veſtrae non ſuſpendantur, cum ad eccleſias veſtras acceſſerimus vel per nos, vel per nuncium noſtrum.

Denuncientur etiam excommunicati omnes illi auctoritate concilii, qui eccleſias malitioſe ſuo jure privare praeſumunt, aut per malitiam, et contra juſtitiam libertates earundem infringere, vel perturbare contendunt.

Item inhibemus, ſub poena dimidiae marcae, ne quis ſacerdos ad tabernam eat, vel tabernam teneat, vel ſcotales.

Dicatur omnibus ſacerdotibus, quando parochiani ſui congregati ſunt in eccleſia in dominicis diebus, vel in aliis feſtis; quod dicant haec verba, quae ſequuntur: "Septem ſunt criminalia peccata, quae fugere debetis, juxta quod dicit ſapiens; quaſi a facie ſerpentis fuge peccata." Peccatum comparatur ſerpenti, quia, ſicut ſerpens veneno necat carnem, ſic peccatum malitia necat animam. Quando vero anima eſt mortua, tunc efficitur cibus diaboli: unde idem dicit; "Si acceſſeris ad peccata, tunc accipient te dentes leonis, dentes ejus interficientes animas." De dentibus diaboli poteſt miſera anima extrahi per virtutem Dei; juxta quod dicit Iſaias, "Tolletur a forti praeda, et quod ablatum eſt a robuſto, ſalvabitur:" et Job, "Conterebam molas iniqui, et de dentibus ejus auferebam praedam;" id eſt animam, quae praeda eſt praedicatoris et ſacerdotis: juxta quod dicitur; "Tulerunt juſti ſpolia impiorum." Sed ſi fuerit inter dentes miſera anima, uſque dum perfecte maſticetur, et in ventrem diaboli attrahatur, nunquam extrahetur; quia in inferno nulla eſt redemptio. Maſticatur per totam vitam praeſentem, in morte in ventrem trahitur. Quam vilis res eſt diabolus, qui non diligit comedere niſi cadaver et rem foetentem? Viles ergo ſunt, qui tam vili ſerviunt. Legitur †, ut caveamus a morſibus praedicti leonis, ne incidamus in ejus fauces: vitemus ſeptem deceptiones ejus; i. e. ſeptem criminalia peccata; quorum primum eſt ſuperbia, quae natione caeleſtis ſublimium mentes inhabitat, ſub cinere et cilicio latitans. Superbia morbus eſt divitum; unde dicit Auguſtinus, quod nihil expavit apoſtolus in divitiis, quando dixit, "Nolite divites, neque divitias amare velitis, neque morbum earum, ſcilicet ſuperbiam." Superbia etiam in viris religioſis latet, qui aliquando ex bono, quod faciunt, ſuperbiunt. Per ſuperbiam enim cecidit Lucifer, qui fuit angelus in caelo, et factus eſt diabolus in inferno. Quantum ſit peccatum ſuperbia poteſt perpendi ex quantitate poenae. Quis enim dubitat flagitioſius eſſe commiſſum, quod gravius eſt punitum? et hoc modo dicatur laicis, quod tunc ſuperbit homo, quando ex aliquo dono, vel ex ſcientia, vel ex divitiis, vel etiam ex aliquo magno opere ſe magnum credit et ſuper alios extollit. Unde alio modo ſic deſcribitur; ſuperbia eſt ſingularis excellentiae ſuper alios caecus appetitus. Iſtud peccatum Anglice vocatur, "prude." De divitibus non eſt dubium, quin multum habeant, ſed pauperes negant ſe eſſe ſuperbos; ſed poteſt eis probari, quod ſint ſuperbi hoc modo. Multoties enim vident divites in gloria ſua, et dicunt in animo ſuo; Iſti jam receperunt mercedem ſuam, ſed nos non ſic; et ex hoc ſuperbiunt. Dicunt enim, Hic recipimus mala, ut in futuro habeamus bona; et verum dicunt, ſi cum humilitate et patientia ſuſtinent.

Invidia.

Secundum peccatum eſt invidia. Invidet autem homo, qui in animo ſuo tabeſcit ex aliquo bono, quod videt in proximo ſuo: et dicitur Anglice "Ith," ſive "Onde." Qui autem invidus eſt, invidet Deo, invidet ſibi, invidet proximo: et quando dolet quod aliquis habet bonum, cum bonum non ſit niſi a Deo, dolet quod Deus bonus eſt. Unde in evangelio Matthaei, "An oculus tuusne quam eſt, quia ego bonus

* MS. *caute.*

† MS. *Igitur.*

mus ſum? Invidet etiam ſibiipſi; quia, cum gaudet de bono proximi, facit bonum proximi eſſe ſuum. Unde apoſtolus; "Deus qui operatur omnia in omnibus." Ibi dicit Auguſtinus, "Tolle invidiam, et tuum eſt quod habeo." Unde dicit David, "Particeps ego ſum omnium timentium te." Nulli invidet, qui ſic dixit. De hac invidia dicit Sapiens, "Nihil iniquius illo, qui ſibi invidet." Et quia morbus iſte vix ſanatur, appellatur gutta inoſſata: quando gutta eſt in carne, cito ſanari poteſt, quando eſt in oſſe, vix aut nunquam. Quod ſit in oſſe, dicit Salomon, "Putredo oſſium invidia."

Ira.

Tertium peccatum eſt ira. Eſt enim ira veniale peccatum, de qua dicitur, "Iraſcimini et nolite peccare." Et ira mortale peccatum, de qua dicitur, "Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram." Ei ſol, id eſt Chriſtus, occidit, quia in ira perſeverat, in tantum quod appetat vindicari: unde * etiam ſic deſcribitur, "Ira eſt ſtulti et concitati animi fervor, fervens libidine ulciſcendi; quando veteraſcit et durat, efficitur odium." Qui autem odit fratrem ſuum, homicida eſt, ſicut dicit Johannes in epiſtola. Sed qualiter eſt hoc verum? Multi enim ſunt, qui odio habent alios, et nollent tamen eos interficere, ſed forte vellent per calumniam eos opprimere, vel pecuniam ſuam auferre: tales ſunt homicidae, occidunt enim animum proximi, eo quod provocant proximum contra ſe ad maledicendum vel odiendum; et in quantum in eis eſt, homicidae ſunt. Occidunt etiam corpus, quando volunt injuſte et per fraudem aliquid auferre. Et Sapiens; "Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum."

Accidia.

Quartum peccatum eſt accidia, quae appellatur taedium de bono, quod poteſt dici "Idelneſs" in ſervitio Dei. Iſtud peccatum committunt homines, quando vel torpent venire ad eccleſiam; vel etiam, quando ibi minus ſunt attenti vel orationi, vel praedicationi: propter hoc dicit Sapiens, "Subjice humerum tuum, et porta ſapientiam, et ne accideris vinculis ejus." Poteſt enim iſtud peccatum appellari negligentia in operibus divinis, de qua dicitur; "Maledictus, qui facit opus Dei negligenter."

Avaritia.

Quintum peccatum eſt avaritia, quae eſt ſervitus idolorum. Idololatra ſervit idolo, et ita ſervus eſt idoli; ſic avarus ſervus eſt nummi. Eſt autem avaritia immoderatus appetitus rerum temporalium, quae Anglice dicitur † Wilnung. Committitur autem iſtud peccatum a pauperibus; primo hoc modo, quia ſi pauper nimis appetat dives fieri, avarus eſt. Appetere poteſt ſibi neceſſaria, ſi non habet: ſed non ita, ut nimis. Nimis appetit, qui ab his, quae Dei ſunt, propter temporalia ſe avertit, quando ſcilicet appetitus efficitur ſolicitudo. De qua apoſtolus, "Nihil ſoliciti ſitis," id eſt, non ſitis ſoliciti de temporalibus, quae nihil ſunt. Si immoderatus appetitus circa pauperes eſt damnabilis, multo damnabilior eſt circa divites. Qualiter ergo erunt homines ſine avaritia? Hoc modo: ſi contenti ſunt modico et magno; ſcilicet eo, quod habent. Unde apoſtolus ad Hebraeos; "Sint minores ſine avaritia contenti praeſentibus." Sive enim modicum, ſive magnum dat Deus, contentus debet eſſe quilibet, quia paupertatem dat homini, ut per patientiam habeat vitam aeternam; et divitias, ut per eleemoſynarum largitionem ſimiliter illam obtineant. Sunt etiam multi in tantum avari, ſive cupidi, quod non formidant per fraudem aliquid acquirere, qui etiam dicuntur homicidae; juxta quod dicit Sapiens, "Qui fraudem facit et ſanguinem fundit, fratres ſunt." Vel etiam per violentiam ſive rapinam, ſicuti potentes et nobiles, contra quos dicitur, "Ne introeas in agros pauperum; propinquus illorum eſt fortis." Quis eſt propinquus? Dominus. Sed quid faciet? judicabit contra te cauſam illorum: judicabit enim pupillo et humili, ut non apponat ultra homo, ſcilicet raptor, magnificare ſe ſuper terram: vel etiam per calumniam, ſicut falſi advocati, falſi placitatores. Iſti ſimiliter ſunt homicidae; juxta quod ait Sapiens, "Homo calumniator vir ſanguinis eſt." Quocunque modorum iſtorum, ſive per violentiam, ſive per rapinam, ſive per fraudem aliquis aliquid acquiſierit, oportet quod reddat ſi habet unde, vel diabolus eum ſuſpendet. Si non habet, habeat voluntatem reſtituendi cum habuerit, et reſtituat.

Similiter de uſura; quando aliquis dat mutuo undecim pro duodecim, vel vendit vel emit ad terminum, oportet quod totum reſtituat, nec ſic de male acquiſitis poteſt fieri eleemoſyna. Ut breviter dicam; "Ou [illegible]" ſicut Gallice dicitur, haec eſt poena talium cupidorum; vel quod moriuntur ſine haeredibus; unde dicitur, "Theſaurizat et ignorat cui congerit ea." Quaſi diceret, haeredem non habent. Frequenter etiam accidit, quod ſine teſtamento decedunt, quia ſubito moriuntur. Unde de avaro dicit Sapiens, "Neſcit, quia mors appropinquat:" et Dominus in evangelio dixit de divite, qui ita locutus eſt; "Anima mea, habens multa bona repoſita in annos plurimos." Et Dominus dicit, "Hac nocte repetent a te animam tuam diaboli," ſcilicet, quaſi diceret, ſubito morieris et ex improviſo. Sed quid tunc accidit? quod dicit Sapiens, "Quia juſto datur ſubſtantia peccatoris." Praeterea parum vivunt, quod poteſt probari per contrarium: dicit enim Sapiens, "Qui odit avaritiam, longi fient dies ejus: viri autem ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos."

Luxuria.

Sextum peccatum eſt luxuria, quae dividitur in fornicationem et adulterium, et coitum contra naturam. Ut me expediam. Contra naturam eſt omnis coitus, qui non ſit inter virum et mulierem, et debet appellari vitium Sodomiticum, propter quod Deus deſtruxit illas civitates,

* MS. *ita.*

† MS [illegible]

tes, de quibus ſatis notum eſt omnibus. Quam graviſſimum ſit peccatum adulterium, manifeſte patet per poenam multorum adulterorum. Ut enim dicunt patres, "Adulterium ſecundum locum obtinet in poenis." In Oſee "Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus a coquente:" conſtat quod clibanus magis ardet quam alius ignis. Fornicatio eſt, quando vir cognoſcit mulierem, quae non eſt ſibi deſponſata, et eſt mortale peccatum. Quando laicus *non ſolutus a matrimonio, cognoſcit ſolutam, committit adulterium. Sed ſi ita eſt in laica perſona, quam mortaliſſimum, quam nefarium, quam horrendum eſt, quando eccleſiaſtici, ſcil. monachus, ſive quis alius religioſus, aut ſacerdos, vel rector eccleſiae, ſeu etiam aliquis habens ſacros ordines, cognoſcit aliquam? unde propheta: "In domo Iſrael," id eſt clericorum, "vidi horrendum," id eſt fornicationes eorum: iſtud ultimum ſub interminatione anathematis et ſuſpenſionis praecipimus vobis ſacerdotibus, quod ſemper aperte dicatis, quando mentio fit de fornicatione, ut ſaltem impleantur facies veſtrae ignominia, et quaeratur nomen Domini; ſed timeo quod dicit propheta; "Non dabunt cor ſuum reverti ad Dominum, quoniam ſpiritus fornicationis eſt in medio eorum."

Gula.

Septimum peccatum eſt gula, quae dividitur in crapulam et ebrietatem. Crapula eſt in ſumptione ciborum, ultra quam ſufficit naturae: teſte Auguſtino, "Sumenda ſunt alimenta, quaſi medicamenta." Corpus etiam interimit, ut dicit ſapiens, "Propter crapulam multi perierunt." Qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam. Ebrietas, ſi ducatur in conſuetudinem, mortale peccatum eſt: unde apoſtolus, "Ebrioſi non poſſidebunt regnum Dei;" id eſt conſueti ebrietati. Cavenda eſt enim ebrietas: per ebrietatem pronus eſt homo ad omnia genera peccatorum perpetranda. Quid mirum? potus enim immoderate ſumptus, ſicut dicit Sapiens, "Per omnia membra venenum diffundit." Tunc maledictione os plenum eſt; veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem; tunc venter aeſtuans de facili ſpumat in libidinem; tunc oculi vident extraneos, et cor loquitur perverſa: tunc ſaepius eſt gubernator, id eſt ratio, carni ſubjecta, et timere poteſt in aliis, ſcilicet vita hominis, ne eat in profundum. Et multoties videmus ebrios ſe in aquis ſubmergere. Tota etiam die videmus patres et matres chariſſimos filios ſuffocare. Quid plura? miſeros facit populos iſtud peccatum et maledictos. Unde Iſaias, "Vae qui ſurgitis mane ad ſectandum ebrietatem." Ecce maledictio ſequitur, "Propterea captivus ductus eſt populus meus." Ecce miſeria. Credo quod pro ebrietate perveniunt guerrae, fames, et peſtilentiae; quia ubi plus regnat ebrietas, ibi plus accidunt.

De poenitentia.

Cum poenitentia conſiſtat in tribus; in cordis contritione, oris confeſſione, et operis ſatiſfactione; primo quaerendum eſt ab illo, qui venit ad confeſſionem, ſi dolet ſe peccaſſe; quia ſine contritione cordis, nunquam remittitur peccatum. Si dicat quod dolet, procedatur ad confeſſionem. Si dicat quod non dolet, tanquam contumax repellatur. Circa confeſſionem hoc modo procedendum eſt: "Frater vel ſoror. Tu vis confiteri peccata tua; habes tu in voluntate, ut de caetero non pecces mortaliter, in quantum poteris, per Dei gratiam?" Si dicit non habeo, dicatur tunc, quod confeſſio ſua nulla eſt. Quia ita dicit Sapiens: "Qui confeſſus fuerit peccata ſua et reliquerit ea, miſericordiam conſequetur." Intelligitur relinquere, qui habet in voluntate per gratiam Dei non committere. Circa confeſſionem hoc modo procedatur: dicatur confitenti quod tria ſunt praecipue, quae ſolent impedire hominem veram facere confeſſionem; delectatio, et timor poenitentiae injungendae, et pudor. Sed debet ſacerdos oſtendere quam brevis eſt delectatio peccati, propter quam amittet praemium aeterni gaudii. Contra timorem, quem habet de poenitentia, debet oſtendere; quia pudor eſt maxima pars poenitentiae: praeterea, propter pudorem non debet dimittere, quia peccata ſua non dicit homini ſed Deo, qui ſcrutatur corda et renes. Dicat ergo in nomine Domini. Auditis omnibus, debet quaerere ab eo, ſi plura redeunt ad memoriam. Si dicit quod ſic: dicat ergo; ſi dicit quod non: tunc debet ſacerdos ſupplere defectum confitentis; juxta quod ſcriptum eſt: "Juſtus in primo accuſator eſt ſui. Venit amicus ejus et inveſtigabit eum." Juſtus, id eſt, confitens, primo debet accuſare ſeipſum. Poſtea amicus ejus, id eſt ſacerdos, debet inveſtigare peccata, quae omiſit. Si laicus eſt, quaerendum eſt primo, ſi ſit conjugatus vel ſolutus; et ſi ſit conjugatus, quaerendum eſt, ſi credat legitimum matrimonium eſſe, ſcilicet quod non ſit ibi compaternitas, vel conſanguinitas, vel affinitas, vel aliud aliquod impedimentum, et ſi legitime contraxerit infacie eccleſiae. Si non inveniat ita eſſe, recurrat ſacerdos ad archidiaconum vel epiſcopum. Item quaeratur cujus officii ſit, ſi ſit mercator maſculus, vel foemina: videat quod pondus et pondus non habeat, menſuram et menſuram; et ſi falſo menſuraverit, tenetur reddere vel reſtituere illi, quem decepit, per manum ſacerdotis. Si illum non cognoſcit; detur judicio eccleſiae.

A laicis generaliter quaerendum eſt de decimis; quia ſi male decimant decimas, quae quaeſitae ſunt, debet a rectore eccleſiae petere veniam per ſe, vel per alium, ſi erubuerit per ſe. A militibus maxime quaerendum eſt, et ab illis qui ſub ſe habent familias, videlicet pauperes ſervos, ſi aliquid ab eis habuerint injuſte, quia debent eis reſtituere. Sive vero fuerit ſolutus, ſive conjugatus, quaerendum eſt de ſeptem criminalibus peccatis, et ſecundum quod continetur in ſcripto, de illis peccatis procedendum eſt; et circa nullam perſonam omittatur, quin praecipue quaeratur de falſo teſtimonio.

* *non* deeſt in MS.

I

Circa

Circa mulieres, maxime de veneficiis et ſortilegiis. Circa ſolutas quaerendum eſt, ſi velint vivere continenter, quouſque conjugatae ſint; alioquin non valet confeſſio: et ſimiliter quaerendum eſt a conjugatis de peccatis carnis, quae commiſerint ante matrimonium; et dicendum eſt de illis, quod ſecundum debitum naturae debent propriis uti uxoribus, alioquin peccant in matrimonio. Circa lubricum carnis hoc modo breviter fiat inquiſitio. Aut ſciviſti illam, ad quam acceſſiſti, eſſe ſolutam, aut neſciviſti. Si ſciviſti, major poenitentia injungenda eſt; ſi neſciviſti, tunc minor poenitentia injungenda eſt. Quia forte potuit eſſe conjugata, monialis, affinis, aut a parentibus cognita. Item meretrices ſolent ſe ſupponere leproſis, et ita potuit eſſe periculum in partu et in proprio corpore.

Item quaerendum eſt de numero perſonarum, et de vicibus, ſi habeantur in memoria. Item ſi cum viduis, quae ſunt eccleſiaſticae perſonae. Si cum virginibus, ſi cum conjugatis, ſi cum monialibus. Tunc quaerendum eſt ſi fuerit monialis benedicta, et tales mittantur ad epiſcopum; quia epiſcopus omnes, qui habent * acceſſus ad tales, ſolet excommunicare. Si forte noluerit ire ad epiſcopum, eat ſacerdos, et habeat auctoritatem ejus. Item ſi ad conſanguineas vel affines, quaeratur in quo gradu, in remoto vel propinquo. Si in puerperio, vel in menſtruo ſanguine, ubi eſt periculum propter prolem; quia ex corrupto ſemine naſcitur corruptus foetus.

Item, ſi cum muliere propinqua partui, quia tunc eſt periculum, poſſet enim partus interfici. Item, ſi cum maſculis; ſi cum jumentis. Et haec poenitentia injungatur: qui cum jumentis, praeter alia, quae debent injungi, quia nunquam edant de carne illa. Et ut breviter concludam: a quocunque modo ſemen emittitur, a non dormiendo, niſi cum propria uxore, et hoc fiat legitime ſecundum exigentiam naturae, mortale peccatum eſt; et ſecundum diverſitates circumſtantiarum, diverſae ſunt injungendae poenitentiae.

Non oportet omnes iſtas inquiſitiones circa omnes facere; ſed ſecundum quod Deus inſpiraverit, ſacerdos debet inquirere. Sit autem unum generale, quod conſentientes mortalibus peccatis, quaecunque ſint illa, mortaliter peccant, quamvis non ita graviter, aliquando ſicut facientes: ſed ſi competit reſtitutio, conſentiens in damnum debet reſtituere: et conſentiens fornicatori, ſive maſculus, ſive foemina, puniri debet, tanquam pro mortali peccato.

Circa ebrietatem et crapulam quaerendum eſt: circa crapulam attenduntur iſtae circumſtantiae. Praepropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe. Praepropere, ut filius Saulis, Jonathas, quando ante horam comedit, et ideo graviter peccavit. Laute, ut Judaei in deſerto, qui petierunt carnes a Domino, non contenti manna. Nimis, ut Sodomitae, quorum peccatum fuit abundantia panis. Ardenter, ut Eſau, qui vilem rem, ſcilicet lenticulam, nimis ardenter comedit; in tantum, quod propter illam vendidit primogenita ſua. Studioſe, ut filii Heli, qui nimium apparatum fecerunt circa cibos ſuos.

Haec vitanda ſunt omni tempore, ſed praecipue in Quadrageſima. Ebrietas, ubi fuerit aſſueta, mortale peccatum eſt: unde Apoſtolus, "Ebrioſi non poſſidebunt regnum Dei;" id eſt conſueti ebrietati. Cum etiam judicant ſapientes ebrium, qui propter exceſſum potus incurrit perturbationem capitis ſive ſenſuum ſenſibiliter: immo dicunt quidam, quod etiam in caſu unica ebrietas eſt mortale peccatum, quod aliquis ex deliberatione plus quam ex recreatione naturae, immo potius credit gravare naturam, ſumit cibum cum exceſſu immoderato. Iſtud autem non audeo definire: et notandum, quod quilibet exceſſus circa licita non eſt mortalis, ſed immoderatus vel frequens. Unde Auguſtinus in libro confeſſionum: "Quis eſt, qui metas neceſſitatis non excedat aliquando? Si quis eſt; magnus eſt, magnificet Deum: ego non ſum talis homo; peccator ſum." Generaliter in omni profeſſione conſiderandae ſunt iſtae circumſtantiae, quae notantur per hunc verſum:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?

Quis? cujuſmodi perſona, ſi clericus, vel laicus.

Si clericus, utrum regularis, vel ſecularis. Si in dignitate conſtitutus, vel extra. Si in ſacris ordinibus, vel extra: ſi religioſus; cujus profeſſionis ſit: ſi juvenis, vel ſenex; ſi ſervus, vel liber. Quid? conſiderandum eſt genus peccati. Utrum fornicatio ſimplex, vel adulterium, vel inceſtus; vel in clericis, quia genus peccati maxime aggravat quantitatem peccati. Ubi? in quo loco? Sacro vel non ſacro? Quibus auxiliis? Quibus conſentientibus impellentibus? Utrum tantum propria voluntate; vel alieno conſilio, vel monitione? Utrum caſu, vel deliberatione? Multa enim alia poſſunt inquiri hic. Cur? propter quem finem? Solet autem diſtingui triplex finis; utile, honeſtum, delectabile. Multi committunt peccatum propter utilitatem, multi propter delectationem; nullus poteſt committere peccatum propter honeſtatem. Quomodo? modi diverſi attenduntur, ſecundum diverſa genera peccatorum: de quibus modis ſatis patet circa lubricum carnis per ea, quae dicta ſunt, et ibi maxime neceſſaria eſt inquiſitio. Quando? in quo tempore? utrum extra Quadrageſimam, vel in Quadrageſima? utrum diebus feſtivis, vel profeſtis, et ſi in diebus feſtivis, puta in magnis feſtivitatibus, tunc eſſet competens poenitentia, ut vigilia feſtivitatis illius jejunet in pane et aqua, maxime ſi peccaverit in lubrico carnis.

Circa perſonam clerici procedendum eſt: quaerendum eſt, an fuerint de legitimo matrimonio, et liberae conditionis, et in quo ordine ſint; et quomodo receperint ordines; utrum legitime; vel furtive; vel ſimoniace. Item, ſi a ſuis epiſcopis propriis, ſi furtive receperint, epiſcopus poteſt diſpenſare cum illis, niſi ſic dixerit, "Inhibemus, ſub poena excommunicationis, ne aliquis accedat ad ordines, niſi legitime praeſentatus." In hoc ſolo caſu reputat Innocentius tertius eſſe excommunicationem. In aliis

* MS. *proceſſus.*

comminationem; et ideo non poteſt epiſcopus diſpenſare nec cum ſimoniaco, ſed ſolus papa.

Quaeratur a clerico, ſi propter Deum datum fuerit ei beneficium; et ſi propter Deum tenet, et pro ſalute animarum? Si non ita; purget animum; et ſi ſine ſimonia ingreſſus eſt, teneat illud: timeat tamen.

Sequitur de ſatisfactione; quia poenitentiae arbitrariae ſunt: non diffinimus vobis aliquas certas poenitentias, quas debetis injungere. Hoc tamen ſciatis, quod ſatisfactio conſiſtit in tribus praecipue; in jejunio, oratione, et eleemoſyna. Oratio eſt quaſi avis, quae volat in altum, ſi habet iſtas duas alas, eleemoſynam et jejunium. Jejunium valet contra omnia vitia carnalia, et debet injungi pro carnalibus peccatis, oratio pro ſpiritualibus: unde Hieronimus, "Jejunio ſanantur peſtes corporis; oratione mentis peſtes;" eleemoſyna valet ad omnia: unde, "Redime eleemoſynis peccata;" et hoc debet injungi pro omnibus peccatis. Videatis ergo ne ſitis inſipientes medici, qui putant uno collirio omnes morbos curare. Non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum. Immo, "ſicut exhibuimus membra noſtra ſervire iniquitatibus ad iniquitatem; ita exhibeamus corpora noſtra ſervire juſtitiae in ſanctificationem." Verbi gratia; ſi aliquis peccavit per os falſo placitando, vel falſo jurando; injungatur ei oratio, et quod defendet pauperes in cauſis honeſtis, contra quos deliquit. Item ſi peccavit retinendo; injungatur ei largitio eleemoſynarum: ſi peccavit male pugnando contra innocentes; injungatur ei, quod pugnet contra nocentes; ſcilicet Saracenos, et haereticos. Si peccavit per renes; injungatur ei, quod aſtringatur zona pellicia circa lumbos ejus; et jejunet, et ſubtrahatur pabulum luxuriae, et ita de omnibus aliis. Et quia generale vitium eſt gulae, ſemper aliquid de jejunio indicatur.

Item ſemper quaeratur ab omnibus, ſi ſint excommunicati, vel propter incendium, vel propter percuſſionem alicujus religionis perſonae: ſunt autem caſus, in quibus non incidunt in canonem, ſi percutiant. Si minor fuerit, qui percutit; ſi jocoſe; ſi praelatus, vel magiſter corrigendo; ſi omnino depoſitus percutiatur; ſi vis vi repellatur incontinenti cum moderamine inculpatae tutelae: ſi cum ſorore, matre, filia, uxore turpiter inveniatur; ſi ignoret eſſe clericum; ſi fuerit apoſtata, ſi negotiator perſonarum eccleſiaſticarum; ſecularium procurationem gerens. Si perturbatorem divini officii clericum ab eccleſia expellat; ſi mandato praelati haec faciat: ſi ferat arma in contumeliam ordinis clericus percuſſus: hic eſt tamen diſtinctio facienda.

Item in iſtis caſibus percuſſor clerici ab aliis abſolvitur, quam a papa. Si hoſtiarius, non malignando clericum laeſerit. Si percuſſor ſenex fuerit, mulier, impotens, caecus, pauper, claudus. Si propter inimicitiam, vel aliam cauſam adire papam non poteſt. Ita tamen iſtis caſibus ceſſantibus, adeat papam. Item in articulo mortis: item ſi clericus clericum leviter percuſſerit: item ſi ſervus in fraudem clericum percuſſerit; vel ſe ſubtrahat ab obſequio domini ſui, vel ſi ipſe dominus propter carentiam ejus incurrat damnum.

Valetudinarii etiam poſſunt abſolvi ab alio, praeſtita tamen cautione, * quod ſanitate habita, † adibunt papam. Item vitandi ſunt excommunicati; maxime in quinque; in menſa; oratione; ſalutatione; oſculo pacis, ‡ et colloquio.

De his, quae non pertinent ad excommunicationem: quatuor ſunt, quae a comitantibus excommunicatis excommunicationem excludunt; neceſſitas, pietas, utilitas, et ignorantia. Neceſſitas duplex; domeſtica vel || adventitia. Domeſtica, ut in perſonis illis, quas excipit Gregorius, cap. xi. et qu. iii.

Quoniam multos, peccatis noſtris exigentibus, pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim nimia ſimplicitate, partim timore, partim neceſſitate, devicti miſericordia, anathematis ſententiam, ad tempus, prout poſſumus, temperamus. Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus: videlicet uxores, filios, ſervos, ancillas, ſeu mancipia; necnon ruſticos et ſervientes; necnon et omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, ut eorum conſilio ſcelera perpetrentur: et eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, ſive illos, qui communicant cum illis, qui excommunicatis communicant. Quicunque autem, vel viator, vel orator, aut peregrinus, in terram excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus: et ſi quis excommunicatis, non oſtentatione ſuperbiae, ſed humanitatis cauſa dare aliquid voluerit; non prohibemus.

Pietas, in eo quod periturus noſtro ſerviatur beneficio: utilitas, ut ſi ad ſatisfactionem moneantur: et de his, quae ad hoc ſuffragantur, cum eis tractatur; ignorantia probabilis, non ſupina: unde quidam, utile, uxor, ſervus, lex, humile, res ignorata, neceſſe. Haec omnia dicta ſunt ſine praejudicio ſententiae ſanioris.

* *quod* deeſt in MS. † *adibit* MS. ‡ MS. *in.* || MS. *adventiva.*

Concilium

Concilium Londini habitum in eccleſia cathedrali divi Pauli craſtino octavarum S. Martini, anno Domini MCCXXXVII. *praeſidente domino Othone, S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, legato domini papae Gregorii* IX. *aſſidentibus vero archiepiſcopis Edmundo Cantuarienſi, et Waltero Eboracenſi, necnon aliis Angliae epiſcopis, etc.* † Ex Matth. Pariſ. in ann.

EODEM, inquit, anno (i. MCCXXXVII.) neſciebatur ad quid, circa feſtum apoſtolorum Petri et Pauli, dominus Otho, S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, per mandatum regis venit legatus in Angliam, neſcientibus regni magnatibus. Unde plures adverſus regem magnam conceperunt indignationem, dicentes: "Omnia rex pervertit jura, fidem, promiſſa, in omnibus tranſgreditur. Nunc enim matrimonio ſe, ſine ſuorum amicorum et hominum naturalium conſilio, alienigenae copulavit: nunc legatum, regni totius immutatorem, clam vocavit: nunc ſua dat, nunc data cupit revocare. Sic, ſicque de die in diem, juxta dictum evangelicum, in ſe diviſum et diſſipatum regnum, eſt enormiter deſolatum." Dictum eſt autem, quod archiepiſcopus Cantuarienſis Edmundus regem talia facientem increpavit, praecipue de vocatione legati, ſciens inde in ſuae dignitatis praejudicium, magnam regno imminere jacturam. Sed rex, ſpreto tam ſuo quam aliorum ſuorum conſilio, quod concepit animo, nullatenus voluit propoſitum revocare. Venit igitur in magno apparatu legatus praenominatus, et potentia magna; et occurrerunt ei epiſcopi et clerici famoſi uſque ad littus, et aliqui in naviculis navigando obviarunt ei, applaudentes et munera impreciabilia offerentes: immo etiam Pariſiis in obviam ei, obtulerunt telas eſcarleti, et vaſa pretioſa nuncii diverſorum epiſcoporum. In quo facto, nimis a multis meruerunt reprehendi, tum pro dono et pro dandi modo; quia in panno et ejus colore videbatur legationis officium et adventum acceptari. Adveniens autem munera oblata omnia non accepit, ſed aliqua: ſed quae non recepit, juſſit ſibi reſervari. Reditus autem vacantes, ſuis, quos ſecum adduxit, dignis et indignis largiter diſtribuit. Rex autem ei uſque ad confinia maris occurrit, et inclinato ad genua ejus capite, uſque ad interiora regni deduxit officioſe. Et adventantes epiſcopi cum abbatibus et aliis eccleſiarum praelatis, eum cum omni honore et reverentia, cum proceſſionibus et campanarum claſſico, et pretioſis muneribus, ut decuit, et plus quam decuit, receperunt.

Dominus autem Otho, legatus, de quo ſuperius mentio facta eſt, prudenter ac modeſte ſe gerens, munera pretioſiſſima ſibi oblata in magna parte reſpuens, contra conſuetudinem Romanorum, indignationem in toto regno conceptam, tam a clero quam militia, citra opinionem multorum, per geſtum ſuum ordinatum temperavit. Primo enim quoſdam magnates ex quodam odio latenter concepto, ſibi diſcordes, pacificavit, et indice oſculo in bona fide conſoederavit, utpote dominum Petrum, epiſc. Winton. et dom. Hubertum, comitem Cantiae, et Gilebertum Baſſet, Stephanum de Segrave, Ric. Sward, et alios quamplures, diu ante ſibi diſſidentes. Quod odium fere in lamentabile judicium proruperat in torneamento commiſſo apud Blie in initio Quadrageſimae eodem anno, ubi ſe Auſtrales Norenſibus oppoſuerunt contrarios: ſed tandem praevalentibus Auſtralibus, capti ſunt ex aliis viri magni, et commiſſum eſt non haſtiludium ſed hoſtile bellum. Inter omnes tamen ſtrenuiſſime ſe habebat comes Bigod. Quem poſtquam domini legati pacificavit induſtria, omnibus praelatis Angliae ſcripſit, ut in octavis S. Martini Londoniis convenirent, auctenticum domini papae, de plenaria poteſtate legationis ſibi conceſſa vel tradita, communiter in eccleſia S. Pauli audituri, et in eadem communiter de reformatione eccleſiae Anglicanae tractaturi, et in praeſentia ejus concilium celebraturi.

Rex tam ejus [i. comitis Cornubiae] quam aliorum naturalium hominum ſuorum ſpreto conſilio, magis ac magis, ut incepit, deliravit, et ſe voluntati Romanorum praecipue legati, quem inconſultius advocaverat, mancipavit, adeo ut videretur quaſi veſtigia ſua adorare, affirmans ſe tam in publico quam ſecreto ſine domini ſui papae, vel legati conſenſu nihil poſſe de regno diſponere, tranſmutare, vel alienare: ut non rex, ſed feudatarius papae diceretur. His igitur et aliis deliramentis rex omnium nobilium ſuorum corda cruentavit. Conſiliarios quoque habuit infames et ſuſpectos, qui hujus rei fomentum eſſe dicebantur, quos idcirco magis habebant nobiles Angliae exoſos, quia de regno ipſo duxerunt originem. Et hi erant Johannes, comes Lincolniae, S. comes Legriae, frater G. templarius.

Interim domino legato offerebantur dona pretioſa tam in palefridis concupiſcibilibus, quam vaſis pretioſis, et veſtimentis mollibus et duplicibus, pellibus variis et ſylveſtribus, nummis, eſculentis, et poculentis: ita quod unus ſolus epiſcopus, ſcil. Wintonienſis Petrus, cum conſtaret ei, quod Londoniis eſſet hyematurus, quinquaginta boves paſcuales, et centum ſummas tritici electi, et octo dolia vini meraciſſimi tranſmiſit ei in alimentum. Alii quoque, ſecundum vires et facultates ſuas, ei ſimilia contulerunt. Legatus vero Romanam avaritiam temperando,

† Quoniam celebre tradituri ſumus concilium, celebrem ejus apparatum, una cum praecedentibus [illegible], prout a Matth. Pariſio in anno MCCXXXVII. concinnavimus, adjicimus. Haec SPELM.

non omnia ſed aliqua oblata ſereno vultu ſuſcepit gratanter, conſiderans illud Senecae philoſophicum, omnia oblata recipere, avarum eſt; nulla, rebelle; aliqua, ſociale.

Eodem quoque anno ſcripſit rex omnibus magnatibus ſuis, ut coram eo et domino legato in feſto exaltationis ſanctae Crucis apud Eboracum convenirent, de arduis negotiis regnum contingentibus tractaturi. Venerat autem eis obviam rex Scotiae, vocatus a rege Angliae et legato, apud Eboracum, ut ibi habita communi deliberatione de pace reformanda inter eos, feliciter componeretur, et, Dei dante gratia, omnis lis mota praevia ratione ſedaretur, et de juſte utrique debitis ſatisfieret. Ubi tandem cum perveniſſent, ſic elaboratum eſt, ut rex Scotiae perciperet de regno Angliae trecentas libratas terrae, ſine caſtri conſtructione, homagiumque regi Angliae faceret, et foedus inter eos amicitiae ſanciretur; et hoc ſe fideliter facturum regi Angliae, et conſervaturum juraret: et ſic omnis querela et vindicatio ex parte regis Scotiae conquieſceret.

Volenti autem domino legato intrare regnum Scotiae, ut ibi de negotiis eccleſiaſticis tractaret, ſicut in Anglia, reſpondit rex Scotiae: "Non me memini legatum in terra mea vidiſſe, nec opus eſſe aliquem eſſe vocandum, Deo gratias; nec adhuc opus eſt; omnia bene ſe habent. Nec etiam tempore patris mei vel alicujus anteceſſorum meorum viſus eſt aliquis legatus introitum habuiſſe, nec ego, dum mei compos fuero, tolerabo. Veruntamen, quia fama te ſanctum virum praedicat, moneo te, ut ſi forte terram meam ingrediaris, caute progrediaris, ne quid ſiniſtri tibi contingat. Indomiti enim et ſylveſtres homines ibi habitant, humanum ſanguinem ſitientes, quos nec ego ipſe valeo edomare, qui etiam ſi in vos irruant, nequeo eos cohibere. Me etiam nuper, ut forte audiſtis, voluerunt invadere, et a regno expellere exhaeredatum." Quibus auditis, legatus avidam voluntatem intrandi Scotiam temperavit, et latera regis ſui, ſcil. Angliae, ſibi per omnia obedientis, non reliquit. Remanſit autem cum rege Scotiae quidam Italicus, legati conſanguineus, quem rex cingulo militari, terram etiam conferendo, ne penitus rebellis videretur, nobilitavit.

Et ſic ſoluto concilio [regio] rex Angliae cum legato ſuo verſus auſtralia remeavit.

Initium concilii legatini.

Appropinquante vero tempore concilii, juſſit ſibi legatus ſedem parari in occidentali parte eccleſiae S. Pauli Londoniis, faſtigioſam nimis et ſolennem, longis trabibus et ſedilibus gradatim exaltatam. Miſit igitur literas ſuas, ut vocati omnes Angliae praelati, ſcilicet archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores inſtallati, tam ſub conventus ſui, vel capituli, quam ſuo nomine, literas procuratorias deferentes, ut quicquid in concilio ſtatueret legatus, ratum utrobique haberetur. Venerunt igitur omnes juxta mandatum domini legati, nimis vexati et fatigati in corporibus propriis, equorum et viaticis, utpote ingruente hyeme et multiformi tempeſtate, omnes praelati ſuae legatiae Angliae tamen potiſſime. "Et poſt deſcriptionem validiſſimae tempeſtatis, qua legatus et totum concilium vehementius eſſent territi, ſic progreditur MAT. PARIS.

Cum igitur conveniſſent Londoniis praelati Angliae in eccleſia S. Pauli die prima concilio aſſignata, ſcilicet in craſtino octavarum S. Martini, non comparuit legatus, quia epiſcopi rogaverant eum, ut ea die daretur eis copia inſpiciendi quae propoſuit ſtatuere, et ſecum ſuper his deliberare, ne aliquid in praejudicium eorum ſtatuere attentaret. Altera igitur die conſtitutis in ſecretis et abditis locis militibus armatis et ſervientibus circiter ducentis, quos ei ad inſtantiam precum ſuarum dominus rex commodaverat: timebat enim valde ſibi, eo quod dicebatur, eum nimis velle deſaevire in eos, qui plura habebant beneficia, et praecipue in illegitimos. Apparuit autem ſummo mane, ſcilicet diluculo, in eccleſia praedicta: erat autem ibi tot expectantium multitudo tam compreſſa, quod ipſi legato erat ingreſſus difficillimus. Et ingreſſus eccleſiam, coram majori altari pontificalibus ſe induit; ſcilicet ſuperpellicio et deſuper cappa chorali, pellibus variis furrata, et mitra; et praecedentibus archiepiſcopis Cantuarienſi et Eboracenſi eum, cum proceſſione ſolenni, cum cruce et cereis accenſis, et cum litania, ſedem ſuam aſcendit per gradus pompoſe, ut dictum eſt, praeparatam; et jam pompoſius tapetis et pallis redimitam; collocante ſe a dextris domino Cantuarienſi, et Eboracenſi a ſiniſtris: propter quod orta eſt inter eos diſſenſio, ſcilicet de ordinatione ſeſſionis. Et appellatum eſt ex parte Eboracenſis pro jure ſuo, quod ſibi vendicabat. Lecto igitur ſolenniter evangelio, ſcilicet "Ego ſum paſtor bonus," ſicut moris eſt, dictiſque collectis propriis ab ipſo legato, et cantato "Veni creator Spiritus," appellatoque ab Eboracenſi, ut dictum eſt, ſederunt juxta legatum duo archiepiſcopi, Cantuarienſis a dextris, Eboracenſis a ſiniſtris; quibus dixit legatus, volens ipſam controverſiam pacificare, neutrius tamen juri derogando: "In bulla domini papae ſtat imago Pauli a dextris crucis in medio bullae figuratae, et Petri a ſiniſtris, nulla tamen inter tantos ſanctos eſt orta unquam contentio, ambo enim ſunt in coequali gloria. Veruntamen propter Petri clavigeri dignitatem, et apoſtolatus principatum, necnon et cathedralem dignitatem, cum prioratu vocationis, merito a dextris crucis ejus imago collocanda videtur: ſed quia Paulus credidit in Chriſtum, quem non vidit, a dextris figuratur: "Beati enim, qui non viderunt," etc. Sic dominus Cantuarienſis, totius Angliae primas, et, qui praeeſt antiquiſſimae ac nobiliſſimae eccleſiae Cantuarienſi, necnon et Londonenſi, quae eſt S. Pauli, non ſine ratione a dextris eſt collocandus." Et extunc ſequentibus diebus ſedit Cantuarienſis a dextris, Eboracenſis a ſiniſtris. Secundo autem die, concilio jam incepto, miſſi ſunt ex parte domini regis comes Lincolnienſis Johannes, et Johannes filius Galfridi, et Willielmus de Raele, canonicus S. Pauli, ut dicto legato ex parte regis et regni inhiberent, ne ibi contra regiam coronam et dignitatem aliquid ſtatuere attentaret. Et remanſit ibi, ut hoc obſervaretur, Willielmus de Raele, indutus cappa canonicali et ſuperpellicio, aliis recedentibus.

[illegible]. Eodem quoque die petiit dominus Simon, Cantuarienſis archidiaconus, dominum legatum in audientia omnium, ut audiretur ab omnibus auctenticum ſuae legationis, a domino papa ſibi commiſſum: quod et factum eſt. Et eodem die, ad impetrationem domini regis, lectum fuit quoddam privilegium, de feſtivitatibus S. Edwardi per totam Angliam celebrandis; et de mandato domini papae, de ſanctis Franciſco et Dominico canonizatis. Et quia audierat dominus legatus, dum adhuc in hoſpitio ſuo eſſet, multos pluribus eccleſiis beneficiatos, nobiles ſanguine et poſſeſſionibus, et illegitimos, de quibus mentionem in quodam ſtatuto concilii fecerat, contra ipſum murmuraſſe, et ei etiam inſidias praeparaſſe; quoſdam magnates, ſcilicet comitem mareſcallum G. et comitem Lincolniae J. et comitem de Monteforti S. et quoſdam de familia domini regis, cum gladiis et fuſtibus munitos, ad tuitionem ſui ſuorumque, ſecum ad concilium duxit et reduxit. In concilio vero, cum ſtatutum contra eos, qui plura beneficia obtinuerunt, contra concilium Lateranenſe, pronunciaretur, epiſcopus Wigornienſis, Walterus ſcilicet de Cantelupo, ſurgens in medio, depoſita mitra ſua, ſic dominum legatum eſt affatus: "Pater ſancte, cum multi nobiles, quorum ſanguis noſter eſt, plura obtineant beneficia, cum quibus nondum diſpenſatum eſt, quorum etiam aliqui provectae ſunt aetatis, et uſque ad praeſens honorifice vixerunt, et hoſpitalitatem ad poſſe procurando, eleemoſynas patentibus januis erogarunt, durum eſſet nimis, tales ſuis beneficiis ſpoliatos, in ignominioſam trudi paupertatem. Quidam vero juvenes feroces ac ſtrenui, maximis periculis ſe apponerent, antequam ſuis ſe ſinerent privari beneficiis, unico tantum retento; quod bene perpendo per memetipſum. Antequam enim ad iſtam vocarer dignitatem, propoſui in animo meo, quod ſi unicum amitterem beneficium talis praetextu conſtitutionis, omnia amitterem. Unde timendum eſt, quod multi ad praeſens in ſimili propoſito perſeverent. Quoniam igitur multitudo talium in cauſa eſt, ſanctae paternitati veſtrae ſupplicamus, quatenus ob ſalutem veſtram et noſtram, ſuper [illegible] ſtatuto dominum papam conſulatis. Praeterea, cum ſtatutum veſtrum in religione S. Benedicti ad omnes aequaliter ſe extendat; et durum ſit multis, tum propter locorum penuriam, et praecipue monialibus, cum ſint debiles et fragiles, hoc ſtatutum obſervare; neceſſe eſt huic rigori diſcretum addere temperamentum. Super quo etiam poſtulamus, ut dominum papam ſuper his velitis conſultare." Cui dominus legatus reſpondit; quod ſi omnes praelati, ſcilicet iſti praeſentes archiepiſcopi et epiſcopi, una cum eo, ſuper his domino papae ſcriberent, libenter conſentiret.

Et ſciendum, quod quia aliqui opinabantur, ſicut datum fuit intelligi domino legato, quod ſtatuta ſua robur niſi tantum in tempore ſuae legationis non obtinerent; juſſu ejuſdem ſurrexit in medio quidam clericus ſuus, magiſter ſcilicet Attho, et aperto libro auctentico, ſcilicet regiſtro domini papae, ad majorem auctoritatem, ut validius talium opinionem improbaret, quandam decretalem legit diſtincte et aperte, quam dominus legatus diſtinguens approbavit; per illam aſſerens manifeſte, quod etiam poſt receſſum ejus, ſua ſtatuta perpetuae firmitatis robur debeant obtinere. Nec praetereundum, quod primo die concilii, collocatis (ut praedictum eſt) archiepiſcopis, Cantuarienſi ſcilicet a dextris, Eboracenſi vero a ſiniſtris, perlectoque evangelio, "Ego ſum paſtor bonus," dictiſque collectis ad hoc pertinentibus, indictoque ſilentio, et turba comprimente caſtigata, dominus legatus ſedendo, quaſi tubam vocem ſuam exaltans, ſermonem ſuum inchoavit, thema ſuum ſic praeordinando, "In medio ſedis, et in circuitu ejus, quatuor animalia plena oculis ante et retro." In ſermone proſequendo innuens, quod praelati, quaſi animalia habentia oculos ante et retro, debent eſſe in rerum ſecularium diſpoſitionibus providi, et in ſpiritualibus circumſpecti, priora ſequentibus caute continuantes. Et poſt ſermonem legi fecit ſtatuta, alta voce et diſtincte, quae firmiter ſtatuit obſervari, quae ſubſcripta in hoc libro duximus annotari.

Conſtitutiones Othonis cardinalis. Collat. cum MS. Regio 9 B. ii. et MS Hatton. xxiv. et edit. Gul. Lyndwood Oxon. MDCLXXIX. et MS. Lamb. 8° n. xvii.

QUONIAM decet domum Dei ſanctitudo, et miniſtris ejus a Domino dicitur: "Sancti eſtote, quoniam ſanctus ſum ego Dominus Deus veſter:" ſatagit aſtutia humani generis inimici, ut ſanctitatem et emundationem ſubtrahat et deſtruat utrobique, dum in pleriſque locis, et ne conſecrentur eccleſiae, impedit vel deturbat; et ne ſuo digne fungantur officio, miniſtrorum mores et vitam multorum vitiat et depravat; ſanctorum patrum regulis et ſtatutis, et generaliter omnibus chriſtianae religionis profectibus ſe totis conatibus opponendo. Huic eſt igitur armata manu a cunctis Chriſti fidelibus in fide fortiter reſiſtendum, et ad ejus molimina renovatis, et novis ſemper utendum viribus enervanda: ſicut Iſaac puteos, quos foderant pueri Abrahae, ſed humo impleverant Palaeſtini, prius ſtuduit renovare, deinde alios fodere prorius novos.

Denique nos Otho, miſeratione divina ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, et apoſtolicae ſedis legatus, ad partes Angliae cum legationis officio a ſede apoſtolica deputati, ac deſtinati, divino fulti auxilio, et aſtantis concilii ſuffragio et conſenſu ad roborandum et reformandum ſtatum eccleſiaſticum in partibus Anglicanis, ſalvis aliis canonicis inſtitutis, quae cum reverentia volumus et cupimus obſervari, quaedam ex commiſſi nobis officii poteſtate duximus ſtatuenda, quae per certos articulos infra fecimus digeri et diſtingui.

5

I. *De conſecratione, et reformatione ſtatus eccleſiae*[a].

Baſilicarum dedicatio initium a Veteri Teſtamento dignoſcitur habuiſſe, et in Novo eſt a ſanctis patribus obſervata; in quo eſt eo dignius et ſtudioſius facienda, quo in illo tantum offerebantur hoſtiae animalium mortuorum: in iſto vero caeleſtis hoſtia, viva, et vera, ipſe ſcilicet unigenitus Dei Filius, in altari offertur pro nobis manibus ſacerdotis. Quare ſtatuerunt provide ſancti patres, ne in aliis locis quam dedicatis (niſi neceſſitatis cauſa) celebraretur officium tam ſublime.

Porro quia vidimus per noſipſos, et a pleriſque audivimus, tam ſalubre miniſterium contemni, vel ſaltem negligi a nonnullis, dum multas invenimus eccleſias, et aliquas etiam cathedrales, quae licet ſint ab antiquo conſtructae, nondum tamen ſunt ſanctificationis oleo conſecratae; volentes huic tam periculoſae negligentiae obviare, ſtatuimus, et ſtatuendo praecipimus, ut omnes eccleſiae cathedrales, conventuales, et parochiales, quae perfectis parietibus ſunt conſtructae, infra biennium, per dioeceſanos epiſcopos, ad quos pertinent, vel eorum auctoritate per alios conſecrentur; ſicque infra ſimile tempus fiat in eccleſiis de caetero conſtruendis. Et ne tam ſalubre ſtatutum tranſeat in contemptum, ſi loca hujuſmodi non fuerint infra biennium a perfectionis tempore dedicata, a miſſarum ſolenniis uſque ad conſecrationem manere ſtatuimus interdicta, niſi aliqua cauſa rationabili excuſentur.

Ad hoc ne praeſumant abbates, aut eccleſiarum rectores antiquas eccleſias conſecratas, ſub praetextu amplioris vel pulchrioris fabricae faciendae, diruere, abſque licentia dioeceſani epiſcopi, et conſenſu, praeſenti ſtatuto diſtrictius inhibemus. Dioeceſanus vero diligenter conſideret, utrum expediat dare licentiam vel negare; et ſi dederit, attendat et intendat, ut opus, quam celerius poterit, conſummetur, quod extendi ſtatuimus et volumus ad jam coepta. De capellis vero minoribus nihil novi duximus ſtatuendum; conſecrationes earum qualiter et quando fieri debeant, definitionibus canonicis relinquentes.

II. *De ſeptem ſacramentis, ut gratis conferantur*[b].

Sacramenta eccleſiaſtica, in quibus, tanquam in vaſis caeleſtibus, ſalutis remedia continentur; necnon oleum ſanctificatum et chriſma, a miniſtris eccleſiae pure atque devote, qualibet excluſa cupiditatis labe, ſtatuimus, et ſtatuendo praecipimus exhiberi, nulla difficultate in eis adhibita exhibendis, praetextu conſuetudinis alicujus, qua dicantur ab eis, qui ea recipiunt, aliquibus aliqua perſolvenda. Sacramenta quoque principalia, quae ſunt et quot, propter ſimpliciores duximus ſtatuenda. Sunt autem baptiſmus, confirmatio, poenitentia, euchariſtia, extrema unctio, matrimonium, atque ordo. De quorum quolibet in ſacris canonibus diffuſius eſt tractatum, et plenius ordinatum. Sed quia non eſt leve canonum gyrare volumina, et ignorare medico medicinale officium, nimis grave; ſtatuimus, ut in ſuſceptione curiae animarum et ordinis ſacerdotii examinentur de his praecipue ordinandi: archidiaconi quoque in ſingulis decanatuum ſuorum conventibus ſacerdotes in his maxime ſtudeant erudire; docentes eos, qualiter circa baptiſmum, poenitentiam, et matrimonium debeant ſe habere.

III. *De baptiſmo, et forma baptizandi*[c].

Ad baptiſmum ſolenniter celebrandum duo tempora, ſcilicet Sabbatum ante reſurrectionem Domini, et Sabbatum ante Pentecoſten, ſunt a ſacris canonibus propter miniſterium deputata. Sed quidam in partibus iſtis diabolica, ut audivimus, fraude decepti, periculum ſuſpicantur, ſi praefatis diebus pueri baptizentur; quod arbitrari, vel utcunque metuere ſanae fidei penitus adverſatur, et manifeſte convincitur eſſe falſum, cum ſummus pontifex perſonaliter illud miniſterium ſolennizet, et diebus baptizet ſolenniter memoratis; et in aliis mundi partibus ſervet eccleſia illud idem. Quare ſtatuimus, ut a tanto errore praedicatione frequenti populus avertatur, et ad ſolennizandum praefatis diebus baptiſmum, et ad baptizandum pueros ſuos ſtudioſius inducantur. Statuimus inſuper, ut parochiales preſbyteri formam baptiſmi diligenter addiſcentes, eam parochianis ſuis frequenter exponant diebus dominicis in vulgari; ut ſi articulus neceſſitatis emergat, quo ipſos oporteat aliquem baptizare, eam ſciant et valeant obſervare, quae forma utrum ſervata fuerit, poſtmodum diligenter inquirant.

IV. *Ne aliquid exigatur pro ſacramentis*[d].

Auditu horribili audivimus et relatu, quod quidam miſeri ſacerdotes, dum forſan in beneficium vicariae ad firmam, ſeu quacunque alia quaeſtus cauſa, proventus ex altari aut ex poenitentia provenientes recipiunt; non aliter admittunt ad poenitentiam confitentes, niſi prius ab ipſis in ſinu avaritiae ſuae quippiam reponatur. Sicque faciunt de aliis ſacramentis. Quoniam igitur, qui talia agunt, et regno Dei, et beneficio eccleſiaſtico ſunt indigni, ſtatuendo diſtricte praecipimus, ut inquiſitione exactiſſima per epiſcopos de his facta, qui tale quid commiſiſſe repertus fuerit, et a beneficio, quod obtinet, removeatur omnino, et ab officio, quod perperam geſſit, perpetuo ſuſpendatur.

[a] Tit. ita apud MS. reg. *Ut intra biennium omnes eccleſiae dedicentur.* MS. Hatt. *Ut intra — eccleſiae ſint dedicatae.* Spelm. *Eccleſiarum dedicatio.* [b] *Ut ſacramenta eccleſiaſtica libera conferantur, et quot ſint.* MS. Reg. *Ut ſacramenta libere conferantur.* MS. Hatton. *De ſacramentis eccleſiaſticis.* Spelm. [c] *Ut baptiſmus non interdicatur in vigilia Paſchae et Pentecoſtes, et parochiani faciant formam baptiſmatis.* MS. Reg. *Ne baptiſmus inhibeatur in vigilia Paſch. Pentecoſt.* Hatt. *De baptiſmo.* Spelm. [d] *Ne aliquid pro poenitentia exigatur, vel recipiatur, vel aliis ſacramentis.* MS. Reg. *Ne aliquid recipiatur pro poenitentia, vel exigatur.* MS. Hatt. *Avaritia ſacerdotum arcenda.* Spelm.

V. *De*

V. *De confeſſionibus perſonarum et clericorum.* [e]

Quod in quodam concilio ſtatutum eſt approbantes, ſtatuimus, ut per quoſlibet decanatus prudentes viri et fideles conſtituantur per epiſcopum confeſſores; quibus perſonae et minores clerici valeant confiteri, qui decanis erubeſcunt confiteri forſitan et verentur. In eccleſiis vero cathedralibus confeſſores inſtitui praecipimus generales.

VI. *De ſcrutinio ordinandorum.* [f]

Sacer ordo eo eſt digno dignius conferendus, quo ab ordinato ſacramenta caetera conferuntur. Quare cum periculoſum ſit, minus dignos, idiotas, illigitimos, irregulares, illiteratos, et extraneos, aut ſine titulo certo et vero aliquos ordinari, ſtatuimus, ut ante collationem ordinum per epiſcopum de his omnibus indagatio diligens habeatur; et ne reprobatis, qui fuerint reprobandi, approbatis, ſe clanculo immiſcere valeant reprobati, in examinatione ſcribatur numerus, et nomina probatorum; et qui ſcripti fuerint poſtmodum in ordinationis limine, perlecta ſcriptura diſcretione ſolita requirantur; ipſaque ſcriptura apud epiſcopum vel eccleſiam cathedralem conſervetur.

VII. *Ne dignitates tradantur ad firmam.* [g]

Eccleſias dari ad firmam, vel generaliter conſtitui firmarios in eiſdem, noſtra nequaquam volumus auctoritate fulciri; ſed propter infirmitatem multitudinis, quae in cauſa eſt, ne videremur potius laqueos injicere, quam invenire remedia, prohibitionis edictum contra ea emittere formidamus. Quibuſdam tamen morbis ex eis provenientibus ad noſtram delatis notitiam, occurrere coarctamur. Accidit enim plerumque, ut dum hi, qui firmarii nuncupantur, lucrari plus appetant, quam exſolvant, turpes exactiones faciant, quae interdum etiam cadunt in ſimoniacam pravitatem. Quare ſtatuendo diſtrictius inhibemus, ne dignitates vel officia, puta decanatus, vel archidiaconatus, ſive proventus ex eccleſiaſticae, vel juriſdictionis ſpiritualis exercitio, ſeu ex poenitentia, vel altari, vel aliis ſacramentis quibuſlibet venientes, ad firmam de caetero ullatenus concedantur.

VIII. *Ne eccleſia ultra quinquennium detur ad firmam.* [h]

Cum laicis eccleſias dari ad firmam ſit penitus inhoneſtum, et clericis quibuſcunque ad longum tempus propter continuationem temporis, quae afferre conſuevit periculum in eccleſiis, poſſet eſſe damnoſum; utrumque diſtrictius inhibentes, praecipimus, ut nec laicis unquam, nec perſonis etiam eccleſiaſticis eccleſiae ultra quinquennium ad firmam de caetero conferantur; nec finito eo quinquennio, renoventur eiſdem, niſi prius ipſas alii habent immediate. Et ut omnia ſint in tuto, praecipimus, ut praeſentibus epiſcopis, vel archidiaconis firmarum fiat conventio, ex qua plures literae conſcribantur, quarum una remaneat penes ipſos.

IX. *Ne eccleſia aliqua perpetuo ad firmam alicui detur.* [i]

Alicubi audivimus accidiſſe, quod vacante pingui eccleſia, quam quidam optabat habere, nec tamen eam recipere audebat, ut perſona, ne aliis ipſo jure beneficiis, quae obtinuit, privaretur, callide procuravit, ut eccleſia illa ſibi ad firmam perpetuo traderetur; ita quod modicum quid inde ſolveret alii, nomine perſonatus, ſibique totum reliquum retineret. Quo dante cauſam edicto, ſtatuimus, ut nulla eccleſia, vel praebenda, vel quis alius reditus eccleſiaſticus in toto vel in parte ad firmam alicui ſub quocunque colore in perpetuum conferatur; caſſum et inane fore penitus decernentes, ſi contra fuerit attentatum.

X. *De inſtitutione vicariorum.* [k]

Ad vicariam ſtatuimus nullum de caetero fore admittendum, niſi jam in preſbyterum ordinatum, vel ſaltem diaconum in proximis quatuor temporibus ordinandum, qui renuncians aliis beneficiis, ſi quae habeat, curam animarum habentia, juret reſidentiam ibi facere, ac eam faciat continue corporalem; alioquin inſtitutionem ipſius decernimus fore nullam, et vicariam alii fore conferendam. Sicque illudatur illi dolo, quo ſaepe aſſignato alicui nomine perſonatus aliquo modico, ſimulate dabatur alii eccleſia, ficto nomine vicariae; qui timens alia perdere beneficia, metuebat eam recipere, ut perſona. De jam vero inſtitutis vicariis, qui non ſunt preſbyteri (cum vicarii teneantur in propriis perſonis eccleſiis deſervire) ſtatuendo praecipimus, ut infra annum ad minus ſe faciant in preſbyteros ordinari; alioquin ſi per eos ſteterit, quominus infra annum (ut diximus) ordinentur, eos extunc vicariis eiſdem fore decernimus privatos. Et de reſidentia circa eos ſtatuimus, quod de inſtituendis ſupra diximus ſtatuendum.

XI. *Ne eccleſia abſentis alicui conferatur.* [l]

Ad elidendum fallacias iniquorum ſagaci ſtudio eſt laborandum cuilibet juſtitiae amatori, ne, ſi torpeſcat rectorum induſtria, ſimplicitas

[e] *Ut confeſſores per ſingulos decanatus per epiſcopum conſtituantur.* MS reg. *Ut in* [illegible] *decanatu* [illegible] MS Hatt. *Quod confeſſores* [illegible]. Spelm. *Ut* [illegible] MS Lamb. [f] *Ut* [illegible] *apud epiſcopum reſerventur.* MS Lamb. et reg. hoc tamen [illegible] *D.* [illegible] *et ut* [illegible] *nomina penes epiſcopum remaneant.* MS. Hatt. *Qualitas ordinandorum.* Spelm. [g] MS L[illegible] *Ne* [illegible] *de caetero dentur ad firmam.* His addit MS. reg. *vel aliqua ſpiritualis juriſdictio.* [illegible] MS Hatton. *De firmariis et vicariis eccleſiarum.* Spelm. [h] *Ne eccleſia ultra quinquennium* [illegible] Reg. et Lamb. *Ne eccleſia — tradatur ad firmam.* Hatt. *De firmariis et vicariis* [illegible] [i] *Ne* [illegible] *ad firmam perpetuo, parum danda perſonae.* Reg. *Ne quis ſub colore* [illegible] *ad terminum, vel aliquid de nomine vicariae.* Lamb. *Ne eccleſia ſub caliditate tradatur ad firmam.* Hatt. *Qualiter eccleſiae ad firmam* [illegible] Spelm. [illegible] MS Hatton addit: *et firmae ſic conceſſae revocentur.* [k] *Ne alicuis admittatur ad vicariam* [illegible] Reg. Lamb. et Hatton; quorum ultimum pro *ſacerdos* legit *preſbyter.* *Qui* [illegible] Spelm. [l] *Ne* [illegible] *ipſius conſtiterit.* Lamb. *Ne eccleſia abſentis* [illegible] *etc.* — Reg. Hatt. *Ne* [illegible] Spelm.

a v[illegible]

5

a verſutia ſupplantetur, et ſuccumbat veritas falſitati. Sane ex relatione plurimorum accepimus, quod quidam preſbyteri in abſentis beneficium oculos jacientes, novos fingentes rumores, aſſerunt ſe audiviſſe mortuum eſſe, vel beneficium reſignaſſe beneficii poſſeſſorem; ſicque procurant in illud beneficium quomodolibet ſe intrudi; et ſi fortaſſis reviviſcens, qui mortuus fuerat, ad ſuam eccleſiam revertatur, neſcio te, reſpondetur eidem, et clauditur janua contra eum. Nonnulli etiam nimia cupiditate caecati, non ſolum in abſentium, ſed etiam in praeſentium beneficia clanculo, vel ubicunque poſſunt, ea invadere non formidant; et cum intus fuerint, nec proſunt ſententiae, nec aliquid, per quod valeant mitti, vel ejici foras, quoniam armorum potentia ſe defendunt. In utroque igitur articulo remedium, quale poſſumus, adhibentes, ſtatuimus, diſtrictius prohibentes, ne praetextu opinionis, vel famae, quae de morte vel ceſſione habeatur abſentis, ejus beneficium aliquatenus conferatur, ſed expectet praelatus, donec plenius de alterutro inſtruatur. Alioquin ad reſarciendum omne damnum ex hoc inflictum abſenti, eum fore decernimus obligatum; et illum, qui ſe procuravit intrudi, praeter reſtitutionem damnorum, ab officio beneficioque ſuſpenſum pronunciamus ipſo facto. Quod etiam ad ipſum extendi volumus, qui beneficium eccleſiaſticum, altero poſſidente, auctoritate propria, vel temeritate potius, vi vel clam occupare praeſumit, et poſtquam declaratum fuerit ad alium pertinere, armis ſe defendere nititur in eodem.

XII. *Ne eccleſia una de caetero in plures perſonatus vel vicarias dividatur.* [m]

Cum ſit ars artium (teſte beato Gregorio) regimen animarum; non ceſſat antiquus ſophiſta ſua gyrare volumina fraudis, et in falſae* poſitionis ſtudere fallaciis, quo valeat concludere diſcipulis hujuſmodi artis, et eos excludere a ſalute, quos imperitos invenerit, vel incautos. Hoc eſt, quod facit tranſgredi juſſa Dei, et ſanctorum patrum regulis contraire; dum nec ſermo divinus, nec ſanctiones canonicae a diſtorto itinere poſſunt reducere peccatores. Exigit namque ars noſtra catholica, ut unicus in una eccleſia ſit ſacerdos, alias magiſter, perfectus ordine, et habitu, vita, ſcientia, et doctrina, et quod pura ſit eccleſiae ordinatio, atque ſimplex. Sed objectio diabolica multos facit in hoc dogmate deviare, dum interdum, eo ſuggerente, non uni tantum una datur eccleſia, ſeu pluribus, praetextu plurium patronorum; ut ſint plura capita in eodem corpore, quaſi monſtrum; et interdum conſentire conſuevit perſona, quaecunque ſit occaſio, ut aliquid concedatur alteri nomine perſonatus, abſque magiſtro. Praeterea eccleſia ſaepe deſolata manet, dum nec perſona in ea, nec ſaltem vicarius perpetuus invenitur, ſed aliquis forte ſimplex ſacerdos, qui nec jus habet, nec etiam juris imaginem in eadem; et ſi moram forſitan perſona ibi trahit, non eſt tamen perfectus ordine, quoniam non eſt ſacerdos; nec habitu, quia viſus ab aliquo, non clericus, ſed miles potius putaretur. De vita, ſcientia, et doctrina eſt ei modica, heu! cura. Ordinatio quoque eccleſiae raro fit ſimplici oculo, ut deberet, nec enim commenta fraudis diabolicae deſunt ibi. Nam interdum (ut audivimus) alicui confertur eccleſia hoc pacto, tacite, vel expreſſe, ut aliquid ibi retineat inſtituens vel praeſentans, vel aliquis alius ex ea percipiat aliquam portionem, qui totum erat forſitan habiturus, niſi juris impotentia vel metu perdendi alia beneficia diviſiſſet. Cedit etiam quis aliquando perſonatui, et ab inſtituto inibi recipit poſtmodum vicariam, quod fieri non praeſumitur, ſine fraude. Has etiam diviſiones, et particulares aſſignationes, et mutationes, tanquam arti noſtrae contrarias reprobantes, ne de caetero fiant, penitus prohibemus; firmiter ſtatuentes, ut nunquam deinceps in plures perſonatus vel vicarias una eccleſia dividatur. Et quae diviſae ſunt hactenus, quam citius ſe facultas obtulerit, redintegrentur, niſi forſan haec ſtatuta fuerint ab antiquo; ubi eſt per epiſcopum loci providendum, ut tam reditus, quam eccleſia congruis inter eos portionibus et regionibus dividantur. Provideant etiam dioeceſani, ut ſemper apud eccleſiam reſideat aliquis, qui de animarum cura ſit ſolicitus, ac ſe in celebratione divinorum et collatione ſacramentorum exerceat utiliter, et honeſte.

XIII. *De reſidentia rectoribus facienda.*

De reſidentia vero in eccleſiis a rectoribus facienda, videtur nobis conſulendum, facto potius quam ſtatuto. Extant enim concilia Romanorum pontificum, luce clarius loquentia ſuper eo; propter quod major requiritur executio factorum, quam editio ſanctionum. Idem quoque per omnia dicimus et ſentimus de his, qui plures dignitates, perſonatus, ſeu beneficia, curam animarum habentia, contra conſtitutionem concilii generalis, abſque diſpenſatione ſedis apoſtolicae ſpeciali, praeſumant in ſalutis ſuae diſpendium detinere.

XIV. *De habitu clericorum.*

Quoniam de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, ſed potius militaris, grave ſcandalum laicis generatur; firmiter ſtatuendo praecipimus, ut ad formam tam de veſtibus clericorum, quam de ornamentis equorum in generali concilio editam, per ſubtractionem beneficiorum ab epiſcopis reſtringantur, ita quod in menſura decenti veſtes habeant, et cappis clauſis utantur in ſacris ordinibus conſtituti, maxime in eccleſia, et coram praelatis ſuis, et in conventibus clericorum, et ubique in parochiis ſuis, qui cum animarum cura regendas eccleſias ſuſceperunt. Et ut poſſint epiſcopi alios melius ad honeſtatem veſtium, tonſuram et coronam decentes, et equorum ornamenta idonea coarctare, provideant ut a ſuis clericis commenſalibus hoc prius faciant obſervari, habentes eos in veſtibus talaribus, fraenis, et ſellis, clericalis gerentes habitum honeſtatis.

[m] *Ne de caetero una eccleſia dividatur in plures perſonatus vel vicarias.* Lamb. Hatt. * Pariſ. *praetentionis.*

XV. *De*

XV. *De uxoratis a beneficiis amovendis.* [n]

Innotuit nobis, pluribus referentibus fide dignis, quod multi propriae ſalutis immemores, matrimoniis contractis clandeſtine, retinere, cum uxoribus eccleſias, et eccleſiaſtica beneficia adipiſci de novo, et promoveri ad ſacros ordines contra ſtatuta ſanctorum canonum non formidant: demum proceſſu temporis cum prole ſuſcepta de tali copula expedire videtur, ipſis viventibus vel defunctis per teſtes vel inſtrumenta probare contracta fuiſſe matrimonia inter eos. Verum quia per clericos matrimonio ſeu contubernio intendentes procurari animarum perditio, negligi ſalus earum, et eccleſiaſtica diripi ſubſtantia conſuevit; et ut animarum ſaluti et eccleſiarum commodo conſulatur, huic morbo, qui multum invaluiſſe aſſeritur, ſic duximus occurrendum; ut, ſi repertum fuerit [illegible] taliter contraxiſſe, ab eccleſiis et eccleſiaſticis beneficiis (quibus tam eos quam quoſlibet uxoratos fore decernimus ipſo jure privatos) removeantur omnino. Et ſi quae bona poſt hujuſmodi matrimonium qualitercunque acquiſita fuerint, per ipſos vel ſubmiſſas perſonas de bonis eorum, ea nequaquam filiis vel uxoribus hujuſmodi, ſed eccleſiis, quas tenuerunt, vel in quibus habuerunt beneficia, protinus applicentur. Ipſi quoque filii ad eccleſias et eccleſiaſtica beneficia et eccleſiaſticos ordines, velut inhabiles, nullatenus admittantur, niſi fuerit cum eis, exigentibus eorum meritis, canonice diſpenſatum per Romanum pontificem.

XVI. *De concubinis clericorum removendis.* [o]

Licet ad profugandum a laribus eccleſiae putridum illud turpitudinis libidinoſae contagium, quo decor eccleſiae graviter maculatur, ſtatuerint ſuper hoc eccleſiaſtici rectores ipſum removere; cum tantae improbitatis exiſtit, ut ſemper ſe ingerat impudenter. Nolentes igitur tantam eccleſiae ignominiam conniventibus oculis praeterire incorrectam, ſtatuta Romanorum pontificum, et maxime decretalem Alexandri papae ſuper hoc editam exequentes, ſtatuimus, et ſtatuendo praecipimus, ut niſi clerici et maxime in ſacris ordinibus conſtituti, qui in domibus ſuis vel alienis detinent publice concubinas, eas a ſe prorſus removeant infra menſem, ipſas vel alias de caetero nullatenus detenturi, ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi, ita quod uſquequo ſuper hoc digne ſatisfecerint, de beneficiis eccleſiaſticis ſe nullatenus intromittant; alioquin ipſo jure ipſos decernimus ipſis fore privatos. Volumus quoque et diſtricte praecipimus, ut archiepiſcopi et epiſcopi diligentem faciant ſuper hoc per omnes decanatus fieri inquiſitionem, et quod ſtatuimus obſervari.

XVII. *Ne ſuccedat in eccleſia filius patri.* [p]

Licet adeo deteſtati fuerint ſancti patres, quod beneficia eccleſiaſtica poſſint jure haereditario poſſideri, ut in eis etiam ſit interdicta ſucceſſio ſobolis bene natae; quidam tamen de nefario coitu procreati, pede impudentiae juris et honeſtatis auctoritatem calcantes, etiam in beneficia hujuſmodi, quae patres eorum nullo medio tenuerunt, irrumpere atque auſu temerario detinere non formidant. Hoc igitur nos, qui ad relevandum honeſtatis eccleſiaſticae ſtatum ad partes iſtas venimus, attendentes, ſtatuendo diſtrictius prohibemus, et prohibendo ſtatuimus, ut eccleſiarum praelati aliquos tales in beneficiis hujuſmodi, quae patres eorum quocunque titulo tenuerunt, in totum vel in partem quocunque colore vel fraude inſtituere vel utcunque admittere immediate de caetero non praeſumant. Illos vero, qui jam illicite beneficia hujuſmodi ſunt adepti, eis praeſenti ſtatuto decrevimus fore privatos.

XVIII. *De [illegible].* [q]

Contra latronum flagitia, quibus nimis abundat regio Anglicana, quod nequaquam eſſet, ut accepimus, niſi majores eos defenderent et tenerent, ſic duximus ſtatuendum, ut nemo eos protegat vel defendat ſeu teneat in domibus, vel in villis, quos ſciverint, vel manifeſtum fuerit latrocinium exercere. Eos autem, qui contra hoc fecerint, ſi tertio commoniti per eccleſiaſticum judicem ordinarium, ipſos a ſe non abjecerint, excommunicationi eccleſiaſticae ſubjugamus. Monitionem autem volumus et ſtatuimus ſufficere generalem, etiamſi fiat, alicujus nomine non expreſſo; dummodo ita publice ac ſolenniter fiat, quod ad eorum notitiam valeat pervenire.

XIX. *Ut monachi ab eſu carnium abſtineant* [r].

Audivimus et laetati ſumus, quod religioſi viri abbates ordinis ſancti Benedicti per Angliam conſtituti, convenientes nuper in ſuo capitulo generali (tanquam filii juxta ſermonem propheticum ad ſuos terminos revertentes) provide ſtatuerunt, ut de caetero ſecundum ſancti Benedicti regulam, ab eſu carnium debeant abſtinere, exceptis debilibus et infirmis, quibus debet ſecundum ejuſdem regulae continentiam in infirmitorio provideri. Quod utique approbantes, ſtatuimus inviolabiliter obſervari. Adjicimus quoque, quod poſtquam novitii, anno probationis finito, geſtaverint habitum monachalem, ad profeſſionem faciendam juxta decretalem felicis memoriae Honorii papae diſtrictione canonica per abbatem protinus compellantur. Nullus autem, qui profeſſionem non fecerit, in abbatem vel priorem aliquatenus admittatur. Hoc autem et quod de profeſſione, finito probationis tempore, facienda diximus, ad canonicos regulares, et moniales duximus prorogandum. Super aliis vero, quae ad correctionem ac reformationem tam eorum quam aliorum regularium noverimus pertinere, providere intendimus; et quae eccleſiis eorum ſunt utilia, ipſiſque ſalubria fuerint, concedente Domino, ſtatuemus et mandabimus ſtatuta per eorum capitula firmiter obſervari.

[n] C[illegible] matrimonia [illegible]. Spelm. [o] D[illegible]. Spelm. [p] D[illegible] Har[illegible] [illegible]. [q] Contra latronum protectores. Spelm. [r] N[illegible] monachi [illegible] [illegible].

5

XX. *De archidiaconis.* [s]

De archidiaconis quoque ſtatuimus, ut eccleſias utiliter et fideliter viſitent, de ſacris vaſis, et veſtibus, et qualiter diurnis et nocturnis officiis eccleſiae ſerviatur; et generaliter de temporalibus et ſpiritualibus inquirendo, et quae corrigenda invenerint, corrigant diligenter. Eccleſias autem ſuperfluis non gravent expenſis, ſed procurationes exigant duntaxat, cum viſitant, moderatas; non ſecum ducant extraneos, ſed modeſte ſe habeant tam in familia quam in equis. Cum autem viſitent, aut corrigant, ſeu crimina puniant, aliquid ab aliquo recipere non praeſumant, nec ſententiis aliquos involvant injuſte, quod ab eis pecuniam poſſint extorquere. Cum enim haec et talia ſimoniacam ſapiant pravitatem, decernimus, ut, qui talia agere praeſumpſerint, ſic extorta in duplum erogare in pios uſus, arbitrio epiſcopi, compellantur, alia nihilominus ſalva poena canonica contra eos. Sint autem ſoliciti frequenter intereſſe capitulis per ſingulos decanatus, in quibus diligenter inſtruant inter alia ſacerdotes, ut bene ſciant, et ſane intelligant verba canonis et baptiſmatis, quae ſcilicet ſunt de ſubſtantia ſacramenti.

XXI. *De pace et concordia reformanda.* [t]

Caeterum duximus diſtrictius inhibendum, ne eccleſiarum praelati, et maxime archidiaconi, et decani, vel officiales eorum, vel quicunque alii ad univerſitatem cauſarum, vel aliqua negotia, ratione juriſdictionis eccleſiaſticae vel officii ſpiritualis eccleſiae forum contingentia, delegati, quin de diſcordiis et querelis fiat pax vel concordia inter partes, praeſumant aliquatenus impedire; ſed quandocunque partes voluerint, a judicio per compoſitionem recedant, dummodo ſit tale negotium, ſuper quo poſſit jure tranſigi vel componi; nec propter hoc aliquid ab eiſdem exigatur.

XXII. *De officio archiepiſcoporum et epiſcoporum.* [u]

Quid ad venerabiles patres archiepiſcopos et epiſcopos incumbat ex officio faciendum, nomen dignitatis eorum (quod eſt epiſcopus, id eſt, ſuperintendens) exprimit evidenter. Intendere quippe proprie habent, et ſupra gregem ſuum, juxta verbum evangelicum, noctis vigilias cuſtodire. Cum igitur eſſe debeant forma gregis, ad quam ſe debent ſubditi reformare, quod nequit fieri, niſi ſe omnibus exhibeant in exemplar; exhortamur eos in Domino, et monemus, ut moram facientes apud cathedrales eccleſias, congruenter ibidem miſſas celebrent in praecipuis ſaltem ſolennitatibus, et in diebus dominicis, et in Quadrageſima, et in Adventu. Circumeant praeterea dioeceſes ſuas temporibus opportunis corrigendo, et reformando, vel conſecrando eccleſias, et verbum vitae in agro dominico ſeminando. Ad quae omnia melius exequenda, profeſſionem, quam in ſua conſecratione fecerunt, ſaltem bis in anno, in adventu Domini ſcilicet, et in majori Quadrageſima, faciant ſibi legi.

XXIII. *Ne cauſae matrimoniales judicibus imperitis committantur.* [w]

Cum non ſolum poteſtas, ſed etiam diſcretio, et ſcientia in diffiniendis negotiis potiſſimum requiratur, ſolerter eſt ab omnibus praecavendum, ne talis judex vel cognitor deputetur, per cujus ſimplicitatem, imperitiam, vel ruditatem inutilis feratur ſententia, vel injuſta, et abſolvatur nocens, et innocens condemnetur. Propterea duximus ſtatuendum, quod matrimoniales cauſae, quae inter caeteras cum maturitate magna et diligentia ſunt tractandae, viris providis, et fide dignis, et habentibus juris peritiam, vel ſaltem competens exercitium cauſarum committantur. Si qui vero decani, archidiaconi, vel abbates habent ex privilegio, vel conſuetudine approbata, quod de matrimonialibus cauſis cognoſcant, diligenter eas ordinare procurent. Praecipimus tamen et praeſenti ſtatuto firmamus, quod tam ipſi quam delegati ipſorum ad diffinitivam ſententiam non procedant, niſi habita prius deliberatione de cauſae meritis cum dioeceſano epiſcopo diligenti, ipſiuſque requiſito conſilio et obtento; ad quod tamen exemptos teneri volumus, niſi ſint ſpeciali privilegio communiti.

XXIV. *De juramento calumniae.* [x]

Jusjurandum calumniae in cauſis eccleſiaſticis et civilibus de veritate dicenda in ſpiritualibus, quo, ut veritas facilius aperiatur, et cauſae celerius terminentur, ſtatuimus praeſtari de caetero in regno Angliae ſecundum canonicas et legitimas ſanctiones, obtenta conſuetudine in contrarium non obſtante. Huic ſtatuto utiliter annectentes, ut judiciales induciae judicis dentur arbitrio, juxta legitimas et canonicas ſanctiones.

XXV. *De officio procuratorum.* [y]

Uſum procuratorum in obſequium juſtitiae introductum, ut qui cauſae ſuae intendere non poteſt, per alium ejus abſentia relevetur, convertit antiqui hoſtis invidia frequenter in abuſum. Ex conſuetudine namque (ut dicitur) hic habetur, ut citatus ad diem certum, procuratorem tantum conſtituat, ad eundem abſque literis vel per literas ſigillo auctentico non ſignatas; unde fit, quod dum talis procurator vel probare mandatum, vel fidem literis imponere non vult per teſtes, aut aliud impedimentum occurrit, nihil agitur illa die; ſed nec expirante officio procuratoris in ſequenti, ſicque perit illa inſtantia ſine fructu. Huic igitur fallaci cautelae clypeum opponere cupientes, ſtatuimus, ut de caetero in cauſis eccleſiaſticis regni Angliae procurator

[s] *De officio archidiaconi et qualiter debeat procurari.* Reg. *Officium archidiaconorum.* Spelm. [t] *De concordia reformanda et pace ſine impedimento.* Lamb. *Ne praelati litigantes impediant, quo minus inter ſe componant.* Hatt. *Ne quid exigatur pro pace reformanda.* Spelm. [u] *Ut epiſcopi bis in anno in eccleſiis cathedralibus reſideant.* Reg. et Hatt. *Officium epiſcoporum.* Spelm. [w] *Ne ſine conſenſu epiſcopi cauſae matrimoniales decidantur exceptis privilegiis.* Hatt. *Contra judices imperitos.* Spelm. [x] Titulo huic Lamb. addit *et veritate dicenda.* Reg. *praeſtando.* *Jusjurandum calumniae.* Spelm. [y] *De procuratoribus.* Reg. *Qualiter debet inſtitui procurator.* Hatt. *De procuratoribus conſtituendis.* Spelm.

rator

rator conſtituatur ſimpliciter, vel, ſi conſtituatur, ad diem non unum tantum, ſed ad plures continuandos, ſi opus fuerit, conſtitui volumus, et intelligi conſtitutum. Mandatum etiam per ſcripturam probetur auctenticam, niſi apud acta fuerit conſtitutus, aut ſigillum auctenticum de facili nequiverit conſtituens invenire.

XXVI. *De citationibus faciendis.*[z]

Tanto calliditatis ſtudio proſequuntur ſe alterutrum litigantes, ut in ſupplantationem alterius, calcato juſtitiae cultu, alter faciat quicquid poſſit. Denique a multis accepimus, quod citatorias literas impetrantes, eas ad locum, in quo morari dicitur, qui citatur, per tres deſtinant garciones, quas ſuper altare loci ejuſdem eccleſiae, vel ibidem in loco alio duo ponunt, et tertius ſtatim rapit. Ex quo fit ut duobus poſtmodum teſtificantibus, quod illum citaverint, juxta morem et conſuetudinem regionis, excommunicatur vel ſuſpenditur, ut contumax, qui contumaciae prorſus utpote citationis neſcius vel expers erat. Hunc itaque abuſum tam deteſtabilem, et alios ſimiles zelo juſtitiae proſequentes, ſtatuimus, ut per impetrantes vel eorum nuncios in cauſis eccleſiaſticis regni Angliae literae citatoriae de caetero non mittantur, ſed judex, moderatis ſumptibus impetrantis per ſuum fidelem nuncium eas mittat, qui vocandum diligenter perquirat; quem ſi reperire non poterit, die dominico, vel alio ſolenni in eccleſia loci illius, in quo degere conſuevit, dum miſſa cantatur, publice literas legi faciat, et exponi, vel ſaltem ad decanum, in cujus decanatu moratur, qui vocandus exiſtit, citatio dirigatur, qui a judice juſſus hoc fideliter proſequatur per ſe, aut certos ſuos nuncios et fideles, quodque inde fecerit, eidem reſcribere judici non omittat.

XXVII. *Quae literae falſae dicuntur, et poena eorum, qui eis uti praeſumunt.*[a]

Quanto ſcripturarum, quae ſigillo auctentico imprimuntur, eſt uſus magis neceſſarius in partibus Angliae, ubi publici notarii non exiſtunt, tanto diligentius eſt cavendum, ne per aliquorum inſolertiam poſſint protrahi in abuſum. Conficiuntur enim (ut audivimus) literae, ac ſignantur non tantum a minoribus clericis, verum etiam a praelatis, in quibus manifeſte cavetur aliquem contraxiſſe, contractui vel negotio affuiſſe, vel extitiſſe aliquem ad judicium evocatum, vel ſibi literas citatorias praeſentatas, qui tamen nunquam praeſens fuerat, vel inventus, immo forſan in alia provincia vel dioeceſi tunc degebat. Caeterum cum hujuſmodi ſcripturae falſitatis vitium contineant manifeſte, fieri talia vel ſimilia diſtrictius prohibentes, provida deliberatione cenſemus, quod qui fuerint in his deliquiſſe convicti, et qui talibus literis, maxime in alterius praejudicium, praeſumpſerint ac perſeveraverint uti ſcienter, poena falſariis, et falſis inſtrumentis utentibus debita, puniantur.

XXVIII. *De ſigillis auctenticis, et de [illegible] eorum.*[b]

Quoniam tabellionum uſus in regno Angliae non habetur, propter quod magis ad ſigilla auctentica recurrere eſt neceſſe, ut eorum copia facilius habeatur; ſtatuimus, ut ſigillum habeant non ſolum archiepiſcopi et epiſcopi, ſed etiam eorum officiales. Item abbates, priores, decani, archidiaconi, et eorum officiales, et decani rurales, necnon eccleſiarum cathedralium capitula, et caetera quoque collegia, et conventus ſimul cum ſuis rectoribus, aut diviſim, juxta eorum conſuetudinem vel ſtatutum. Pro varietate quoque cujuſlibet praedictorum habeat unuſquiſque ſigillum, puta nomen dignitatis vel officii ſeu collegii, et etiam illorum proprium nomen, qui dignitatis vel officii perpetui gaudent honore, inſculptum notis et characteribus manifeſtis; ſicque ſigillum auctenticum habeatur. Denique illi, qui temporale officium ſuſcipiunt, puta decani rurales, et officiales, ſigillum ſuum, quod tantum nomen officii habeat inſculptum, finito officio, ei, a quo habeant officium, continuo et ſine moleſtia reſignent. Sane de cuſtodia ſigillorum curam haberi diligentem praecipimus, ut ſcilicet unuſquiſque per ſe illud cuſtodiat, vel uni ſoli, de cujus fide confidat, cuſtodiendum committat, qui etiam juret, quod illud fideliter cuſtodiet, nec ad ſigillandum aliquid alicui concedet, nec ipſe etiam aliquid inde ſigillet, ex quo poſſit alicui praejudicium generari; niſi quod dominus ejus prius legerit et viderit diligenter, et ſic praeceperit ſigillari. In facienda vero ſigilli copia fidelis et provida ſit cautela; fidelis, ut indigentibus de facili praebeatur, provida, ut falſis et fraudulentis penitus denegetur. In principio quoque vel ſine cujuſlibet ſcripturae auctenticae ſufficientem datam inſeri ſtatuimus diei, temporis, atque loci.

XXIX. *De miſſo in poſſeſſionem, et de officio advocatorum et judicum.*[c]

Clamorem juſtitiae audivimus conquerentis, quod eam nimis impediunt per cavillationes et verſutias advocati, vel necant plerumque per ignorantiam judices imperiti, et illudunt ei per contumaciam ſaepe partes. Nam contingit aliquando, quod miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſervandae ipſam retinere contendit, licet adverſarius redeat infra annum, et juri per omnia ſatisfacere ſit paratus. Aliquando vero qui in poſſeſſionem miſſus fuerit, nec infra annum, nec poſt, quantumcunque verus conſtituatur poſſeſſor, valet illam poſſeſſionem, reſiſtente cum armis adverſario, adipiſci. In adjutorium itaque juſtitiae aſſurgentes, hujus ſacri approbatione concilii ſtatuimus, ut qui ad advocati officium voluerit generaliter promoveri, apud dioeceſanum, cujus

[z] *Ut literae citatoriae [illegible]* Hu[illegible] *[illegible]* Spelm. [a] *De [illegible]tione literarum.* Lamb. *[illegible]* Spelm. *[illegible]*
[b] *De ſigillis, et eorum [illegible]* Reg. *[illegible] ſigilla auctentica.* Spelm. [c] *N[illegible]* Reg. *[illegible] juramento advocati.* Lamb. *De miſſione in poſſeſſionem cauſa rei ſervandae.* Hu[illegible] *Juramentum [illegible]*

[illegible]ine

origine vel domicilio juriſdictionis extiterit, praebeat juramentum, quod in cauſis, quarum patronus extiterit, patrocinium fidele praeſtabit, non ad auferendam vel differendam alterius partis juſtitiam, ſed ad cauſam clientuli legibus defendendam et rationibus intendendam. Alias autem non admittatur in cauſis quoque matrimonialibus et electionibus, niſi juramentum ſimile velit praeſtare ſingulariter in eiſdem; ſed nec in aliis cauſis coram eccleſiaſtico judice ultra tres terminos abſque juramento admittatur, niſi pro eccleſia ſua, domino vel amico notorio ſeu paupere, vel extraneo, vel perſona miſerabili, duxerit forſan poſtulandum. Caveant autem omnes advocati, ne per ſe vel per alios teſtes ſubornent, vel partes inſtruant falſum proponere, vel ſupprimere veritatem. Qui vero contra fecerint, ipſo facto ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi, quouſque ſuper hoc ſatisfecerint competenter, et alias nihilominus, ſi de his convicti fuerint, poena debita puniantur.

Judices quoque juris ignari, ſi dubium aliquod emerſerit, ex quo poſſit alterutri partium grave praejudicium generari, expenſis utriuſque partis alicujus conſilium advocent ſapientis.

[d] Statuimus inſuper ut, in quantum poterunt, conſtitutionem generalis concilii tam in ordinariis, quam in extraordinariis judiciis obſervantes, acta originalia et auctentica diligenter et fideliter penes ſe cuſtodiant, vel per ſcriptores ſuos faciant cuſtodiri, et partibus inde, ut debuerint, copiam faciant; quibus omnia, poſtquam ſcripta fuerint, praecipimus, et praecipiendo ſtatuimus publicari; ut ſi erratum in ſcribendo fuerit, corrigatur, et veritas poſſit de his, quae acta fuerint, liquide apparere.

[e] Provideant praeterea judices, ut cum aliquem decreverint in poſſeſſionem mittendum, ob contumaciam partis adverſae de reſtituenda poſſeſſione, cum fructibus, ſi quos inde perceperit, deductis expenſis legitimis, ſi adverſarius infra annum redierit ad mandatum eccleſiae, ab eo, qui mittendus fuerit, congruam recipiant cautionem. Illum quoque, qui poſſeſſionem retinere praeſumpſerit violenter, ita quod ob ejus contumaciam alius miſſus fuerit judicialiter, et poſt annum verus poſſeſſor etiam conſtitutus; jure, ſi quod habuerit in eadem re, decernimus omnino ipſum fore privatum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 11.	ST. EDMUND. 4.	1237.	HENRIC. III. 22.

Conſtitutiones quaedam ſynodales, regnante Henrico III. *ut videtur, editae. Per quem vero epiſcopum, quo loco vel tempore nobis pro certo non liquet. Quia autem conſtitutionibus Alexandri de Stavenby, Coventr. et Lichfeld. epiſcopi, annexae ſunt in MS. Cottoniano, eodem anno hic exhibemus.* Ex MS. Cotton. Veſpaſian. E. iii. fol. 138.

Ex concilio.

FIRMITER credimus, et ſimpliciter confitemur, quod unus ſolus verus eſt Deus, aeternus, immenſus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis, et ineffabilis; Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: tres quidem perſonae, ſed una eſt eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura: ſimplex omnino; Pater a nullo, Filius autem a ſolo Patre, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: abſque initio ſemper, et ſine fine. Pater generans; Filius naſcens; Spiritus Sanctus procedens; conſubſtantiales, et coequales; coomnipotentes, et coaeterni, unum univerſorum principium, creator omnium viſibilium et inviſibilium, ſpiritualium et corporalium: qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem et corporalem; angelicam videlicet, et mundanam; ac deinde humanam, quaſi communem ex ſpiritu et corpore conſtitutam.*

De baptiſmo.

Praecipimus autem, quod baptiſmus cum reverentia, et cum magno honore celebretur, et cum magna cautela, maxime in diſtinctione et prolatione verborum, in quibus tota virtus conſiſtit ſacramenti, et ſalus puerorum: ſcilicet, "Ego baptizo te N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti." Ubi nomen baptizandi praeponatur: et ſub eadem forma in lingua, quam melius noverint, doceant frequenter ſacerdotes, laicos baptizare debere pueros in neceſſitate; patrem etiam et matrem pueri ſine praejudicio matrimonii, in ſumma neceſſitate.

Commoneant etiam ſacerdotes mulieres praegnantes parochiae ſuae, ut cum tempus partus ſui inſtare intelligunt, ſibi proſpiciant, et aquam promptam habeant; et propter imminens periculum loquantur de confeſſione cum ſacerdote, ne ſubito praeoccupatae, non poſſint, cum voluerint, habere copiam ſacerdotis.

Foeminae etiam moneantur, ut pueros ſuos caute alant; et juxta ſe de nocte non collocent teneros, ne opprimantur; et cum eis ad baptiſmum feſtinent, et ad confirmationem. Similiter et mariti earum moneantur.

Si mulier mortua fuerit in partu, et de hoc bene conſtiterit, ſcindatur, ſi infans credatur vivere; ore tamen mulieris aperto, et extrahatur puer ut baptizetur.

Moneantur etiam, ne ſolos in domo ubi ignis fuerit, vel ſolos juxta aquam relinquant pueros ſuos ſine cuſtode: et hoc eis ſaepe dicatur.

Item ſacerdos interroget laicum, qui in neceſſitate baptizat puerum; quid dixerit, et quid fecerit. Quodſi invenerit laicum diſcrete, et modo de-

[d] Tit. *De actis ſcribendis.* Spelm. [e] *De cautione praeſtanda.* Spelm. * Ex conc. Later. ſub Innoc. III. An. 1215

bito

bito baptizaſſe, et formam verborum in ſua lingua integre protuliſſe, approbet factum; ſin autem, baptizet puerum.

Ad elevandum puerum de ſacro fonte tres ad plus recipiantur; videlicet ad marem duo mares, et una foemina; ad foeminam vero duae foeminae, et unus mas.

Item, ſi in neceſſitate puer baptizatur a laico, ſequentia immerſionem, non praecedentia, per ſacerdotem expleantur; et aqua, in qua domi baptizatus fuerat puer, propter reverentiam baptiſmi, vel infundatur in ignem, vel in baptiſterium ad eccleſiam deferatur, et vas illud comburatur, vel ad uſus eccleſiae deputetur.

Item, de baptiſmate, vel confirmatione ſi dubitetur, ſine trepidatione conferatur. Quia non dicitur iteratum, quod neſcitur fuiſſe collatum. Ideoque baptizentur expoſiti, de quorum baptiſmo dubitatur probabiliter; ſive inveniantur cum ſale, ſive ſine ſale.

Nullus quoque diaconus, vel inferior clericus baptizet, vel pueros inungat; ſed ſoli ſacerdotes, quibus illud competit ex officio, niſi in ſumma neceſſitate, ſicut quando ſacerdos abſens eſt, vel etiam praeſens, et non poſſit intereſſe, vel ſtulte non vult, et imminet mors puero vel aegroto.

Item praecipimus, ut panni chriſmales, quibus noviter baptizati induuntur, ad eccleſiam deportentur, nec ad omnes uſus per aliquem aſſumantur propter reverentiam ſacramenti; ſed in uſus eccleſiae, prout neceſſitas exegerit, reſerventur.

Item praecipimus, ut fontes in quibus pueri baptizantur, lapidei ſint, vel alias honeſti et integri; ita quod non ſint alicui contemptui vel horrori, ſed magis honor et reverentia et veneratio ab univerſis exhibeatur eiſdem. Aqua vero ubi baptizatus fuerit puer, ultra octo dies non ſervetur.

De confirmatione.

Sacerdotes ſaepe dicant laicis, ne expectent adventum epiſcopi ad confirmandum; ſed adducant pueros ad eum, ubi eum adeſſe audierint prope, quam citius potuerint; et ut faſcias ſive ligaturas ſufficientes, ſcilicet longas et latas ſecum deferant. Quod ſi adultus fuerit confirmandus; monendus eſt per ſacerdotem loci, ut confiteatur prius, et poſtea accedat ad confirmationem.

Item, nullus teneatur ad confirmationem a patre vel matre, vitrico, vel noverca; et haec prohibitio ſaepius publicetur in eccleſia per ſacerdotes.

Caveant ſibi diligenter parentes, ne parvulos ſuos iterato proferant confirmandos, cum et ipſi parvuli per illud ſacramentum † iteratum efficiantur irregulares, ſi maſculi fuerint: et ipſi parentes ex tali negligentia, ſecundum canones, gravi ſubjaceant ultioni.

Sciant quoque tam parentes, quam illi, qui eorum pueros tenent ad confirmandum, et ipſi confirmati, quod ſpirituale vinculum in hoc ſacramento contrahitur, ut in baptiſmo.

Parvuli confirmati, tertio die poſt confirmationem, deportentur ad eccleſiam, et frontes eorum, per manus ſacerdotum in baptiſterio, propter reverentiam chriſmatis, ablutiones, et ligaturae ipſorum tunc ſimiliter in igne concrementur.

Sequitur de ſacramento altaris.

Adhaec, quia cum magna reverentia, devotione, et munditia tractanda ſunt eccleſiaſtica ſacramenta, et maxime ſacramentum redemptionis noſtrae, ſcilicet corporis et ſanguinis Domini, ſtatuimus, ut presbyteri circa ea, quae ad ſubſtantiam ſacramenti corporis et ſanguinis Domini pertinent, ſint diligentes et intenti; proviſuri quod euchariſtia in pixide munda obſervetur; nec ultra ſeptem dies ſerventur hoſtiae conſecratae, ſed ſeptimana qualibet in die dominica innoventur. Ita quod poſt perceptionem conſecratae, recenter hoſtiae, ante aſſumptionem ſanguinis Domini, a celebrante miſſam reſervatae hoſtiae ſumantur; nec in celebratione miſſae hoſtiam conſecratam, pacem daturus, ori ſuo ſacerdos apponat, quia ante perceptionem eam ore ſuo tangere non debet. Si vero, ſicut quidam faciunt, de patena eam ſumat, vel ſuper patenam eam confringat aut deponat; poſt celebrationem miſſae tam patenam, quam calicem faciat aqua perfundi, vel ſolum calicem, ſi aliter faciat: habeatque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum, alio panno undique circumdatum, et honeſte atque decenter coopertum; quo, poſt ſuſceptionem ſacramenti ſalutaris, digitos cum labiis tergat ablutos. Si vero ſacerdos neceſſe habeat aliquando bis in una die celebrare, quod non fiat, niſi in die Nativitatis, Reſurrectionis dominicae, vel quando aliquod corpus in eccleſia * fuerit tumulandum, vel aliqua evidens neceſſitas urgeat, poſt primam celebrationem, et ſanguinis ſuſceptionem, nihil infundatur calici, quod a ſacerdote ſumatur celebrante; ſed tantum poſt celebrationem ſubſequentem. Poſt primam vero celebrationem diligentiſſime abſorbeantur ſtillae de calice, et quod fuerit digitis ſuperfuſum, reſervetur in vaſe mundo ad hoc ſpecialiter deputato; et poſt ſecundae miſſae celebrationem ſumatur, niſi forte in prima celebratione aſſit diaconus vel alius miniſter honeſtus, qui loturam illam ſumere poſſit abſque conſcientiae ſuae laeſione.

In ſacramento autem ſanguinis dominici major pars vini, et modicum aquae ponatur. His adjicimus, ut cum ad aegrum fuerit euchariſtia deferenda, habeat ſacerdos aliam pixidem mundam et honeſtam, in qua ſit linea burſa munda, et in ea dominicum corpus deferat ad aegrotos, linteamine mundo ſuperpoſito, et lucerna praecedente, niſi aeger valde remotus fuerit, vel temporis inaequalitas impediat, et cruce ſimiliter, ſi fieri poteſt, niſi crux forte fuerit apud aegrum: praecedente quoque tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur devotio audientium. Habeat quoque ſacerdos vaſa argentea, vel vas ſtanneum ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ſecum ad aegrum vadens deferat, ut in eo

† *iteratum* deeſt in MS.

* *fuerit* deeſt in MS.

aegro valeat dare poſt ſumptam ab eo euchariſtiam, ſuorum loturam digitorum. Habeat quoque ſacerdos ſemper ſecum ſtolam, id eſt orarium, quando cum euchariſtia, ſicut diximus, vadit ad aegrum. Et ſi aeger remotus non fuerit, in ſuperpellicio ad ipſum decenter accedat.

Quando vero mulieres, poſt puerperium venerint ad purificationem, ſacerdotes dent eis tantummodo panem benedictum, et corpus Domini nullo modo, niſi expreſſe petant et prius confeſſae fuerint.

Ad haec praecipimus, ut quaelibet eccleſia habeat calicem argenteum, cum aliis vaſis decentibus et honeſtis. Sindonem mundam et candidam, amplitudinis congruentis. Linteamina et alia ornamenta, quae ad altaris officium ſpectant honeſta. Libros ad pſallendum et legendum idoneos, et ſacerdotalia veſtimenta ſufficientia pariter et honeſta. Et qui miniſtraverint ſacerdoti in altari, ſuperpelliciis induantur. Et omnes habeant canonem miſſae ſecundum conſuetudinem eccleſiae noſtrae correctum; et ut verba canonis in miſſa rotunde dicantur et diſtincte; ſimiliter et omnes horae, et omnia officia aperte et diſtincte dicantur; ita quod, ex feſtinatione non praecidantur, vel ſyncopentur. Quod ſi obſervatum non fuerit; ſacerdotes hoc non obſervantes, uſque ad condignam ſatisfactionem puniantur. Ex concilio.

Relinqui volumus. Statuimus.

Sicut in concilio continetur Lateranen. praed. cap. 19, 20.

Ad haec prohibemus, ne calices eccleſiarum, ſeu veſtes, vel libri altaris, aut libri eccleſiaſtici, vel etiam tenementa eccleſiaſtica vendantur vel pignori obligentur, aut aliquo modo alienentur ab eccleſiis, niſi in caſibus conceſſis, et de licentia noſtra, forma canonica obſervata. Si vero ſecus actum fuerit, irritetur.

Nec laici eccleſias, vel quaſcunque decimas ad firmam aliquatenus teneant.

Prohibemus etiam diſtrictius, ne ſacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad divinorum celebrationem deſerviendo eccleſiis admittantur, niſi de licentia noſtra.

Moneantur autem rectores eccleſiarum, ne capellanos ſuos annuales, ſine rationabili cauſa ſtudeant amovere.

Similiter prohibemus, ne excommunicatum aliquem vel interdictum, vel alienum parochianum laicum, in praejudicium proprii ſacerdotis, vel ad confeſſionem, vel ad communionem euchariſtiae, vel ad ſepulturam ſcienter aliquis ſacerdos admittat, et praecipue in ſolennitate paſchali. Quod ſi ab aliquo de caetero fuerit attentatum, ad damna reſarcienda illius eccleſiae, cui injuriatum eſt, compellatur: alias etiam a nobis puniendus. Ex concilio.

Cum ſit ars artium, etc. Sicut in concilio Later. praedict. cap. 27.

De miniſtris eccleſiae.

Praecipimus itaque, quod ſacerdotes, qui ſe noverint filios ſervorum, et praeter conſcientiam dominorum ſuorum ordinatos, vel non de legitimo matrimonio natos, et abſque diſpenſatione epiſcoporum ſuorum promotos; vel qui fuerint advocati in cauſa ſanguinis, vel executores *ſervorum aliquando in publicis adminiſtrationibus, vel homicidium perpetraverint, vel bigami fuerint, vel alias corruptarum mariti; vel qui excommunicati ordines ſuſceperint, vel excommunicati, ſive ſuſpenſi celebrare praeſumpſerint, vel ſortilegium exercuerint, maxime daemonibus immolando, non exequantur ſacerdotis officium, donec noſtrum ſuper hoc ab eis fuerit conſilium requiſitum.

Idem etiam dicimus de his, qui ſimoniace, vel furtive, vel per ſaltum, vel extra legitima tempora ordines ſuſceperint.

Idem quoque dicimus de illis, qui interventores fuerint ſimoniacarum pactionum, et ſunt ordinati et nihilominus labe illa infecti, ordines ſuſceperunt.

De aliis vero, qui in ſuſceptione ordinum non peccaverint, praecipiendo ſtatuimus, ut ſacerdotes et clerici beneficiati, vel in ſacris ordinibus conſtituti, ſive beneficiati ſive non, qui a vitio luxuriae debent eſſe alieni penitus, omnem libidinem fugiant, et continenter et honeſte vivant, prout ad ſacrum miniſterium eorum noſcitur rite pertinere. Nec in domibus propriis, vel alienis publice concubinas, unde ſcandalum oriatur, tenere praeſumant; ſed eas a ſe prorſus expellant; et longius faciant amoveri, niſi velint ſimul officio et beneficiis ſuis contra hoc agendo privari.

Moneantur concubinae eorum, ut recedant ab ipſis, quae niſi commonitae recedant ab eiſdem, poſt trinam admonitionem, quoniam infamant eccleſiam, ab eccleſia expellantur, et excommunicentur; nec ad eccleſiaſtica ſacramenta admittantur, ſed ab actibus legitimis repellantur ut infames.

Quia etiam continentiam ſervare volentibus, non eſt tutum habitare cum foeminis; prohibemus, ne ſacerdotes, vel clerici beneficiati habeant famulas in domibus ſuis, de quibus poſſit aut debeat merito ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

Cum autem ſacerdos peccaverit, peccare facit populum Domini; et ideo debet ab omni fornicatione et immunditia ſe continere, maxime autem a filia ſua poenitentiali ſe contineat; ſciens, quod in deteſtatione illius peccati dicitur in canone; ſic peccare, poenitentialem ſuam cognoſcentem, ſicut cognoſcentem a ſe baptizatam, vel in baptiſmo ſuſceptam; pro quo peccato ſecundum canones, 15. annorum debetur poenitentia, et poſtea detruſio in monaſterium.

Si ſacerdotes aut clerici ad convivia fuerint ab honeſtis perſonis invitati; ibi, ſicut ubique, ſobrie, modeſte, et honeſte ſe habeant; et poſt prandium ſobrie et honeſte recedant, et cito. Et ſi in eiſdem, in quibus intererunt conviviis, inhoneſta vel turpia narrentur, vel cantentur; ſi non poſſunt prohibere, ſaltem ita ſe gerant, ne videantur aurem vel animum talibus adhibere. Volentes quoque ab eiſdem peſtem ava-

* *ſaevorum* MS.

ritiae

ritiae extirpare, prohibemus, ne turpia lucra ſectentur, et ne aliquam negotiationis ſpeciem inhoneſte audeant exercere.

Nullus quoque eorum ſecularem adminiſtrationem exerceat, ex qua eum oporteat laicae perſonae actus ſui reddere rationem. Nec advocati ſint ſacerdotes, vel clerici, vel canonici in foro ſeculari; niſi vel cauſas proprias, vel cauſas miſerabilium proſequantur perſonarum. Sint etiam ſecundum facultates, et reditus ſuos, hoſpitales, et erga pauperes non avari.

Prohibemus inſuper, ne ſacerdotes de caetero utantur cappis manicatis, ſed omnes habeant cappas clauſas et honeſtas, et tonſuram canonicam. Ex concilio.

Irrefragabili. Quia nonnullis. Ut clericorum. A crapula. Clerici officia. Sententiam ſanguinis. Cum infirmitas corporal. De multa providentia. In quibuſdam provinciis.

Sicut in concilio continetur Lateran. praedict. cap. 7, 11, 14, 15, 16, 18, 22, 29, 45.

Sequitur de poenitentia.

Sanctorum patrum ſtatuta ſequentes, praecipimus, ut ſacerdotes in poenitentia danda diligenter attendant qualitatem perſonae, quantitatem delicti, tempus, locum, cauſam, moram in peccato factam, devotionem animi poenitentis, et ut poenitentia talis injungatur uxori, unde non reddatur marito ſuo ſuſpecta de aliquo occulto crimine et enormi, ſed aliter condignam injungat poenitentiam.

Idem de marito obſervetur.

Non injungatur autem laicis in poenitentia, quod miſſas celebrare faciant pro ſuorum remiſſione peccatorum.

Confeſſiones autem mulierum audiantur in Quadrageſima, extra velum, in aperto ſemper, quantum ad viſum hominum, non quantum ad auditum. Moneantur etiam laici ſtatim in principio Quadrageſimae, vel pluries in anno, ut cito poſt lapſum confiteantur. In confeſſionibus vero, nec nimis perſpicaciter ſcrutentur plebem ſuam ſacerdotes; nec nimis facile aut negligenter pertranſeant.

Item in confeſſionibus et praedicationibus ſaepius laicis inculcetur, et praecipue in majoribus ſolennitatibus, quod omnis commixtio maris et foeminae, niſi per matrimonium excuſetur, mortale eſt peccatum. Et ſi in denunciatione hujuſmodi ſalubris doctrinae ſacerdos negligens inventus fuerit, tanquam fornicator, vel conſentiens fornicationibus canonice puniatur.

Item in confeſſione habeat ſacerdos humilem vultum, et oculos ad terram demiſſos, ne faciem reſpiciat confitentis, et maxime mulieris; et patienter audiat quicquid dixerit, et in ſpiritu lenitatis eum ſupportet; et ei pro poſſe ſuo perſuadeat pluribus modis, quod integre confiteatur: aliter enim vera non eſt confeſſio. Peccata inquirat uſitata ſingillatim; inuſitata autem, non niſi a longe, et per circumſtantias; ſic ut expertis detur materia confitendi; et inexpertis non detur occaſio delinquendi. In furto, rapina, uſura, et maxime decimarum diminutione, ſeu ſubtractione alicujus eccleſiaſtici juris ſacerdos diligenter ſibi caveat, ne poenitentias aliquas injungat, niſi cum ſatisfactione et reſtitutione facienda injuriam paſſis, cum non remittatur hujuſmodi peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

Item in majoribus criminibus, et atrocioribus et dubiis ſacerdos conſulat nos, ſicut decet; vel ipſos, qui vices noſtras gerunt, providos et diſcretos, quorum conſilio certificatus, ſciat quos et qualiter ligare poſſit et ſolvere. Et ne, quod abſit, poenitens in deſperatione mittatur, moneat illum diligenter, ut interim quicquid boni facere poterit, faciat, ut Deus cor ſuum illuſtret ad poenitentiam. Et hoc idem de eo faciat, qui peccatum confitetur, et tamen ab eo non vult abſtinere, quo caſu munus abſolutionis eidem non poterit impendi, nec poenitentia injungi, cum venia non legatur conceſſa, niſi ſe corrigenti. Sunt autem majora crimina, homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtus, ſtupra virginum et monialium; injectiones manuum in parentes, in clericos; vota fracta, et hujuſmodi. Sunt autem alia, in quibus nullus, niſi ſolus papa, vel ejus legatus poteſtatem habet diſpenſandi; videlicet injectio manuum in clericos, vel quoſcunque religioſos; incendia eccleſiarum; ſimonia: nihilominus talium rei mittendi ſunt ad nos, vel ad poenitentiarium noſtrum. Semper etiam, qui mittuntur, deferant ſecum literas, continentes genus peccati, et circumſtantias ſufficienter; vel ipſe ſacerdos cum eis perſonaliter veniat; alioquin non recipiantur.

Item caveant ſibi ſacerdotes, ut cum a poenitente peccata inquirunt, nomina perſonarum, cum quibus peccaverunt, non inquirant, ſed circumſtantias tantum et qualitatem peccati; cum ſcriptum ſit, "Deus vitam meam," non alienam, "annunciavi tibi."

Nullus etiam ſacerdos, poſt lapſum, antequam ſacerdoti poenitens confiteatur, ad altare praeſumere audeat accedere celebraturus, ſi copiam habeat ſacerdotis.

In quolibet autem capitulo duo ſint ſacerdotes confeſſores, quibus a nobis conſtitutis ejuſdem capituli ſacerdotes ſua poſſint peccata confiteri. Si quae vero dubia fuerint, quae per eos expediri nequeant; vel ſi qui de ſacerdotibus eis ob aliquam cauſam noluerint peccata ſua confiteri, ad principales poenitentiarios noſtros recurratur; ſi vero neutri eorum ſuum noluerint revelare peccatum, ad nos veniat, ut vel nobis confiteatur, vel ſibi a nobis alius aſſignetur, cui velit et valeat confiteri. Ex concilio. Omnis utriuſque. Si poſt ſuſceptorem.

De extrema unctione.

Cum magna reverentia deferatur oleum ad infirmos, et ipſos inungant ſacerdotes cum magna devotione et orationum celebritate, quae ad hoc ſunt ordinatae.

Ad ſacramentum extremae unctionis moneant ſaepe populum Domini ſacerdotes; ſcilicet omnes a quatuordecim annis, et ſupra; et ad omnes, tam pauperes quam divites, communiter ſe paratos exhibeant, cum neceſſe fuerit.

Item

Item doceant ſacerdotes frequenter populum, hoc ſacramentum licite poſſe iterari; videlicet in qualibet periculoſa infirmitate, ubi metus eſt mortis. Et cum quis poſt ſuſceptum convaluerit ab infirmitate, licite poſſe reverti ad opus conjugale.

Sequitur de matrimonio.

Cum in cauſis matrimonialibus cum majori diſcretione et cautela ſit procedendum, ſtatuimus, ut nulla cauſa matrimonialis, ubi agitur divortium, terminetur, niſi per nos vel gerentem vices noſtras; nec aliqua hujuſmodi cauſa, ſive agatur de divortio ſive non, examinetur per decanos rurales, ſed cum magna diligentia per archidiaconos vel eorum officiales providos et diſcretos.

Ad haec prohibemus, ne matrimonium contrahat quis cum conſanguinea olim uxoris ſuae. Similiter nec uxor cum aliquo conſanguineo quondam mariti ſui. Nec ſuſceptus in baptiſmo contrahat cum filia baptizantis, vel ſuſcipientis, ante vel poſt genita. Nec contrahatur matrimonium inter perſonas incognitas, nec ſine trina denunciatione in eccleſia publicata. Nec clandeſtina contrahantur matrimonia; ſed publice et in facie eccleſiae, praeſente ſacerdote. Si vero ſecus actum fuerit, factum non admittatur in eccleſia, niſi de ſpeciali auctoritate noſtra. Sacerdos autem, qui contra hujus ſtatuti noſtri formam aliquos matrimonio copulaverit, ab omni officio ſuſpendatur, nec relaxetur, niſi de ſpeciali mandato noſtro. Nec fides de aliqua deſponſanda detur, niſi praeſente ſacerdote. Quod ſi aliter factum fuerit, decernimus contractum non tenere, et perſonae legitime punientur.

Prohibeat autem quilibet ſacerdos publice omnibus de parochia ſua, ne clanculo fidem praeſtent de matrimonio contrahendo, ſed publice coram teſtibus idoneis, ut fidem praeſtitam, ſi neceſſe fuerit, valeant comprobare. Proponatque eis praemonendo, quod ſibi praecaveant, quia ſi talem fidem carnalis copula ſubſequatur, eccleſia hoc pro matrimonio habebit, et faciet tanquam matrimonium obſervari.

Item doceant ſacerdotes frequenter populum, et prohibeant ſub anathemate, ne alteruter conjugatorum tranſeat ad religionem, nec recipiatur, niſi per nos aut per licentiam noſtram.

Item moneant mulieres conjugatas, ne faciant vota, niſi cum magna deliberatione, et cum conſenſu virorum ſuorum, et de conſilio proprii ſacerdotis. Ex concilio Later.

Non debet. Cum inhibitio. Licet ex quadam. cap. 50, 51, 52.

De ſtatu monachorum et regularium.

Nec viris aut mulieribus religionem profeſſis, abſque ſuperioris licentia liceat egredi ſepta domus, nec ſine certa et honeſta cauſa egrediendi licentia concedatur; ita tamen quod nulli clauſtralium cauſa orationis, aut viſitandi parentes, exitus pateat, niſi fuerit talis, qui petit exire, de quo nihil ſiniſtri debeat quis ſuſpicari. Quoties tamen exeundi cauſa licentia cuiquam indulgetur, ſocius ei deputetur, et certus dies, in quo redeat, praefigatur, in quo ſi redire poterit, et extra monaſterii ſepta non pernoctet.

Item in civitatibus, burgis, ſeu villis, ubi eccleſia conventualis eſt, maxime ſui ordinis, non hoſpitetur niſi penes religioſos. Et ſi domus ei et vecturis ſuis non ſufficiat, ipſe nihilominus, ſi fieri poſſit, de nocte dormiat infra ſepta illius monaſterii.

Ad haec, quia aliqui, ut audivimus, ſalutis ſuae immemores, abjecto Dei timore, de ordine ſuo egredi, ſine licentia ſuorum praelatorum, et in ſeculo ſeculariter converſari, abjecto religionis habitu, non verentur; praecipimus archidiacono et decanis, quod monitione praemiſſa competenti, tales ad clauſtrum per cenſuram eccleſiae redire compellant. Quodſi nec ſic ad reaſſumendum habitum religionis induci poſſint, jubemus eos comprehendi, et nobis praeſentari, et ad agendam poenitentiam, in carcerem retrudendos.

Item viri religioſi eccleſias illas, maxime in quibus jus ſibi patronatus vendicant, ad firmam a clericis ſuis non recipiant ſine licentia noſtra, nec aliquam negotiationis ſpeciem inhoneſtam audeant exercere: clerici autem eccleſiis ſic talibus dimittentes, graviter punientur.

Item monachis et canonicis regularibus, necnon et monialibus tam veſtimenta quam coopertoria interdicimus colorata, niſi fuerint nigro tincta. Et cum equitant, decentibus ſellis utantur, ac fraenis ac ſuperſelliis. Moniales autem veſtibus caudatis et criſpatis, aut proprii corporis longitudinem excedentibus, non utantur, nec pellibus delicatis aut coloratis; nec in velo acus argenteas audeant deportare.

Item, cum in generali concilio nuper eſſet ſtatutum, quod quilibet regularis in eccleſiis, quae ad ipſos pleno jure non pertinent, preſbyteros inſtituendos eis repraeſentent; praecipimus etiam, ut infra inſtans feſtum ſancti N. ad tardius, ſecundum ſtatuta ipſius concilii preſbyteros idoneos nobis repraeſentent ad vicarias in eiſdem competentes.

Similiter fiat in eccleſiis praebendalibus, ſi ii, qui tenent, poenam concilii voluerint evitare. Quod ſi non fecerint, prout juſtum fuerit, tanquam de beneficiis vacantibus, officium noſtrum in hujuſmodi exequemur.

Ex concilio Lateran. praed. cap. 41, 12, 13, 24, 25, 30, 57, 59, 64. Quoniam omne, quod non eſt ex fide. In ſingulis regnis. Ne nimia. Ne pro defectu paſtoris. Quia propter diverſas. Si quiſquis electioni. Grave nimis eſt. Ut privilegia. Quod quibuſdam religioſis. Aſcendentibus. Quoniam ſimoniaca labes. In Lateran. concilio. Extirpandae. cap. 32.

Sequitur de decimis.

Decimas de omnibus, quae renovantur per annum, et maxime conſuetas, dandas decernimus; et potiſſime de molendinis, et piſcariis, et foenis, et apibus, et de terris arabilibus, et ad prata poſtea, vel ad paſturam redactis; ita ut occaſione mercedis, ſervientium, vel meſſorum eccleſia decima parte non fruſtretur, quominus eam plene percipiat. Detentores vero earundem decimarum, ſi ſemel, ſecundo, et tertio

tio

4

tio commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, concedimus, quod per capellanos locorum, uſque ad [illegible] congruam excommunicationis vinculo feriantur. Cum autem ii, qui decimas detinuerint, vel ſubtraxerint, ad poenitentiam acceſſerint; non admittantur, niſi, per ſe vel per manum ſacerdotis ei, cui decimae debentur, ſatisfaciant competenter.

De ſententiis.

Excommunicatio non paſſim et abſque delicto fiat, ſed praemiſſa canonica admonitione. Singulis autem annis in tribus ſolennibus feſtivitatibus, ſcilicet die Natalis, die Pentecoſtes, die aſſumptionis beatae Mariae, excommunicentur in genere ſortiarii; teſtes perjuri ſuper ſacroſancta; incendiarii; uſurarii; raptores publici; malitioſe impedientes executionem rationabilium teſtamentorum; et contumaces; et decimarum detentores: ita quod teſtes, qui ſcienter dejerant ſuper ſacroſancta propter lucrum vel damnum aliorum, non abſolvantur, nec eis aliqua poenitentia injungatur, niſi a nobis vel noſtra auctoritate, praeterquam in mortis periculo. Et tunc injungatur eiſdem, ut ex quo convaluerint, nos adeant, a nobis poenitentiam ſuſcepturi.

Sub interminatione anathematis prohibemus, ut nullus conſtabularius, caſtellanus, foreſtarius, vel cujuſcunque potentis ballivus poſſeſſiones ſeu bona religioſorum, clericorum, ſeu quarumcunque eccleſiaſticarum perſonarum, auſu temerario praeſumat invadere, aut eas vexationibus injuſtis, vel oppreſſionibus quibuſcunque indebite, contra libertatem eccleſiaſticam attentet moleſtare. Quod ſi qui contra hanc prohibitionem noſtram in propriae ſalutis diſpendium, quod Deus avertat, praeſumpſerint, et commoniti ſe non emendaverint; terras eorum per archidiaconum loci, ſine dilatione, eccleſiaſtico ſupponi praecipimus interdicto; et tunc demum ſi ad cor non redierint, indurati, pulſatis campanis et accenſis candelis, excommunicentur, monitione praemiſſa. Volumus etiam, et diſtricte praecipimus, ut archidiaconus et ejus miniſtri, cum fuerint ſuper hoc ab excommunicatoribus requiſiti, mutuum ſibi adinvicem in hujuſmodi praeſtent auxilium.

Prohibemus etiam ſub poena interdicti et excommunicationis, ne patroni eccleſiarum laici, ſive ſint Anglici, ſive alterius nationis, hoſpitia a clericis beneficiatis extorqueant, vel exigant de caetero. Interdicimus etiam ipſis clericis, ne hoſpitia ſic exacta laicis procurent; et, ſi fecerint, noverint ſe canonice puniendos.

Prohibemus etiam ſub poena antedicta, ne laici, ſive ſint domini fundi, ſive non, ullam habeant diſpoſitionem in coemeteriis de domibus, vel erigendis caſis propria auctoritate, niſi tempore hoſtilitatis; et tunc de licentia et diſpoſitione rectoris eccleſiae.

Prohibemus etiam ſub eadem poena, ne aliqui commiſceant ſe carnaliter mulieribus infra ambitum coemeterii.

Item diſtricte praecipimus, ut omnes ſacerdotes parochianis ſuis auctoritate Dei et noſtra, et ſub anathemate prohibeant, ut nullus de caetero eo modo, quo aliquando ſoleant, aliquam foeminam teneant ſub quadam pecuniae taxatione; nec aliquis ſacerdos vel clericus hujuſmodi conventionibus interſit, nec in hujuſmodi conventionibus de pecunia repetenda, licet fides vel ſacramentum intervenerit, juſtitia exhibeatur.

Statuimus etiam, ut domini fundorum, ſi communam paſturae, quam eccleſiae et earum rectores conſueverunt habere, inte[illegible] voluntate ſua, communione fidelium careant, niſi commoniti ſatisfecerint competenter.

Statuimus inſuper, ut ſi quis excommunicatus infra xl. d[illegible] contempſerit, et hoc per miniſtros noſtros domino ejuſdem fuerit intimatum; ſi dominus ejus, ad unitatem eccleſiae redire eundem excommunicatum non compulerit, monitione praemiſſa, eadem ſententia percellatur, et terra ſua interdicto ſupponatur.

Inhibeatur etiam [illegible] hil de ſorte minuitur, retineant, poſtquam de fructibus ſortem receperint, deductis expenſis.

Ad haec prohibemus, ne ſine literis n[illegible] ad [illegible] tat..r praedicator; nec etiam, ſi aliquis literis noſtris munitus adveniat, ad praedicandum admittatur, niſi literae noſtrae nomen exprimant ejuſdem, et expreſſe contineant, quod ei dederimus licentiam praedicandi: negotium vero et neceſſitatem tantummodo, pro qua advenerit, bene poterit populo demonſtrare, licet praedicandi licentiam non habeat; dum tamen, ſicut diximus, literis noſtris ſit munitus. Volumus autem, ut ſacerdos eccleſiae, in qua praedicatur, vel etiam negotium demonſtratur, ut diximus, pecuniam collectam accipiat, et ſalvo cuſtodiat, ſub teſtimonio duorum virorum fide dignorum, quouſque de mandato noſtro, vel officialis noſtri illi loco, ad quem facta eſt collectio, conferatur.

Prohibemus etiam, ne pro juſtitia facienda, differenda, vel acceleranda aliquid accipiatur, et ne pro aliquo ſpirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur. Quod ſi fiat, tam dans, quam accipiens ſententia excommunicationis ſe noverit innodandum.

Diffamati fama publica, vel veriſimilibus indiciis, ſuper crimine aliquo, de quo convinci non poſſunt, commoneantur ſemel, ſecundo, et tertio, ut confiteantur et ſatisfaciant; ſi vero incorrecti in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, quae, occaſione captandae pecuniae, de die in diem non differatur; ſed ſtatim prima die, ſi parata fuerit, recipiatur, et canonicum numerum non excedat. Archidiaconus contra hoc veniens, vel officialis, vel alius quicunque, ſe noverit ſuſpendendum ab officio.

Moneatque ſacerdos quilibet, ſi incluſum habuerit in parochia ſua, ne mulierculam aliquam recipiat in hoſpitio de nocte; ſimiliter nec mulier maſculum.

Prohibeant etiam ſacerdotes parochianis ſuis ſub interminatione anathematis, ne diebus dominicis mercata frequentent, dimiſſis eccleſiis ſuis, apud quas debent convenire, maxime die-

bus illis, et orationi intendere, ac officium eccleſiaſticum et verbum Dei audire; quod non faciunt aliquo die in ſeptimana niſi rariſſime, cum magnae fuerint feſtivitates. Quare decernimus mercatum noſtrum de N. de caetero die Lunae frequentari.

Ad haec prohibemus, ne choreae, vel turpes et inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitent, in coemeteriis agantur; et ne ibi tractentur cauſae ſeculares ex conſuetudine; et maxime tales, in quibus agatur de judicio ſanguinis.

Prohibemus etiam, ne ſacerdotes, vel clerici tabernas frequentent, vel eas in domibus ſuis, vel alienis facere praeſumant.

Prohibemus etiam, ne denunciatio ſcotallarum fiat in eccleſiis, neque per ſacerdotem, neque per clericos extra. Ex concilio Later. praed. c. 43. 48. 49. Sacro approbante. Cum ſpeciali. Sub interminatione. Quia vero nonnulli; ſicut in concilio continetur.

Sequitur de archidiaconis.

Archidiaconus et miniſtri ejus curam habeant et ſolicitudinem tam de iis, quae ad ſacramentorum pertinent reverentiam, quam de omnibus aliis, de quibus praemiſſum eſt; quae quidem fideliter et irrefragabiliter obſerventur; tranſgreſſores, ſi qui fuerint in hujuſmodi, prout culpae qualitas expoſcit, coercendo, vel ad nos referendo.

Item injungimus archidiacono et ejus officialibus, ut in viſitationibus eccleſiarum faciendis, diligenter faciant * deſcribi vaſa, veſtimenta, libros, et alia, quae ad divinum pertinent officium, habeantque nihilominus conſiderationem ad fabricam eccleſiae, et maxime cancelli ſi forte † coopertorio indigeat, et domos eccleſiae, ſi forte dirutae fuerint, vel ruinoſae. Si quos autem defectus invenerint in hujuſmodi, certum ſub gravi poena, praefigant diem et terminum, infra quem ſuppleantur. Et ſi interim deceſſerit rector eccleſiae, de bonis ejus eccleſiaſticis tanta portio rationabiliter juxta eccleſiae facultates deducatur, quae ad praedictos defectus complendos ſufficiat. Caute etiam per ſe et ſuos inquirat, ſi in parochia ſua officium viſitationis impendunt; et ſi in rebus vel perſonis aliquid fuerit corrigendum, et exceſſus, ſi quos ibidem invenerit, vel tunc vel in proximo capitulo corrigat, vel corrigendos nobis inſinuet.

Item praecipimus, quod archidiaconus, et ejus officialis et decani paratos ſe exhibeant, et ſtrenuos ad exhibendum conquerentibus juſtitiam, et ad defenſionem eccleſiaſticae libertatis; et pro hujuſmodi a quoquam nihil exigatur.

Ex concilio Procurationes. c. 33.

Sequitur de cruceſignatis.

Ad haec injungimus univerſis cruceſignatis dioeceſis noſtrae ſub interminatione anathematis, ut iter arripiant ſine dilatione qualibet ad vota propria exequenda; nec parcatur alicui; aut votum relaxetur cujuſlibet ſexus, aut cujuſlibet conditionis exiſtat, niſi tanta et tam manifeſta infirmitate laboret, vel adeo valetudinarius, quod nulli dubium eſſe debet ipſum non poſſe exequi votum ſuum. Et hi etiam tales ſecundum facultates ſuas de bonis propriis donent pro redemptione votorum. Et qui crucem abjecerint, excommunicentur, donec reaſſumpſerint, et ad eandem ſe praeparaverint.

Prohibemus etiam, ne aliquis clericus beneficiatus faciat ſervitium laicale dominis laicis; nec aliqui laici ab eis ſervitium laicale extorquere praeſumant, niſi tenementum teneant laicale, pro quo eis ſervitium debeant impendere laicale liberum, non ſervile.

Item inhibemus, ne aliqui viri eccleſiaſtici ſive religioſi, ſive alii novam penſionem eccleſiis imponant, vel veteres penſiones augere praeſumant. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur; prout in concilio Lateranenſi continetur.

Inhibemus etiam, ne viri religioſi illas eccleſias habeant ad firmam, in quibus dicunt ſe jus patronatus habere: adjicientes, ne aliquis vendat, vel conferat, vel ad firmam det, vel pignori obliget monachis Ciſtercienſis ordinis, vel aliis religioſis, ſimile eis privilegium habentibus, terras aliquas, vel poſſeſſiones, niſi prius facta ſufficienti cautione de indemnitate parochialis eccleſiae; et hoc de noſtra auctoritate.

Sacri nihilominus auctoritate concilii ſtatutum eſt, quod, ſi patroni, vel advocati, aut feodatarii, ſeu vicedomini alicujus eccleſiae rectorem vel alium clericum ejuſdem eccleſiae per ſe vel per alios occidere auſu nefario praeſumpſerint; patroni patronatum, advocati advocatum, feodatarii feodum, vicedomini vicedominatum uſque ad quartam generationem amittant, et poſteritates talium in clericorum collegio non admittantur, nec in regularibus domibus alicujus praelationis aſſequantur honorem.

Item, cum inhoneſtum ſit, et etiam canoni inimicum, ut viri religioſi, quibus conceſſum eſt in proprios uſus convertere eccleſias, eccleſiis parochialibus perſonaliter deſerviant; ſtatuimus, ut in eccleſiis ſic eis conceſſis, perpetuos vicarios per nos conſtituant. Et cum os bovis non debeat alligari triturantis, certam et competentem vicariam ad taxationem noſtram in dictis eccleſiis infra xl. dies eis aſſignent; alioquin nos, dicto elapſo termino, de eis, prout viderimus, expedire diſponemur.

Item venalitatem miſſarum diſtricte inhibentes praecipimus, ne pro annualibus et tricennalibus miſſarum faciendis, laici vel alii aliquid dare vel legare cogantur; et ne ſuper his aliqua pactio vel exactio vera, vel ſub aliqua ſpecie palliata a ſacerdotibus, vel ab aliis mediatoribus fiat, prohibemus.

In generali concilio ſtatutum eſt, quod prohibitio copulae conjugalis quartum conſanguinitatis et affinitatis gradum de caetero non excedat, quoniam, ſine gravi diſpendio animarum hujuſmodi prohibitio non potuit in ulterioribus gradibus generaliter obſervari; unde, cum jam uſque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulae ſit reſtituta, ſancitum eſt, ut ſi qui, contra hujus prohibitionem praeſumpſerint de cae-

* MS. *aſcribi.* † MS. *cooperatione.*

tero

tero copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporis peccatum non minuat ſed augeat.

Item, cum ſecundum apoſtolum, non ſolum a malo abſtinendum ſit, ſed etiam ab omni ſpecie mali; praecipimus, ne aliquis turpis lucri ſpe denarios pro blado, vel pro animalibus ante tempus receptionis bladi, vel animalium, ſecundum peſſimum modum patriae, dare praeſumat, vel etiam terram vel poſſeſſiones quaſi ſub mortuo vadio recipere.

Auguſtinus de ebrietate et ſobrietate.

Auguſtinus ait, ebrietas tota eſt imbecillis. Primum abolet memoriam, diſſipat ſenſum, negligit mentem, confundit intellectum, concitat libidinem, involvit linguam, implicat ſermonem, corrumpit ſanguinem, obtundit viſum, perturbat venas, infirmat nervos, obturat aures, turbat viſcera, ſubvertit ſenſum, humectat cerebrum, debilitat membra, frangit ſomnum, impedit miniſteria, obruit animam, maculat corpus, et omnem ſalutem exterminat.

Item ebrietas mater flagitiorum eſt, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbo capitis, ſubverſio ſenſus, tempeſtas linguae, procella corporis, naufragium caſtitatis, ignominioſus languor, maleſuada bilis, turpitudo morum, dedecus vitae, honeſtatis infamia, animae corruptela: vinum quippe non refutatur uſu, ſed flammatur in exceſſu.

Item contra de ſobrietate.

Sobrietas autem tota formoſa eſt, utilis tota. Primum ſalvat memoriam, acuit ſenſum, ſincerat mentem, dirigit vultum, integrat pudorem, mitigat vitium, curat faciem, limat aures, exornat cerebrum, expedit linguam, explicat ſermonem, confirmat ſanguinem, nutrit medullam, curat venas, ſtringit nervos, contemnit libidinem, fruitur ſomno, recreat corpus, propagat ſenectutem, ſine iſtis miniſteriis omnem hominem contemptibilem facit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
GREGOR. IX. 12.	S. EDMUND. 5.	1238.	HENRIC. III. 22.

Concilium Londinenſe. Ex Mat. Pariſ. in ann. p. 397.

De hoc Matth. Pariſius ita loquitur: Legatus igitur archiepiſcopum Eboracenſem et omnes epiſcopos Angliae auctoritate, qua fungebatur, ut Londinum convenirent, diſtricte convocavit, de ſtatu eccleſiae et cleri periclitantis decimo ſexto calend. Junii communiter tractaturi. Quo cum die praefixo perveniſſent, tractatum eſt diligenter per epiſcopos, ut ſalvaretur ſtatus clericalis univerſitatis, veluti ſecundae eccleſiae; quibus et legatus condeſcendit, ſalvo tamen honore eccleſiae Romanae, ne improperando diceretur, ut qui venerat clerum cum eccleſia reformare, potius deformaret. Tandem ſuggeſtum eſt legato ab epiſcopis, et univerſitate cleri, quae ibidem in praeſenti fuit, quod certaminis diſcrimen a familia ſua ſumpſit exordium, et in fine certaminis clerus deteriorem calculum reportavit: inſuper jam de clero pars magna ad nutum ſuum carceri mancipatur, et pars reliqua mandato ſuo parens, parata fuit humiliter ſubire in loco ab Oxonia circiter tribus diſtante dietis; ad petitionem tot et tantorum virorum ad miſericordiam inclinare debere. Tandem elaboratum eſt, quod hanc faceret legatus miſericordiam, quod comitantibus epiſcopis pedes euntibus ſcholares omnes ibidem congregati, ab eccleſia S. Pauli, quae fere per unum milliare ab hoſpitio legati diſtabat, pedes irent; ita tamen, quod cum venirent ad hoſpitium epiſcopi Carleolenſis, illinc ſine cappis et mantellis diſcincti, et diſcalceati, uſque ad hoſpitium legati procederent; humiliter veniam poſtulantes, miſericordiam et veniam conſequendo conciliarentur; quod et factum eſt. Videns autem dominus legatus hanc humiliationem, recepit eos in gratiam ſuam, reſtituens univerſitati loco ſuo ipſius municipii; interdictum cum ſententia miſericorditer ac benigne relaxando, literaſque eis conficiendo, ne illis proinde nota infamiae aliquando procaciter objiceretur.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angl.
GREGOR. IX. 13.	S. EDMUND. 6.	1239.	HENRIC. III. 23.

Synodus legatina Londinenſis. Ex Pryn vol. ii. Record. fol. 505.

Dominus papa audiens per crebras admonitiones et fere quotidianas, ſcandalum jam indies magis ac magis de Romanorum inſatiabili cupiditate et avaritia inextinguibili oriri in Anglia, vocavit dominum Othonem legatum ſuum, ut cum omni feſtinatione Romam reverteretur. Quod audiens dominus legatus, convocavit omnes epiſcopos Angliae, ut Londinum die, qua cantatur "Laetare Hieruſalem," convenirent, de reditu ſuo et ſalvo conductu communiter tractaturi. Dominus rex vero, cum hoc audiſſet, timens ſibi de parliamento futuro in octavis Paſchae, in quo adventum ſperaverat electi Valentini, et confidens de praeſentia domini legati, coepit nimis contriſtari, et timere, ne magnates aut proceres terrae unanimiter inſurgerent in eum, propter varios et crebros ejuſdem exceſſus, et tranſgreſſiones contra ſuas proprias conſtitutiones toties promiſſas ac juratas. Inſtantiſſime igitur procuravit dominus rex, ut miſſis expeditiſſimis nunciis ad dominum papam, moraretur dominus legatus in Anglia, ut per eum imminens turbatio ſedaretur... De hac ſynodo Matth. Pariſ. in ann. ſequentia recitat:

citat: "Vocavit dominus legatus omnes epiſcopos Angliae, ut in die, qua "cantatur Laetare Hieruſalem," convenirent Londini, de negotiis eccleſiae tractaturi. Et dedit ibidem cum diligenti deliberatione quaedam ſtatuta monachis nigri ordinis ſub ſuccincta brevitate inviolabiliter obſervanda. In quibus rigorem indiſcretum in multis temperavit. . . . Convenerunt omnes epiſcopi Londinum pridie ſcilicet calendas Auguſti, de oppreſſionibus eccleſiae Anglicanae tractaturi. Exigebat enim legatus poſt quotidianas exactiones, procurationes. Cui, habito conſilio, reſponderunt epiſcopi communiter, quod toties bona eccleſiae exhauſerat Romana importunitas, quod nullo modo amplius tolerarent: exhibeat eas, qui inconſulte vos vocavit. Et ſic non ſine querulo murmure a concilio receſſerunt."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 13.	St. EDMUND. 6.	1239.	HENRIC. III. 24.

Statuta ſynodalia Sodorenſia. Ex MS. penes Tho. epiſc. Aſſaven. conf. Monaſt. Anglic. vol. i. f. 711.

HAEC ſunt ſtatuta ſynodalia et conſtitutiones ſynodorum dioeceſis in inſula de Mann per reverendum patrem Simonem, Sodoren. epiſcopum, ibidem confect. et conſtitut. Anno Domini MCCXXIX.*

De probationibus teſtamentorum.

Pro probationibus teſtamentorum ultra ſummam xxxii. den. nihil penitus exigatur, ſed de eadem ſumma, ſecundum bonorum qualitatem, aliquid pauperibus ſubtrahatur.

De bonis inteſtatorum decedentium.

Bona inteſtatorum ad arbitrium epiſcopi dioeceſani, vel ejus in abſentia, ſui generalis vicarii miniſtrentur.

De mortuariis.

In mortuariis principale animal eccleſiae perſolvatur, vacca vel bos, aut equus, ſi fuerit ad valorem vi. ſol. aut minus. Et quantum ad veſtes, ſi homo mortuarium perſolverit, ad arbitrium eccleſiae ſtabit, an veſtes aut iii. ſol. et vi. den. habere maluerit. Et ſi pauper fuerit, et nullum mortuarium perſolverit, accipiantur veſtes, ſicuti ſunt. Et quintus quiſque denarius ex liberis. Et de Gilbogo in bonis poſſeſſo ad mortuarii valorem ſe extendentibus, mortuarium eccleſiae perſolvatur. Quodſi bona ſua ad hoc minime ſe extendant, tunc quintus quiſque denarius de liberis bonis eccleſiae perſolvatur. Et ſi quaeratur, quid eſt Gilbogus; dicendum eſt quod Gilbogus eſt, quis ſi unius tantum noctis aetatis extiterit, et ad habend. bona ordinatus, aut in bonis poſſeſſis exiſtat, ſi, ut dictum eſt, obierit, eccleſia tamen ſuum debitum obtinebit. Item praefatus Gilbogus, licet mortuarium perſolverit, ultra hoc tamen tam preſbytero et clerico, quam etiam eccleſiae ſua debita contententur. Et ſi nullum mortuarium perſolverit, nihilominus cum eis concordet.

De debitis clerico perſolvendis.

Debita clerico perſolvenda ſunt haec. Si homo mortuarium perſolverit, clericus habeat ipſius hominis caligas calceamenta ad pretium vi. den. et caputium, pileum, aut capellum pretii majoris, vel minoris, ſicuti ipſe homo in die natalis Domini ambulaverit. Item camiſiam, zonam ad unius denarii valorem, burſam ad unius denarii valorem, et cultellum ad unius denarii valorem.

De aucis, porcis, buculis, vitulis, et pullis.

Aucae apud feſtum S. Michaelis, aut poſt, capiantur. Et porci, buculi, vituli, et pulli ad feſtum S. Martini in liberis recipiantur, et apud Paſcha exigantur; rectore eccleſiae de praedictis porcis, pullis, ac buculis in periculo perſiſtente. Excepto, quod ſi iconomi buculos deſideraverint habere ad ſuas efficiendas vaccas lac praebere, ipſo rectore iconomum cauſante ad cuſtodiendum illos acſi proprios.

De defunctis nulla bona habentibus.

Si vir aut mulier obierit, et nulla bona ad contentandam eccleſiam pro ſua ſepultura habuerit, tunc hi, qui eorum bona habere voluiſſent, ſi divites extitiſſent, videlicet de eorum ſanguine propinquiores, eccleſiae preſbytero et clerico ad illorum humationem debita contentabunt.

De lacticiniis.

Si lacticinia in eccleſiam conformiter juxta conſuetudinem non portentur, de una vacca duo denarii, de quatuor capris duo denarii, et de octo ovibus octo denarii perſolvantur.

De electione, et collectione agnorum decimalium, buculorum, porcorum, et pullorum.

Cum ad congregandos agnos decimales, buculos, porcos, et pullos, procuratores pervenerint, iconomus duos, et procuratores tertium eligant.

De removentibus domicilia ac bona ſua ab una parochia in aliam.

Si vir vel mulier forte ab una parochia in aliam domicilium ſuum permutaverit, et bona ſua ſecum abduxerit; ſi vir nihil praeter uxorem ſuam, pueros, lectum, gallum, gallinam, crati-

* De tempore iſtius ſynodi haud certo liquet: juxta MS. enim exemplar unde hoc deſumpſimus, uti etiam in Monaſt. Anglic. vol. i. fol. 711. plane exhibetur prout hic in titulo A. D MCCXXIX. ſed in antiquiori nota ejuſdem ſynodi bis expreſſe legitur MCCXXXIX. ſic ut in exemplari noſtro deſideratum videatur aliud x. Et hoc facile credam, nam peccaſſe crebius animadverto ſcriptorem: et Simonem iſtum epiſcopum Sodorenſem A. MCCXXX. factum, ac A. MCCXLVII. obiiſſe conſtat ex Uſſer. Indic. chronol. ad Antiq. Britan.

culam et menſulam piſtoralem ſecum aſportaverit, et ibidem niſi per tres noctes perſeveraverit, antequam ab hac luce deceſſerit, in illa parochia, in quam nuper acceſſit, debita eccleſiaſtica perſolvantur, quamvis bonorum ſuorum major portio in altera parochia relinquatur.

De granis decimalibus.

In antiquo ſtatuto iconomi grana decimalia acſi propria arconizabant, et ad ſua foenilia ducebant, ac cuſtodiebant, quouſque rector vel ejus procurator ob ea commodius venire poſſet, forte circa feſtum Omnium Sanctorum. Modernis vero diebus rectores grana decimalia in arconomolis accipiunt, ob majorem iconomorum commoditaem.

De cerviſiam vendentibus.

Si vir vel mulier cerviſiam vendendam pandoxaverit, ſive communis pandoxator vel pandoxatrix fuerit, ſive non; ſi duos denarios et obolum de unaquaque pandoxatione accipiat, laguncularn decimalem eccleſiae perſolvat.

De textoribus ſive textricibus.

Si textor vel textrix tres telas a ſuis telariis diſcindat vel decidat, et pro earundem textura ſolutionem recipiat, duos denarios eccleſiae annuatim inde perſolvat. Et ſi centum diſcindat, vel decidat, amplius non perſolvat.

De ſumptori debitis.

Sumptor de jure antiquo, et ſtatutis veteribus ab omnibus iconomis garbam de trium ligarum longitudine, ſcil. frumenti, hordei, et avenae annuatim recipere debet, et ad omnem caſeorum decimationem, et collectionem, unum agnum electum habere debet. Et ad lanae decimationem unum vellus electum debet obtinere,

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 13.	St. EDMUND. 6.	1239.	HENRIC. III. 24.

Concilium legatinum Edinburgenſe. Ex Scotichr. Paſlaten. lib. ix. cap. 54. et Matt. Pariſ. in ann.

OTHONI cardinali papae legato, Scotiam ad concilium celebrandum ingredienti, rex Alexander II. reſtitit; et poſt multos ſermones ſub certis conditionibus ingreſſum ei conceſſit, uti patet ex Matt. Pariſio.

"Eiſdem diebus legatus in Scotiam intrare feſtinavit, diſpoſitiſque rebus neceſſariis, et ducibus Anglicis, qui viarum, ſi forte pararentur, inſidias explorarent, iter arripuit, hoſpitia ſumptuoſe eligens in abbatiis et eccleſiis cathedralibus. Et antequam regnum Scotiae intraſſet, occurrit ei rex Scotiae, non acceptans ingreſſum ſuum. Dixit enim quod nunquam aliquis legatus, excepto illo ſolo, in Scotiam intravit. Non enim, ut aſſeruit, opus erat: chriſtianitas ibi floruit; eccleſia proſpere ſe habebat. Et cum ſermones multiplicarentur, et rex fere ad contradicendum erigeretur, confectum eſt ſcriptum intercedentibus utriuſque regni magnatibus inter eos; cujus tenor fuit, ut nunquam ratione illius adventus, talis conſuetudo in conſequentiam verteretur: inſuper in receſſu ſuo ſcriptum illud ſignaret. Et hoc procuratum eſt, ne confuſus in Angliam quaſi repulſus reverteretur. Veruntamen mare non tranſiit, ſed in bonis civitatibus commorans ciſmarinis, vocavit epiſcopos et nobiles terrae beneficiatos, et de rebus ecccleſiaſticis ibidem pro libitu ordinavit, pecuniam non minimam colligendo; rege vero in interioribus terrae commorante, legatus ſine regis licentia clam et ſubito recedens, praedictum ſcriptum aſportavit." H. I.

Hanc epiſcoporum Scotiae convocationem, cujus Pariſius mentionem facit, Edinburgi fuiſſe Scotichronicon Paſlatenſe lib. ix. cap. 54. refert, his verbis: "Hoc anno, ſc. gratiae MCCXXXIX. intravit Otho, diaconus cardinalis, ſedis apoſtolicae legatus, terram Scotiae circa feſtum S. Matthaei apoſtoli, et in craſtino S. Lucae evangeliſtae celebravit concilium ſuum apud Edingburch; et poſt feſtum Omnium Sanctorum a Scotia diſceſſit." Meminit etiam concilii hujus chronicon de Mailros in ann.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 14.	St. EDMUND. 7.	1240.	HENRIC. III. 24.

Conſtitutiones venerabilis patris Walteri de Cantilupo, Dei gratia Wigornenſis epiſcopi, in ſancta ſynodo ſua in cathedrali eccleſia promulgatae, ad honorem Dei, et ſanctae eccleſiae, in craſtino S. Jacobi apoſtoli, anno Domini MCCXL. *anno pontificatus ſui tertio.* Ex MS. Cotton. Claudius A. viii. fol. 209. b. Et ex MS. penes epiſc. Aſſaven.

SECUNDUM exhortationem pſalmiſtae, per angelos congregandi ſunt ſancti, qui Chriſti teſtamentum ordinant ſuper ſacrificia, ſecundum quod legitur in pſalmo: "Congregate illi ſanctos, qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia." Per hos autem angelos pontifices deſignantur, de quibus Malachias: "Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, et legem exquirant ex ore ejus." Angelus enim Domini exercituum eſt. Sancti autem iſti miniſtri ſunt eccleſiae ſacramentorum, qui ad literam teſtamentum Chriſti ordinant ſuper ſacrificia; quos, ut converſationem

verſationem habentes in caelis, ſanctos eſſe decet. Hoc eſt juxta quod nomen ſancti, vel agios, ſonat a terrenis actibus ſeparatos. Ab hac congregatione fortaſſis ortum habuit collectio ſynodalis. Hoc autem intendens, ut credimus, ut quod figurat collectio corporum, vel multitudinis credentium, ſit unitas animorum, et idem ritus, et religio ſacramentorum. Juxta quod legitur in Actibus Apoſtolorum, et in Eſdra: "Congregatus eſt populus, quaſi vir unus, in Jeruſalem." Ut autem teſtamentum praedictum per miniſtros idoneos decentius ordinetur; patrum et praedeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhaerentes, circa mores miniſtrorum, et ſuorum executionem officiorum, circa ſacramenta praefata et alia, quae cleri decere credimus honeſtatem, quae ſubſcripta ſunt, duximus ſtatuenda.

De ornamentis ſuarum eccleſiarum.

Quoniam igitur non in omni loco ſacramenta praedicta tractantur, ſed in loco, quem Dominus ad hoc elegit, in eccleſia videlicet materiali, ut oſtendamus nos deligere decorem domus Domini cum ipſo ſalvatore noſtro, qui vendentes et ementes ejecit de templo; praecipimus, ut eccleſiae materiales ab omnibus ſpurcitiis emundatae, in coopertura decenti, et in omni integritate ſervatae, ſecundum facultates ſuas, decentibus fulgeant ornamentis; videlicet, ut in ornatu altaris in qualibet eccleſia ſint tres albae, cum amictibus et ſtolis, et manipulis, duo ſuperpellicia, et duae rochetae, duae caſulae, duo paria corporalium, quatuor lintheamina benedicta, duae palleae altaris, duo calices argentei in majoribus eccleſiis; et tertius ſtanneus non benedictus, deportandus ad infirmos; duae pixides, una argentea, vel eburnea, vel de opere lemonitico, in qua hoſtiae conſerventur; alia decens et honeſta, in qua oblatae reponantur; duae phialae, una vinaria, alia aquaria; unum par candelabrorum; unum thuribulum; unum chriſmatorium decens et honeſtum; duae cruces, una proceſſionalis, alia ad officium mortuorum; unum vexillum; unum velum quadrageſimale; unum ſacrarium immobile; una lanterna; et duo tintinnabula; feretrum competens ad ſepulturam mortuorum, pro cujus uſu nihil exigatur; unum vas ad aquam benedictam. In majoribus autem eccleſiis opulentis, ſecundum arbitrium archidiaconi, vel officialis noſtri, niſi haec forte rectores eccleſiarum adimpleverint, haec omnia volumus ampliari. Libros autem, miſſale, breviarium, antiphonarium, gradale, troparium, manuale, pſalterium, ordinale in qualibet eccleſia propria volumus contineri.

De apparatu eccleſiarum dedicandarum et qui ſtare debeant in cancellis,

Provideantque rectores eccleſiarum, et praelati et majores, quod paratae ſint eccleſiae ſuae ad dedicandum non conſecratae, cum ſuper hoc fuerint requiſiti. Annus autem et dedicationis dies eccleſiarum, quae conſecratae fuerint, et altarium, et a quo conſecratae fuerint, ſuperſcribantur altaribus evidenter. Nec laici ſtent in cancellis, dum celebrantur divina; ſalva tamen reverentia patronorum, et ſublimium perſonarum.

De conſervatione coemeterii.

Coemeteria quoque, quae corpora continent ſalvandorum, quorum multa jam purgata ſtolam ſuae glorificationis exſpectant, inhoneſtum credimus brutorum animalium ſordibus deturpari; propter quod praecipimus, quod honeſte claudantur ſepe vel muro; canonice compellendis ad hoc faciendum his, ad quos eorum clauſio noſcitur pertinere.

Ne placita ſecularia, et ludi inhoneſti in coemeterio fiant.

Rectoribus eccleſiarum etiam et ſacerdotibus inhibemus, ne ipſi in dictis eccleſiarum atriis animalia paſcant, vel etiam intrare permittant; quod ſi praeſumpſerint, graviter ſe noverint eſſe puniendos.

Ad ſervandam quoque tam coemeterii, quam eccleſiae reverentiam, prohibemus, ne in coemeteriis, vel aliis locis ſacratis, vel etiam alibi diebus dominicis mercata teneantur, vel ſanguinis cauſae tractentur, nec ludi fiant inhoneſti; maxime in ſanctorum vigiliis, et feſtis eccleſiarum, quod potius in dedecus ſanctis cedere novimus, quam honorem; praeſumptoribus et ſacerdotibus, qui haec ſuſtinuerint fieri, canonice coercendis. Nec in coemeteriis aedificia, niſi forſan hoc tempus hoſtilitatis exegerit, ulla fiant; et ſi facta fuerint, diruantur.

De baptiſmo, et quibus verbis laici, ſi neceſſitas compellat, baptizent.

Quoniam autem a baptiſmo ſalus noſtra coepit initium, de quo prophetavit Zacharias, dicens: "Erit fons patens domui David, in ablutionem peccatoris, et menſtruatae;" hoc eſt, peccati actualis et peccati originalis, quod per menſtruam deſignatur, quod ſiquidem, ſicut et menſtruum contingit invitis; ab illo ſumentes exordium, praecipimus, quod in qualibet eccleſia baptiſmali ſit fons lapideus decentis amplitudinis, et profunditatis, decenter etiam coopertus, in quo parvuli baptizentur. Quia [a] vero, ſecundum quod legitur in concilio domini Ottonis, legati ſedis apoſtolicae, quidam diabolica fraude decepti, vana pericula formidantes, Sabbato ſancto ante reſurrectionem Domini, et Sabbato ante Pentecoſten, diebus videlicet ad baptizandum ab eccleſia ſolenniter deputatis, ſuos his diebus non permittunt parvulos baptizari; praecipimus ſacerdotibus, quibus cura parochialis incumbit, quod ſubditos ſuos ab hoc errore crebra praedicatione ſtudeant revocare; doceantque ſubditos ſuos formam verborum, qua baptizare debeant parvulos ſuos, ſi forte neceſſitas emerſerit baptizandi, ut [b] eos baptizent ſub his verbis in lingua, qua noverint baptizare; videlicet nomen exprimant baptizandi, quod dicat baptizans: "Ego baptizo te in nomine Patris,

[a] *vero* deeſt MS. Cotton.

[b] *eos* deeſt ibidem.

et

et Filii, et Spiritus Sancti." De infantibus autem expoſitis, et aliis, de quibus dubitatur, an baptizati fuerint, vel non; haec ſacerdotes obſervent, et alii, ſi forte neceſſitas emerſerit, quod eos baptizent ſub his verbis: "Ego te non intendo rebaptizare, ſed ſi baptizatus non es, ego baptizo te in nomine Patris," etc. et trina ſemper fiat immerſio baptizandi. Item panni chriſmales in uſus ſeculares nullatenus convertantur. Moneanturque patrini, circa pueros inſtruendos in fide ſponſionis ſuae ſervare promiſſum; maſculum ad minus duo maſculi et una mulier ſuſcipiant; foeminam duae mulieres et maſculus unus; nec de facili vel paſſim plures admittantur, propter pericula, quae per hoc contingere conſueverunt. Pueri autem in neceſſitate baptizati, ſi forte convaluerint, ad eccleſiam deferantur, ut quae defuerant, ſuppleantur; ea ſcilicet, quae baptiſmalem immerſionem conſequi dignoſcuntur.

De confirmatione.

Quia vero baptizato, quaſi neophito, hoc eſt novo Chriſti militi, multiplex conflictus inſurgit adverſus principem tenebrarum, de quo legitur in Job, quod "Non eſt poteſtas ſuper terram, quae ei valeat comparari;" neceſſarium eſt ei ſacramentum confirmationis, quod ad robur fidelibus eccleſia cenſuit tribuendum. Unde praecipimus, quod ſacerdotes parochiales ſubditos ſuos ſtudioſe moneant et frequenter, quod parvulos ſuos faciant confirmari; ſciantque patres et matres eorum, ſe poſt annum a nativitate pueri computandum, ab ingreſſu eccleſiae ſuſpendendos, ſi infra annum, dum tamen epiſcopi copiam habuerint, vel tranſitus epiſcopi per loca, in quibus habitant, fuerit manifeſtus, [c] eos ei non praeſentaverint confirmandos.

Quod ligamina ſint de nova tela.

Provideantque matres parvulorum, quod confirmandi, qui mittuntur ad epiſcopum, habeant ligamina novae telae; qui confirmati fuerint, poſt triduum portentur ad eccleſiam, in fonte baptiſmatis abluendi, et ligamina comburentur.

Ne confirmatio puerorum iteretur.

Nec vir, aut foemina filium ſuum, aut filiam ſuam; nec vir foeminam, nec foemina marem coram epiſcopo teneat ad confirmandum, ſuper quibus, propter crebras epiſcoporum occupationes, per ſacerdotes ſuos ſubditi doceantur: moneanturque fideles, ne parvulos ſuos faciant pluries confirmari; quia ſicut nec baptiſmus, [d] ita nec confirmatio debet aliquatenus iterari. Et ſi preſbyteri ſingulis diebus dominicis ſuper his, quae circa baptiſmum, et confirmationem praemiſimus, parochianos ſuos non informaverint diligenter, noverint ſe graviter puniendos.

Conſervatio hoſtiarum eccleſiarum.

Quia vero pugili non ſufficit robur ad bellum, niſi et viaticum habeat, quo ſuſtentetur; illud dulce viaticum et pignus noſtrae redemptionis, et pretioſum corpus ſuum et ſanguinem, ad noſtram ſuſtentationem; Chriſtus reliquit in terris. Hoc eſt igitur ſacramentum omnem ſuperexcellens venerationem, quod tamen debemus, pro noſtrae parvitatis modulo, totis viribus venerari. Circa ſpecies, quae exiguntur ad hoc ſacramentum, quod (piae recordationis) W. praedeceſſor noſter ſtatuit in prima conſtitutione, approbantes, et verba canonis diſtincte proferenda, de hoſtiis conſecratis, non ultra ſeptem dies conſervandis, ne forte per vaſis vitium, vel diuturnam conſervationem, humiditatem contrahant, aut [e] foetorem, propter quod vel abominabiles guſtui, vel aſpectui turpes appareant; firmiter praecipimus, quod ipſe ſuper hoc provide ſtatuit obſervari, praecipientes nihilominus, quod, ſecundum ſtatuta concilii generalis, euchariſtia ſimul, cum oleo, et chriſmate, ſub competenti clauſura ſervetur; ne (quod abſit) contingat in ipſis per ſacrilegos nomen Domini blaſphemari: quod ſi neglectum fuerit, ad archidiaconi, vel viſitantis arbitrium, rectoris, vel vicarii reſidentis negligentia puniatur.

Pulſatio campanellae, quando corpus Domini erigitur.

Cum autem in celebratione miſſae corpus Domini per manus ſacerdotum in altum erigitur, campanella pulſetur, ut per hoc devotio torpentium excitetur, ac aliorum charitas fortius inflammetur. Quod autem a religioſis illis quoad elevationem [f], ut videri poſſit ab aſtantibus, obſervari praecipimus, qui non ſervaverunt, ut dicitur, hactenus hoc ſtatutum.

Ut devote occurrant, cum euchariſtia deportatur.

Cum autem ad infirmum euchariſtia deportatur, ita decenter ſe habeant portatores, ſuperpelliciis ſaltem induti, cum campanella, lumine praecedente, niſi vel aeris intemperies obſtet, vel loci remotio; ut per hoc devotio fidelium augeatur, qui Salvatorem ſuum tenentur in via, luto non obſtante, flexis genibus adorare, ad quod ſunt per ſacerdotes ſuos attentius commonendi. Si autem loci remotio, vel aeris intemperies obſtiterit ſacerdoti, praecipimus, ut circa collum ſuum, in theca honeſta, pixidem deferat, in qua reponitur euchariſtia, nec ſine comite incedat, per quem facilius evitet pericula, ſi emergant; nec etiam eundo ad infirmum, vel redeundo, ad domum aliquam, vel negotium divertat, niſi ſupradicto redemptionis [g] noſtrae pignore, per ipſum prius in loco debito repoſito reverenter. Quod ſi ſecus egerit, pro irreverentia puniatur.

Ut aliquid lumen ſit, ubi fuerit euchariſtia.

In eccleſiis autem ſaltem, quarum amplae ſunt facultates, continue lampas ardeat, die videlicet et nocte, coram redemptionis noſtrae pignore ſupradicto. Non ſolum autem verba canonis diſtincte proferri volumus, ſed et pſalmos, et hymnos et caetera omnia, quae hujuſmodi ſunt, et ſubſequentia, et praeambula ſacramenti. Sunt enim quidam, quod dolentes referimus,

[c] MS Cott. *ſi non praeſentaverint.* [d] *ita* deeſt MS. Cott. [e] MS. Cott. *mucorem.* [f] MS. Aſſav. addit *in altum.* [g] *noſtrae* deeſt in MS. Cott.

qui

qui continua ſyncopa, ſecundum quod legitur in concilio generali, proferunt matutinas; quos, quia maledictus eſt, qui facit opus Dei negligenter, ad hoc volumus coerceri. Ne forte quod Princeps oblatum ſibi recuſaret, pro hoſtia videlicet integra, et viva, mortuam vel mutilatam Principi principum offeramus. Et quia quidem in pſallendo verſus anticipant, voces, et labia permiſcentes; praecipimus, ut ſocius pſallens ſocio pſallenti intendat, et exſpectet, quouſque idem verſum finierit, quem incepit.

De libris et veſtimentis.

Omnes autem eccleſiae libros habeant emendatos, quia per eorum falſitatem multa leguntur et canuntur a pluribus indecenter. Rectores etiam eccleſiarum et ſacerdotes, et alii miniſtri eccleſiae in divinis officiis, tam in veſperis, quam in matutinis, et aliis horis, aut ſuperpelliciis utantur, aut palliis honeſtis, aut clauſis ſaltem indumentis deſuper.

De ſacerdotibus miniſtrantibus in choro.

Et quia, ſicut accepimus, quidam capellani, ad annualia, vel ad officium beatae virginis aſſumpti, interdum matutinis praepoſitis, aut ſeorſum, a choro, vel ab eccleſia, per ſe dictis, miſſas celebrant immature, per campos, vel per villas poſtmodum diſcurrentes; praecipimus, ut omnes capellani, qui in una parochia commorantur, ſimul interſint et conveniant matutinis et veſperis, et aliis horis canonicis, in eccleſiis celebrandis, et miſſis; et maxime de die, niſi cauſa rationabili fuerint impediti; nec aliquis celebret, quouſque Prima fuerit canonice completa. Quodſi ſecus agere praeſumpſerint, uſque ad ſatisfactionem condignam ſe noverint eſſe ſuſpendendos. Statuimus etiam, quod in feriis et feſtis trium lectionum, et in feſtis ix. lectionum poſt ſecundas veſperas, niſi in craſtino feſtorum ix. lectionum ſubſequatur, "Placebo," et "Dirige," dicantur pro fidelium animabus, cum ix. pſalmis, et iii. lectionibus, niſi in paſchali tempore, in quo cum tribus pſalmis et tribus lectionibus dici ſolent. Cordi nobis eſſet, quod omnes monachi haberent in divinis obſequiis unum uſum, et unum, licet alium, canonici regulares, et unum licet tertium clerici ſeculares: tanta enim diverſitas, regulares etiam ejuſdem profeſſionis, in diverſis [h] eccleſiis peritos reddit, et imperitos.

De matrimonio.

Quia vero filiis Adae poſt lapſum mundatis, et unda baptiſmatis, et per epiſcopum Spiritu Sancto in confirmatione roboratis, et ſalutari viatico ſuſtentatis, letalis concupiſcentiae lex inhaeſit, ſine qua non fit carnalis commixtio, propter haec humana generativa quidem tota corrupta; conceſſum fuit matrimonium in remedium, quod inſtitutum fuit prius ad officium: hoc autem ſacramentum, quia figurat ſacramentum, quod eſt inter Chriſtum et eccleſiam, eſt equidem et veneratione dignum, et a fidelibus omni [i] circumſpectione praehabita celebrandum; praeſertim, cum ex errore contrahentium, et eorum, qui ipſis aſſiſtunt, lites execrabiles oriantur; propter quod, juxta ſtatuta concilii ſtatuimus, ut nullum matrimonium fiat, niſi praecedenti in eccleſia trina denunciatione ſolenni: noverintque ſacerdotes, qui hoc ſtatutum violare praeſumpſerint, ſe per triennium ab officio ſuſpendendos. Haec autem intelligimus, non ſolum de matrimoniis ſolenniter celebratis, ſed etiam de his, quae aliter fiant, dum tamen contractum fuerit matrimonium per verba de praeſenti.

De tranſgreſſoribus matrimonii.

Injungimus etiam ſacerdotibus, quod diſtricte inhibeant parochianis ſuis, ne etiam ſponſalia contrahant, vel contrahentibus aſſiſtant, fide data per verba de futuro, niſi jejuna ſaliva, teſtibus dignis adhibitis in praeſentia ſacerdotis. Quod ſi ſecus egerint, mittantur ad epiſcopum puniendi.

Ne extraneas ad matrimonium contrahendum admittant.

Nec extranea perſona, de qua per denunciationem conſtare non poteſt, an legitima ſit, ad contrahendum matrimonium aliquatenus admittatur, niſi ſuper hoc per literas praelati, ſub cujus juriſdictione prius ſteterat, fidem faciat archidiacono loci, vel epiſcopo, vel officialibus eorundem. Doceanturque conjugati bona conjugii, necnon et quomodo debeant ſuos in timore Domini parvulos educare. Provideantque capellani inſuper, quod ſecundo nubentibus benedictionem ſolennem de caetero non impendant, ſi poenas canonicas voluerint evitare.

Ne matres, vel nutrices pueros teneros juxta ſe locent.

Prohibeanturque ſingulis diebus dominicis per preſbyteros tam matres, quam nutrices, ut juxta ſe pueros teneros collocare non praeſumant, ne forte contingat, per earum incuriam pueros ſuffocari; ſed in cunabulis firmiter jaceant fulciendis.

Ne ante celebrationem matrimonii carnaliter commiſceant.

Sponſis etiam prohibemus ſub poena excommunicationis, ne, antequam matrimonium celebretur, carnaliter miſceantur; quod ſi fecerint, ſi de contractu matrimonii contra praedictam formam coram quibuſcunque judicibus fuerit judicialiter actitatum, partem agentem, licet obtinuerit, poenis ſubſcriptis volumus ſubjacere; videlicet, quod quater in anno veniant ad eccleſiam cathedralem, tam coram atrio eccleſiae, quam in vicis praecipuis civitatis, diſciplinam publicam recepturi. In aliis diebus feriandis, quotidie in parochia propria ſimilem ſubeat diſciplinam.

Super eodem.

Sacerdotes etiam praedicent parochianis ſuis, quod, contra doctrinam apoſtoli, non obſervent dies, et menſes, et tempora, et annos, nec in actibus

[h] *eccleſiis* deeſt in MS. Cott.

[i] *ſcriptione* MS. Cott.

aliis,

aliis, nec in matrimoniis celebrandis, ne timeamus cum apoſtolo, haec timente de Galathis, quod in ipſis ſine cauſa, vel inaniter laboremus. Ne autem aliter matrimonia, vel ſponſalia contrahantur, praecipimus per ſacerdotes ſubditis ſuis, ſingulis diebus dominicis firmiter inhiberi; intimantes eis, quod qui aliter facere praeſumpſerint, ad epiſcopum mittentur graviter puniendi. Sortiarii autem et ſortiariae, cum detecti fuerint, maxime autem, qui Judaeos conſuluerint ſuper vita, vel actibus forte diſcutiendis, ad epiſcopum deſtinentur, pro ſuae diſcretionis arbitrio puniendi. Superſtitioſas etiam fontium adorationes, et populorum collectiones apud Cerney et apud fontem Rollae, juxta Gloverniam, et in aliis locis ſimilibus, quoniam ex hoc animabus fidelium multa novimus pericula proveniſſe, per ſacerdotes vicinos praecipimus prohiberi; et per ſubtractionem panis benedicti, et aquae benedictae coerceant eos, quos in hoc de caetero noverint deliquiſſe.

Ut omnes confiteamur ſaltem ſemel in anno, antequam communicemur.

Quoniam autem omnis aetas hominis ab adoleſcentia proclivis eſt in malum, accidit etiam, ut poſt haec omnia deorſum vergens, humana fragilitas decidat in peccatum; propter hoc invenit, et conceſſit nobis miſeratio divina remedium, poenitentiae videlicet ſacramentum, qua poſt lapſum reſurgimus, qua vetuſtas, [k] per baptiſmum deleta reverſa repellitur, et novitas perdita reſtauratur. Hoc autem ſacramentum, quanto majoris eſt miſerationis beneficium, tanto majus eſt ab omnibus charius amplectendum. Praecipimus igitur, juxta noſtrorum ſtatuta majorum, ut ſemel ad minus per annum ſtudeat quiſque fidelis omnia peccata ſua diſtincta, et dilucida confeſſione detegere; ne (quod abſit) in examinationis extremae judicio coram angelis et archangelis divinis publicentur. Moneantur tamen fideles per annum pluries confiteri, ut videlicet ſaltem in tribus praecipuis ſolennitatibus, nativitatis Domini, Paſchae, Reſurrectionis, et Pentecoſtes; [l] praecedentibus jejuniis et confeſſione purgati, digni ſint ſuum recipere Salvatorem.

De confeſſionibus clericorum.

Volumus autem, ut ad audiendas clericorum confeſſiones, certi deputentur in ſingulis decanatibus confeſſores, quos in praeſenti ſynodo per ipſos electos volumus nominari. Injunctiones poenitentiarum, quae ex cupiditatis radice procedunt, execrantes ne fiant, diſtrictius inhibemus; ne videlicet ſacerdos miſſas, tricennalia, vel annualia per ipſum facienda, vel oblationes ab ipſo recipiendas, praeter certa tempora ſtatuta, ſubditis ſuis injungat, ne potius pecuniam, quam animarum ſalutem quaerere videatur. Et qui ſuper hoc convicti fuerint, vel confeſſi, pro ſuperioris arbitrio, puniantur; quod ſi peccatum iterent, vel ab epiſcopatu penitus expellantur, vel ſecundum ejuſdem ſuperioris arbitrium, gravius puniantur. Nec aliquis ſacerdos, qui parochiam regat, tricennale recipiat faciendum; quod ſi receperit, duplum ejus, quod recepit, operi Wigorniae eccleſiae ſolvere compellatur.

De licentia confitendi alii, quam proprio ſacerdoti.

Quodſi forte voluerit aliquis alii confiteri, quam proprio ſacerdoti, petita ab eodem modeſte licentia, non negetur; dum tamen ſacerdoti per aſſertionem alicujus ſacerdotis diſcreti conſtiterit, quod ei conſcientiae ſuae vulnera patefecit; alioquin pro non confeſſo teneatur.

De quibus ſacerdotes doceant ſubditos ſuos, quae ſunt criminalia peccata, et ut ſciant orationem dominicam, et ſymbolum.

Sciantque ſacerdotes ea, quae exiguntur ad verae confeſſionis poenitentiae ſacramentum. Et quia obſervatio decalogi neceſſaria eſt fidelibus ad ſalutem; exhortamur in Domino ſacerdotes, et paſtores animarum, ut ſciant decalogum, id eſt, decem mandata legis Moſaicae, quae populo ſuo, ſibi ſubjecto, frequenter praedicent, et exponant. Sciant quoque, quae ſunt ſeptem criminalia [m] peccata, quae populo praedicent fugienda. Sciant etiam ſaltem ſimpliciter vii. eccleſiaſtica ſacramenta, quae ſunt. Habeat etiam ſaltem quilibet eorum [n] fidei ſimplicem intellectum, ſecundum quod continetur in pſalmo, qui dicitur "Quicunque vult," et tam in majori, quam in minori ſymbolo; ut in his plebem ſibi commiſſam noverint informare. Ut autem ſciant ſacerdotes, quorum aliqui ſunt ſimplices, pro quibus delictis ſuperioribus ſunt poenitentiae reſervandae; ut ſciant etiam parochianos ſuos inſtruere, quomodo debeant confiteri, necnon et eorum conſcientias perſcrutari, injunctionum etiam diverſitates, quia non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum, quendam tractatum de confeſſione fecimus, quem ſciri ab omnibus capellanis praecipimus, et etiam obſervari in confeſſionibus audiendis, quia longum eſſet ipſum in praeſenti ſynodo publicare.

De unctione extrema.

Quia vero ſicut Dominus in evangelio teſtatur: "Non ſanis, ſed male habentibus opus eſt medico;" caroque quibuſcunque fulta remediis, ſemper tamen ut mortis debitrix vergit in occaſum, conceſſum eſt exeuntibus corporalis alleviationis remedium, et remiſſio peccatorum, quae ſola datur, ſi forte non expediat aegroto corporaliter relevari; ſacramentum videlicet unctionis extremae, quod effectum duplicem, Jacobo teſtante, conſequitur in aegrotis. Propter quod hoc ſacramentum, cum aliis digne decet miniſtros eccleſiae, cum caeteris fidelibus venerari, et ad hoc exequendum, ſacerdotes promptos ad aegrotos accedere, horis quibuſcunque fuerint acceriti. Sacerdos enim, qui ſe pigrum exhibet in viſitandis infirmis, ex quo quandoque forſitan accidit, quod aegrotus abſque confeſſione, et dominici corporis et ſangui-

[k] Cott. MS. [illegible] [l] *praecedentibus* ——— *Salvatorem* deſunt in MS. Cott. [m] *peccata* deeſt MS. Cott.
[n] *fidei* deeſt in MS. Cott.

nis perceptione decedat, expers etiam unctionis extremae, pernicioſum ſe, et non ſolum inutilem exhibet ſubditis, et tantam ejus incuriam per nos noverit condigna, pro viribus, animadverſione plectendam. Sunt autem quidam, ut audivimus, qui poſt perceptionem hujuſmodi ſacramenti, ſanitati priſtinae reſtituti, nefas reputant, vel uxores ſuas cognoſcere, vel carnes comedere, vel etiam aliqua ratione nudis pedibus ambulare. Horum autem errorem, utpote doctrinae ſanae contrarium, execramur, et eos communicationibus et monitionibus duximus corrigendos, quia ferro abſcindenda ſunt vulnera, quae fomenta non capiunt, eccleſiaſtica coercione, ſi neceſſe fuerit, [o] praecipimus per ſacerdotes eorum ab his erroribus revocari. Quidam etiam [p] in tantum abhorrent hoc percipere ſacramentum, quod hoc ſibi vix in ſolo mortis articulo ſuſtinent exhiberi; propter quod forſan accidit, quod ejus expertes plurimi ab hac luce ſubtrahuntur. Contra hunc igitur errorem, cum aliis eos per ſacerdotes ſuos, et praedicatores alios crebris exhortationibus praecipimus praemuniri.

Quod ſacerdotes, et caeteri miniſtri altaris ab omnibus ſpurcitiis ſint alieni.

Quoniam autem etiam ſacramenta legis antiquae, quae tamen ſacramenta propriae non dicuntur, non per quoſlibet, ſed per Levitas, et Levitici generis homines tractabantur, multo magis ſacramenta novae legis, quae non ſolum, ſicut illa figurant, ſed faciunt quod figurant, non decebat per quoſcunque tractari; propter quod neceſſarium fuit ſacramentum ordinis, ut ordinati ſupradictum ordinent ſacramentum; qui quidem dominico gregi praepoſiti, ſicut et ordine praecellunt, converſatione ſancta debent caeteris praeeminere. Cupientes igitur miniſtros ſacramentorum noſtri temporis ab omnibus ſpurcitiis eſſe alienos, ejus exemplo, de quo legitur in Malachia, quod "Sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi," circa mores eorum et officia, prohibenda duximus, et ſtatuenda, quae diſtinctis capitulis inferius ſubſcribuntur.

De indumentis clericorum, et tonſuris.

Ne igitur clerici de ſuperbia ſint notabiles, praecipimus, ut juxta ſtatuta conciliorum, pannis ſericis, aut viridibus, aut rubeis non utantur, nec fraenis, nec ſellis, aut calcaribus, aut phaleris aliis aureis, aut deauratis; nec crines, nec comam nutriant, ſed decenter et circulariter tondeantur, coronam habentes decentis amplitudinis, ſecundum quod exegerit ordo, quo fuerint inſigniti; cappas etiam deferant clauſas ſacerdotes, et perſonatum habentes ubique, nec utantur de caetero [q] Heregaldis: caeteri vero curam animarum habentes, maxime in eccleſia et coram praelatis ſuis, et in conventibus clericorum, et ubique in parochiis ſuis, ſecundum quod in concilio London. noſcitur conſtitutum. Quod ſi ſecus actum fuerit, tam ipſi quam archidiaconi, qui deſides fuerint in hac parte correctores, ſe noverint [r] pecuniarie ad pios uſus per epiſcopum puniendos; beneficiatis ſcilicet in decima parte proventuum redituum ſuorum, fabricae Wigorniae eccleſiae tribuenda, irrefragabiliter per epiſcopum puniendis. Clerici vero non beneficiati, qui reprehenſibiles fuerint in tonſura, nec ad ſuperiores ordines, nec ad beneficium admittantur, quouſque per tantum tempus geſſerint tonſuram competentem, quod videantur praeteriti temporis ſcandalum redemiſſe.

De invidia clericorum.

Quum autem [s] oſſa eccleſiae debent clerici eſſe, in quibus robur ejus eſſe debet, quae dum confringuntur, juxta pſalmiſtam, "Exprobrant inimici;" oſſium autem putredo ſit invidia, quam ab ipſis cupimus relegari, ut aliorum bonis [t] et profectibus non invidere, ſed congratulantes potius ſtudeant congaudere.

De humilitate clericorum.

Ut autem exhibeant et oſtendant ſe veros ſcholares, et diſcipulos Jeſu Chriſti, dicentis: "Diſcite a me, quia mitis ſum, et humilis corde;" ſit in eis ornata tranquillitas animorum, ut in ſeipſis compoſiti ſint, etiam aliis manſueti, nec etiam a ſubditis decimas, nec alia, quae debentur eiſdem, per iram, quae juſtitiam Dei non operatur, aut turbulentiam exigentes, aut errores eorum juſto diſtrictius corrigentes. Nec tamen prohibemus, quin illos, quos Dei timor a malo errore non revocat, eccleſiaſticae coerceat ſeveritas diſciplinae. Nec arma portent clerici, cum hoc clericalem non deceat honeſtatem, niſi forſan arma defenſionis, cum hoc neceſſitas exegerit evidenter. Invaſores autem proprii juris, aut alieni manu armata duriſſime ſuperioris arbitrio decrevimus puniendos; per judicem enim ſua, vel ſibi debita, ſive jus, ſive poſſeſſionem, juſtum eſt quemlibet adipiſci. Unde, quae ſuper haec ſtatuta ſunt, firmiter volumus obſervari.

Quod ſacerdotes nullo modo ſint pigri ad viſitandum infirmos.

Quoniam autem poſt primorum lapſum parentum, poſteritas eorum, pro magna parte, decidit in furorem, cujus equidem furoris haec ſunt ſigna, quod os aliena loquitur, [u] quia niſi de prima ... quod precioſa ſua, propriam videlicet animam vili venundat pretio, ſtudioſeque quaerit, unde ſe perimat, denſum contra ſe lutum turpiter congregando, vincivit et [w] conſtrinxit eum ſapientia vinculis mandatorum. Ut autem juxta conſilium ſapientis, non accidientur in eis, quos quaſi vigiles, oportet alios devenienti gladio praemunire; praecipimus, ut diſcurrentes feſtinanter ſuſcitent [x] amicos, hoc eſt, ſibi ſubditos, pro quibus apud diſtrictum judicem ſpoſponderunt. [y] Sint ad benedictionem in divinis

[o] *praecipimus* deeſt in MS. Cott. [p] *in tantum* deſunt ibid. [q] *Heregaudis* ibid. [r] *peculiariter* ibid. [s] Cott. MS. addit *omnia.* [t] *et profectibus* deſunt ibid. [u] *et quaſi nihil* ibid. [w] Cott. MS. ita legit: *conſtruxit vincula mandatorum cur Dei ſapientia.* [x] Idem ita legit: *amicos ſuos feſtinantes, hoc eſt, oris debitos ſibi ſubditos.* [y] Item legit *Solum* pro *Sint.*

praeve-

praevenientes obſequiis, in viſitandis infirmis impigri, ſicut dictum eſt, horis quibuſcunque fuerint evocati; quod ſi torpendo, vel dormiendo neglexerint, gravi ſe per vigiles noverint ultione plectendos, ut accidiae vitium in eis penitus relegetur.

Archidiaconi, et decani nil exigant a rectoribus, in faciendis viſitationibus.

Quoniam autem horrendum eſt ipſos idololatras eſſe, quos in fide decet et oportet alios informare, illud execrabile vitium, avaritiam videlicet, quae idolorum ſervitus nuncupatur, omnes in ſe clerici ſtudeant extirpare, et exemplo majorum, minores ſtudeant declinare. Quia igitur non filii patribus, ſed patres filiis theſaurizant; praecipimus archidiaconis, quod a ſubditis ſuis nihil pecuniae per injuriam extorquere praeſumant; et in viſitationibus faciendis, ſtatuta conciliorum Lateran. et Oxon. et London. vigilanter [z] obſerventur, in ſuis videlicet officiis exercendis, et ſtatutum evectionum numerum non excedant: nihil etiam exigant, vel recipiant pro chriſmate, vel oleo tribuendo. Litigantibus coram ipſis liceat, a lite per concordiam impune recedere, dum tamen lis ſit talis, in qua compoſitio, vel tranſactio ſit permiſſa; nec ſubditos ſuos excommunicent, niſi trina, et canonica monitione praemiſſa.

Quod officiales, vel decani nil exigant a clericis, per epiſcopum in eccleſiis inſtitutis.

Decani etiam pro miſſionibus clericorum in poſſeſſionem eccleſiarum, in quibus fuerint per epiſcopum inſtituti, nihil omnino recipere, vel extorquere praeſumant Nec archidiaconi, nec eorum miniſtri, officiales videlicet, aut decani, vel etiam ſacerdotes, in parochiis ſuis pecuniam recipiant pro criminibus celandis, et omnino ſupprimendis, vel remiſſius puniendis. Quod ſi decani, vel ſacerdotes fecerint, ab officiis amoti, gravius puniantur. Archidiaconi vero et rectores eccleſiarum, et vicarii perpetui relinquantur epiſcopo puniendi. Apparitores etiam decanorum, ſi crimina celaverint, per officialem epiſcopi graviter puniantur. Volumus etiam, quod apparitores communiter per officialem noſtrum, et archidiaconum eligantur; quoniam apparitorem fidelem eſſe oportet, cujus teſtimonio creditur, ſicut duobus teſtibus, in citationibus factis, judici nunciandis.

Ne quis ſacerdos bis in die celebret, niſi neceſſitas hoc exigit.

Praecipimus etiam ſacerdotibus, ſicut praedictum eſt, ne miſſas a ſe faciendas, vel oblationes recipiendas injungant, nec in eadem miſſa plura cantent officia, quod ſapit, et ſonat avaritiae vitium manifeſte. Nec etiam plures miſſas unus ſacerdos celebret eadem die, niſi vel die natalis Domini, et die Paſchae, cum hoc, propter tenuitatem eccleſiae, paucitas exegerit ſacerdotum, vel cum corpus praeſens fuerit tumulandum, vel ingens alia neceſſitas id poſtulat evidenter. Hoc autem intelligimus faciendum in eccleſiis, quarum non abundaverint facultates. In aliis enim, quae opulentae fuerint, et parochias habentes diffuſas, plures praecipimus conſtitui ſacerdotes et clericos, utpote diaconos et ſubdiaconos, ſecundum eccleſiae [illegible]; et ſuper hoc per archidiaconos et officiales noſtros, niſi hoc forte rectores eccleſiarum [illegible] quantur, volumus et praecipimus eccleſiis provideri. Accidit enim ex hoc, quod merito reprobamus, quod diaconi, ſcil. quandoque confeſſiones audiunt, et alia tractant [illegible] quae ſolis ſacerdotibus ſunt commiſſa; quod ne de caetero fiat, diſtrictius inhibemus. Sacerdotes etiam, et clerici miniſtrantes in eccleſia, non aliter, ut [illegible], quorum intereſt, de bonis eccleſiae ſuſtententur, moderanda per epiſcopum, vel ejus officialem ſuſtentatione [illegible] facultatum eccleſiarum, et idoneitatis miniſtrantium in eiſdem. In eccleſiis autem, quae vicinae ſunt ſcholis civitatis, vel caſtrorum, aquae benedictae deferendae ſcholaribus tribuantur. Quoniam autem, juxta querelam prophetae, " Diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum;" clerici videlicet per turpes quaeſtus et mercimonia in capite omnium vitiorum, negotiationes omnimodas clericis inhibemus; quia, ſecundum Apoſtolum, " Nemo Deo militans, negotiis ſecularibus ſe debet implicare." Quoniam autem turpius hoc vitium committitur a religioſis, et non ſine ſcandalo plurimorum, hoc ipſis diſtrictius decrevimus inhibendum.

De emptione bladi creſcentis in terra.

Hinc autem conſequens eſt, quod crimen fugiant uſurarum; quod, ut audivimus, et dolentes referimus, ſacerdotes etiam circa mutuum, et emptiones bladi creſcentis in terra, ad totius cleri dedecus, ſuarumque praejudicium animarum, committere non verentur, vendentes tempus, quod Dominus voluit cunctis eſſe commune, vilius ementes, et carius vendentes, pro dilatione temporis non venalis; quae ne de caetero fiant, totis viribus prohibemus.

Quod ſacerdotes pro ſepultura nihil accipiant.

Sacerdotibus etiam diſtrictius duximus inhibendum, ne pro benedictionibus nubentium, vel ſepultura mortuorum, vel poenitentia, vel aliquibus omnino ſacramentis aliquid exigant a ſubditis, vel extorquere praeſumant; pias tamen fidelium conſuetudines, quas ſponte ſervare voluerint, nolumus impedire.

Quod [illegible]

Audivimus autem quidem, quod merito credimus reprobandum, quod quidam ſacerdotes parochianos ſuos, cum communicant, offerre compellunt; propter quod ſimul communicant, et offerunt, per quod venalis [a] exponi videtur corporis et ſanguinis Chriſti hoſtia pretioſa: hoc, quod execrabile ſit, [illegible]

[z] [illegible] MS C[illegible]

[a] [illegible]

tis: hoc igitur avaritiae horrendum vitium interdicimus et execramus.

Clerici nullam reddant laicis computationem.

Quum autem non deceat clericos laicis de propriis actibus reddere rationem; firmiter inhibemus, ne clerici ballivas accipiant, per quas ad reddenda ratiocinia laicis obligentur, nec cauſas ſanguinis tractent, nec tractandis interſint; nec de executione ſervorum literas ſcribere, vel dictare praeſumant.

Quod eccleſiae non tradantur ad firmam, ſine licentia epiſcopi.

Prohibemus etiam, ne eccleſiae dentur ad firmam, ſine noſtra licentia ſpeciali, nec ultra terminum, in London. concilio conſtitutum, cauſis, propter quas hoc fieri debeat, per nos approbandis, vel reprobandis, ſecundum quod viderimus expedire.

De reditibus, qui dati ſunt ad luminaria eccleſiarum.

Quoniam autem avarum eſt, in uſus profanos convertere, quae divinis ſunt obſequiis deputata; prohibemus, ne reditus, vel fructus poſſeſſionum, ad eccleſiae luminaria dati, in uſus alios convertantur.

Quod nullus religioſus accipiat maneria ad firmam ab abbate ſuo, vel priore.

Quoniam, ut audivimus, non ſolum clericos ſeculares, ſed religioſos et regulares avaritiae peſtis invaſit, ut tanquam negotiatores praecipui, negotiis ſe ſecularibus immiſceant impudenter; utpote mercimoniis, et firmis maneriorum, vel aliarum poſſeſſionum ab abbate ſuo, vel priore, vel etiam ab aliis receptis; nos, tanquam horrendum in eis hoc vitium execrantes, et zelo religionis, et ſtudio juſtitiae proſequentes, diſtrictius inhibemus, ne talia de caetero per religioſos aliquos aliquatenus attemptentur.

Quod religioſi, et clerici ſectentur hoſpitalitatem, pro viribus ſuis.

Praecipimus etiam, ut omnes clerici, et maxime religioſi, ſectentur hoſpitalitatem, per quam quidem placuerint angelis hoſpitio receptis, et ſint hoſpitales, pro ſuarum viribus facultatum; et hoc ſine murmure, juxta doctrinam beati Petri; quia, teſte ſcriptura, dulce verbum melius eſt quam datum. Illos autem hoſpitio potiſſime recipiant, quibus ſive receptis, ſive repulſis, nihil ſe ſperet vel timeat recipiens, vel repellens, ab homine retributionis, vel moleſtiae recepturum.

De gula, et quod nullus clericus interſit compotationibus, quae vocantur ſcottales.

Quia vero per gulam mors noſtra ſumpſit exordium, et tota eſt Adae poſteritas neceſſitati mortis addicta, maxime clericos decet a crapula et ebrietate totis viribus abſtinere; unde prohibemus, ne compotationibus, quae vocantur ſcottales, vel aliis inhoneſtis praeſumant aliquatenus intereſſe, nec tabernas exerceant. Ut etiam a talibus ſubditos ſuos[a] arceant, diligentiam adhibentes, praedictas ſcottales et alias compotantium congregationes ex parte Dei et noſtra firmiter inhibentes, ſicque ſe habeant, et ſubditos ſuos ſe habere doceant, ut qui fuerant per immoderantiam ſauciati, medicinalis parſimoniae ſtudio reformentur; quod ſi tranſgreſſi fuerint [b] ſacerdotes, ab officio ſuſpendantur.

De clericis beneficiatis, qui uxorati ſunt, et de incontinentibus.

Quod autem ad luxuriam, et incontinentiam clericorum, quos a ſe tantae ſpurcitiae vitium cupimus relegare, nihil novum duximus ſtatuendum, ſed volentes, pro viribus, ſuper hoc conciliorum ſtatuta ſervare; praecipimus archidiaconis et officialibus noſtris, quod diligenter inquirant, an aliqui eorum fuerint uxorati, vel concubinas publice tenuerint in domibus ſuis, vel alibi, per menſem, poſt [c] Lugdun. concilium promulgatum, ut poenam, in eodem concilio ſtatutam, tranſgreſſoribus infligamus.

Rectores eccleſiarum non permittant clericos luxurioſos in eccleſiis deſervire.

Sciantque rectores eccleſiarum, et vicarii ſe graviter puniendos, ſi ſcienter eccleſiis ſuis per luxurioſos faciant deſervire. Ut autem clerici fornicatores tam in concubinis, quam in ſeipſis graviter puniantur, praecipimus, ut publicis clericorum concubinis nec panis benedictus, nec aqua benedicta, nec pacis oſculum concedatur. Sciantque ſacerdotes, qui ſecus egerint, ſe graviter puniendos, vel ab officio ſuſpendendos.

De hiis, qui reliquerint eccleſias, et ſolum illarum aedificiis deſtitutum.

Quia vero turpiter per aliquos diſtrahitur patrimonium Jeſu Chriſti, qui eccleſias ſuas et ſolum illarum aedificiis deſtituta relinquunt, et in feodo laico domos aedificant, in quibus collatis ibi forte cum concubinis eorum, valeant liberius laſcivire; prohibemus, ne in ſolo laicali domus aliquae de bonis eccleſiae conſtruantur, nec in talibus aedificiis, aut aliis locis fructus eccleſiae colligantur, niſi forte hoc exegerit neceſſitas manifeſta, ſed in ſolo eccleſiae, juxta facultates eccleſiae ipſius, rector illius aedificet competenter; ad quod faciendum, ſi neceſſe fuerit, compellatur, nec alicujus eccleſiae terra libera laicis ad firmam aliquatenus concedatur; nec etiam fructus eccleſiae aliquo modo vendantur, antequam colligantur.

Quod de bonis rectoris defuncti defectus eccleſiae ſuppleantur.

Quod ſi forte vivens non fuerit executus, de bonis ejuſdem defuncti per commiſſarios ejus, vel archidiaconum defectui mancipetur, dummodo longo tempore tenuerit beneficium aedificiis deſtitutum: quod ſi forte diu talem non tenuerit eccleſiam, aliquid tamen de bonis ejus ad hoc ratione praevia deputetur, habita ratione temporis, quo praefuit eccleſiae memoratae.

[a] *ſuos* deeſt in MS. Cott. [b] *ſacerdotes* deeſt in MS. Cott. [c] Cott. MS. *London.*

Quae

4

Quae honeſtati clericorum conveniant, capitula ſubſcripta declarant.

Quia vero multa ſunt, quae clericali honeſtati conveniunt, quae longum eſſet diffuſe tractare, quae ſubſcripta ſunt prohibenda duximus, et per archidiaconos diligenter inquiri, qualiter ſe in his habeant ſubditi ſui; pro quorum ſalute ſtatuenda duximus et prohibenda ſubſequentia, cum praemiſſis.

Quod nullus clericus frequentet eccleſias monialium.

Prohibemus igitur, ne aliqui clericorum, ſine cauſa rationabili, eccleſias monialium frequentare praeſumant.

Quod nullus clericus vel laicus teneat concubinas clericorum, in domibus ſuis.

[d] Ne aliquis clericus, vel laicus in domo ſua concubinas teneat clericorum; et ubi ſunt concubinarum receptacula, per archidiaconos volumus inquiri, ut receptatores gravius puniantur. Nec dictis concubinis in teſtamentis clericorum, juxta concilium Oxon. aliquid relinquatur; quod ſi [e] forte praeſumptum fuerit, irritum habeatur. Ne quis etiam clericus, vel laicus in domo ſua teneat mulierem, vel conſanguineam ſuam, vel aliam, de qua merito ſiniſtra ſuſpicio valeat ſuboriri.

De beneficiatis, qui illiterati ſunt.

Quia vero non decet illiteratos, et inſcios officium ſibi paſtoris, contra ſalutem propriam uſurpare; denunciari nobis volumus per archidiaconos, et officiales noſtros, qui ſunt rectores eccleſiarum, vel vicarii, qui magnam habent inſufficientiam literarum; et an aliquis rector eccleſiae, vel vicarius non ſit in ordine, quem commiſſa ſibi cura requirit, cum firmiter eos prius praeceperimus ordinari. Et quia [f] frequenter praecepimus, quod rectores eccleſiarum ad ordinem, quem commiſſa ſibi cura requirit, ſe facerent promoveri; et nonnulli, cum ſuarum, et ſubditorum ſuorum animarum periculo, fructus ſine noſtra licentia diu perceperunt extra ſacros, [i. e. nondum ſacris initiati,] licet ad reſtitutionem omnium fructuum, ſine noſtra conſcientia taliter perceptorum, tanquam invaſores, ex debito teneantur. Mitius tamen cum ipſis agere cupientes, qui jam per ſuſceptionem ordinum pro parte vitium hujuſmodi redemerunt, partem fructuum ſuorum per noſtrum arbitrium piis decrevimus uſibus erogandam. Illis autem, qui contra conſtitutiones noſtras, et ſanctiones canonicas ad ſacros ordines hactenus aſcendere praeſumpſerunt, adminiſtrationem fructuum exiſtentium interdicimus, et perceptionem futurorum, quouſque gratiam noſtram invenerint, et ſaltem ad ſacros ordines ſe fecerint promoveri, quos, ſi decreto noſtro reſtiterint, teneri etiam volumus de perceptis. Et quaeratur, an in omnibus eccleſiis canon miſſae ſit rite correctus.

Ne clerici interſint ludis inhoneſtis.

Prohibemus etiam clericis, ne interſint ludis inhoneſtis, vel choreis, vel ludant ad aleas, vel taxillos; nec ſuſtineant ludos fieri de rege et regina, nec arietes levari, nec palaeſtras publicas fieri, nec [g] gildas inhoneſtas; et praecipue mercatorum et peregrinorum, quas omnino fieri prohibemus, per quae multa novimus pericula proveniſſe.

Quod vicarii reſidentiam faciant in eccleſiis.

Vicarii autem in eccleſiis ſuis omnino reſideant, omni occaſione ceſſante; rectores etiam eccleſiarum, ſine licentia epiſcopi, nullatenus ſe abſentent; qui ſi abſentes fuerint, ad reſidendum compellantur auctoritate domini papae, et noſtra; ſi ſe abſentaverint rectores, ſine licentia noſtra, quartam partem fructuum eiſdem decrevimus ſubtrahendam, et pauperibus parochianis, ac aliis piis uſibus per illos, quos deputaverimus ad hoc, erogandam.

Rectores etiam ſine licentia epiſcopi non ſe abſentent.

Et, ut tam rectores, quam vicarii reſidentes teſtimonium habeant honeſtatis; volumus, quod rectores capellanos parochiales de caetero ſecum teneant in hoſpitio, et in menſa, et ut ipſis peccandi per hoc, et malevolis ſubtrahatur occaſio detrahendi.

Quod rectores, vel vicarii non ſuſpendantur.

Statuimus etiam, quod de caetero per archidiaconos, vel decanos, propter delictum rectorum, vel vicariorum, eccleſiae a divinis officiis nullatenus ſuſpendantur; dum tamen per bona ſua, vel perſonas coerceri poterint competenter.

Sacerdotes magnatum non celebrent [illegible] eorum, vel familiae ſuae, ſine licentia epiſcopi.

Prohibemus etiam, ne aliquis ſacerdos in capellis magnatum, quantumcunque ſint liberae, divina celebrare praeſumat, niſi nobis ſit praeſentatus, et admiſſus, nec ipſe confeſſiones dictorum magnatum audiat, aut familiae eorundem, ſine noſtra licentia ſpeciali. Et ſi qui fortaſſis exemptos ſe dicant a juriſdictione noſtra, privilegium exemptionis ſuae, quo ſe tueantur, nobis exhibeant incunctanter.

De hiis, qui falſum teſtimonium perhibent in cauſis matrimonialibus, vel in exhaeredatione alicujus.

Statuimus etiam, ut qui pecunia corrupti, falſum depoſuerint teſtimonium, et ſubornatores et corruptores, praeſertim in cauſis matrimonialibus, vel ubi ad exhaeredationem alicujus agitur, a perhibendo teſtimonio, tanquam infames, necnon et a caeteris actibus legitimis eccleſiaſticis repellantur.

[d] Ne aliquis clericus MS. Cott. [e] forte deeſt MS. Cott. [f] frequenter deeſt Cott. [g] MS. Cott. gildas.

 Vica-

5

Vicariae religioſorum ſufficientes ſint vicarii.

Praecipimus etiam, quod viri religioſi vicarios praeſentent ad eccleſias ſuas, quas habent in proprios uſus, in quibus nondum ſunt vicarii conſtituti; proventus vero vicariarum, qui minus ſufficientes debent merito reputari, per ipſos, quorum intereſt, infra duos menſes irrefragabiliter augeantur: quod ſi forte neglexerint, defectum eorum per officialem noſtrum, et archidiaconum loci volumus in hac parte [h] ſuppleri, et religioſos ad conſenſum, per eorundem beneficiorum ſubtractionem, decrevimus compellendos.

Quod clerici beneficiati non ſint advocati, niſi in cauſis propriis, vel dominorum ſuorum.

Praecipimus etiam clericis beneficiatis, et ſacerdotibus, ne ſint advocati in cauſis, niſi forte pro ſe, vel pro eccleſiis ſuis, vel pro dominis ſuis, vel pro miſerabilibus perſonis. Nec etiam ad poſtulandum aliquis admittatur, qui de domicilio, vel origine noſtrae juriſdictionis fuerit, niſi noſtras literas teſtimoniales exhibuerit; et ſecundum conſtitutionem domini legati, praeſtiterit juramentum, quod in cauſis, quarum patronus extiterit, patrocinium fidele praeſtabit, non ad differendam, vel auferendam alterius partis juſtitiam, ſed ad cauſam clientuli ſui, legibus utendo, et rationibus defendendam.

Nulla detur clerico, vel laico de garbis decimarum.

Statuimus, ut nullae garbae de blado decimando alicui pro ſervitio ſuo, vel aliquo modo alio dentur, antequam decimentur; vel ſi datae fuerint, ſub interminatione anathematis praecipimus non computari.

De decima negotiationum, et artificiorum.

Et de negotiatione, vel artificio eccleſiae illius parochiae, in qua quis domicilium habet, decimas det, licet in alia parochia negotietur, vel artificio utatur, niſi manſionem diutinam in parochia fecerit aliena, tunc enim ibi lucrum ſuum pro rata temporis decimabit.

De decimis agnorum, lanae, et caſeorum.

Ne decimarum confuſio provenientium de lana, agnis, et caſeis, eccleſiarum rectoribus amodo contentionis occaſionem generet; ſtatuimus, quod in quacunque parochia, ubi per totum annum fuerit ovile ovium, licet oves parochiae vicinae limites tranſeant ad paſcua quaerenda, illi eccleſiae, in cujus parochia cubaverint, decimae tribuantur; quodſi continue cubant in una parochia, et continue paſcant in alia, inter eccleſias decima dividatur. Idem et, quod de ovibus, de vaccis duximus ſtatuendum.

Quod decimatio lanae, agnorum, et vellerum fiat, praeſente rectore, vel ejus miniſtro.

Ut autem in noſtra dioeceſi uniformis ſit praeſtatio decimarum agnorum, [i] vitulorum, et vellerum, et ut laicis ſubtrahatur occaſio malignandi; ſtatuimus, ut praeſente rectore [k] eccleſiae, vel ejus miniſtro, fiat decimatio praedictorum; quodſi laici ad hoc induci non poſſunt, ad hoc faciendum per cenſuram eccleſiaſticam compellantur.

De decimis foeni.

Statuimus etiam, ut decimae foeni integre reddantur, vel decima pars prati in loco competenti, et ſine praejudicio eccleſiae aſſignetur, niſi prius fuerit aſſignata, ſive ſemel, ſive bis prata falcentur. Quia, ſi forte dixerint aliqui, ſe pratum, quod eccleſia tenet, dediſſe pro decima, ſi hoc probare voluerint, audiantur; quo probato, quod ſi ſuffecerit, pro decima teneatur, nec amplius exigatur; ſi vero non ſuffecerit, per ipſum, qui tenetur, quod defuerit, ſuppleatur. Quodſi forte non probaverit, pratum datum fuiſſe pro decima, quia pro dote datum fuiſſe praeſumitur, decima per eos, qui decimare tenentur, integre perſolvatur.

De detentoribus decimarum.

Concedimus etiam rectoribus eccleſiarum, quod monitione praemiſſa, tribus diebus dominicis per cenſuram eccleſiaſticam coerceant detentores decimarum praedictarum.

Quod viri religioſi oſtendant titulum, quo poſſident decimas, infra terminum ſtatutum.

Praecipimus etiam, quod viri religioſi, necnon et alii, qui contra jus commune decimas poſſident ſeparatas, infra feſtum S. Michaelis titulum nobis ſuae poſſeſſionis oſtendant, infra terminum a nobis jam [l] quondam ſtatutum, vel ab officiali noſtro ſtatuendum, titulum ſuae poſſeſſionis oſtendant.

De executione teſtamenti expedienda.

Quia vero teſtamentorum executio per executores, ſeu commiſſarios rarius quam deceret, debitum ſortitur effectum, tum per fraudem executorum, tum per negligentiam eorundem; volentes ſuper hoc de caetero decedentibus providere, ſtatuimus et praecipimus, ut teſtamenta, quorum executionem in ſe commiſſarii ſuſceperint, celeriter exequantur; et ut hoc liberius et promptius fiat, volumus, ut per viſum epiſcopi, vel ejus, quem ad hoc duxerit deputandum, dum in executione laborant, moderatas ſumant ſibi expenſas de bonis defuncti, cujus multae fuerint facultates; pauperibus vero gratis executionis officium gratanter impendant. Quodſi [m] forte fraudulenti reperti fuerint, aut negligentes, per epiſcopum, vel ejus officialem, de conſilio proximorum defuncti, vel omnibus, vel illis, qui ſuper hoc fuerint reprehenſibiles, alius aut alii ſubrogentur.

Inhibemus etiam executoribus antedictis, ne de bonis defuncti recipiant aliquid, titulo emptionis, vel donationis per ſe, vel per alios, niſi fortaſſis aliquid eis fuerit legatum a dicto defuncto, dum adhuc viveret, aut donatum.

[h] *impleri* MS. Cott. [i] *vitulorum* deeſt in MS. Cott. [k] *eccleſiae* deeſt in MS. Cott. [l] Cott. MS. *quibuſdam ſtatutis.*
[m] *forte* deeſt in MS. Cott.

De

De teſtamento pauperis.

Ubi autem teſtator tanta paupertate laborat, quod non poſſit eccleſia legatum percipere conſuetum, quin uxor ejus, et liberi, ſi qui fuerint, relinquantur inopes, aut mendici; volumus et praecipimus, quod tantum, et non amplius habeat eccleſia pro legato, quod deducto eo, quod domino debetur, et funeris expenſis, et aliis debitis perſolutis, duae partes bonorum, quae ſupererunt, antedictis uxori et liberis relinquantur; ſi autem ſine liberis deceſſerit, uxori dictorum bonorum medietas relinquatur. Idem etiam ſtatuimus, cum in paupertate conſimili uxor praemoritur viro ſuo, circa virum et liberos obſervandum.

Quod rector eccleſiae, ſi teſtatus deceſſerit poſt annunciationem beatae Mariae, percipiat decimas et alios fructus; ſi autem inteſtatus deceſſerit, omnia bona ſua ſint in diſpoſitione epiſcopi.

Quod autem, piae recordationis, praedeceſſor noſter ſtatuit circa fructus a clericis in terra ſeminatos, ab ipſis percipiendos, quacunque hora anni deceſſerint, et circa decimas autumni ſequentis percipiendas ab eis, ſi teſtati poſt Annunciationem beatae virginis debitum carnis perſolviſſent, ratum habentes; de his, qui ſive ante, ſive poſt dictum terminum deceſſerint inteſtati, ſic duximus ordinandum; ut de decimis, et omnibus bonis eorum, quae tempore mortis inventa fuerint, diſponat epiſcopus, ſecundum quod viderit expedire, convertens ea in ſolutionem debitorum defuncti, ſi quae fuerint, et alios pios uſus, ſecundum quod pie decreverit faciendum. Succeſſor tamen defuncti [n] rectoris, ſi ante tempus meſſium fuerit inſtitutus, tam fructus terrae, quam decimarum integre percipiat, niſi fortaſſis epiſcopus, ſi defunctus fuerit aere alieno gravatus, ad ejus exonerationem, vel ad alios pios uſus pro defuncto moderatum aliquid duxerit retinendum. Foenum autem prati de dominico eccleſiae ſucceſſori defuncti ſtatuimus tribuendum, decimae vero foeni jure aliorum fructuum cenſeantur.

Item, ſi rector eccleſiae, perceptis, vel percipiendis ab eo fructibus autumni, deceſſerit, qui penſionem aliquam religioſis, vel aliis perſonis ſolvere teneatur, de bonis ejus dicta penſio perſolvatur, et ſi forte proventus eccleſiae, quos ipſe percipit, non ſufficiant ad ſervitium eccleſiae, et onera epiſcopalia, et archidiaconalia ſuſtinenda, uſque ad Annunciationem beatae virginis per commiſſarios de bonis defuncti, quod defuerit, ſuppleatur.

De terris defunctorum incultis.

Terrae autem eccleſiarum vacantium incultae non jaceant, ſed per decanum loci excolantur, ab eo, qui fructus receperit, ſumptibus refundendis, vel pro parte fructuum tradantur aliis excolendae. Decani, qui circa hoc negligentes extiterint, puniantur.

De teſtato laici inteſtati.

Si autem laicus liber homo inteſtatus deceſſerit, dominus ejus, et eccleſia, cujus parochianus extiterat, habeant quod ex teſtamento, ſi fieret, eis fuerat tribuendum. Quod autem de bonis ſuperfuerit, in ſolutionem debitorum defuncti, ſi quae fuerint, et ſtipendia ſervientium, et alios pios uſus per viſum domini defuncti, et ipſum, quem epiſcopus ad hoc deputaverit, erogetur.

De ſacerdotibus alienae ordinationis.

Praecipimus etiam, quod omnes ſacerdotes ordinationis alienae, et qui locum mutaverint, qui in dioeceſi noſtra ad parochias cuſtodiendas, vel ad celebranda divina fuerint admittendi, citra initium Septembris, ſingulis annis, archidiacono, vel officiali noſtro per ipſos, quorum intereſt, praeſententur, ut per ipſos praeſentati eorum meritis approbentur, vel, ſi juſtum fuerit, reprobentur.

De feſtis celebrandis.

Quod autem praedeceſſor noſter ſtatuit de feſtis celebrandis, ne fiant in eis opera ſervilia, praecipimus ab omnibus uniformiter obſervari, niſi forte aliquid ſpecialiter fiat pro veneratione ſanctorum, in quorum honore eccleſiae, vel altaria conſecrantur: dictis autem ſolennitatibus beatorum Nicolai et Edmundi archiepiſcopi duximus adjungenda. Feſta autem ſanctorum Dominici et Franciſci in eccleſiis cum novem lectionibus volumus ſuper hoc celebrari. Nolumus tamen per hoc opera laicorum fidelium impediri.

De vigiliis circa corpora defunctorum.

Quod etiam idem ſtatuit in choreis, et cantilenis ſecularibus, [o] et luctis, et aliis turpibus et fatuis declinandis in vigiliis, quae fiunt circa corpora mortuorum, praecipimus inviolabiliter obſervari; nec ad dictas vigilias aliqui veniant, niſi cauſa devotionis, et qui ab hujuſmodi malis ſe voluerint abſtinere.

Quod mulieres Chriſtianae nullo modo nutriant pueros Judaeorum.

Prohibemus etiam ſub interminatione anathematis, ne mulieres Chriſtianae pueros nutriant Judaeorum, nec habeant Judaei famulas Chriſtianas in eorum hoſpitiis pernoctantes.

Quod Chriſtiani non recipiant res Judaeorum in eccleſiis cuſtodiendas.

Prohibemus etiam, ne Chriſtiani recipiant pecuniam Judaeorum, quaſi res proprias, ut magis ſalvo cuſtodiantur, in eccleſiis deponendas.

Quod Chriſtianus non committat Judaeo pecuniam, cauſa mutuandi ad uſuram.

Quia vero parum refert, an quis per ſe, vel per alium in crimen incidat uſurarum; prohibemus, ne quis Chriſtianus Judaeo pecuniam

[n] *rectoris* deeſt in MS. Cott.

[o] MS. Cott. legit *ludis* pro *et luctis*.

com-

5

committat, ut eam Judaeus ſimulate ſuo nomine proprio mutuet ad uſuram. In aliis autem ſtatuta conciliorum circa Judaeos volumus et praecipimus firmiter obſervari.

De cereo paſchali.

Quae autem circa [p]viros religioſos ſtatuenda decrevimus, proponimus in eorum capitulis publicare.*

Circa correctiones ſacerdotum conductitiorum, hunc ordinem volumus obſervari, ut ſi per inquiſitionem, vel alio modo quandocunque fuerint de incontinentia diffamati et convicti, primo pecunialiter puniantur, et amoveantur a loco, in quo fuerant diffamati, ſaltem in fine anni, propter infamiam et periculum evitandum, et alio loco ponantur. Si ſpes ſit de correctione, et caveant ſub poena graviori, quod de caetero continebunt. Secunda vice, ſi ad idem inveniantur culpabiles, exigatur poena non ſolum in fine anni, ſed quacunque parte anni inveniatur commiſſa, et caveant idonee, quod continebunt, ſub poena amotionis et dejectionis ab epiſcopo, et mutent locum, ut ſupra. Si tertio comprehendantur culpabiles, a loco ejiciantur, maxime ſi fuerint aſſueti peccare; quibus eccleſiis mutuo ſibi ſignificent archidiacono nomina ejectorum, ne ab uno ejecti, in archidiaconatum alterius admittantur. Item nullus archidiaconus, ſeu ejus officialis admittat capellanum de alterius archidiaconatu poenitentem, niſi prius conſtiterit per alium archidiaconum, qualiter dictus capellanus fuerit converſatus ſeu morigeratus, et ſi ſub aliqua poena fuerit obligatus, et ſub qua forma. Item rectores vel alii praeſentantes capellanos, qui caverunt jam in eodem epiſcopatu, vel eos, qui habent neceſſe cavere, ſub poena fidejubeant in ipſa praeſentatione, ſi contingat cauſam committi. Item extranei capellani non admittantur, niſi literas teſtimoniales ad locorum ordinarium, in quibus primo celebraverunt, attulerint, et pro eiſdem caveant praeſentantes, quod honeſte ſe habebunt, et vivent continenter, ſub poena unius marcae. Item oriundi de alieno epiſcopatu, et non a ſuis epiſcopis ordinati, nullatenus admittantur, niſi prius doceant, a ſuis cum eis fuiſſe diſpenſatum; hoc idem de oriundis de noſtro epiſcopatu, et ab alienis epiſcopis ordinatis ſimiliter obſervetur. Item diligenter examinentur ſacerdotes conductitii de literatura, ad curam animarum maxime praeſentati, et illi maxime, qui in noſtro epiſcopatu converſati ſunt, examinentur de ſynodalibus conſtitutionibus, et de poenitentiali noſtro; et ſi inventi fuerint harum conſtitutionum ignari, repellantur, vel pro negligentia puniantur, et injungatur eiſdem et aliis de novo admittendis, quod habeant et ſciant praedicta ſcripta citra adventum Domini, ſub poena competenti. Nomina ſiquidem capellanorum ad celebranda qualitercunque admiſſorum in ſcriptura redigantur, et alii, qui ſunt bonae famae, per ſeorſim ponantur; alii vero, correcti ſcilicet et caventes, per ſe ordinate et diſtincte. Ejus ſcripturae nobis fiet copia citra feſtum Omnium Sanctorum, ut ſic de vita, moribus, et conditionibus eorum poſſimus edoceri.

Adhaec capellani convicti ſuper incontinentia ad officium ſuum non admittantur, priuſquam cum poenitentiali noſtro conſilium habuerint ſalutare, et de hoc fidem fecerint archidiacono, vel decano.

Item circa rectores incontinentes et vicarios ſic procedatur: primo pecunialiter puniantur, ſecundum facultates eorum, et quantitatem delicti: ſi de alienis parochiis fuerint diffamati, et caveant ſub poena gravi, quod de caetero continebunt, quas cautiones archidiaconi exigant, et nobis eaſdem infra menſem exhibeant, alioquin tanquam negligentes puniantur; qui ſi tertio ſuper incontinentia convincantur, non per archidiaconum, nec per officialem epiſcopi, ſed per ſolum epiſcopum, ſecundum jura et formam ſuarum obligationum puniantur. Hoc idem obſervetur in illis, qui in propriis parochiis inveniuntur peccaſſe, vel aliud crimen commiſiſſe, quod ad eorum privationem merito ſufficere debeat, et eorum correctio ſoli epiſcopo relinquatur, et in iſtis caſibus maxime ad purgationem rectoris non coram aliquo, niſi coram epiſcopo aliquatenus admittantur.

Ad haec ſtatuimus, ne diebus feſtivis et ſolennibus carragia fiant, ſeu mercata; et ſi qui in hoc deliquiſſe reperiantur, et moniti non deſiſtant, ad capitulum evocentur, et ibidem graviter puniantur. Hoc idem de mercatis, ludis, placitis, in locis ſacris ne fiant, ſtatuimus obſervandum. Volentes inſuper tractatum poenitentialem, et conſtitutiones noſtras ab omnibus ſciri et firmiter obſervari, ſtatuimus, quod aliqua particula eorundem in quolibet capitulo per aliquem capellanum publice legatur, quando difficultas emerſerit in eiſdem, exponatur, et ubi lector in eodem capitulo dimiſerit, alius incipiat in ſequenti. Ita quod nullus lector praemuniatur; ſed capitulo praeſidens alicui capellano, quem elegerit, legendas tradat conſtitutiones ſupradictas. Hoc idem de tractatu poenitentiali in capitulis obſervetur. Si qui vero conſtitutiones praedictas non habuerint, vel ignari forte inveniantur earundem, dimidiae marcae mulcta pro negligentia puniantur. †

Item poſt feſtum ſanctae Trinitatis fiant minores cerei de cereo paſchali, qui cedant in uſus altarium et pauperum.

Has igitur noſtras conſtitutiones in ſingulis et omnibus eccleſiis noſtrae dioeceſis ſcribi volumus et ſervari. Volumuſque rectores eccleſiarum et ſacerdotes, ad ipſas intelligendas, et effectui mancipandas, pro viribus inſudare. Quod ſi forte neglexerint, ſciant ſe graviter puniendos, cum ſuper hoc in ſynodo, vel extra fuerint requiſiti, cum tantum temporis lapſum fuerit, quo commode, quod praedictum eſt, potuerint impleviſſe.§

[p] *viros* deeſt in MS. Cott. * His adjungit Codex MS. Thomae, epiſcopi Aſſavenſis, correctiones ſubſcriptas, quas dicit eſſe de conſtitutionibus piae recordationis D. Walteri de Cantilupo.

† Jam ſequitur in codice Cotton. quae codex epiſc. Aſſavenſis omiſit.

§ MS. Cott. addit: *Expliciunt conſtitutiones domini epiſcopi Wigorniae.* His ſuperaddit Calendarium paſchale.

De lectione librorum ſacrae ſcripturae.

In Septuageſima, canitur et legitur "In principio;" id eſt, Pentateuchum Moiſi, uſque ad Paſcham Domini. Septuageſima captivitatem Babylonis ſignificat, id eſt, confuſionis, in qua nos ſumus, dum in mundo captivamur, de qua exeuntes, debemus ad Jeruſalem redire; id eſt, ad domum pacis, unde nos diabolus captivavit. Quamvis enim captivitatis noſtrae ſemper memores eſſe debemus, ſpecialiter in ipſis diebus oportet, quibus legimus et cantamus de abjectione noſtri Adam de paradiſo; et de periculo Noae in diluvio; de Abraham, qui exiit de terra ſua, et de hujuſmodi eorum laboribus: ſicut enim Adam in exordio mundi factus eſt, ſic et in principio anni, et eccleſiaſtici officii de illo cantare et legere proponimus.

In paſſione Domini, uſque ad Paſcha, legimus Jeremiam, quoniam ipſe redemptoris noſtri paſſionem aperta lamentatione praeſignavit. Poſt Paſcha legitur Apocalypſis, id eſt, tribus ſeptimanis; et cantatur in feriis, quoniam ſancto Johanni revelatum eſt de morte agni: hoc etiam ſancti apoſtoli praedicabant.

Poſtea leguntur epiſtolae canonicae uſque ad Aſcenſionem, et cantantur de pſalmis, "Narrabo," et "Si oblitus"; quod etiam prophetatavit David paſſionem Domini, quem praedicaverunt apoſtoli. Ab aſcenſione Domini uſque ad Pentecoſten, cantatur de feſto, et leguntur Actus apoſtolorum. Poſt Pentecoſten uſque ad calendas Auguſti, leguntur libri Regum, cantatur, "Deus omnium:" quoniam ſicut Saul, et David, et alii pro lege ſua, contra Alophilos, et Goliam pugnaverunt, ſic et nos, poſt Pentecoſten, et poſtquam recepimus gratiam Spiritus Sancti in baptiſmo, pugnare debemus contra vitia et daemones. Unde et apoſtolus; "Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem et ſanguinem, ſed adverſus principes, et poteſtates." Calendis Auguſti, uſque ad calendas Septembris, legitur et cantatur Salomon, id eſt, Sapientia, cum reſponſorio, "In principio Deus." Auguſtus ſextus menſis eſt, et calidus, et anni medius. In ſexta aetate, qua Dominus venit, debemus quidem, propter ejus praeſentiam, ſapienter vivere, quoniam audita eſt inter nos ſapientia, quae ab ore altiſſimi prodiit, unde et cor concaleat, et igne ejus exardeſcat, quoniam Deus ignem venit mittere in terram; vel quia in media aetate, ubi quiſque ab aeſtu vitiorum amplius ſuccenditur, noſtra debeat tunc ſuccurrere ſapientia, niſi tanto ſapientius eſt cavendum, quanto plus valet aetatis perfectio ad reſiſtendum.

In Septembri legitur et cantatur de Job, Tobia, et Eſdra, Heſter, Judith; hi ſunt, qui omnia adverſa patienter ſuſtinuerunt; ſic et nos in ſeptima aetate, qua mundus finietur, adverſa, quae fient, debemus tolerare pro Domino patienter.

Calendas Octobris, uſque ad Novembrem, leguntur libri Machabaeorum, et cantatur "Ad appareat." Iſte octavus menſis laetitiam reſurrectionis ſignificat, quod, ſicut Judaei, finitis praeliis, et templo reſtituto, in hymnis, et confeſſionibus benedicebant Dominum; ſic et in Reſurrectionis gloria, deſtructis diabolis, ſancti et juſti gaudebunt in Domino.

Calendas Novembris, uſque ad adventum Domini, legitur Ezechiel, et Daniel, et xii. Prophetae, cum reſponſ. "Vidi Dominum:" Ezechiel enim vidit iv. animalia, et iv. evangeliſtas, qui Domini nativitatem, paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem, etc. mundum docuerunt. Daniel quoque eum venturum praedixit, dicens; "Aſpiciebam in viſu noctis, et ecce, filius hominis veniet:" Similiter et alii prophetarum Dominum venturum, vel naſciturum praedixerunt; et ideo * ante adventum ejus leguntur, quia ipſe eſt ſalvator mundi, quem naſciturum praedixerunt de virgine.

Ab adventu Domini, uſque ad Natale ejus, legitur Iſaias; quia quanto de Domino prophetavit Urbanus, tanto nativitatis ejus * feſto legitur proximius.

De feſtis duplicibus in eccleſia Saliſburienſi.

Haec ſunt feſta duplicia in eccleſia Saliſburienſi; videlicet dies natalis Domini, et quatuor ſequentes; dies circumciſionis Domini; dies Epiphaniae; purificatio ſanctae Mariae; Annunciatio dominica; dies Paſchae, cum tribus ſequentibus diebus; dominica in Albis, inventio ſanctae Crucis; dies aſcenſionis Domini; dies Pentecoſtes, cum tribus ſequentibus; feſtum ſanctae Trinitatis; feſtum S. Johannis Baptiſtae; feſtum apoſtolorum Petri et Pauli; aſſumptio ſanctae Mariae; nativitas beatae Mariae virginis; feſtum Reliquiarum; feſtum S. Michaelis; feſtum Omnium Sanctorum; feſtum S. Andreae.

Item, quando chorus regi debeat, omni die dominica, et in omni feſto duplici, et in omni feſto ix. Lectionum, per totum annum, et a primis veſperis natalis Domini, uſque ad octavas Epiphaniae, et in ipſis octavis, niſi in vigilia Epiphaniae, cum extra dominicam contigerit; et per octavas Paſchae, et Pentecoſtes, et in quibuſdam feſtis, quae contingunt in paſchali tempore; in hiis, videlicet in feſto S. Ambroſii, et S. Marci, et S. Gregorii, et apoſtolorum Philippi et Jacobi, et in inventione ſanctae Crucis, et in feſto S. Johannis ante Portam Latinam; et S. Dunſtani, et S. Aldelmi, et S. Auguſtini, et S. Barnabae apoſtoli; et per octavas Aſcenſionis; et in die octavo Petri et Pauli; et per octavas aſcenſionis et nativitatis beatae virginis Mariae.

Haec ſunt feſta ferianda ex toto in epiſcopatu Wigorniae; ſcilicet

Dies natalis Domini, cum quatuor diebus ſequentibus.
Circumciſio Domini.
Epiphania Domini.
Depoſitio S. Wolſtani.
Converſio S. Pauli.
Purificatio beatae Mariae.
Cathedra S. Petri.
S. Matthiae apoſtoli.

* Deeſt in MS. Cott.

1

Depoſitio S. Oſwaldi.
Annunciatio dominica.
Dies Paſchae, cum duobus diebus.
S. Marcae evangeliſtae.
Apoſtolorum Philippi et Jacobi.
Inventio ſanctae Crucis.
Aſcenſio Domini.
Dies Pentecoſtes, cum duobus diebus.
Nativitas S. Johannis Baptiſtae.
Apoſtolorum Petri et Pauli.
Tranſlatio S. Thomae archiepiſcopi.
Sanctae Mariae Magdalenae.
S. Jacobi apoſtoli.
Ad vincula S. Petri.
S. Laurentii martyris.
Aſſumptio ſanctae Mariae.
S. Bartholomaei apoſtoli.
Nativitas beatae Mariae.
Exaltatio ſanctae Crucis.
S. Matthaei apoſtoli.
S. Michaelis archangeli.
S. Lucae evangeliſtae.
Apoſtolorum Simonis et Judae.
Feſtivitas Omnium Sanctorum.
S. Martini epiſcopi.
S. Andreae apoſtoli.
S. Nicolai epiſcopi.
S. Thomae apoſtoli.
Omnes dies dominici.
Feſtum cujuſlibet eccleſiae.

Dedicatio eccleſiae. Si fuerit matrix eccleſia, per totam parochiam; ſi capella, tantummodo in parochia.

Haec ſunt ferianda in omnibus, praeterquam in carucis.

S. Vincentii martyris,
S. Johannis ante Portam Latinam, praeterquam in cantibus.
S. Barnabae apoſtoli.
S. Leonardi abbatis.
S. Clementis, papae et martyris.
Tranſlatio S. Oſwaldi epiſcopi.
S. Catharinae, virginis et martyris.

Haec ſunt ferianda ab operibus mulierum tantum: videlicet

S. Agnetis, virginis et martyris.
S. Margaretae, virginis et martyris.
S. Luciae, virginis.
S. Agathae, virginis et martyris.

Feſta ſanctorum Dominici, Franciſci, et Edmundi confeſſoris in eccleſiis cum novem lectionibus celebrari volumus.

Nolumus tamen per haec, opera fidelium impediri.

Poſt 16. calendarum Februarii, niſi decimam lunam inveneris, ibi eſt terminus Septuageſimae.

A feſto Stellae numerando perfice lunae,
Quadraginta dies poſt Septuageſima fiet.

Memento, quod anno biſſextili luna Februarii xxx. dies computet; ita tamen, quod luna Martii xxx. dies habeat, ſicut ſemper habet, ne paſchalis lunae ratio vacillet.

Poſt feſtum ſtellae, in primas perfice lunae,
Treſque dies Domini, tertia Paſcha tenet.
Poſt nonas Martis, ubi ſi nova luna requiris,
Et ſuccreſſierit bis ſeptima Paſcha patebit.

Inventum eſt in concilio ſanctorum patrum, quod nec ante 11. calend. Aprilis, nec poſt 7. calend. Maii, Paſcha debet fieri.

Nota, quod omnia feſta, contingentia infra Septuageſimam, uſque ad caput jejunii, cum nocturnis celebrantur, praeter commemorationem beatae virginis.

Bertinus Ceda Romanus cum Petronilla
Pſalmis nocturnis dant ſua feſta coli.
Petrus, et Andraeas, Jacobus, cum Simone Judas,
Ut jejunemus, nos admonet atque Mathaeus.
Dat crux Lucia cineres chariſmata dia.
Ut ſit in angaria quarta ſequens feria.
Inchoat iſtius ſemper jejunia menſis,
Poſt exaltatam feria quarta crucem.
Adventum Domini prima colit feria;
Andreaeque dies adventus ſit tibi limes.
Adventum Domini non eſt celebrare Decembri.
Andreae feſto interior ordine quovis.
Poſt ternas nonas nec quinas ante calendas.
Tres praecedentes Andream, treſque ſequentes.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
GREGOR. IX. 14.	St. EDMUND. 7.	1240.	HENRIC. III. 24.

Concilium Radigenſe. Ex Matth. Pariſ. in ann. p. 470.

EJUSDEM anni ſpatio convenerunt apud Radingum omnes Angliae archiepiſcopi, epiſcopi, et majores abbates, et quidam magnates regni, papale mandatum a domino legato explicandum audituri. Quo cum perveniſſent, legatus, facto prolixo ſermone, ut ſibi corda audientium inclinaret, tandem varias preſſuras, quas pro juſtitia eccleſiae ſuſtinuit dominus papa, ſuſtinendo inſultus Frederici dicti imperatoris omnibus patefecit. Exigebat igitur inſtanter ex parte ipſius papae quintam partem bonorum ſuorum, quibus ſuffultus, injurias tam validi inimici valeret propulſare. Cui inito concilio reſponderunt epiſcopi, quod nullo modo tam importabile onus, quod univerſalem tangebat eccleſiam, ſubirent, ſine prolixi concilii diligenti deliberatione. Et idcirco datus eſt illis dies remotior ſuper hoc magno mandato deliberationis. Haec Pariſius.

Legatus autem hoc non contentus reſponſo, non multum poſtea concilium Northamptonae convocavit, eadem de materia tractaturus. De quo fuſe agit Pariſius, uti patet ex ſequentibus.

Concilium Northamptonenſe de exactionibus papalibus. Ex Matth. Pariſ. in ann. MCCXL. pag. 476. ſeqq.

PER eoſdem dies venit in Angliam nova quaedam pecuniae exactio, omnibus ſeculis inaudita et execrabilis. Miſit enim papa, pater noſter ſanctus, quendam exactorem in Angliam, Petrum Rubeum, qui excogitata muſcipulatione infinitam pecuniam a miſeris Anglicis edoctus erat emungere. Intravit enim religioſorum capitula, cogens et ſeducens eos ad pecuniam promittendam, et promiſſam perſolvendam, exemplo aliorum praelatorum, quos mentitus aſſerebat gratanter perſolviſſe: dixit enim: Ille epiſcopus, et ille: ille abbas, et ille, jam libens ſatisfecit: quidnam vos ignavi tam moramini, ut grates cum muneribus amittatis? Fecit etiam praedictus impoſtor jurare, ut hoc genus pecuniam extorquendi nulli hominum infra dimidium annum facerent manifeſtum; quaſi eliciens hoc ex ſingulorum primitiva profeſſione, cum tantum de honeſtis ſit conſilium papale celandum. Hoc faciendo more praedonum domeſticorum, qui fidem ab expoliatis extorquent, ut nulli pandant nomina ſpoliantium; ſed etiam ſi homines ſilerent, lapides eccleſiarum contra graſſatores clamorem levarent. Nec potuit hoc maleficium latere ſub tenebris: quomodo etenim poſſent praelati a ſuis et ſibi ſubjectis pecuniam exigere, niſi cauſa exactionis exprimeretur?

Venerunt igitur abbates vultu flebili, et capite demiſſo ad regem, ſuarum patronum eccleſiarum, dicentes: "Domine rex, ſuggillamur, nec licet nobis clamitare; jugulamur, nec poſſumus ejulare. Injungitur nobis a domino papa impoſſibilitas, et exactio toti mundo deteſtabilis. Baronias a vobis tenemus, nec poſſumus eas depauperare ſine veſtri praejudicio, nec poſſumus vobis, quae nobis incumbunt pro illis, reſpondere, et papae nos inceſſanter torquenti ſatisfacere. Sic enim, et ſic rediviva et ſemper nova et inexpectata oritur nobis illata angaria a Romanis excogitata, quae nos vel modicum non patitur reſpirare; ad aſylum veſtri conſilii, et ad ſinum veſtri patrocinii recurrimus, ſuper his deſolationibus conſilium et auxilium poſtulantes." Et qui loquebantur haec, fuerunt dominus abbas de S. Edmundo, et dominus abbas de Bello. Quos rex, cum haec audiret, torvo intuens aſpectu, et tumultuoſa vociferatione perterrens, clamavit ad legatum, qui tunc forte praeſens extitit: "Ecce domine mi legate, iſti miſeri ſeductores, pandentes ſecreta papalia, obloquuntur, voluntati veſtrae non acquieſcentes: facite de ipſis, quod vobis placet. Ecce accommodo vobis unum de melioribus caſtris meis, ut eos in eo carcerali cuſtodiae mancipetis." Quod cum audiſſent abbates, ſupra quam dici poſſit, confuſione perculſi, receſſerunt, legato pro voto ſatisfacturi. Aliqui tamen, ſed pauci, non adhuc vacillantes, nolentes adhuc colla ſupponere tam odibilis conditionis ſervituti, ſteterunt; requiſita ſolvere renuentes, et ſubterfugia per inducias ſibi vix requirebant.

Cumque ſimilia facere credebat legatus, ipſi Petro Rubeo aſſociatus, epiſcopis apud Northamptonam propter hoc vocatis, edocti abbatum exemplo reſponderunt: "Habemus archidiaconos nobis ſubjectos, qui norunt beneficiatorum ſibi ſubjectorum facultates, nos autem ignoramus. Omnes tangit hoc negotium, omnes igitur ſunt conveniendi, ſine ipſis nec decet nec expedit reſpondere." Datus eſt igitur eis dies reſponſionis, in octavis S. Johannis baptiſtae, ſcilicet nativitatis. Quo die cum praedicti conveniſſent coram legato et ejus complicibus, noluerunt erecta cervice praedictam exactionem tam impudenter contradicendo negare; ſed modeſta reſponſione has exceptiones caute contradicendo, rationabiliter propoſuerunt.

Dicunt, quod contribuere non debent; tum quia contributio fieret contra eum, qui contradixit cum principe ſuo; tum quia fieret ad effuſionem ſanguinis chriſtiani; quod patet ex forma ſcripti apoſtolici, in quo continetur, "Ad debellandum imperatorem." Tum, quia fieret contra libertatem eccleſiae, quod patet ex forma ejuſdem ſcripti, ubi dicitur, "Contradicentes eccleſiaſtica cenſura compeſcentes;" ecce ſervitus et compulſio. Tum, quia alias dederunt decimas domino papae, ſub hac proteſtatione, ne de caetero conſimilis fieret exactio, multo fortius nec nunc quinta pars eſt exigenda. Tum, quia timeri poſſit, ne ad conſuetudinem traheretur, cum binus actus inducat conſuetudinem; ut eſt in Codice: "De epiſcopali audientia. Lege nemo." Tum, quia cum neceſſe habeant continue diverſa negotia in curia Romana expedire, ad quam niſi per terram imperatoris patet acceſſus, timendum eſſet, ne imperator eorum captionem procuraret, ac ipſos certos de poena graviori, carcerali cuſtodiae manciparet. Tum, quia cum rex multos habet inimicos, contra quos onus belli expectat ſuſtinere, timens graviora, non eſſet tutum terram magis depauperare; praeſertim cum vacuetur pro magna parte terra, nobilibus in negotium crucis proficiſcentibus, et multum pecuniae ad viatica ſecum aſportantibus. Tum, quia hoc verteretur in patronorum eccleſiarum praejudicium; maxime, cum non conſtet, ipſos dictae contributioni conſentire. Tum, quia generalis ſtatus eccleſiae, ut dicitur, periclitabatur, propter quod generalis deberet fieri conſultatio; ut ſic, ſi eſſet neceſſe, generalis fieret contributio, quod non eſt in caſu iſto; fama enim percrebuit, quod convocabitur concilium, ubi talia ſunt determinanda; neceſſe enim eſt ſic fieri, ut tollatur ſcandalum generale. Cum autem haec legatus et ſocii ſui audiſſent, tacite confuſionem ſuam diſſimulabant, nacta temporis opportunitate ad hanc vel ſimilem exactionem ſurrecturi.

Sperantes autem adhuc legatus et complices ſui,

ſui, alios quoſdam ad ſuam inclinare voluntatem, ut contribuerent; viz. rectores eccleſiarum de Bercſhyre, et quoſdam alios, congregaverunt eos, convenientes eoſdem multis ſermocinationibus, minas minis addentes, et promiſſa promiſſis cumulantes. Quibus conſtanter reſponderunt, quod a forma reſponſionis noluerunt recedere, rationibus eorum fulti: quibus tamen alias, licet illae ſufficiant, annectimus rationes.

Dicunt omnes, et dicunt ſinguli rectores eccleſiarum de Bercſhyre, quod contra imperatorem non eſt contribuendum, ut contra haereticum, cum non ſit damnatus judicio eccleſiae, vel convictus, licet excommunicatus; nec pro eo quod occupat vel impugnat patrimonium eccleſiae Romanae; eccleſia enim non utitur brachio ſeculari contra haereticos. Item, ſicut eccleſia Romana ſuum habet proprium patrimonium, cujus adminiſtratio pertinet ad dominum papam; ſimiliter et aliae eccleſiae ſuum, ex largitione, et conceſſione regum, principum, et aliorum magnatum fidelium, quod in nullo eſt cenſuale vel tributarium eccleſiae Romanae; unde non debent praelati compelli de patrimonio ſuarum eccleſiarum contribuere. Item, licet argumento legis omnia dicantur eſſe principis, non tamen dominio et proprietate, ſed cura et ſolicitudine: ſimiliter eccleſiae ſpectant ad dominum papam cura et ſolicitudine, non dominio et proprietate; unde dicunt, quod non debent ad contribuendum compelli. Item, cum dicat veritas; "Tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam," reſervavit ſibi proprietatem, committendo curam, ſicut patet ex verbis evangelii ſequentibus: "Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum et in caelis, et quodcunque ſol. etc. non quodcunque exegeris ſuper terram, erit exactum et in caelis:" unde dicunt, quod ad contributionem non poſſunt nec debent, ſecundum Dominum et juſtitiam, compelli. Item, cum ex auctoritatibus patrum ſanctorum fructus eccleſiarum in certos uſus, puta eccleſiae, miniſtrorum, et pauperum, ſint deputati, non debent in alios uſus converti, niſi auctoritate eccleſiae univerſalis; unde de bonis eccleſiae non eſt contribuendum ad pugnandum, maxime contra chriſtianos. Item, cum clericis vix ſufficiant proventus eccleſiarum ſuarum ad victus quotidianos, tum propter earum tenuitatem, tum quia nonnunquam fames in regione ingruit, meſſe deficiente, tum quia tanta ſit multitudo pauperum, et adventantium, quorum mori partem vidimus pro defectu alimentorum; tum quia nullus poteſt niſi unicum beneficium obtinere; unde pauperiores, qui vix ſibi et pauperibus ſufficiunt, non debent ad talem contributionem compelli. Item, licet eſſet bonum contribuere, omitti tamen deberet et expediret, propter ſcandalum jam ſuſcitatum, et per orbem ventilatum contra eccleſiam Romanam; quia dicitur publice, alias factae fuerunt hujuſmodi exactiones, et clerici enormiter depauperati ſunt, et ſtatim exacta et extorta pecunia, compoſuerunt papa et imperator, nec eſt quadrans reſtitutus; imo ſi quae reſidua fuiſſent poſt compoſitionem et reddenda, graviter extorquebantur. Et dicit canon, quod licet pro ſcandalo vitando, peccatum mortale admitti non debet, bonum tamen quandoque omitti debet, ut ſcandalum vitetur: unde non debemus contribuere. Item, ſi contribuerent contra imperatorem, non ſolum cruciatus corporis, ſed mortis periculum immineret ſedi apoſtolicae pro juſtitiae impetratione, et peregrinantibus de hac regione ad terram ſanctam propter terrae liberationem: unde, etc. Item, binus actus inducit conſuetudinem: unde cum alias facta fuerit hujuſmodi contributio, ſi modo fieret, verteretur in conſuetudinem: unde, etc. Item exhaeredatio principis Angliae et magnatum terrae, conſiderata poteſtate imperatoris, et debilitate et paupertate regni Angliae, ex contributione hujuſmodi immineret manifeſta: unde contribuere non expedit, nec debemus. Item, cum rex Angliae et magnates, tam in jure haereditario quam bona et appropriata conſuetudine, habent jus patronatus eccleſiarum Angliae, et rectores ad eorum praeſentationem inſtitui volunt, ſicut nec debent, nec poſſunt in aliquam contributionem conſentire, inconſultis patronis; quia ſic poſſit eccleſiis ſuis praejudicium generari; cum eaedem eccleſiae ſint per eoſdem patronos terrarum ac redituum propter hoc ſpecialiter collationibus dotatae aut ditatae, ut rectores earum ſuſcipiant hoſpites tam divitum quam pauperum, ſuſtinentes hoſpitalitatem tam laicorum, quam clericorum, ſecundum ſuas facultates, locorum exigente conſuetudine. A quibus, ſi procedat talis exactio, oportet ceſſare, et ita patroni ſuo jure et intentione hac cauſa donandi fraudati erunt; et ſic donata repetere, vel ſaltem alia quaerent gravamina, nec iterum eccleſias de ſuis bonis fundabunt, vel conferent beneficia. Item, cum iſtud petatur contra talem, qui foedus iniit cum principe noſtro, praeſertim per matrimonium, non debemus, eo inconſulto, contra eum contribuere. Item, quod cum nuper alias in priſtina contributione, in caſu conſimili, promiſſum eſſet praebentibus auctoritate iſtius ejuſdemque papae, quod de caetero non fieret hujuſmodi exactio; de dicto gravamine adhuc ſentientes ſe gravatos, non debent contribuere; quia timent, quod ex frequenti contributione in ſervilem et inuſitatam trahantur conſuetudinem; praeſertim cum multi in pleriſque regionibus, nec adhuc Franci, non conſentiant contributioni. Nec eſt manifeſtum vel notorium aliquod emolumentum per hujuſmodi extorſiones eccleſiae contigiſſe, utinam non ad detrimentum! roborantur utique et ditantur exinde hoſtes eccleſiae, et ex validis fiunt validiores: et durum eſt nobis armis propriis perimi: quare non eſt contribuendum. Item, cum omnes, vel fere omnes voto crucis ſint aſtricti; ad quae vota vel per ſe, vel per alios competentes ſolvenda, ad monitionem papalem receperunt; et huic tam arduo et utili negotio ſimul et ſemel etiam huic contributioni nequeunt ſatisfacere. Item, cum privilegio cruceſignatorum ſint muniti, quibus et fructus et obventiones redituum ſuorum ſibi integre triennio conceduntur, ad hoc non debent contribuere. Item, cum plures ſint per literas papales aſtricti, ut de decimis eccleſiarum ſuarum, quae ad jus patronatus monachorum Cluniacenſis

ſis ordinis ſpectare noſcuntur, vel in quibus ipſi monachi aliquod temporale vel ſpirituale jus habent, uſque ad terminum eis reſpondeant: unde non debent contribuere. Item, cum dominus noſter rex Angliae undique habeat hoſtes capitales, ei, ut dicitur, nocere praeparatos, ac regnum ſit deſtitutum conſilio et auxilio proborum, in brevi peregre proficiſci diſponentium, maximam pecuniae ſummam qui ſecum deportabunt, nec eſſet tutum in tantum depauperare eccleſias et regnum, quod ad tuitionem reipublicae non ſufficeret, timendum foret pro certo de irreſtaurabili regni exterminio. Item, cum olim eſſent ditiores clerici Anglicanae nationis, quando videlicet omnes habuerant, vel major pars habuerat plura beneficia ſine diſpenſatione, ac nunquam ab ipſis talis exactio facta fuit, licet per imperatores tyrannos, tunc temporis, multi patres ſanctiſſimi exilio relegati, in ſe, et in membris ſuis ac facultatibus eccleſiae duriſſima paterentur: unde non debemus contribuere. Item in regno Franciae multae decimae militibus ab apoſtolicis patribus conceſſae credantur, ut ipſi Romanam eccleſiam tueantur, nec conſtat ab eis debitum ſuffragium eſſe denegatum, nec etiam conſtat eorum ſuffragium exercitui domini papae fuiſſe adhuc contributum: quare non debemus contribuere.

Legatus igitur et ſui complices, comperientes conſtantiam eorum tot fultam validis rationibus, nec ſe poſſe ipſos ſimul cohaerentes frangere; cogitaverunt ſchiſma inter eos, et diviſiones procurare. Adiit ergo legatus regem, et ipſum cito enervatum ſibi inclinavit. Adierunt et complices ejus tam epiſcopos, quam eorum archidiaconos, praecipue tamen magiſtrum Alanum de Becles, archidiaconum Sudburiae, aliis prius conſtantiorem; et quoſdam alios ambitioſos, ad altiores dignitates aſpirantes; adjutorium efficax pollicentes, ut dictae univerſitati non conſentirent: et ſic diviſis illis praevaluit pars adverſa.

Haec cum intellexiſſet legatus, de docto factus doctior ad nocendum, clerum Angliae univerſaliter Londinum auctoritate papae coram eo in feſto Omnium Sanctorum convocavit. Ubi clerus congregatus ſimul cum religioſis, regem invenerunt adverſantem eis, quaſi inimicum manifeſtum; et factus eſt illis baculus arundineus, in quo fulti confidenter, vulnerantur per fragmenta. Videntes igitur tam religioſi quam archidiaconi, et clerici beneficiati, qui ad contradicendum legato in faciem, et ad inſtans concilium appellandum prompto ſpiritu erecti animabantur, quod facti ſunt velut oves traditae rictibus luporum cruentatis, mellitis et ſuper oleum mollitis legati ſeductionibus, quas poſtea in jacula convertit, conſenſerunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Ann. Christ.	Reg. Angliae
Gregor IX. 14.	St Edmund. 7	1240	Henric. III. 25.

Synodus celebrata per epiſcopum Fernenſem in eccleſia S. Petri de Selsker Wexfordenſ. * *anno Dom.* MCCXL. *craſtino nativitatis beatae Mariae virginis.* Ex MS. penes Illuſtr. ducem Chandos.

CUM decimae de bonis omnibus, quae licite acquiruntur, ſint ſolvendae, et divina lege debeant; praecipimus, quod de negotiatione ſtipendiis ſervientium (deductis neceſſariis expenſis) decimae, ut decimae, non ut oblationes, integre perſolvantur; quia cum ſub oblationis ſpecie decimae praeſtantur, nonnunquam eccleſiae non ſolum juſtis decimis, ſed oblationibus debitis defraudantur. Et quod plerumque contingit, quod rectores et vicarii in dioeceſi noſtra propter exilitatem beneficiorum ſuorum, et onera eccleſiae ſupportanda, in tanta paupertate decedunt, ut nihil relinquant, unde debita ſua creditoribus ſuis ſolvantur, nec eorum corpora cum honore debito tradi valeant ſepulturae; nos in hac parte remedium fieri cupientes, conſuetudini Dublinenſi inhaerendo, ſtatuimus et ordinamus, quod rectores et vicarii, quacunque hora anni in fata deceſſerint, habeant omnes fructus et proventus beneficiorum ſuorum a die obitus ſui uſque in unum annum; ita tamen, quod per ipſum de iiſdem fructibus et proventibus beneficiis illis competenter deſerviatur, et omnia onera tam ordinaria quam extraordinaria ſupportentur, et eorum fiant exequiae, ac debita ſua ſolvantur, et defectus, quos in beneficiis ſuis, vel domibus in vita ſua emendaſſe debuerant, emendentur. Succeſſores vero praedictorum rectorum et vicariorum in emptione fructuum anni praedicti omnibus aliis volumus praeferri, dummodo de pecunia ſolvenda competenter praeſtiterint cautionem. Haec autem de aſſenſu totius cleri noſtri praecipimus per totam dioeceſim Fernenſem, pro conſuetudine perpetua, inviolabiliter obſervari.

Ubi in jure cavetur et expreſſe inhibetur, ne clerici ſecularibus negotiis ſe immiſceant, negotiando circa mercionales tractatus cauſa lucri, cum qualitas lucri negotiantem videlicet clericum aut arguit, aut accuſat; difficile enim eſt inter ementis vendentiſque commercium non intervenire peccatum: et alia verba; fugiendus eſt clericus negotiator: et alibi: nunquam poteſt Deo mercator placere factus clericus, et ſi deſiſtere noluerit, projiciatur de eccleſia. Nos itaque huic medelam apponere volentes, inhibemus, ne de caetero in dioeceſi noſtra aliqui beneficiati contractus illicitos praeſumant exercere. Quodſi contra fecerint, tali poena per nos punientur, ut aliis cedat in terrorem. Et quia malum non vitatur incognitum, praecipimus omnibus rectoribus et vicariis eccleſiarum, et preſbyteris pa-

* In MS. *Wyes.* pro *Weysford*, vel *Wexford*.

rochialibus noſtrae dioec. quod ſub periculo animarum ſuarum, excommunicationum ſententias, quae ſequuntur, ſuis parochianis ad minus quater in anno diſtincte et aperte exponant, ne per ignorantiam in tanti periculi foveam demergantur.

Excommunicamus, et a liminibus ſacroſanctae eccleſiae ſequeſtramus omnes illos, qui pacem domini regis et regni perturbare, aut libertates eccleſiaſticas, et praecipue ſacroſanctae eccleſiae Fernenſis infringere, vel ſuo jure privare, vel poſſeſſiones eccleſiaſticas invadere, vel ad bona eccleſiaſtica manus injuſte extendere, aut aliquid de eiſdem bonis auferre, conſumere, vel incurioſe contrectare praeſumpſerint, in praejudicium eccleſiaſticae libertatis. Item omnes illos, qui in eccleſiaſtica beneficia ſe intrudunt; et eos, qui per laicalem potentiam ſeu aliam violentiam ea detinent occupata. Item omnes incendiarios, et fractores eccleſiarum, veneficos, et veneficas, et magicis incantationibus utentes, et haec fieri procurantes, et qui immunitatem eccleſiae violaverint, denunciamus excommunicationis ſententiam incurrere ipſo facto. Item omnes illos, qui in cauſa matrimoniali falſas exceptiones malitioſe opponunt, vel opponi procurant, vel, ubi de exhaeredatione agitur, falſum perhibent teſtimonium, vel id fieri procurant, vel teſtes ſubornant.

Item excommunicamus omnes illos, qui odio, vel favore, ſeu lucri cauſa, aliis crimina falſa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, vel membrorum mutilatio, vel exhaeredatio, ſeu locorum ſpoliatio ſequi debeant, ſi judicialiter convincantur. Item omnes illos, qui malitioſe alicui crimina imponunt, cum apud bonos et graves non fuerit infamatus, ut ſic ei purgatio indicatur, aut alio modo gravetur. Item excommunicamus omnes illos, qui cauſa lucri, odii, vel favoris, vel alia quacunque de cauſa malitioſe contemnunt exequi mandatum domini regis "De excommunicatis capiendis," vel eorum impediverint captionem, ſeu procuraverint eorum injuſtam deliberationem, contra decretum eccleſiaſticae diſciplinae.

Qui autem ad defamationem aliquid proponit, et probare non poterit, canonice puniatur, et injuriam paſſo pro modo culpae ſatisfacere compellatur.

Rectoribus eccleſiarum, et vicariis nobis ſubditis indultum eſſe volumus, ut parochianos ſuos, qui decimas ſuas, quas hucuſque ſolvere ſolebant, detinere praeſumpſerint, poſt trinam annunciationem excommunicationis ſententia innodent; in aliis autem caſibus contra ſcientiam et auctoritatem noſtram quemquam excommunicare ne praeſumant nominati. Prohibemus autem, ne excommunicationis ſententia in genere pro damnis vel pro injuriis proferatur, ſed tunc ſolum, quando evidens neceſſitas hoc expoſtulat.

Sede Rom. vacante.	Archiep. Cantuar. St. EDMUND. 8.	Anno Chriſti 1241.	Reg. Angliae HENRIC. III. 26.

Concilium Oxonienſe. Ex Pryn. vol. ii. Record. p. 577.

CUM Oxonii concilium epiſcoporum et aliorum praelatorum celebrari conſtitutum eſſet anno xxvi. regni regis Henrici III. rex ſuſpicabatur nonnulla coronae ac dignitati ſuae contraria ibidem propoſitum et tentatum iri; quapropter procuratorem ſuum ſpecialem ordinavit ſedem in eo capeſſere, ac contra hujuſmodi proceſſus (ſi qui haberentur) appellare, atque eodem tempore quaedam oretenus a rege ipſo recitare, quibus, ut fidem haberent, has literas patentes adjunxit (Pat. 26. H. III. m. 21.) "Rex venerabilibus in Chriſto patribus W. Eborum archiepiſcopo, Angliae primati, et omnibus epiſcopis, et aliis praelatis, qui conventuri ſunt apud Oxoniam, ſalutem. Dilectum et fidelem noſtrum Galfridum de Langel ad veſtram praeſentiam duximus tranſmittendum, ad appellandum pro nobis, ne in concilio nunc apud Oxon. convocato, contra coronam et dignitatem noſtram aliquid ſtatuere praeſumatis. Quaedam etiam poſuimus in ore ipſius vobis exponenda, cui ſuper his fidem adhibeatis. Teſte rege apud Merleberg. 29. die Novembris."

De hoc concilio epiſcoporum Angliae ſequentia recitat Matthaeus Pariſius in ann. p. 512. "Eiſdem temporibus convenerunt epiſcopi Angliae, videlicet archiepiſcopus Eboracenſis, Lincolnienſis, Norwicenſis, Carleolenſis, cum aliis multis gravibus, religioſis, ac diſcretis eccleſiaſticis perſonis, tractaturi ſuper multiplici deſolatione eccleſiae, et divinam conſolationem poſtulaturi. Statuerunt igitur quaſdam orationes ſpeciales cum jejuniis fieri ab eccleſia generaliter per Angliam, ut Dominus eccleſiam Romanam paſtorali et papali regimine deſtitutam, relevare et reſtaurare dignaretur; exemplum accipientes in Actibus apoſtolorum, quando, incarcerato Petro oravit eccleſia pro eo ſine intermiſſione. Conſenſerunt etiam in unum, ut ad dominum imperatorem mitterent univerſi nuncios favorabiles cum precibus lachrymabilibus, quatenus rancorem et omnem animi indignationem pro ſalute animae ſincero corde remittens, depoſita omni tyrannide, eccleſiae Romanae promotionem non impediret, imo miſericorditer reſpirare promittens, licet laceſſitus, ſtuderet promovere." Haec Pariſius. Chronicon Dunſtaplenſe in bibl. Cotton. Tiberius A. x. de hac ſynodo agens dicit: Concilium epiſcoporum apud Oxonium habitum eſt, ubi tractatum fuit de jejuniis et orationibus pro eccleſia faciendis. H. I.

Conventus

Conventus abbatum Angliae ordinis Ciſtercienſis, juſſu regio ab archiepiſcopo Eboracenſi convocatus. Ex Matth. Pariſ. in ann. p. 528.

SIGNIFICATUM eſt eo tempore diſtrictius et amicabiliter ſupplicatum archiepiſcopo Eboracenſi a rege Anglorum, ut ipſe archiepiſcopus omnes abbates Angliae, ordini Ciſtercienſium ſubjacentes, in unum auctoritate regis congregaret, et congregatos dulcibus affatibus conveniret. Deprecans attentius ex parte ejuſdem domini regis, pro regni promotione in partibus tranſmarinis militantis, et etiam perſonam ſuam caſibus belli ancipitis exponentis, ut eum in exhibitione pecuniae efficaciter promoverent, et juvarent promovendo. Cui illi in unum congregati reſponderunt: In quo, domine? at archiepiſcopus: In parvo. Et cum inquiſiſſent Ciſtercienſes; In quo parvo? ait archipraeſul: In tanta pecunia, quantam poteſtis habere pro lana veſtra anni unius. Similis factus dicenti:

Da mihi animas, caetera tolle tibi.

Non enim poſſit quis alimentorum penuriam per paucos dies tolerare, et vitae carere ſuſtentaculis, quin animam exhalaret. Sed verbum regis poſitum fuit in ore archipraeſulis. At ipſi Ciſtercienſes, comperientes ſibi parari laqueos, et damnum imminere, prudenter reſponderunt hoc modo: Domine archiepiſcope, novit auctoritas veſtra, quod nos omnes membra ſumus unius capitis, nec poſſumus ſine noſtro generali Ciſtercienſi capitulo iſtud, quod ex parte domini noſtri regis petitis, concedere. Item eſto, quod celebraretur impraeſentiarum capitulum generale, novimus, et noviſſe tenetur diſcretio veſtra, quod non licet nobis quempiam juvare ad bellum gerendum, per quod ſanguis effunditur, praecipue chriſtianus, ne juvantes ad hoc propter horrorem ſanguinis irregulares efficeremur. Sed efficacibus et indefeſſis precibus, eleemoſynis, et aliis operibus pietatis, ipſum dominum et patronum noſtrum animo libenti juvabimus. Et indubitanter credendum eſt, quod ſic melius et certius praevalebit, et glorioſius triumphanti caeleſte juvamen, niſi vacillet fides, quod abſit, ſibi ſentiet profuturum. Quibus cum archiepiſcopus torvo aſpectu et adverſo vultu reſpondiſſet, dicens: Qua fronte ipſum regem in neceſſitatibus veſtris aliquid rogabitis, qui ei ſic tergiverſando ſupplicanti in inſtanti articulo reſpondetis? ait quidam abbatum Ciſtercienſium: Domine, recolimus quod quando conſecrabatur in regem, juravit ſe cuilibet juſtitiam exhibiturum. Non petimus ab eo quicquam ſpeciale: non poteſt nec debet illud nobis denegare, quod juratum eſt generale. Nos juſto regat moderamine, gravamen nullum contra juſtitiam inferendo. Si autem pro ſalute animae ſuae, ſuorumque anteceſſorum, et ſtatu regni ſui, aliquod bonum ſpeciale nobis contulerit, ſinum pandimus gratanter recipientes.

Statutum Jocelini, epiſcopi Bathon. de eccleſia S. Andreae Wellen. Ex reg. Wellen. fol. 51.

OMNIBUS--- Jocelinus, Dei gratia Bath. epiſcopus, ſalutem in Domino. Poſtquam ad epiſcopatus officium nos promoveri permiſit altiſſimus, omne ſtudium adhibuimus, et adhuc adhibemus, ut cultus divini nominis, et decus eccleſiae nobis commiſſae, temporibus noſtris cumuletur et amplietur, quicquid ad diſpoſitionem, utilitatem, et ornatum ipſius reſpicit ſemper cogitantes, et ad effectum pro viribus noſtris deducere feſtinantes. Eccleſiam S. Andreae Well. quae periculum ruinae patiebatur prae ſui vetuſtate, cui, Domino Jeſu Chriſto ſalvatore noſtro permittente, praeſidemus, ipſius auxilium invocantes, aedificare coepimus et ampliare; in qua de ſola ſui gratia adeo profecimus, quod ipſam divinis precibus et ſacris orationibus, cum altaribus, vaſis, veſtibuſque et reliquiis ad divinum cultum explendum in eadem devote ſolenniterque conſecravimus. Et quoniam eccleſias aedificantibus non ſolum de aedificio ipſiuſque conſecratione cogitandum eſt, verum etiam de miniſtrantium alimentis, cum communa miniſtrantibus in eccleſia praedicta, temporibus praedeceſſorum noſtrorum aſſignata, tenuis fuerit et inſufficiens, ipſam, benedictus Deus, temporibus noſtris in multis ampliavimus, terras, eccleſias, et alia plura bona ad augmentum commune conferendo; ita quod quotidianae diſtributiones, quae tantum praeſentibus in villa conferuntur, inde poterunt bene augmentari, quod plenius fieri debere intendamus in conferendo. Nos igitur de conſenſu Johannis Sarraceni, decani, et capituli noſtri Well. qui pure, et ſimpliciter, et abſolute, de mera et ſpontanea voluntate ſua noſtrae ſuper hoc ſe ſuppoſuerunt ordinationi et ſtatuto, taliter ordinand. duximus et ſtatuend. ut, ceſſante omnino de caetero modo et forma prioris diſtributionis communae quotidianae in pane de grangia, habeamus nos et ſucceſſores noſtri ſingulis diebus, quibus Well. venerimus, aut ibi fuerimus, aut inde receſſerimus, viii. denar. pro communa quotidiana, et v. denar. pro pane, qui prius habere ſolebamus per diem vi. denar. et iv. panes albos. Quinque vero perſonae, ſcil. decanus, praecentor, archidiaconus, cancellar. et theſaurar. qui habere conſueverunt per diem vi. denar. pro communa quotidiana, et ii. albos panes, et ii. nigros, percipiant de caetero ſingulis diebus, quibus Well. venerint, illic fuerint, vel inde receſſerint, viii. denar. pro communa quotidiana, et iv. denar. pro pane. Alii vero omnes canonici ſingulis diebus modo praedicto pro

pro communa quotidiana percipiant iv. denar. et pro pane ii. denar. qui prius percipere conſueverunt iii. denar. et unum album panem, et alium nigrum panem per diem. Vicarii vero ſinguli ſingulis diebus pro communa panis, quam ſecunda die tantum de grangia percipere conſueverunt, ſingulos percipiant denarios, dummodo matutinis et aliis horis canonicis interfuerint. Quodſi non interfuerint, denarior. careant perceptione, praeter illos, quos ex cauſa legitima abeſſe contigerit, dum tamen fuerint in villa, quibus decanus, vel ſubdecanus, vel alius loco eorum ex cauſa rationabili pro loco et tempore relaxationem duxerit concedend. Caeteri vero omnes, qui ex quacunque cauſa integram communam panis ſingulis diebus habere ſolent de grangia, unum denarium percipiant per diem ea ratione, qua panem percipere conſueverunt, et pro dimidia communa panis obolum. Si vero contigerit aliquando, quod abſit, fructus vel reditus ad grangiam deputatos, de qua ſolet fieri panis diſtributio ad communam, ad dictam diſtributionem denar. pro pane per annum non poſſe ſufficere, a tempore quo non ſuffecerint, uſque ad finem ejuſdem anni ceſſet omnino praedicta diſtributio denar. pro pane, qui de grangia ſolvi ſolebat et debebat, quoad omnes, qui panem de grangia vel denar. pro pane ſolent percipere, quouſque de gratia ſuperioris vel aliunde proviſum fuerit, unde plene per omnia perfici valeat dicta diſtributio denar. pro pane de grangia. Speramus tamen, et firmam ſpem concipimus, quod cum ad manus decani et capituli plenarie pervenerint omnia, quae ad dictae communae augmentum contulimus, et aſſignavimus, et corporali eorundem gaviſi fuerint poſſeſſione, plene per omnia ſufficient ad diſtributionem communae quotidianae in forma praedicta faciendam, et ad competens reſiduum inter perſonas et canonicos reſidentes, in villa diſtribuendum in fine anni. Ordinavimus etiam et ſtatuimus, quod quicquid ultra diſtributionem communae quotidianae in forma praemiſſa de fructibus ipſius in fine anni ſuperfuerit, inter perſonas et canonicos in villa reſidentes diſtribuatur, ſalvis inſtauris et aliis neceſſariis redituum communae. Reſidentes autem interpretamur quoad participationem reſidui in fine anni omnes illos canonicos, qui per medium annum, ſive continue, ſive interpolatim fecerint in villa reſidentiam, praeter decanum, praecentorem, cancellar. et theſaurar. quos interpretamur reſidentes, ſi per duas partes anni fecerint reſidentiam, ſive continue, ſive interpolatim. Haec autem ordinavimus, ſalvis in omnibus aliis per omnia unicuique, tam perſonae quam ſimplici canonico, omnibus aliis rationabilibus petitionibus et conſuetudinibus eccleſiae Well. hucuſque obtentis. In cujus rei robur et teſtimonium praeſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus, una cum ſigillo Johannis Sarraceni, decani, et capituli Well. Act. in capitulo Wellen. 16. cal. Nov. MCCXLII. et pontif. noſtri xxxvii.

Sede Rom. vacante.	Archiep. Cantuar. St. EDMUND. 9.	Anno Chriſti 1242.	Reg. Angliae HENRIC. III. 27.

Concilium provinciale Scoticum apud Perthum. Ex Scotichron. Paſlaten. lib. ix. cap. 59.

De eo chronicon Paſlatenſe ſequentia habet: "His etiam diebus omnes epiſcopi Scotiae tenuerunt concilium apud Perth; et rex interfuit cum omnibus comitibus, et baronibus totius terrae ſuae, vocatus ad inſtantiam cleri conquerentis de militaribus infeſtantibus eum de decimis et immunitatibus eccleſiae. Intravit autem dominus rex concilium epiſcoporum, et praecepit, ne quis miles, aut baro aliquam injuriam, moleſtiam, aut gravamen contra ſacroſanctae eccleſiae conſuetudinem eis inferret; ſtatutis ſuper hoc poenis ultricibus. Sedente rege cum ſuis baronibus in illo concilio ſeorſim apud ſe, conqueſti ſunt comites de combuſtione comitis Atholiae: et rex aviſatus, quia nihil voluit de arduis emergentibus ſine matura deliberatione te diſcuſſione judicii facere, aſſignavit eis certos diem et locum apud Forfar, ubi eis Willielmus Biſſet reſponderet." H. I.

Papae Rom. INNOCENT. IV. 1.	Archiep. Cantuar. BONIFAC. 1.	Anno Chriſti 1244.	Reg. Angliae. HENRIC. III. 28.

Concilium Londinenſe, de auxilio pecuniario regi dando. Ex Matth. Pariſ. in ann. pag. 541, 566. ſequ.

"Circa idem tempus miſit dominus novus papa quendam novum in Angliam pecuniae extortorem, magiſtrum videlicet Martinum, auctenticum papale deferentem, et habentem poteſtatem excommunicandi, ſuſpendendi, et multipliciter voluntati ſuae reſiſtentes puniendi. Qua roboratus poteſtate, ſuſpendit praelatos Angliae a perceptione [forſan pro Pariſii "ſuſpenſione"] beneficiorum, donec voluntati papali ſatisfactum fuiſſet, reditus ad opus clericorum ſuorum et conſanguineorum poſtulanti." Et pergit Pariſius: "Convenientibus autem iterum magnatibus cum praelatis generaliter Londini, ſcilicet a die purificationis beatae Mariae in tres ſeptimanas, concilium ſuper praedictis negotiis et tractatum habuerunt diligentem. Affuerunt etiam illic quorundam abſentium procuratores, videlicet Cantuarienſis et Eboracenſis archiepiſcoporum, triumque ſedium epiſcopalium tunc vacantium ex parte capitulorum, Coventrenſis, Ciceſtrenſis, et Bathonienſ. Et renovata fuit petitio domini regis ſuper auxilio pecuniario ſibi fa-

ſaciendo. Circa quod de die in diem convenit eos dominus rex, tum in propria perſona, tum per internuncios ſolennes, per quos promiſit ſe libertates, quas juraverat in coronatione ſua, ſuper quibus chartam confecerat, integerrime ſervaturum. Ad quarum etiam tuitionem, rogavit, ut ſinguli epiſcopi in dioeceſibus ſuis ſententiam ferrent in ipſum, et omnes, qui contra memoratas libertates venirent in aliquo articulo. Et cum noviſſet magiſter Martinus, nuncius domini papae, quod magnates Angliae regiae contributioni generaliter conſenſiſſent, inhiabat avidius ad negotium ſuum, ad quod miſſus fuerat, conſummandum, quod adhuc ſuſpenſum expectabatur, videlicet de adjutorio domino papae pecuniario faciendo. Congregatis igitur omnibus, ait: Viri fratres, ac domini Romanae eccleſiae filii dilectiſſimi, in quorum ſinu repoſita eſt tota ſpes papalis, quid reſpondetis et vos patri veſtro ſpirituali ſuper negotiis Romanae eccleſiae matris veſtrae, ut per epiſtolam papalem certificamini, ſic oppreſſae? Domino veſtro temporali obedienter obtemperaſtis, videlicet domino regi: abſit ut patri veſtro ſpirituali, ſcilicet domino papae in vobis confidenti, et pro ſtatu univerſalis eccleſiae contra ejus rebelles dimicanti, manum non porrigatis auxiliatricem. At praelati prudenter conſiderantes ſermones ipſius mellitos et mollitos, favo dulciores et oleo molliores, cum tamen eſſent in fine felle amariores, et jaculis pungentiores, non ſunt incurvati. Sed praehabita deliberatione, ponentes verbum commune in ore domini decani ſancti Pauli London. viri diſcreti et facundi, haec ipſi magiſtro Martino praedicto retulerunt: Domine, reſpondet tibi univerſitas praelatorum Angliae, tam de auxilio pecuniario domino papae contribuendo, quam de reditibus, quos a ſingulis eccleſiis ſibi per te dominus papa poſtulat exhiberi. Iſta, quae proponis, dominum regem Angliae ſpecialiter tangunt, generaliter autem omnes eccleſiarum patronos. Tangunt etiam archiepiſcopos, et eorum ſuffraganeos, necnon univerſos Angliae praelatos. Cum ergo dominus rex propter infirmitatem, archiepiſcopi, epiſcopi, et alii eccleſiarum praelati ſint abſentes, in eorum abſentia reſpondere non poſſumus, nec debemus; quia ſi id facere praeſumeremus, in praejudicium omnium abſentium fieret praelatorum. Et illis dictis, venit Johannes Mareſcallus, et alii nuncii domini regis ad omnes praelatos, qui de rege baronias tenebant in capite, diſtricte inhibentes, ne laicum feudum ſuum Romanae eccleſiae obligarent, unde a ſervitio ſibi debito privaretur. Haec cum magiſter Martinus intellexiſſet, ſtatuit his, qui aderant, diem in medio Quadrageſimae, dum ipſe procuraret domini regis adventum, et abſentium praelatorum, ut negotium tunc ſortiretur effectum. Sed illi abſque regis et aliorum, qui abſentes erant, aſſenſu, praefixum diem admittere noluerunt: unde ſinguli ad propria ſunt reverſi. Veruntamen auctoritate novarum literarum, quibus ad placitum abundabat magiſter Martinus, iterum aliqui praelatorum convocati, memoratae contributioni noluerunt conſentire, ſed jam efficacius reſtiterunt, dicentes per praedictum reſponſalem: Inprimis paupertas regni Angliae, cui undique imminent bellorum pericula, non permittit huic exactioni conſentire, quae toti regno comminatur. Praetextu cujus paupertatis plures adhuc eccleſiae aeris alieni pondere, et praecipue monaſteria praegravantur. Item, cum, legato cardinali exigente, fieret contributio nuper propter onus aeris alieni, quo dicebatur eccleſia Romana praegravari, in magnum gravamen noſtrum, nec tamen in utilitatem eccleſiae ſit converſa; fortius nunc ſimplici nuncio exigente timeri poteſt, ne conſimile vel deterius contingat iſta vice. Item, ſi nunc iterum fieret, timeri poſſet non immerito, ne ad conſequentiam traheretur, cum binus actus inducat conſuetudinem. Item, cum in brevi celebraturus concilium credatur dominus papa, et certe jam dicatur, ubi indubitanter praelati omnes et ſinguli gravabuntur tum magnis itineribus et ſumptuoſis laboribus, tum etiam in viſitationibus gratis, vel non gratis, domino papae, aut quibuſdam aliis, quos nunquam munera ſpernere vidimus, faciendis, contingeret, quod per afflictiones afflictis additas pauci invenirentur, qui poſſent moles hujuſmodi importabiles ferre, aut ſuſtinere. Item, cum ſancta mater noſtra eccleſia Romana aere alieno onerata, plurimum affligatur, juſtum eſt et honeſtum, ut cum pondus hujuſmodi ſuſtinere non praevaleat, ſibi ab univerſis devotis ſuis filiis, qui omnes in brevi creduntur in concilio convenire, fiat ſubventio. Et quod principaliter tangit, ab omnibus comprobetur, ut ſic melius eccleſia relevetur, et ſinguli minus praegraventur. Cum autem haec audiſſet contra exactionem eccleſiarum, et praebendarum, et auxilii pecuniarii tam efficaciter et conſtanter inferri, dicitur magiſter Martinus oblatraſſe comminando. Quod praelati patienter ſufferentes, ſoluto concilio, receſſerunt; in calce ſermonis addentes, quod imperiales minas, ſi contribuiſſent amplius, formidabant.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	R[illegible]
Innocent. IV. 2.	Bonifac. I.	1244	Henric. III. 29.

Synodus Roffenſis. Ex Matth. Pariſ. in ann.

Die Lunae ante feſtum Omnium Sanctorum venerunt ad ſynodum epiſcopi Roffenſis, quidam novae religionis ſpeciem praeferentes, fratres ſcilicet dicti cruciferi, dicti ſic, quia cruces in baculis afferebant. Requirebant autem habitationem a potentibus, oſtendentes inauditum ſibi a domino papa privilegium conceſſum; videlicet quod nulli licuit ordinem eorum reprehendere, vel ipſos exprobrare, vel ipſis imperare: conceſſa etiam fuit ipſis poteſtas in tales ſententiam excommunicationis inferre, admirantibus, imo obſtupentibus viris ſapientibus et diſcretis,

ſuper tot novis ordinibus quotidie ſine fine orientibus, et emergentibus, quod ſpretis beatiſſimi Benedicti pleni ſpiritu omnium ſanctorum, et magnifici Auguſtini diſciplinis, contra ſtatutum concilii ſub glorioſae memoriae domino papa Innocentio tertio celebrati, tot viri literati ad inauditos ac noviter inventos ordines ſubito convolarunt. In quo concilio poſt ordines Praedicatorum et Minorum initiatos et auctorizatos, irrefragabiliter ſancitum et ſtatutum fuit, aſſenſum fratribus cardinalibus, cum tota ſacri concilii univerſitate praebentibus, ne extunc amplius novi ordines adinvenirentur, vel adinventi admitterentur, ne ſcilicet auctentici ac jam recepti ordines vileſcerent ſpreti, et ſimiliter damnificati.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 3.	BONIFAC. 2.	1245.	HENRIC. III. 29.

Bulla papae Innocentii IV. *qua redarguit praelatos Angliae, qui nolunt excommunicatos abſolvere, niſi prius ſibi ſolvant pecuniam.* Ex Foeder. Rymer vol. I. pag. 435.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis, ac aliis eccleſiarum praelatis in regno Angliae conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad aures noſtras, chariſſimo in Chriſto filio noſtro rege Anglorum illuſtri ſignificante, pervenit, quod nonnulli ex vobis, cum in homines ejuſdem regis pro contumacia vel aliis eorum exceſſibus excommunicationis ſententiam proferunt, nolunt poſtmodum ipſam, niſi prius ſoluta ſibi certa pecuniae quantitate, vel de ſolvenda illa ſufficienti cautione praeſtita, relaxare. Cum igitur non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali ſit, ſecundum apoſtolum, abſtinendum, et abſolutionis beneficium denegari non debeat illud humiliter poſtulanti; univerſitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper praemiſſis ſtudeatis taliter providere, quod nullatenus ejuſdem regis ſeu alterius jus laedatur, aut juſte propter hoc poſſit ſcandalum aliquod ſuboriri. Nos enim non poſſumus, ſicut etiam nec debemus, indebita ipſius gravamina vel injurias tolerare. Dat. Lugdun. 10. cal. Julii, pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla alia ejuſdem de confirmatione privilegiorum, immunitatum, et indulgentiarum conceſſa eccleſiis Angliae et Hiberniae. Ibid.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, ... regi Anglorum illuſtri, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Tanto libentius celſitudinis tuae precibus benignum impertimur aſſenſum, quanto inter reges et principes chriſtianos te ſpecialius in Domino reputamus dilectum filium et devotum. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, omnia privilegia, indulgentias, et immunitates, tibi et regno tuo ſuper eccleſiis Angliae et Hiberniae, vel earum occaſione hactenus ab apoſtolica ſede conceſſa, tibi auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus; diſtrictius inhibentes, ne quis in eluſionem aut enervationem eorum quicquam de caetero audeat attemptare, auctoritate apoſtolicae ſedis in omnibus ſemper ſalva. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis et inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lugdun. 12. cal. Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 4.	BONIFAC. 3.	1246.	HENRIC. III. 31.

Concilium Londinenſe. Ex Matth. Pariſ. in ann. p. 625.

ASSUMENS ex praeteritis (ſc. gravibus querimoniis populi contra inquiſitiones epiſcopi Lincoln.) audaciam dominus papa, miſeros Anglos conculcandi et conculcatos apporriandi, imperioſe et ſolito imperioſius praelatis Angliae demandavit, ut in Anglia omnes beneficiati, in ſuis beneficiis reſidentiam facientes, tertiam partem bonorum ſuorum domino papae conferrent; non facientes reſidentiam, dimidiam: multis adjectis duriſſimis conditionibus praedictum mandatum reſtringentibus, per illud verbum et adjectionem deteſtabilem "non obſtante," quae omnem extinguit juſtitiam praehabitam. Ad quod primo exequendum diligenter, epiſcopum conſtituit Londinenſem.

Epiſcopus vero memoratus cum quibuſdam aliis, quos ad hoc negotium exponendum convocaverat, cum in eccleſia S. Pauli Londinenſi hoc in propatulo demonſtravit, de hac contributione terribili tractaturus in craſtino S. Andreae, dolentes, quia quod jubebatur, impoſſibile videbatur, et erat; ſupervenerunt miſſi ex parte domini regis, J. de Lexintuna miles, et magiſter Laurentius de ſancto Martino, ejuſdem domini regis clericus; diſtricte prohibentes ne illi contributioni praelocutae, et in totius regni deſo-

deſolationem demandatae, aliquo modo conſentirent. Ipſi igitur poſt omnium convocatorum murmur, et appellationes gaudenter incepta interrumpentes, omiſerunt. Et ne ſub ſilentio contradicentium verba efficaciſſima tranſeamus, ipſa huic ſcripto duximus inſerenda. Veruntamen etſi conſtanter reſponderunt, conſtantius et efficacius reſpondiſſent, ſi in verbis et actibus regis titubantibus fiduciam habuiſſent.

Si nota eſſet conditio et ſtatus regni Anglicani domino papae et ejus fratribus tempore concilii, nunquam ad ſtatutum illud promulgandum aliqua ratione proceſſiſſet. Et ſi eſſent ei expoſita pericula et incommoda, quae occaſione hujuſmodi ſtatuti imminere poſſent eccleſiae Anglicanae, ad hoc ſtatuendum nullatenus moveretur. In eccleſiis enim cathedralibus ita obtentum eſt, et obſervatum, quod per canonicos in eiſdem reſidentes, quorum in quibuſdam eccleſiis modica eſt portio de proventibus beneficiorum eccleſiaſticorum, quae in diverſis locis obtinent, minores clericos exhibent, et alios eccleſiae miniſtros; quorum portionem ſi contingat uſque ad medietatem defalcari, peribit obſequium eccleſiae, canonicis non valentibus exhibere; cum ipſi canonici, tanta portione defalcata, in eccleſiis cathedralibus reſidere non valeant. Et ſi in eiſdem duxerint reſidendum, de medietate beneficiorum exteriorum nec ſeipſos aut etiam alios poterunt ſuſtentare; et maxime cum dominus papa medietatem portionis abſentium in uſus terrae Romanae intendat applicare; computata portione non reſidentis acſi ipſe reſideret. Nec etiam deductis oneribus aut expenſis, quas circa collectionem fructuum, et alia multa fieri contingit; quibus non deductis, vix quarta pars penes canonicos remanebit.

Item, cum loca religioſa per regnum Angliae conſtituta, in proventibus de eccleſiis parochialibus ſint fundata vix et in praeſenti ipſis ſufficiant beneficia cum aliis poſſeſſionibus ſic collata, ſi illorum beneficiorum medietas ſubtrahatur, compelletur una medietas mendicare, aut contingit hoſpitalitatem ſubtrahi, aut utrumque in aliquibus locis fieri, quod ſine ſcandalo et animarum periculo fieri non poſſet; cum aliquos ex ipſis contingeret per orbem evagari, et ejuſdem evagationis praetextu in peccatum multiplex incidere, non obſervata ſanctorum patrum regula, ad quam tenentur afflicti.

Item, cum in regno Angliae hactenus ſit obtentum, et de conſuetudine obſervatum, ut rectores eccleſiarum parochialium hucuſque valde hoſpitales extiterint, et parochianis ad inopiam vergentibus alimenta praebere conſueverint; et eo praetextu non ſolum ſummo Creatori placere conati ſint, ſed etiam laicis quibuſcunque, quibus clerici oppido infeſti eſſe conſueverunt; deducta medietate beneficiorum, neceſſe habebunt hoſpitalitatem ſubtrahere, et conſueta pietatis officia denegare. Quibus ſubtractis, incurrent odium ſubditorum, amittent gratiam tranſeuntium et vicinorum; ſubtrahentur rectoribus eccleſiarum jura; nec ipſis praetextu paupertatis ea defendere valentibus, ab ipſis laicis penitus opprimentur, in univerſalis eccleſiae ſcandalum et jacturam. Quidam vero e[illegible], cum eſſent beneficia, quae ad reſidentiam [illegible] menſium non ſufficiunt, et vix aliunde victualia quaerant; ſi reſecetur illorum beneficiorum medietas, compellentur mendicare, et continget in eorum eccleſiis obſequia divina ceſſare. Quibus ceſſantibus, eorundem parochiani in decimarum et proventuum ſolutione ceſſabunt, nec erit, qui illius eccleſiae jura prae inopia proſequatur: vileſcet eccleſiae dignitas, clericorum coetus in contemptu [erit] ceſſabunt praedicationes, animarum cura omittetur; ſides exinde periclitabitur, populo contemnente praelatorum doctrinam et correctionem.

Item, cum de bonis eccleſiaſticarum perſonarum pauperes, quorum infinitus eſt numerus, per annum ſuſtententur, et multi generoſi eorum conſanguinei, et alii, qui in eorum obſequiis commorantur, de bonis ipſorum victualia, necnon et ſtipendia recipiant; ſubducta medietate proventuum, ceſſabunt eleemoſynae, licentiabuntur familiae; ad quod ſi deveniatur, pauperes fame peribunt; alii vero cum "fodere non valeant, et mendicare [illegible] fame pereant, [illegible], et depraedationibus intendere; ex quibus multa ſequentur homicidia, inſurget tumultus populi, et de facili totius regni Angliae turbatio.

Item, cum multi ſint clerici in regno Angliae aere alieno graviter praegravati, ſi non ſubducto aere alieno, ſi non deductis expenſis, quarum exiſtimatio ſextam partem redituum continet, quarum deductionem vix aliquis caſus ſolet impedire, ſi non deductis eccleſiae oneribus conſiſtentibus in penſionibus, praelatorum procurationibus, et eccleſiarum et ornamentorum reparatione, proventuum medietas exolvatur, ipſis de reſiduo vivere non valentibus, compellentur egere; cum tamen in talibus perſonis haberi debeat ratio eorum ne egeant, et maxime ubi immineret ſcandalum eccleſiae univerſalis.

Item, cum nuper nomine viceſimae ſex millia marcarum domino papae ſint ſolutae; habita ratione aeſtimationis viceſimae ad aeſtimationem medietatis, ſumma petitae pecuniae ſexaginta millia marcarum ſummam continere continget, una cum ſexta parte redituum, quam in collatione fructuum refundere contingit, cum partem illam non deducat, et cum praeter haec a perſonis in primo mandato exceptis, ab his, qui centum marcas in reditibus obtinent viceſimam, ab his, qui ampliores habent reditus, partem tertiam habere nitatur, uſque ad ſummam quater viginti millium marcarum de bonis clericorum per annum redigere oporteret; ad cujus quidem pecuniae ſolutionem vix totum regnum Angliae ſufficere poſſet; quanto minus et clerici, cum eorum bona tantummodo in fructibus exiſtant, qui, licet venales, annuatim exponi conſueverunt, de eadem tamen pecunia multae ſiunt emptiones, cum de manu ad manum pecunia proficiſci contingat, et in regno remaneat. Ac ſi contingat de ſingulis venditionibus pecuniam deducere, et extra regnum deportare, deficerent emptores, nec contingeret in toto regno tantam pecuniae ſummam invenire, quod in gravi neceſſitatis caſu per experientiam alia. eſt

eſt declaratum: videlicet cum nobilis memoriae quondam Angliae rex Richardus in partibus remotis captus eſſet et detentus, ad ipſius liberationem ſexaginta millia marcarum ſoluta fuerint. Ad quod ſolvendum totum regnum contribuerat, nec exolvi poterat ad plenum, niſi ad hoc perficiendum, cruces, et calices eccleſiarum in ſolutum pro parte traderentur; quanto minus et nunc de bonis clericorum tantum tanta pecuniae ſumma redigi non poſſet, cum ipſam contingeret infra triennium triplicare. Cum igitur huic exactioni contradicat eccleſia Anglicana per procuratores, ut hanc contradictionem communem domino papae inſinuare velitis pro ſtatu eccleſiae Anglicanae, praeſentiam Domini noſtri Jeſu Chriſti appellantes, et concilii univerſalis aliquo tempore per Dei gratiam convocandi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 4.	BONIFAC. 3.	1246.	HENRIC. III. 31.

Statuta ſynodalia Richardi (de la Wich ejus nominis ſecundi) Ciceſtren. epiſcopi.
Ex MS. colleg. Univerſ. Oxon. num. 148. *6.*

CUM ex injuncto nobis officio ſaluti ſubditorum et correctioni teneamur ſpiritualiter providere, ne quis praetextu ſimplicitatis deviet a juſtitia, ſeu in praeſumptionem ſe attollens, canonicis inſtitutis audeat contraire; ad ſalutem ſubditorum, in ſanctae ſynodi praeſentia quaedam duximus proponenda; ne nos, qui de aliis tenemur reddere rationem, in diſtricto examine de noſtra negligentia arguamur. Inprimis enim praecipimus, ut eccleſiaſtica ſacramenta baptiſmi, confirmationis, euchariſtiae, poenitentiae, extremae unctionis, ordinis, et conjugii eo modo, ſolennitate, et ordine diſpenſentur, quo diſpenſanda ſunt. Sunt autem eccleſiaſtica ſacramenta ſeptem; baptiſmus ingredientium, confirmatio praeliantium, euchariſtia itinerantium, poenitentia redeuntium, extrema unctio exeuntium, ordo miniſtrantium, conjugium laborantium.

De forma baptiſmi.

Forma baptizandi haec eſt: "Ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti." Hanc doceant ſacerdotes laicos, et patrem et matrem, ut integre proferant illam in ſua lingua, vel in Latina, et baptizent pueros, ſi neceſſitas exigat, et non aliter. Si autem puer a laico baptizetur, inquirat ſacerdos, quid laicus dixerit, et quid fecerit. Et ſi invenerit diſtincte, et in forma eccleſiae puerum eſſe baptizatum, etiam in aqua, quae de neceſſitate requiritur, et hoc immergendo vel aſpergendo, caetera ſine immerſione a ſacerdote ſuppleantur. Sed ſi dubitet ſacerdos de puero invento, vel alio, an ſit baptizatus, ſic dicat nomen imponendo: "Si tu non es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti." Prohibemus etiam, quod diaconi confeſſiones audire, poenitentias injungere, pueros baptizare non praeſumant, niſi ſacerdote abſente, et mors puero vel aegroto immineat. Item fontes cooperiantur et honeſte cuſtodiantur propter ſortilegia; ſimiliter et oleum, chriſma, et euchariſtia ſub clave, ſub poena ſuſpenſionis eis infligenda. Item aqua, in qua baptizatus fuerit quis, ultra ſeptem dies non ſervetur in baptiſterio; et aqua, in qua baptizaverit laicus, vel in ignem fundatur, vel ad eccleſiam in baptiſterium deferatur. Pro baptizato, confeſſione, ſeu funere mortuorum, aut aliquo alio ſacramento eccleſiaſtico nihil omnino exigatur, ſed ſi quid gratis offeratur, licite accipiatur. Panni autem chriſmales in ſolos uſus eccleſiaſticos convertantur. Ad levandum puerum de fonte tantum tres recipiantur. In baptiſmo maris, duo mares et una foemina; foemina autem ſuſcipiatur ab uno mare, et duabus foeminis. Si mulier in puerperio deceſſerit, ſcindatur, ſi infans vivere credatur, et baptizetur infans.

De confirmatione.

Si dubitatur de confirmatione, confirmetur, et injungatur parentibus, ut infra annum pueros ſuos epiſcopo praeſentent confirmandos, cum mundis et honeſtis ligaturis. Quod niſi fecerint poſt annum, puniantur.

De adultis.

Ab adulto ad confeſſionem veniente requiratur a ſacerdote, an fuerit confirmatus; quodſi non fuerit, poſt confeſſionem ſine dilatione ad epiſcopum mittatur confirmandus. Datur enim confirmatio ad robur.

De honeſtate ornamentorum eccleſiaſticorum.

Nullus ſacerdos in veſtimentis ſordidis vel attritis, nec niſi in calice argenteo vel aureo, et integro, et in corporalibus mundiſſimis, et ad minus in duabus pallis benedictis, ſuper altare poſitis, celebret. Celebret ſacerdos cruce antepoſita, cum pane ex tritico puriſſimo, et vino in debita quantitate, nullo modo corrupto, et modica aqua, quae a vino penitus abſorbeatur, nec bis, niſi in Nativitate, et in Reſurrectione et pro corpore praeſenti, et hoc in propria parochia. Et vinum poſt primam celebrationem et ſanguinis ſumptionem, quod digitis fuerit ſuperfuſum, in vaſe mundo reſervetur, donec ſecunda celebratio impleatur, ut tunc ab ipſo ſacerdote ſumatur, niſi poſt primam miſſam ſumptum fuerit a miniſtro. Euchariſtiae ultra ſeptem dies non ſerventur, ſed qualibet Dominica innoventur, et ſub clave cuſtodiantur, et cum reverentia ad aegrotos deferantur in pixide munda, cum cruce, lumine, aqua benedicta, et tintinnabulo praecedentibus. Sacerdos vero in ſuperpellicio ad aegrotum decenter incedat, niſi aeger valde fuerit remotus.

De poenitentia.

Sequitur de poenitentia, per quam baptizati redeunt poſt lapſum. Sunt autem ad poenitentiam

tiam iſta neceſſaria; contritio, confeſſio, et ſatisfactio. Ad contritionem moneat ſacerdos confitentem, ſive ut deteſtetur peccatum, et amaritudinem animi habeat pro praeteritis, cautelam pro futuris, pudorem pro praeſentibus. Confeſſio ſit vera, integra, et propria, ut nullum alium accuſet. Perſonarum nomina, cum quibus confitentes peccaverunt, non inquirant ſacerdotes, ſed conditionem poſſunt inquirere, utrum ſc. clericus fuerit, vel laicus, ſacerdos, vel monachus, vel ſi conjugata, vel ſoluta, aut monialis; et ſic de caeteris, quae circumſtantiae aggravant peccatum. Confeſſiones mulierum extra velum audiantur. Omnes moneantur a ſacerdote, cujuſcunque ſint conditionis, ut ſemel in anno ſaltem in Quadrageſima omnia peccata ſua confiteantur proprio ſacerdoti, vel alteri de ſua licentia. Satisfactio conſiſtit in exciſione cauſarum peccati, et in oratione, jejunio, et eleemoſyna: jejunium praecipue valet contra gulam et contra luxuriam. Nullus ſacerdos in furto, rapina, uſura, et fraude injungat miſſarum celebrationem, vel eleemoſynarum largitionem, ſed potius ut fiat reſtitutio, vel quibus injuriatum eſt, vel eorum haeredibus, ſi extiterint. Sin autem, de conſilio ſacerdotum ſatisfiat, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſi fieri poteſt. Oratio contra ſuperbiam, invidiam, iram, et accidiam; eleemoſyna contra cupiditatem et avaritiam.

De conjugatis nulla poenitentia injungenda.

Conjugatis nulla injungatur poenitentia, excipe quando ſuſpecti habentur ad invicem. Sacerdotes publice poenitentes cum literis ſuis veritatem continentibus, ad poenitentiarium epiſcopi tranſmittant, vel in propriis perſonis cum illis veniant, nec revertentes poenitentes tanquam abſolutos recipiant, niſi de poenitentia eis injuncta conſtiterit per literas epiſcopi, vel poenitentiarii ſui patentes: et niſi illam perficiant, ab eccleſia excludantur, et ad poenitentiarium remittantur.

Sacerdotes in dubiis conſulant ſuperiores, et majora majoribus reſervent, ut homicidia, ſortilegia, peccata contra naturam, vota fracta, et perjuria, de aſſiſis, vel aliis cauſis, partus ſuppoſitionem, et teſtamenti immutationem, et ſimilia, niſi ſint occulta, et ad poenitentiam imponendam ſufficiat diſcretio ſacerdotis. Sacerdotes in capitulis ad audiendum aliorum ſacerdotum confeſſiones deputentur, nec alii ſacerdotes relictis confeſſoribus aliis confiteantur, niſi ob juſtam cauſam petita ab altero ipſorum licentia. Nullus ſacerdos aliquo modo confeſſionem nutu, ſigno, vel verbo revelet ſpecialiter vel generaliter, ut dicendo: ego ſcio quales eſtis. Quod ſi fecerit et convictus fuerit, ſine ſpe veniae degradabitur. Nullus ſacerdos deneget parochiano ſuo licentiam confitendi alii ſacerdoti, ſi juſtam habuerit cauſam, dummodo ſciat cui confiteatur, et dicat ſe hoc bona fide petere. Generalitatem miſſarum inhibemus, et ne ſacerdotibus tricennalibus ad propriam ruinam ſe onerent, ad quae per ſeipſos ſufficere non poſſunt. Sacerdotes fidem Trinitatis et individuae unitatis, incarnationis, nativitatis Chriſti, paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis, et generalem reſurrectionem mortuorum in praedicationibus annuncient frequenter; et quod omnis coitus extra matrimonium eſt mortale peccatum.

De honeſtate clericorum, et qui ſint ordinandi.

Dum in eccleſia Domini ſint majores et minores ordines inſtituti, quatenus ex officiorum diverſitate rite diſpoſita decor eccleſiae illuceſcat; praecipimus, ut quilibet pro modo ſui ordinis ſe gerat, et habeat competenter, ita videlicet, ut ab inferioribus reverentia et obedientia ſuperioribus impendatur. Superiores vero impendant viciſſitudinem inferioribus, prout decet ſui ordinis dignitatem. De his igitur perſonis quaedam ſtatuta duximus innovanda, videlicet ut nullus ſe nobis offerat ordinandus, niſi liberae conditionis exiſtens, et legitime fuerit praeſentatus, de legitimo matrimonio natus, et examinatione canonica examinatus, et approbatus. Specialiter vero inhibemus, ne quis ad ſacrum ordinem audeat aſpirare, niſi firmum propoſitum habeat continendi, cum omnis ſacer ordo annexum habeat votum caſtitatis. Monemus etiam, ne quis ſacrum ordinem ſuſcipiat, niſi ad hoc accedat ex propoſito principali, ut ratione ordinis ſpecialius valeat Domino famulari. Prohibemus etiam, ne quis pecunia, favore, ſeu gratia aliquem noſtris ſupponat manibus ordinandum, quem ſacri canones non permittunt. Ne autem ignorans ignoretur, irregulares ſecundum canones ab ordinibus prohibitos, ſeriatim et per ordinem hic duximus ſpecificandos. Sc. homicidae, advocati, et judices in cauſa ſanguinis, executores ſervorum in publicis adminiſtrationibus, incendiarii, eccleſiarum violatores, ſimoniaci, interventores ſimoniacarum pactionum, et quicunque labe alia infecti ſcienter ordines ſuſceperint. Qui etiam ab epiſcopis haereticis, ſchiſmaticis vel nominatim excommunicatis ſcienter ſint in ſacris ordinibus promoti. Item bigami, corruptarum mariti, ſanctarum foeminarum violatores, et qui excommunicati ſcienter vel furtive ordines ſacros ſuſceperint, vel in taliter ſuſceptis miniſtrare praeſumpſerint. Item ſortilegi, et maxime qui daemonibus immolaverunt, vel eos ſcienter in carminibus invocaverunt: omnes iſti ab officii ſui executione ſe noverint eſſe ſuſpenſos, donec ſuperioris vel noſtrum ſuper hoc fuerit conſilium requiſitum. Qui vero de non legitimo matrimonio nati, et abſque ſuorum epiſcoporum, vel alicujus alterius ſuperioris diſpenſatione ordinati fuerint, vel a non ſuis epiſcopis praeter ſuorum licentiam praelatorum ad ordines promoti, et qui adulterio ſe polluerint, omnes tales ſuſpendimus, donec a nobis diſpenſationis gratiam fuerint conſecuti. Item monemus, ut omnes, qui in conſcientia mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quaeſtum temporalem tantum ordinem ſuſceperunt, officium ſuum non exequantur, niſi prius plene de hoc confiteantur. Si quis vero furtive vel ſimoniace fuerit ordinatus, vel alias contra canonicas ſanctiones, non exequatur officium, quouſque cum ipſo fuerit diſpenſatum.

De ſacramento conjugii.

Ut autem conjugii ſacramentum ſecundum ſtatuta canonica celebretur, quaedam circa illud duximus innovanda, quatenus ex eo in majori reverentia habeatur, quod ab ipſo Domino ante alia ſacramenta in paradiſo legitur inſtitutum, et pericula, quae circa ipſum frequenter ſolent contingere, devitentur. Statuimus igitur, ne ſacerdotes aliquos conjungant matrimonialiter ſine trina denunciatione in eccleſia publice facta tribus diebus feſtivis, a ſe diſtantibus. Fides etiam de contrahendo matrimonio, non niſi publice, et coram teſtibus idoneis detur; proponatque ſacerdos, quod ſi talem fidem carnalis copula fuerit ſubſecuta, eccleſia reputabit ibi matrimonium. Clandeſtina matrimonia non celebrentur, nec eis interſint ſacerdotes ſub poena concilii, quae eſt ſuſpenſio per triennium. In nuptiis prohibeantur ſub poena excommunicationis ſortilegia, maleficia, celatio legitimorum matrimoniorum et aliorum impedimentorum. Moneantur conjugatae, ne voveant, niſi de conſenſu virorum, et conſilio ſacerdotum. Non tranſeat ad religionem alter conjugatorum, niſi de licentia epiſcopi. Prohibeant ſacerdotes mulieribus, ne infantes ſecum in lectis ſuis collocent.

De ſacramento extremae unctionis.

Sacramentum extremae unctionis omnibus in neceſſitate petentibus exhibeatur; nec propter illud vitetur thorus; iterari enim poteſt, quod non poteſt baptiſmus vel confirmatio.

De archidiaconis et aliis.

Volentes etiam, ut unicuique quod ſuum legitime conſervetur, ſtatuimus ut archidiaconi et alii, qui alicui juriſdictioni praeeſſe videntur, taliter ſuis finibus ſint contenti, ne quid in praejudicium epiſcopalis dignitatis, juris, aut poſſeſſionis ſeu conſuetudinis ſanctae Ciceſtrenſis eccleſiae, diu obtentae, et approbatae, audeat attentare. Statuimus etiam in viſitationum temporibus, ut procurationibus ſibi deditis, archidiaconi ſecundum tenorem conſtitutionis ſint contenti, inhibentes expreſſe, ne archidiaconi, decani, officiales, et alii, qui officio alicui vel juriſdictioni praeſunt, pro juſtitia facienda, differenda, vel acceleranda aliquid accipiant. Et ne pro aliquo ſpirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur; quod ſi fiat, tam dans quam accipiens ſententia excommunicationis ſe noverit innodatum. Praeterea archidiaconis, officialibus, et decanis injungimus praecipiendo, quod diffamati fama publica et veriſimilibus indiciis ſuper aliquo crimine, de quo convinci non poſſunt, moneantur ſemel, ſecundo, et tertio, ut confiteantur et ſatisfaciant. Si vero incorrecti in negatione perſtiterint, indicatur eis purgatio, quae occaſione captandae pecuniae de die in diem nullatenus differatur, ſed ſtatim primo die, ſi parata fuerit, recipiatur, et canonicus uſus obſervetur: archidiaconus, officialis, ſive decanus, contra ſtatutum veniens, ſe noverit ab officio ſuſpendendum. Adhaec veſtigiis venerabilis patris noſtri S. Cantuarienſis archiepiſcopi, et aliorum praedeceſſorum noſtrorum inſiſtentes, pro utilitate eccleſiarum et clericorum de procuratione archidiaconi et officialis ſui olim proviſa, ad praeſens nihil volumus immutare: iſta tamen ad memoriam reducantur; videlicet quod archidiaconi in archidiaconatu ſuo, illos, a quibus ad procurationem ſunt admittendi, viſitantes, ſeptenarium numerum non excedant. Officiales vero loco eorum admittendi tribus equis, vel ad plus quatuor ſint contenti. Eccleſia vero, cujus fructus valent per annum xx. marcas et amplius, ſemel in anno procurabit archidiaconum. Quae vero x. marcas et amplius uſque ad xx. valet, archidiacono ſemel in biennio, vel officiali ſemel in anno procurationem exhibeat. Ibi vero ſemel in biennio procurationem officialis accipiet, ubi reditus eccleſiae annui quinque marcas et amplius uſque ad decem valere noſcuntur. Obſervato tamen, quod nuſquam recipiant temporalia, niſi de officio ſuo ibi miniſtrent ſpiritualia. Ad redemptionem autem procurationum nullo modo cogantur.

Ne dignitates dimittantur ad firmam.

Item ſub poena in concilio ſtatuta prohibemus, ne quis archidiaconatum ſeu decanatum, vel dignitatem aliam dimittat ad firmam, cum per hoc non ſolum ad procurationum redemptiones inhibitas, verum etiam ad earundem augmenta, quae de novo avaritia introduxit, conſueverit evenire, quod inpoſterum fieri firmiter prohibemus. Adjicimus etiam conſtitutionem Domini O. legati de eccleſiis dandis vel non dandis ad firmam, quae ſic incipit: "Eccleſias dari ad firmas" etc. et in qua ſic ſtatuitur, diſtrictius prohibemus, ne dignitates vel officia, puta decanatus, vel archidiaconatus, ſive proventus ex eccleſiaſticae vel ſpiritualis juriſdictionis exercitio, ſeu ex poenitentia, vel altari, aut aliis ſacramentis quibuſlibet venientes, ad firmam de caetero ullatenus concedantur. Item de eodem concilio. Cum laicis dare ad firmam eccleſias ſit penitus inhoneſtum, et clericis quibuſcunque ad longum tempus propter continuationem temporis, quae afferre conſuevit periculum eccleſiis, poſſit eſſe damnoſum, utrumque diſtrictius inhibentes, ſtatuimus, ut nec laicis unquam nec et perſonis eccleſiaſticis ultra quinquennium ulterius ad firmam eccleſiae concedantur, nec finito quinquennio, renoventur eiſdem, niſi prius ipſas alii habuerint mediate. Et ut omnia ſint in tuto, praecipimus ut praeſentibus epiſcopis vel archidiaconis firmarum fiat conventio, ex qua plures literae conſcribantur, quarum una remaneat penes ipſos. Item ſtatuimus, ne penſiones eccleſiarum veteres ſine noſtro aſſenſu augeantur, nec novae eiſdem imponantur; decimae aliquae de novo non retineantur a patronis, nec diminuantur, in quarum poſſeſſione prius eccleſiae extiterant: quod ſi ſecus ab aliquo factum fuerit, et factum ejus irritum habeatur, et ipſe ab eccleſiarum collatione ſe noverit auctoritate conciliorum praedictorum eſſe ſuſpenſum. Prohibemus etiam, ne a ſacerdotibus annuis pro miniſtrandi licentia aliquid exigatur. Praecipimus etiam, ne archidiaconi vel eorum officiales vel decani a capellanis annuis

nulis vel aliis pro miniſtrandi licentia aliquid extorquere praeſumant; adjicientes conſtitutionem domini legati, quae ſic inquit: "De archidiaconis quoque" etc. De archidiaconis quoque ſtatuimus, ut eccleſias utiliter et fideliter viſitent, de ſacris vaſis, et veſtibus, et qualiter diurnis ac nocturnis officiis eccleſiae ſerviatur, et generaliter de temporalibus et ſpiritualibus inquirendo, et quae corrigenda invenerint, corrigant diligenter. Eccleſias autem ſuperfluis non gravent expenſis, ſed procurationes exigant duntaxat, cum viſitant, moderatas. Non ſecum ducant extraneos, ſed modeſte ſe habeant tam in familia, quam in eccleſiis, nec ut non viſitent aut corrigant ſeu crimina puniant, aliquid ab aliquo recipere praeſumant, nec ſententiis aliquos involvant injuſte, quo ab eis pecuniam poſſint extorquere. Cum enim haec ſimoniacam ſapiant pravitatem, decernimus, ut qui talia agere praeſumpſerint, ſic extorta in duplum erogare in pios uſus, arbitrio epiſcopi, compellantur, alias nihilominus ſalva poena canonica contra eos. Sint autem ſoliciti frequenter intereſſe capitulis per ſingulos decanatus, in quibus diligenter inſtruantur inter alia ſacerdotes, ut bene ſciant et ſane intelligant verba canonis et baptiſmatis, quod ſc. ſint de ſubſtantia ſacramentorum. Canonem autem miſſae ſecundum conſuetudinem Ciceſtr. eccleſiae omnes correctum habere praecipimus, et ut verba canonis in libro rotunde legantur et diſtincte. Similiter omnes horae et omnia officia aperte et diſtincte dicantur. Item quod ex feſtinatione nimia verba non praecidantur, vel ſyncopentur; quod ſi non fuerit obſervatum, ſacerdotes uſque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendantur. Decanos vero rurales a cognitione cauſarum matrimonialium, necnon et aliarum, quae majorum judicum requirunt examen, ſpecialiter praecipimus abſtinere. Alios quoque judices majores ab illarum cauſarum cognitione eſſe mandamus et volumus alienos, quarum cognitio eiſdem nec jure generali, nec ſpeciali noſcitur attributa, in his vero cauſis, de quibus cognoverint, poſt publicationem atteſtationem faciendam eſſe litigatoribus, copia earundem fiat per tranſcriptum, originali penes judicem reſervato. Item praecipimus, ne archidiaconi vel eorum officiales interdicto ſupponere praeſumant eccleſias clericorum, niſi noſtra interveniat auctoritas ſpecialis vel generalis. Prohibemus etiam, ne ſacerdotes alienae ordinationis ad miniſtrandum in eccleſiis ſeu capitulis admittantur, abſque noſtra ſcientia et mandato. Inſtitutionem vero et reſtitutionem decanorum ruralium, ſicut hactenus obtentum fuerat, diſpoſitioni noſtrae ſpecialiter reſervamus.

De litigatoribus.

Litigatoribus autem in foro noſtro ſeu ſubditorum noſtrorum, quandocunque voluerint, liceat a judicio per compoſitionem recedere; dum tamen petita ſit licentia componendi, niſi tale ſit genus cauſae, quod compoſitionem non admittat, nec propter hoc eis poena aliqua infligatur alicui ordinario ſolvenda. Quod etiam, licet in lite uſque ad finem perſeverare maluerint, liceat eis, donec quis fuerit convictus ſuper delicto, aut de calumnia actoris vel rei conſtiterit evidenter: ita videlicet, ut tunc ea poena cum moderamine imponatur, non quod ſaluti delinquentium magis videbitur expedire, ſed quod generalibus conciliis et ſpecialibus noſcitur conſtitutum. Et hoc dicimus excepta ea poena temere litigantium, qua in expenſis juncti victoribus condemnantur.

De rectoribus eccleſiarum.

Omnes eccleſiarum rectores ſaluti debent intendere ſubditorum, et bona ipſorum, ut facultas ſuppetit, ſunt pauperibus eroganda: decernimus ut in eccleſiis propriis reſideant, hoſpitalitati pro modo facultatum et aliis operibus charitatis intendentes, niſi ipſis, ut ad tempus abeſſe poſſint, ex cauſa neceſſaria a nobis licentia concedatur. Hic recurratur ad concilium generale "De reſidentia facienda," et "De clericis habentibus plura beneficia" contra concilium. Decimas autem de omnibus, quae renovantur per annum, dandas decernimus et diſtricte praecipimus, ita ut occaſione mercedis ſervientium ſeu meſſorum eccleſiae decima parte non fruſtrentur. Detentores autem decimarum debitarum et conſuetarum, ſi ſemel, ſecundo, et tertio commoniti ſufficienter exceſſum ſuum non emendaverint, uſque ad ſatisfactionem congruam, anathematis vinculo feriantur. Cum autem hi, qui decimas detinuerint, vel ſurripuerint, ad poenitentiam acceſſerint, non admittantur, niſi vel per ſe vel per manum ſacerdotis illi, cui decimae debentur, ſatisfaciant competenter. Prohibemus inſuper, ne fructus eccleſiarum contra tenorem concilii provincialis laicis perſonis, ſeu aliis ad firmam concedantur, nec in laico feudo reponantur.

De ornamentis eccleſiae.

Eccleſiae vero honeſte cooperiantur, calices et libri et omnia ornamenta eccleſiaſtica ſufficientia ſint, et honeſta, et de bonis clericorum decedentium, ſecundum quod cautum fuerit, ſuppleantur, niſi in vita ſua eccleſias ornaverint competenter. Coemeteria claudantur a parochianis, quorum intereſt, bene et honeſte; et ad hoc arceantur, ſi neceſſe fuerit, cenſura eccleſiaſtica per loci capellanum. Praeterea prohibemus, ne in coemeteriis choreae, vel turpes et inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitant, agantur, et ne tractentur cauſae ſeculares, nec mercatus, nec alibi dominicis diebus, niſi forte de victualibus neceſſariis aedificia in ſolo eccleſiae conſtructa, in ſtatu debito conſerventur, et diruta reparentur. Alia etiam, quae de ſtatu eccleſiarum ſeu eccleſiaſticarum perſonarum in provinciali concilio continentur, quatenus perſonas eorum contigerit, ab ipſis praecipimus firmiter obſervari. De executoribus teſtamentorum tam laicorum, quam clericorum ſtatuimus, quod ſi negligenter, vel fraudulenter, utpote de rebus defunctorum gratioſas ſibi invicem vel aliis venditiones faciendo, verſati fuerint, ſeu alias ex veriſimilibus praeſumptionibus ſuſpecti apparuerint, ſi de civitate fuerint, coram decano; ſi de dioeceſi extranea, coram archidiaconis, vel aliis bonis viris, ad hoc deputatis, adminiſtrationis ſuae compellantur

lantur reddere rationem, et ſi culpabiles inventi fuerint, debita animadverſione puniantur. Vicarios vero, cum in propriis perſonis divina teneantur populo adminiſtrare, qui non ſunt, praecipimus fieri ſacerdotes, quatenus in ſacerdotio conſtituti, poenitentias et alia ſacramenta convenienter adminiſtrare valeant, ut tenentur: iiſdem etiam interdicimus ſtudia ſecularium facultatum. Adjicimus etiam conſtitutionem domini legati, quae ſic incipit: Ad vicariam ſtatuimus nullum de caetero admittendum, niſi jam in preſbyterum ordinatum, vel ſaltem diaconum, in proximis quatuor temporibus ordinandum. Qui renuncians beneficiis aliis, ſi quae habet curam animarum habentia, juret reſidentiam ibi facere, ac eam faciat continue corporalem; alioquin inſtitutionem ipſius decernimus nullam, et vicariam alii conferendam. Sic illuditur illi dolo, quo ſaepe aſſignato alicui nomine perſonatus aliquo modico, ſimulate dabatur alii eccleſia, ficto nomine vicariae, qui timens alia perdere beneficia, metuebat eam recipere ut perſona. De jam vero inſtitutis vicariis, qui non ſunt preſbyteri, cum vicarii teneantur in propriis perſonis eccleſiae deſervire, ſtatuendo praecipimus, ut infra annum ad minus ſe faciant in preſbyteros ordinari; alioquin ſi per eos ſteterit, quominus infra annum, ut diximus, ordinentur, eos extunc vicariis eiſdem fore decernimus privatos. Et de reſidentia circa eos ſtatuimus, quod de inſtituendis ſupradiximus ſtatuendum.

De capellanis annuis.

Si vero alicubi contigerit capellanos annuos ex cauſa neceſſaria in eccleſiis parochialibus miniſtrare, de ipſis ita ſtatuimus obſervandum; ut nullus ſufficientis literaturae et honeſtae converſationis amoveatur, niſi ex juſta cauſa et probabili fuerit amovendus. Eiſdem quoque et clericis ipſorum, ſecundum vires facultatum eccleſiarum, quibus deſerviunt, nomine ſtipendiorum aſſignetur portio ſufficiens et honeſta, uſque ad quinque marcarum aeſtimationem ad minus. Item nullus ſacerdos alium modo quolibet audeat ſupplantare, ſub poena executionis officii. Nullus etiam ſacerdos alterius parochianum recipiat ad ſacramenta, in praejudicium alienum, ſub poena ſuperius annotata. Capellani in capellis miniſtrantes, ſaltem quater in anno veniant ad capitulum, ſtatuta ſynodalia audiant et obedientiam faciant epiſcopo, et archidiacono, ut tenentur. Volumus etiam, ut omnes in eccleſiaſtico gradu conſtituti ea obſervent diligenter, quae de vita et honeſtate ipſorum tam generali quam ſpeciali concilio ſunt ſtatuta. Adjicimus etiam conſtitutionem domini legati, quae ſic incipit: "Quum de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, ſed potius militaris, grave ſcandalum laicis generatur; firmiter ſtatuendo praecipimus, ut ad formam tam de veſtibus clericorum, quam etiam de ornamentis equorum in generali concilio editam, per ſubtractionem beneficiorum ab epiſcopis reſtringantur: ita quod in menſura decenti veſtes habeant, et cappis et ſupertunicis clauſis utantur in ſacris ordinibus conſtituti, maxime in eccleſia ſua, et coram praelatis ſuis, et in conventibus clericorum, et ubique in parochiis ſuis, qui cum animarum cauſa regendas eccleſias ſuſceperunt." Quae autem ſuperius de cappis et ſupertunicis clauſis diximus, ad ſacerdotes praecipue volumus referri, et quod nullo modo novae adinventionis quocunque nomine cenſeantur, deſuper deferant indumenta. Clerici vero comam non nutriant, ſed ordinate circulariter et decenter tondeantur, et ita ſe in omnibus habeant, ne de ſuperbiae vitio notari poſſit.

Ne clerici vel alii beneficiati habere audeant concubinas.

Specialiter etiam prohibemus, ne beneficiati, vel ſacerdotes, vel alii infra ſacros ordines conſtituti, habere audeant concubinas. Quod ſi qui praeſumpſerint, niſi moniti reliquerint, per ſubtractionem beneficiorum decernimus compellendos; adjicientes conſtitutionem domini legati, quae ſic incipit: "Licet ad profugandum," etc. in medio, ſtatuimus et ſtatuendo praecipimus, ut niſi clerici, et maxime in ſacris ordinibus conſtituti, qui in domibus ſuis vel alienis publice detinent concubinas, eas a ſe prorſus removerint infra menſem, ipſis vel alias ullatenus detentis, ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi; ita quod quouſque ſuper hoc digne ſatisfecerint, de beneficiis eccleſiaſticis ſe nullatenus intromittant; alioquin ipſo jure ipſis eos decernimus fore privatos. Volumus quoque et diſtricte praecipimus, ut archiepiſcopi, et epiſcopi ſuper hoc diligentem per omnes decanatus faciant inquiſitionem fieri, et quod ſtatuimus obſervari. Concubinas vero eorundem publicas et maxime cohabitantes, ſi incorrigibiles extiterint, vivas a communione fidelium decernimus excludendas, et mortuae chriſtiana careant ſepultura, et in teſtamentis clericorum, cum quibus in ſcandalum eccleſiae deliquerunt, eſſe volumus non capaces, et ſi quid eiſdem relictum fuerit, fabricae Ciceſtrenſis eccleſiae conferatur. Et quia cum peccaverit ſacerdos, peccare faciat populum Domini, maxime a filia ſua poenitentiali ſe abſtineat, et ab illis ſimiliter, quibus alia eccleſiaſtica diſpenſavit ſacramenta; ſciens quod in deteſtatione tanti peccati ſecundum canonis et ſanctorum patrum conſtitutiones xv. anni debentur pro poenitentia, et poſtmodum detruſio in monaſterium.

De regularibus.

Praecipimus ut regulares monachi, canonici, et moniales ea ſtudeant firmiter obſervare, quae in regulis ſui ordinis vel conciliis generalibus et ſpecialibus, ſeu in capitulis eorum circa eorundem perſonas ſint ſtatuta. Monentes ſpecialiter, ne quis ignotus ſeu juvenis ad profeſſionem cujuſlibet ordinis admittatur, niſi cum admittenda perſona in ipſo clauſtro, vel in ipſo ordinis habitu, tempore congruo, fuerit approbata: adjicientes conſtitutionem domini legati, quae ſic incipit: Inprimis igitur duximus ſtatuendum, ut nullus ante viceſimum annum completum ad profeſſionem, et nonum decimum annum ad probatiouem admittatur de caetero. Item qui ad probationem admiſſus erit, profeſſionem incontinenti faciat, anno probationis elapſo, vel exeat monaſterium. Alioquin abbas vel

vel prior, qui aliquem ſine profeſſione ſuſtinuerit ultra annum, per praeſidentes capituli graviter puniatur, et ille novitius nihilominus profiteri cogatur, et haberi debeat pro confeſſo. Item ſtatuimus, quod abbates vel priores continue juxta regulam ſibi faciant conſtitutiones et ſanctiones ſummorum pontificum, ad eos vel eorum ordinem pertinentes, quae in compilatione domini Gregorii papae IX. continentur. Item ſtatuimus, quod in maneriis monachi non morentur, nec etiam in eccleſiis, niſi plures fuerint, ſaltem duo. Soli vero et indecenter per villas et oppida religioſi non incedant; quodſi per negligentiam praelati contra fuerit attentatum, tanquam ſacri concilii contemptores puniantur. Inter alia viris religioſis ſuper omnia ſimoniacum ingreſſum in periculo animarum ſuarum interdicimus, et tam regulares quam ſeculares, tam clericos quam laicos, qui merces ſuas vendunt ad terminos, ut propter ipſos terminos carius vendant, tam culpae quam poenae uſurariorum apud Dominum denunciamus obnoxios. Prohibemus etiam, ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti, et praecipue ſacerdotes, turpia lucra ſectentur, nec aliquam negotiationis ſpeciem ordini ſuo contrariam exerceant, nulluſque eorum ſecularem adminiſtrationem ſubeat, ex qua eum oporteat laicae perſonae actus ſui reddere rationem. Nec advocati ſint clerici, vel ſacerdotes in foro ſeculari, niſi vel cauſas ſuas, vel ſuorum, vel miſerabilium proſequantur perſonarum, et hoc in civili. In foro autem eccleſiaſtico ſi voluerint poſtulare, ſecundum conſtitutionem domini legati de talibus editam admittantur. Clericis vero, ne venationibus intendant, omnino prohibemus. Volumus etiam ut in eccleſiis parochialibus religioſorum conſtituantur vicarii, qui velint et valeant ſaluti intendere animarum, quibus talem volumus aſſignari portionem, unde miniſtri eccleſiae commode ſuſtententur, et vicarii pauperibus ſe exhibere valeant hoſpitales, habita tamen ratione ad eccleſiae facultates.

De incluſis.

Incluſis etiam praecipimus, ne quam perſonam in domibus ſuis recipiant vel habeant, de qua ſiniſtra ſuſpicio oriatur. Feneſtras quoque arctas habeant, et honeſtas: eiſdem etiam cum his tantummodo perſonis ſecretum tractatum habere permittimus, quarum gravitas et honeſtas ſuſpicionem non admittit. Incluſis vero mulieribus cuſtodia veſtimentorum eccleſiae non tradatur; quodſi neceſſitas hoc exegerit, ita caute tradi mandamus, ut non inſpiciantur incluſae a tradente.

De celebratione divinorum.

Praeterea volumus, quod fideles laici diebus dominicis et aliis ſolennibus ſaltem interſint celebrationi divinorum, niſi valetudine aut aliqua cauſa neceſſaria fuerint occupati, ne forte propter hoc, quod ab auditione divinorum ceſſaverint, corda eorum indureſcant. Volumus etiam, ut a propriis ſacerdotibus laici moneantur, ut orationem dominicam, et ſymbolum apoſtolorum addiſcant; et ſalutationem beatae virginis; et haec ſacerdotes parochianos in lingua ſaltem materna diligenter et frequenter doceant, et in eccleſiis orationibus vacent, et otioſis fabulis non intendant.

De Judaeis.

Judaei vero diſtricte compellantur ad ea obſervanda, quae de perſonis illorum in generali et ſpeciali concilio continentur, ut nec ſynagogas erigant novas, et quod tabulam in loco eminenti in ſignum cognitionis portent. Prohibemus autem, ne Chriſtianus vel Chriſtiana cohabitent cum eiſdem.

De excommunicatis.

Sanctorum igitur praedeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhaerentes, denunciamus, et per totum epiſcopatum noſtrum denunciari praecipimus quater in anno, per dies ſolennes, omnes illos communi ſententia excommunicationis innodatos, qui eccleſias ſuo jure malitioſe privare praeſumunt, aut per malitiam libertates earundem infringere vel perturbare contendunt. Item omnes illos, qui ſcienter et prudenter falſum perhibent teſtimonium, vel perhiberi procurant, ne matrimonia vera debitum ſortiantur effectum, vel ut contra juſtitiam proceſſus cauſae diutius ſuſpendatur. Item omnes illos, qui rationabilia defunctorum teſtamenta malitioſe impediunt. Item omnes incendiarios, uſurarios, pudicitiae raptores, immunitatum eccleſiarum violatores, item debitarum et conſuetarum decimarum detentores. Item omnes illos, qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alia quacunque de cauſa alii malitioſe crimen imponunt, cum infamatus non ſit apud bonos et graves, ut ſic ei ſaltem purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Item omnes illos, qui vacante eccleſia, malitioſe opponunt, vel opponi procurant patronatus quaeſtionem, ut ſic verum patronum illius eccleſiae collatione ſaltem illa vice defraudent. Item omnes illos, qui gratia lucri, vel odii, aut alias contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos editum, claves eccleſiae contemnentes.

Has igitur conſtitutiones, una cum his, quae in generali ſeu provinciali concilio ſunt ſtatuta, volumus inviolabiliter obſervari: ita videlicet ut in qualibet eccleſia noſtrae dioeceſis circa Paſcha proximum ſcriptae habeantur, quatenus rectores eccleſiarum eas ſaepius recitantes, ſe et ſubditos ſuos perducere valeant ad ſalutem. Has igitur conſtitutiones, quas diſtricte praecipimus obſervari, in publico fecimus recitari, ut nullus praetextu ignorantiae ſe valeat excuſare.

Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, Filii, et Spiritus Sancti, et praeſentis ſynodi praecipimus in virtute obedientiae, quod omnes ſacerdotes, qui in epiſcopatu noſtro curam gerunt animarum, has conſtitutiones omnes habeant in libellis ſuis ſcriptas, eaſque diligenter obſervent, habentes eas ſaepe prae manibus, et prae oculis. Et cum item ad ſynodum venturi ſunt, deferat unuſquiſque ſecum libellum ſuum, redditurus rationem de tranſgreſſione ſingulorum praeceptorum.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 4.	BONIFAC. 3.	1246.	HENRIC. III. 31.

Querela archiepiſcopi et epiſcoporum provinciae Cant. ſuper oppreſſionibus papalibus. Ex Pryn. vol. ii. Record. p. *667.*

REVERENDO in Chriſto patri Innocentio, Dei gratia ſummo pontifici, epiſcopi Cantuarienſis provinciae ſuffraganei cum recommendatione pedum oſcula beatorum. Sedis apoſtolicae benignitas, quae nos nuper in concilio Lugdunenſi conſtitutos, in ſinu honoris et ſpecialis dilectionis collocavit, necnon ejus ſublimitas, quae tot affectibus noſtrae condeſcendit parvitati, ad zelum honoris et optatae proſperitatis ſanctae matris noſtrae, populi peculiaris, et ſpiritualium quodammodo adoptionis filiorum animos noſtros cor et affectus, fervore fidei et affectu ſinceritatis revocant, utpote qui pro ea et ejus honoribus animo lubenti laborare diſponimus, et ejus tranquillitati pro viribus ſtudere, ut tenemur. Sane, quanto magis in devotione optamus reperiri ferventiores, tanto profecto noſtrum populum et regnum in unitate eccleſiae matris noſtrae tenemur confovere ſtudioſius. Quod utique abſque dictae ſedis adjutorio ſpeciali, nulla prorſus via per nos poterit adimpleri. Nuper ſiquidem cum in concilio illuſtris principis et domini Angliae regis in media Quadrageſima eſſemus praeſentes, quaedam audivimus, quae veſtrae ſanctitati referimus dolentes; regem ſcilicet et proceres, necnon populum quaſi univerſum rodere, ac multiplicatis querimoniis murmurare, quod in collationibus beneficiorum, quae per proviſores in Anglia fiunt incunctanter, nobilium atque aliorum vocationibus, contra eorum et regni privilegium, ad judicia extra regnum, necnon aliis pleriſque moleſtiis, quas veſtrae beatitudini, ut credimus, plenius inſinuare proponunt, ipſi, et regnum, atque populus univerſus jugo oppreſſionis intolerabilis exiſtunt praegravati. Et haec publice objurgantes, proponebant in cordibus, quaſi ſe malle mori, quam ea, cum magis ac magis de die in diem pullulare videantur, diutius tolerare; praeſertim cum eadem gravamina ipſos et eorum populum ſaepius, ut aſſerunt, ac durius affligant, promiſſione moderaminis, quam ipſorum procuratoribus a veſtra ſanctitate in ſupradicto concilio factam eſſe dicunt, jam non obſtante. Clamor inſuper et tumultus tot et tantorum, quamvis nobis periculoſius videretur, et ad diu tolerandum gravis, tamen per nos, qui ad hoc diligentia, qua novimus laborare, curavimus, ulla prorſus ratione nequiverat ſedari. Sane cum haec, ſi procedant, dolorum initia, et multorum malorum in Anglia, ut perpendimus et timemus, erunt fomenta, pedibus veſtrae ſanctitatis lachrymoſis precibus proſtrati deprecamur; quatenus fidei Anglicanae fervorem attendentes, et quod idem regnum ſacroſanctae Romanae eccleſiae ſpecialiter extiterit devotum, turbationem ejuſdem regni paterno occurrentes ſolatio, illis de regno in his, quae ad ſalutem et tranquillitatem pertinent ipſorum, ob Dei reverentiam proſpicere velitis. Et nos eoſdem, quorum ſitimus ſalutem et quietem, ſic in unitate fidei et devotione eccleſiae ſtudebimus conſervare, quod Deo et eccleſiae, necnon vobis, pater reverende, Chriſto propitio, cedat ad honorem: ad hoc placeat ſanctitati veſtrae praefati principis noſtri, et fratris ejuſdem comitis Cornubiae, animos ſub honeſtatis forma pacificare, qui in facto pro invicem ſe fore proponunt, non modicum gravatos, et cauſam aſſerunt gravaminis memorati, favorem eccleſiae Romanae parti adverſae nimis attributum.

Papae Rom	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 4.	BONIFAC. 4.	1246.	HENRIC. III. 31.

Canonizatio ſancti Edmundi, Cantuarienſis archiepiſcopi, cum inſtitutione ſuae feſtivitatis pro die 16. Novembris. Ex vol. I. Bullar. Rom. edit. MDCLXXIII. pag. 130.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepoſitis, archipreſbyteris, et aliis eccleſiarum praelatis, ad quos literae iſtae pervenerint, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Novum matri eccleſiae gaudium novi ſancti celebritate jucunde laeti referimus. Grande a caeleſti collegio de collegae novi conſortio agi feſtum exultanti animo nunciamus. Gaudet quidem eccleſia ſe talem ac tantum produxiſſe filium, qui alios ſacrae converſationis exemplo dirigat, et percepto jam beatitudinis praemio, firmam ſpem eis tribuat de ſalute. Laetatur nimirum ſe tam clara ſobole illuſtrata, quae digno ab omnibus attollenda praeconio, et devota veneratione colenda, manifeſte declarat, ad haereditatis aeternae participium admittendos, qui ipſam matrem eccleſiam fide ac opere profitentur, et nullos in ſupernam poſſe gloriam, niſi per eam, tanquam regni caelorum clavigeram, introire. Gaudet caeleſtis patria nobilis habitatoris adventu, expertumque colonum fidei ſuis incolis noverit adunari. Exultant cives coelibes de celebris aggregatione concivis, de condigno caeli conſorte nuper ipſis habito pſallant ſancti. Exſurgite igitur

tur et vos fidei zelatores, et una cum eccleſia matre noſtra laetamini de magnificentia et exultatione confratris. Affluite gaudio, et ſpem totam aſſumite de condigena terrenorum facto compatriota caeleſtium. Exultate ingenti laetitia, quod novellus vobis apud Deum patronus accrevit, qui adeſt coram ipſo ſalute noſtra placidus interceſſor. En ſiquidem B. Edmundus, archiepiſcopus Cantuarienſis, ſalubriter penſans, ad factorem ſuum facturam affectu dirigi naturali, naturamque collapſam reparatorem debere recognoſcere, proprium Creatorem et Redemptorem ſuum affectuoſe ac ſtudioſe quaeſivit. Rectae namque intentionis lumen bajulans, ad ipſum perfectorem operum proceſſit greſſibus ſalutis, ſemitam aliis et ſplendore vitae, ac doctrinae claritate demonſtrans. Unde horum trium, intentionis purae, perfecti operis, et recti ſermonis, dulci concordia, velut delectabili pſallens tripudio, tribus hoſtibus, carne, mundo, daemone, virtute perſeverantiae ſuperatis, digne meruit, verae fidei, ſecurae ſpei, et fervidae charitatis ternario inſignitus, ſummae Trinitatis arce, trino electorum, virginum ſcilicet, continentium, et conjugatorum ordine, praeparata palma victoriae honorari. Et nunc de ſuis actibus aliquid dicamus, licet ipſius vita, quo plenius exponitur, eo relatoris guſtui plus dulceſcat, magiſque delectet animos auditorum. Ab annis teneris Filium Dei tenere diligens, cum poſtmodum tenere corde non deſiit, quia ipſum tenellae mentis tabulae ſtylo rectae conſiderationis inſcripſit. Quinimo quanto majori profecit aetate, tanto pleniori cognitione in amorem ejus exarſit. Et ne fervor ſpiritus ſuae carnis extingueretur ardore, ſed mortificatione potius accenderetur, ipſius aſſidui eam aſperitate cilicii edomans, ejus libitum arctae abſtinentiae nexibus allegavit, ut non ſuo ducta voto, ſed ſpiritus voluntate, ad licita tute pergeret, et provide ab illicitis declinaret. Nam diſtrictis corpus maceravit jejuniis, antiquorum obſervantiae novorum auſteritatem, quae ſibimetipſis idem indixerat, ſuperaddens, dum delicioſorum ciborum oblectatione deſpecta, refectione contentus humilium communium, jejuniorum temporibus a permiſſis etiam elegit jejunare cibariis, et certis inſuper in hebdomada diebus amplius abſtinere. Somni quoque prolixitatem odiens, diuturnis vacabat vigiliis, excuſſoque torpore, orationi ſedulo inſiſtebat. Cubilis enim ſpreta mollitie, ne requie delicata lenteſceret, illam membris indulgebat jacendo quietem, ut brevi ſopore refectus, protinus ſurgeret, ſeque genuflectionibus et orationibus diutius deputaret. Ab initio autem viarum ſuarum ſic munde uſque in finem incedere ſtuduit, quod mundo vitato lubrico, in lutum non defluens voluntatis munditiae nitore praefulſit. Quid amplius? contrivit fragile carnis vaſculum, ut in eo theſaurum animae ſibi creditum cautius conſervaret. Doctor vero praeclarus, ac praedicator eximius, et auditorum mentibus ſcientiae lumen infudit, et pectoribus fidelium (avulſis vitiorum tribulis) ſemina virtutum injecit. Humilitate quippe ſublimis, manſuetudine placidus, patientia fortis, benignitate affabilis, pietate condolens, miſericordia ignoſcens, et multiplici eleemoſynarum irriguo in ſubventionem affluens egenorum. Et ut geſtorum ſuorum multitudinem ſuccincta relatione texamus, ſic Jeſum firma credulitate cognovit, et agnitum ſincero corde dilexit, ac dilectum totis votis ambivit, quod mundo, et eis, quae in mundo ſunt, penitus vilipenſis, ad caeleſtia cunctis ſtudiis inhiavit. Satagens ſe ſuo nomini actibus coaptare, ut, ſicut vocabatur Edmundus, ſic ei vel criminum labe mundum, vel e mundo abductum, ſeu extra mundi amplexus poſitum, operum teſtificatione probaret. Unde tanquam ſpiritualis homo Edmundus a carnis contagiis in extremis agens, et corpus Chriſti ſibi delatum reverenter adorans, haec verba omni attentione notanda, mira protuliſſe compunctione aperte monſtratur. Tu es, in quem credidi, quem praedicavi, quem docui. Et tu teſtis es mihi, quod nihil aliud, niſi te, Domine, in terra quaeſivi. Sicut tu ſcis, quod nihil volo, niſi quod tu vis; fiat voluntas tua. Verum cum vivens Dei eccleſiam praeclaris illuminaſſet meritis, mortuus ſuae claritatis radios non ſubtraxit, ſed quum functus hac vita, verius viveret quam vixiſſet, eam poſtmodum illuſtravit fulgore luminis plenioris. Non enim voluit Dominus ſanctitatem mundo ſupprimi tanti viri, quin ſicut pluralitate innotuerat meritorum, ſic miraculorum diverſitate pateret, ut qui tota ipſum devotione coluerat, jam ſecum regnans, venerabiliter coleretur. Nam caecis lumen reſtituit; et quod eſt glorioſius, de cujuſdam oculis innatae caecitatis tenebras infuſi viſus perſpicuitate fugavit. Alii, cujus linguam natura diutina taciturnitate ligaverat, liberam loquendi tribuit, ſolvitque ſilentio facultatem. Leproſam quandam, ſquamis leprae mox decidentibus, ſubita, et mirabili abſterſione mundavit; tremula paralytici membra firmavit conſolidatione nervorum; contractis artuum extenſione ſubvenit; tumentem hydropſim, corporis extenuatione curavit; et quandam ſenilis aetatis veteri gibbo imis inflexam, reſtituit, erecta ſurſum ejus facie, ſanitati. His et aliis quamplurimis coruſcavit miraculis manifeſtis, quorum ſeriem non duximus praeſentibus inſerendam. Convaleſcit ex ipſis fides catholica, Judaeorum pertinacia erubeſcit, confunditur haereticorum fallacia, et obſtupeſcit ignorantia paganorum. Cantet itaque Cantuarienſis eccleſia laudis divinae canticum, quod inter alias modernis temporibus venerabilibus eſt decorata patronis, unius quidem rubricata martyrio, et confeſſione alterius candidata. Exultet pleno gaudio fertilis Cantuaria, quod ab eccleſiae ſuae area tam purum granum tranſmittit ad horrea ſummi Regis; laetetur et Pontiniacenſe monaſterium, quod et talium et tantorum patrum meruit honorari praeſentia, dum unus ibidem diu degens illud, ſuae vitae moribus nobilitavit, et alter illuc accedens, ipſum reddita caelo anima, ſui corporis theſauro ditavit, ut quaſi adimpleretur, quod ipſe glorioſus martyr Thomas, videlicet poſt longam moram, quam exilii ſui tempore in eodem continuavit monaſterio, cum ipſis monachis de multa honorificentia charitative ſibi ab eis exhibita, reſpondere juxta voti ſui plenitudinem non valeret, dixiſſe aſſeritur, quod eſſet ſibi alius ſucceſſurus,

ceſſurus, qui condignam ipſis retributionem reſponderet pro eadem. Porro quia quos omnipotens Deus perpetuae corona gloriae in caelis magnificat, ſummae devotionis ſtudio ab hominibus in terris convenit venerari, ut quo ſolennius fideles ſanctorum colunt memoriam, eo dignius eorum patrocinium promerentur; nos de ſanctitate vitae, ac veritate miraculorum ejuſdem ſancti Edmundi, curioſae inquiſitionis ſolennitate, ac diſtricti examinis diſcuſſione praemiſſis, plenariam certitudinem obtinentes, ipſum de communi fratrum noſtrorum, et praelatorum omnium, tunc apud apoſtolicam ſedem exiſtentium, conſilio et aſſenſu, in Dominica de Adventu, qua cantatur "Gaudete in Domino ſemper," ſanctorum catalogo aſcribendum, vel jam aſcriptum duximus nunciandum. Ideoque univerſitatem veſtram monemus, et exhortamur attente, per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus 16. cal. Dec. (cum tunc felix ipſius anima de carnis liberata carcere, ad aſtra conſcendens, aulam caeleſtem adiverit, paradiſi deliciis fruitura) feſtum ejuſdem devote ac ſolenniter celebretis, faciatiſque vos, fratres archiepiſcopi, et epiſcopi, per veſtras civitates et dioeceſes a Chriſti fidelibus veneratione congrua celebrari, ut pro ejus interventu, et hic ab imminentibus poſſitis periculis erui, et in futuro ſalutis praemium conſequi ſempiternae. Caeterum, ut ad venerabile ejus ſepulchrum ferventius et copioſius chriſtiani populi confluat multitudo, ac celebrius ejuſdem ſancti agatur ſolennitas, omnibus vere poenitentibus, et confeſſis, qui cum reverentia illuc in eodem feſto annuatim acceſſerint, ipſius ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum et quadraginta dies; accedentibus vero annis ſingulis ad praedictum ſepulchrum infra ejuſdem feſti octavas, quadraginta dies de injuncta ſibi poenitentia relaxamus. Dat. Lugduni 3. idus Januarii, pontificatus noſtri anno quarto.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 5.	BONIFAC. 4.	1247.	HENRIC. III. 32.

Charta Reynardi, archiepiſcopi Armachan. de indulgentiis viſitantibus reliquias ſanguinis Chriſti conceſſis. Ex MSS. eccleſ. Weſtmonaſter.

DILECTIS ſibi omnibus Chriſti fidelibus, frater Reynardus, divina miſeratione Armachan. archiepiſcopus, Hiberniae primas, aeternam in Domino ſalutem. Cupientes Domino ex debito pontificalis officii lucrum facere animarum, quantum poſſumus, ſingulos Chriſti fideles indulgentiis et remiſſionibus quaſi illectivis muneribus ad venerandas praecipue reliquias ſalvatoris omnium invitamus, qui aſſumpta carne pro nobis de virginis utero, ſanguinem proprium in crucis fudit patibulo, ut ſerpentis antiqui devicta nequitia, humanum genus de mortis faucibus liberaret. De zelo igitur devotionis ad Deum chriſtianiſſimi principis domini noſtri H. Dei gratia regis Anglorum illuſtris, cum intima cordis exultatione in Domino concepta laetitia, de omnipotentis Dei miſericordia et matris ipſius virginis glorioſae, necnon et ſanctorum omnium meritis confidentes, omnibus vere poenitentibus et confeſſis, qui reliquias pretioſiſſimi ſanguinis noſtri Domini Jeſu Chriſti eidem ſereniſſimo principi a venerabili patre .... patriarcha Jeruſalem tranſmiſſas, veneratione debita viſitabunt, quadraginta dies de injuncta ſibi poenitentia miſericorditer relaxamus. Dat. London. 5. cal. Novemb. pontificatus domini Innocentii papae IV. anno quinto.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 7.	BONIFAC. 6.	1249.	HENRIC. III. 34.

Literae decani et capituli Ciceſtrenſis de praebendis decedentium canonicorum. Ex libro muniment. eccl. Ciceſtr.

OMNIBUS Chriſti fidelibus, etc. G. decanus, et capitulum, etc. Cum in praebendis canonicorum decedentium per annum integrum una earum medietas canonicis in eccleſia noſtra deſervientibus, altera vero fabricae eccleſiae ab antiquo per epiſcopos noſtros, accedente conſenſu capituli, fuerit aſſignata; eademque aſſignatio ex conſtitutione apoſtolicorum felicis recordationis Eugenii papae III. et Alexandri papae III. extitit roborata, et pacificae poſſeſſionis uſu continuo quaſi ſpatio centum annorum firmata; evidenter apparet, quod ad praebendas decedentium canonicorum, in eccleſia noſtra litera apoſtolica gratiae factae domino Cantuar. ſuper proventibus primi anni beneficiorum vacantium nullatenus extenditur; cum nunquam fuerit intentionis domini papae tam evidens jus eccleſiae noſtrae ſubvertere. Veruntamen pro bono pacis, ne in praebendis eccleſiae noſtrae fruſtrari videatur omnino gratia memorata, deliberantes comperimus in quodam mandato apoſtolico pro eadem gratia decano Bellilenſi directo contineri, quod illi, qui receperunt hujuſmodi beneficia, ad aſſignandum proventus primi anni hujuſmodi gratiae executoribus debeant coerceri. Unde aequitate ſuadente, providimus concanonicos noſtros, qui hujuſmodi receperunt praebendas, ſibi non ad tempus, ſed in perpetuum collatas, ad aſſignandum proventus ſui primi anni, i. e. ſuae receptionis primi potius debere compelli, quam eccleſiam noſtram ſuo jure ſuper commemorato per ſeptennium omnino privari. Hanc autem provi-

proviſionem concanonici noſtri acceptantes hucuſque de proventibus anni ſuae receptionis primi dictae gratiae executoribus humiliter ſatisfecerunt. Nuper vero nobis eſt intimatum, quod aliqui de noſtris, tanquam filii inobedientiae, illud, quod ad conſervationem pacis et juris eccleſiae noſtrae ſalubriter eſt ordinatum, licet occulte, machinantur infringere. Quos, tanquam juris eccleſiae noſtrae violatores et perturbatores, ſententia excommunicationis innodatos eſſe decrevimus, quouſque praeſtita ſatisfactione beneficium abſolutionis promeruerint. Dat..... anno Dom. MCCXLIX.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
INNOCENT. IV. 7.	BONIFAC. 7.	1250.	HENRIC. III. 34.

Synodus Oxon. in qua literae regis, quod capellae regiae liberae ſint, legebantur.
Ex Rot. pat. 34. Henr. III. in dorſ. n. 1.

REX univerſis praelatis, et eorum procuratoribus vocatis, et venturis apud Oxon. pro gratia Cant. archiepiſcopo a domino papa conceſſa, ſalutem. Cum capellae noſtrae in epiſcopatibus Ceſtr. Sar. Lond. et alibi in regno noſtro temporibus noſtris et progenitorum noſtrorum adeo liberae extiterint, et immunes, quod nec dominus papa, nec aliquis archiepiſcopus ſeu praelatus juriſdictionem vel poteſtatem ſuam extenderit ad eaſdem, ſtatuendo aliquid in eiſdem, vel exigendo ſubſidium vel aliquid aliud, quocunque nomine ab eiſdem; vobis diſtricte inhibemus, quatenus metis veſtris hactenus uſitatis contenti, nihil exigatis nomine gratiae praedictae Cant. archiepiſcopo conceſſae, vel qualicunque alia occaſione a capellis memoratis; vobis praecaventes, ne ſitis delatores vel accuſatores apud ſedem apoſtolicam, vel alibi ſuper juribus et libertatibus noſtris, ſicut indignationem noſtram velitis evitare, et fidelitatem nobis vinculo juramenti praeſtitam obſervare. In cujus, etc. Teſte rege apud Weſtmonaſter. 20. die Aprilis.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
INNOCENT. IV. 8.	BONIFAC. 7.	1250.	HENRIC. III. 34.

Bulla Innocentii IV. *de revocando ſtatuto Hiberniae, ne clerici Angliae admitterentur in canonicum eccleſiarum praedictae terrae.* Ex Foeder. Rymer vol. I. p. 457.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis, eorumque capitulis per Hiberniam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum (ſicut ex parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri ... regis Angliae illuſtris, fuit propoſitum coram nobis) ex quodam, ut videtur, livore, ut nullus, natione Anglicus recipiatur in eccleſiis veſtris in canonicum, duxeritis ſtatuendum; quia in omni gente, qui facit juſtitiam, acceptus eſt Deo, nec ſanctuarium Dei jure convenit haereditario poſſideri; fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſtatutum ipſum infra menſem poſt receptionem praeſentium, ſine difficultate qualibet revocetis. Alioquin venerabilibus fratribus noſtris ... archiepiſcopo Dublinenſi, et ... epiſcopo Oſſorienſi noſtris damus literis in mandatis, ut ipſi extunc auctoritate noſtra idem ſtatutum denuncient irritum et inane. Dat. Lugdun. octavo cal. Octobr. pontificatus noſtri anno octavo.

Innocentii IV. *papae relaxatio ſententiae excommunicationis factae contra priorem et conventum per archiepiſcopum Cantuar.* Ibid.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis ... de ſancto Albano, et ... de Waltham abbatibus, et ... archidiacono ſancti Albani, Lincoln. et Londonien. dioec. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum ... prioris ... ſubprioris ... ſacriſtae ... cellarii et ... praecentoris eccleſiae ſanctae Trinitatis Londonien. ordinis ſancti Auguſtini fuit propoſitum coram nobis, quod cum venerabilis frater noſter Bonifacius, Cantuarienſis archiepiſcopus, ad ipſorum eccleſiam impenſurus in ipſa viſitationis officium, acceſſiſſet, quia conventus ejuſdem eum ad viſitandum admittere, ſibique ratione viſitationis procurationem renuit exhibere, aſſerendo ſe et eccleſiam ipſam ab ejus juriſdictione liberos et immunes; dictus archiepiſcopus in perſonas eorum ob hujuſmodi delictum conventus ejuſdem excommunicationis ſententiam auctoritate propria promulgavit, quam nunciari nullam humiliter petierunt. Ad quod jam dictus archiepiſcopus ex adverſo reſpondit, quod non ob conventus ſed ipſorum delictum eandem in eos ſententiam promulgavit. Auditis itaque ac plenius intellectis, quae fuerint propoſita hinc et inde, de fratrum noſtrorum conſilio pronunciando decrevimus, praedictam ſententiam, quatenus in perſonas eorum propter delictum memorati conventus noſcitur promulgata, nullam penitus extitiſſe, ipſoſque per eum aliquo vinculo non teneri, nec per denunciationem ipſius notandos eſſe aliquatenus vel vitandos. Super eo vero, quod idem proponit archiepiſcopus, ſe in eos propter delictum ipſorum dictam ſententiam protuliſſe, ipſum, ſicut de jure fuerit, audiemus. Ideoque diſcretioni veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus

nus praedictae ſententiae denunciationis, quas, ut dicitur, contra praefatos priorem et alios fieri facit archiepiſcopus ſupradictus, quatenus in perſonas eorum ob delictum conventus eſt prolata, faciatis omnino ceſſare: contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Quodſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. Lugdun. quinto id. Octobris, pontificatus noſtri anno octavo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 8.	BONIFAC. 7.	1250.	HENRIC. III. 34.

Conſtitutiones provinciales Eboracenſes per dominum Walterum Gray, quondam archiepiſcopum Eboracenſem. Ex MS. Cotton. Vitellius, D. v.

DECRETUM domini Walteri Gray, quondam archiepiſcopi Eboracenſis, Angliae primatis, et apoſtolicae ſedis legati, editum apud Eboracum tempore viſitationis ſuae, tam ad honorem Dei, et eccleſiae Eboracenſis, ac omnium eccleſiarum per totam provinciam exiſtentium, quam doctrinam, praeſentium informationem, et memoriam omnium futurorum. Cum plerumque inter rectores eccleſiarum ſeu vicarios, in provincia Eboracenſi conſtitutos, eorundemque parochianos ſuper variis ornamentis, rebuſque eccleſiaſticis altercatio non modica ſit exorta; ideo quanta, quae, et qualia ad rectorem, ſeu vicarios eccleſiarum, per totam provinciam Eboracenſem conſtitutos, de ſuſtentatione et reparatione pertineant, quae autem ad parochianos eorum de rebus, ac ornamentis eccleſiaſticis reparandis pertinere noſcuntur, per ſubſcripta ſole clarius omnibus eluceſcat. Et ideo ordinamus et ſtatuimus, ut parochiani noſtri omnes et ſinguli exiſtant ſic docti in ſingulis ſubſequentibus, ut ſciant et intelligant, atque obſervent totaliter univerſi, viz. quod calix, miſſale, veſtimentum ipſius eccleſiae principale, viz. caſula, alba munda, amictus, ſtola, manipulus, zona, cum tribus tuellis, corporalia, et alia veſtimenta pro diacono honeſta, juxta facultates parochianorum et eccleſiae cum cappa ſerica principali, pro principalibus feſtis; et cum duabus aliis, pro choris regendis in feſtis ſupradictis; crux proceſſionalis, et alia crux minor pro mortuis; et feretrum pro mortuis, vas ad aquam benedictam; oſculatorium, candelabrum ad cereum paſchale, thuribulum, lucerna cum tintinnabulo; velum quadrageſimale, duo candelabra pro ceroferariis: de libris, legenda, antiphonare, gradale, pſalterium, troparium, ordinale, miſſale, manuale, frontale ad magnum altare, tria ſuperpellicia: pixis pro corpore Chriſti honeſta; vexilla pro rogationibus, campanae magnae cum cordis ſuis; fons ſacer cum ſerura; chriſmatorium, imagines in eccleſia. Imago principalis in cancello, de quo ſancto dedicatur eccleſia. Reparatio librorum et veſtimentorum, quoties contigerit emendari, cum omnibus ſupradictis. Luminare in eccleſia: reparatio navis eccleſiae, et conſtructio ejuſdem, cum campanili, interius et exterius; ſcil. feneſtris vitreis, cum clauſura coemeteriorum, cum aliis navis eccleſiae, et ſingulis aliis, quae ad ipſos pertinere noſcuntur.

Ad rectores vero vel vicarios, juxta varias ordinationes, omnia alia pertinebunt; ſcil. cancellus principalis cum ejuſdem reparatione, tam parietibus, quam tecturis, et feneſtris vitreis eidem pertinentibus, cum diſcis et ſcamnis, et aliis ornamentis honeſtis; ut cum propheta cantare valeant, "Domine, dilexi decorem domus tuae," etc. cum manſo rectoriae, et ejus reparatione hinc inde; et alia, quae non ſunt ſcripta in libro hoc, noverint ſe rectores, vel vicarios a locorum ordinariis compelli poſſe, ſecundum conſtitutionem, et alias in hac parte probatas, etc.

*De decimis foeni, agnorum, lacticinii, molendinorum, paſturae, piſcariorum, apum, et lucri negotiationis.**

Quoniam, propter diverſas conſuetudines in petendo decimam, propter diverſas cauſas, inter rectores eccleſiarum et parochianos ſuos rixae, et contentiones, ſcandala et odia permaxima oriuntur; volumus, quod in cunctis eccleſiis parochialibus, per archiepiſcopatum noſtrum conſtitutis, uniformis ſit petitio decimarum, et proventuum eccleſiaſticorum.

Inprimis volumus, quod decimae de frugibus, non deductis expenſis, integre et ſine aliqua diminutione ſolvantur, et etiam de fructibus arborum, et ſeminibus omnibus, et herbis hortorum, niſi parochiani competentem pro talibus decimis velint facere redemptionem.

Volumus etiam, quod decimae de foenis, ubicunque creſcant, ſive in magnis pratis, ſive in parvis, ſive in hortis exigantur; et, prout expedit, eccleſiae perſolvantur.

De nutrimentis autem animalium, volumus, ſi de agnis, quod pro ſex agnis, et infra, ſex oboli dentur; pro decima ſeptimus agnus, et ſupra, ſemper detur pro decima; ita tamen, quod rector eccleſiae, qui ſeptimum agnum receperit, det parochiano ſuo, a quo decimam illam receperit, tres obolos in recompenſationem. Qui octavum agnum receperit, det denarium parochiano. Qui nonum agnum receperit, det obolum parochiano; vel expectet rector eccleſiae ad alterum annum, donec poſſit decimum agnum habere, ſi maluerit; et qui ita expectaverit, ſemper exigat ſecundum meliorem agnum, vel tertium ad minus de agnis ſecundi anni; et hoc pro expectatione primi anni. Et ita intelligendum eſt de decima lanae: quod ſi oves alibi in hyeme, et alibi in aeſtate nutriuntur, decima eſt dividenda; ſimiliter, ſi quis in medio tempore emerit, vel vendiderit oves, et certum ſit, de qua parochia illae venerunt, dividenda eſt,

* Conſtitutio haec Bonifacio archiepiſcopo Cantuar. adſcribitur in MS. Regio ix. B. 2. ſub hoc titulo: *Statutum generale London. celebratum per venerabilem virum dominum Bonifacium, archiepiſcopum Cantuar.* Ex quo MS. ſequentia exhibemus.

eſt, ſicut de re, quae ſequitur domicilia; ſi autem incertum fuerit, habeat illa eccleſia decimam, infra cujus limites tempore tonſionis oves inveniuntur.

De lacte, volumus, quod decimae ſolvantur, dum durat; viz. de caſeo tempore ſuo; et de lacte in autumno et hyeme, niſi parochiani competentem velint pro decimis talibus facere redemptionem; et hoc ad valorem decimae et commodum eccleſiae.

De proventibus autem molendinorum, volumus, quod decimae exigantur et ſolvantur, ad valorem proventuum, et hoc niſi domini pro valore proventuum faciant redemptionem.

De paſturis autem et paſcuis, tam communibus quam non communibus, ſtatuimus, quod decimae fideliter perſolvantur, et hoc per numerum animalium, et dierum, ſi expedit eccleſiae.

De piſcationibus autem et apibus, ſicut de omnibus aliis bonis juſte adquiſitis, quae renovantur per annum, ſtatuimus, quod decimae exigantur, ſed debito modo. Statuimus etiam, quod decimae perſonales ſolvantur de artificibus, de mercatoribus, et de lucro negotiationis, ſimiliter de carpentariis, fabris, textoribus, pandoxatoribus, et omnibus aliis ſtipendiariis operariis; videlicet quod dent decimas de ſtipendiis ſuis, niſi ipſi ſtipendiarii aliquod certum velint dare ad opus, vel ad lumen eccleſiae, ſi rectori placuerit.

In petitione autem principalis legati volumus, quod conſuetudo provinciae cum poſſeſſione eccleſiae obſervetur; ita tamen quod rector eccleſiae in petitione ſua, ſive fuerit vicarius, ſive capellanus annuus, habeat Deum prae oculis.

Sed quoniam multi inveniuntur decimas dare nolentes; ſtatuimus, quod parochiani admoneantur primo, ſecundo, et tertio, ut decimas Deo et eccleſiae fideliter ſolvant, quodſi ſe non emendaverint, primo ab ingreſſu eccleſiae ſuſpendantur; et ſic demum ad ſolutionem decimarum per cenſuram eccleſiaſticam, ſi neceſſe fuerit, compellantur. Si tamen dictae ſuſpenſionis relaxationem vel abſolutionem petierint, ad ordinarium locorum mittantur abſolvendi, et debito modo puniendi. Rectores autem eccleſiarum, ſeu vicarii, ſeu capellani annui, qui praedictas decimas praedicto modo, ſeu propter formidinem hominum, ſeu favorem, Dei timore poſtpoſito, cum effectu non petierint, poena ſuſpenſionis innodentur, donec dimidiam marcam argenti pro ſua inobedientia archidiacono perſolverint.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 8.	BONIFAC. 7.	1250	HENRIC. III. 34.

Bulla Innocentii papae IV. *Roberto epiſcopo Lincolnienſi miſſa, pro vicariis inſtituendis.* Ex Matth. Pariſ. in ann.

SUB ejuſdem autem anni curriculo, epiſcopus Lincolnienſis Robertus, ut religioſorum proventus mutilaret, et partes vicariorum adaugeret, hujuſmodi mandatum a ſede apoſtolica ante expectatum eſt adeptus:

Innocentius epiſcopus, etc. venerabili Lincolnienſi epiſcopo, etc. Cum, ſicut accepimus, in tua civitate et dioeceſi, nonnulli religioſi et alii collegiati eccleſias parochiales in proprios uſus obtineant, in quibus nimis exiles, aut nullae taxatae ſunt vicariae, fraternitati tuae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in eiſdem eccleſiis de ipſarum proventibus vicarias inſtituas, et inſtitutas exiles adaugeas vice noſtra; prout juxta conſuetudinem patriae, ſecundum Deum, videris expedire. Non obſtantibus ſi praedicti exempti ſint, aut alias muniti apoſtolicis privilegiis, ſive indulgentiis, per quae id impediri vel differri poſſit; et de quibus ſpecialem oporteat in praeſentibus fieri mentionem: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Lugduni ſeptimo calend. Octob. pontificatus noſtri anno octavo.

Epiſcopus igitur memoratus (plus, ut dicitur, et videtur, in odium religioſorum, quam vicariorum dilectionem et promotionem) multis, hujus auctoritate mandati, religioſis damna intulit et gravamina.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 8.	BONIFAC. 8.	1250	HENRIC. III. 35.

Bulla Innocentii IV. *quod familiares clerici domini regis de caetero non coarctentur ad exhibitionem eccleſiaſticorum proventuum primi anni per Cantuarienſem archiepiſcopum.* Ex Foeder. Rymer, vol. I. pag. 462.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Henrico, illuſtri regi Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ut tuis inſiſtentes obſequiis, praerogativa favoris et gratiae proſequamur, tuae ſinceritatis precamina nos hortantur. Cum igitur olim venerabili fratri noſtro ..... archiepiſcopo Cantuarienſi omnium vacaturorum beneficiorum ſuae provinciae primi anni proventus uſque ad certum temporis ſpatium, pro exoneratione debitorum Cantuarienſis eccleſiae, duxerimus concedendos; nos, volentes tibi famulantibus, tui conſideratione, ſpecialem gratiam facere in hac parte, tuis precibus inclinati, auctoritate tibi praeſentium indulgemus, ut familiares clerici tui ad exhibitionem proventuum hujuſmodi nequeant de caetero coarctari, ſed ab eorum praeſtatione ſint liberi penitus et immunes. Nulli ergo omnino

nino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et B. Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lugdun. tertio non. Martii, pontificatus noſtri anno octavo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 9.	BONIFAC. 9.	1252.	HENRIC. III. 36.

Alia bulla ejuſdem de querela facta per clerum Angliae de gravibus oppreſſionibus Anglis illatis per curiam Romanam, ratione proviſionum et collationum ſpiritualium, etc. Ex Rymer Foeder. vol. I. pag. 471.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis et epiſcopis regni Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Habet eccleſia Romana humeros communibus oneribus aſſuetos, et pronos ad ſublevanda gravamina ſingulorum: habet et animum, qui charitatis neceſſitudine ſuggerente quibuſlibet non afflictionis cogitet conſilia, ſed medelae, quam experiuntur aſſidue in apoſtolicae ſedis uberibus non deeſſe, qui ejus implorare coguntur in neceſſitate praeſidium, diverſis laboribus fatigati. Si qua ergo ſuper his, quae ab eadem ſede pro tempore imponuntur, aliquorum tanquam haec eorum gravent obedientiam, querela ſubmurmurat, facile paterna compatitur pietas et ſuccurrit, quae tanquam propriis afficitur incommodis proximorum. Nuper ſane per communes nuncios, quos ad noſtram praeſentiam deſtinaſtis, fuit ex parte veſtra propoſitum coram nobis, quod Anglicana eccleſia in beneficiorum proviſionibus pro alienigenis intolerabiliter per ſedem apoſtolicam eſt gravata, in ejuſdem grave diſpendium et ſcandalum Anglicorum; cum eaedem proviſiones ſummam quinquagint. millium marcarum annis ſingulis excedere aſſerantur; ſuper quo provideri per apoſtolicae ſedis clementiam iidem nuncii veſtro nomine ſupplicarunt. Novit Deus, conſcientiae noſtrae teſtis, quod quibuſlibet ejuſdem eccleſiae gravaminibus ex internis cordis noſtri viſceribus condolemus, his maxime, quae noſtris temporibus ſunt adjecta. Quia etſi ex merito devotionis, qua Romanam eccleſiam Anglicana ſemper coluiſſe recolitur, onera ſibi quibuſcunque temporibus ingeſta, nos premant; ipſiuſque gemitus ex quibuſcunque nobis cauſis expreſſi, animam noſtram amaritudine compaſſionis afficiant, tamen quae noſtris noſcuntur cauſam habuiſſe temporibus, gravius nos conturbant. Sed malitia fratrum noſtrorum temporum longam futuris ſeculis relictura memoriam et majorem poſteris, qui haec acceperint, illatura ſtuporem, quam percipiat aetas iſta, ſenſibus praeſentium exercitata malorum; necnon et importunitas plurimorum aut temporis, aut cauſae, aut perſonae, ſive loci fulta ſuffragiis, nos ad multa, quae diſplicent nec habere debent conſequentiam, interdum invitos, interdum parum voluntarios impulſerunt, qua ratione perpenſa, piis poteſt mentibus in multis ſaltem aequanimitas patientiae ſuaderi. Quod autem aliquibus clericis proviſionis apoſtolicae gratiae in regno Angliae proſequentibus, poſt ſumptuoſos labores attritis multipliciter et exhauſtis, paterna ſumus miſeratione compaſſi, eis per aliquod providae ordinationis vel deciſionis compendium conſulendo: Quod etiam quibuſdam, quibus proviſionis noſtrae manus claudi non potuit, pro quibus interdum non ſolum ipſorum, verum etiam eccleſiarum, in quibus eis providendum videtur, interpellat utilitas, a principio ne ipſi damnoſa difficilis proſecutionis diſpendia patiantur, per aliquam praeventionis gratiam duximus praecavendum; quod quidem juſtiorem praeſtare poteſt laudi materiam, quam querelae, cum per hoc et hominum obvietur malitiis, quod non ambigitur prudentis juſtitiae opus eſſe. Et non minus interdum eccleſiarum quam perſonarum incommodis occurratur, quod laudabili eſt circumſpectionis conſilio aſcribendum; compertum eſt enim per quot malorum incommoda, per quot difficultatum anfractus clerici hujuſmodi diſtrahantur, quamque acceptos ipſos efficiat in gratia et judicio conſequendis aut meritum proprium, aut alienus favor, aut reverentia mandatoris. Vota itaque veſtra nobis ſuper hoc praedictorum nunciorum ſupplicationibus intimata, in pectoris noſtri ſecreto colligimus, diligenti meditationis examine digerenda, et nobis modos, per quos honeſte a praedictis proviſionum oneribus Anglicana relevari poſſit eccleſia, recolentibus diligenter, hoc remedium relevationis occurrit, ſi ſuper eo cum cogitationibus noſtris conveniant ſenſus veſtri; ut videlicet aliquorum de clericis Italicis per ſedem apoſtolicam in regno Angliae beneficia conſecutis, prout vobis videbitur, uſque ad ſummam octo millium marcarum, in bonae voluntatis patientia proviſionibus toleratis (quoniam nec poſſumus nec debemus privare quemquam ſine cauſa legitima jure ſuo, qui ſumus omnibus in juſtitia contra injuriam defenſores) cogendo caeteros, quibus in eodem regno eſt apoſtolicae ſedis auctoritate proviſum ad perſonalem reſidentiam in ſuis beneficiis faciendam, et ſuſceptionem ordinum, ſicut beneficia ipſa requirunt, ac privandos eiſdem beneficiis reſidere aut ordinari contumaciter recuſantes, eaque aliis, qui haec implere velint et valeant, conferendi libera ſingulis veſtrum in ſuis dioeceſibus a ſede apoſtolica poſſibilitas, cui nulla obſtet obtenta vel obtinenda indulgentia concedatur. Nos inſuper, qui pluribus hactenus annis ita ceſſavimus a beneficiis in regno Angliae conferendis, ut fere nulli vel pauciſſimi debeant, aut poſſit ſe dolere gravatos; deinceps ab eis noſtrae poteſtatis plenitudinem taliter curabimus continere, quod ſinguli benignitatem apoſtolicam ſentiant vobis in multa honorificentia detuliſſe, et nihilominus de praedicta octo millium marcarum ſumma, ſi unquam tolerabiliter fieri poterit,

poterit, adimemus ut charitati veſtrae uberius ſatiſfiat. Nec volumus aut intendimus, quod hujuſmodi octo millium marcarum ſumma inpoſterum ad conſequentiam protrahatur, ut uſque ad eam Anglicana eccleſia per ſedem apoſtolicam gravari debeat in proviſionibus faciendis, vel manere gravata. Sed propoſiti ac deſiderii noſtri eſſe ſcitote, ut eadem eccleſia et a proviſionibus factis etiam intra ſummam eandem, in qua etiam duximus aequanimiter tolerandas, taliter relevetur, et a faciendis in poſterum ſic habeatur immunis, quod ſuper his, nulla eidem ſuppetat ratio gemitus aut querelae. Hoc fiat tempore noſtro, prout vita nobis comes fuerit, et ad hoc praeſtiterit in rebus humanis diſpoſitio divina favorem; fiet quoque plenius ſucceſſorum noſtrorum, Deo dante, temporibus, prout illis Deus inſpirabit, et pleniorem dabit exequendi hujus propoſiti facultatem. Itaque ſi hoc, quod ſuper praemiſſa ſupplicatione noſtra excogitavit attentio, vobis videatur acceptum, id nobis per veſtras communes literas declaretis, ut in effectum congruum animi noſtri conceptio, ſecundum communem approbationis veſtrae libitum proferatur. Et ut ſuper hoc melius procedatur, ſinguli veſtrum clericorum nomina, beneficia in ſuis dioeceſibus ex proviſione praedictae ſedis obtinentium, et quam ſummam ſecundum exiſtimationem communem attingant beneficia ſingulorum, nobis ſtudeant fideliter intimare. Dat. Aſſiſii undecimo cal. Junii, pontificatus noſtri anno decimo. *

Papae Romi INNOCENTIUS IV 10.	Archiep. Cantuar. BONIFAC. 9.	Anno Chriſti 1252	Rex Angliae HENRIC. III 36

Bulla ejuſdem pro clericis familiaribus regis de non reſidendo. Ex Rymer Foeder. vol. I. pag. 481.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio H. illuſtri regi Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut tua nobis ſerenitas intimavit, olim nos, tuis precibus inclinati, clericis, qui tuis inſiſtunt obſequiis, quod ad ſuſceptionem ordinum, et ad reſidentiam in eccleſiis, in quibus beneficia obtinent, faciendam a quoquam compelli non poſſint (dummodo in eiſdem eccleſiis obſequia Deo debita, faciant exhiberi) auctoritate literarum noſtrarum uſque ad decennium duxerimus indulgendum, et elapſum ſit jam ſeptennium et amplius de decennio ſupradicto; nos obtentu precum, quas nuper ex parte tua dilectus filius magiſter Robertus Auketil clericus, et nuncius tuus, nobis ſuper hoc porrexit, volentes hujuſmodi gratiam ampliare ipſis clericis, ut poſt completum ipſum decennium, per biennium uti eadem gratia valeant, auctoritate praeſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Peruſii quinto cal. Octobris, pontificatus noſtri anno decimo.

Bulla ejuſdem de orando pro rege Angliae, et ſocietate ſua ad terram ſanctam tranſeuntibus. Ibid. pag. 484.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, abbatibus, prioribus, et conventibus ſancti Benedicti, Ciſtercien. ſancti Auguſtini, et aliorum quorumlibet ordinum, ac religioſis aliis univerſis, conſtitutis per regnum Angliae, Hiberniam, Vaſconiam et alias terras ditioni chariſſimi in Chriſto filii noſtri H. illuſtris regis Angliae, ſubjectas, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Tactus dolore cordis intrinſecus chariſſimus in Chriſto filius noſter H. illuſtris rex Angliae, ac intimae confuſionis rubore perfuſus, quod civitas regis magni, terra nativitatis ejus, videlicet domina gentium nunc imperio domini ſubdita Babylonis, tributa ſibi ſervitutis ignominioſe perſolvit; quodque noſtra haereditas Chriſti pretioſo ſanguine dedicata, nunc gentis immundae ſpurcitiis graviter infecta ſordeſcit; ac propter hoc, velut princeps catholicus zelo fidei et devotionis vehementer accenſus, regales humeros devote ſuppoſuit ad bajulandum honorabile ſignum crucis; et ſicut fidus athleta fidei, regni et terrarum ſuarum abdicatis pro Deo deliciis, cum honorabili commilitonum exercitu vexillo crucis explicito intendit, operante Domino, ad redemptionem procedere dictae terrae. Cum itaque ad felicem conſummationem tam ardui ſui conſideratione negotii et aſſumpti hactenus a multis mundi principibus, cognoſcat idem rex humanam potentiam, niſi divino fulciatur auxilio, non poſſe ſufficere, quia non in multitudine exercitus eſt belli victoria, ſed fortitudo de caelo, ac per hoc veſtrorum aliorumque fidelium orationibus, et aliis eccleſiae ſuffragiis indigeat adjuvari; univerſitatem veſtram rogamus et hortamur attente per apoſtolica vobis ſcripta, in virtute obedientiae diſtricte praecipiendo mandantes, quatenus pro ipſo rege, ac ſocietate ſua, exnunc et poſtquam ad terram ipſam tranſeunt, thus orationum veſtrarum in corde contrito et humili pure Domino adolentes, ac offerentes veſtrorum vitulos labiorum, inſtetis ſuppliciter apud ipſum proceſſionibus et litaniis, praecipue diebus dominicis et feſtivis, quod de abundantia pietatis ſuae, quae merita ſupplicum excedit et vota, ejuſdem regis et comitivae ſuae greſſus feliciter dirigat, et ipſum in propoſito bono corroboret et conſervet; ac terram, quam

* Rectius *novo*; quia die 24 menſis Junii ſequentis annum decimum pontificatus inchoabat.

ipſe Chriſtus proprio ſanguine conſecravit, praedicti regis ſtudio mediante, de manibus inimicorum crucis eripiens, reſtituat cultui chriſtiano, votum ejuſdem regis et ſequentium eum ad ejus liberationem inſtantium in viam ſalutis aeternae miſericorditer dirigendo. Dat. Peruſii 14. cal. Novemb. pontificatus noſtri anno decimo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 10.	BONIFAC. 9.	1252.	HENRIC. III. 37.

Concilium Londinenſe. Ex Matt. Weſtmon. pag. 351:

In feſto S. Edwardi fuit magnum concilium Londini, ubi rex auxilium pecuniarium poſtulat: epiſcopus autem Lincolniae, Robertus primo contradixit, poſtea alii animati per eum reſtiterunt. Et anno ſequenti (ita pergit M. Weſtm.) convocati tunc temporis in praeſentia regis praelati Angliae, et inſtanter petentes chartas ſuorum cuſtodiri praedeceſſorum, regis ſuper hoc quam citius obtinuerunt aſſenſum. Et data ſuper hoc ſententia, candelis accenſis hoc manifeſtarunt in publicum, unde gratanter annuerunt contributionem, quam ab eis rex petierat, non modicam. H. I.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 10.	BONIFAC. 10.	1252.	HENRIC. III. 37.

Bulla Innocentii IV. *de ſtatutis ab ordine S. Benedicti obſervandis.* Ex MS. Cod. Dunelm. B. iv. 26. fol. 67. b.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri epiſcopo Dunelm. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut accepimus, abbates, priores, et monachi ordinis S. Benedicti tuae civitatis et dioeceſeos ſtatuta pro reformatione ipſius ordinis a felicis recordationis B. papa praedeceſſore noſtro edita, quae tibi ſub bulla noſtra non retinenda, ſed tranſcribenda, ut exinde certior habearis, tranſmittimus, non obſervent; fraternitati tuae per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus inquiſita ſuper hac parte et alias diligentius veritate, ſtatuta ipſa facias ab univerſis perſonis ejuſdem ordinis praedictae civitatis et dioeceſeos, tam exemptis quam non exemptis, exacta diligentia obſervari, in tranſgreſſores eorum exercens rigorem eccleſiaſticae ultionis. Non obſtante, ſi eiſdem abbatibus, prioribus, aut monachis, vel eorum collegiis, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant, a ſede apoſtolica ſit indultum; ſive quibuſcunque indulgentiis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, ſeu literis apoſtolicis obtentis, vel etiam obtinendis, et quibuſcunque aliis, per quae hoc impediri, vel differri valeat, et de quibus vel quorumlibet ordinibus, vel locis, aut eorum nominibus in praeſentibus ſpecialem et expreſſam oporteat fieri mentionem. Denuncians diſpenſationes vel abſolutiones ſuper mitigatione, vel tranſgreſſione ſtatutorum ipſorum quibuſcunque abſque ſpeciali ſedis apoſtolicae auctoritate conceſſas, vel inpoſterum concedendas, nullius exiſtere firmitatis. Per te quoque in tua civitate et dioeceſi volumus diligenter inquiri, ſi quae dictarum perſonarum ſtatuta ipſa hactenus non ſervarunt, et ſi quas illarum eadem inveneris non ſervaſſe, nobis tuis literis ſtudeas fideliter intimare; contra actores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione praepoſita, compeſcendo. Dat. Peruſii idus Martii, pontific. noſtri anno 10.

Innocentius IV. pontifex electus A. MCCXLIII. hanc epiſtolam Waltero de Kirkham, epiſcopo Dunelm. ſcripſit.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
INNOCENT. IV. 11.	BONIFAC. 11.	1253.	HENRIC. III. 38.

Bulla ejuſdem, privilegium ſpeciale priori Dunelm. concedens diſpenſandi ſuper obſervatione ſtatutorum. Ibid. fol. 68.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio priori (Bertramo de Middleton) monaſterii Dunelm. ordinis S. Benedicti, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum obſervantia tui ordinis ab ipſa ſui inſtitutione multum ſit rigida et difficilis ad ferendum, fuerintque poſtmodum per felicis recordationis Gregorium papam praedeceſſorem noſtrum, et quoſdam alios tam auctoritate ſedis apoſtolicae, quam legatorum ipſius ſuperaddita ſtatuta gravia et praecepta, diverſarum poenarum adjectione vallata, ne contingat ſub tantis oneribus deficere oneratos, providere ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus. Attendentes igitur, quod expedit calamum quaſſatum non conteri, et in eraſione aeruginis vas non frangi, devotionis tuae precibus inclinati, auctoritate tibi praeſentium duximus concedendum, ut ſuper obſervatione ſtatutorum et praeceptorum ipſorum, quae de tuae ſubſtantia regulae non exiſtunt, tu ac ſucceſſores tui monaſterii tui ejuſque membrorum monachis praeſentibus et futuris poſſis libere diſpenſare; his caſibus duntaxat exceptis, ſuper quibus in eadem regula eſt diſpenſatio interdicta, in quibus caſibus diſpenſandi ſuper poenis adjectis et irregularitatibus, quas ſubditi tui hactenus incurrerunt, vel incurrent de caetero, eoſque ab-

ſol-

ſolvendi ab interdicti, ſuſpenſionis, aut excommunicationis vinculo, quo ipſos ob tranſgreſſionem praedictorum ſtatutorum involvi contigit, vel continget, in injuncta ſic abſolutis poenitentia ſalutari libera ſit tibi tuiſque ſucceſſoribus de noſtra permiſſione facultas: ſuppriori nihilominus tuo, ac ipſius ſucceſſoribus concedendi tibi, tuiſque ſucceſſoribus hujuſmodi diſpenſationis beneficium, ſi opportunum fuerit, indulgentes per eaſdem literas facultatem, non obſtantibus aliquibus literis venerabili fratri noſtro Cantuar. archiepiſcopo, ſeu cuicunque alii ab apoſtolica ſede, ſub quocunque tenore directis, et proceſſibus habitis per eaſdem, de quibus forſitan oporteat fieri mentionem, et etiam obtinendis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, etc. Dat. Lateran. 3. cal. Martii, pontificatus noſtri anno 11.*

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. An. ...
INNOCENT. IV. 12	BONIFAC. 11.	1254.	HENRIC. III. [illegible]

Sententia excommunicationis contra violatores libertatum eccleſiaſticarum, cum bulla papae Innocentii IV. *quae A. C.* MCCLIV. *conſcripta fuit.* Ex regiſt. Giffard, Wigorn. epiſc. fol. 28.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, ad quos praeſentes literae pervenerint, magiſter Hugo de Mortuo Mari, officialis curiae Cant. ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, de verbo ad verbum nos inſpexiſſe literas apoſtolicae ſedis, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua parte abolitas, vel corruptas, tenorem hujuſmodi continentes: Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, univerſis archiepiſcopis, et epiſcopis regni Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt et honeſtum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Cum itaque ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, vos cupientes, prout ad veſtrum ſpectat officium, libertatem eccleſiaſticam in regno Angliae illibatam ab omnibus ſervari, cum voluntate et beneplacito chariſſimi in Chriſto filii noſtri, illuſtriſſimi regis Angliae, in omnes illos, qui malitioſe ac ſcienter eccleſias ipſius regni ſuo jure privaverint, et ſpoliarint, et libertates eccleſiaſticas, et antiquas regni conſuetudines, et praecipue illas libertates, et liberas conſuetudines, quae continentur in chartis communium libertatum, et de foreſtis conceſſis a dicto rege vobis ac aliis ejuſdem regni praelatis, violaverint, infregerint, diminuerint, ſeu mutaverint, et qui contra illa ſtatuta ediderint, vel edita obſervarint, conſuetudines introduxerint, vel ſervaverint introductas, necnon in ſcriptores, executores, et conſiliarios ſtatutorum ipſorum excommunicationis ſententias duxeritis proferendas, prout in literis ſuper hoc confectis plenius continetur; nos veſtris ſupplicationibus inclinati, quod a vobis perinde factum eſt in hac parte, ratum habentes et gratum, id de fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate apoſtolica confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem literarum ipſarum praeſentibus inſeri facientes, qui talis eſt:

Auctoritate Dei omnipotentis Patris, Filii, et Spiritus Sancti, glorioſae virginis et Dei genitricis Mariae, beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, omniumque apoſtolorum, beati Thomae, archiepiſcopi et martyris, omniumque ſanctorum martyrum, beati Edwardi regis Angliae, omniumque ſanctorum confeſſorum, atque virginum, omniumque ſanctorum Dei, nos B. miſeratione divina Cant. archiepiſcopus, Angliae primas, F. London. H. Elienſ. R. Linc. W. Wigorn. W. Norw. P. Hereford. W. Sarum. W. Dublinienſ. R. Exon. S. Carliol. W. Bathon. L. Roffenſ. Th. Meneven. epiſcopi, de aſſenſu et voluntate venerabilis patris W. Dei gratia Ebor. archiepiſcopi, anathematizamus, et a limitibus ſanctae matris eccleſiae ſequeſtramus omnes illos, qui amodo ſcienter et malitioſe eccleſias pervaſerint, et ſpoliarint ſuo jure. Item omnes illos, qui eccleſiaſticas libertates, vel antiquas regni conſuetudines approbatas, et praecipue libertates et liberas conſuetudines, quae in chartis communium libertatum, et de foreſta continentur, a domino rege conceſſis archiepiſcopis, epiſcopis, et caeteris Angliae praelatis, comitibus, baronibus, militibus, et liberis tenentibus, quacunque arte vel ingenio violaverint, infregerint, diminuerint, ſeu mutaverint, clam vel palam, ſcripto, verbo, vel conſilio contra illas, vel earum aliquas in quocunque articulo temere veniendo. Item omnes illos, qui contra illas vel earum aliquas ſtatuta ediderint, vel edita ſervaverint, conſuetudines introduxerint, vel ſervaverint introductas, ſcriptores etiam ſtatutorum ipſorum, necnon et conſiliarios, et executores, et qui ea praeſumpſerint indicari. Qui omnes et ſinguli ſuperius memorati hanc noſtram ſententiam incurſuros ſe noverint ipſo facto, qui ſcienter aliquid commiſerint de praedictis. Qui vero ignoranter, niſi commoniti infra quindenam a tempore commonitionis ſe correxerint, et arbitrio ordinariorum plene ſatisfecerint de commiſſis; extunc ſint hac ſententia involuti. Eadem etiam ſententia innodamus omnes illos, qui pacem regis et regni praeſumpſerint perturbare. In cujus rei memoriam ſempiternam nos ſigna noſtra praeſentibus duximus apponenda. Act. in majori aula regia apud Weſtm. A. D. MCCLIII. 3. Id. Maii, ſub praeſentia et aſſenſu Henr. Dei gratia regis Angliae illuſtris, et dominorum R. egregii comitis

* Bulla haec multis de cauſis videtur eſſe ſpuria, tum ob relaxationem diſciplinae, tum quod re[illegible] mana co[illegible]ta ſit, eadem fere qua bulla Eugenii IV. ſcripta anno MCCCCXXXIX. de eadem materia.

Cor-

I

Cornubiae fratris ſui, R. com. Norfolk et mareſchalli Angliae, H. com. Hereford. H. com. Oxford. et J. com. Warwic. et aliorum optimatum Angliae ad hoc quaſi ad concilium ſpecialiter vocatorum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Anagn. 2. calendar. Octob. pontif. noſtri anno XII.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae.
ALEXAND. IV. 1.	BONIFAC. 12.	1255.	HENRIC. III 39.

Conſtitutiones Walteri de Kirkham, epiſcopi Dunelmenſis, A. D. MCCLV. *vel circiter, editae.* Ex vet. codice MS. Dunelm. eccleſiae B. iv. 41.

Prologus conſtitutionum ſynodalium Walteri, Dunelmenſis epiſcopi.

CUM ſit ars artium regimen animarum; nulli, ſicut credimus, vertitur in dubium, quin paſtores ſuper cura et cuſtodia gregis dominici vigilantes eſſe debeant; ſolicite intendentes, quod oves ſuae a luporum morſibus defendantur, et pabula ſibi competentia miniſtrentur: et nos, ex officii noſtri honore et onere teneamur gregem noſtrum contra ſurgentes ex adverſo, juxta ſcientiam nobis datam a Domino defenſare, imbres evangelicae doctrinae, pro alimentis ſpiritualibus adhibentes; quibus mediantibus vita et ſalus ſubditorum valeat reparari: noſtrorum itaque praedeceſſorum veſtigiis inhaerentes, quaſdam conſtitutiones ad ſalutem ſubditorum et reparationem multorum in hac ſancta ſynodo vobis duximus publicandas, ſtatutis bonae memoriae Richardi, quondam epiſcopi Dunelmenſis, quatenus obſervata fuerint, et admiſſa, in ſuo robore duraturis.

Hic incipiunt conſtitutiones Walteri, epiſcopi Dunelmenſis.

Cum igitur in decalogi obſervatione ſalus animarum conſiſtat, monemus, exhortamur, et praecipimus in Domino, firmiter injungentes, ut unuſquiſque paſtor animarum, ac quilibet ſacerdos parochialis ſciat decalogum; hoc eſt, decem mandata legis Moſaicae, quae populo ſibi credito frequenter ac diligenter exponat.

Inſuper ſciat, quae ſunt ſeptem criminalia; quae non ſolum verbo, ſed exemplo ſanctae converſationis ſimiliter populo ſibi ſubjecto praedicet ſaepius fugienda.

Sciat quoque ſaltem ſimiliter ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta, et eorum effectus, quae diligenter exponat populo, quoties fuerit opus.

Hi etiam, qui ſunt ſacerdotes, maxime ſciant, quae exiguntur ad verae confeſſionis et poenitentiae ſacramentum, formamque baptizandi diligenter attendant; atque ſolennibus diebus et dominicis doceant fideles laicos ipſam in communi idiomate et vulgari, ut cum neceſſitas ingruerit, ſciant laici, qualiter baptizandi ſint parvuli in domibus eorum, non expectato eccleſiae ſacerdote.

Habeat quoque unuſquiſque eorum ſimplicem intellectum fidei, ſicut in ſymbolo, tam majori quam minori, quod eſt in pſalmo, "Quicunque vult, et etiam "Credo in Deum" expreſſius continentur: necnon in oratione dominica, quae dicitur "Pater noſter; ac ſalutatione beatae Mariae," et qualiter ſe debeant crucis charactere inſignire; ne cum laici ſuper hoc requiſiti fuerint, ſe conficte valeant excuſare occaſione negligentiae ſacerdotum.

Super quibus omnibus et ſingulis, ſaltem in Quadrageſima, fideles levi * in foro poenitentiae requirantur. In ſingulis autem decanatibus aliqui diſcreti poenitentiarii eligantur, qui Deum habentes prae oculis, in illo decanatu confeſſiones audiant ſacerdotum.

Ante omnia diligenter attendant ſacerdotes, ac omnes alii in ſacris ordinibus conſtituti, ſi in ſacri ordinis ſuſceptione ante vel poſt ſuſceptum ordinem irregularitatem contraxerint, niſi cum eis diſpenſatum fuerit ab eo, qui diſpenſare poterit, quod ab executione ſui officii noverint in noſtra dioeceſi ſe ſuſpenſos, quod hujus ſynodalis ſtatuti auctoritate duximus publicandum.

Et qui ſunt caſus, in quibus propter injuriam irregularitatis, ſecundum canones ſunt ſuſpenſi, diligenter inquirant a juris peritis; inſpicientes diligenter, ſecundum capitulum conſtitutionum venerabilis patris Richardi, quondam epiſcopi Dunelmenſis.

Diſtricte quoque praecipimus archidiaconis, et injungimus, quod in capitulis ſuis generalibus, ac quoties opus fuerit, ſane et ſimplicibus verbis catholicae fidei expoſitionem in generali concilio promulgatam declarent; et quod eccleſiaſticis officiis, ac aliis honeſtis et bonis ſtudiis ſe exerceant, divinum officium debite, diſtincte, ac reverenter horis ſtatutis, et locis ad hoc deputatis, ſine negligentia exequantur, nec celebrent de aceto aut vino corrupto.

Euchariſtia autem, quae eſt ſacramentum dominici corporis, in loco mundo et ſignato, et ſub fida cuſtodia honorifice collocetur, [ac] devote ſub ſera et fideliter conſervetur.

Doceat vero ſacerdos plebem ſuam, ut cum in celebratione miſſarum ſublevetur hoſtia ſalutaris, ſe reverenter inclinet. Idem faciat, cum ipſam hoſtiam portet preſbyter ad infirmos.

Veſtimenta altaris, et alia ornamenta ejuſdem, et miniſtrorum decentia, ac vaſa munda habeant; et ſe honeſte habeant, et indumentis et habitu exteriori ſecundum ſtatuta concilii, ne reprehenſibiles videantur.

Statuimus et praecipimus, quod cum ferri debeat corpus Chriſti ad infirmos, hoc faciat reverenter et in decenti habitu, ſuperpoſito mundo

* f. *ſolennes* pro *fideles levi.*

velamine

velamine ferat, et referat, manifeſtet autem pectus cum omni reverentia et timore, ſemper lumine praecedente, cum ſit candor lucis aeternae et cum tintinnabulo; ut ex hoc apud omnes fides augeatur et devotio, ſicut in generali concilio continetur.

Caveant inſuper ſacerdotes cum omni diligentia, ut in eccleſiis ſuis ſint chriſma, oleum ſanctum et infirmorum, et ſub fideli cuſtodia, ſeris adhibitis, conſerventur, ne poſſit ad illa, et etiam ad euchariſtiam, modo ſimili cuſtoditam, temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda: et ſi per incuriam, ad quem ſpectat cuſtodia, aliquid nefandum inde contigerit, tribus menſibus ab officiis ſuſpendatur.

Item de fontibus praecipimus obſervari.

Caveant etiam, ne ſancta euchariſtia per vaſis vitium aut diutinam conſervationem contrahat humiditatem, aut humorem, unde reddatur aut guſtui abominabilis, aut turpis aſpectu: et inſpiciant ſuper hoc conſtitutionem venerabilis Richardi patris, quondam epiſcopi Dunelmenſis.

Sacerdotes autem prompti et paratiſſimi ſint, non ſolum diebus, ſed etiam noctibus, ut aegrotantes, cum requiruntur, viſitent; ne per eorum negligentiam moriatur infirmus ſine confeſſione, et dominici corporis communione, vel extrema unctione.

Et ut haec liberius faciant, jubemus, adjurantes per Viventem in ſecula, omnes ſacerdotes, et omnes eccleſiarum miniſtros, maxime in ſacris ordinibus conſtitutos; ut non ſint ebrioſi, aut guloſi, aut exercentes tabernas, ne morte aeterna moriantur, juxta legis comminationem ad Aaron a Domino in Levitico promulgatam, qua dicitur, "Vinum, et omne quod inebriare poteſt, non bibas tu et filii, ne moriamini."

Adjicimus etiam, ne viri eccleſiaſtici negotiationes exerceant, ne aliquid vendant ad uſuram; ſed juxta evangelicam doctrinam mutuum dent nil inde ſperantes. Et quia fide dignorum relatione ad aures noſtras pervenit, quod uſuraria venditio in noſtra dioeceſi tam in clero quam in populo quaſi communis morbus irrepſit; ſub poena canonica uſurariis debita, et ſub oſtentatione divini judicis prohibemus, et interdicimus; ut nullus, occaſione dilationis de ſolutione facienda, quicquam carius vendat, neque det, aut recipiat eccleſias, aut vicarias, aut eccleſiaſtica aedificia ad firmam, niſi in caſibus a jure aut conciliis ſanctorum patrum conceſſis, et interventu licentiae noſtrae ſpecialis.

Statuimus etiam, et jubemus, ne quis beneficiatus decimas ſuas ante tempus, quod de ipſis poterit condere teſtamentum, vendat; nec etiam tunc laicis, nec aliquo tempore antequam ſeparentur a ſolo, juxta canonicas ſanctiones.

Interdicimus etiam inſuper, ne quis viris religioſis quibuſcunque ſolvat indebitas penſiones, aut minus canonice impoſitas: debitas vero et canonicas ſolvi jubemus. De quarum vero impoſitione canonica ratione praevia dubitatur, ipſas ſequeſtrari decernimus, et in aede ſacra deponi, donec de ipſarum impoſitione canonica plenius cognoſcatur.

Adhaec praecipimus, ut qui in aliqua eccleſia adeptus fuerit perſonatum, in ſubdiaconatum ordinetur: qui vero ad vicariam ſecundum legitima inſtituta promoveatur, ad ordinem ſacerdotii, perſonaliter reſideat in eadem, ſi canonicam voluerit effugere ultionem.

Ut autem in eccleſiis religioſorum, propriis uſibus deputatis, ſecundum ſtatuta Lateranenſis concilii, vicarii ordinentur; praecipimus, et injungimus, ut vicarios in ſuis eccleſiis, in quibus nondum ſunt vicarii conſtituti, nobis perſonas idoneas repraeſentent, qui in ipſis in ordine, quem cura requirit, velint et valeant reſidere; alioquin taxatis, juxta eccleſiarum facultates, vicariis ad diſponendum de impio, quatenus jura permiſerint, diſponente Domino, procedemus.

Statuimus inſuper, ut diligenter inquirant archidiaconi in ſuis viſitationibus, quae eccleſiae ſunt dedicatae, et quae non; et quae dos in eccleſiae dedicatione ſit aſſignata.

Inſuper, quae altaria fuerunt conſecrata; et ſi conſecrata ſint, crucis charactere ſigillata: firmiter injungentes, ne colores ſuper ea molantur aliqui, aut ad uſus profanos alios quoſlibet deputentur.

Panni etiam chriſmales in uſus ſeculares nullatenus convertantur, cum ſacro fonte renati munditiam ſignificent, qua ablutus eſt parvulus a peccatis; in cujus candore vita aeterna, et futura reſurrectio figuratur.

Nec uni parvulo propter neceſſitatem aut pauperiem pannus aliquis deputetur per avaritiam, aut incuriam ſacerdotis.

Exhortantes etiam praecipimus, ut beneficiati, et infra ſacros ordines conſtituti vitium luxuriae, omnem voluptatem, carnis immunditiam fugiant, ſervantes continentiae puritatem. Nulluſque eorum uxorem ducat: et ſi, antequam ſacros ordines ſuſcepit, uxorem duxerit, ſeu poſtea; ſi beneficium habeat, ipſo privetur, et ab executione ſui officii ſuſpendatur, niſi in caſu a jure conceſſo.

Solenniter renovantes ſacrorum canonum conſtitutiones, quibus cavetur, quod ſacerdotes et rectores, cum filiabus ſpiritualibus luxuriantes, beneficiis priventur, et ab executione ſui officii ſuſpendantur.

Diſtrictius etiam inhibemus, ne perſonae eccleſiarum, aut vicarii ſeu ſacerdotes, aut etiam clerici, maxime in ſacris ordinibus conſtituti, publice fornicarias ſuas habeant; nec in domibus ſuis vel aliis locis ſuſpectis, de quibus ſiniſtra ſuſpicio oriatur. Quod ſi facere praeſumpſerint, canonicae ſubjaceant ultioni, prout ordinarii eorum melius viderint expedire. Preſbyteri vero, et alii viri eccleſiaſtici, qui hujus macula reſperſi fuerint, a divinis ſuſpendantur officiis, donec per ordinarios locorum ad emendam venerint competentem. Hanc autem diſtrictionem non tantum de ſacerdotibus parochiam habentibus, ſed etiam de quibuſcunque capellanis praecipimus obſervari; cum omnes pari voto continentiae ſunt aſtricti. Concubinae praedictorum preſbyterorum ſeu clericorum, ſi quae deprehendantur, vel publice convincantur, niſi monitae reſipuerint, nominatim excommunicentur, quouſque ad condignam venerint emendam. Si quae autem, excom-

excommunicationis ſententia contempta, in peccato tam foetidiſſimo perſeveraverint animo indurato; in vita etiam communione careant fidelium, et ſi deceſſerint, denegetur eis eccleſiaſtica ſepultura. Nec quiſquam excommunicatas ſcienter et prudenter concubinas clericorum, niſi forte tranſitum facientes, hoſpitio ſuſcipiat; et tunc cautius provideatur, ne cum ſuis fornicatoribus hoſpitentur.

Quodſi rectores dictarum eccleſiarum in quibus miniſtrant praefati capellani, decanis, officialibus, aut archidiaconis non denunciaverint, antequam per inquiſitionem ſuam, vel famam ad eorum notitiam pervenerint, ſed auſu temerario praedictas perſonas retinuerint, aut ſuſtinuerint quacunque occaſione in eorum obſequiis, poenam expreſſam in conſtitutione bonae memoriae Richardi, quondam Dunelm. epiſcopi, ſe noverint incurſuros. Et cum non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali fuerit abſtinendum; firmiter etiam inhibemus, ne clerici cujuſlibet ordinis monialium monaſteria ſine rationabili cauſa frequentent.

De exceſſibus autem parochianorum ſuorum tam ſacerdotes quam rectores diligenter inquirant; et quae ſine denunciatione evangelica corrigere non poterunt, decanis, locorum officialibus, vel archidiaconis ſine mora referant corrigenda: et ad hoc fideliter faciendum, ſacerdotes, qui in eccleſiis ſunt praefecti, ſacramento arctius aſtringantur, quod nec propter amorem, nec favorem, nec aliquid aliud id omittant. Ad ſingula etiam capitula decanorum ſuorum, vel archidiaconorum ſuorum, vel officialium ſuorum rectores, vicarii, vel eorum capellani compareant; qui ibidem praedictos exceſſus oſtendant; et aliis, quae in capitulis tractabuntur, interſint.

Statuimus etiam et volumus, quod ſi aliqua eccleſia, ab antiquis temporibus diviſa, et aliis temporibus habuerit duos capellanos, duos diaconos et ſubdiaconos; et poſtea quacunque occaſione eadem eccleſia fuerit conſolidata, vel redintegrata, quod cultus divinus, praetextu conſolidationis praemiſſae diminutionem minime patiatur, ſed rector tot numero capellanos, diaconos, et alios eccleſiae miniſtros ſuſtineat, quot eccleſia prius diviſa neceſſe habuit ſuſtinere.

De capellis vero ſic diſponimus ordinandis; quod in eiſdem, de novo conſtructis, non celebretur ſine auctoritate epiſcopi ſpeciali. Quodſi eo inconſulto conſtructae fuerint; aut in ipſis auſu temerario celebratum; per archidiaconum in ſuis viſitationibus, hoc comperto; cantaria ſine morae diſpendio ſuſpendatur, quouſque ſuper hoc per epiſcopum gratiam meruerint ſpecialem, ſine juris praejudicio alieni. Hoc idem decrevimus in capellis ab antiquo conſtructis, quae non ſunt epiſcopali munimine roboratae, prohibentes, ne aliquae de novo, ſine noſtra licentia conſtruantur quam in caſibus a jure conceſſis. Volumus etiam et ordinamus, quod cum capellae plures ſitae ſint in parochiis, propter parochiarum amplitudinem, diligenter et arctius inquirant de praedictis: et ſacramento ſimili aſtringantur, quod exceſſus ſubditorum ſine aliqua fraude, vel ſcrupulo demonſtrabunt; et in capellis compareant, quoties opus fuerit auctoritate.

Injungimus etiam, quod ſacerdotes in eccleſiis aut capellis qualitercunque celebrantes, quod ad minus bis in anno in generalibus capitulis coram archidiaconis ſuis aut eorum officialibus compareant, quae ab ipſis proponenda fuerint, audituri.

Hujus etiam ſynodalis congregationis conſtitutione ſancimus, ut ſacerdotes qualitercunque celebrantes, harigotis aut cappis manicatis in locis publicis non utantur; ſed, juxta tenorem concilii, in decenti habitu incedant in publico, ut tenentur.

Statuimus etiam, ut ordinati non a ſuis epiſcopis, vel alias minus idonei; vel de quorum ordinibus ignoratur, in noſtra dioeceſi, ſine legitimis documentis nullatenus admittantur; ſed de quorum prius conſtiterit ordinatione canonica, et converſatione, et caeteris conditionibus perſonarum. Quare volumus et praecipimus, ut rectores, et vicarii eccleſiarum preſbyteros ſuos, ſuis eccleſiis quos praeponere voluerunt, locorum archidiaconibus, vel eorum officialibus repraeſentent; ut, per eos diligenter examinati, ſi idonei inventi fuerint ad deſerviendum eccleſiis, admittantur; ut eis ſtipendia neceſſaria miniſtrentur, juxta conſtitutiones praedeceſſorum noſtrorum alias promulgatas.

Rectores etiam eccleſiarum, et vicarii, quorum intereſt, attente provideant, aut quantum ad eos pertinet, fabricis eccleſiarum ſuarum, necnon et aedificiis eccleſiae manſionum, in hiis quae reparatione indigent, ut ſine difficultate et mora aliqua reparentur; librorum et ornamentorum defectibus, ac quorumcunque aliorum et eadem forma reparandis.

Firmiter etiam inhibemus, ne beneficiati, vel ad ordines ſacros promoti ballivis intendant ſecularibus; unde, et pro quibus obligantur reddere rationes.

Item, ne quis rector, aut vicarius inter ſtipendia ſacerdotibus aſſignata, denarios miſſales, triennalia, aut annualia ex pacto ſuo deputet ſacerdoti: ſed, ſicut praedictum eſt, ipſis honeſta ſuſtentatio aſſignetur, ne compellantur ſacerdotes lucris turpibus inhiare, aut inter ſeculares in ſuſcepti ordinis ignominiam mendicare.

Praecipimus quoque et interdicimus ſub poena anathematis, ne quis die Paſchae, aut quovis altero, quo communicandum eſt, eadem hora offerat et communicet, ſed diverſis, et ne cuiquam dominicis diebus propter debitum pecuniarum communio, aut aliqua alia ſacramenta, vel ipſa ſepultura per importunam creditoris inſtantiam denegentur, niſi forte juxta juris exigentiam, pro hoc fuerit prius excommunicationis ſententia innodatus. Et per hanc conſtitutionem noſtram contra laudabilem et approbatam dioeceſis conſuetudinem noſtram et legitimam nolumus eccleſiarum rectoribus, vel aliis eccleſiarum praelatis derogari.

Adjicimus etiam, et hortamur, praecipientes, ut mimis, joculatoribus, taxillorum ludis, aut aleis non intendant, aut ludentibus aſſideant, vanitatibus ex frequentia intendentes, ſecundum canonum ſanctiones.

Monemus inſuper, praecipientes, ne clerici arma

ma portent, praeſertim aggreſſionis, niſi forſan belli tempore ingruente, et cauſa rationabili compellente; ita ut ex hac occaſionem delinquendi, vel audaciam non aſſumant.

Adhoc autem interdicimus, ne ſacerdotes a laicis pecuniam extorqueant pro poenitentia injungenda, ſeu quibuſlibet ſacramentis a ſacerdotibus laicis diſpenſandis.

Nec poenitentias injungant furibus, latronibus, raptoribus, praedonibus, incendiariis, alios exhaeredantibus, et his ſimilibus, niſi prius facta reſtitutione, dum tamen taliter delinquentibus ad id faciendum ſuppetant facultates; cum non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Dum tamen ipſi, contra quos commiſſum fuerit, ſuperſtites ſint, aut eorum haeredes; alioquin rapta, per malitiam adquiſita, in uſus pauperum per ordinarium deputentur.

Nihilominus pro commiſſo contra Deum, injuncta poenitentia ſalutari. Et ne quiſquam ſacerdos, caeca cupiditate ductus, injungat poenitenti in foro poenitentiae annualia et triennalia, vel conſimilia, ut emolumentum conſequi valeat, in ſalutis ſuae diſpendium, et gravamen. Et quia ſolis ſacerdotibus eſt poteſtas ligandi et ſolvendi commiſſa; prohibemus, ne diaconi confeſſiones audiant, aut admittant, poenitentias injungant, quaevis ſacramenta diſpenſent, quae ſolis ſacerdotibus miniſtrantur, niſi neceſſitas urgeat, aut compellat, ut in caſu mortis per abſentiam ſacerdotis.

De reſidentia vero rectorum cum luce clarius jura loquantur, hoc volumus obſervari; quod in canonicis conſtitutionibus, et conciliis alias eſt ſtatutum.

Ad augendum vero divini cultus obſequium ordinamus et diſponimus; ut in ſingulis eccleſiis, quarum facultates ad hoc ſufficiunt, ſint diaconi et ſubdiaconi, ſicut decet, Deo miniſtrantes. In aliis vero eccleſiis ſaltem unus clericus idoneus, et honeſtus, qui in tonſura decenti congruo habitu deſerviat ſacerdoti, ne eccleſiae debitis officiis defraudentur; ita quod idem clericus nullatenus uxoratus exiſtat, nec deſerviat in altari.

Interdicimus etiam firmiter injungendo, ne in ſacris locis habeantur mercata, aut diebus dominicis mercimonia exponantur, cum Dominus de templo ementes et vendentes ejecerit. Injungentes ſub poena canonica, ut coemeteria in circuitu decenter claudantur, et ut ornamenta, et vaſa eccleſiae ſub honeſta cuſtodia conſerventur.

Inſuper interdicimus levationes arietum ſuper rotas, et ludos, in quibus decertatur ad bravium aſſequendum.

Inſuper et ſcotallorum potationes, et ludos in locis ſacris quoſcunque arctius prohibemus, prout in patrum et praedeceſſorum conſtitutionibus eſt conſtitutum.

Moneantur inſuper matres parvulorum ſolenniter die feſto, ne parvulos ſuos in lectis ſuis juxta ſe collocent, ſuffocatione ſaepius contingente.

Clam deſtinata quoque matrimonia haec ſaepius in eccleſiis publicentur, et ne quiſquam praeſumat his contractibus intereſſe, ſi poenam ſecundum canonem debitam, necnon ad noſtrum arbitrium alias infligendam, voluerit evitare. Ideoque ſingulis Dominicis, ne quis fidem det de matrimonio contrahendo niſi publice in praeſentia ſacerdotis, et propter hoc teſtibus convocatis, [jubemus] quod ſi qui inventi fuerint tranſgreſſores, canonice puniantur; et omnes illi, qui hujuſmodi tractatibus clandeſtinis intereſſe praeſumunt, ſint acerba poena canonica feriendi. Quod quidem jubemus per noſtros archidiaconos diligenter publicari, et executioni debitae demandari.

Provideant autem rectores, vicarii, et ſacerdotes, ne paſſim laici ſedeant et ſtent in cancello, dum divina officia celebrantur, niſi forſan patroni, aut alia venerabilis perſona ad hoc ob reverentiam admittatur.

Praeterea quaedam ſtatuta a noſtris praedeceſſoribus, et a domino archiepiſcopo promulgata, alia renovantes, cum ſervata non fuerint, vobis duximus publicanda; ſed haec ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi, ſeu quilibet religioſi negotientur lucri cauſa, maxime, cum hoc ſit viris eccleſiaſticis interdictum.

Item, ne vir vel mulier ad bigamiam tranſiens, a preſbytero benedicatur; quia, cum alia vice ſint benedicti, benedictio eorum non debet iterari.

Item prohibemus, ne abbates aut alii viri religioſi paſſim ante tempus probationis a canone definitum, aliquem ad profeſſionem admittant; et ſi contra factum fuerit, animadverſione debita corrigantur, cum in ſubſidium fragilitatis humanae probationis ſpatium ſit regulariter inſtitutum.

Praecipimus etiam, ut ſi per negligentiam aliquid de ſanguine Chriſti ſtillaverit ſuper terram, lambatur lingua, tabula radatur, ſuper quam ſtillaverit; ſi non fuerit tabula, non conculcetur locus, ſed radatur et igne conſumatur, et cinis intra altare condatur, ſacerdos quinque diebus poeniteat. Si autem ſuper altare ſtillaverit calix, ſorbeat ſtillam miniſter, et tribus diebus poeniteat. Si ſuper linteum altaris etiam aliquod ſtillae pervenerit, quatuor diebus poeniteat. Si uſque ad quartum, viginti diebus poeniteat, et linteamina, quae tetigerit ſtilla, per miniſtros idoneos tribus vicibus abluantur, calice ſuppoſito, et aqua ablutionis juxta altare cum reverentia recondatur, prout in capitulo Pii papae expreſſius continetur.

Prudenter vero caveant rectores, vicarii, et ſacerdotes parochiales, ne aliquis extraneus ad trahendum numerum in eorum parochiis admittatur, niſi prius ipſis de ejus humilitate legitimis conſtiterit documentis.

Item, cum eccleſiaſtici pluries periclitantur per inſufficientem examinationem, et indiſcretam quorundam; volumus et diſponimus, quod in ſingulis decanatibus ſex vel quatuor diſcretiores per locorum archidiaconos eligantur, qui examinent teſtes in ſingulis cauſis producendos, et dicta eorum in ſcriptis redacta, et ſub ſigillis eorum incluſa, officialibus et decanis, qui parati erunt in capitulis, pro loco et tempore porrigantur;

tur: quodſi aliqui praedictorum in capitulis aliquando praeſentes non fuerint, alii de ipſis, qui praeſentes fuerint, in locum eorum, ſine difficultate aliqua ſubrogentur. Et quia eccleſia Anglicana oppreſſionibus ſuarum libertatum in pluribus articulis multipliciter deformatur, quos diſſimulare non poſſumus, ſine interitu ſalutis aeternae, in illos, qui haec attentare praeſumpſerint, excommunicationis ſententiam promulgamus.

Item excommunicationis ſententia innodamus omnes illos, qui pacem regni perturbare, aut libertates eccleſiaſticas infringere, ſeu malitioſe eccleſias ſuo jure privare praeſumpſerint, aut invadere, aut ad bona eccleſiaſtica malitioſe manus extenderint contra eccleſiaſticas libertates.

Item omnes illos, qui in eccleſias vel in eccleſiaſtica beneficia per violentiam, vel malitioſe, [involant] et ipſa per potentiam laicalem, vel quamvis aliam violentiam, per malitiam contra mandatum noſtrum detinent occupata; et praecipue omnes illos, qui libertates eccleſiae Dunelmenſis infringunt vel perturbant.

Item ſimili cenſura percellimus omnes incendiarios, eccleſiarum fractores, veneficos et veneficas, ac utentes magicis incantationibus, denunciamus excommunicationis ſententia innodatos.

Praeterea omnes illos, qui falſum perhibent teſtimonium, vel procurant perhiberi malitioſe; ſeu exceptiones opponunt, quominus cauſa matrimonialis debitum ſortiatur effectum, vel ut contra juſtitiam proceſſus diutius ſuſpendatur.

Item illos quoque omnes, qui tales producunt vel ſubornant, per quorum dicta aliqui fraudulenter exhaeredantur, vel per malitiam et injuſte.

Excommunicamus inſuper omnes illos, qui gratia lucri, odii, vel favoris falſe et malitioſe alicui crimen imponunt, ut infamato apud bonos et graves purgatio indicatur, vel alio modo gravetur.

Similiter etiam prohibemus, ne quis advocatus noſtrae civitatis vel dioeceſeos ad praeſtandum patrocinium in cauſis, et in conſiſtoriis de caetero admittatur, niſi praeſtiterit ſacramentum, quod cauſam, quam ſciverit injuſtam eſſe, vel probabiliter, habita ſummaria cognitione, eſſe talem praeſumpſerit, et praecipue in cauſa matrimoniali, tractandam non recipiat.

Iſtas autem ſententias quater in anno; ſcilicet in majoribus feſtis anni, publice et ſolenniter volumus publicari; injungentes in virtute obedientiae archidiaconibus, officialibus, et decanis, ut promulgationem praedictarum ſententiarum diligenter et fideliter exequantur.

Injungimus etiam archidiaconis noſtris, ut cum omni diligentia in ſuis viſitationibus et capitulis ſupraſcriptas conſtitutiones noſtras omnes et ſingulas faciant inviolabiliter obſervari; negligentes, deſides, aut rebelles in ipſarum obſervatione, animadverſione condigna per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Quodſi archidiaconi et eorum officiales vel decani in executione praefatorum negligentes extiterint, vel remiſſi, detenti cupiditatis vitio vel favore; in eorum defectu, ſubditorum deſidiam, aut eorum negligentiam, prout jura permiſerint, puniemus. Volumus etiam, quod archidiaconi has conſtitutiones noſtras in ſuis capitulis faciant evidenter exponi, in ſingulis eccleſiis ipſarum copiam facientes.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 1.	BONIFAC. 12.	1255.	HENRIC. III. 39.

Synodus Norwicenſis, in qua conſtitutio ſynodalis domini Walteri de Suthfeld, Norwicenſis epiſcopi, de libera diſpoſitione primorum fructuum per curatos teſtantes edita eſt. Ex vet. MS. penes S. Roper de hoſp. Lincoln. f. 136. b. citante Spelm.

WALTERUS, Dei gratia epiſcopus Norwicenſis, dilectis in Chriſto filiis univerſis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, officialibus, decanis, eccleſiarum rectoribus, vicariis, et omnibus Chriſti fidelibus per dioeceſim noſtram conſtitutis, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Ad officium paſtorale licet indigne aſſumpti, et loco eminenti immerito conſtituti, ſummo et pio deſiderio affectantes, nunc bene operando, nunc mala extirpando, dignos Domino fructus ex noſtro impendere officio; ſane recolimus, dum adhuc in minori officio eſſemus conſtituti, vulgariter eſſe dictum et obtentum, quod quilibet rector, ſive vicarius noſtrae dioeceſis, qui vivus diem Paſchae expectaret, de omnibus fructibus, nomine eccleſiae ſeu vicariae ſuae, uſque ad ſynodum ſancti Michaelis proximo ſequente percipiendis libere, ut vellet, ſuum conderet teſtamentum. Sed contra hanc conſuetudinem, a fundatione eccleſiae Norwicenſis, prout novimus obtentam, a quibuſdam voluntarie extitit introductum et ſervatum, quod fructus et bona eccleſiarum vacantium a die Paſchae, uſque ad ſynodum Paſchae, non in uſus decedentium et condentium legitime teſtamenta cederent, ut praemiſimus, ſed voluntati et diſpoſitioni loci dioeceſani relinquerentur omnino: propter quod, ſtatus decedentium graviter laedebatur, et teſtantium frequenter non proceſſit voluntas. Ut igitur ſtatus eccleſiae et ſingulorum reparetur, et ad conſuetudinem et libertatem debitam ſingula revocentur, nos Walterus de Suthfeld, epiſcopus Norwicenſis, in ſynodo ſancti Michaelis Norwicenſis praeſidentes, de conſenſu capituli dioeceſani, et praeſentis ſynodi auctoritate, omnibus exiſtentibus in ſancta ſynodo in hoc conſentientibus, definimus, ſtatuimus, praecipimus, et concedimus, ut juxta antiquam conſuetudinem, quam renovamus, redintegramus, approbamus, et confirmamus, omnes rectores, et vicarii viventes die Paſchae, et extunc quicunque morientes uſque ad ſynodum ſancti Michaelis, de fructibus et obventionibus beneficiorum ſuorum libere, ſecundum Deum ſua condant teſtamenta.

Salvis.

Salvis nobis et ſucceſſoribus noſtris fructibus eccleſiarum ante diem Paſchae vacantium, et in quibus rector die Paſchae non reperitur inſtitutus. Et caveat ſibi epiſcopus, qui praeeſt, et qui pro tempore fuerit, ne cauſa lucri inhoneſti canonice praeſentatos, abſque cauſa rationabili, uſque poſt diem Paſchae, voluntarie differat admittere. Omnes autem illos, qui hanc noſtram conſtitutionem, conceſſionem, et libertatem infringere, immutare, vel perturbare praeſumpſerint, ſententiam excommunicationis noſtra et praeſentis ſacroſanctae ſynodi auctoritate incurrant. In cujus rei teſtimonium praeſentibus ſigillum noſtrum, et ſigillum capituli noſtri ſunt appenſa. Acta die ſynodi die Lunae proximo poſt feſtum ſancti Michaelis, in eccleſia ſanctae Trinitatis Norwicenſis anno Domini milleſimo duceteſimo quinquageſimo quinto, et conſecrationis noſtrae undecimo.

Declaratio dictae conſtitutionis per dominum W. Bateman, epiſcopum Norwicenſem; ſuper quadam conſultatione ſibi facta per vicarium de Myldenhale.

Tua devotio poſtulavit a nobis, an ad te, qui in vicariam de Myldenhale per nos eras noviter inſtitutus, an ad executores praedeceſſoris tui, qui poſt ſynodum Paſchae proximam praeteritam diem ſuum clauſit extremum, fructus et obventiones dictae vicariae poſt inductionis tuae tempus provenientes debeant pertinere: tibique taliter reſpondemus; quod oblationes, mortuaria, ac caetera omnia, quae ad altare perveniunt de conſuetudine, vel de jure, ad te, qui ad faciendam continuam reſidentiam et ſerviendum altari juramenti vinculo es aſtrictus, debent integraliter pertinere; decimae vero garbarum, et talia extrinſeca jura, quae ex compoſitione ad vicariam pertinere noſcuntur, ad defunctum et executores ejuſdem, ſi de praedictis decimis, et juribus, ſeu obventionibus ſpecifice in teſtamento diſpoſuerit, pertinebunt. Si autem teſtamentum fecerit, et in teſtamento ſuo nil de dictis decimis ſeu obventionibus ſpecifice vel expreſſe diſpoſuerit; licet alia legata pecuniaria generalia vel ſpecialia fecerit; tunc ad te, et non ad defunctum, vel ad ſuos executores praedicta omnia et ſingula pertinebunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Rex Angliae
Alexand. IV. 1.	Bonifac. 12.	1255.	Henric. III 39.

Concilium Londinenſe legatinum. Ex Matth. Pariſ. in ann.

Rustandus, legiſta, natione Gaſconienſis, ſubdiaconus et legatus papae Alexandri IV. tunc temporis univerſos Angliae praelatos convocavit auctoritate papali Londinum conveniendos; ut ibi domini papae praeceptum obedienter audirent in quindena ſancti Michaelis, et de arduis tam domini regis quam papae negotiis contrectantes tanquam filii obedientiae, diſcrete ac favorabiliter de rebus poſtulatis, et poſtulandis reſponderent; ubi cum dictis loco et tempore conveniſſent, lectis et intellectis Ruſtandi poteſtatibus, fecit idem ſermonem fieri, ab univerſis exigendo infinitam pecuniam per ſcripta plena injuriis et iniquitate, quae poſſent patientiſſimi cor virulenter ſauciare. Quae pecunia, ſi conſideretur et colligeretur, eccleſia Anglicana, imo totum regnum viliſſimae ſubjaceret ſervituti, et irreſtaurabili laederetur paupertate. Erat autem onus importabile, quod aliis impoſuit bajulandum, " nolens illud digito movere." Ut enim de aliis ſileam, ſoli domui ſancti Albani injunxit ſexcentas marcas domino papae numerare; exceptis uſuris et gravibus conditionibus, quibus ipſam domum arctarent mercatores uſurarii; quibus conceſſa poteſtas ad ſuae voluntatis fuerit arbitrium eccleſias opprimendi. Praeterea conabantur Ruſtandus et epiſcopus Herefordenſis, et eorum complices terminum ſolutionis feſtinando abbreviare, ſub poena ſuſpenſionis et excommunicationis: quem terminum nullo modo tenere poſſent obligati. Sed hoc factum eſt, ut cogerentur praelati mutuo accipere ipſam pecuniam a mercatoribus, et eorum uſuris illico intricati ſubjacere. Quod omnibus et ſingulis non tam difficile ſed impoſſibile videbatur. Et cum ſtrictiſſimum concilium ſuper his per plures dies haberetur, longa trahens praecordialiter ſuſpiria, epiſcopus Londinenſis Fulco ait: " Antequam tantae eccleſiae conſentiam ſervituti et injuriae ab intolerabili oppreſſione, profecto decapitabor." Cujus conſtantiam cum audiſſet epiſcopus Wigornienſis Walterus, ait in propatulo: " Et ego, priuſquam tali ſubjaceat eccleſia ſancta ſubverſioni, ſuſpendio condemnabor." Quorum ſalubribus aſſertionibus omnes alii firmiter animati, conſtanter promiſerunt ſe veſtigia beati Thomae martyris, qui pro libertate eccleſiae ſe permiſit excerebrari, pedetentim ſecuturos. Attamen arctabantur undique, rex adverſabatur, papa pecuniae inhians inimicabatur, magnates matri ſuae eccleſiae non compatiebantur; Ruſtandus homo literatus et efficax ad nocendum ſtimulabat: archiepiſcopus Cantuarienſis, qui vacillantis eccleſiae Petri ac naviculae fluctuantis nauclerus eſſe teneretur, in partibus tranſmarinis ac remotis, terrenis negotiis implicatus, gregem ſuum minus quam expediebat, gubernavit. Eborac. archiep. vir magni conſilii et profundi pectoris, in fata conceſſit. Electus Winton. tum quia Pictavien. tum quia frater regis perſequentis, tum quia non epiſcopus, ſuſpectus habebatur atque idcirco vitabatur. Herefordenſis vero epiſcopus non ſuſpectus ſed manifeſtus adverſarius habebatur.

Invocata igitur Sancti Spiritus conſolatione, appellantes ad praeſentiam papae, qui ſinum refugii pandere habet omni oppreſſo, ſuper tam intolerabili et inaudita exactione contradixerunt voluntariis et impetuoſis magiſtri Ruſtandi oppreſſionibus et comminationibus. Et illico acclamatum eſt Londini voce praeconia, auctoritate epiſcopi London. ne aliquis auctoritate literarum magiſtri Ruſtandi placita moveret, vel exequeretur diebus pluribus. Quod cum eidem Ruſtando intimaretur, conqueſtus eſt regi graviſſime; aſſerens, quod epiſcopus London. omnes alios praelatos animavit, ad contradicendum voluntati regiae ac papali. "Rex autem iratus valde conviciabatur epiſcopo, aſſerens, quod nec ille epiſcopus, nec aliquis de genere ejus ipſum regem dilexiſſet. Et quod efficaciter procuraret, ut papa animadverteret in ipſum et puniret." Ad quod epiſcopus: "Auferant epiſcopatum, quem tamen non poſſunt de jure auferre, papa et rex, qui me fortiores ſunt. Tollant mitram, galea remanebit." Ipſo etiam tempore inſtillatum eſt multorum auribus quoddam incredibile, quod quidem abſurdum eſt et nefas credere; quod ſcilicet quidam falſarii bulla nequiter abutebantur, et ſchedulis vacuis bullam appendebant, ut, quid placeret eis, poſtea inſcriberetur. Dicebant etiam adinvicem: non placeat Chriſto, ut dominus papa, qui proculdubio vir ſanctiſſimus eſt, talibus conſentiret enormitatibus, quem conſtat eſſe ad tantum apicem divinitus ſublimatum. Qui fecit quod nunquam aliquem papam feciſſe meminimus, poſtulavit enim ab eccleſia precum devotionem ſibi impendi: et quomodo credi poteſt, quod hic faciat pejora prioribus? abſit. Et ita quaerentes ſolatium ſuae imperitiae et anguſtiae, falſariis talia deliramenta ſub involucro imputabant.

Procurare interim ſummopere nitebantur epiſcopus Herefordenſis et Ruſtandus et alii Tranſalpini ſuſcitare ſchiſma et diviſionem inter praelatos Angliae, ne concorditer cohaerentes dominum papam in viam dirigerent veritatis, et ſic a propoſito fruſtrarentur, pecuniis inhiantes, ſecundum illud evangelicum: "Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur."

Per idem tempus dum omnium Angliae praelatorum univerſitas iterum coram magiſtro Ruſtando Londini congregarentur, et nimis quotidianis deceptationibus vexarentur; tandem propter abſentiam archiepiſcopi Cantuar. qui in ultramarinis partibus morabatur; et propter eccleſiam Eboracenſem, quae ſecunda eſt in regno, vacantem, et propter aliquorum epiſcoporum abſentiam; cepit certa reſponſio ſuper poſtulatis a domino papa per magiſtrum Ruſtandum, dilationem uſque ad feſtum S. Hilarii, et tunc omnes ibidem congregati efficaciter et praeciſe reſponderent, et ſic diviſi, ſinguli poſt multa damna, expenſas et taedia neſcientes, quid acturi forent, ad propria remearunt. Si enim ſive juſte ſive injuſte per dictum magiſtrum Ruſtandum ſuſpenderetur quis vel excommunicaretur, rex quaſi leo in abſcondito "quaerens quem devoraret," poſt quadraginta dies omnia deriperet infiſcata. Papa et rex velut paſtor et lupus in ovium exterminium confoederati, omnibus ruinam minabantur. Extunc igitur quaſi caeci palpantes ad parietem, diviſi ſunt, et quilibet ſibi conſulere more Anglicorum ſatagebat. Qui ſi de communi aſſenſu communem ſyndicum et prolocutorem ad Romanam curiam deſtinaſſent, felici pace congauderent communiter.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. I.	BONIFAC. 12.	1255.	HENRIC. III. 39.

Bulla Alexandri IV. *pro archiepiſcopo Armachano, ut rex favorabilem ſe praebeat eidem, et quod non credat detractionibus factis contra eum.* Ex Rymer Foeder. vol. I. p. 538.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Henrico, illuſtri regi Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum inter alia, quae majeſtati ſunt odioſa divinae, detractores et ſeminatores diſcordiae juxta ſententiam Sapientis plurimum altiſſimus deteſtetur digne, et talibus ſuum advertat auditum regia excellentia, per quos depravatur multoties veritas, et abſque reatu vel culpa innocentia noxie condemnatur. Nuper ſiquidem ad audientiam noſtram pervenit, quod quidam iniquitatis filii, qui velut incentores malorum, nonnunquam labiis doloris loquuntur, linguas ſuas ad nocendum, more ſerpentum, malevole accuentes, arcum detractionis adverſus venerabilem fratrem noſtrum [Reinerum ſive Reginaldum] archiepiſcopum Armacanum, nequiter tetenderunt, et ſagittis doloſis, quas in pharetra parant mendacii regalis conſcientiae laedere integritatem nitentes, prava de ipſo, quibus regii affectus ad eum turbari poſſit ſinceritas, tuis dicuntur auribus inculcaſſe; mendaciter aſtruentes, quod idem archiepiſcopus apud apoſtolicam ſedem regiae ſerenitati detraxerat, et in ea tibi, cui plurimum de tanto filio complacet, et complacere in Chriſto affectat, tanquam adverſarius extiterit noxius ac moleſtus; ſicque ſuis virulentis ſuaſibus regalem adverſus eundem archiepiſcopum dicuntur manſuetudinem provocaſſe, quod archiepiſcopalia bona direptioni et praedae in ipſius abſentia pateant, et adverſus diripientium, et moleſtantium auſus ſacrilegos opportunae defenſionis, te ſubtrahente munimen et cenſuram aequitatis regiae remittente, gravia in bonis et reditibus ſuis incurrit jugiter idem archiepiſcopus detrimenta. Occaſione inſuper ſumpta ex eo, quod nullus in regno Angliae abſens procuratorem, qui attornatus vulgariter dicitur, conſtituere ſecundum antiquam regni ejuſdem conſuetudinem valeat; nonnulla praetextu ipſius conſuetudinis in praefati archiepiſcopi et eccleſiae Armacan. gravamen ſuorumque laeſionem

redituum

redituum intentantur; cum ipſum ſuper cauſis civilibus interdum in curia regali citatum, vel jura ejuſdem nullus tueri poſſit in abſentia procurator. Cum igitur idem archiepiſcopus ſuper hoc et aliis, quae manſuetudinem regalem offenderent, exiſtat innoxius, et alias a ſe relegaſſe credatur omnia, quae in offenſam cederent Regis regum, ſitque ab hujuſmodi malorum inventionibus et fictionibus malignantium alienus; ſerenitatem tuam adinſtar felicis recordationis Innocentii papae praedeceſſoris noſtri attente rogandum duximus et hortandum, quatenus, ſi talia de ipſo archiepiſcopo magnificentiae ſunt regali ſuggeſta, credulitatem his, tanquam pravis ſuſurrorum ſuaſibus, nequaquam adhibeas, ac ſi quod exinde affectibus tuis nubilum turbationis inhaeſit, illud ob reverentiam dictae ſedis erga ipſum archiepiſcopum in gratiae ſerenum convertas, alias eum plena proſequens benevolentia et favore. Et quia minus indignum exiſteret, ut mora, quam apud ſedem ipſam pro eccleſiae ſuae protraxit negotiis, praejudicium ſibi et ipſi eccleſiae pareret vel gravamen, ſi quid occaſione praedictae conſuetudinis adverſus eum et Armacan. eccleſiam in ſuis juribus eſt praeſumptum, noſtrae interventionis obtentu ſerenitas tua cenſeat, et faciat revocari, et eidem archiepiſcopo benigne concedat, quod in abſentia per ſuas literas, vel quod ejus officialis ſuo nomine conſtituere valeat attornatos; preces noſtras ſuper hoc et aliis, erga eundem archiepiſcopum taliter adimplendo, quod ſperatum ex eis conſequatur effectum, et regalis magnificentia de zelo devotionis ſincerae ab eadem ſede poſſit non immerito commendari. Dat. Neapoli id. Januarii, pontificatus noſtri anno primo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 2.	BONIFAC. 13.	1255.	HENRIC. III. 40.

Concilium Londinenſe. Ex Matth. Pariſ. in ann.

IN feſto ſancti Hilarii congregati ſunt Londini epiſcopi Angliae, et archidiaconi, undique vehementer anguſtati, ut darent reſponſum magiſtro Ruſtando, papae et regis clerico, papae nuncio, regis procuratori. Coram quo cum magiſter Leonardus, quaſi cleri advocatus et prolocutor univerſitatis, verba faceret pro epiſcopis; et inter caetera reſponderet Ruſtando, qui ſe erigebat contra magiſtrum Leonardum, dicens: "Quod omnes eccleſiae ſint domini papae," et diceret ſatis modeſte, "Verum eſt tuitionem non fruitionem vel appropriationem;" ſecundum quod dicimus, "Omnia eſſe principis;" acſi diceretur, "Defenſione, non diſperſione: et haec intentio fundatorum." Ad haec iratus magiſter Ruſtandus ait: Loquatur de caetero quiſque pro ſe, ut ſciat tam papa quam rex, quid quis in eorum dicat negotio. In quo verbo omnes ita fuerunt attoniti, quod mutire vel non audebant vel ignorabant. Patuit enim jam luce clarius, quod papa et rex in gravamen eccleſiae et cleri confoederabantur. Contra igitur poſtulata appellatum eſt. Noluit enim magiſter Ruſtandus mutare unum iota unius ſcripti, quod ſcripſerat: in quo inſertum fuit, ut affirmarent praelati, ſe recepiſſe mutuo a mercatoribus Tranſalpinis pecuniae memoratae quantitatem non minimam, et ipſam fuiſſe converſam in ſuarum commodum eccleſiarum, quod profecto manifeſte falſum eſſe conſtitit univerſis. Unde affirmabant, nec ſine ratione, quod mori in hac cauſa, via fuiſſet martyrii manifeſtior, quam fuerat in cauſa beati Thomae martyris. Cum autem magiſter Ruſtandus videret omnes uſque ad amaritudinem ſpiritus contriſtari, manſuetior effectus, diſſimulavit dicens, ſe velle cum domino papa ſuper hoc habere colloquium. Veruntamen miſſus eſt Romam decanus Londinenſis, ſcilicet S. Pauli, et quidam alii, pro univerſitate eccleſiae Anglicanae. Timebatur autem ſuper omnia, ne in hac cauſa occumberent praelati prae duplici impetu tam validorum adverſariorum, videlicet papae et regis, et ne haec ſervitus deteſtanda et oppreſſio eccleſiae et cleri, traheretur in conſequentiam; quod eſſet per ſecula deplorandum.

Proviſumque eſt ſalubriter, ut magnae chartae regis Johannis, quas ſponte promiſit baronagio Angliae, et iſte rex praeſens iterum et nunc iterum de novo in magna aula Weſtmonaſterienſi ſponte et liberaliter conceſſit, ſub poena horribilis anathematis, conſerventur. Et propter regis tyrannidem, quam non deſinit exercere in eccleſiis vacantibus, alia charta, quam memoratus rex Johannes conceſſit regno, conſpectibus papae praeſentaretur. Quam propter ſui utilitatem, ſi inviolabiliter obſervaretur, praeſenti paginae duximus annectendam.

Innocentius III. etc. venerabilibus fratribus, et dilectis filiis, et univerſis eccleſiarum praelatis, per Angliam conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dignis laudibus attollimus magnificentiam Creatoris, poſtquam idem, qui eſt mirabilis et terribilis in conſiliis ſuper filios hominum, aliquandiu toleravit ſui ſpiritus tempeſtates, quaſi ludens taliter in orbe terrarum, ut ſic oſtenderet infirmitatem et inſufficientiam noſtram nobis ſtatim cum voluit, dicens "Aquilonidae et auſtro noli prohibere," imperanſque ventis, et mari ſtatuit procellam in auram, ut nautae portum obtineant praeoptatum. Cum enim inter regnum et ſacerdotium Anglicanum, non ſine magno periculo atque damno, ſuper electionibus praelatorum gravis fuerit controverſia diutius agitata, illo tandem, cui nil eſt impoſſibile, quique ubi vult ſpirat, mirabiliter operante, chariſſimus in Chriſto filius, Johannes, rex Anglorum illuſtris, liberaliter ex mera et ſpontanea voluntate, de communi conſenſu baronum ſuorum, pro ſalute animae ſuae ac praedeceſſorum et ſucceſſorum ſuorum conceſſit, et ſuis literis confirmavit, ut de caetero in univerſis et ſingulis eccleſiis et monaſteriis, cathedralibus et conventualibus totius regni Angliae, inperpetuum

um liberae fiant electiones quorumcunque praelatorum majorum, et etiam minorum. Nos igitur hoc ratum et gratum habentes, conceſſionem hujuſmodi vobis, et per vos eccleſiis, et ſucceſſoribus veſtris, prout in eiſdem literis regis perſpeximus contineri, auctoritate apoſtolica confirmamus, ac praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad majorem autem firmitatem, et perpetuam memoriam hujus rei, praefatas regis literas ſuper hoc confectas, praeſentibus fecimus annotari, quarum tenor talis eſt.

Johannes, Dei gratia rex Angliae, dominus Hiberniae, dux Normanniae, Aquitanniae, comes Andegaviae, archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, militibus, ballivis, et omnibus has literas viſuris, ſalutem. Quoniam inter nos et venerabiles patres noſtros Stephanum, Cantuarienſem archiepiſcopum, totius Angliae primatem, et ſanctae Romanae eccleſiae cardinalem, Willielmum Londinenſem, Euſtachium Elienſem, Aegidium Herefordenſem, Jocelinum Bathonienſem et Glaſtonenſem, et Hugonem Lincolnienſem epiſcopos, ſuper damnis et ablatis eorum tempore interdicti, per Dei gratiam de mera et libera voluntate utrius partis plene convenit; voluimus non ſolum eis, quantum ſecundum Deum poſſumus, ſatisfacere, verum etiam toti eccleſiae Angliae ſalubriter et utiliter inperpetuum providere. Inde eſt, quod qualiſcunque conſuetudo temporibus noſtris, et praedeceſſorum noſtrorum hactenus in eccleſia Anglicana fuerit obſervata; et quicquid juris nobis hactenus vendicaverimus in electionibus quorumcunque praelatorum; nos ab ipſorum petitione pro ſalute animae noſtrae et praedeceſſorum et ſucceſſorum regni Angliae liberaliter, mera et ſpontanea voluntate, de communi conſenſu baronum noſtrorum, conceſſimus et conſtituimus, et hac praeſenti charta noſtra confirmamus de caetero univerſis et ſingulis eccleſiis, et monaſteriis cathedralibus, et conventualibus totius regni Angliae, ut liberae ſint inperpetuum electiones quorumcunque praelatorum majorum et minorum, ſalva nobis et haeredibus noſtris cuſtodia eccleſiarum, et monaſteriorum vacantium, quando ad nos pertinent. Promittimus inſuper, quod nec impediemus, nec impedire permittemus per noſtros, nec procurabimus, quin in univerſis et ſingulis eccleſiis et monaſteriis, poſtquam vacaverint praelaturae, quandocunque voluerint, libere ſibi praeficiant electores paſtorem, petita tamen a nobis prius et haeredibus noſtris licentia eligendi, quam non denegabimus, nec differemus. Et ſi forte, quod abſit, denegemus, aut differamus, nihilominus procedant electores ad electionem canonicam faciendam. Et ſimiliter poſt celebratam electionem, noſter requiratur aſſenſus; quem non denegabimus, niſi aliquid rationabile propoſuerimus, et legitime probaverimus, propter quod non debeamus conſentire. Quare volumus, et firmiter jubemus, ne quis vacantibus eccleſiis vel monaſteriis contra hanc noſtram conceſſionem et conſtitutionem in aliquo veniat, vel venire praeſumat. Si quis vero contra hoc aliquo unquam tempore venerit, maledictionem Dei omnipotentis et noſtram incurrat. His teſtibus Petro, Wintonienſi epiſcopo, W. Mareſcallo, comite de Pembroke, W. comite Warenniae, R. comite Ceſtriae, S. comite Wintoniae, G. de Mandevilla, comite Gloverniae et Eſſexiae, W. comite de Ferrariis, W. Briw. W. filio Giroldi, W. de Cantelupo, H. de Nevilla, R. de Ver, W. de Huntunthfeld. Datum per manum magiſtri R. de Mariſco, cancellarii noſtri, 15. die Januarii apud novum Templum London. anno regni noſtri xvi. anno ſc. Domini MCCXVI. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, et ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem Dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Laterani tertio calend. Aprilis, pontif. noſtri anno xviii.

Diebus ſub eiſdem (ſcilicet idibus Maii) magiſter Ruſtandus vocavit omnes abbates Ciſtercienſis ordinis in Anglia auctoritate apoſtolica, ut coram eo quarta Dominica poſt Paſcha apparerent, mandatum domini papae ibidem audituros. Qui cum conveniſſent loco et die, quo eos vocaverat, Ruſtandus facto prologo ſatis prolixo, poſtulat ab eis ad opus papae, et ad opus regis juvamen pecuniarium non modicum, quantum aſcendit pretium lanarum ſuarum, vel amplius. Et novit mundus, quod in lanis eorum omnis eorum ſubſiſtit commoditas et ſuſtentatio. Quod cum audiſſent abbates, communicato conſilio omnes conſtanter reſponderunt unanimiter, quod non licuit tali ac tantae exactioni praeciſe reſpondere; irrequiſito aſſenſu et conſilio abbatis et capituli Ciſtercienſis, cujus membra erant et filii. Et ſic irato valde magiſtro Ruſtando, ad ſua coenobia remearunt. Magiſter igitur Ruſtandus, ſicut ſolet infans laeſus et querulus ad ſinum matris, ad regem feſtinavit quantocyus pervenire, afferendo enarrans et conqueſtus, quod abbates Ciſtercienſis ordinis uno ſpiritu procaci et ſuperbo reſponderunt, ſe nullo modo ipſum in hac ſua neceſſitate adjuturos. Rex igitur iratus juravit, quod ſingulos damnificaret, quos omnes nequiverat flectere ad conſenſum; et quia dixerat, quod regem plus decuit orationes ab eiſdem exigere quam pecuniam; juravit, quod voluit et orationes habere ab eis, et pecunia non deſtitui. Erat autem tunc forte in curia abbas de Bildewas ordinis Ciſtercienſis, quem rex objurgans juſſit ſibi accerſiri, et ait: "Quid eſt abbas, quod mihi indigenti et humiliter poſtulanti auxilium pecuniare denegaſti? nonne ſum patronus veſter?" cui abbas: "Utinam patronus, pater, et defenſor. Veruntamen non expedit vobis nos in extorſione pecuniae damnificare, ſed potius cum devotione orationum ſuffragia poſtulare, exemplo pii regis Francorum ſalubriter informatus." Cui rex: "Utrumque exigo, pecuniam videlicet cum orationibus." Cui abbas: "Non credo hoc poſſe contingere; alterutro oportet te carere. Si enim ſubſtantiolas noſtras a nobis violenter extorqueas, quomodo devote et ſinceris cordibus pro te orabimus? oratio nempe ſine devotione parum vel nihil prodeſſe praevalebit." Rex autem, licet ſatis eleganter reſpondiſſet abbas, tamen abbatibus Ciſtercienſibus tacitus inſidiabatur univerſis.

Concilium

Concilium Weſtmonaſterienſe legatinum. Ex annal. Burton p. 372.

DIE dominica poſt dominicam, qua cantatur " Laetare Jeruſalem, " in capitulo Weſtmonaſterii coram praelatis, clero, et populo in magna multitudine congregatis, expoſuit archiepiſcopus Meſſenenſis (papae legatus) negotium Siciliae, pro quo venit, ſermone, verbo, literis apoſtolicis ſatagens ipſos inducere ad aſſumendum ipſum negotium cum domino rege finaliter proſequendum. Super quo habita deliberatione per dies aliquot, communiter tam a clero quam populo fuerat contradictum per rationes tam domino regi quam dicto archiepiſcopo traditas.

Conſtitutiones Aegidii de Bridport, epiſcopi Sarum, editae anno Dom. MCCLVI. Ex vet. cod. MS. in collegio Corp. Chriſti Oxon.

HAE ſunt conſuetudines uſitatae et ſervatae in epiſcopatu Sarum. Inprimis de decimis omnium rerum, quae renovantur per annum; ſcil. de decima bladi et foeni, quam percipient perſonae, vel vicarii tempore meſſis, et foenationis: de omnimodis fructibus hortorum et virgultorum, et omnibus ſeminatis in campis, hortis, et virgultis; quorum decimationem praedictae perſonae vel vicarii percipient temporibus ſuis.

Et ſi forte aliqua terra inculta, quae aliquando fuerit culta, vertenda fuerit in paſturam, praedictae perſonae, vel vicarii percipient decimum denarium venditionis.

Eodem modo de prato ad paſturam vendito, percipient decimum denarium venditionis.

Percipient etiam decimam de pullis equinis; de vitulis et agnis, porcellis, aucis, quorum totius anni .... colligi hebdomada proxima ante Paſcham: percipient de decima pulli I. denar. de decima vituli obolum.

Et percipient decimam plenariam caſei, et butyri; decimam lini et lanae.

Et ſi forte ..... vaccas vel oves aliquis habuerit, quod non poſſit facere caſeum, dabit pro vaccis alicubi I. denar. alicubi denar. et ob. prout uſitatum fuerit in diverſis parochiis.

Et pro iv. ovibus I. denar.

Et ſi forte aliquis non habuerit niſi ſeptem agnos, dabit ſeptimum ad decimam.

Similiter et decimum vellus ovium, et ſeptimum, ſi plura non habuerit.

Et ſi forte aliquis habuerit in cuſtodia ſua oves alienas, licet fuerint plurium hominum, nobis plenarie et integre dabit decimam agnorum.

Aut ſi fuiſſent ſui proprii, ſimiliter decimam vellerum omnium.

Et ubicunque pulli, equi, et vituli, aucae, porcelli, et agni fuerint exorti, ibi debent decimari.

Et ſi forte extraneae vaccae, vel oves paſcantur in parochiis alicujus, et cubent in alia parochia de nocte, ubicunque proprium fuerit domicilium; perſona, in cujus parochia paſcantur, et perſona, in cujus parochia mulctae fuerint, decimam habebunt butyri et lanae, ſi in parochia, in qua paſcebantur, fuerint hyematae.

Et ſi forte alicujus oves poſt feſtum S. Martini occiſae vel mortuae fuerint, de mortua dabit decimam pellem, ſicut et lanam.

Nec aliquis parochianus praeſumat poſt feſtum ſancti Martini vendere oves ſuas, vel aliquomodo alienare extra parochiam, niſi prius ſatisfaciat perſonae de decima lanae.

Et ſi forte oves alienae tonſae fuerint in parochia alicujus perſonae, idem percipiet decimam lanae, niſi aliquid aliud rationabiliter impediat. Percipiet etiam perſona vel vicarius de artificio fabrorum, carpentariorum, ſutorum, textorum, textricum, pelliparioram, piſticatorum; et de omnimodis artificiis; et de lucro negotiatorum; et de melle, et de molendino ad ventum, et aquaticis; et de columbariis, de pomario, et omnibus aliis, de quibus eccleſia conſueverit percipere.

Parochiani cujuſcunque parochiae debent offerre, ex debito, quater in anno; ſcilicet in die natalis Domini, in die Paſchae, in die ſolennitatis eccleſiae, et in dedicatione eccleſiae; et quod ſinguli, deſponſatus et deſponſata, omnes terram tenentes offerant obolum.

Caeteri omnes, tam maſculi quam foeminae, dent praedictis diebus, niſi illos excuſat inopia. In Quadrageſima omnes debent accedere ad confeſſionem, et debent offerre quicquam voluerint, niſi illos excuſat inopia.

Similiter in die .... omnes parochiani veniant ad crucem adorandam, et offerant ibi pro velle ſuo.

Nec aliquis praeſumat in die Paſchae accedere ad corpus Chriſti, niſi prius confeſſus fuerit, et crucem adoraverit.

Mulieres deſponſatae, et mulieres poſt parientes, debent accedere ad eccleſiam, cum candelis accenſis; et .... mulieres ſequentes debent offerre chriſmalia infantum; nec chriſmalia debent alienari, nec in aliquos uſus mitti debent, niſi in uſus eccleſiae.

Item perſona, ſeu vicarius, in obitu cujuſcunque terram tenentis, de tenemento defuncti percipiet melius averium poſt dominum; et ſi forte non fuerint ibi plura averia, executores defuncti tenentur ſatisfacere perſonae vel vicario de bonis, quae fuerunt defuncti, prout facultates ſuppetunt, antequam alibi aliqua executio de teſtamento fiat defuncti.

Similiter de teſtamento mulieris deſponſatae, et omnium parochianorum, tam maſculorum quam foeminarum, eadem fiat executio teſtamenti.

Et capellanus miniſtrans eccleſiae moneat executorem, ut diligenter provideat et diſponat, quod pars bonorum, quae defuncto contingit, rationabiliter diſtribuatur.

Tricennalia et miſſae non ſint alibi celebrandae, quam in eccleſia, cujus fuerint parochiani, niſi de aſſenſu dicti capellani.

Perſona debet providere, quod cancellum ſuum ſit honeſtum, et bene coopertum: ſimiliter et altare: ſacramentum chriſmatorium ſit ſub ſera: corporalia ſint de panno linteo delicato. Provideat etiam de vialis honeſtis ad vinum et ad aquam; de thuribulo; de candelabris, et lanterno, et tintinnabulo deferendo ante ſacerdotem in viſitatione infirmorum legitime praecedente: et perſonae vel vicarii debent invenire duos cereos proceſſionales.

Item parochiani debent providere, quod eccleſia ſit honeſta, cooperta bene; et quod campanile ſit bene coopertum, et ſecurum contra omne periculum; et debent invenire campanas et chordas campanarum, crucifixum, cruces, et imagines; et calicem argenteum, miſſale, et caſulam de ſerico; libros ſufficientes, et omnimoda veſtimenta ad altare ſpectantia.

Item capellanus eccleſiae debet providere, quod menſalia, et caetera veſtimenta eccleſiae ad altare ſpectantia, ſint munda et honeſta: et ſi forte contingat, quod calix ..... vel libri, vel veſtimenta furto vel aliquo alio infortunio ſubtrahantur, perſona vel vicarius, vel capellanus, vel aliquis, per cujus negligentiam ſubtracta fuerint, reſtaurabit.

Provideant etiam de vexillo; de velo quadrageſimali; de fonte, quod ſit honeſtus, et ſub ſera; de campanellis ante funus deferendis, cum perveniatur ad ſepeliendum.

Provideant etiam parochiani, quod coemeterium eorum ſit bene clauſum, et bene mundatum ab urticis, et aliis herbis nocivis.

Parochiani tenentur invenire cereum paſchalem et alios cereos in cancello; et lumen ſufficiens per totum annum, tam ad matutinas quam ad veſpertinas, et ad miſſam; et debent invenire panem benedictum, cum candelis, qualibet dominica per annum, in omni eccleſia de mundo chriſtiana.

Provideant etiam perſonae et vicarii, quod habeant domos competentes et honeſtas; familiam honeſtam ſine ſuſpicione aliqua; et debent eſſe hoſpitales; et debent eſſe eleemoſynarii, prout facultates eorum ſuppetunt; et ſint reſidentes; nec alibi nimis .... moram facientes, praeterquam in propriis domiciliis, niſi de licentia domini epiſcopi vel archidiaconi. Nec ullus praeſumat ire ad confeſſionem, vel ad communionem alibi quam in parochia ſua, niſi de licentia domini ſui. Capellani, perſonae, vel vicarii eccleſiarum debent ſynodalia; ſcilicet intra quindecim dies quilibet capellanus ſolet dare archidiacono xii. denar. ad natale Domini.

Item archidiaconus, ſi voluerit, viſitabit omnes capitales eccleſias, ſemel in anno et ſer .... perſonae vel vicarii decenter eum etiam procurabunt. Submon .... non decet aliquem in alicujus parochia, niſi habuerit capellanum, clericum conſortem, qui verum teſtimonium perhibeat de juſta occaſione. Perſonae vel vicarii dabunt beneficium aquae benedictae clerico pauperi ſcholari, ita quod veniat omnibus ſolennibus diebus ad eccleſiae ſerviendum, de qua habet dictum beneficium.

Item ſponſalia non debent fieri in aliqua eccleſia, antequam fiat ſolennius trina denunciatio: nec debet fieri in eccleſia excommunicatio, niſi praecedente prius trina admonitione.

Notandum, quod ter debet fieri in qualibet eccleſia generaliter excommunicatio per annum. Perſonae, vel vicarii, et parochiales capellani debent parem obedientiam canonicam domino epiſcopo et archidiacono.

Duo debent eſſe inquiſitores docti et diſcreti, et duo capellani confeſſores, quibus perſonae, vel vicarii et capellani debent confiteri in Quadrageſima, vel in alio tempore, ſi neceſſe fuerit, qui ſcient diſcernere inter lepram et lepram, etc.

Salva ſanctorum reverentia, duximus ſtatuendum, quod exceptis ſolennitatibus Nativitatis dominicae, cum quatuor diebus ſequentibus, Circumciſionis, Epiphaniae, Reſurrectionis, et Aſcenſionis, et Pentecoſtes, cum tribus ſequentibus, ſinguliſque ſolennitatibus dominicis exceptis, etiam virginis glorioſae, apoſtolorum, evangeliſtarum feſtivitatibus, et Sanctae Crucis, S. Michaelis, S. Johannis Baptiſtae, S. Laurentii, et tranſlationis S. Thomae, feſtis S. Martini, et S. Mariae Magdalenae, et S. Catharinae: feſtis quoque de dedicatione in parochiis ſuis; necnon et ſanctorum, in quorum honore ſingulae eccleſiae conſtruantur; nullius alterius feſtivitas ab agricultura et laboribus, ſine quibus terrae coli non poſſint, parochianis ſuis indicetur per preſbyteros ferianda.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 2.	BONIFAC. 13.	1256.	HENRIC. III. 40.

Aliae conſtitutiones Aegidii, Sareſbirienſis epiſcopi. Ex MS. cod. membr. bibliothecae collegii S. Johannis Cantabrigiae A. iii. 8. in quarto.

RATIONALIS et proprii arbitrii factus homo, de factoris ſui bonitate poteſtatem aſſumpſit in permanentis vitae gaudio ſine mortis obſtaculo perſiſtendi; ſi tamen factori ſuo proſperitatis acceptae non immemor obedientiae debitum exſolviſſet; ſed dum mandati ejus, qui fecit eum, tranſgreſſor eſſe non timuit, et ignorantiae et concupiſcentiae miſeriis juſto Dei judicio in ſe et poſteros ſuos ſententiam mortis et corruptionis excepit. A ſtatu enim completae perfectionis deficiens, dum eſſe, quod non potuit, et ſcire quod non debuit, infeliciter appetivit,

per

per ea, per quae peccavit, punitus, de immortali mortale, de ſciente inſcius damnabiliter eſt effectus; ſed cum ruina tam enormis naturali vel ſcripta lege ſeu prophetarum oraculis reparari minime potuiſſet, altiori conſilio, quod ipſe novit, miſſus eſt conſilii angelus de ſinu Patris in ſinum virginis. In virgine ex virgine noſtrae mortalitatis naturam aſſumpſit per operationem Sancti Spiritus conceptus; et cum integritate virginis natus verus Deus verus homo, mundo per diſcipulos ſuos legem ſalutis annuncians, morte ſua genus redemit humanum, ſolo duntaxat officio pietatis. Porro licet lex evangelica ſufficeret ad fidem et morum inſtructionem populis convertendis, quia tamen poſt converſionem multorum adeo invaluit infidelitas et malitia in converſis, decreverunt apoſtoli et eorum ſucceſſores in ſonitu Spiritus Sancti converſorum ad fidem erroribus et malitiis per canones occurrendis. Ex hoc primum apoſtoli, deinde concilia conſtitutiones canonicas ſuper fide et moribus ediderunt, qualiter videlicet eccleſia Dei reformari debuit in utroque, inter alia ſtatuentes, quod provincialia, epiſcopalia, et ſynodi convenirent; in quibus de reformatione, et reparatione ſtatus eccleſiaſtici communiter et concorditer ageretur, et generalium conciliorum ſtatuta executioni debitae mandarentur. Nos igitur, qui ex profeſſionis noſtrae debito ad veteris et novi paginam teſtamenti et ſanctorum canonum obſervantiam arctius obligamur, ex curae paſtoralis officio, et noſtri capituli concilio, invocata Sancti Spiritus gratia, hanc ſanctam et venerabilem ſynodum duximus convocandam. In qua pleraque generalium et provincialium conciliorum ſtatuta; quaedam etiam praedeceſſorum noſtrorum, et ex noſtris aliqua pro ſubditorum noſtrorum correctione et reformatione duximus recitanda, praedeceſſorum noſtrorum ſtatutis, quae per praeſentem ſynodum revocata non fuerint, in ſuo robore duraturis.

De reſidentia canonicorum.

Beati Oſmundi praedeceſſoris noſtri circa reſidentiam perſonarum et canonicorum Sarum eccleſiae pias inſtitutiones, quas pro cultu divini nominis ampliandas, et eccleſiae Sarum honore, capituli ſui accedente conſenſu, condidit, ac in ſcriptis redegit, per negligentiam ſeu per incuriam non ut et * apertum decuit obſervatas, praeſenti ſtatuto duximus innovandas, praecipientes in virtute Spiritus Sancti, et ſub juramenti debito, tam a perſonis quam ab aliis canonicis de eccleſiae ſtatutis et conſuetudine approbatis obſervandis corporaliter interpoſito, quod omnes et ſinguli tam perſonae quam canonici Sarum eccleſiae in ipſa cathedrali eccleſia debitam facere reſidentiam non omittant, niſi cauſa rationabili excuſentur, ſi poenas contra non reſidentes ſancitas voluerint evitare.

Cum inter totius orbis eccleſias eccleſia Sarum in divino officio et miniſtris, tanquam ſol in rota claruerit, adeo radios ſuos undique diffundens, defectus ſuppleverit aliarum, ne per miniſtros dignos claritas ſua nobis non curantibus eclipſetur, ſtatuimus, ut nullus de caetero ad officium vicarii in ipſa eccleſia praeſentetur, nec aliquatenus admittatur, niſi praeter alia meritâ honeſtatis, quae in miniſtris hujuſmodi requiruntur, inſtrumentum habeat idoneum modulandi, et cantus peritiam, ſine quibus eccleſiae gloria, quam miniſtrorum maculavit indignitas, ad antiquae laudis praeconium minime poterit reparari.

De procuratione archidiaconorum.

De archidiaconis quoque ſtatuimus, ut eccleſias utiliter et fideliter viſitent, de ſacris vaſis et veſtibus, et qualiter diurnis et nocturnis officiis eccleſiae ſerviatur, et generaliter de temporalibus et ſpiritualibus inquirendo, et quae corrigenda invenerint, corrigant diligenter. Eccleſias autem ſuperfluis non gravent expenſis, ſed procurationes exigant duntaxat, cum viſitant, moderatas.

De eodem.

Clamor validus ad aures noſtras aſcendit, quem diſſimulare non poſſumus nec debemus, quod licet archidiaconi non niſi procurationem unicam annuatim ab eccleſiis, quas perſonaliter viſitaverint, percipere valeant juxta canonicas ſanctiones, ad aliud genus extorquendi victualia, ne dicamus, ut ſuis propriis parcant, ſe transferunt, dum a ſubditis ſuis ante vel poſt receptam procurationem debitam, hoſpitium poſtulant ſub ſpecie charitatis. Et cum timore ac pudore urgentibus poſtulati repellere nequeant, vel non audeant poſtulantes, per expenſas indebitas plus forſitan quam per debitas praegraventur. Quia vero divini plenum eſt animadverſione judicii, tales impietates, quae ſub pietatis pallio obumbrantur, et tale genus charitatis, quae non aedificat et plantat, ſed deſtruit et diſperdit, connniventibus oculis pertranſire, ſtatuimus, et ſtatuendo praecipimus, quod ab hujuſmodi hoſpitiorum exactione, taliter ſtudeatur abſtinere, ne praeter concuſſionis infamiam, quam de facto incurrunt, non ſolum noſtram ſed etiam divinam indignationem merito debeant formidare.

De capitulis celebrandis.

Statuimus et ſtatuendo praecipimus, ut capitula archidiaconorum per ſingulos decanatus noſtrae dioeceſis celebranda, in locis convenientioribus, in quibus victualia reperiuntur venalia, et ubi convenientium evectiones commodius recipi valeant, de caetero celebrentur.

De correctione exceſſuum.

Statuimus etiam, quod emendas pecuniarias non exigant pro redemptione criminum, praeſertim in caſibus, in quibus nequeunt diſpenſare; nec de cauſis, quae ordinis diſpoſitionem vel beneficii privationem inducunt, ſe aliquatenus intromittant.

De decanis inſtituendis.

Statuimus, ut cum decani rurales idonei ab archidiaconis fuerint inſtituti, nobis et ſucceſſo-

* loco *et apertum*, forte *capitulum* legendum.

ribus

ribus noſtris praeſententur ad ſacramentum corporale praeſtandum.

De juribus epiſcopalibus conſervandis.

Cum in jure tantum exiſtat, quod archidiaconi vel decani rurales nullas exactiones ſeu tallias in preſbyteros ſive clericos exercere praeſumant, firmiter praecipiendo ſtatuimus, quod ſub nullius neceſſitatis forſitan imminentis ſpecie, ſine conſcientia noſtra, tallias faciant vel collectas.

De apparitoribus.

Cum ex cauſis diverſis eccleſiarum rectores et vicarii variis oppreſſionibus praegraventur, cordi nobis eſt, eos ab inſolitis et omnino inutilibus ſumptibus et ſtipendiis relevare. Olim ſiquidem apparitores per decanatus ſingulos conſtituti, adinſtar curſorum papalium, et aliorum praelatorum, ſine alicujus evectionis onere, ſoli cum preſbyterorum parochialium teſtimonio ſuum officium fideliter explicabant. Sed diebus iſtis eorum inſolertia ſurrepente, propria temeritate poſſunt ſe in equis duobus ſibi, vel ad minus uno, ſervitoribus ſociatis, qui per totum anni circulum, ſimulata officii inſtantia diſcurrentes, ac imprudenter undique exigentes in alienis domibus jugiter hoſpitati ſumptuoſa quaerendo, nec communibus contenti, in victualibus et aliis viros aggravant hoſpitantes. Cum igitur ſcriptum ſit; "Non tranſgredieris terminos, quos poſuerunt patres tui," volentes apparitorum officium antiquis finibus limitare, ſtatuimus praeſenti ſynodo approbante, quod apparitores noſtrae dioeceſis officium ſuum de caetero ſine cujuſlibet evectionis genere, quantum eis Deus dedit, fideliter exequantur. Et cum in cauſis vel negotiis citatio, executio, vel alias praeceptio ſuperioris, quae teſtimonio egeat, immineant faciendae, in preſbyteri parochialis, diaconi, ſeu clerici, ut teſtimonium perhibere valeant, praeſentia, in quorum parochia hujuſmodi exequenda mandantur, quae ſibi mandata fuerint, ſtudeant explicare. Quodſi ſubditorum noſtrorum aliqui in ſuis vel alienis equis apparitores ſuſceperint hoſpitandos, vel fraudem huic noſtrae conſtitutioni fecerint, ipſo facto noverint ab officio ſe ſuſpenſos: apparitoribus nihilominus a ſuo miniſterio removendis. Si vero citationes extraordinariae occurrant, eorum miniſterio faciendae, nullatenus eas admittant, niſi prius juxta Londinenſis concilii formam eis viatica miniſtrentur.

De clericis ad beneficia praeſentandis.

Cum eccleſiarum rectores et vicarii ac preſbyteri ſeculares teneantur ſacramenta eccleſiaſtica diſpenſare, prohibendo ſtatuimus, et ſtatuendo prohibemus, ut ſacramentorum eccleſiaſticorum notitiam ſaltem non habentes neceſſariam, ad animarum regimen vel preſbyteratus ſe nullatenus ingerant praeſentandos; cum quos ſacri canones rejiciunt, merito repelli debeant ut indigni; eccleſiarum patronos praeſertim eccleſiaſticos exhortantes, ut a praeſentandis talibus ſe abſtineant, ſi ea vitae privari poteſtate noluerint praeſentandi.

Quoniam nimis iniquum exiſteret, ſi per quorumlibet cupiditatem vel avaritiam eccleſiae debitis obſequiis fraudarentur, ſtatuimus, ut rectores in eccleſiis ſuis debitam faciant reſidentiam perſonalem; etiamſi ſuper pluribus beneficiis retinendis cum eis per ſedem apoſtolicam diſpenſatum ſit, niſi ab onere reſidendi per ſpirituale privilegium doceant ſe immunes; ſtatuto bonae memoriae praedeceſſoris noſtri de rata reſidentiae non obſtante; alioquin tranſgreſſores poenam debitam non amittant.

De reſidentia clericorum.

Quoniam de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, ſed potius militaris, grave ſcandalum laicis generatur, firmiter ſtatuendo praecipimus, ut ad formam tam de veſtibus clericorum, quam etiam de ornamentis equorum in generali concilio editam, per ſubtractionem beneficiorum compellantur. Ita quod in menſura decenti veſtes habeant, et cappis clauſis utantur in ſacris ordinibus conſtituti. Et maxime in eccleſia et coram praelatis ſuis, et in conventibus clericorum, et ubique in parochiis ſuis, qui cum cura animarum regendas eccleſias ſuſceperunt. Et ut poſſint epiſcopi alios melius ad honeſtatem veſtium, et tonſuram, et coronas decentes, et equorum ornamenta idonea coarctare, provideant, ut a ſuis clericis commenſalibus haec prius faciant obſervari, habentes eos in veſtibus talaribus, fraenis et ſellis, clericalis gerentes habitum honeſtatis. Quoniam omne, quod non propter neceſſitatem, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniam; ſtatuimus firmiter prohibentes, ne preſbyteri vel clerici in ſacris ordinibus conſtituti, modulis, fibulis, aut uncis aureis, argenteis, aut de aurifrigio vel gemmis quibuſlibet utantur de caetero, in ſcandalum ordinis clericalis. Uſum etiam coffarum in eccleſiis, et conventibus clericorum penitus prohibemus. Alioquin contravenientes ab officio ſuſpendantur.

De continentiis clericorum.

Licet ad profligandum * a laribus eccleſiae putridum illud turpitudinis libidinoſae contagium, quo decor eccleſiae graviter maculatur, ſtatuerunt ſuper hoc eccleſiaſtici rectores ipſum removere, cum tantae improbitatis exiſtit, ut ſemper ſe ingerat impudenter. Nolentes igitur tantam eccleſiae ignominiam conniventibus praeterire oculis incorreptam, ſtatuta Romanorum pontificum, et maxime decretalem Alexandri papae ſuper hoc exequentes, ſtatuimus et ſtatuendo praecipimus, ut clerici, et maxime in ſacris ordinibus conſtituti, qui in domibus ſuis vel alienis detinent publice concubinas, niſi a ſe moveant infra menſem, ipſas vel alias nullatenus de caetero retenturi, ab officio et beneficio ſint ſuſpenſi, uſquequo ſuper hoc digne ſatisfecerint. Volumus quoque et diſtricte praecipimus, ut archidiaconi diligenter faciant ſuper hoc inquiſitionem per omnes decanatus; et quod ſtatuimus ob-

* Principium hujus capitis in MS. mendoſum ex aliis conſtitutionibus reſtituimus.

obſervari, praedicti concilii auctoritate officialibus noſtris ſuper praemiſſis committimus inquirendum.

De concubinis clericorum.

Item, quoniam putridum ſpurcitiae libidinoſae contagium adeo apud clericos et preſbyteros invaluit, quod auctoritas evangelica nec canonica ſeveritas illud hactenus extirpare potuerint, quin in ſuae perpetuae damnationis periculum, et ordinis eccleſiaſtici ignominiam, adhuc ſuas detinent concubinas publice; cupientes ſubditos noſtros ad ſtatum honeſtatis debite reformari, praeſentis ſynodi approbatione ſtatuimus, quod omnes mulierculae cum preſbyteris ſecularibus et religioſis quibuſcunque, clericiſque in ſacris ordinibus conſtitutis, ſcienter de caetero fornicantes publice, poſt praeſentis ſtatuti denunciationem ipſo facto, ratione ſacrilegii quod committunt, ſententiam excommunicationis incurrant. Et ſi cum taliter excommunicatis preſbyteri vel clerici quicunque ſeculares vel regulares ex certa conſcientia poſt denunciationem commiſceant, ſciant ſe ſimilis ſententiae laqueo innodatos; quorum abſolutionem nobis et poenitentiariis noſtris ſpecialiter reſervamus. Hanc autem conſtitutionem noſtram in parochialibus eccleſiis praecipimus frequentius publicari.

Ex concilio Oxon.

* Ut veri videamur evangelicae legis ſectatores, cum non niſi in vinea laboranti ſit retributionis denarius porrigendus, nec niſi qui altari ſervit, vivere debeat de altari, ſtatuimus ut eccleſiae certis perſonis deputatae, nulli dentur ad firmam, niſi forte juſta cauſa ſubfuerit, et a ſuo epiſcopo approbata; et tunc de ejus conſenſu, alicui perſonae honeſtae et ordinatae dentur ad firmam, de qua veriſimiliter praeſumi debeat, quod fructus eccleſiae in bonos uſus convertat.

De eodem.

Praedeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhaerentes, conventiones firmarum abſque noſtra vel praedeceſſorum noſtrorum approbatione contractas, penitus infirmamus. Statuentes ſub poena fructuum unius anni, quod beneficia foranea ſine auctoritate noſtra et licentia, nulli tradantur ad firmam. Quod ad firmam praebendarum extendi nolumus, niſi decani et capituli noſtri interveniente conſenſu, noſtra et ſucceſſorum noſtrorum ſint auctoritate fulcitae. Quodſi ex cauſa perſonis aliquibus hoc duxerimus indulgendum, aequanimiter tolerabimus, quod de praebendis in decanatu Sarum, et de foraneis beneficiis in locis archidiaconi per praeſentiam firmae conventio ineatur.

De vicariis admittendis. Ex concilio London.

Ad vicariam ſtatuimus nullum de caetero fore admittendum, niſi jam in preſbyterum ordinatum, vel ſaltem diaconum, in proximis quatuor temporibus ordinandum, qui renuncians aliis beneficiis, ſi quae habet curam animarum habentia, juret reſidentiam ibi facere corporalem; alioquin inſtitutionem illius decrevimus fore nullam, et vicariam alii fore conferendam. De jam inſtitutis vicariis, qui non ſunt preſbyteri, cum vicarii teneantur in propriis perſonis eccleſiis deſervire, ſtatuendo praecipimus, ut infra annum ad minus ſe faciant in preſbyteros ordinari. Alioquin, ſi per eos ſteterit, quominus infra annum, ut diximus, ordinentur, eos extunc fore vicariis eiſdem decernimus privatos. Et de reſidentia circa eos ſtatuimus, quod de inſtitutis ſupra duximus ſtatuendum.

“ *In ima margine ab alia et recentiori manu uncis incluſa hic inſeruntur.*”

[De violatione ſequeſtri. Quoniam quidam filii Belial obedientiae jugum praeſumptione temeraria conculcantes ſequeſtrum, quod in vacantibus eccleſiis et ex aliis cauſis, exigente juſtitia, ponimus excommunicationis ſententiam in ſequeſtrorum violatores publice promulgandam penitus vilipenſam non verentur violare; nos eorum malitiis occurrere ſatagentes, violatores hujuſmodi, ſi clerici fuerint, ab officio et beneficio tamdiu manere ſuſpenſos, donec exceſſus tam gravis et enormis ſatisfactione debita corrigatur; ſi vero laici ſcienter et prudenter ſequeſtrum violaverint, cum ipſo facto excommunicati exiſtant, et communicantes cum eis monitione praemiſſa ſimili ſententia percellantur.]

De eodem.

Audivimus quod nonnulli in noſtra dioeceſi contra ſtatutum concilii Londonienſis de facto, cum ipſo jure ſint privati, perpetuas detinent vicarias. Quia vero detentores hujuſmodi et animas damnabiliter decipiunt, et furtum committunt nihilominus vel rapinam; vicarias ſic vacantes, ad manus noſtras ſequeſtramus, ſub poena excommunicationis, quam contravenientes incurrere volumus ipſo facto, diſtrictius inhibentes, ne ſpiritualium vel temporalium adminiſtrationi ſe de caetero audeant immiſcere, cum vicarias hujuſmodi donationi noſtrae generalis auctoritate concilii duximus reſervandas; praeſertim eas, in quibus contra praeſentatores per negligentiam eſt praeſcriptum.

De eodem.

Cum ex praecepto divino necnon auctoritate canonica ad ſolvendum Deo de nocte nocturnum, ſicut de die diurnum officium inexcuſabiliter obligemur, ſtatuendo praecipimus, quod ſeculares praelati necnon parochiales preſbyteri, qui ex cauſa rationabili de nocte non ſurgunt ad matutinarum officium exequendum, ſurgere ſtudeant in aurora, ut cum dies illuxerit, officium inchoetur, cujuſcunque parochiani abſentia non obſtante.

De capellanis admittendis.

Subditorum noſtrorum pericula, negligentia damnabili tolerata, gravi nos dolore percellunt, et eo gravius, quod eis occurrere feſtinato remedio non valemus. Nonnullos quidem preſbyteros et clericos non ſolum ratione originis et ſa-

* Totum hoc caput ex aliis conſtitutionibus corrigendum eſſe monuit codex mendoſus

cri baptiſmatis, ſed etiam inferiorum ordinum, et aliquos ſacrorum ratione noſtros effectos, ab alienis epiſcopis abſque noſtra vel praedeceſſorum noſtrorum licentia, ſacros ordines non ambigimus recepiſſe, et hujuſmodi manuum impoſitione rata, ut expedierit, non habita, ſe in tanta executione ordinum taliter ſuſceptorum, propter quod ipſo jure in irregularitatis diſpendium incidunt; et quod flebilius eſt plangendum, irregularitatem hujuſmodi irregularitati attrita fronte ingeſſerunt, et ingerunt ſe divinis. Tales igitur univerſos non ſuſpendimus, ſed ſuſpenſos auctoritate canonum nunciamus; ſtatuentes ut nullus de noſtra civitate vel dioeceſi oriundus, a nobis vel praedeceſſoribus noſtris ordinatus, et abſque noſtra vel eorum licentia, ordine poſtmodum ab alieno epiſcopo ſuſcepto, nec a proprio epiſcopo approbato; qui executioni ſe immiſcuit ordinis ſic ſuſcepti, ab aliquo ſubditorum noſtrorum religioſo vel ſeculari clam vel palam, donec cum eo legitime fuerit diſpenſatum, ad executionem officii aliquatenus admittatur. Tales autem ſcienter admittentes, et per menſem retinentes, ipſo facto noverint ſe ſuſpenſos.

De eodem.

Praeterea cum quidam alienae originis ſe clericos ſacri ordinis vel preſbyteros aſſerentes, tam literis quam ſignis per falſitatis vitium fabricatis, quod diebus noſtris accidit, non ſuſpectos ſe mentiantur ordines ſuſcepiſſe; et ſic per colorem hujuſmodi, ad officii executionem minus provide admittantur; tam gravi ſcandalo et animarum periculo occurrere cupientes, diſtrictius praecipiendo ſtatuimus, ut quicunque alterius ordinationis literas coram nobis vel officialibus noſtris exponat, quibus fidem imponat, ſi de eis forſitan dubitetur, ut ſic ſcrupulo cujuſlibet dubitationis amoto, ad executionem ſui ordinis admittatur, prout viſum fuerit expedire.

De religioſis.

Cum ſecundum regulas ſanctorum patrum religioſi viri pſalmos, hymnos, et quaedam alia legenda et canenda, tam in nocturno quam in diurno officio ſecundum ſuas obſervantias teneantur cordetenus retinere, ſtatuimus ne nunc monaſterium ingreſſus, nec de caetero ingreſſurus in noſtra dioeceſi, niſi officium ſuum cordetenus memoriter retineat, ceſſante ignorantia invincibili, alicui obedientiae praeponatur. Quod ſi ſecus fuerit incaute praeſumptum, et praeponens et praepoſitus ſuſpendatur. Ad haec ſub poena excommunicationis, qua tranſgreſſores hujus ſtatuti noſtri ipſo facto volumus innodari, diſtrictius prohibemus, ne aliqui religioſi ex quacunque neceſſitate, nobis inconſultis, rem immobilem monaſterii ſui, quocunque alienationis titulo, in aliam religioſam ſecularemve perſonam transferre praeſumant. Sub poena conſimili nihilominus inhibentes, ne fidejuſſores exiſtant, aut etiam pro aliorum obligationibus ſe conſtituant principales, neque per ſigillum ſuum auctenticum pro aliis ſe obligent, quanquam abbates vel priores ſui hoc eis ſub obedientiae debito, a quo eos abſolvimus in hac parte, praecipiant vel injungant.

De mortuariis.

Statutum felicis recordationis R. praedeceſſoris noſtri ſuper mortuariis editum, praeſentis ſynodi approbatione duximus declarandum. Satagens ſiquidem idem R. praedeceſſor noſter, ſaluti conſulere animarum, quia conſiderabat laicos utriuſque ſexus ſubditos ſuos, quandoque per ignorantiam, nonnunquam vero per negligentiam et incuriam in decimarum et oblationum ſuarum ſubtractione graviter deliquiſſe; quod non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, prudenter attendens ſalubriter ſtatuit, quod pro recompenſatione decimarum taliter ſubtractarum, licet cauſam ſtatuto ſuo non inſeruerit, ſecundum melius animal in bonis defuncti, eccleſiae damnum paſſae, debuit applicari. Quoniam vero hujus occaſione ſtatuti inter eccleſiarum rectores et parochianos ſuos lites, quas extingui cupimus, frequentius oriuntur, illud ſynodali duximus interpretatione declarandum. Quod ſi decedens tria ad minus vel plura cujuſcunque generis in bonis ſuis habuerit animalia, optimo, cui de jure fuerit debitum, reſervato, eccleſiae ſuae, a qua ſacramenta percepit, dum viveret, ſine dolo, fraude, et contradictione qualibet, pro decimarum tam perſonalium quam praedialium, necnon et oblationum ſubtractionis compenſatione, ad liberationem animae ſuae, melius poſt optimum reſervetur. Quodſi duo tantum in bonis decedentis extiterint animalia, de manſuetudine eccleſiae exactio quaelibet mortuarii nomine remittatur.

De eodem.

Hoc autem adjiciendum duximus, quod ſi materfamilias viro ſuo ſuperſtite praeobierit, ad praeſtationem mortuarii minime coarctetur. Quodſi poſt obitum mariti in domus et familiae regimine vidua per annum ſupervixerit, juxta formam ſuperius ſcriptam ad mortuarium obligetur. Hac autem noſtra conſtitutione ſeu interpretatione conſuetudini laudabili ſuper mortuariis in noſtra dioeceſi hactenus obſervata, nolumus praejudicium generari. Quodſi decedens hujuſmodi numerum animalium non habuerit, ſuper praeſtatione mortuarii conſuetudo eccleſiaſtica obſervetur. Ad ſolutionem vero debiti de jure mortuarii retinentes volumus per locorum ordinarios cenſura eccleſiaſtica coarctari.

De matrimoniis contrahendis, et nunciis praemittendis.

Cum matrimoniis contrahendis per denunciationum omiſſionem, et ſacerdotum parochialium abſentiam nonnullis pericula contigerint et contingant, firmiter ſtatuendo praecipimus, quod ſine ſacerdote et aliis legitimis teſtibus, banniſque tribus diebus ſolennibus in parochianorum praeſentia, ante contrahendum matrimonium promulgatis, in noſtra dioeceſi de caetero nullatenus matrimonia contrahantur. Quodſi denunciationibus omiſſis, reperiantur aliqui abſque ſacerdotis et teſtium legitimorum praeſentia matrimonialiter contraxiſſe; tam contrahentes, quam qui talibus contractibus clandeſtinis contra

tra

tra eccleſiae interdictum interfuerint, excommunicationi praecipimus ſubjacere. Hanc autem conſtitutionem noſtram in Nativitatis, Reſurrectionis, et Aſcenſionis dominicae, et Omnium Sanctorum diebus, in qualibet parochiali ecclesia noſtrae dioeceſis, per eorum ſacerdotes ſub obedientiae debito praecipimus ſolenniter publicari.

De prohibitione ſcotallarum.

Prohibitionem ſcotallarum et alias communium potationum pro ſalute animarum et corporum introductam, ſynodali approbatione proſequentes, rectoribus, vicariis, et aliis preſbyteris parochialibus praecipimus, ſub obedientiae debito firmiter injungendo; quod parochianos ſuos crebra exhortatione diligenter inducant, ne prohibitionis hujus temerarii violatores exiſtant. Alioquin quos in hac parte culpabiles invenerint, ab eccleſiae ingreſſu et ſacramentorum communione tamdiu ſuſpenſos denuncient, donec aliis poenis ceſſantibus, ad poenitentiarium noſtrum acceſſerint, quod ab eo pro tranſgreſſione hujuſmodi eis poenitentiae nomine injunctum fuerit, humiliter recepturi, et prout eis Deus dederit impleturi.

De eodem.

Communes autem potationes declaramus, quoties virorum multitudo, quae numerum denarium exceſſerunt ejuſdem parochiae, in qua cerviſia venalis extiterit, vel etiam vicinarum in tabernis hujuſmodi, vel infra ſepta ejuſdem domicilii, potandi gratia commorantur. Viatores vero peregrinos, et in nundinis ac mercatis convenientes, quamvis in tabernis convenerint, ſub prohibitione iſta nolumus comprehendi.

De mancipiis Judaeorum.

Licet in concilio Lateranenſi et Oxonienſi prohibitum ſit expreſſe, ne Judaei mancipia habeant chriſtiana, plerique tamen Judaei noſtrae dioeceſis, ut dicitur, hujuſmodi prohibitione contempta, nutrices, obſtetrices, et alia mancipia chriſtiana damnabiliter praeſumunt retinere; nec hujuſmodi tranſgreſſione contenti, in graviorem prorumpunt audaciam, ut non ſolum cum chriſtianis ſolutis, ſed in noſtrae fidei ſcandalum, et in ſuae legis contemptum, et cum mulieribus ſe commiſceant conjugatis. Unde praeſentis ſynodi approbatione ſtatuimus, ut mulieres tam ſolutae quam conjugatae, ſuper hujuſmodi crimen confeſſae vel convictae, nominatim excommunicationis ſententia percellantur; et donec ad arbitrium noſtrum vel officialium noſtrorum ſatisfecerint, arctius evitentur. Judaeis vero ſuper hoc convictis vel confeſſis, donec hoc competenter emendaverint, omnis chriſtiana communio per cenſuram eccleſiaſticam denegetur. Quod vero circa diſtinctionem habitus dictum eſt, propter pericula, quae ex habitus confuſione contingunt, omni diligentia ſtatuimus obſervandum.

De poenitentia excommunicatis infligenda.

Praeſentis ſynodi approbatione ſtatuimus, ut quicunque ſubditorum noſtrorum in excommunicationis ſententiam, contra jura eccleſiaſtica ſpoliatores et alios criminoſos in Oxoniae conciliis promulgatam, convicti fuerint incidiſſe, praeter notam infamiae, quam incurrunt, ipſo facto toties in civitate Sarum, et in partibus illis, ubi crimen commiſerint[1], niſi clerici fuerint, publice fuſtigentur, quoties nobis vel ſucceſſoribus noſtris viſum fuerit expedire, niſi cauſa rationabilis nos introduxerit ad poenitentiam committendam.

Cum ut mutus anni dies illuceſcat, qui non alicujus vel aliquorum ſanctorum venerandis natalitiis decoretur; in quorum laudibus et meritorum praeconiis, totum tempus a Chriſti fidelibus, quorum ſuffragiis indigent, expendi non indigne meruerunt; hominis tamen conditio cui dictum eſt, "In ſudore vultus tui veſceris pane tuo," nequaquam poteſt omnis propter occupationes mundanas ſanctorum venerationibus jugiter inſiſtere, quin neceſſe habeat corporis neceſſitatibus providere; ideoque, ſalva ſanctorum reverentia, duximus ſtatuendum; quod exceptis ſolennitatibus glorioſae virginis Mariae, apoſtolorum, et evangeliſtarum, feſtivitatibus ſanctae Crucis, ſancti Michaelis, ſancti Johannis baptiſtae, ſancti Laurentii martyris, et tranſlationis ſancti Thomae martyris, feſtis etiam ſancti Martini, ſancti Nicolai confeſſoris, ſanctae Mariae Magdalenae; feſtiſque dedicationum in ſuis parochiis, necnon et ſanctorum, in quorum honore eccleſiae ſingulae conſtruuntur; nullius alterius ſancti feſtivitas ab agricultura et laboribus, ſine quibus terrae coli non poſſunt, parochianis ſuis per preſbyteros indicatur feriand.

Quoniam propter diverſas conſuetudines in petendo decimas, propter diverſas eccleſias, inter rectores eccleſiarum et parochianos ſuos rixae et contentiones, ſcandala et odia permaxima oriuntur, volumus, quod in cunctis eccleſiis per archidiaconatus conſtitutis, uniformis ſit petitio decimarum. Inprimis volumus, quod decimae de frugibus, non deductis expenſis, integre et ſine aliqua diminutione ſolvantur; et etiam de fructibus arborum, et ſeminibus omnibus, et herbis hortorum, niſi parochiani competentem pro talibus decimis velint facere redemptionem. Volumus etiam quod decimae de foenis, ubicunque creſcant, ſive in magnis pratis, ſive in parvis, ſive in cheminis, exigantur, et prout expedit eccleſiae perſolvantur. De nutrimentis autem animalium volumus, ſc. de agnis; quod pro ſex agnis et infra ſex oboli dentur pro decima. Septimus agnus et ſupra detur pro decima. Ita tamen quod rector eccleſiae, qui ſeptimum agnum receperit, det parochiano, a quo decimam illam receperit, tres obolos in recompenſatione. Qui octavum agnum receperit, det parochiano unum denarium. Qui nonum agnum receperit, det obolum parochiano, vel expectet rector eccleſiae uſque ad alterum annum, donec poſſit decimum agnum habere, ſi maluerit. Et qui ita expectabit, ſemper exigat ſecundum meliorem, vel tertium agnum ad minus, de agnis ſecundi anni; et hoc pro expectatione primi anni. Et ita intelligendum eſt de decima lanae. Sed ſi oves alibi in hyeme et alibi in aeſtate nutriuntur, decima eſt dividenda. Simi-

1

Similiter ſi quis in medio tempore emerit vel vendiderit oves, et certum ſit de qua parochia oves illae venerint; dividenda eſt decima, ſicut de re, quae ſequitur domicilia; ſi autem incertum fuerit, habeat eccleſia illa decimam, infra cujus limites tempore tonſionis oves inveniantur. De lacte, volumus, quod decima ſolvatur, dum durat; videlicet de caſeo, tempore ſuo, et de lacte, in autumno et hyeme; niſi parochiani competentem pro talibus decimis velint facere redemptionem; et hoc ad commodum eccleſiae. De piſcationibus autem et apibus, ſicut de omnibus aliis bonis juſte adquiſitis, quae renovantur per annum, ſtatuimus, quod decimae exigantur. Sed debito modo. De proventibus autem molendinorum, volumus quod decimae exigantur, et ſolvantur ad valorem proventuum, niſi ad valorem proventuum domini faciant redemptionem. De paſturis autem et paſcuis, tam communibus quam non communibus, ſtatuimus, quod decimae fideliter ſolvantur; et hoc, per numerum animalium, et dierum, ſi expedit, eccleſiae. Statuimus etiam quod decimae de artificibus, de mercatoribus, et de lucro negotiationis, ſimiliter de carpentariis, fabris, textricibus, pandoxatricibus, et omnibus aliis ſtipendiariis, operariis; videlicet quod dent decimas de ſtipendiis ſuis, niſi ipſi ſtipendiarii aliquod certum velint dare ad opus vel lumen eccleſiae, ſi rectori placuerit. In petitione autem principalis legati, volumus quod conſuetudo provinciae cum poſſeſſione eccleſiae obſervetur; ita tamen quod rector eccleſiae in petitione ſua, ſive fuerit vicarius, ſive capellanus annuus, Deum habeat prae oculis. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, ſtatuimus, quod parochiani admoneantur primo et ſecundo et tertio, ut decimas Deo et eccleſiae fideliter ſolvant; quodſi ſe non emendaverint, primo ab ingreſſu eccleſiae ſuſpendantur; et ſic demum ad ſolutionem decimarum per cenſuram eccleſiaſticam, ſi neceſſe fuerit, compellantur. Sed cum dictae ſuſpenſionis relaxationem vel abſolutionem petierint, ad ordinarium loci mittantur abſolvendi, et debito modo puniendi. Rectores autem eccleſiarum, ſeu vicarii, ſeu capellani annui, qui praedictas decimas praedicto modo, ſeu propter formidinem hominum, ſeu favorem, Dei timore poſtpoſito, cum effectu non petierint, poena ſuſpenſionis innodentur, donec dimidiam marcam argenti, pro ſua inobedientia, archidiacono perſolverint.

Expliciunt ſtatuta venerabilis patris Aegidii, Sarum epiſcopi.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 2.	BONIFAC. 13.	1256.	HENRIC. III. 40.

Alexandri IV. *papae bulla quod epiſcopi ſolvant decimam de maneriis propriis, non obſtantibus alio ſervitio aut indulgentiis.* Ex Rymer Foed. vol. I. p. 595.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Ruſtando capellano, et nuncio noſtro, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum decima omnium proventuum eccleſiaſticorum regni Angliae et aliarum terrarum chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Henrici regis Anglorum illuſtris, ſit eidem regi uſque ad certum tempus ab apoſtolica ſede conceſſa; volumus et praeſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus univerſos praelatos, et alias perſonas eccleſiaſticas eorundem regni et terrarum, ut de proventibus maneriorum ſuorum, quae largitione regali habere noſcuntur, hujuſmodi decimam ſolvant, monitione praemiſſa, auctoritate noſtra per te vel per alium ſeu alios, appellatione remota, compellas. Non obſtantibus, ſi forte pro ipſis maneriis eidem regi ſervitium facere, ſicut laicales vel ſeculares perſonae ſibi pro feudis, quae tenent ab ipſo, faciunt, teneantur, et quibuſlibet apoſtolicis indulgentiis, per quas poſſet effectus praeſentium impediri.

Dat. Anagniae id. Junii, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Alia ejuſdem quod fructus, etc. beneficiorum vacantium in Anglia, quorum collatio pertinet ad papam, colligantur ad opus regis Angliae pro complendo voto ſuo ad terram ſanctam. Ibidem, p. 597.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Ruſtando capellano, et nuncio noſtro in Anglia, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad impendendum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico illuſtri regi Angliae gratiam et favorem, crucis reverentia (qua inſignitus crucifixi obſequio ſe devovit) ac ſincerae devotionis affectus, quem ad nos et Romanam eccleſiam habere dignoſcitur, merito nos inducunt. Hinc eſt quod nos ipſius ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus fructus, reditus, et proventus omnium dignitatum et perſonatuum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum praebendalium, et aliorum regni Angliae, et aliarum terrarum ejuſdem regis, quae tanto tempore vacaſſe inveneris, quod ipſarum collatio eſt ad ſedem apoſtolicam ſecundum Laterani ſtatuta concilii devoluta, per te vel per alium, ſeu alios, ab eo tempore, quo taliter ad praedictam ſedem fuit ipſorum devoluta donatio, integre colligens (detentores illorum ad exhibendum eos tibi, monitione praemiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, niſi per apoſtolicam diſpenſationem ſeu indulgentiam ſuper hoc oſtenderint ſe munitos) quicquid de his collegeris in tuto loco deponere, ac ad opus ipſius regis, ut votum ſuum efficacius exequi valeat,

leat, conſervare procures; contradictores autem ſuper hoc, ſi qui fuerint, vel rebelles, monitione praemiſſa, cenſura ſimili, appellatione remota, compeſcas. Dat. Anagniae [illegible] Septembr. pontificatus noſtri anno ſecundo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reges Angliae
ALEXAND. IV. 2	BONIFAC. 13	1256	HENRIC. III. 40

Bulla papae Alexandri IV. *quod praelati Angliae compellantur ad dandum in ſcriptis taxationem bonorum ſuorum, et ad ſolvendam decimam de praedictis.* Ex Rymer vol. I. p. 602.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Ruſtando capellano, et nuncio noſtro in Anglia, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut intellexeris, bona venerabilium fratrum noſtrorum archiepiſcoporum et epiſcoporum regni Angliae, et religioſorum ſubjectorum eiſdem taxari mandavimus, ut ſecundum taxationes hujuſmodi de bonis ipſis decima perſolvatur; eiſdem archiepiſcopis, et epiſcopis in virtute obedientiae duximus injungendum, ut taxationes hujuſmodi tibi in ſcriptis aſſignare, ſublata qualibet difficultate, procurent, praefatam decimam etiam de maneriis eorum tam pro biennio praeterito, quam pro anno praeſenti ſecundum taxationes eaſdem integre perſolvendo. Quocirca diſcretioni tuae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi dicti archiepiſcopi, et epiſcopi ſuper hoc mandatum apoſtolicum neglexerint adimplere, tu eos ad haec monitione praemiſſa, auctoritate noſtra per te vel per alium, ſeu alios, ſublato cujuſlibet appellationis impedimento, compellas; non obſtante, ſi eiſdem archiepiſcopis, et epiſcopis, vel eorum alicui a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra ipſorum dioeceſes vel alia certa loca in cauſam trahi non poſſint, per literas apoſtolicas, plenam et expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; et conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Anagniae quarto non. Septembr. pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ejuſdem bulla de epiſcopis taxandis per totum regnum, non obſtantibus privilegiis et indultis. Ibidem.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis archiepiſcopis, et epiſcopis per regnum Angliae conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut intelleximus, dilectus filius magiſter Ruſtandus capellanus, et nuncius noſter in Anglia, bona veſtra et religioſorum vobis ſubjectorum per vos taxari mandaverit, ut ſecundum taxationem hujuſmodi de bonis ipſis decima perſolvatur; volumus, et fraternitati veſtrae per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiae diſtricte praecipiendo mandamus, quatenus taxationes hujuſmodi eidem capellano in ſcriptis aſſignare, ſublata qualibet difficultate, curetis; praefatam decimam etiam de maneriis veſtris tam pro biennio praeterito, quam pro anno praeſenti ſecundum taxationes eaſdem integre perſolvendo. Alioquin praedicto capellano literis noſtris injungimus, ut vos ad haec monitione praemiſſa, auctoritate noſtra per ſe vel per alium, ſeu alios, ſublato cujuſlibet appellationis impedimento, compellat; non obſtante, ſi vobis vel veſtrum alicui a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra veſtras dioeceſes vel alia certa loca in cauſam trahi non poſſitis, per literas apoſtolicas, plenam et expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; et conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Anagniae quarto non. Septembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Bulla Alexandri IV. *epiſcopo Norwicen. et abbati monaſterii ſancti Petri de Burgo, quod colligant decimam et legata et hujuſmodi ad opus regis Angliae.* Ibid.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri epiſcopo Norwicen. et dilecto filio abbati monaſterii ſancti Petri de Burgo, ordinis ſancti Benedicti Lincoln. dioec. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum nos venerabili fratri noſtro archiepiſcopo Cantuar. et dilecto filio magiſtro Ruſtando, capellano noſtro, negotium crucis in regno Angliae, et aliis terris chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici, illuſtris regis Angliae crucefignati, necnon et collectionem decimae eccleſiaſticorum proventuum eorundem regni et terrarum, praedicto regi uſque ad certum tempus conceſſae ab apoſtolica ſede, ac redemptionem votorum crucefignatorum et legatorum indiſtincte per noſtras diverſas literas, ſub diverſis formis duxerimus committenda; volumus et praeſentium vobis auctoritate in virtute obedientiae diſtricte praecipiendo mandamus, quatenus hujuſmodi decimam, redemptiones, et legata; necnon et obventiones ex quacunque cauſa provenientes, ſubſidio terrae ſanctae integre colligere, ac ad opus ipſius regis, ut ve-

tum ſuum efficacius exequi valeat, conſervare curetis. Et in praedicto crucis negotio, juxta formam quarumcunque literarum noſtrarum eiſdem archiepiſcopo et capellano ſuper his directarum, per vos vel per alium ſeu alios efficaciter, ſecundum datam vobis a Domino gratiam, procedatis; ita quod creſcatis exinde meritis apud Deum, et penes nos, et praedictum regem gratia, et apud homines clara fama: contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtante, ſi perſonis aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum, quod in cauſam trahi vel ad judicium evocari non poſſint, per literas apoſtolicas, plenam et expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem, et conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Anagniae quarto non. Septembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 2.	BONIFAC. 13.	1256.	HENRIC. III. 40

Ejuſdem bulla pro Johanne le Deſpenſer de capella conſtituenda in fundo proprio. Ex Rymer vol. I. p. 610.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio . . . . electo Sariſbirien. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius nobilis vir Johannes le Deſpenſer nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ipſe a matrice eccleſia adeo ſit remotus, quod propter inundationes aquarum, hyemali praecipue tempore, pro divinis audiendis officiis, et recipiendis eccleſiaſticis ſacramentis accedere commode nequeat ad eandem; conſtituendi capellam in fundo proprio, et habendi proprium capellanum in ea, cui paratus eſt de bonis propriis pro ſuſtentatione ſua ſufficientes reditus aſſignare, licentiam ſibi concedere curaremus. Volentes igitur tibi, qui loci dioeceſanus exiſtis, in hac parte deferre, diſcretioni tuae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem nobili facienti quod offert, ſi expedire videris poſtulata concedas, ſine juris praejudicio alieni. Dat. Anagniae 2. calend. Octob. pontificatus noſtri anno ſecundo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 3.	BONIFAC. 14.	1257.	HENRIC. III. 41.

Concilium Londinenſe archidiaconorum coram legato papae. Ex Annal. Burton pag. 373.

DIE dominica de Paſſione publicavit magiſter Ruſtandus, nuncius papae, coram archidiaconis, de ſingulis epiſcopatibus ibi convenientibus, plures literas apoſtolicas, quas obtinuit ad multa gravia committenda. Et inter caetera haec habuit: quod poſſet jure ordinario omnes cauſas cruceſignatorum, et ſuper omnibus legatis in ſubſidium terrae ſanctae, certis ſimiliter et de indiſtincte legatis decidere, ſublata cujuſlibet appellatione objecta in hac parte.

Item habuit poteſtatem inquirendi de cunctis beneficiis, quae tanto tempore vacaverunt, quod collatio eorundem ad dominum papam fuerat devoluta.

Item, quod de non reſidentibus in ſuis beneficiis, ut tenentur, habere vult integros fructus eorundem, quatenus non reſideant in eiſdem; exceptis illorum beneficiis, qui in ſcholis ſunt, ſecundum ſuorum licentiam praelatorum, aut cum quibus ſuper hoc a ſede apoſtolica fuerit diſpenſatum, aut qui in peregrinatione exiſtunt, aut qui in obſequiis eccleſiarum immorantur, ubi habere beneficia talia dignoſcuntur.

Item, quod papa vult habere per quinquennium fructus primi anni omnium beneficiorum, interim vacantium, ſive in dignitatibus, ſeu in perſonatibus, ſeu aliis quibuſcunque exiſtant; exceptis duntaxat epiſcopis, et regularium praelaturis.

Habet inſuper literam de inquirendo de clericis plura beneficia habentibus contra concilium, et de meritis diſpenſationum obtentarum in hac parte, ſuper quibus quod invenerit, domino papae referret, ut ipſe ſuper his faciat, quod ſibi ſalubre fore viſum fuerit faciendum.

Item oſtendit literas apoſtolicas, per quas adhuc dominus papa vult continuare decimam per biennium, ſecundum verum valorem cujuſlibet beneficii perſolvendam, et de jam elapſo triennio, ut creditur, iterandam. Super quarum quidem exactione et collectione, per regni archidiaconos faciendis, alias literas oſtendit eis directas, et ſibi alias, ipſos ad hoc, ſi neceſſe fuerit, compellendos. Alias etiam literas oſtendit, per quas dicti archidiaconi, et alii, qui in hoc facto laboraverint, reputantur reſidentes in omnibus beneficiis ſuis ubicunque, et non compellantur ad ulteriorem ordinum ſuſceptionem, quam quos habent. Tandem oſtendit literam directam Norwicenſi epiſcopo, et electo Sariſbirienſi, et magiſtro Ruſtando, ut ſuper dicta decima componant cum clero. Super quo commune concilium ſuper hoc reſedit, quod decani, praelati, regulares, archidiaconi tractabunt cum ſuis capitulis et clericis ſuper his, ita quod ad menſem poſt Paſcha redeant Londonias per procuratores inſtructos ad plene reſpondendum ſeu componendum; alioquin idem R. procedet in ſuis gravaminibus comminatis.

Monitio archiepiſcopi Meſſenenſis.

In nomine Domini, Amen. Nos frater Johannes, miſeratione divina archiepiſcopus Meſſenenſis,

ſenenſis, auctoritate domini papae monemus vos archidiaconos, et in virtute obedientiae monendo vobis et cuilibet veſtrum praecipimus, quatenus infra octavas Paſchae proximas reſiduas procurationes eccleſiarum exiſtentium in archidiaconatibus veſtris, quae conſueverunt ſolvere, colligere procuretis, ipſam pecuniam nobis vel procuratori noſtro infra praedictum terminum perſolvendo. Illis exceptis duntaxat eccleſiis, quae in literis ſolutionis nobis factae ſigillis noſtris munitis expreſſim, et nominatim plenius continentur. Caeterum ſi aliqui fuerint in hac parte rebelles, ipſos in ipſum terminum teneamini excommunicare, et excommunicatos publice et ſolenniter nunciare. Quorum excommunicatorum nomina et excommunicationis formam nobis ſub eodem termino, ſub ſigillis veſtris mittatis; alioquin vos et quemlibet veſtrum auctoritate domini papae, qua fungimur, exnunc excommunicamus in ſcriptis, et denunciamus publice excommunicatos. Dat. Londoniis die Martis poſt Dominicam de Paſſione.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
Alexand. IV. 3	Bonifac. 14	1257.	Henric. III.

Concilium provinciale Cantuar. ab archiepiſcopo Cant. Londoniis convocatum. Ex Matth. Pariſ. in ann. et Annal. Burton p. 381. ſeq.

Hoc anno Bonifacius, archiepiſcopus Cantuar. epiſcopos et archidiaconos provinciae ſuae convocavit ad ſubveniendum eccleſiae a papa et rege fere oppreſſae. M. Pariſ. ita de hoc loquitur: "Diebus ſub eiſdem archiepiſcopus Cantuar. Bonifacius convocavit epiſcopos et archidiaconos provinciae ſuae, ut invocata devote Spiritus Sancti gratia, eccleſiae jam vacillantis Anglicanae, quae novis oppreſſionibus modernis annis ſolito gravioribus et intolerabilioribus opprimitur, ſtatui ſubvenirent, communiter contractantes.

Mandatum archiepiſcopi Cant. pro ſynodo. Ex Annal. Burton p. 381.

"Adam Eyton, officialis archidiaconi Staffordiae, dilecto ſibi in Chriſto decano de Thamworth et Totheſbiri ſalutem in Domino. Mandatum venerabilis patris domini Coventrenſis et Lichefeldenſis epiſcopi ſuſcepi in haec verba: Viro venerabili archidiacono Staffordiae vel ejus officiali, magiſter J. de Attleberg, officialis venerabilis patris Coventrenſis et Lichefeldenſis epiſcopi, ſalutem. Mandatum domini Cantuar. archiepiſcopi ſuſcepimus in haec verba:

Bonifacius, miſeratione divina Cantuar. archiepiſcopus, totius Angliae primas, dilecto ſibi in Chriſto officiali Coventrenſis et Lichefeldenſis dioeceſis, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Cum neceſſitas immineat, et utilitas perſuadeat, quod nos et venerabiles patres ſuffraganei noſtri una cum aliis praelatis Cantuar. provinciae de communibus negotiis Anglicanae eccleſiae tractaturi convenire debeamus, diſcretioni veſtrae mandamus, in virtute obedientiae firmiter injungentes, quatenus in octavis aſſumptionis beatae Mariae, omni occaſione et dilatione poſtpoſitis, Londoniis perſonaliter interſitis, ad tractandum nobiſcum una cum coepiſcopis noſtris de negotiis ſupradictis. Nihilominus citetis decanum Lichefeldenſis et priorem Coventrenſis cathedralium eccleſiarum, necnon abbates et alios priores, qui non ſubſunt abbatibus, archidiaconos Lichefeldenſis et Coventrenſis dioec. in virtute obedientiae praecipiendo, ut praedicti decanus, et prior dictarum cathedralium eccleſiarum, abbates, et alii priores cum literis procuratoriis nomine congregationum ſuarum confectis, ac dicti archidiaconi cum literis ſimilibus factis ex parte clericorum, qui ſubſunt eiſdem, ſuper ratificatione eorum, quae opitulante Domino ad honorem Dei, et commodum praedictae eccleſiae inter nos communiter tractabuntur, omnibus aliis praetermiſſis, dictis die et loco perſonaliter debeant intereſſe. Dat. apud Otteford, etc. Exemptos vero ad dictos diem et locum ſimiliter convocetis. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatenus praedictum mandatum domini Cantuarienſis archiepiſcopi in archidiaconatu veſtro diligenter et efficaciter exequamini. Dat. die dominica proxima ante feſtum beati Jacobi apoſtoli, anno ſupradicto."

Cauſae expoſitae per dominum Bonifacium, Cantuarienſem archiepiſcopum, de convocatione facta ſuper ſtatu eccleſiae Anglicanae in melius reformandae.

"Cum in ultima convocatione de communi conſenſu et voluntate praelatorum et cleri Londoniis praeſentium, et procuratorum abſentium, oblata eſſet domino regi quaedam certa ſumma pecuniae, ſcilicet lii. M. lib. argenti, ſub certis conditionibus, ut omnes exactiones, quas "Gratias" vocant, a domino papa domino regi conceſſae, et per magiſtrum Ruſtandum publicatae, omnino ceſſent, et talia infuturum ... et eccleſia Anglicana per dominum regem ſuis penitus relevetur, ut praelati abſentes oblationem praedictam duxerint acceptandam; et rex reſpondiſſet ſuper his ſe velle deliberare uſque in reditu nunciorum ſuorum, quos ad Franciam miſerat, qui jam noviter redierunt; deliberandum eſt a clero, an expediat mittere ad dominum regem, ad audiendum reſponſum ſuum, an velit accipere dictam oblationem vel non.

Item, an expediat ut confeſtim mittatur ad curiam ſedis apoſtolicae ſuper compoſitione praelocuta, per oblationem dictae pecuniae confirmanda, vel alia ineunda ad utilitatem eccleſiae Anglicanae; vel talis miſſio nunciorum ſit differenda uſque in adventum reſponſionis domini regis ſuper praemiſſis.

Item

4

Item, qualiter poſſet provideri libertatibus eccleſiae, et perſonis eccleſiaſticis ſuper oppreſſionibus indebitis, quibus per ſeculares judices multipliciter aggravatur, ſicut in articulis talium gravaminum plenius continetur.

Item, cum dominus rex prohibuerit praelatis eccleſiae ſub forisfactura omnium terrarum ſuarum, quas de eo tenent, ne venirent ad hujuſmodi convocationem, auctoritate domini archiepiſcopi factam, an liceat et deceat et expediat tractare in hujuſmodi convocatione de negotiis eccleſiae a praelatis, vel potius, quod abſit, prohibitioni regiae parere, praeſertim cum dominus archiepiſcopus ſe offerat ad proſequendam cauſam eccleſiae in praemiſſis, et in aliis omnibus in propria perſona, ſi neceſſe fuerit, nulliſcunque damnis vel expenſis volens parcere, dum tamen ſuffraganei et clerus provinciae ſuae aſſiſtere velit ſibi concorditer in defenſione jurium praedictorum, in conſiliis et auxiliis impendendis."

Ut remedium aliquod ſalubre excogitaretur ad ſubveniendum calamitatibus, quibus eccleſia per exactiones papae et regis vexabatur, archiepiſcopus Cantuar. concilium hoc ſola ſua auctoritate convocavit; rex autem cunctis praelatis ſub forisfactura omnium bonorum ſuorum prohibuit mandato vel ſummonitioni archiepiſcopi morem gerere. Prohibitionis autem regiae hic fuit tenor:

Rex H. Lincoln. epiſcopo, ſalutem. Cum pro exercitu noſtro, cum quo tendimus ad partes Ceſtriae, contra Wallenſes inimicos noſtros, vos et omnes alios praelatos et magnates regni noſtri fecerimus ſummoneri, ad eundum nobiſcum cum toto ſervitio ſuo, nobis debito, pro defenſione terrae noſtrae contra praedictos Wallenſes; et archiepiſcopus Cantuar. quandam convocationem epiſcoporum fieri fecerit London. in octav. aſſumptionis beatae Mariae, ut audivimus; quae quidem convocatio, aut alii tractatus, vel concilia, nobis exiſtentibus et agentibus in exercitu noſtro, fieri non debent, eo quod ſinguli tam praelati quam alii in propriis perſonis venire debeant ad defenſionem coronae et regni noſtri, et per abſentiam eorundem grave nobis et terrae noſtrae periculum poſſet imminere; inhibuimus diſtricte praefato archiepiſcopo, ne dictam convocationem faciat, ſed convocationem illam, dum fuerimus in exercitu noſtro, penitus revocet, et ſuſpendat; unde ſub debito fidelitatis, qua nobis tenemini, et forisfactura omnium terrarum, et tenementorum, quae in regno noſtro tenetis, vobis diſtricte prohibemus, ne ad convocationem hujuſmodi, dum fuerimus in exercitu noſtro, accedere praeſumatis, ſed ad nos verſus Walliam pro defenſione noſtra et terrae noſtrae contra praedictos Wallenſes, ſine morae diſpendio veniatis, ſervitium veſtrum nobis debitum perſonaliter impenſuri, ne pro defectu veſtri exhaereditationem perpetuam patiamur. Teſte meipſo apud Wodeſ. 19. die Julii.

Aſt epiſcopi et praelati regiam deſpicatui habentes prohibitionem, archiepiſcopique mandato aſſurgentes, in concilio variis de rebus tractabant.

Iſti articuli ſunt conceſſi in concilio archiepiſcopi:

"Quod in eccleſiis non intrudantur clerici per laicos, ſed per ſuos ordinarios inſtituantur, vel deſtituantur.

Item, quod non trahantur in foro ſeculari, ut reſpondeant, quare excommunicaverint.

Item, quare dedicaverint eccleſiam, vel capellam.

Item, quod non reſpondeatur brevi quod dicitur, "Quare non admiſit clericum."

Item, quod illis, qui fugerint ad eccleſiam pro immunitate, non denegentur alimenta, nec poſtquam regnum abjuraverint, extrahantur a via, nec interficiantur; cum hoc ſit tam contra regiam dignitatem, quam contra eccleſiaſticam libertatem.

Item, quod clerici degradati pro crimine, non priventur poſtea bonis mobilibus vel immobilibus temporalibus, ne bis puniantur in idem, cum non ſint damnati in foro ſeculari, nec damnari poſſint, et nullus debeat privari mundanis, niſi prius damnatus fuerit in foro ſeculari.

Item, ſi clerici irretiti de crimine liberentur eccleſiae, quod eorum bonis mobilibus ſeu immobilibus non priventur.

Item, quod dominus rex non impediat teſtamenta epiſcoporum, nec extendat manum ad bladum, quod ſeminaverint, vel ad alia bona epiſcoporum defunctorum.

Item, quod mortuo aliquo laico ſine teſtamento, non capiantur bona ipſius in manus dominorum, ſed inde ſolvantur debita ipſius, et reſidua in uſus filiorum ſuorum, et proximorum indigentium, et pro ſalute animae defuncti in pios uſus per ordinarios convertantur, niſi quatenus fuerit domino ſuo obligatus. Idem de ſervis, ſalvis ſervitiis et conſuetudinibus dominorum ſuorum.

Item, quod damnentur brevia facta ſine conſilio, et quod de caetero non fiant.

Item, quod non capiantur hoſpitia clericorum ſeu praelatorum violenter, quod ſit multoties, fractis oſtiis et verberatis cuſtodibus, contra libertatem. Nec carectae vel equitaturae eccleſiaſticarum perſonarum ad cariandum res ſuas vel commercia capiantur.

Item, quod eccleſiarum praelati habeant pacifice libertates antiquas, quibus uſa eſt eccleſia ante memoriam hominum. Nec cogantur oſtendere quo jure vel warranto utantur eiſdem, nec impediantur uti eis.

Item, quod epiſcopi, qui habent amerciamenta hominum ſuorum ex antiqua conſuetudine, ſeu per chartam regum conceſſa, petunt ipſa amerciamenta eis ipſis allocari in ſcaccario, ita quod de caetero non veniant in ſummonitionem.

Item, cum dominus rex mittit per diverſos comitatus inquiſitores ſuper certis articulis, qui de levi poſſunt inquiri, ſummoneantur omnes villatae et liberi de comitatu, et illi, qui non venerint, amercientur, acſi eſſent juſtitiarii ad omnia placita.

Item gravatur tam clerus quam populus in hoc, quod cum aliquis ſummonitus ſit ad curiam

riam domini regis ad reſpondendum de aliquo placito, per quod debeat attachiari, ſi fecerit defaltam, ponetur per vadium ſalvos plegios et poſtmodum per meliores plegios. Ad primam vel ad ſecundam defaltam amerciatur, attachiatur, priuſquam comparuerit in curia, et hoc contra legem terrae, cum primam ſummonitionem poſſet defendere, et primam et ſecundam defaltam dediſcere et ſalvare in aliis caſibus.

Quantum ad primum articulum, communiter ſentimus in caſu primo procedendum. Cum dominus rex diſtulerit reſponſum ſuum ſuper oblatione ſibi dudum facta, uſque ad reditum nunciorum ſuorum de Francia, qui jam redierunt, videtur honeſtum, quod mittatur ad ipſum ad audiendum reſponſum ſuum.

Ad ſecundum, de neceſſitate oportet quod mittantur confeſtim ad curiam Romanam ſimplices nuncii, ad renitendum impetrationibus contra eccleſiam Anglicanam. Et poſt reſponſum domini regis mittantur nuncii celebres et ſolennes.

Ad tertium articulum, cum eccleſia Anglicana jam triennio elapſo gravibus exactionibus et concuſſionibus ſit oppreſſa, quod per bonorum ſuorum direptionem ac indebitam ſubtractionem eccleſiaſticae perſonae nimium ſint depreſſae, ita quod nec paſtoralis officii ſolicitudo debite valeat adimpleri, ſic ſentimus, eſſe reſiſtendum. Quodſi contingat clericum vel laicum per poteſtatem ſecularem de caetero bona eccleſiarum diripere, diminuere, vel aliter expilare, ſanguinem teſtamenti pollutum ducendo, principes eccleſiae, ſucceſſores videlicet apoſtolorum, hujuſmodi ſacrilegos invaſores publice excommunicent, et faciant per dioeceſes ſuas in ſingulis eccleſiis publice et ſolenniter excommunicari, et excommunicatos denunciari. Inſuper loca et terrae hujuſmodi invaſorum interdicto eccleſiaſtico ſupponantur, in quos ſtatuantur aliae poenae ſacrilegii, antequam abſolutionis beneficium mereantur. Inſuper fautores et cooperatores re et facto, aut conſilio poenis ſimilibus ſubjiciantur: hoc addito, quod ſi clerici fuerint, ab officio eccleſiaſtico et beneficio ipſo facto ſint ſuſpenſi. Et ſi contingat viros eccleſiaſticos reſiſtentes, ob iſtam cauſam capi aut incarcerari, captoribus et detentoribus poenae ſuperiores ſint inflictae. Et loca, ubi hujuſmodi perſonae detinentur, interdicto eccleſiaſtico ſupponantur.

Item, quia credimus, quod praeter certam ſcientiam ſedis apoſtolicae multa gravamina ſunt impetrata in praejudicium et ruinam eccleſiae Anglicanae, dominum papam apoſtolum . . . . . veruntamen poſtpoſita appellatione nos praelati cum clero, nos et bona noſtra protectioni ſedis apoſtolicae ſubmittentes. Nequaquam vero ambigimus nos et vos de diuturno dicti temporis ſilentio graviter deliquiſſe, eo quod credimus efficacius poſſe reſiſtere in praemiſſis.

Item magiſter Ruſtandus in receſſu ſuo voluit et decrevit, quod ab executionibus gravaminum inchoandis omnino maxime ſuperſedeatur, donec nuncii domini regis a curia revertantur Romana.

Quantum vero ad reſiſtentiam aliarum oppreſſionum contra libertatem eccleſiaſticam, ſentimus diſcuſſionem fieri articulorum et gravaminum, et ſeparationem de eiſdem, uſque in his in quibus diſſimulari non poteſt ſine periculo animarum. Licet vero abſque rerum diſcrimine, ut in primo caſu contra hujuſmodi ſacrilegos procedatur in forma praemiſſa, in ſecundo caſu via procedendi provideatur ſecundum ordinationem patrum venerabilium epiſcoporum.

Concilium archiepiſcopi et omninm epiſcoporum ſuper articulis praedictis apud Londonias.

Petit perſona eccleſiaſtica decimas coram judice eccleſiaſtico. Judicanti et petenti porrigitur regia prohibitio, nomine patroni eccleſiae, cujus rector convenitur, ne ſuper advocatione ſeu patronatu eccleſiae judex ille cognoſcat. Si actor proſequatur et judex judicantis officium aſſumat, uterque attachiatur, et attachiati veniunt. Conſilium tale eſt: quod ſi juſtitiarii cauſam decimarum ſub colore querelae advocationis eccleſiarum ad ſe trahere velint, et de non proſequendo ulterius cauſam decimarum in foro eccleſiaſtico, a judice ſive a parte ſecuritatem exigunt, in nullo eis caveatur. Et ſi propter hoc arreſtentur, per loci dioeceſanum requirantur, ſive per epiſcopum proprium. Et ſi libere non tradantur eccleſiae, competenti monitione praemiſſa, excommunicentur judicantes, et detentores. Et ſi quaeratur a judice quota pars vel quanta petatur, non reſpondeatur.

Epiſcopo eccleſia appropriata, vacante epiſcopatu, ſi rex ratione cuſtodiae baroniae per ſuos ballivos ad eccleſias appropriatas, ſeu ad quaecunque alia ſpiritualia manus extendat, per ipſum, ad quem vacante ſede devolvitur juriſdictio, et ſpiritualis cuſtodia, ballivi monitione praemiſſa excommunicentur.

Hoc idem fiat per epiſcopum in vacantibus abbatiis ſeu prioratibus, ſi laici patroni ad eccleſias appropriatas ſeu alia ſpiritualia occupanda ſe convertant. Et ſententias, quas ſucceſſor invenerit, inviolabiliter obſervet.

Ordinarii judices ad querelam laici de laico feodo vel catallis non cognoſcant, ſi tamen hujuſmodi, fide data vel ſacramento adhibito de fidei tranſgreſſione, ſeu ſacramenti violatione, per inquiſitionem ſive per facti evidentiam, ſeu alio modo legitime conſtiterit, mortaliter ſic peccans legitime commonitus ad condignam poenitentiam agendam compellatur.

Clericus ſuper actione perſonali trahitur ad forum ſeculare; non veniet, niſi de conſcientia et conſenſu epiſcopi, et ſuum alleget privilegium, ſed non reſpondeat. Si arreſtetur, per ſuum requiratur epiſcopum; et ſi non tradatur eidem, judicantes et detentores, ſi ſint de juriſdictione epiſcopi, qui eum requirit, monitione praemiſſa, excommunicentur; et ſi non ſint de juriſdictione ſua, ad ejus denunciationem per proprium epiſcopum, poſt canonicam admonitionem, excommunicationis ſententia innodentur.

Vocantur laici ut compareant coram ſuis ordinariis, ad inquirendum ſuper exceſſibus ſubditorum. Si non compareant, eorum contumacia per excommunicationis et interdicti ſententias puniatur. Hoc idem fiat de eorum dominis, ſi per eos impediantur.

Attachiatur praelatus ut compareat in foro regio, oſtenſurus quare tenuit placitum contra prohibitionem regiam. Comparet et negat, per teſtimonium duorum ribaldorum indicitur ei purgatio. Conſilium Dei eſt, et omnium praelatorum, ut nullo modo juret coram judice ſeculari, cum ratione dignitatis et officii major ſit eo. Quid ergo? Arreſtabitur? patienter ſuſtineat. Et ſi princeps vel judex ille aliquam terram habeat in ſua dioeceſi, illam interdicat. Quod ſi ſic non fuerit liberatus, archiepiſcopus et omnes epiſcopi celeriter ac fortiter inſurgentes, gladium ſpiritualem aſſumentes, hujuſmodi detentores unanimiter feriant, et per interdicti et excommunicationis ſententias tam in terris quam in perſonis coerceant.

Clericus in actione perſonali ad mandatum regis foro ſiſtitur ſeculari; requiritur et liberatur, et poſtea amerciatur. Scribitur ordinario ut compellat eum ad ſatisfaciendum de amerciamento. Non compellet eum ordinarius, quoniam clericus jam ſic non eſſet eccleſiae libere traditus. Quodſi diſtringatur epiſcopus ad ipſum compellendum ut ſatisfaciat, per interdicti et excommunicationis ſententias ſe defendat, ut in caſibus ſupradictis.

Hoc idem faciat epiſcopus, quandocunque clericus amerciatur in cauſa, de qua non poteſt ſecularis judicare. Si autem pro illo amerciamento ad opus regis ſervando, ſcribatur eidem, quod ſi cauſa cognita, vel facti evidentia, vel alio modo legitime de ſua injuria coram ordinariis legitime conſtiterit, per ipſum ordinarium, ſive domino regi, ſive alii querelanti injuriam paſſo, ſatisfactionem condignam impendat.

Hoc autem ab omnibus archiepiſcopis et epiſcopis ſumma ſolicitudine obſervandum eſt. Quodſi aliquis epiſcopus ob quamcunque cauſam, ſive ſeipſum ſolummodo contingentem, pro aliqua tranſgreſſione libertatis eccleſiae in ſuo epiſcopatu facta, vel pro perſonali injuria, vel reali, ſuum epiſcopatum eccleſiaſtico interdicto ſupponat, caeteri epiſcopi univerſi injuriam unius propriam reputantes, ac quod injuriatum exiſtit in uno epiſcopatu, in ſuo epiſcopatu latam injuriam exiſtimabunt. Simile etiam interdictum in ſuis epiſcopatibus ſinguli ex condicto faciant. Idem de excommunicatis et interdicti ſententiis obſervetur ſub iſta forma.

De . . . .

Et ſuper iſtis articulis praenotatis fecit Bonifacius, Cantuar. archiepiſcopus, ſuorum ſuffraganeorum ſibi ſubditorum univerſorum, praelatorum pariter et cleri procuratorum, convocationem iſto anno apud Londonias ſemel et ſecundo propter gravamina et oppreſſiones de die in diem per ſummum pontificem et dominum Henricum regem eccleſiae Anglicanae irrogatas."

In hac convocatione, quae ſemel et ſecundo, dicentibus Annalibus Burtonenſibus, coadunata fuit, quinquaginta circiter articuli a clero provinciae Cant. excogitati ſunt, quos cum occaſione eorum, uti a Matth. Pariſii continuatore recitantur, pag. 816. et 1118. hic exhibemus.

"Circa idem tempus praelati Angliae miſerabiliter enervati et meticuloſi conſtantiam Ciſtercienſium minime conſequentes (qui regi pecuniam inaeſtimabilem exigenti in faciem reſtiterunt) conceſſerunt regi quadraginta duo millia marcarum, in enormem eccleſiae et regni laeſionem et jacturam irreſtaurabilem; et conceſſa fuit haec pecunia vel domino regi, vel ipſi, ad mancipandum regnum Apuleiae, Edmundo filio regis. Sed illius regni acquiſitio dietim cepit incrementum deſperationis. Rex autem, qui parum hoc munus acceptavit, promiſit ſe citiſſime eccleſiae oppreſſiones temperando, ad ſtatum debitae libertatis revocare. Unde formati ſunt articuli circiter quinquaginta, quos praelati in ſcripta redegerunt, ut apto tempore coram rege, et magnatibus, et praelatis lecti, effectum debitum ſortirentur. Qui articuli vel capitula ſimilia fuerunt illis, pro quibus beatus Thomas, archiepiſcopus Cantuarienſis martyr dimicavit, victor effectus glorioſus.

Articuli pro quibus epiſcopi Angliae fuerant pugnaturi.

I. Inprimis, quod vacantibus eccleſiis cathedralibus ſeu conventualibus, conventus talliantur, terrae relinquuntur incultae, vaſtantur nemora, parci, et vivaria, corruunt aedificia, diripiuntur bona, depauperantur villani, et male tractantur; ita quod mendicare coguntur praelati ſuccedentes per tempora diuturna; quod eſt contra domini regis chartam, et etiam eccleſiaſticam libertatem. Et in tantum jam crevit malitia, quod eſchaetores non ad bona abbatum et priorum uſui decedentium deputata, manus extendunt, verum etiam ad blada inſtaurata, et alia, quibus conventus ſuſtentari debet; ita quod occaſione talis cuſtodiae quandoque religioſi debitis gravibus onerati, et alias multipliciter depauperati, reſurgere non poſſunt, nec ad ſtatum debitum pervenire temporibus diuturnis.

II. Item, cum eccleſiae cathedrali ſeu monaſterio eccleſiaſticum beneficium ſit annexum, ſi curam habeant animarum, illud occupant cuſtodes gardarum, decimas, et obventiones, et alios proventus inde percipientes, contra Deum et omnia jura, cum talia beneficia non pertineant ad baroniam, et ratione laicalium bonorum tantum ad dominum regem cuſtodem devolvuntur.

III. Item, cum electiones in eccleſiis cathedralibus ſeu conventualibus debeant eſſe liberae, tot et tales preces regales interveniunt, quibus electores perterriti, ſaepius divinae humanam praeferunt voluntatem. Eodem modo fit de eccleſiis vel praebendis, ad opus regalium clericorum, cum eas vacare contingit.

IV. Item, celebratis electionibus et praeſentatis domino regi electis, interdum differt adhibere conſenſum electo, vel electioni abſque cauſa rationabili ſe opponens, ut ſic electi per timorem cedere, vel electores precibus regis et voluntati acquieſcere compellantur, ex quibus multa pericula tam ſpiritualia quam temporalia contingunt eccleſiis.

V. Item, cum aliquando in caſu a jure non conceſſo, ad praelatum ſuperiorem devolvitur poteſtas ordinandi de eccleſia cathedrali vel collegiata

legiata vacante, dominus rex privilegium Chriſti conceſſum de licentia eligendi ab electoribus ante electionem celebrandam ab eo petenda, ad hujuſmodi ordinationem nititur extendere, in ſuae ſalutis diſpendium, et ſcandalum plurimorum, et etiam contra patris ſui chartam, ſuper electionibus conceſſam.

VI. Item in eccleſiis parochialibus et praebendalibus curam animarum habentibus, intrudit clericos per laicam poteſtatem, ordinariis penitus irrequiſitis, et ſaepius inſtitutos ab ordinariis deſtituit et ejicit. Deſtitutos etiam ab eiſdem, licet degradatos, reſtituit, tam in monaſteriis quam parochialibus eccleſiis, et ſic reſtitutos armata manu defendit.

VII. Item praelatos trahit ad forum ſuum, ut ibi reſpondeant, quare ſubditos ſuos excommunicaverint, vel denunciaverint excommunicatos; ſicut quare non admiſerit clericum idoneum praeſentatum ad aliquam eccleſiam etiam parochialem.

VIII. Item, ſi quis laicus vel etiam clericus ſibi vel ſuis juſtitiariis de clerico conqueratur ſuper aliqua violentia, vel alia injuria, de debitis etiam vel aliis perſonalibus actionibus, ſi clericus laicum feodum habeat, per illud diſtringitur ad comparendum in foro ſuo ſuper talibus reſponſurus. Quodſi tale feodum non habeat, diſtringitur epiſcopus per baroniam ſuam, quod clericum ipſum ad hoc faciendum illuc venire faciat. Idem etiam facit de religioſis interdum.

IX. Item, cum praelati eccleſiaſtici inquirere volunt de peccatis ſubditorum, prohibentur laici, ne de veritate dicenda, aut de credulitate aliquod juramentum exponant, aut praelatis ſuper hujuſmodi obediant; propter quod multorum exceſſus, et peccata mortalia, incorrecta et impunita relinquuntur, et ſic praeſtatur audacia delinquendi, et peccati facultas.

X. Item, cum quis excommunicatus pro offenſa vel contumacia poſt xl. dies ad mandatum eccleſiae, ſecundum conſuetudinem, per breve domini regis capitur; et poſtea ſine aſſenſu ſui praelati, ad cujus inſtantiam capitur, et abſque aliqua ſatisfactione, contra jus et conſuetudinem regni ac eccleſiae libertatem, per breve domini regis liberatur.

XI. Item vicecomites tales excommunicatos ad mandatum domini regis non capiunt, et ſi capiant, liberant ſine mandato regio, et ſatisfactione.

XII. Item dominus rex, juſtitiarii, et ballivi ſui paſſim et indifferenter excommunicatis communicant tam in divinis, quam in judiciis. Et etiam dominus rex excommunicatos et claves eccleſiae contemnentes, ad mandatum ſuum captos, facit liberari, ad cauſam, ſi quam habent, in curia laicali perſonaliter proſequendam; nec admittitur exceptio excommunicationis contra eos etiam probata, per literas ordinariorum.

XIII. Item dominus rex mandat literis ſuis, quod non vitentur excommunicati, licet per ordinarios publice denuncientur excommunicati.

XIV. Item, cum clericus ſuper aliquo crimine, furto vel homicidio, vel aliqua alia felonia per laicorum diffamationem aut latronum appellationem irretitus exiſtat, pro quo detentus ſit in carcere laicali; cum ab eccleſia et ſuo praelato requiritur, ipſum liberum habere non poteſt. Nec reddunt captos clericos libere judicandos, ſed ut eos habeant coram juſtitiariis domini regis proximo in comitatu itinerantibus, per intervallum aliquando ſex vel quinque annorum, licet ab eis judicari non poſſit.

XV. Item clerici ſic capti plerumque in habitu clericali, inventi, antequam ab ordinariis eccleſiaſticis repetantur, ſeu repeti poſſint, ſuſpenduntur; et quandoque capita eorum raduntur, ut clerici non appareant, et ſicut laici judicantur. Quandoque cum repetuntur, differtur eorum liberatio ad tempus, et interim ſuſpenduntur de nocte, vel hora prandii, ne ad notitiam ordinariorum valeat pervenire.

XVI. Item juſtitiarii et vicecomites per patriam itinerantes, et inquirentes de criminoſis patriae, ſi laici clericos de crimine homicidii, rapinae, vel latrocinii, vel aliquo alio defamant (licet non fugitivum, non crimine repertum) ſtatim clericos incarcerant et detinent, et ſi non inveniantur in comitatu, per quatuor comitatus vocati non veniant, forbaniant eoſdem ſicut laicos, nec prodeſt eis ordo clericalis.

XVII. Item, quod ſi idem clericus irretitus ſuper objectis ſibi criminibus coram judice ſuo eccleſiaſtico canonice ſe purgaverit, nihilominus laica poteſtas ad bona ſua mobilia et immobilia manum extendit.

XVIII. Item, ſi clericus criminoſus pro objecto et probato contra ipſum facinore degradatus exiſtat, laica poteſtas bona ſua mobilia et immobilia occupat et invadit; et ſic contingit clericum pro eodem delicto bis in idipſum puniri.

XIX. Item, cum contingit clericum pro delicto foreſtae defamari, per inquiſitionem viridariorum et foreſtariorum ſuper captione venationis, vocatur coram juſtitiariis, et licet ab ordinariis repetatur, niſi prius carceri laicali mancipetur, ſuo ordinario nullatenus liberatur, et poſt liberationem factam epiſcopo, per inquiſitionem factam per laicos poena pecuniaria condemnatur.

XX. Item ſimiliter condemnantur abſentes et ignorantes, ad ſimplicem vocem viridariorum et foreſtariorum, cum ad inquiſitionem per laicos factam non debeant condemnari clerici, vel aliqualiter judicari; et tam iſti quam illi compelluntur ſolvere amerciamenta per poſſeſſiones laicales, ſi quas habent. Sin autem, diſtringuntur epiſcopi per baronias ſuas, ut dictos clericos compellant de ſuis beneficiis ſolvere condemnationem.

XXI. Item per eandem diſtrictionem attachiantur et coguntur clerici in actionibus perſonalibus, et in his, quae ex contractibus oriuntur in foro ſeculari; et etiam delictis reſpondere querelantibus.

XXII. Item, cum aliquis ad immunitatem eccleſiae fugitivus exiſtat, per laicos cuſtodes coemeterium vel ſcalarium eccleſiae circumdatur, et vallatur, quod vix poteſt fugitivus in alimentis ab eccleſia ſuſtentari. Aliquando fugitivus eripitur violenter; aliquando poſtquam ſecundum regni conſuetudinem terram abjuraverit, ut infra

xl. dies

xl. dies exulet ſe, a publica ſtrata poſitis inſidiis extrahitur, ſuſpenditur, et damnabiliter quandoque interficitur.

XXIII. Item, cum a regia dignitate et libera voluntate conceſſa ſit epiſcopis libera teſtamenti factio, licet hoc a jure habeant et conſuetudine, et ſacrilegium ſit, quod ſemel eſt eccleſiae conceſſum, illud infringere vel turbare, ultimaque voluntate nihil debeat eſſe liberius; dominus tamen rex non permittit executores teſtamentorum eorundem epiſcoporum de bonis ipſorum adminiſtrare, quouſque cauſa cognita ipſius facinoris, gratiam mereantur ſuper his obtinere.

XXIV. Item, cum quis tenens laicum feodum de domino rege decedat, ballivi regis omnia bona defuncti ſaiſiunt; nec permittunt ejus executores de eis diſponere, donec inquiſitum fuerit a ſcaccario, utrum aliquid debeat regi. Et hoc juri diſſonum eſt, et chartae contrarium; qua cavetur, quod licet ballivis ſic facere, cum literas domini regis de ſummonitione talis debiti patentes oſtendunt, et ſic poſſunt attachiare catalla aliqua ad honorem ipſius debiti, per viſum legalium hominum, donec illud debitum perſolvatur in aliis catallis, libera adminiſtratione executoribus omnino dimiſſa.

XXV. Item, mortuo laico inteſtato, dominus rex et caeteri domini feodorum, bona defuncti ſibi applicantes, non permittunt de ipſis debita ſolvi, nec reſiduum in uſus liberorum et proximorum ſuorum, et alios pios uſus per loci ordinarium, quorum intereſt, aliqua converti.

XXVI. Item eccleſiaſtico judici cognoſcenti ſuper decimis vel capellis, porrigitur regia prohibitio judici, videlicet ne procedat: actori ſimiliter, ne proſequatur. Ea tamen ratione, quod ſi eviſcerentur decimae vel capella, diminueretur jus patronatus illius, qui eſt patronus eccleſiae, qui eſt in poſſeſſione capellae petitae, vel decimarum, et fieret regi praejudicium, ad quem ſpectat juris patronatus cognitio; et ſic impedit, ne cognoſcat judex eccleſiaſticus de decimis, licet rex et juſtitiarii ſui de his cognoſcere non poſſint; per quod juſtitia perit.

XXVII. Similiter fit idem, ſi cognoſcat judex eccleſiaſticus de aliis ad forum eccleſiaſticum ſpectantibus. Verbi gratia; ſi inter laicos in contractibus interveniat fidei datio, vel infringat juſjurandum quis juramentum vel fidem, et judex velit cognoſcere de tali peccato mortali (ſaltem ad poenitentiam injungendam) porrigitur regia prohibitio; et ſalus animarum impeditur in damnationem plurimorum, ea occaſione, quod ratione catallorum praeſtitum fuerat jusjurandum.

XXVIII. Item, ſi eccleſia petat ceragium, vel herietum, vel alia, quae ad eccleſiam vel ad uſus eccleſiarum deputata; ut petatur pecunia ad eccleſiam cooperiendam, vel coemeterium claudendum, et parochiani ad hujuſmodi praeſtanda extiterint rebelles; ſi conveniantur coram loci ordinariis, ſtatim porrigitur regia prohibitio, et ſic impeditur cultus eccleſiae, et honor eidem diutius impenſus. Idem fit, ſi convicti de adulterio, vel alio crimine, puniantur pecunialiter, vel aliis in cauſis mere ſpiritualibus fuerint in expenſis condemnati: et ſic vilipenditur eccleſiaſtica cenſura damnabiliter, et quaſi a nemine timetur.

XXIX. Item, ſi quis commiſerit ſacrilegium, res eccleſiaſticas invadendo, vel eccleſias libertatibus ſuis ſpoliando, vel perturbando, vel etiam violaverit libertates in chartis libertatum contentas, et propter hoc inciderit in ſententiam excommunicationis, vel ſit excommunicandus, et judex eccleſiaſticus ſecundum formam juris velit contra tales tranſgreſſores procedere, impeditur propter prohibitionem regiam, ne procedat; ea aſſignata ratione, quod delicta laicorum, et ſpecialiter ballivorum regis, ad ipſum pertinent corrigenda. Idem fit in omnibus caſibus, in quibus ratione ejuſdem delicti diverſae debentur emendae; quarum una in foro eccleſiae, et alia in foro regio debet injungi.

XXX. Item in quibus omnibus caſibus et ſimilibus, ſi judex eccleſiaſticus contra prohibitionem regiam procedat, attachiatur comparens coram juſtitiariis, compellitur judex exhibere acta ſua, ut per ea decernant, utrum negotium pertineat ad forum eccleſiaſticum, vel ſeculare. Et ſi videatur eis, quod pertineat ad forum regium, querelatur judex, qui, ſi confiteatur ſe poſt prohibitionem proceſſiſſe, amerciatur; ſi neget, indicitur ei purgatio per judicem ſecularem ad teſtimonium duorum viliſſimorum ribaldorum. Et ſi purgare ſe noluerit, incarceratur, donec juſtitiariis ſacramentum praeſtiterit corporale, quod non proceſſerit contra prohibitionem; et ſi facere noluerit, in carcere retinetur ſimiliter actor, ſi ſequatur.

XXXI. Item, ſi contingat praelatos vel clericos attachiari, quia dicuntur in cauſis etiam ſpiritualibus contra regiam prohibitionem proceſſiſſe, licet judicio laicorum conquerens de mandato convincatur; in nullo tamen providetur judicibus, vel partibus attachiatis, pro laboribus et expenſis, nec in aliquo punitur protervitas vel malitia conquerentis; ſed vice verſa, ſi judices vel clerici ibidem fuerint convicti, ſecundum eorum opinionem ſine aliquo remedio carceri mancipantur; et ad beneplacitum regis et juſtitiariorum, quoad uſque amerciati fuerint, detinentur. Unde fit, quod tam ordinarii quam delegati, ut vitent tales vexationes et expenſas hujuſmodi, deferunt prohibitionem; et ſic perit juſtitia, et remanent peccata impunita; cum praelati eccleſiaſtici juriſdictionem ſuam exercere non audeant, nec rex velit contra ballivos ſuos in talibus caſibus procedere; nec de jure poſſit tum ratione rerum noſtrarum ſpiritualium, ut ſunt decimae et capellae, tum ratione perſonarum, ut ſunt clerici et religioſi, tum ratione delictorum, ut ſunt ſacrilegia, et excommunicationes, et interdicta.

XXXII. Item, cum Judaeus in eccleſiaſticam perſonam delinquat, vel ſuper rebus eccleſiaſticis, aut ſuper ſacrilegio, aut etiam violenta manuum injectione in clericum, vel ſuper adulterio cum Chriſtiana conveniatur coram judice eccleſiaſtico; per regiam prohibitionem cauſae cognitio impeditur, quia allegavit, quod judicem habent proprium, vicecomitem locorum, et juſtitiarios proprios deputatos, qui ſuper talibus cognoſcere non poſſunt, nec debent. Et tamen, ſi a clerico et laico ſuper hujuſmodi conveniantur coram eis, perſona ſolam negationem et alterius

alterius Judaei et unius Chriſtiani ſimplicem aſſertionem abſque omnis juramenti praeſtatione ſe purgant, probatione actoris penitus recuſata.

XXXIII. Item, ſi per eccleſiam denegetur eis communio, pro eo, quod tabulam ſeu ſignum non deferunt, vel quia nutrices chriſtianas contra praecepta eccleſiae retinent, vel propter aliquos alios exceſſus extiterint excommunicati; ballivi regis communicantes cum eis, ex parte ipſius domini regis praecipiunt, ne aliquibus evitentur, et faciunt eos ad communionem admitti et recipi.

XXXIV. Item, licet aliqua poſſeſſio vel libertas data ſit a regibus, et principibus, vel aliis fidelibus, qui eas libertates poterant donare eccleſiis in liberam, et puram, et perpetuam eleemoſynam, nullo retento ſervitio, vel onere impoſito; tamen ſi ſuper eis quaeſtio moveatur inter eccleſiaſticas perſonas, vel laicas et eccleſiaſticas, compelluntur poſſeſſores earum in foro litigare ſeculari. Idem fit, ſi libertas eccleſiae data per laicos revocetur in dubium, cum ſecundum jura, hujuſmodi cognitio ad forum eccleſiaſticum pertineat.

XXXV. Item ratione hujuſmodi poſſeſſionum, rex et alii magnates nituntur compellere epiſcopos, praelatos, et religioſos, et rectores eccleſiarum facere ſectam ad curiam laicalem.

XXXVI. Item eiſdem poſſeſſionibus, vel earum poſſeſſoribus ratione earum, telonium et alia onera graviora imponunt laici contra eccleſiaſticam libertatem.

XXXVII. Item ad ſectam et alia onera facienda, et ad comparendum in foro vetito compelluntur per captionem animalium ſuorum, et rerum aliarum Deo dedicatarum, quae ſancta ſanctorum dicuntur, contra Deum et eccleſiae libertatem.

XXXVIII. Item, ſi aliquis laicus conſueverit facere ſectam in curia domini ſui, ratione poſſeſſionis, quam tenet ab eo, et partem poſſeſſionis dederit eccleſiae vel religioſis in liberam, et puram, et perpetuam eleemoſynam, et partem ſibi retinuerit in domino, vel ſervitio eam alii dando, capitales domini faciunt diſtrictiones ſuas in poſſeſſionibus datis in eleemoſynam pro ſecta curiae, vel aliis ſervitiis ſibi debitis, omiſſa poſſeſſione, quam dator retinuerit, vel alii dederit in feudum ſibi ſervitium debitum faciendo, vel domino capitali. Et haec videntur in fraudem fieri et contra eccleſiae libertatem.

XXXIX. Item, ſi epiſcopi et alii praelati ad forum extraordinarium evocantur, non poſſunt attornatos per literas ſeu procuratores in cauſis civilibus conſtituere; ſed neceſſe habent, licet cum gravi diſpendio, perſonaliter comparere.

XL. Item, ſi de poſſeſſionibus datis eccleſiis vel monaſteriis in puram et liberam eleemoſynam, vel etiam in feudum, monaſterium vel eccleſia ſpolietur, committitur ſacrilegium; et ſi ſuper hoc ſpoliatus judici eccleſiaſtico conqueratur, vel judex officio ſuo contra ſpoliatores et ſacrilegos velit procedere, vel ſuper aliis injuriis proximo annotatis, per prohibitionem regiam impeditur ſpoliatis vel oppreſſis juſtitiam exhibere.

XLI. Item, ſi rex conceſſerit alicui civitati vel burgo, quod poſſit accipere muragium, vel aliquibus novum concedat telonium, non ſolum a laicis ſed etiam a viris eccleſiaſticis, et eorum hominibus talia extorquent et exigunt contra jura.

XLII. Item domicilia et hoſpitia clericorum per dominum regem et laicam poteſtatem capiuntur, et licet in ſanctuario exiſtant, coguntur clerici inhabitantes, vel ipſis abſentibus, ſui ſervientes laicos recipere; et frequenter expulſis clericis de propriis domibus, eas occupant, res ſuas ibidem inventas diſſipant, et conſumunt, nequiter contradicentes verberando.

XLIII. Item capiuntur carectae clericorum, et religioſorum, et capiuntur in ſoro publico; et aliquando in ſanctuario nequiter, aliquando in mercatis, et violenter abducuntur ad tranſvehendum victualia, et caeteras res et commercia domini regis, juſtitiariorum, et ballivorum ſuorum; ſimiliter res, quas clerici habent venales, compelluntur ſibi vendere, et ad pretium domini regis inviti tradere; pretio aut raro aut nunquam ſoluto.

XLIV. Item in cancellaria domini regis nova brevia juri eccleſiaſtico, legi terrae, et conſuetudini contraria paſſim fiunt ſine concilio regni, principum et praelatorum aſſenſu; quod fieri non debet.

XLV. Item, cum dominus rex pro aliqua expeditione vel ex quacunque cauſa regnum exierit, vel intraverit, vel ad diverſas partes in ipſo regno ſe tranſtulerit, compellit religioſos per vicecomites ſuos, et per captionem averiorum ſuorum, ut obviam ſibi veniant, et munera ei deferant. Idem in ſingulis comitatibus faciens.

XLVI. Item amerciamenta, quae epiſcopi et religioſi terrae per chartas regias debent habere, juſtitiarii et ballivi regii convertunt in finem, ut ſic eos ſuis defraudent amerciamentis.

XLVII. Item, cum non conſueverint praelati, vel viri eccleſiaſtici amerciari pro communibus ſummonitionibus in adventu juſtitiariorum, modernis temporibus amerciantur paſſim indifferenter, et graviter, ſi non compareant prima die tam coram juſtitiariis itinerantibus, quam coram juſtitiariis de foreſta.

XLVIII. Item accidit interdum, quod eccleſia gaviſa eſt aliquarum rerum poſſeſſione ſeu libertatum ab antiquis temporibus; et licet rex eccleſiis et viris eccleſiaſticis in principio Magnae Chartae ſuae de libertatibus datis Anglicis, dederit et confirmaverit eccleſiis et eccleſiaſticis perſonis omnes libertates, quibus antea uſi fuerant; paſſim tamen compellit praelatos reſpondere, quare vel quo warranto talibus utantur libertatibus. Et ſi praelatus compulſus comparens chartam donatoris exhibeat, licet contineatur in ea, quod donator tales ac tales dederit libertates, et omnes alias, quas in rebus datis habuerat, vel habere potuerat, vel alias in inſtrumento donationis quantumcunque generali clauſula contineatur; et dicat, quod in illa generali clauſula libertas, de qua agitur, includitur, nil proderit ei, niſi in charta de eadem libertate expreſſa fiat mentio. Et ſic ſecundum opinionem regalium verbum illud omnino pro nihilo ſupponit, quod ſecundum jura et omnem rationem nihil excep-

ptum reliquit, praeſertim in donationibus piis locis factis.

XLIX. Item, licet in charta de libertate, de qua agitur, expreſſa fiat mentio, dicunt regales, quod charta ſine poſſeſſione vel uſu non valet, et, quod eccleſia non ſit uſa tali libertate, paratus eſt rex ſe opponere in recognitione patriae, licet certum ſit eccleſiam ea libertate uſam fuiſſe. Et ſic, quod certum eſt, revocant in dubium, et jus et poſſeſſionem eccleſiae ponere nititur in ore, ſeu judicio laicorum, et eccleſiae perſecutorum. Si vero non fiat expreſſa mentio in charta, de qua contenditur libertate, ſed nota ſit poſſeſſio vel uſus, et dicat praelatus, quod licet non nominatim ſed per generalia verba data ſit libertas illa eccleſiae, vel, quod aliquando habuit eccleſia chartam, expreſſam facientem de hujuſmodi libertate mentionem, quod perditum eſt, vel vetuſtate conſumptum, vel alleget donationem ſine ſcriptis factam morte regum antiquorum; et per hoc habuerit eccleſia juſtum titulum, bonam fidem, et poſſeſſionem longiſſimam, et ſic firmo jure tueatur; dicunt regales, quod non ſufficit, quia talis poſſeſſio eſt uſurpatio, vel occupatio illicita, cum ſit regi contraria. Et quidem mirabile eſt dictu, quod longiſſima poſſeſſio talis non poſſit prodeſſe eccleſiis contra regem; cum e contrario in hiis, quae a rege nullatenus poſſideri poſſunt, ratione conſuetudinis ſive uſus, jus ſibi vendicet contra eccleſias: ſicut in omnibus oppreſſionibus ſupradictis, et aliis conſimilibus, in quibus loco tituli ſuccedit ſacrilegium, vel injuria manifeſta; loco bonae fidei oppreſſio; loco conſuetudinis actus unus vel diutina corruptela, ſi ſaepius fuerit attentatum.

L. Item, cum dominus rex juraverit in coronatione ſua conſervare jura et libertates eccleſiis datas, et eas confirmaverit in principio Magnae Chartae; inceſſanter tamen a miniſtris ſuis impugnantur, turbantur, et mutilantur; non ſolum generales, ſed etiam ſpeciales, datas ſcilicet a praedeceſſoribus ſuis, et ab ipſo confirmatas, et etiam de novo datas, et donationes, quas ipſe dedit, et alias, quas ipſe defendere et warrantizare deberet, impugnat, et ſuſtinet impugnari, et impugnatores defendit; ſicut patet in facto Bothon, et aliis caſibus, quos ad praeſens tacemus; ſperantes, quod ad ſingulorum querelas, ſingulares injurias faciet emendari.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 3.	BONIFAC. 14.	1257.	HENRIC. III. 42.

Bulla Alexandri IV. *de electione Abraam, archiepiſcopi Armachanenſis.* Ex Rymer Foeder. vol. I. pag. 648.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Henrico, regi Angliae illuſtri, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Suae dona gratiae circa te virtutum Dominus ita munifice diſpenſavit, ut id potiſſime tuo ſit cordi delectabile, quod ſuae poſſit majeſtatis oculis et etiam humano conſpectui complacere. Nos ſiquidem ex hoc exultantes in Domino, et illum cordis conſequentes affectum, ut te in charitatis viſceribus, quaſi praecipuum habeamus, ſecuram concipimus de tua perſona fiduciam, ut acceptum et gratum tibi reputes, quod ex providentia ſedis apoſtolicae ſalubriter noſcitur proceſſiſſe. Sane praeſentata nobis electione, quae de venerabili fratre noſtro Abraam archiepiſcopo, tunc archipreſbytero Armachano, capellano dilecti filii noſtri A. titulo ſanctae Sabinae preſbyteri card. in Armachan. eccleſia, olim paſtore carente, a capitulo ipſius celebrata extitit, et ea caſſata, pro eo quod in ipſa formam generalis concilii non invenimus obſervatam, dictum A. cui clara morum, et vitae, ac ſcientiae merita ſuffragantur, fratrum noſtrorum communicato conſilio eidem eccleſiae in paſtorem praefecimus, de noſtrae plenitudine poteſtatis. Firma concepta fiducia, quod cum idem A. ſit in ſpiritualibus providus, et temporalibus circumſpectus, per ejus miniſterium ipſi eccleſiae proſperitatis et honoris, Deo propitio, deſideratum proveniat incrementum, maxime ſi dictus archiepiſcopus ad hoc tui favoris auxilio roboretur. Quem in hac parte meruit invenire promptiſſimum, et opportunis experiri temporibus fructuoſum, pro eo, quod ipſe purus et fervens amator tui nominis diligentiam vigilantem in his habuit, quae tibi ad honorem et commodum redundarent. Digne itaque ſerenitatem tuam affectuoſe rogandam duximus et monendam, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus te ſibi pro divina et noſtra reverentia reddens affectu benevolum, et opere gratioſum, ei bona ejuſdem eccleſiae, quae, ipſius ſede vacante, ad manus tuas dignoſceris tenuiſſe, ſine dilationis ſeu difficultatis obſtaculo reſtituas, et reſtitui facias, ac ejuſdem eccleſiae jura, quantum in te fuerit, benigno favore protegas et defendas. Ita quod tibi propter hoc a clementia Regis aeterni proveniat vitae felicis ac longae ſpatium, et tandem perceptio perennium gaudiorum. Dat. Viterbii 15. cal. Januarii, pontificatus noſtri anno tertio.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 4.	BONIFAC. 15.	1257.	HENRIC. III. 42.

Bulla Alexandri IV. *papae confirmans privilegia eccleſiaſtica archiepiſcoporum et epiſcoporum Angliae.* Ex reg. Giffard Wigorn.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis et epiſcopis per regnum Angliae conſtitutis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Venerabilis

bilis frater noſter Roffenſis epiſcopus veſtro et ſuo nomine in noſtra proponit praeſentia conſtituti, quod vos cupientes, prout ad veſtrum ſpectat officium, libertatem eccleſiaſticam in regno Angliae illibatam ab omnibus conſervari, in omnes illos, qui malitioſe et ſcienter eccleſias dicti regni ſuo jure privarent, vel ſpoliarent, et libertates eccleſiaſticas, et antiquas ipſius regni conſuetudines, et praecipue illas libertates et liberas conſuetudines, quae continentur in chartis communium libertatum, et de foreſta a chariſſimo in Chriſto filio noſtro rege Anglorum illuſtri vobis et aliis ipſius regni praelatis conceſſas, violarent, infringerent, ſeu mutarent, et qui contra illas ſtatuta ederent, vel edita obſervarent, conſuetudines introducerent, vel ſervarent introductas; necnon et in ſcriptores, executores, et conſiliarios ſtatutorum ipſorum de beneplacito et voluntate regis ejuſdem excommunicationis ſententiam pertuliſtis, et felicis recordationis Innocentius, P. P. praedeceſſor noſter, quod a vobis in hac parte factum extitit, ratum habens et gratum, id de fratrum ſuorum conſilio, auctoritate apoſtolica confirmavit: ſed quia nonnulli clerici, et laici diverſarum civitatum et dioeceſium regni praefati in hanc ſententiam, ſuis culpis exigentibus, incidentes, in illis civitatibus et dioeceſibus, in quibus culpas hujuſmodi contrahunt, non morantur interdum, ſed ad alias civitates et dioeceſes ſe transferunt, quamvis in ipſis beneficia eccleſiaſtica et domicilia certa non habeant, et quandoque in illis, in quibus beneficia et domicilia hujuſmodi obtineri noſcuntur, ſic ligati communicare aliis non verentur, procurantes ſibi licere illicita, dum non eis communio fidelium denegatur, et impune propter haec diverſa loca commutant, non ſine animarum periculo, et eccleſiarum praejudicio, quas offendunt, propterea quod pro eccleſiis et perſonis eccleſiaſticis varias et multiplices paſſis per eos injurias et jacturas contra tales plerumque non poterit opportunum remedium adhiberi; vos ad Dei et eccleſiae honorem, et animarum ſalutem reſpectum habentes, communiter providiſtis, et deliberatione provida ordinaſtis, ut mutuum exhibeatis vobis conſilium et auxilium ſine trepidatione qualibet, et ad mutuas requiſitiones adinvicem teneamini, ac non ſolum ipſam ſententiam per veſtras dioeceſes publicetis, ſed ut delinquentes hujuſmodi ſecundum regni conſuetudinem, ſi fortaſſis per quadraginta dies ſcienter in hujuſmodi excommunicatione perſtiterint, per potentiam regiam capiantur, et tamdiu detineantur, quouſque ſuper injuriis, moleſtiis, et gravaminibus, ſive damnis commiſſis ab eis in eccleſias ſeu earum etiam libertates, ſatisfactionem exhibeant congruentem, interponatis efficaciter partes veſtras, et ſuper captione talium eidem regi veſtras patentes literas deſtinetis; hoc favore alicujus vel odio minime omittendo. Porro ſi qui alii, diabolo inſtigante, in veſtras vel quorumlibet ſubditorum veſtrorum perſonas aliquid forte commiſerint, propter quod vel ipſi in canonem latae ſententiae incidant, vel ligari vinculo excommunicationis mereantur, vel aliquod aliud faciant ita grave delictum, propter quod aliquis veſtrum civitatem aut dioeceſim ſuam eccleſiaſtico interdicto ſupponat; et generaliter ſi aliquis veſtrum in ſe, vel in ſubditis ſuis regularibus et ſecularibus, ſeu etiam ſua vel eccleſiae libertate, aut alio quovis modo realem vel perſonalem injuriam patiatur, vel offenſam, propter quam injuriatores hujuſmodi in excommunicationem incidant ipſo facto, ſeu forte ſuſpendi, vel excommunicari, aut terra interdici ipſorum ratione praevia mereantur; vos omnes et ſinguli veſtrum veſtras et eccleſiarum veſtrarum injurias, moleſtias, et offenſas hujuſmodi, quaſi proprias reputantes, pro vobis omnibus et ſingulis facere teneamini, quae quilibet veſtrum in cauſa propria, et eccleſiae ſuae, ſecundum Dominum facere teneatur. Hoc adjecto moderamine, quod ubi qualitas facti, vel dignitas perſonarum fortaſſe deliberationem conſilii plenioris requirat, ut majora pericula evitentur, et gravius ſubinde ſcandalum exoriri non poſſit, quilibet veſtrum teneatur in hoc caſu omnium aliorum coepiſcoporum, vel partis majoris ipſorum ſuper hos opportunum conſilium et auxilium invocare. Item, quod vos ad eorum vocationem convenire, ſi res exegerit, et impendere vobis viciſſim teneamini medelam conſilii et auxilii ſalutaris. Nos igitur veſtris devotis precibus benignum impertientes aſſenſum, proviſionem et ordinationem hujuſmodi, ſicut pro ſalute animarum, et eccleſiarum utilitate provida facta ſunt, ratas habentes et gratas, illas auctoritate apoſtolica duximus confirmandas. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus et hortamur attente, per apoſtolica vobis ſcripta diſtricte praecipiendo mandantes, quatenus proviſionem et ordinationem hujuſmodi, ſublato cujuſlibet difficultatis obſtaculo, firmiter obſervetis. Dat. Viterb. 2. non. Martii, pontificatus noſtri anno quarto.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	Reg. Angliae
Alexand. IV. 4.	Bonifac. 15	1257.	Henric. III. 42

Statuta ſynodalia Walteri et Simonis, Norwicenſium epiſcoporum. Ex MS. Digby in Bodl. Oxon. xcix.

Debentes de vobis bonam rationem reddere, quae ratio ſecundum Auguſtinum eſt dicere, non ſub ſilentio tranſire poſſumus, quin vobis dicamus, quod vos ſcire et obſervare credimus. Quia igitur ſine decalogi obſervatione ſalus animarum non conſiſtit, exhortamur in Domino firmiter injungentes, ut unuſquiſque paſtor animarum, et quilibet ſacerdos parochialis ſciat decalogum, id eſt, decem praecepta legis Moſaicae, eademque populo ſibi ſubjecto frequenter praedicet, et exponat. Sciat etiam ſeptem criminalia quae ſint, eademque populo praedicet

praedicet fugienda. Sciat etiam ſimiliter ſeptem ſacramenta eccleſiaſtica, et hii, qui ſunt ſacerdotes, maxime ſciant, quae exiguntur ad verae confeſſionis et poenitentiae ſacramentum, formamque baptizandi doceant frequenter laicos in idiomate communi. Habeant quoque eorum ſimplicem intellectum fidei, ſicuti continetur in ſymbolo, tam majori quam minori, et in tractatu, qui dicitur "Quicunque vult," qui quotidie ad Primam pſallitur.

Euchariſtia autem, quae eſt ſacramentum dominici corporis, in loco mundo et ſignato ſemper honorifice collocata, devote ſub ſera, ac fideliter conſervetur.

Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem ſuam, ut cum in celebratione miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris, ſe reverenter inclinet. Idemque faciat, cum eam preſbyter ad infirmum quendam in decenti habitu, ſuppoſito mundo velamine, ferat et referat manifeſte ac honorifice ante pectus cum reverentia et timore, ſemper lumine praecedente, cum ſit candor lucis aeternae, ut ex hoc fides apud omnes et devotio augeatur, quemadmodum generali concilio ſcribitur. Tintinnabulum quoque ſemper cum lumine venerandam corporis Chriſti hoſtiam praecedat, ut ejus ſonitu excitetur fidelium devotio ad tanti ſacramenti debitam venerationem.

Sacerdotes autem promptiſſimi ſint et paratiſſimi non ſolum diebus ſed et noctibus, ut aegrotantes viſitent cum requirantur, ne eorum negligentia, quod abſit, moriatur infirmus ſine confeſſione, aut dominici corporis communione, aut unctione extrema.

Superaltaria quoque ſint honeſta, et congruae magnitudinis, firmiterque fixa in circumdante ligno; non moveantur ab ipſo, neque uſurpentur ad alios uſus quam ad divinorum celebrationem, ut videlicet non violentur in ea colores, vel aliqua fiant conſimilia.

Panni etiam chriſmales non convertantur in uſus ſeculares.

In eccleſia quoque divinum officium integre fiat devote, ut videlicet lectiones, hymni, et alia, quae in Dei laudem recitantur in eccleſia, integram habeant verborum prolationem, mentis quoque ad ſenſus devotam attentionem, ne, quod abſit, pro hoſtia viva et integra offeratur hoſtia mutilata et mortua.

Provideant attentius eccleſiarum rectores, et ſacerdotes parochiales, ut pueri parochiarum ſuarum diligenter doceantur, ut ſciant dominicam orationem, et ſymbolum, et ſalutationem beatae virginis, et crucis ſignacula ſibi recte conſignare. Et quia, ut audivimus, quod quemadmodum adulti hoc ignorant, praecipimus, ut cum laici ad confeſſionem accedant, diligenter examinentur, utrum ſciant praedicta, et, ſecundum quod expedit, in eis a ſacerdotibus inſtruantur. Et quia juſtus ex fide vivit, ut articuli fidei plenius exponantur, ſtatuimus praecipientes, ut quilibet ſacerdos parochialis ſingulis diebus ad Primam et ad Completorium orationem dominicam, et ſymbolum dicat coram ſuis parochianis, in audientia, diſtincte, et aperte ad intelligendum.

Quia mundi debent eſſe, ut ait Eſaias, qui ſint vaſa Domini, pollutumque non tangere, exhortantes praecipimus, ut omnes beneficiati et infra ſacros ordines conſtituti vitium luxuriae fugiant, omnemque voluntariam carnis immunditiem, continentiae ſervantes puritatem, nulluſque illorum uxorem ducat; et ſi quis, antequam eſſet in ſacros ordines conſtitutus, uxorem duxerit, beneficium eccleſiaſticum non teneat, neque in ſacris ordinibus, ſi eos poſtea acceperit, miniſtrare praeſumat.

Attentius itaque inhibemus, ne quis ſacerdos in domo ſua concubinam retinens, vel alibi ad aliam habens conſuetudinem, in tam gravi permanens peccato, ad ſacrum altare celebraturus praeſumat accedere, cum conſecratio illius in execrationem, et benedictio ſibi vertatur in maledictionem. Et ſi aliquis hac de cauſa ſuſpenſus, praeſumpſerit celebrare divina, non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro duplici culpa, arbitrio epiſcopi, ſuſpendatur: praelati vero, qui tales praeſumpſerint ſuſtinere, maxime obtentu pecuniae, aut alicujus commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni. Cumque non ſolum a malo, ſed et ab omni ſpecie mali abſtinendum ſit, inhibemus firmiter, ne clerici non niſi rationabili et manifeſta ex cauſa frequentent ſanctimonialium monaſteria, et ne quis ſacerdos retineat foeminam in domo ſua, ſive cognatam, ſive aliam, unde rationabiliter mala de ipſa poſſit oriri ſuſpicio.

Firmiter inhibemus, ne quiquam beneficiati aut in ſacris ordinibus conſtituti ſint ebrioſi, aut guloſi, aut tabernas exercentes, ne morte aeterna ſecundum legis comminationem moriantur, ſed actu abſtinentiae, et ſobrietatis ſeipſos habiles reddant, ut ſecundum doctrinam Dei habeant ſcientiam diſcernendi inter ſanctum et profanum, mundum et pollutum, [et] doceant populum omnia legitima, quae Dominus locutus eſt per manum Moſis.

Quia etiam Levitis dictum eſt, quod non habent partem inter filios Iſrael, per quod abſcindatur a miniſtris eccleſiae omnis fomes cupiditatis, et turpis lucri; exhortantes praecipimus, ne beneficiati, aut ſacris ordinibus ornati negotiationes exerceant, nec aliquid accommodent ad uſuram, ſed ſicut praecipit doctrina evangelica, mutuum dent nihil inde ſperantes; neque dent neque recipiant eccleſias, aut eccleſiaſtica beneficia ad firmam, niſi in caſibus concilii conceſſis. Sententiam ſanguinis non dictet clericus aut proferat, nec ſanguinis vindictam, aut ubi exerceatur interſit, nec literas dictet aut ſcribat per vindictam ſanguinis deſtruendas, nec luctuariis, vel baliſtariis, aut hujus ſanguinis viris praeponatur. Ad amputandam quoque cupiditatis ſpeciem, firmiter inhibemus, ne beneficiati vel in ſacris ordinibus conſtituti ſint vicecomites, vel juſtitiarii ſeculares, vel ballivas laicas teneant, aut earum firmas, unde poteſtatibus obligantur ad rationabilia reddenda de ballivis.

Inhibemus quoque diſtrictius, ne aliquis rector eccleſiae faciat hujuſmodi pactum cum capellano, videlicet quod ipſe ſacerdos praeter certa ſtipendia poterit recipere annualia aut tricennalia, quia hujuſmodi pactio manifeſtum eſt indicium, quod ſacerdos eo ipſo recipit duplex ſtipendium.

neceſſe

Neceſſe ergo eſt, ut aut non percipiat ſuſcepta annualia vel tricennalia, aut in eccleſia non rite efficiat divina obſequia; ipſis quoque ſacerdotibus ſufficiens et honeſta tribuatur ſuſtentatio ab eccleſiarum rectoribus, ne propter diminutam ſuſtentationem oporteat eccleſia divinis carere obſequiis, aut ipſos ſacerdotes lucris turpibus inhiare, ſeu victum mendicare.

Inhibemus etiam firmiter, ne laicis aliquibus committantur ad firmam liberae terrae eccleſiarum de decimis, niſi forte iidem laici ſint eccleſiarum ſervi, et tunc hoc fiat de licentia dioeceſani; et ne rectores vel vicarii de bonis eccleſiae aedificent in laico feodo extra fundum eccleſiae; et ſimiliter ne decimae in laico feodo reponantur, ſed in foedo ipſius eccleſiae.

Praecipimus etiam, ut reditus aſſignati ad luminaria, non convertantur ad alios uſus per ipſos rectores vel vicarios.

Hortamur etiam praecipientes, ne mimis, joculatoribus, aut hiſtrionibus intendant, neque ad aleas, aut taxillos ludant, aut ludentibus aſſideant; quia licet quibuſdam videantur levia, tamen ſecundum ſanctorum patrum doctrinas, qui talia faciunt, daemonibus praeſtant ſacrificia. Et quia in clero nihil magis debet ſplendere, niſi Jeſu Chriſti humilitas, et evangelica perfectio, quae conſulit, "quod ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, praebeas illi et alteram;" monemus ſub poena excommunicationis praecipientes, ne clerici torneamenta aut haſtiludia exerceant, nec arma portent, niſi per loca hoſtilitatis ſuſpecta oporteat eos tranſire; ſed tonſuram et coronam ac raſuram habeant ordini congruentem, et habitum convenientem tam ſibi et ſuis equitaturis, ſecundum quod determinant ſancta concilia, nec plus ſolito; alioquin ipſos per ſubtractionem beneficiorum ad haec compellemus. Ut autem habitus diverſitas clericos a laicis faciat diſcrepare, ſtatuimus firmiter praecipientes, ut officiarii, decani, et ſubdecani in ſuis capitulis in congregationibus clericorum coram ſuis praelatis clauſis cappis utantur. Et ne facilitas veniae intentionem tribuat delinquendi, ſi quos hujus ſtatuti invenerimus tranſgreſſores, ſciant ſe abſque gratia et favore graviter puniendos. Adhaec ſtatuimus ut ſinguli ſacerdotes in ſuis parochiis coram ſuis praelatis, et ubique, niſi caſus neceſſitatis in itinere requirat manifeſte habitum transformare, clauſis cappis utantur, gulionum penitus uſu interdicto. Si quis autem in praeſentia noſtra aut officiariorum noſtrorum, ſive in eccleſia eis uſus non fuerit, per xl. dies noverit ſe ſuſpenſum.

Praecipimus etiam, ne aliqui retineant plures curas animarum, cum quibus per ſedem apoſtolicam ſuper haec non fuerit diſpenſatum. Similiter quod proximi adminiſtrantium eccleſias, in quibus immediate ſucceſſerunt, prioribus penitus reſignent, et patroni idoneos ad eaſdem eccleſias praeſentent. Subjectis quoque viris diſtrictius inhibemus, ne quis ſacerdos in duabus eccleſiis miniſtrare praeſumat, cum vix unus uni ſufficere poſſit. Quilibet autem rector eccleſiae honeſtum et idoneum vicarium habeat, qui, ſicut expedierit, curam gerat animarum.

Audivimus etiam, de quo non mediocriter dolemus, quod quidam ſacerdotes extorqueant pecuniam a laicis pro poenitentiis ſeu aliis ſacramentis adminiſtrandis; et quod quidam turpis lucri cauſa varias injungant pecunias, videlicet quod a viro cognita mulier poſt partum ante ſuam purificationem deportet deinceps ad altare oblationem, cum qualibet muliere purificanda in eadem parochia; et quod homicida, vel qui alterius mortem procuravit, offerat pro quolibet mortuo in eadem parochia. Haec ſi ſunt hujuſmodi, quia cupiditate ſunt plena, penitus inhibemus. Et ne quiſquam ſacerdos injungat annualia, vel tricennalia, ex conſilii cupiditate, ut inde conſequatur emolumentum. Audivimus quoque, quod quidam ſacerdotes faciant ſuos diaconos audire confeſſiones parochianorum ſuorum; quod quam ſit abſurdum non opus eſt dicere, cum evidenter verum ſit, quod diaconis non eſt tradita poteſtas, nec quaerat ex hoc niſi occaſionem aut ſpatium intendendi negotiis ſecularibus. Propterea firmiter inhibemus, ne diaconi confeſſiones audiant, aut poenitentias injungant, aut alia ſacramenta miniſtrent, quae conceſſa ſunt ſolis ſacerdotibus miniſtrare. Volumus quoque et praecipimus, ut ſinguli beneficiati ad ordines promoveantur, quos cura, quam ſuſceperint, exigit.

Ad haec praecipimus, ut omnes rectores eccleſiarum, et vicarii reſidentiam faciant in ſuis beneficiis, converſantes in eiſdem laudabiliter et honeſte, niſi fuerit ob cauſam rationabilem, ut in eccleſiis ſuis non reſideant, cum eis diſpenſatum.

In ſingulis quoque eccleſiis, quarum facultates ad hoc ſufficiunt, ſint unus diaconus et ſubdiaconus, in eiſdem, ut decet, miniſtrantes. In aliis vero eccleſiis ſit ſaltem clericus unus honeſtus, qui ſacerdoti cum habitu convenienti in divinis miniſtret officiis.

Praecipimus etiam firmiter auctoritate evangelica, ne in locis ſacris habeatur mercatum, cum Dominus ementes et vendentes dejecit de templo, ne domus orationis fiat ſpelunca latronum. Ad haec adjicientes, ut coemeteria ſint bene clauſa, et tam eccleſiae quam domus ad eas pertinentes competenter ſecundum eccleſiarum facultates aedificatae, ipſae quoque eccleſiae decenter ornatae tam in libris, quam in ſacris vaſis et veſtimentis, et quod veſtimenta et vaſa ſacra ſint de noctibus ſub tuta et honeſta cuſtodia, nec deponantur in domibus laicorum, nec ſub eorum cuſtodia, niſi rationabilis et evidens ad hoc compulerit neceſſitas.

Inhibemus quoque, ne aliqui ſacerdotes celebrent cum aceto.

Frequenter quoque commoneantur matres aut nutrices, ne parvulos ſuos juxta ſe in lecto collocent.

Clandeſtina matrimonia quoque diſtinctius inhibeantur.

Omnes quoque ludi et placita ſecularia a locis ſacris omnino arceantur.

Subjectis quoque noſtris ſub interminatione anathematis inhibemus, ne de eccleſiis ſuis citra auctoritatem noſtram penſiones ſolvere, aut ve-

teres augere, aut aliquid ſub colluſione promittere praeſumant. Interdicimus quoque, ne quis inter minores, quorum alter aut uterque ad annos canonibus aut legibus determinatos nondum pervenerunt, nuptias audeat celebrare. Rectoribus eccleſiarum nobis ſubditos indultum eſſe volumus, ut parochianos ſuos, qui decimas ſuas, quas hucuſque perſolvere ſolebant, detinere praeſumpſerint, poſt tertiam commonitionem excommunicationis ſententia feriant. In aliis autem caſibus citra conſcientiam aut auctoritatem noſtram quidem excommunicare non praeſumant nominatim. Nulla perſona ſive rector eccleſiae nobis ſubditus, decimas ſuas provendere valeat ante Paſcha; fructus autem percepti ſive in coemeterio ſive libera terra ponantur, ut ſi clericus defunctus fuerit, illius debiti ſolutionem vel diſpoſitionem nullus ex malitia laicus valeat impedire. Praeterea ſub interminatione anathematis inhibemus, ne quis clericus decimas aut eccleſiaſticum beneficium laico dimittat ad firmam ſub aliquo colore. Decimae enim et eccleſiaſtica beneficia laicis temerarie et contra ſtatuta canonum tenenda, a clericis conceſſa, ad manus noſtras recipiantur; nec aliquis ſacerdos alium a cantaria penſionis per augmentum, aut alio modo, tanquam eſſet commercium, ſupplantare praeſumat.

Praecipimus etiam, quod nec abbates, nec priores obligent ſe, aut domum ſuam pro ſingulari poena, ſine noſtra licentia ſpeciali.

Penſiones et decimas ſeparatas, quas viri religioſi, qui non ſunt de epiſcopatu noſtro, percipiunt in noſtra dioeceſi, in manus noſtras ſequeſtramus. Inhibemus eiſdem etiam in poſterum adminiſtrationem earundem, quouſque de eorum jure coram nobis docuerint evidenter.

Nullus praedicator quaeſtuarius in eccleſiis noſtrae dioeceſeos admittatur, niſi noſtra ſuper hoc fulciatur auctoritate, quam ei ſine litera decani, aut archidiaconi ſufficere decernimus. Contra quos praedicatores ſiquidem talem cautelam duximus adhibendam, quod capellani eccleſiarum indulgentias in literis noſtris contentas, ſubditis ſuis exponant, eleemoſynas colligant, et cum collegerint, decanis tradant, nobis annuali curſu completo aſſignandas; ut quaeſtuariorum domini, quantum collectum fuit, per nos aut per alium intendimus Deo auctori dedicare. Praelati vero non permittant illos, qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt, variis documentis, aut falſis figmentis decipi, ſicut in pleriſque locis occaſione quaeſtus fieri conſuevit.

Cum ſanctorum reliquiis magna debeatur reverentia, illius corpori, qui ſacroſanctus eſt, et in ſanctis ſuis glorioſus alios faciat ſanctos, ſummus honor eſt etiam pendendus. Ipſi itaque, cui honor eſt et gloria, debitum honorem conſervare volentes, ſub interminatione anathematis firmiter inhibemus, ne in coemeteriis, aut aliis locis eccleſiarum ludi aut luctae fiant, nec mulieres choreas, luxurioſa carmina canendo, laſcive ducere praeſumant, cum ex his, Domini reverentia et ſanctorum honore contempto, rixae et contentiones ſoleant evenire. Similiter ne laicorum aedificia in coemeterio fiant, diſtrictius inhibemus. Supellectilia in eccleſiis quoque non dimittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, aut alias neceſſitates urgentes ad eas oporteat habere refugium; ſic tum neceſſitate ceſſante, res ad priſtina loca reportentur. Tuguria et domus laicorum erectae in coemeteriis tempore guerrae amoveantur, propter immunditiem fornicationis vitandam, et propter occupationem coemeteriorum.

Diſtrictius inhibemus inſuper, ne decani aut ſubdecani noſtrae dioeceſeos cauſas trahant, aut terminent matrimoniales, aut criminales, niſi cuiquam ex noſtra ſpeciali gratia concedatur, quam ei ſine cujuſquam contradictione ſufficere decernimus.

A ſanctis patribus noſtris non ſine ratione provide novimus ſtatutum, ne in aliis locis quam Deo dedicatis, niſi caſu neceſſitatis, officium altaris, quod in ſe tam ſublime eſt, celebretur. Quare volumus et praecipimus, ut eccleſiae non dedicatae ad dedicationem properentur competenter, quod non ſolum de majoribus, verum etiam de minoribus volumus intelligi, cum majoribus et minoribus aeque ſimus debitores; minores eccleſias, ex noſtri officii debito abſque procurationis honore per nos aut per alium volumus Deo auctori dedicari.

Dolentes referimus, quod nonnulli maledictionem ut aquam bibentes, ſanctuarium Dei polluant, dum ſacra venundant et mercantur. Quapropter ſaltem poenae timore eos a tanto facinore cupientes revocari, illos omnes, qui interventu pecuniae, aut cujuſcunque pecuniarii quaeſtus, aut pacto et promiſſione quicquam recipiendi intervenientibus, quemquam ad ſacrum ordinem tempore examinationis aut altero fecerit ordinari, aut ordinari procuraverit, ſententia excommunicationis innodamus. Eos etiam eadem ſententia excommunicationis involvimus, qui officialitatem vel decanatum ad firmam dabunt, cum cedat in diſpendium animarum et eccleſiae Dei ſcandalum graviſſimum. Et eandem ſententiam ad patres eorum, qui haec officia ſibi recipiunt ad firmam, volumus firmiter extendere.

Dolentes referimus, quod dum noſtri ſubditi ſtatuta noſtra ſynodalia non obſervant, ſeipſos illaqueant, noſque contemnere non formidant. Cum igitur refragante noſtra conſtitutione capellani parochiales cum anachoretis in domibus ſuis colore quaeſito, cum ancillis eorundem extra recluſorium tranſmiſſis fabulentur frequenter, in eccleſiae Dei ſcandalum, et animarum diſpendium non modicum; ſingulis decanis noſtris in virtute obedientiae injungimus, ut omnes capellanos, eccleſiis, ubi degunt anachoretae, deſervientes, ſacramento aſtringant, quod intra ſepta domorum earundem cum ipſis non loquantur, ſed tantummodo ad feneſtras earundem verſus eccleſias requiſiti honeſtum impendant colloquium, niſi infirmitas eorundem aliud requirat manifeſte. Praecipimus etiam quod brevibus ſe expediant, et praecipue de his, quae ad ſalutem animarum pertinent, tractantes cum eiſdem.

Et quia non proficit ſaepius legere, et non intelligere,

telligere, ſtatuimus, ut unuſquiſque decanus "Statuta ſynodalia" penes ſe habeat, et copiam fieri procuret in ſingulis eccleſiis ſui decanatus. Itaque ſi dominus epiſcopus vel ejus officialis per aliam eccleſiam tranſitum fecerit, et Statuta in ea non invenerit, ipſi, per cujus negligentiam ſteterit, quominus Statuta ſynodalia in ea inveniantur, poenam infligat.

Inhibemus etiam ſub poena excommunicationis, ne bedelli archidiaconorum ſeu decanorum habeant equitaturas, ſed pedites incedant, ne ſint oneroſi provinciae.

Ut autem habitus diverſitas clericos a laicis faciat diſcrepare, et habitus exterior conveniat officio et honori; ſtatuimus firmiter injungentes, ut univerſi decani et vicedecani in ſuis capitulis, et ubi coram eis judicium exercetur, et coram ſuis praelatis, ac in congregationibus clericorum cappis clauſis decenter utantur Ne vero facilitas veniae intentionem tribuat delinquendi, adjicimus ſtatuendo, quod ſi quis hujus conſtitutionis tranſgreſſor exiſtat, per nos ſciat abſque favore et gratia puniendum.

Sciant quoque rectores et vicarii ſe graviter puniendos, ſi ſcienter luxurioſos eccleſiis ſuis faciant deſervire. Praecipimus inſuper, quod rectores, vicarii, et capellani in ſuperpelliciis ad minus, aut alias in albis, aut in cappis ſericis interſint noſtris ſynodis, ſub poena canonica.

Executores teſtamentorum ſint ſoliciti, alioquin amovebuntur. Et quia nonnullos teſtamentorum executores in venditione bonorum defunctorum fraudem committere ſaepius reperimus; ſub poena excommunicationis firmiter inhibemus, ne cujuſquam teſtamenti executor de bonis ipſius, cujus fuerit executor, a ſe aut a coexecutoribus ſuis per ſe aut perſonam ad emendum bona defuncti, ad opus ſuum fraudulenter ſuppoſitam, emere de caetero quicquam praeſumat; decernentes ſi ſecus actum fuerit, venditionem non tenere, et tam venditores quam emptores hujuſmodi nihilominus puniendos.

Praecipimus etiam, ut omnes certificationes de citationibus de caetero fiant per literas patentes, et non clauſas.

Cuſtodias eccleſiarum ſeu decanatuum formas per praedeceſſorem noſtrum ſancitas ſimiliter revocamus, et exnunc non tenere denunciamus.

Rectores eccleſiarum, et ſacerdotes, et alii miniſtri eccleſiae in divinis officiis tam ad veſperas quam ad matutinas, tum aliis horis ſuperpelliciis honeſtis utantur, aut clauſis deſuper veſtimentis ſaltem ſive indumentis, et quod nullus ſacerdos celebret, quouſque Prima canonice ſit completa; quodſi ſecus agere praeſumpſerit, uſque ad ſatisfactionem ſe noverit ſuſpenſum aut ſuſpendendum.

Sacerdotibus diſtrictius duximus injungendum, ne pro benedictione nubentium, aut ſepultura mortuorum, aut poenitentia, aut pro aliquibus ſacramentis aliquid exigant a ſubditis ſuis, aut extorquere praeſumant ultra debitam conſuetudinem parochiae ſuae et conſuetam.

Si forte aliquis voluerit ſe alii confiteri quam proprio ſacerdoti, ab eodem modeſte petita licentia non neget, dum tamen ſacerdoti per aſſertionem alicujus ſacerdotis diſtincte conſtiterit, quod ei conſcientiae ſuae vulnera patefecit, alioquin pro non confeſſo teneatur. Adhaec omnes tam praelatos quam decanos, rectores, et vicarios monemus, et eiſdem in virtute obedientiae injungimus, ut honeſte viventes, habitum ſuis dignitatibus, ſtatui, et ordinibus deferant congruentem, et plus ſolito tenentes indubitanter; quodſi quos tales invenerimus, ipſos per ſubtractionem beneficiorum graviter puniemus. Clerici vero non beneficiati, qui reprehenſibiles fuerint in tonſura, ut ad ſuperiores ordines, aut ad beneficium admittantur, quouſque per tantum tempus tonſuram geſſerint competentem, quo judicant praeteriti temporis ſcandalum redemiſſe.

Praecipimus etiam, quod omnes ſacerdotes ordinationis alienae, et qui locum mutaverint, ad parochias cuſtodiendas, quae in dioeceſi noſtra ſunt, aut etiam ad celebranda divina fuerint admittendi, citra initium Septembris ſingulis annis archidiacono aut officiali noſtro per ipſos, quorum intereſt, praeſententur, ut per ipſum, penſatis eorum meritis, approbentur, aut, ſi juſtum fuerit, reprobentur.

Praecipimus quod nullus aut leproſus aut alius deferat tintinnabulum in ſacramenta publica, cum ſuo ſonitu, niſi ſacerdos ſit euchariſtiam ad infirmos deferens; et haec eſt cauſa devotionis et reverentiae excitandae. Excommunicati arctius ab omnibus evitentur, donec lumine* conſtiterit de eorum abſolutione, exemplo de Lazaro quod Dominus ſolvi praecepit ab apoſtolis, licet a ſeipſo prius reſuſcitato. Et quia in multis eccleſiis non eſt receptum, ut credimus, Oxonienſe concilium, et principium ipſius de excommunicationibus in eodem concilio factis ad terrorem malitioſorum, et eorum malitiae refraenationem duximus adjungendum eiſdem, et in eodem concilio (quod adhuc ſcriptum eſt) praecipientes, ut dictae excommunicationes ſingulis annis quater in ſingulis eccleſiis denuncientur.

Praeter haec autem ſuperius injuncta, ea, quae in concilio Oxonienſi et Londinenſi provida et ſancta deliberatione antea ſunt ſtatuta, vobis injungimus obſervanda: cujus principii tenor talis eſt: Ex auctoritate Dei patris omnipotentis et beatae Mariae virginis, et omnium ſanctorum, et praeſentis concilii excommunicamus omnes, qui eccleſiaſticam conſuetudinem antiquam a Domino Jeſu Chriſto electam, et a principio conceſſam archiepiſcopis, epiſcopis, et ſanctis patribus approbatam, ob aliquam malam voluntatem, vel cordis inflationem, aut rancorem infringere, et violare contendunt, aut aliquo modo, arte, ingenio, conſilio, auxilio, praecepto ſponſam Jeſu Chriſti, id eſt ſanctam eccleſiam, ſuo jure contendunt, aut contradicere procurant, etc.

* Forte ita legendum: "donec expreſſe conſtiterit de eorum abſolutione, juxta exemplum Lazari, quod Dominus ſolvi praecepit ab apoſtolis."

Ex-

Expliciunt ſtatuta ſynodalia alias in ſynodo promulgata per Walterum, quondam Norwicenſem epiſcopum, et additiones poſtea per Simonem ſucceſſorem ſuum, quae firmiter praecipimus obſervari.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 4.	BONIFAC. 15.	1258.	HENRIC. III. 42.

Concilium Mertonenſe. Ex Annal. Burton pag. 388. ſeqq.

INCRESCENTIBUS indies oppreſſionibus papalibus, archiepiſcopus Cantuar. aliud concilium ſuffraganeorum et praelatorum indixit apud Mertonam, ut magiſtri Arloti papae ſubdiaconi et notarii novis exactionibus obviam eundo, animos cleri Anglicani ab obedientia eis praeſtanda alienaret.

Mandatum de convocatione apud Merton.

" Rogerus, Dei gratia Coventrenſis et Lichfeldenſis epiſcopus, dilecto filio archidiacono Staffordiae, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Mandatum venerabilis patris Bonifacii, Dei gratia Cantuar. archiepiſcopi, totius Angliae primatis, recepimus in haec verba:

Bonifacius, permiſſione divina Cantuar. archiepiſcopus, totius Angliae primas, venerabili in Chriſto fratri, R. Dei gratia Coventrenſi et Lichfeldenſi epiſcopo, ſalutem et fraternae dilectionis in Domino ſemper augmentum. Cum propter eccleſiae Anglicanae eventus et cauſas, quas fraternitatem veſtram ignorare non convenit, fratrum noſtrorum congregationem videamus opportunam, devotionem veſtram rogamus, monemus, et exhortamur in Domino, ſub obedientiae debito firmiter injungentes, quatenus die Jovis proxima ante inſtans feſtum S. Barnabae apoſtoli apud Mertonam curetis veſtram praeſentiam exhibere, qualibet occaſione ceſſante, ut in hac urgenti neceſſitate eccleſia noſtro regimini commiſſa, per vos et alios fratres noſtros gratum habeat providi conſilii fulcimentum. Vocetis etiam decanos cathedralium, et aliarum eccleſiarum, necnon etiam abbates, priores, majores, inſuper et archidiaconos veſtrae dioeceſeos univerſos, ut cum literis ſuorum ſubditorum procuratoriis loco et die antedictis compareant, ut quod communi deliberatione proviſum fuerit, ex membrorum cohaerentia firmius roboretur. Dat. apud Lamhedam 13. cal. Maii, anno Dom. MCCLVIII. Hoc igitur mandatum vice noſtra diligentius exequamini, ac nihilominus voſipſi compareatis dictis die et loco, cum literis procuratoriis cleri totius archidiaconatus veſtri, ut veſtri praeſentia firmius roboretur, quod ad utilitatem eccleſiae Anglicanae de conſilio et aſſenſu veſtro contigerit provideri. Dat. 6. cal. Maii, pontificatus noſtri anno primo.

Congregatis igitur praedicto die apud Merton, in praeſentia domini Bonifacii, Cantuarienſis archiepiſcopi, ſuis ſuffraganeis, praelatis et regni clero, ſuper reformatione ſtatus Anglicanae eccleſiae et emendatione proviſi ſunt iſti articuli ſubſequentes.

Articuli proviſi apud Merton.

Tria ſunt genera articulorum, de quibus agitur in praeſenti. Sunt enim quidam articuli, in quibus praelati nullo modo diſſimulare poſſunt. Sunt alii, in quibus poſſunt indicio charitatis, non perturbatione infirmitatis diſſimulare. Sunt et alii, in quibus diſſimulare poſſunt ſine diſcrimine ſalutis aeternae et periculo animarum.

Articuli, qui diſſimulari non poſſunt abſque interitu ſalutis aeternae, animarumque periculo, et ſubverſione eccleſiaſticae libertatis, ac eccleſiaſticarum perſonarum praejudicio manifeſto.

* Cum eccleſia Anglicana non ſolum contra jura divina et ſtatuta canonica, ſed etiam contra libertates, a regibus, principibus, et aliis regni magnatibus ſibi conceſſas, auſibus ſacrilegis, novis irruptionibus, diris concuſſionibus, et oppreſſionibus nefariis multipliciter attrita ſit; et hoc abſque perpetuo animarum periculo praelatorum, domini regis, et aliorum regni magnatum, ſub diſſimulationis ſilentio nequaquam valeat ulterius pertranſiri; de unanimi aſſenſu et concilio praelatorum, religioſorum, et totius cleri eccleſiae memoratae ſalubriter eſt proviſum, ut machinis ſecularium poteſtatum ſalutis moenia laborantis eccleſiae dilapſa, inflexibili reparentur inſtantia per ſtatutorum remedia, quae ſequuntur.

Quia igitur ſaepe contingit, archiepiſcopos, epiſcopos, et alios praelatos inferiores per literas domini regis ad ſeculare judicium evocari, ut ibi reſpondeant ſuper his, quae mere ad ipſorum officia, et forum eccleſiaſticum pertinere noſcuntur; ut ſi forte clericos ad eccleſias et capellas vacantes ſeu non vacantes admiſerint, vel non admiſerint, rectores inſtituerint in eiſdem, ſuos ſubditos excommunicaverint, excommunicatos denunciaverint, interdixerint, eccleſias dedicaverint, ordines celebraverint, de cauſis mere ſpiritualibus cognoverint; ut puta de decimis, oblationibus, limitibus parochiarum, et ſimilibus, quae non poſſunt ad ſeculare forum aliquatenus pertinere; ſeu etiam cognoverint de peccatis et exceſſibus ſubditorum, ſicut de perjurio, fidei tranſgreſſione, ſacrilegio, violatione, ac perturbatione eccleſiaſticae libertatis, praeſertim cum ipſius violatores, necnon et libertatum per chartas domini regis eccleſiae conceſſarum, in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto: et ſi inter clericos ſuos cognoſcant, vel inter laicos conquerentes, et clericos defendentes, in perſonalibus actionibus ſuper contractibus vel debitis; ſi perſonas eccleſiaſticas ad mandatum do-

* Hic ſequentes articulos ſub nomine *Conſtitutionum domini Bonifacii archiepiſcopi in concilio provinciali de Weſtminſter editarum*, habes in biblioth. coll. Omn. Anim. Oxon.

domini regis in foro ſeculari amerciatos non compulerint ad amerciamenta hujuſmodi exſolvenda, ſeu ipſa non ſolverint pro eiſdem: ſi juriſdictionem ſuam in eccleſiis et capellis, epiſcopatibus ſeu monaſteriis annexis, per mortem praelatorum aut ceſſionem vacantibus exercuerint canonicam et conſuetam, et ſi quae alia his ſimilia fecerint, vel non fecerint, pertinentia ad officia ordinariorum; providemus, quod dicti archiepiſcopi, epiſcopi, et caeteri praelati non veniant taliter evocati, ſed cum honore deferatur, et majores praelati domino regi ſcribant, quod hujuſmodi mandatis regiis parere non poſſunt, abſque ſubverſione eccleſiaſticae libertatis, et ad hoc ideo non tenentur, eidem nihilominus literas exhortatorias dirigendo, ut animae ſuae ſaluti conſulendo, ab hujuſmodi mandatis ulterius deſiſtat. Et ſi dominus rex, hujuſmodi ſpretis exhortationibus, ad attachiationes vel diſtrictiones proceſſerit eorundem, tunc vicecomites, et alii quicunque ballivi ipſos attachiantes et diſtringentes, per eoſdem attachiatos et diſtrictos in forma juris excommunicentur, et loca, in quibus commorantur, et terrae eorum, quas habent in regno Angliae, per locorum dioeceſanos ad denunciationem attachiati et diſtricti interdicto eccleſiaſtico ſupponantur. Et ſi clerici fuerint beneficiati, ſuis beneficiis priventur; non beneficiati, per quinquennium ad beneficium eccleſiaſticum, ſi forte praeſentati fuerint, minime admittantur. Clerici autem, qui hujuſmodi brevia attachiationum ſeu diſtrictionum dictaverint, ſcripſerint, ſignaverint, conſilium et auxilium adhibuerint, ſolenniter excommunicentur, et excommunicati denuncientur; nec aliqui de praemiſſis certa ratione ſuſpecti ad aliquod beneficium eccleſiaſticum, donec ſe ſuper his canonice purgaverint, admittantur. Et ſi dominus rex monitus hujuſmodi diſtrictiones non revocaverit; epiſcopus, qui diſtrictus fuerit, terras, villas dominicas, et caſtra, quae rex habet in ſuo epiſcopatu, eccleſiaſtico ſupponat interdicto. Et ſi rex in ſua duritie perſeverat, caeteri coepiſcopi diſtrictiones unius quaſi communem omnium et etiam communem injuriam eccleſiae reputantes, civitates, terras dominicas, burgos, caſtra, et villas ipſius regis in ſuis epiſcopatibus conſiſtentes ſimili ſupponant interdicto. Et ſic nec ſit infra xx. dies poſtmodum attachiationes et diſtrictiones hujuſmodi revocaverit, aut ob hoc manum contra eccleſiam aggravaverit, ſinguli archiepiſcopi et epiſcopi ſuas dioeceſes eccleſiaſtico ſupponant interdicto. Et ſi aliquis epiſcoporum in hac parte inventus fuerit negligens et remiſſus, per ſuum metropolitanum graviter arguatur, et ſi perſeveraverit in negligentia, canonice puniatur per eundem, et nihilominus ſua dioeceſis, omni praelatorum et ſua auctoritate et conſenſu in praeſenti ordinatione adhibitis, eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto.

Adhaec, quia frequenter accidat, quod nonnulli clerici per laicam poteſtatem eccleſias occupant parochiales, et praebendales, etiam curam animarum habentes, et in eis abſque auctoritate eccleſiaſtica intrudantur; providemus, quod clericus per ſe ſic intruſus, forma juris ſervata, anathemate feriatur, et talis per loci dioeceſanum publice denuncietur, et illo beneficio careat inperpetuum ipſo facto. Et ſi ſic in ſua pertinacia per duos menſes perſtiterit, per locorum dioeceſanos, ubi habet alia beneficia eccleſiaſtica, ad denunciationem epiſcopi illius, in cujus dioeceſi ſe intruſit, cujuſque monitionem per dictum tempus contempſit, proventus illorum beneficiorum, quouſque congrue ſatisfecerit, eidem ſubtrahantur; et ſi per annum idem intruſus in hujuſmodi excommunicationis ſententia perſeveraverit, extunc ad aliquod beneficium in regno Angliae minime admittatur. Si vero per procuratorem clericum fuerit intruſus, contra eundem procuratorem modo ſimili procedatur, et poenis ſubjaceat ſupradictis. Si vero procurator talis laicus fuerit, in forma juris excommunicetur, et talis publice nuncietur. Dominus autem abſens citetur, qui, ſi comparens ratificaverit factum cujuſcunque procuratoris ſui in hac parte, poenis ſubjaceat ſupradictis. Si vero per contumaciam abſentet ſe, poſt ſpatium trium menſium expectatus, ſi ſit in regno, majoris excommunicationis ſententia innodetur, et inſuper poenas incurrat praetaxatas, maxime cum ſacrilegio adjecerit contemptum. Si vero fuerit extra regnum, contra ipſum vocatum poſt dilationes tranſmarinas, ſimili forma procedatur. Eccleſiae etiam vel praebendae, in quibus ſit intruſus, interdicto eccleſiaſtico ſupponantur. Actores autem et coadjutores hujuſmodi intruſionis, ſi clerici fuerint, praefatas poenas clericis impoſitas incurrant; ſi laici, poenas perferant contra laicos ſuperius annotatas. Loca vero et terrae hujuſmodi intrudentium, ſi infra unum menſem non ſatisfecerint, eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto. Si vero hujuſmodi intruſiones factae fuerint ex regia poteſtate, moneatur dominus rex per loci dioeceſanum, quod eas faciat infra competens tempus revocari. Alioquin terrae et loca, quae idem rex habuerit in illa dioeceſi, in qua fuerit intruſio, eccleſiaſtico interdicto ſupponantur. Si vero per alium magnatem vel potentem fiat talis intruſio, per ſuſpenſionis et excommunicationis ſententias, ut ſuperius, arceatur. Et ſi infra duos menſes factum hujuſmodi non correxerit, terrae et loca, quae obtinet in illa dioeceſi, per dioeceſanum loci interdicto eccleſiaſtico ſupponantur.

Praeterea cum excommunicati, et de mandato praelatorum ſecundum conſuetudinem capti, et carceri mancipati, aliquando per regem, et quandoque per vicecomitem, alioſque ballivos, ſine conſenſu praelatorum, et ſatisfactione congrua liberentur, plerumque etiam hujuſmodi excommunicati non capiantur, neque de ipſis capiendis literae regiae concedantur; nonnunquam etiam dicti rex et ballivi ſui cum hujuſmodi excommunicatis et denunciatis publice communicent, claves eccleſiae contemnendo, in ſubverſionem eccleſiaſticae libertatis; providemus, quod excommunicati, et ſic capti, et taliter exeuntes, ad majorem ſui deteſtationem publice et ſolenniter, pulſatis campanis, accenſis candelis, excommunicentur, et denuncientur excommunicati in locis, ubi ordinariis locorum eorum videbitur expedire. Vicecomites autem, et alii ballivi, qui eos liberaverint, non praelati, praeſtita

ſatisfactione eccleſiae vel emenda, publice excommunicentur anathemate, et excommunicati ſolenniter denuncientur. Si tamen de mandato regio ad hoc proceſſerint, mitius cum eis, arbitrio ordinarii, agatur. Clerici, qui hujuſmodi brevia dictaverint, ſcripſerint, ſignaverint, conſilium et auxilium adhibuerint, puniantur, ſicut ſuperius in primo remedio plenius continetur. Moneatur dominus rex, quod hujuſmodi exceſſus corrigat, et a talibus deſiſtat mandatis. Et ſi dominus rex monitionibus non paruerit, locus, in quo captus detinebatur, interdicto eccleſiaſtico ſupponatur. Et ſi denegetur litera conſueta de excommunicato capiendo, moneatur rex per praelatum, qui ſuper hoc deſcripſit, quod eam concedat et faciat pertranſire. Quod ſi non fecerit, civitates, caſtra, burgi, et villae, quas habet in dioeceſi ſic ſcribentis, per ipſum ſcribentem interdicto eccleſiaſtico ſupponentur. Contra communicantes quoque cum excommunicatis procedatur ſecundum cenſuram eccleſiaſticam.

Clerici quoque ſine delectu perſonarum, quanquam in furto deprehenſi non fuerint, tanquam facinoroſi, vel ſuſpecti de crimine, ſeu foreſta, capiuntur, et in carcere detinentur, nec redduntur ordinario, ſecundum canones libere judicandi. Et ſi clerici, quibus crimina imponuntur, coram judicibus ſecularibus vocati non comparuerint, forbanniuntur a regno. Quare providemus, quod ſi clerici ſic capti, noti fuerint et honeſti, capientes ipſos, et etiam detinentes, in forma juris ſolenniter excommunicentur per locorum ordinarios, et excommunicati denuncientur. Loca etiam, in quibus fuerint detenti, et terrae capientium eos, et detinentium, eccleſiaſtico interdicto ſupponantur, donec eoſdem dimiſerint, et libere abire permiſerint, ac alias ſuper hoc ſatisfecerint competenter. Illi etiam, qui eis talia falſa crimina impoſuerint, ſeu malitioſe, propter quae capti fuerint et detenti, excommunicentur, et excommunicati publice denuncientur, uſque ad ſatisfactionem condignam.

Clerici quoque vagi et ignoti, capti et detenti, ſi in poſſeſſione clericatus fuerint inventi, per locorum ordinarios requirentur libere per eccleſiam judicandi; et ſi denegentur, punientur, ut ſuperius detentores; et ſi tradentur, non expectatis juſtitiariis quibuſcunque. Et ſi juſtitiarii, eiſdem clericis coram eis non exhibitis, epiſcopum contemnent in poena pecuniaria, poenae ſuperiores, in ipſos juſtitiarios, prout clerici fuerint, ſive laici, proferantur. Clerici autem domini regis, vel quicunque alii, qui excommunicationem hujuſmodi proſequuntur, dictando, ſcribendo, ſigillando, vicecomiti vel aliis ballivis hujuſmodi mandata dirigendo, poenis ſubjaceant in clericos ſuperius promulgatis.

Clericus tamen ſuper tranſgreſſione foreſtae coram ſuo ordinario canonice convictus, domino regi, vel alii damnum et injuriam paſſo, per eundem ordinarium ſatisfacere compellatur, et alias, arbitrio ordinarii ſui, canonica poena puniatur.

Si vero clerici canonice ſe purgaverint ſuper ſibi impoſitis ac objectis, et laica poteſtas nihilominus bona detineat eorundem; occupantes et detinentes bona hujuſmodi clericorum, per ſaepedictam cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur. Quodſi ſic capti, malitioſe tempore intermedio abraſi fuerint ſeu ſuſpenſi, abradentes ſeu etiam ſuſpendentes, conſilium et auxilium impendentes, poenis ſubjaceant ſupradictis. Forbannientes quoque poenis ſimilibus percellantur.

Sane, cum nulli clerici adinvicem et plerumque cum clericis contrahentes, ipſos contractus fidei datione vallent, aut corporaliter praeſtito ſacramento, qui ſuper fidei aut ſacramenti praeſtiti religione contempta coram judice eccleſiaſtico conventi, regiam prohibitionem impetraverint, ut ſuper perjurio et fidei laeſione examen eccleſiaſtici judicis ſic declinent; providemus, quod ſi laicus fuerit impetrator, per excommunicationis ſententiam, ut ſuperius, arceatur. Quodſi nec ſic deſtiterit, et poſſeſſor immobilium exiſtat, terra ſua ſupponatur eccleſiaſtico interdicto; ſi autem immobilia non habeat, mercenarii ſui et non neceſſariae perſonae moneantur, quod infra viii. dies ab eo recedant, alioquin conſimilis feratur excommunicationis ſententia in eoſdem.

Si autem reus clericus fuerit, vel religioſus, exerceantur poenae canonicae contra eos, et ſi clericus reus in ſua pertinacia perduraverit, procedatur contra eum ſecundum poenas ſuperius contra pertinaces clericos annotatas. Si autem actor laicus ſit, trahens laicum feodum, et per corpus et feodum ſuum diſtringatur; contra diſtringentes omnes procedatur, prout clerici fuerint vel laici, per poenas, quae contra eos ſuperius ſtatuuntur.

Et ſi actor timore regiae prohibitionis ſe ſubtraxerit, ne peccata maneant impunita, judex ex officio ſuo procedat, prout viderit expedire. Si autem judex habens laicum feodum diſtringatur, contra diſtringentes procedatur, et dominum regem, ut ſuperius annotatur. Et ſi non habet laicum feodum, epiſcopus non exhibeat eum. Et ſi diſtringatur epiſcopus, procedatur contra dominum regem, et diſtringatur; ut ſuperius expreſſum eſt.

Et hoc idem in conſimilibus prohibitionibus obſervetur. Idem fiat et ſi tertius nuncius veniat ex tranſverſo, et porrigat ſeu porrigi faciat prohibitionem talem, dum tamen ille eam verbo vel facto ratificat pro quo apparuerit impetrata.

Cum inſuper praelati eccleſiaſtici ex officii ſui debito inquirant de morum diſciplina, peccatis, et exceſſibus ſubditorum; quia rex, magnates, et alii potentes ſeculares ipſorum officia impediunt in praemiſſis, laicis ſibi ſubditis inhibendo, ne ad mandatum ipſorum praelatorum de veritate dicenda ſubeant juramentum: et quia iidem non permittunt dictos praelatos, ſubjectos ſuos in cauſis ſeu negotiis eccleſiaſticis corporaliter, ſeu pecunialiter, ſeu alias canonice punire, ſecundum perſonarum et delictorum qualitatem; providemus, quod laici ad praeſtandum hujuſmodi juramenta, et ad ſolvendum quaſlibet poenas per praelatos ſuos canonice inflictas, nihilominus praeciſe per excommunicationis ſententiam compellantur. Impedientes vero, ne hujuſmodi juramenta praeſtentur, aut poenae exolvantur, per interdicti et excommunicationis ſenten-

ſententias praedictas arctius compeſcantur; et ſi per hoc ad diſtrictionem proceſſum fuerit praelatorum, contra diſtringentes, ſicut dictum eſt ſuperius, procedatur.

Et quia modo conſimili praelatorum officium impeditur, cum contingat, quod Judaeus delinquens in rebus eccleſiaſticis et perſonis, ſuper his conventus fuerit coram ipſis, et ſuper aliis, quae ad forum eccleſiaſticum pertinent; providemus, quod Judaeus per interdictum commercii, contractuum, et communionis fidelium ad reſpondendum in his caſibus nihilominus compellatur. Inhibentes quoque impeditores et diſtringentes, poenas interdicti et excommunicationis incurrant.

Porro quoniam ad immunitatem eccleſiae confugientibus tam arcta ibi imponitur cuſtodia laicorum, quod vix eis in alimentis poterit ſubveniri, aliquando iidem confugientes, ab eccleſiis, coemeteriis, viis publicis, poſt terrae abjurationem ſecundum regni conſuetudinem, violenter extrahuntur, et ſic extracti ſcelerate in praejudicium immunitatis eccleſiaſticae occiduntur; providemus, quod qui hujuſmodi alimenta impediunt miniſtrari, per diſcretionem ordinarii poena excommunicationis diſtrictius arceantur. Extrahentes autem eos ab eccleſia vel coemeterio, ſeu via publica, per inſidias poſt abjurationem terrae, vel taliter extractos occidentes, cum ſub eccleſiae protectione conſiſtant, omnibus poenis ſacrilegii percellantur. In eccleſia autem vel coemeterio non fiat cuſtodia confugientium ad eccleſiam; et ſi fiat, cuſtodes in forma juris, diſtrictioris excommunicationis ſententia compeſcantur.

Rurſus multoties invadunt aliqui bona eccleſiaſtica, et perturbant ac infringunt eccleſiaſticas libertates, unde providemus, quod malefactores hujuſmodi ac ſacrilegi, excommunicati per locorum ordinarios nuncientur. Et ſi in ſua pertinacia per unum menſem perſeveraverint, tunc terrae ſuae, et loca, in quibus morantur, eccleſiaſtico ſupponantur interdicto, et neutra relaxetur ſententia, donec de damnis aut injuriis ſatisfecerint competenter. Et ſi quis eccleſiam poſſeſſionibus aut libertatibus ſuis ſpoliaverit, poenis ſubjaceat ſupradictis, et in ipſum uſque ad plenam reſtitutionem et ſatisfactionem condignam, in forma juris excommunicationis ſententia ſolenniter proferatur. Et ſi iidem ſacrilegi faciant judices aut praelatos propter hoc attachiari aut diſtringi, tam ipſi quam diſtringentes poenas in attachiatores et diſtrictores editas perferant ſaepedictas.

Adhaec cum contingat, quod domicilia et hoſpitia clericorum ſuis ſervientibus occupentur, bonaque ipſorum clericorum ibidem inventa per ſacrilegos hujuſmodi conſumantur, reclamantes et renitentes convitiis afficiantur, verberibus affligantur, et alias viliter pertractentur; et quandoque etiam carectae et equitaturae dominicae praelatorum, religioſorum, aut clericorum in itinere publico, in mercatis, et alibi etiam in ſanctuariis capiantur, et abducantur violenter, ad dictorum magnatum recommercia et victualia tranſvehenda; providemus, quod hujuſmodi violenti et ſacrilegi in forma juris excommunicentur, et ſolenniter excommunicati denuncientur, donec ablata et abducta reſtituerint, et de illatis injuriis ſatisfecerint competenter.

Compelluntur etiam clerici et religioſi res ſuas, quas habent licite venales, ad pretium domini regis ſibi et ſuis miniſtris vendere, et inviti tradere pretio non ſoluto; unde providemus, quod taliter competentes cogantur per ſententiam excommunicationis juſtum pretium ſupplere, vel rem reſtituere ſic extortam, et nihilominus de commiſſo ſacrilegio ſatisfacere, prout decet.

Domino inſuper rege eccleſiarum cathedralium vel conventualium vacantium cuſtodiam obtinente, bona earundem eccleſiarum per ballivos ſuos diſſipat et conſumit, non ſolum contra libertates eccleſiae, ſed contra jura eccleſiaſtica, et chartam ſuam communium libertatum; propter quod providemus, quod eccleſiaſticus judex loci dictos ſacrilegos per excommunicationis ſententiam coerceat, uſque ad ſatisfactionem condignam, et ſi rex prohibuerit, non parcatur eidem; et ſi attachiationes et diſtrictiones intervenerint, ad remedia contra attachiatores et diſtringentes ſuperius praemiſſa, habeatur recurſus.

Archiepiſcopi utique et epiſcopi, ratione patrimonii eccleſiaſtici, per communem ſummonitionem coram juſtitiariis itinerantibus evocati, per attornatos ſeu procuratores ſuos literatorie conſtitutos, contra libertatem et conſuetudinem eccleſiae, minime admittuntur: ſupplicandum eſt ergo domino regi, ut ſuſtineat, quod per literas procuratorias admittantur procuratores ſeu attornati eorundem, et juſtitiarii moneantur, quod tales cum literis competentibus admittant attornatos. Si vero ſic non admittantur, et quia perſonaliter non venerit praelatus, condemnetur, et poſtmodum diſtringatur; providemus, quod procedatur contra attachiantes et diſtringentes, prout ſuperius eſt expreſſum.

Praelati etiam et clerici venire coram magiſtratibus ſecularibus diſtringuntur, oſtenſuri quo jure aut quo warranto utuntur libertatibus, quibus a longe retro temporibus ipſi ſeu praedeceſſores ſui uſi ſunt pacifice nomine eccleſiarum ſuarum; alioquin impediuntur uti libertatibus praedictis; [unde] providemus, quod ſic vocati de jure aut warranto ſuo non reſpondeant; et ſi ſuper hoc diſtringantur, vel alias condemnentur, procedatur contra condemnantes et diſtringentes, ut ſuperius annotatur. Et ſi retineatur praelatus, archiepiſcopus cum epiſcopis requirat eum, et puniat detentores. Et ſi libere non dimittatur, ad interdicta, ut ſuperius, procedatur.

Aliquando quidem eccleſiis et praelatis principes et alii Chriſti fideles poſſeſſiones et libertates dant et concedunt per ſuas chartas, in quibus hujuſmodi clauſula vel ſimilis continetur: " Omnia, quae ad me vel haeredes meos de tali feodo, vel poſſeſſione pertinent, vel poterunt pertinere, tali eidem eccleſiae, vel monaſterio, ac eorum praelatis, et miniſtris, ſine aliquo retinemento, do, concedo, et praeſenti charta confirmo." Si poſtmodum ſuper aliquo articulo de pertinentiis, qui in charta ipſa non fuerit ſpecialiter expreſſus, in judicio ſeculari contentio moveatur, dicunt judices ſeculares, chartam illam

illam eſſe vacuam et inanem, eo quod nominatim articulus ille non exprimitur in eadem: et ſic hoc verbum "omnia," ſecundum eos, nihil continet, niſi quod fuerit ſpecialiter expreſſum. Et ſi articulus libertatum contentioſus in charta ſpecialiter exprimatur, dicunt iidem judices, chartam ipſam eſſe vacuam, et invalidam, ſi eccleſia vel monaſterium uſa non fuerit hujuſmodi libertate; providemus, quod juſtitiarii et alii judices ſeculares, eccleſiaſticos vel loca religioſa, perverſa interpretatione hujuſmodi ſuis poſſeſſionibus ſeu libertatibus defraudantes, moneantur per locorum ordinarios, in quibus talia judicia exercentur, quod ſub talis interpretationis velamento, poſſeſſiones, libertates, et jura eccleſiaſtica perturbare ſeu intervertere non praeſumant; quodſi monitionibus non adquieverint eorundem, per excommunicationis et interdicti ſententias dictorum juſtitiariorum, et judicum, prout clerici fuerint vel laici, iniquitas per formam ſuperius annotatam reprimatur.

Licet etiam dominus rex, magnates, aliique Chriſti fideles terras, poſſeſſiones, in liberam, puram, et perpetuam eleemoſynam, eccleſiis et viris eccleſiaſticis pie duxerint conferendas; nihilominus cum vicecomites, ac ſui ballivi compellunt hujuſmodi perſonas eccleſiaſticas pro dictis terris et poſſeſſionibus ſectam facere ad ſuam curiam laicalem, contra donationis formam, et officium pietatis, et jura eccleſiarum, et poſſeſſiones, quibus uſi ſunt a longis et antiquis temporibus retroactis, perturbantes, niſi de conceſſionibus originalibus, et chartis ſuis, forte vetuſtate vel alio modo deperditis, vel conſumptis, fidem fecerint coram eis; providemus, quod ſi diſtrictio fiat pro hujuſmodi ſectis a donatoribus et fundatoribus, ſive eorum haeredibus, vel aliis eorum ſucceſſoribus ſuccedentibus qualitercunque, per cenſuras praemiſſas eccleſiaſticas penitus reprimentur: ſi vero a capitalibus dominis fiat diſtrictio pro dicta ſecta, quam eccleſia vel monaſterium ante facere non ſolebat; compellentes et diſtringentes modo ſimili arceantur.

Quandoque etiam laicis inteſtatis decedentibus, domini feodorum non permittunt ipſorum debita ſolvi de bonis mobilibus eorundem, nec in uſus liberorum ſuorum, et parentum, vel alias per diſpoſitionem ordinariorum pie diſtribui pro defunctis; providemus, quod domini et eorum ballivi, ut a talibus impedimentis deſiſtant, moneantur, et monitionibus non parentes, ſaltem pro illa portione, quae defunctum contingit, per excommunicationis ſententiam compeſcantur. Eodem modo procedatur contra eos, qui adſcriptorum et aliorum ſervilis conditionis teſtamenta impediunt, contra conſuetudinem Anglicanae eccleſiae hactenus approbatam.

Praedicta denique remedia tam ad praeſentia quam ad futura gravamina ſe extendunt; praeſertim a tempore excommunicationis de conſenſu regis et magnatum regni, Londini per praelatos ſolenniter promulgatae in tranſgreſſores chartae communium libertatum.

Archiepiſcopi et epiſcopi, de conſenſu et approbatione inferiorum praelatorum, capitulorum cathedralium et conventualium, necnon univerſitatis totius cleri Angliae, pro reformatione ſtatus eccleſiae Anglicanae, et reparatione eccleſiaſticae libertatis, haec praedicta communiter et concorditer providerunt.*

De hoc concilio Mertonenſi paucula recitat MS. Digby in bibl. Bodlej. Oxon. n. ii. f. 184. b. et 185. a. "A. D. MCCLVIII. fuit concilium Bonifacii archiepiſcopi, et omnium ſuffraganeorum ſuorum apud Mertone, ſcil. die Jovis in feſto S. Barnabae apoſtoli, ad quaſſandam decimam totius eccleſiae Anglicanae per Alexandrum papam conceſſum."

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 4.	BONIFAC. 15.	1258.	HENRIC. III. 42.

Synodus Oxonienſis. Ex Matth. Pariſ. in ann.

CIRCA idem tempus convocati fuerunt praelati Angliae univerſaliter, ut Oxoniae convenientes, Anglicanae eccleſiae vacillantis et multipliciter impulſae, ne penitus cadat, ſtatum reformarent. Convenerant autem ibi quatuor epiſcopi ad hoc ſpecialiter deputati, ſcilicet Norwicenſis et Ciceſtrenſis, aliique duo, quorum nomina non recolo. Qui convocaverunt exemptos omnes abbates, et alios alterius ordinis, vel eorum idoneos procuratores; ſcire volentes, ſi eorum ſtatutis vellent adquieſcere, et eorum defenſioni et ſuſtentationi uniformiter adhaerere. Sed quia quidam excuſatione abſentes, quidam in aſſenſu dubitantes, nullum tunc potuerunt dare reſponſum, receſſerunt omnes, imperfectum relinquentes negotium. Haec Matth. Pariſ.

* MS. codex collegii O. A. Oxon. (de quo ſupra) paucis interjectis addit: Datum apud Weſtmonaſterium in ſolenni conventione praelatorum et cleri Anglicanae eccleſiae 6. idus Junii, A. D. MCCLVIII. in quorum omnium robur et teſtimonium nos praedicti archiepiſcopus et ſuffraganei noſtri cum quibuſdam aliis vice univerſitatis religioſorum et cleri huic ſcripto ſigilla noſtra duximus apponenda, etc.

Bulla

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 5.	BONIFAC. 15	1258.	HENRIC. III. 42.

Bulla Alexandri IV. *papae pro epiſcopo Elſinenſi in archiepiſcopum Tuamenſem elato.* Ex Rymer Foeder. vol. I. pag. 672.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Henrico, regi Angliae illuſtri, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Licet continuata ſupervenientium negotiorum inſtantia noſtrum animum (cum, diſponente Domino, univerſali regimini, quamvis immeriti, praeſideamus) inſultibus impetat ſucceſſivis, ſolicitudo tamen omnium eccleſiarum noſtris incumbens humeris, tanto arctius nos quotidiana meditatione perurget, quanto ad id ſumus ex injuncto nobis apoſtolatus officio ſpecialius, immo principalius deputati. Praeſentatam igitur nobis ex parte dilectorum filiorum .... decani, ... archidiaconi, et capituli Tuamenſ. poſtulationem de venerabili fratre noſtro .... archiepiſcopo Tuamenſi, tunc Elfinenſi epiſcopo, in eccleſia eorum factam examinari fecimus diligenter. Et quia eam invenimus canonice de perſona idonea celebratam ipſam (non obſtante quod magiſter Guillielmus de Cornelio, canonicus Dublinen. capellanus noſter pro ſe et quibuſdam aliis, quos aſſerebat eſſe canonicos, Tuamenſi huic poſtulationi ſe minus rationabiliter opponebat, cum nobis non conſtiterit eos ipſius eccleſiae Tuamenſis eſſe canonicos) de fratrum noſtrorum conſilio admittentes, eum a vinculo, quo tenebatur Elfinenſi eccleſiae, abſolutum, praefecimus eidem Tuamenſi eccleſiae in archiepiſcopum et paſtorem, ei licentia tranſeundi ad praedictam eccleſiam Tuamenſem et pallio (quod eſt officii pontificalis inſigne) ac plena ipſius eccleſiaca dminiſtratione conceſſis; firma ſpe fiduciaque retenta, quod per ipſius induſtriam eadem eccleſia Tuamenſis, auctore Deo, ſpiritualibus proficiet inſtitutis, et temporalibus augebitur incrementis. Quocirca ſerenitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam, quatenus eundem archiepiſcopum pro apoſtolicae ſedis et noſtra reverentia celſitudinis tuae proſequens manſuetudine, conſueta ei eccleſiae Tuamenſis regalia, ſine difficultatis diſpendio, faciat aſſignari; ipſam et ſuam eccleſiam a malignorum incurſibus regalis potentiae brachio defenſurus. Dat. Anagniae 10. cal. Aprilis, pontificatus noſtri anno quinto.

P[illegible] Rom.	Ar[illegible] C[illegible]	Anno C[illegible]	R[illegible]
[illegible] IV. [illegible]	B[illegible] 16	12[illegible]	[illegible] III. [illegible]

Concilium Scoticum, praeſente rege Alexandro, Perthi, id eſt, in oppido S. Johannis habitum. Ex Hect. Boet. hiſtor. lib. xiii. f. 284.

HABITUM deinde eſt concilium primatum eccleſiae, praeſente rege, Perthi; id oppidum nunc, ut antea ſignificatum eſt, ſancti Johannis dicitur. Eo concilio edita ſunt ſtatuta provincialia, approbante rege et regni primoribus; quae et hoc tempore in eccleſia obſervata manent.

Conſuetudines et ſtatuta eccleſiae Sariſburienſis. Ex regiſt. capituli Glaſguen. in bibl. juridica Edinburg. pag. 2.

VIRIS venerabilibus et diſcretis W. decano, et capitulo Glaſguen. eccleſiae, R. decanus et capitulum Sariſburien. ſalutem in Domino ſempiternam. Quum nobis ſupplicaſtis humiliter ac devote, ut libertates et approbatas conſuetudines, quibus utitur eccleſia noſtra, ad veſtram, et eccleſiae veſtrae informationem vobis ſcribere curaremus; veſtris ſupplicationibus inclinati, praeſens ſcriptum vobis tranſmittimus, perſonas et earum officia, dignitates et conſuetudines, quibus eccleſia Sariſb. ordinatur et regitur juxta inſtitutionem felicis memoriae Oſmundi, ejuſdem eccleſiae fundatoris et epiſcopi, praeſens tractatus explanat. Quatuor itaque ſunt perſonae principales in eccleſia Sariſb. decanus, cantor, cancellarius, theſaurarius. Quatuor archidiaconi, videlicet archidiac. Dorſet. Berkſir. et duo Wilteſir. praeterea ſubdecanus et ſuccentor. Decani officium eſt, cum omnibus canonicis et vicariis in animarum regimine et morum correctione praeemineat, cauſas omnes ad capitulum ſpectantes audire et judicio capituli terminare, exceſſus clericorum corrigere, et delinquentium perſonas juxta delicti quantitatem et perſonarum qualitatem digna animadverſione punire. Canonici ab epiſcopo inſtitutionem, a decano vero poſſeſſionem de praebendis accipiunt. Decani eſt etiam canonicis jam inſtitutis eccleſiae communiam ſuo jure conferre, et eis ſtallum in choro, et in capitulo locum aſſignare. Vicarias etiam vacantes ad praeſentationem canonicorum praeſentium, vel ex juſta et rationabili cauſa de licentia decani et capituli ob quamcunque cauſam abſentium de clericis idoneis ordinare, verum ſi ultra mare, abſente canonico quacunque de cauſa, vicaria aliqua vacaverit, decanus vicariam ſua auctoritate citra aſſenſum ipſius canonici, cui voluerit clerico idoneo poterit conferre. Praeterea nullus clericorum de ſuperiore gradu, vel de ſecunda forma in choro admittitur, niſi auctoritate decani. Cantoris officium eſt chorum in cantuum elevatione et depreſſione regere,

gere, cantores et miniſtros altaris in tabulam ordinare. Ad illum etiam pertinet puerorum inſtructio et diſciplina, et eorundem in choro admiſſio et ordinatio. Praeterea in majoribus feſtis duplicibus tenetur intereſſe regimini chori. Praeterea in omni duplici feſto rectores chori de cantibus injungendis et incipiendis tenetur inſtruere. Praeterea omnes cantus ab epiſcopo incipiendos ipſi epiſcopo in propria perſona tenetur injungere. Cancellarii officium eſt in ſcholis regendis et libris reparandis et corrigendis curam impendere, lectiones auſcultare, et terminare, ſigillum capituli cuſtodire; literas et chartas componere, et literas in capitulo legendas legere; lectores in tabula notare; omnes etiam lectiones ad miſſam, quae non ſcribuntur in tabula, tenetur injungere. Theſaurarii officium eſt ornamenta et theſauros eccleſiae conſervare; luminaria adminiſtrare, magnum etiam cereum paſchalem; ſacriſtas quoque ſuis expenſis tenetur theſaurarius exhibere; campanas eccleſiae congrue ſuſpenſas in ſtatu congruo conſervare, et earum uſibus neceſſaria providere. Ornamenta etiam eccleſiae ſuis expenſis reficere, panem, vinum, aquam, et candelas ſingulis altaribus eccleſiae, excepto parochiali, adminiſtrare; incenſum, carbonem, ſtramen, juncum, et mattas ſtatutis temporibus per totum annum eccleſiae comparare. Subdecani officium eſt, ſi decanus defuerit eccleſiae, vices ejus ſupplere, curam archidiaconatus in urbe et ſuburbio gerere. Succentoris officium eſt vices cantoris abſentis ſupplere, ſcholam cantus per officialem ſuum regere. Si quis canonicorum ſive ad dedicationem eccleſiarum ſive alias cum epiſcopo ejuſdem eccleſiae fuerit, partem oblationis, ſicut alius capellanus, habebit. Item, ſi epiſcopus eccleſias vel capellas praebendarum dedicaverit, nihil ibi percipient capellani epiſcopi, nec alii, niſi ſolus canonicus, cujus fuit praebenda. Quando vero aliquis conſtituitur canonicus, debet jurare coram fratribus praeſente evangelio, ſe dignitates et conſuetudines Sariſb. eccleſiae inviolabiliter obſervaturum.

Dignitas decani et omnium canonicorum eſt, ut epiſcopo in nullo reſpondeant, niſi in capitulo cathedrali eccleſiae Sariſb. et judicio tantum ejuſdem capituli pareant. Habent etiam curiam ſuam in omnibus praebendis ſuis, et juriſdictionem archidiaconalem, ubicunque praebendae aſſignatae fuerint in dioeceſi Sariſb. ſive in eccleſiis, vel decimis, vel terris, ita quidem ut nulla exigentia omnino in dono, vel aſſiſa, aut aliqua alia conſuetudine ab epiſcopo vel aliquo alio fiat in praebendis eorum, vel omnes libertates eorum et omnes dignitates plenarie et pacifice habeant, quas praedictus Oſmundus epiſcopus in eiſdem praebendis habuit, cum eas in ſuo haberet dominio. In quibus epiſcopi et archidiaconi nec viſitationem, nec procurationem ratione viſitationis, nec pecuniarum auxilium hactenus habuerunt, ſic enim obtentum eſt ex libera et approbata conſuetudine a tempore, cujus non extat memoria. Eiſdem etiam libertatibus et conſuetudinibus gaudet eccleſia noſtra in eccleſiis, terris, et decimis ad communiam ipſius infra Sariſb. dioeceſim aſſignatis, quas habet in praebendis infra eandem dioeceſim exiſtentibus, exceptis quibuſdam eccleſiis de novo ad communiam aſſignatis, in quibus praemiſſas libertates nondum obtinuit. Praeterea noveritis, quod communia eccleſiae noſtrae inter reſidentes tantum clericos, vel qui pro negotiis capituli ſunt abſentes, diſtribuitur ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam. Iſtud etiam notorium eſt, quod libera electio decani ad canonicos eccleſiae pertinuit a tempore beati Oſmundi praedicti. In cujus rei teſtimonium praeſens ſcriptum capituli noſtri ſigillo roboravimus. Dat. Sariſb. die aſcenſionis Domini, anno gratiae MCCLIX.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. *6.*	BONIFAC. 17.	1260.	HENRIC. III. 44.

A. Brechinenſis epiſcopi, et archidiaconi ejuſdem loci charta, quod pertineat epiſcopo Moravien. viſitatio decani et capituli et dignitatum. Ex chartulario Moravienſi veteri fol. 22. recto. in biblioth. Ebredunenſi.

OMNIBUS Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris A. Dei gratia Brechinenſis epiſcopus, ac ejuſdem loci archidiaconus, judices a domino papa delegati, ſalutem in Domino. Quanto ſalus animarum ex motae quaeſtionis controverſia magis accenditur, tanto celerius ad deciſionem litis convenit properare. Cum igitur inter venerabilem patrem dominum Archebaldum, Dei gratia Moravien. epiſcopum, ex parte una, et decanum et canonicos Moravien. de dignitatibus et aliarum liberalium praebendarum ex altera, ſuper praebendarum ſuarum et eccleſiarum ad eaſdem pertinentium viſitatione et morum reformatione, tam decani quam aliorum canonicorum et clericorum, et etiam miniſtrorum, vicariorum, capellanorum et parochianorum dictarum praebendarum, necnon et juriſdictione ad eaſdem praebendas et eccleſias pertinente, ſuborta fuiſſet materia quaeſtionis; tandem auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, vocatis omnibus, quos cauſa tangit, et partibus coram nobis conſtitutis, fuit ex parte ipſius epiſcopi petitum, quod cum ex diligentia paſtoralis officii ad hoc teneatur de jure communi, quod ſibi liceat omnes eccleſias et praebendas, tam de dignitatibus quam caeteras univerſas viſitare, ac ſecundum formam juris, quae ad viſitationis officium ſpectat, in eis adimplere, necnon et exceſſus tam decani quam canonicorum univerſorum, et ſingulorum, et clericorum de choro, et miniſtrorum eorundem vicariorum et capellanorum et parochianorum praedictarum eccleſiarum corrigere, ac eorum mores, ne ipſorum ſanguis de manibus requiratur,

tur, libere valeat reformare, et quae ad juriſdictionem ordinariam pertinent inviolabiliter exercere. Nos igitur auditis et intellectis totius cauſae meritis, finem litibus imponere volentes, de voluntate et conſenſu partium, habita deliberatione diligenti, et virorum prudentum communicato conſilio, auctoritate praedicta, ita duximus ordinandum, ut dictus Moravienſis epiſcopus et ejus ſucceſſores, tam ad viſitationem decani et capituli quam canonicorum, clericorum chori ac miniſtrorum vicariorum, et eccleſiarum praebendalium, de dignitatibus et aliarum liberalium praebendarum, et ad exceſſuum correctionem capellanorum et parochianorum ad praedictas praebendales eccleſias pertinentium, ac morum reformationem liberaliter admittantur. Ita ſcil. quod dictus epiſcopus et ejus ſucceſſores ſingulis annis pro decanatu procuratione unica ſit contentus, pro praecentoria, theſauraria, archidiaconatu, et pro praebenda de Spyny, pro qualibet earum ſingulis annis, unica ſimiliter procuratione ſit contentus. Alias vero praebendas, et dignitates, et omnes eccleſias [illegible] pertinentes, prout animarum cura requirit, et quoties opus fuerit, viſitare non omittat, et ab eis, ſicut convenit, procuretur pro viſitatione in eccleſia cathedrali facienda, procuratio a capitulo non praeſtetur. Reſervatis tamen dicto decano et canonicis liberalium praebendarum omnimoda juriſdictione ſua, quam hactenus [illegible] praebendis ſuis habere conſueverunt, niſi in his caſibus, in quibus cauſae ſecundum canones a praelatis inferioribus ad ſuperiores devolvuntur. [illegible] ceſſus vero canonicorum cathedralis eccleſiae, qui conſueverant corrigi per decanum et capitulum, per ipſos juxta ejuſdem eccleſiae conſuetudinem hactenus pacifice obſervatam, et commonitionem et juſſionem epiſcopi et ſucceſſorum ſuorum infra competentem terminum eis ab epiſcopo vel ejus ſucceſſoribus praefigendum corrigantur. Alii [illegible] epiſcopus et ejus ſucceſſ[illegible] D[illegible] habentes, et animarum cura requirit, per cenſuram eccleſiaſticam corri[illegible]. In [illegible] rei teſtimonium [illegible] ſupradicta omnia firmiter et inviolabiliter et perpetualiter obſervanda, illi parti hujus ſcripturae in [illegible], quae [illegible] una cum ſigillis noſtris appoſitum eſt ſigillum capituli Moravienſis cum ſubſcriptione canonicorum. Reliquae vero parti, quae penes praedict[illegible] decanum et [illegible], una cum ſigillo dicti epiſcopi, ſigilla noſtra fecimus apponi. Actum apud Munros pridie cal. Maii, anno Domini [illegible].

Papae Rom.	[illegible]	[illegible]	[illegible]
URBAN. IV. 1.	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Canonizatio S. Richardi, epiſcopi Ciceſtrenſis in Anglia, ejuſque relatio in numerum ſanctorum confeſſorum, cum indulto [illegible] 3. [illegible]
Ex Bullar. Rom. vol. I. p. 149. edit. [illegible].

URBANUS papa quartus archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepoſitis, archipreſbyteris, et aliis eccleſiarum praelatis, ad quos literae iſtae pervenerint, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Exultet angelica turba caelorum, exultent divina myſteria, ſummi namque Regis victoria et ſalutaris ſuae paſſionis effectus in humani relucent generis creatura. Exultent in gloria ſancti, et in ſuis laetentur cubilibus de novo caeli concive, qui habitator dum domus luteae terrenum fundamentum habentis, poſt carnem cum vitiis, mundum cum deliciis ſuperatum, poſt habitum de hoſte antiquo triumphum, corporis ergaſtulo reſoluto, factus compatriota caeleſtium, caeleſti quieſcit in patria, ſidereas incolit manſiones. Exultet mater eccleſia novae prolis foecunditate jucunda, cujus meritis fidem catholicam ſupra firmam petram ſtabili firmitate firmatam, claris inſpicit clarere prodigiis, et ſignis inſignibus inſigniri, quibus fallaces haereticorum confutantur fallaciae, Judaeorum confunditur obſtinata protervia, inexcuſabilis ignorantia Paganorum, omni prorſus excuſationis velamento *frangatur. Anglia prorumpat in jubilum, et celebri memoria ſe virum produxiſſe meditetur angelicum, conſortem gloriae angelorum. Exultet et gaudeat Ciceſtrenſis eccleſia, quae [illegible], quem vivus ſalutaribus inſtituit monitis, laudabilibus inſtruxit exemplis, moriens favore munit apud homines, interceſſionibus protegit apud Deum. Gaudens igitur et exultans cum jucunditate, commemoret ſe illum in terris habuiſſe patronum, cujus in caelo patrocinio communitur. Plaudant [illegible] gaudiis, dum paſſiones hujus ſeculi, ad aeternam conſiderant gloriam profeciſſe, ut temporalibus poenis affecti, aeternis gaudiis potiantur, dum mundi mundanorumque contemptum, ad aeternae haereditatis participium convaleſcere intuentur, ut terrena ſpernentes, ſuperna participent, et fiant Chriſti Domini cohaeredes. Plaudant itaque manibus, exultationis voce jubilent, plauſus exultet operum, jubilet vox pſalmorum, piis plaudant manus operibus, orationum devota tripudia voces ſonent, reſonent cymbala bene ſonantia, labia cordi concinna, concors concrepet harmonia, cor amet, lingua clamet, manus operetur inſtanter. Laeti diem agant laetitiae plebs et clerus, ex immenſitate gratiae menſuram laudis et laetitiae metiantur. Laudent igitur Dominum ſecundum multitudinem infinitae ſuae magnitudinis ſine fine. Laudent eum in venerandae memoriae B. Richardo,

* In margine [illegible].

quondam epiſcopo Ciceſtrenſi, mirabilem, quem ipſe ſua immenſa bonitate, virtutum operatione mirificans et gratia ſanitatum, ſic immenſis illuſtravit miraculis, quod in diverſitate graduum ſui ſtatus, in gratia et gloria gradatim aſcendit. In ſubjectionis namque ſtatu quaſi ſtella matutina promicuit in medio nebulae, dum in ipſa juvenilis aetatis ignorantia, innocentiae firmato veſtigio, imitando vixit exemplo. In praelationis gradu quaſi luna in diebus ſuis plena reſplenduit, potius de virtutum creſcentium meritis incrementa ſuſcipiens, quam de auctae gloria dignitatis. Poſt felicem vero tranſitum de hac vita, quaſi ſol refulgens, ſic ipſe in templo Dei refulſit, dum ſignis evidentibus, quaſi radiantibus ſolis radiis coruſcavit. Felix principium feliciori continuatum medio, feliciſſimo meruit fine concludi, cujus vitae talis exitus debebatur. Sic dedit ei largitor bonorum omnium, praeſentis curricula vitae decurrere, ut mundo moriens, ipſi Deo felicius vivere mereretur. Cujus vitam, per quam verae vitis palmes effectus vivit aeterna plantatus in vita. Cujus proceſſum, per quem ſibi ad caeleſte palatium miſericordiarum Pater paravit acceſſum, cujus miranda miracula, quibus miraculoſe per ipſius merita dominantium Dominus ſuam mirificavit eccleſiam, ad ſuae laudis praeconium, ad inſtruendum novis propugnaculis chriſtianae religionis aedificium, ad praeſentium et futurorum inſtructionem et gladium, grato compendio, gratia divina favente ſermoni, compendioſus ſermo perſtringet. Hic nempe a primaevae juventutis ſuae primitiis, Ducis illius ducatu deductus, illius Regis rectus et directus regimine, in cujus cellaria ipſum ſequens, ipſi obſequens, ſemper optavit anxius, et tandem obtinuit, ut credimus firmiter, glorioſius introduci. Vacans ſtudioſe virtutibus, virtutum Domino votive reddidit vota ſua omnia, quae juvenilis aetas pernicioſe ſolet amplecti, velut in annoſa jam conſtitutus aetate, diſcreta maturitate devitans. Continentiae ſtuduit, adoleſcentiae ac juventutis vias incertas adeo impolluto nixus calle tranſire, quod famam ſuam ab omni contagii carnalis infamia ſervavit illaeſam. Quinetiam a fratre primogenito per grati obſequii ejus inducto gratiam, non ſeducto per alicujus calliditatis aſtutiam, cum oblatione cedendi patrimonii, quod ſecundum morem patriae idem frater totaliter obtinebat, invitatus ad conjugale cujuſdam nobilis puellae conſortium, mundi hujus corde mundo immundis declinatis illecebris, ut in ſortem Domini cederet, ceſſit hujuſmodi ceſſioni, et animam ſuam firmo propoſito caeleſti ſponſo deſponſans, ſponſae terrenae ſponſalia ſponte ſprevit, ad caſtitatis aſpirans privilegium, non execrans carnalis matrimonii ſacramentum. O negotiatio provida! O utilis et ingenioſa mercatio! terrena pro caeleſtibus commutavit, tranſitoria pro manſuris, temporalia pro aeternis. Contempſit temporale patrimonium, ut particeps fieret haereditatis aeternae. Carnalis conjugii voluptates appetentibus anxias, ſatietatis poenitudine plenas, abhorruit, ut immaculati thori delicias, deſiderantibus ſuaves et placidas, fruentibus gratas et avidas obtineret. Et ut eo plenius in incepta negotiatione proficeret, quo uberius ſcientia et virtutibus impleretur, impendit ſtudio ſolicitas operas, virtutibus ſe virtuoſe devovit. Et quia vas novum, animum ſcilicet peccatorum maculis non infectum, vero attulit Elyſeo, ipſe ſapientiae ſal miſit in illud, ipſumque virtutibus, ac famae nitentis oleo adeo foecundavit, quod proficiens prae coaetaneis ſuis in literarum ſcientia in tantum virtutibus profecit et fama, quod inter caeteros, imo cum caeteris beatus Edmundus, tunc Cantuarien. archiepiſcopus, currens in ſcientiae ſuae praeconio, et laudabilis converſationis odore, ipſum in participem ſingularis familiaritatis, et ad officium cancellariae Cantuarien. aſſumpſit. Cumque datam illi a Domino gratiam, pleniorem *exolveret familiaris experientia, quam vulgaris fama promiſerat, circa totius archiepiſcopatus adminiſtrationem ipſius miniſterio utebatur. Ipſam ſuam dextram reputabat, fidum ſui pectus conſilii, fidelem miniſtrum juſtitiae, ac eruditam linguam fructuoſae doctrinae. In his autem et aliis inferioribus adminiſtrationibus ſuae curae commiſſis, vir Dei divina ipſum proſequente gratia, taliter miniſtravit quod in veracitate ſermonis, cenſura juſtitiae, manſuetudinis lenitate, humilitatis cultu, omnibus ſe amabilem exhibuit, omnibus utilem, pauperes auxilio, divites conſilio refovendo. In iis quaſi ſtella matutina reſplendens ſuis creſcentibus meritis in plenae lunae claritatem excrevit. Licet enim ſoleant interdum virtutes tepeſcere, et otio cedere, deſideratae dignitatis culmine accedente, dum ſtudent aliqui vivere quietius, et perſiſtunt in optata et obtenta dignitate diutius, in iſto tamen cum altioris gradus incremento creverunt. Ipſe namque vocatus ad regimen eccleſiae Ciceſtrenſis, factus eſt ſolito longe magis vigil ad curam, non ſegnis ad opus, ſuavis ad mores. Extunc ei fuit pauperum cura major, habitus abjectior, geſtus et affatus humilior. Extunc ipſe in perſecutionem perpeſſione fortior, in libertatis eccleſiaſticae defenſione conſtantior, in juſtitiae cenſura inflexibilior, in oratione ferventior, in eleemoſynarum largitione profuſior, in proprii corporis caſtigatione rigidior, diſtrictior in obſervantia diſciplinae, in carnis et ſpiritus lucta prudentior. Horum colluctatione frequenter in ipſa luctatus, prudenter attendit, ſtuduit lucrari prudenter, carnem coegit ſervire ſpiritui, abjecit ancillam et filium ejus, carnem et carnis incentiva proſternens vigiliis, quas ſpreto cubili pervigil obſervabat, refocillavit ſpiritum, pavit jejuniis, multa orationum aſſiduitate nutrivit. O virum induſtrium! O circumſpecti athletae prudentiam! Carni arma debilitationis impoſuit, ut armis fortitudinis ſpiritus armaretur. Illi dedit arma terreſtria, ut ſpiritus arma caeleſtia commodius toleraret. Ut enim carnis carie caute careret effectu, vere Mardochaeus effectus, ipſius et nomen et omen aſſumpſit, dum nominis interpretationem implevit, impudentis carnis factus amara contritio, et ipſam amare conte-

* In margine *exoleret*.

rens

rens impudentem. Poſuit enim veſtimentum ejus cilicium, et ipſius ſtimulos corrigia ligneis et ferreis pungente ſtimulis, ſe nudum comprimendo repreſſit, loricamque ſuperinduens arma macerationis adjecit. O pugnantis cauta ſagacitas, ſagaxque cautela! O dole bone in hoſtem! Sic amavit adverſarium, ut armis debilitaret armatum, cum debilitatio ſecure confligeret, in conflictu quietius vinceret, de armato virtuoſius obtineret. Haec miranda, haec laudanda belli victoria, non in exercitus multitudine, ſed de caelo veniens fortitudo. Hoc opus illius, in cujus conſpectu non eſt differentia in multis liberare vel paucis. Hoc opus illius, qui docuit lucernam accenſam non poni ſub modio, ſed candelabro ſuperponi. Hoc illius opus, qui quod verbo docuit, opere in beato Richardo complevit. Ipſe enim Pater luminum, qui * edidit per tenebras mundi hujus in ſuo lumine ambulare, in ipſo meritorum lucernam accendit, ipſe illam candelabro mirabilium operum ſuperimpoſuit, ut per clara merita, quaſi luna reſplendens, tandem per miraculorum evidentiam, in ſolis fulgorem proficeret, et quaſi ſol in templo chriſtianae fidei refulgeret, nec laterent in abditis tantae opera claritatis, quae idem ſummus opifex per eum non ſolum cum ipſo regnantem, ſed etiam adhuc, licet praeter carnem, tamen in carne viventem, dignatus eſt mirabiliter operari, patientibus ad beneficium, videntibus et audientibus admirandum imitationis exemplum, et proficiendi doctrinam. Quorum de multis aliqua, oneroſae multitudinis vitandae gratia, brevis ſeries referabit. Quodam ſiquidem edulitatis tempore ad ejuſdem beati viri eleemoſynam inopinata concurrente inopum copia, panem, qui ad nonaginta refectionem pauperum, diſtributione ſolita aeſtimatus, occurrentis multitudinis vix parti minimae concurrebat in numero, vivus panis, qui de caelo deſcendit, ad ipſius benedictionem abundare fecit in tantum, quod praeter aeſtimationem aſtantium, refectis abunde fere tribus millibus pauperum conſuetas recipientium portiones de ſupernae abundantia pietatis ſuperabundaverunt partes, quae ſecundum eandem diſtributionem centum adhuc pauperes refeciſſent. Hic diſſolutionis ſui corporis tempore propinquante, per plures dies ante horam mortis certam, licet ipſa nihil incertius, facti ſubſecuta veritate dictum certificare, praedixit. Poſt cujus tranſitum corpus ipſius antea gravatum vigiliis, terrae duritia, in qua frequenter ſolebat decubare confractum, jejuniis maceratum, macerationibus multis afflictum praeter humanum morem, nitidiſſimum apparuit, ut probaretur preſſuris talibus non oppreſſum, ſed potius expolitum. Ad ipſius invocationem, contractus cujus membra naturaliter greſſui miniſtrantia, ita totaliter plurium annorum paralyſis inveterata contraxerat, ut eiſdem membris hujus miniſterio ineptis redditis, nulla omnino daretur gradiendi facultas, ille cujus mira ſunt opera ſubito membris ipſis in ſolitam virtutem erectis, in liberi greſſus libertatem erexit. Antiquatas fiſtulas plurium oſſium extractione concavas, et ſine ſpe ſanitatis ſtillantes ſaniem, ejuſdem ſancti meritis, ulceribus etiam repente ſanatis, divinae pietatis affluentia deficcavit. Tres mortuos, quorum unum currentis currus per medium rota compreſſerat, reliquos vero febris extinxerat, ille, qui mortem moriendo deſtruxit, precibus ſub ejuſdem porrectis nomine inclinatus, ſuſcitavit ad vitam. Et quod non eſt praetereundum ſilentio, ſed ſolenni vulgandum gaudio, in humanum corpuſculum e veſtigio inhumandum, utpote de corpore matris natum exanime, de utero transferendum ad tumulum, ejus invocato nomine, animam viventem, animarum Creator infundit. Sane iis et aliis miris operibus ſancti hujus aſtruentibus ſanctitatem, et chriſtianae fidei veritatem miraculorum lingua loquente, concurrit undique populus, crevit devotio, laudatur Dominus de ſalutiferis gratiis, ſalutis auctori gratiae referuntur. Invaluit ſuper his fama communis et celebris in auribus felicis recordationis Alexandri papae praedeceſſoris noſtri, de Anglorum tabernaculis vox exultationis et ſalutis innotuit. Ad ipſum chariſſimi in Chriſto filii noſtri N. regis illuſtris, praeclarorum, et aliorum magnatum Angliae, ſupplicationis humilis inſtans clamor aſcendit, praedeceſſoris ipſius auctoritate, inquiſitionem fieri ſuper praedictis obtinuit. Nos et fratres noſtros, per praelatos, religioſos, comites, barones, et alios fide dignos in inquiſitione ipſa probata veritas et auctoritate noſtra, primo per venerabilem fratrem noſtrum N. epiſcopum Tuſculan. ac demum per nos et eoſdem fratres diligenti examinatione diſcuſſa, de ſancti ejuſdem vita mirabili, miraculis et meritis glorioſis inſtruxit. Exultet itaque caelum laudibus, reſultet terra gaudiis, et hujus ſancti ſolennia laeto concentu concinat populus chriſtianus. Molliatur duritia Judaeorum, paganorum ignorantia inſtruatur, ſileant haereſes, haereticorum doloſa labia conticeſcant, nec molliantur amplius doloſae vulpeculae religionis chriſtianae ſegetem caudis ignitis, et doloſis fraudibus demoliri. Virtutem vereantur eccleſiae tanti ac talis et ſimilium patronorum defenſione munitae, nec ipſorum praeſumptuoſa temeritas de caetero in ipſam praeſumat inſidias, evidentium operum, et ſignorum propugnaculis tantis inſtructam: ſignis ſaltem evidentibus acquieſcant, qui in veri dogmatis teſtimoniis non quieſcunt. Operibus ſaltem credant, qui pertinaciter evangelicae doctrinae non credunt. Avertantur ab errorum inviis, veritatis convertantur ad viam, ut in Domini veritate directi, rectius hujus B. viri vias fidei et operis veſtigiis inveſtigent, ipſumque ſequi ſtudeant, qui ambulans in via immaculata, Domino fideliter miniſtravit. Caeterum quia ſicut de ipſo pro certo tenet concepta ex his certa et indubitata credulitas, Rex caeleſtis ſic eum honorari decrevit in caelis, ut aeternae claritatis lumine quaſi regiis veſtimentis amictus, et ſempiternae gloriae diademate decoratus, ſedi ſupernae quieti inſideat; decet ut noſtro miniſterio per omnem chriſtiani cultus ambitum vehiculo debitae venerationis incedens, profuſis per

* *Forte ei dedit.*

orbem gaudiis et effuſis undique laudibus honoretur in terris. Propter quod de fratrum eorundem, ac praelatorum omnium apud ſedem apoſtolicam exiſtentium, unanimi conſilio et concordi conſenſu, in feſto B. Vincentii 11. cal. Februarii eum, hoſtis humani generis, carnis et mundi victorem, ſanctorum catalogo cum celebri gaudio duximus adſcribendum. Ideoque univerſitati veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus 3. non. Aprilis (quo utique die ipſius beatus ſpiritus de vitae praeſentis exilio tranſivit ad patriam, et mundi hujus egreſſus tenebras, ac luminis abyſſum ingreſſus, ad inacceſſibilem lucem acceſſit, ipſam felix * habitans, et habetur feliciter ab eadem) celebriter ejus feſta celebria, modulatis vocibus et cordibus, annis ſingulis celebretis, et a veſtris faciatis ſubditis celebrari, ut eundem glorioſum confeſſorem et inclytum venerantes in terris, ſentiatis interceſſorem aſſiduum, et defenſorem perpetuum in excelſis. Ut autem ad venerabile ſepulchrum ipſius eo affluentius, quo utilius, confluat populi multitudo, et colatur ſolennius ejuſdem confeſſoris veneranda ſolennitas, omnibus vere poenitentibus et confeſſis, qui cum devotione ad illud in die ſolennitatis ipſius acceſſerint, ejus implorando ſuffragia, ſingulis annis, quibus illuc venerint, de omnipotentis Dei miſericordia, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum et quadraginta dies; accedentibus autem ad praedictum ſepulchrum infra ejuſdem feſti quindenam, quadraginta dies de injuncta eis poenitentia, miſericorditer relaxamus. Dat. Viterbii 10. cal. Martii, pontificatus noſtri anno primo. [Bulla haec quarto poſt concilium Lambeth. loco collocari debuiſſet.]

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 7.	BONIFAC. 18.	1261.	HENRIC. III. 45.

Concilium Lambethenſe, in quo conſtitutiones provinciales per Bonifacium, Cantuar. archiepiſcopum, editae ſunt tertio idus Maii, A.D. MCCLXI. *et regni regis Henrici tertii* xlv. Ex MSS. Cott. Otho A. xv. et Vitell. A. ii. collat. cum MS. Lambeth. n. 17. et MS. Elien. n. 235.

UNIVERSIS ſanctae matris eccleſiae filiis per Cantuarienſem provinciam conſtitutis, Bonifacius, miſeratione divina Cantuarienſis archiepiſcopus, totius Angliae primas, ejuſque ſuffraganei, ad certitudinem praeſentium, et memoriam futurorum. Aeternae ſanctio voluntatis, quae rerum ordinem omnium, cunctarumque ſemina naturarum in pondere, numero, et menſura decrevit, ad exemplar caeleſtium procedere cenſuit regimen terrenorum, humanumque genus, quod caeteris praeſtare[a] voluit dignitatis excellentia creaturis, conſtringens a ſenſualitatis prurigine naturalibus regulis[b], et ab arbitrii lubricitate legalibus cohibens inſtitutis, ut potentiores laxatam ſibi paſſim non crederent in ſubjectos[c] imperandi licentiam; et inferiores[d], quos etſi natura pares, cauſarum facit ſeries indeflexa praelatis diſſimiles, ſuperiorum[e] non contemnerent diſciplinam, et ſicut terrenae domicilium manſionis pro caeleſtium luminum qualitate[f] lucis vices ac noctis continuis ſucceſſionibus mutuatur, et caeleſtium ſubjicitur moderamini poteſtatum; ſic ordo rectorum eccleſiaſticus, ſpiritualis videl. et terrenus, ſacerdotalis et regius[g] conceſſae ſibi praelationis[h] habenas dirigeret, quod unius impetus proceſſum alterius non turbaret nec impediret; ſed accederet unus alteri ſuffragator in mutuae charitatis ſubſidium, quo ſibi invicem ad humanae noctis tenebras[i] diſſolvendas ſuſcepti participarent luminis ornamentum.

Sane attendentes olim patres et praedeceſſores noſtri Cantuarienſes archiepiſcopi, totius Angliae primates, et ſuffraganei eorundem, et potiſſimum[k] temporibus parum retro decurſis, amicus Dei, beatus Edmundus, praedeceſſor noſter, cujus memoria in benedictione, et inter electos Dei ſors ejus eſt computata; nos, qui licet immeriti, in locum regiminis ſibi immediate ſucceſſimus, cum fratribus et coepiſcopis noſtris ſuffraganeis Cantuarienſis eccleſiae noſtris temporibus ſolicite ponderantes, quod gravamina et oppreſſiones, quibus in Anglia libertas eccleſiaſtica premitur[l] et calcatur, illuſtri domino regi noſtro nequaquam accedunt ad commodum; ſed potius, ad non modicum ſalutis ſuae et noſtrae ſimul periculum, et honoris tam perſonae ſuae, quam totius regni ſui notorium detrimentum, ipſum frequenter monuimus et ſupplicavimus ei, ac ſupplicari fecimus cum inſtantia ſaepius reverenter; necnon apud principes, magnates[m], et conſiliarios, quorum moderamine diſponuntur regni negotia, precibus et exhortationibus pulſavimus importuna opportunitate, et opportuna importunitate frequenter, quatenus intra memoriam revolventes, quot plagis Aegyptii fuerunt percuſſi, pro eo quod populum Domini filios Iſrael, typum gerentes miniſtrorum altaris, in luto cogebant ſervire et latere; ſubjicientes eos indebitae ſervituti, contra praeceptum Dei, et juris privilegium naturalis; quo quis tenetur alteri non facere, quod nollet ab alio ſuſtinere. Penſanteſque prudenter, quod Chriſtus ſponſam ſuam in tantum dilexit eccleſiam, cujus hodie, peccatis exigentibus, patres angariantur a filiis, et oves deſaeviunt in paſtores, quod vetuſtae chirographum ſervitutis in protoplaſti praevaricatione conſcriptum, proprio cruore delevit, et ſanguine martyrum, armis fidei dimicantium[n], adverſus mundi principes,

* In margine *habens*. [a] *praeferre* MSS. Lamb. et Eli. [b] *praeceptis, aliis regulis, et arbitrii praecipio legalibus cohibens* L. et E. [c] *humiles vel ſubditos* L. et E. [d] *humiles* L. *humiliores* E. [e] *majorum* L. [f] *claritate* L. et E. [g] *et mundanus* addunt L. et E. [h] *dominationis* L. et E. [i] *caliginem expellendam* L. et E. [k] *pontificum* E. [l] *deprimitur* L. et E. [m] *regni* addunt L. et E. [n] *expugnantium mundi* L. et E.

cipes, et ſeculi poteſtates rubricavit, privilegium libertatis e caelo prius conceſſum eccleſiae, et in terris poſtmodum a principibus hujus mundi fidelibus innovatum.

Huic inquam, privilegio tam pio tamque nobili pretio comparato, deferrent humiliter ob reverentiam Redemptoris, permittendo clerum Angliae in ſolitudine libertatis, laudis ſacrificium Domino immolare; ne perſecutores ſubmergi contingat in fluctibus irae caeleſtis; ſi, contemptis divinis imperiis, ipſum cogant ad paleas ſervitutis. Licet autem in precibus inculcandis diu laboraverimus ſuſtinendo, et ſuſtinuerimus laborando; adhuc tamen inſtantia noſtra ſaepius iterata, ad exauditionis gratiam ingreſſum mereri non potuit, nec effectum [illegible] diutius expectatum. Quia vero periculoſe negligitur, quod contra caeli principem uſurpatur, contra gravamina praelibata, quae abſque Dei offenſa ulterius connivere non poſſumus, nec debemus, ad arma juſtitiae, quod eſt verbum Dei, penetrabilius omni gladio ancipiti, cum fiducia recurrentes, certa[p] remedia adverſis conatibus opponenda providimus, quae, ſacro concilio approbante, nuper providae deliberationis judicio ſtatuenda duximus ſub hac forma.

I. *Quod clerici non veniant ad ſummonitiones laicorum.*

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis, Patris, Filii, et Spiritus Sancti, Amen. In meſſem dominicam, in qua non reges et principes ſeculi, ſed regnorum victores et regum per fidem, apoſtolos, et ſucceſſores eorum Chriſtus mittendos elegit, falcem terrenae dominationis, charitate frigeſcente, cernentes effraenatius currere, quam caeleſtis regula patiatur, qua reddi jubentur Caeſari, quae ſunt ejus, et quae ſunt Dei, Deo; dolore cordis concutimur, et amaritudine replemur horroris, timentes, quod dum occurrere malis negligimus, indignationis periculum incurramus. Cum igitur eccleſia Anglicana, non contemnenda portiuncula divinae meſſis, non ſolum contra jura divina et ſtatuta canonica, ſed etiam contra libertates a regibus, principibus, et aliis regni magnatibus conceſſas eidem, auſibus ſacrilegis, novis irruptionibus[q], diris concuſſionibus, et oppreſſionibus nefariis multipliciter ſit attrita, et hoc non abſque ſuperni regis offenſa, et perpetuo animarum regis noſtri temporalis, et aliorum regni magnatum, ac noſtrarum, et ſubditorum noſtrorum periculo, ſub diſſimulationis conniventia ulterius pertranſire non poſſumus; auctoritate praeſentis ſacri concilii inhibemus, et inhibendo ſtatuimus, ut ſi contingat ab hac die inantea, quod Deus avertat a ſenſibus fidelium, ſanctae matris eccleſiae filiorum, quemquam archiepiſcopum, vel alium praelatum inferiorem per literas domini regis, vel alicujus alterius poteſtatis ad ſeculare judicium evocari, ut ibi reſpondeat ſuper his, quae mere ad ipſius judicium et forum eccleſiaſticum pertinere noſcuntur, prout temporibus retroactis uſurpative contra Deum et juſtitiam, ac libertatem eccleſiaſticam pluries eſt praeſumptum; ſtatuimus, inquam, et ſtatuendo inhibemus, quod archiepiſcopi, epiſcopi, et caeteri eccleſiarum praelati, majores et minores, ad ſeculare judicium, ibidem ſubituri judicium, non veniant, ſicut nec venire tenentur pro hujuſmodi ſpiritualibus evocati; utpote ſi forte vocetur praelatus reſponſurus in ſeculari judicio, pro eo quod clericos ad eccleſias vel capellas vacantes admiſerit, vel non admiſerit, rectores inſtituerit, vel non inſtituerit in eiſdem, ſuos ſubditos excommunicaverit, ſuſpenderit, vel interdixerit, excommunicatos ſuſpenſos vel interdictos denunciaverit; aut pro eo quod eccleſias dedicavit, vel ordines celebravit, aut de cauſis mere ſpiritualibus cognovit, ut puta de decimis, oblationibus, limitibus parochiarum, et ſimilibus, quae non poſſunt ad ſeculare forum aliquatenus pertinere: aut quia cognovit de peccatis, et exceſſibus ſubditorum, ſicut de perjurio, et fidei tranſgreſſione[r], ſacrilegio, violatione ac perturbatione eccleſiaſticae libertatis, [illegible] violatores et perturbatores, necnon et libertatum per chartas domini regis eccleſiae conceſſarum contradictores, in ſententiam excommunicationis [illegible] facto.

Item, ſi vocetur praelatus ad judicium ſeculare, pro eo quod cognovit inter clericos ſuos, vel inter laicos conquerentes, et clericos defendentes in perſonalibus actionibus ſuper contractibus aut delictis, vel quaſi; aut pro eo, quod perſonas eccleſiaſticas ad mandatum domini regis, in judicio[u] ſeculari non exhibet; ſeu clericos in foro ſeculari, pro negotiis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus, amerciatos non compulit ad amerciamenta[w] exolvenda, ſeu ipſa pro eiſdem non ſolvit: vel quia in eccleſiis et capellis annexis epiſcopatibus, aut monaſteriis vacantibus, per mortem aut ceſſionem praelatorum aut alio juſto modo juriſdictionem ſuam eccleſiaſticam, canonicam, et conſuetam exercet; vel ſi quae his ſimilia facit, vel non facit praelatus, pertinentia ad officium[x] paſtorale, et ad forum ſeu juriſdictionem eccleſiaſticam evidenter; pro talibus, inquam, et his ſimilibus, praelati ad judicium ſeculare vocati, ut ibidem pro his judicium ſubeant, nullatenus venire praeſumant, cum judicandi chriſtos Domini nulla ſit laicis attributa poteſtas, apud quos manet neceſſitas obſequendi. Ut tamen honori regio deferatur, majores praelati dominum regem adeant, vel ſibi ſcribant, quod hujuſmodi mandatis regiis parere non poſſunt, abſque periculo ſui ordinis, et ſubverſione eccleſiaſticae libertatis. Et ſi forte dominus rex in ſuis inhibitionibus vel ſummonitionibus, non de decimis, ſed de jure patronatus; non de fide mentita ſeu perjurio, ſed de catallis; non de ſacrilegio vel per-

[o] a D. L. et E. [p] L. et E. [illegible] [q] [illegible] [r] [illegible] [u] [illegible] [w] [illegible] [x] L. et E. poſt [illegible]

turbatione

turbatione eccleſiaſticae libertatis, ſed de tranſgreſſione ſubditorum vel ballivorum ſuorum, quorum correctiones ad ſe tantum aſſerit pertinere, fecerit mentionem; tunc intiment ei praelati praedicti, quod non de [z] patronatu, cujus cognitionem rex de facto exercet, neque de catallis ſeu aliis ad forum ipſius pertinentibus cognoſcunt ſeu cognoſcere intendunt; ſed de decimis, peccatis, et aliis mere ſpiritualibus, ad officium et juriſdictionem eorum pertinentibus, et ad animarum ſalutem; monendo et rogando eundem, quod ipſos non impediat in praemiſſis: et nihilominus epiſcopus, cujus res agitur, dominum regem iterato moneat, ut animae ſuae ſaluti conſulat, et ab hujuſmodi [a] mandatis omnino deſiſtat. Et ſi non deſtiterit, tunc ad denunciationem epiſcopi, archiepiſcopus, convocatis epiſcopis tribus vel pluribus, quos duxerit evocandos, ſi in provincia extiterit; alioquin Londinenſis epiſcopus tanquam decanus epiſcoporum, duobus epiſcopis vel tribus ſibi adjunctis, dom. regem adeant, et ipſum moneant, diligentius requirendo, quod mandatum ſuperſedeat ejus; et ſi dominus rex expreſſis exhortationibus hujuſmodi et monitionibus additis ad attachiationes vel diſtrictiones per ſe vel per alios proceſſerit, tunc vicecomites, et alii quicunque ballivi [b] attachiantes et diſtringentes, ne procedant contra ipſos attachiatos, per locorum dioeceſanos, in forma juris, per ſuſpenſionis, et excommunicationis [c] ſententias arceantur.

Idem fiat, ſi vicecomites aut ballivi ad attachiationes et diſtrictiones proceſſerint, pendentibus ſupradictis monitionibus domino regi taliter [d] faciendis.

Sed ſi vicecomites aut ballivi in duritia ſua perſeveraverint, loca, in quibus commorantur, et terrae eorum, quas habent in provincia Cantuar. per locorum dioeceſanos, ad denunciationem dioeceſani, in cujus epiſcopatu tales fuerint diſtrictiones, interdicto eccleſiaſtico, auctoritate praeſentis concilii ſupponantur. Et ſi taliter attachiantes clerici fuerint et beneficiati, ab officio ſuſpendantur; et ſi in eorum malitia perſeveraverint, ad deſiſtendum et ſatisfaciendum per ſubtractionem proventuum beneficiorum ſuorum, quae obtinent, compellantur [e]. Non beneficiati vero in poenam ſuae malitiae per quinquennium, ſi ad beneficium eccleſiaſticum in provincia Cantuar. praeſentati fuerint, minime admittantur.

Clerici vero, qui brevia hujuſmodi attachiationum ſeu diſtrictionum dictaverint, ſcripſerint, ſignaverint, conſilium aut auxilium [f] ad hoc praeſtiterint faciendum, canonice puniantur. Et [g] ſi de hoc fuerint certa ratione ſuſpecti, ad aliquod beneficium eccleſiaſticum obtinendum, donec ſuper his canonice ſe [h] purgaverint, praecipimus non admitti. Et ſi dominus rex vel alia quaelibet ſecularis poteſtas, ſuper hoc competenter monitus, hujuſmodi diſtrictiones ſeu attachiationes non revocaverit; epiſcopus, qui diſtrictus fuerit, terras, villas, dominia [i], et caſtra, quae dominus rex, vel alia ſecularis poteſtas [k] taliter diſtringens in ſuo epiſcopatu obtinet, eccleſiaſtico ſupponat interdicto. Et ſi [l] rex vel alia ſecularis poteſtas, contemptis poenis hujuſmodi, in ſua duritia perſeveret, tunc archiepiſcopus ad denunciationem epiſcopi conquerentis, convocatis duobus epiſcopis, vel tribus, aut pluribus, quos duxerit evocandos, ſi in provincia praeſens extiterit; alioquin, epiſcopus London. tanquam decanus epiſcoporum, duobus epiſcopis vel pluribus ſibi adjunctis, dominum regem adeant, et ipſum moneant diligenter, requirentes, quod a mandatis ſuperſedeat ſupradictis.

Et ſi dominus rex hujuſmodi exhortationibus et monitionibus obauditis, ad attachiationes vel diſtrictiones per ſe, vel per alios proceſſerit; tunc caeteri coepiſcopi diſtrictiones hujuſmodi quaſi communem omnium cauſam, et privatiſſimam ſingulorum, et etiam communem injuriam eccleſiae reputantes, civitates, terras, dominia, burgos, caſtra, et villas ipſius regis, vel alterius poteſtatis in ſuis epiſcopatibus conſiſtentes, auctoritate praeſentis concilii, eccleſiaſtico ſupponant interdicto. Et ſi nondum propter hoc infra 20. dies poſtmodum attachiationes et dictrictiones rex, vel poteſtas attachians vel diſtringens revocaverit, ſed ob hoc manum contra eccleſiam aggravaverit, et effectus cum Pharaone durior inter flagella poenarum, extunc archiepiſcopus et epiſcopi ſuas dioeceſes eccleſiaſtico ſupponant interdicto. Idem fiat de terris, caſtris, burgis, et villis magnatum regalia habentium in provincia memorata.

Si vero epiſcoporum aliquis circa [m] executionem praemiſſarum poenarum in ſuis caſibus negligens inventus fuerit, aut remiſſus, per ſuum metropolitanum graviter arguatur. Et ſi perſeveraverit in ſua negligentia, per eundem canonice puniatur; et nihilominus ſuae dioeceſis, omnium praelatorum, et ſua auctoritate, voluntate et conſenſu in praeſenti concilio interpoſitis et expreſſis, eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto.

Item ſtatuimus, ut ſi forte ab hac die inantea, ab aliquo epiſcopo, vel judice eccleſiaſtico vel praelato inferiori compulſo per diſtrictiones, vel ſponte comparente coram domino rege vel juſtitiariis ſuis, ut alleget privilegium ſuum et fori, niſi in caſu a jure conceſſo [n], vel ut eos moneat, ut a praedictis deſiſtant injuriis, acta proceſſus ſui exigi contingat, ut per ea appareat, utrum contra prohibitionem regiam in aliquo praedictorum caſuum vel conſimilium proceſſerit, vel petatur ab eo ſuper his juramentum excuſationis vel purgationis, nullo modo exhibeant acta vel jurent, cum inſtrumenta hujuſmodi ſive acta poſſint ab alterutra partium, ſi neceſſe fuerit, exhiberi. Et ſi clericus [o] propter hoc fuerit arreſtatus, dioeceſanus taliter arreſtati, vel aliter impetiti clerici, vel archiepiſcopus vel epiſcopus London. tanquam decanus epiſcoporum, cum aliquibus epiſcopis ſibi aſſociatis, ſi epiſcopus ſit ille, qui fuerit arreſtatus, requirant eum et

[z] *jure patronatus neque de* L. et E. [a] *humanis* E. [b] *epiſcopos* addit E. [c] *et interdicti* addunt L. et E. [d] *ut ſupra dictum eſt* L. et E. [e] *arceantur* L. et E. [f] *auxilium praebuerint* E. *adhibuerint* L. *canonice.* [g] L. ita: *Nec aliqui praemiſſorum de his aliqua ratione ſuſpecti.* [h] *admittantur* L. et E. [i] *vicos* E. [k] *perſona* L. et E. [l] *dominus* addit E. [m] *contra* E. [n] *permiſſo* L. et E. [o] *ſuper hoc arreſtetur* L. et E.

puniant

puniant detentores; et ſi neceſſe fuerit in hoc caſu, ad poenas procedatur ſuperius annotatas.

Item, ſi aliquo evincente jus patronatus contra alium in foro regio, ſcribat rex epiſcopo, vel alteri, ad quem inſtitutio pertinet, quod praeſentatum ab illo, qui evicit, admittat; ſi vacaverit beneficium, ne patrono fiat injuria, et aliter nihil canonicum obſiſtat, admittat libere hujuſmodi praeſentatum; ſi vero non vacat beneficium, hoc domino regi, vel ſuis juſtitiariis ſtudeat intimare praelatus, excuſando ſe, quod quia beneficium tale non vacat, non poteſt mandatum regium adimplere. Liceat autem patrono, ſi voluerit, poſſidentem iterum praeſentare, ut ſic evincentis jus patronatus inpoſterum declaretur.

De [illegible]

[r]Ad haec quoniam ambitio praviſſima, imitatrix virtutis, nihil ducit illicitum, quod ſibi aeſtimat fructuoſum; nec curat quibus ſtudiis avare ſitim reficiat voluntatis, dum quaeſtum [illegible] abominandis et [illegible] pretiis commercium venatur honoris; ſacro approbante concilio diſtrictius inhibemus clericis quibuſcunque, cujuſcunque conditionis exiſtant, aut ordinis, ne parochiales aut praebendales eccleſias, curam animarum habentes, ſive alia beneficia eccleſiaſtica, dignitates, vel perſonatus propria auctoritate audeant occupare, vel in ipſis ſe faciant per laicalem potentiam intrudi. Quodſi quis noſtrae hujuſmodi inhibitionis ſalutiferae temerarius tranſgreſſor extiterit, et abſque eccleſiaſtica auctoritate, per laicalem potentiam intruſus fuerit in eccleſia, vel praebenda, ſive capella, aut eccleſiaſtico beneficio, ſervato juris ordine, excommunicationis ſententia percellatur, et excommunicatus per loci dioeceſanum publice denuncietur, et ipſo beneficio inperpetuum careat ipſo facto. Et ſi poſt latam in ſe ſententiam excommunicationis, in intruſione hujuſmodi et detentione ſic occupati beneficii, pertinaci animo, per duos menſes perſtiterit, per locorum dioeceſanos, [t]in quorum dioeceſibus habet alia beneficia eccleſiaſtica, ad denunciationem illius epiſcopi, in cujus civitate vel dioeceſi ſe intrudit, vel procuravit intrudi, cujuſque monitionem et excommunicationem per[u] dictum tempus contempſerit, proventus illorum beneficiorum ei ſubtrahantur omnino, quouſque ſatisfecerit competenter[w]. Et ſi per[x] annum idem intruſus in hujuſmodi excommunicationis ſententia perſeveraverit, extunc ad aliquod[y] beneficium eccleſiaſticum in provincia Cantuar. minime admittatur. Si vero per clericum procuratorem[z] fuerit intruſus, contra eundem clericum procuratorem modo ſimili procedatur, et poenis ſubjaceat ſupradictis. Si vero procurator talis laicus fuerit, in forma juris excommunicetur, et excommunicatus publice nuncietur. Dominus autem abſens citetur, qui ſi comparens factum procuratoris ratificaverit in hac parte, poenis ſubjaceat ſupradictis. Si vero per contumaciam ſe abſentaverit, poſt ſpatium trium menſium expectatum, ſi ſit in regno, majoris excommunicationis ſententia innodetur, et poenas nihilominus praetaxatas[a] incurrat, maxime cum ſacrilegio [illegible], et [illegible]ptum. Si vero fuerit extra regnum, contra ipſum vocatum poſt dilationes tranſmarinas modo ſimili procedatur; et [illegible] in qua facta fuerit talis intruſio, ſupponatur eccleſiaſtico interdicto. Fautores vero et cooperatores hujuſmodi intruſionis, ſi clerici fuerint, praefatas poenas contra clericos editas perferant; et ſi laici fuerint, poenis plectantur contra laicos ſuperius conſtitutis. [illegible] hujuſmodi intrudentium et intruſorum, ſi infra unum menſem non [illegible], [illegible] ſupponantur interdicto.

Si vero hujuſmodi intruſiones factae fuerint ex regia poteſtate, [illegible] loci dioeceſanum, in quo facta fuerit intruſio, quod eas faciat infra tempus competens revocari; alioquin terrae et loca, quae dominus rex habet in illa dioeceſi, in qua facta fuerit intruſio, ſupponantur eccleſiaſtico interdicto, ſecundum formam ſuperius annotatam. Si vero per alium magnatem ſeu poteſtatem fiat talis intruſio, per interdicti et excommunicationis ſententias, ut ſuperius dictum eſt, arceatur. Et ſi per duos menſes [illegible] in ſe latam, extunc terrae et loca, quae obtinet in illa dioeceſi, per loci dioeceſanum ſupponantur eccleſiaſtico interdicto, nec[e] relaxentur ſententiae [illegible], [illegible]entia, et contemptu ſatisfecerit competenter.

De excommunicatis capiendis.[f]

Praeterea contingit interdum, quod excommunicati, de mandato praelatorum, ſecundum conſuetudinem regni, capti, et carceri mancipati, aliquando per regem, quandoque per vicecomites alioſque ballivos, ſine conſenſu praelatorum, qui eos capiendos procurarunt, et ad quorum mandatum ſic captorum deberet liberatio fieri, nulla[g] ſatisfactione praeſtita, liberantur. Et plerumque etiam hujuſmodi excommunicati non capiuntur, neque de ipſis capiendis literae regiae conceduntur; nonnunquam etiam dicti rex, et ſui ballivi cum hujuſmodi excommunicatis et denunciatis publice communicant, claves eccleſiae contemnendo, in ſubverſionem eccleſiaſticae libertatis, et ſuarum periculum animarum. Huic igitur morbo congruam volentes adhibere medelam[h], ſtatuimus quod excommunicati ſic capti, ac taliter exeuntes de carcere, ad majorem confuſionem liberatorum et

[r] [illegible] L. et E. [s] [illegible] L. et E. [t] [illegible] L. et E. [illegible]
[illegible]
[illegible] L. et E. [illegible]
[illegible] L. et E. [illegible] L. et E. [illegible] L. et E. [illegible]
L. et E. [b] [illegible] L. et E. [c] [illegible] L. et E. [d] [illegible] — [illegible] L. et E. [illegible] E.
[f] [illegible] L. *De excommunicatis liberatis a carcere* [illegible] E.
[g] [illegible] L. et E. [h] [illegible] L. et E.

liberantium, publice et ſolenniter, pulſatis campanis, et candelis accenſis, excommunicentur, et denuncientur excommunicati in locis, ubi[i] ordinariis eorundem locorum videbitur expedire. Viceccomites autem et ballivi alii, qui eos liberaverint, non praeſtita ſatisfactione eccleſiae, vel emenda, innodentur[k] ſententia ſimili, et tales publice nuncientur. Si tamen de mandato regio ad hoc proceſſerint, mitius cum eis, arbitrio ordinariorum, agatur. Si autem contingat, quod litera conſueta pro excommunicato capiendo denegetur, cum ipſam requiri contingat, in caſu quo dari debet, ſecundum regni conſuetudinem approbatam; moneatur dominus rex per epiſcopum[l] repraeſentantem capiendum, qui ſuper hoc ſcribit, quod eam concedat et faciat pertranſire; quod ſi non fecerit, civitates, caſtra, burgi, et villae, quae habet in dioeceſi ſic[m] ſcribentis epiſcopi, per ipſum ſupponantur eccleſiaſtico interdicto, donec petitae[n] taliter literae concedantur, et executionem debitam[o] ſortiantur. Contra communicantes vero, et participantes cum excommunicatis, procedatur ſecundum cenſuram eccleſiaſticae diſciplinae.

De clericis captis a laicis propter crimina.

Contingit etiam aliquando, quod clerici ſine[p] delectu perſonarum, quanquam in facto deprehenſi non fuerint, vel convicti, tanquam facinoroſi vel ſuſpecti de crimine ſeu delicto, vel injuria perſonali, capiuntur per potentiam laicalem, et in carcere detinentur[q], nec redduntur ſuis ordinariis eos requirentibus, ſecundum canones libere judicandi. Et ſi clerici, quibus crimina imponuntur[r], coram judicibus ſecularibus evocati, non comparuerint, foriſbanniuntur a regno. Quia vero in hoc libertas eccleſiaſtica confunditur, cum clericus a laico judicatur; ſtatuimus, quod ſi clerici ſic capti noti fuerint et honeſti, capientes ipſos et etiam detinentes, et contra requiſitionem ordinariorum eos reddere recuſantes, per locorum ordinarios excommunicati publice nuncientur. Loca etiam, in quibus fuerint detenti, et terrae capientium, et eos detinentium, ſupponantur eccleſiaſtico interdicto, donec reddantur ordinariis eorum corpora, et ſuper hujuſmodi exceſſu ſatisfecerint competenter. Illi autem, qui eis falſa crimina taliter impoſuerint, ſeu malitioſe confinxerint[s] commenta vel fraudes, propter quae capti fuerint et injuſte detenti, excommunicati ſimiliter publice nuncientur, cum[t] vinculum excommunicationis incurrant, auctoritate Oxonienſis concilii, ipſo facto. Clerici vero vagi et ignoti, capti ex cauſis aliquibus et detenti, ſi in poſſeſſione inventi fuerint clericatus, per locorum ordinarios requirantur a domino rege, vel ab alio, qui habet poteſtatem reddendi eoſdem, ut ipſos reſtituat per eccleſiam libere judicandos. Et ſi denegentur, procedatur contra denegantes et detentores per poenas ſuperius annotatas. Et ſi reddantur, libere judicentur, non expectatis juſtitiariis quibuſcunque. Atſi juſtitiarii, clericis eiſdem coram iis non exhibitis, epiſcopum condemnent in poena pecuniaria, poenae ſuperiores in ipſos juſtitiarios, ſive clerici fuerint ſive laici, proferantur. Clerici autem domini regis, vel quicunque alii, qui executionem hujuſmodi poenae proſequuntur dictando, ſcribendo, ſigillando, vicecomitibus vel aliis ballivis hujuſmodi mandata dirigendo, poenis ſubjaceant in clericos promulgatis, ſuperius annotatis.

De clericis amerciatis per judicem ſecularem.

Et ſi clerici eccleſiae redditi pro tranſgreſſione aliqua perſonali amerciati fuerint a judice ſeculari, praelati ad hujuſmodi amerciamenta ſolvenda[u], praedictos clericos non compellant, cum a non ſuis judicibus fuerint condemnati. Et ſi propter hoc[w] praelatos diſtringi vel attachiari contingat, contra hujuſmodi attachiationes vel diſtrictiones utantur remediis antedictis. Idem fiat, quotieſcunque amerciati fuerint viri eccleſiaſtici per judicem ſecularem pro his, quae ad forum eccleſiaſticum mere pertinere noſcuntur.

De clericis diffamatis de foreſta.

Item ſtatuimus, ut ſi aliquis clericus de tranſgreſſione foreſtae ſeu parci alicujus diffamatus fuerit, et convictus legitime coram ſuo ordinario vel confeſſus; idem per ſuum dioeceſanum[x], ſi bona habeat, pro qualitate tranſgreſſionis graviter redimatur, et illi, cui noxa[y] vel injuria eſt illata, hujuſmodi redemptio aſſignetur. Si autem bona non habeat, ſuus epiſcopus ipſum, prout culpa popoſcerit, graviter puniat in perſona; ne, propter impunitatis fiduciam, pateat praeſumptoribus licentia delinquendi.

Quod reſtituantur bona clericorum ſe purgantium.

Adhaec ſi clerici ſe canonice purgaverint ſuper ſibi impoſitis et objectis, ac laica poteſtas[z], nihilominus, bona occupet, vel occupata detineat eorundem; occupantes et detinentes bona hujuſmodi clericorum, ad reſtituenda ea per[a] cenſuram eccleſiaſticam compellantur.

De clericis captis et abraſis, ſeu ſuſpenſis.

Quodſi aliqui clerici capti fuerint, tonſuram et[b] habitum clericalem habentes, et tempore medio malitioſe abraſi fuerint, vel ſuſpenſi, vel alio modo puniti; abradentes, vel ſuſpendentes, vel alio modo punientes eoſdem, et ad hoc conſilium, favorem, et auxilium impendentes, poenis ſubjaceant ſupradictis. Foriſbannientes quoque hujuſmodi clericos poenis conſimilibus percellantur.

De poenis impoſitis male impetrantibus prohibitionem domini regis[c].

Itaque, cum nonnulli adinvicem, et plerumque

[i] *in quibus* L. et E. [k] *excommunicentur ſervato juris ordine, et excommunicati ſolenniter nuncientur* L. et E. [l] *praelatum procurantem* L. et E. [m] *ejus, qui ſic ſcribit, per epiſcopum ſcribentem ſupponantur* L. et E. [n] *denegatae tales* L. et E. [o] *legitimam* L. et E. [p] *licentia praelatorum* L. et E. [q] *carcerem detruduntur* L. et E. [r] *opponuntur* L. et E. [s] *et compoſuerint* addunt L. et E. [t] *cum ſint excommunicati ex auctoritate* L. et E. [u] *perſolvenda* L. et E. [w] *eos* addunt L. et E. [x] *ordinarium* L. et E. [y] *damnum* L. et E. [z] *poteſtate bona detineantur eorundem* L. et E. [a] *ſaepedictam* addunt L. et E. [b] *et clericatum* L. et E. [c] ***De modo procedendi contra impetrantes brevia vel prohibitiones regias in cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus*** E.

que

que cum a clericis contrahentes ipſos contractus ſi lei datione vallantes, aut corporali praeſtito juramento firmantes, qui fidei ſibi aut ſacramenti praeſtiti religione contempta, coram judice, eccleſiaſtico conventi, regiam prohibitionem impetrant, ut ſuper perjurio et fidei laeſione examen eccleſiaſtici judicis ſic declinent; providemus, quod ſi laicus fuerit impetrator, per excommunicationis ſententiam, prout ſuperius dicitur, arceatur; quodſi vero non deſtiterit, et poſſeſſor immobilium exiſtat, terra ſupponatur eccleſiaſtico interdicto; ſi immobilia non habeat, mercenarii ſui, non vacatae perſonae, moneantur, quod infra octo dies ab eo recedant, alioquin conſimilis poena, ſive excommunicationis majoris ſententia feratur in eoſdem. Si clericus autem reus fuerit, aut religioſus, exerceantur poenae canonicae contra eos; et ſi in ſua pertinacia perſeveraverint, procedatur contra eos ſecundum poenas, ſuperius contra pertinaces clericos annotatas. Si autem laicus actor ſit, et non habeat laicum feodum, epiſcopus non exhibeat eum, et ſi diſtringatur epiſcopus, procedatur contra dominum regem et diſtringentem, ut ſuperius eſt expreſſum. Et hoc idem in prohibitionibus conſimilibus obſervetur. Idem fiat etſi tertius veniens ex tranſverſo porrigat vel porrigi faciat prohibitionem talem, dum cum ille eam verbo vel facto ratificavit, pro quo apparuit impetrata. Et quia quidem domino regi et ſuis juſtitiariis falſo ſuggeratur, quod praelati et judices eccleſiaſtici de jure patronatus, catallis, et aliis ad forum regium pertinentibus cognoſcant, in domini [d] regis praejudicium, cum iidem praelati et judices ſuper decimis, et peccatis officii ſui debitum exercuerint, ac ſuper exceſſibus ſuorum ſubditorum ſuae juriſdictionis officium, prout ad eos pertinet, interponant; moneantur hujuſmodi ſuggeſtores et delatores iniqui, ut a tali ſuggeſtione et delatione deſiſtant. Quodſi praelatos, judices eccleſiaſticos, ſic delatos et accuſatos principi vel alteri poteſtati, propter delationem et incuſationem hujuſmodi damnificari contigerit ſeu vexari, [e] tales ſuggeſtores et delatores Deo odibiles, et quantum in ipſis eſt, fratrum necatores excommunicati publice nuncientur, tanquam violatores et impugnatores chriſtianae unitatis et eccleſiaſticae pacis, ac etiam libertatis, donec de expenſis, damnis, et injuriis tam judicibus, quam partibus, quas laeſerint, ſatisfactionem exhibuerint competentem.

De juramento veritatis praeſtando a laicis coram ordinariis, cum de exceſſibus ſubditorum inquiritur [f].

Evenit etiam interdum, quod cum [g] praelati eccleſiaſtici, ex officii ſui debito, de morum diſciplina, peccatis, et exceſſibus ſubditorum inquirunt, dominus rex, caeterique magnates et aliae poteſtates ſeculares et milites officia impediunt eorundem, perſonis [h] laicis [i] inhibendo, ne ad mandatum patrum [k] et praelatorum ſuorum ſpiritualium, quibus vulnera tenentur detegere, ut medicinae conſilium valeant reportare, de veritate dicenda ſubeant juramentum; [l] nec permittunt aliquoties dictos praelatos ſubditis ſuis, in cauſis ſeu negotiis eccleſiaſticis pro exceſſibus ſive culpis eorum, corporalem [m] vel poenam pecuniariam imponere, ſecundum canonicas ſanctiones pro culparum et poenarum delinquentium qualitate. Quia vero tam jure poli, quam jure fori hominibus idcirco metus poenae, et praemium virtutis proponitur, ut appetitus noxius refraenetur, et ad culpam facile prorucrent homines, ſi poena non reprimeret tranſgreſſores, cum ex infelici felicitate peccantium poenalis nonnunquam nutriatur impunitas, et mala voluntas, velut hoſtis interior roboretur; ſtatuimus, quod laici ad praeſtandum hujuſmodi juramentum, et ad exſolvendum quaſlibet poenas, tam corporales quam pecuniarias, canonice [n] per praelatos ſuos eis inflictas [o] praeciſe per excommunicationis ſententiam compellantur. Impedientes vero ne juramenta praedicta [p] praeſtentur, aut poenae hujuſmodi exſolvantur, per interdicti, et excommunicationis ſententias arceantur [q]. Et ſi propter hoc ad diſtrictionem praelatorum proceſſum extiterit, contra diſtringentes [r] per poenas dictatas ſuperius procedatur.

Quod Judaeus delinquens in rebus eccleſiaſticis, reſpondeat coram judice eccleſiaſtico [s].

Et quia modo conſimili eccleſiaſtica cenſura confunditur, et praelatorum officium impeditur, cum Judaeus delinquens in rebus eccleſiaſticis et perſonis, ſuper his vel ſuper aliis, quae ad ſerum eccleſiaſticum pertinent, mero jure coram eccleſiaſtico judice convenitur, et per dominum regem ſeu per vicecomites, aut ballivos ſuper praemiſſis [t] non permittitur coram eccleſiaſtico judice ſtare juri, ſed potius declinare compellitur ad forum ejus; ſtatuimus, ut hujuſmodi Judaei per interdictum commercii, contractuum, et communionis fidelium ad reſpondendum in his caſibus coram eccleſiaſtico judice compellantur; et quod inhibentes et impedientes [u] in hoc caſu juriſdictionem eccleſiaſticam, et hac de cauſa judices vel alios diſtringentes et moleſtantes, per excommunicationis et interdicti ſententias arceantur.

De his, qui ad eccleſiam confugiunt [w].

Porro cum ad immunitatem eccleſiae confugientibus aliquando vix in alimentis valeat ſub-

[d] *in injuriis sui praejudicium* L. et E. [e] L. et E. ita: *vexari, per ſecularem poteſtatem procuraverint, niſi canonice moniti deſtiterint, publice nuncientur excommunicati tanquam impugnatores eccleſiaſticae libertatis, donec de expenſis, damnis et injuriis tam judicibus quam partibus ſatisfactis ſatisfecerint competenter.* [f] *De juramentis a laicis in correctionibus praeſtandis* L. et E. [g] Omittendo initialia verba L. et E. legunt *Cum vero praelati.* [h] *in praemiſſis* L. et E. [i] *[illegible]* addunt L. et E. [k] *rectorum* pro *patrum* L. et E. [l] *et quia quidem non permittunt* E. *et quod idem* L. [m] *corporaliter vel pecunialiter punire ſecundum perſonarum et delictorum qualitatem* L. et E. [n] *a praelatis ſuis canonice impoſitas* L. et E. [o] *nihilominus praeciſe* E. [p] *hujuſmodi* L. et E. [q] *praedictas arctius compellantur* E. L. tantum *compellantur.* [r] *ſicut ſuperius declaratum eſt procedatur* L. et E. [s] *De Judaeis compellendis reſpondere coram judicibus eccleſiaſticis* L. *Quod Judaei reſpondere cogantur Chriſtianis coram judicibus eccleſiaſticis per cenſuras* E. [t] *praedictis* L. et E. [u] *et idem, et hac de cauſa judices vel alios* L. et E. [w] *De impunitate eccleſiarum et fugientibus ad eas* L. *De confugientibus ad eccleſias* E.

veniri

veniri propter arctam cuſtodiam[w], quae frequenter apponitur circa ipſos; ac aliquando confugientes hujuſmodi ab eccleſiis, vel coemeteriis, aut viis publicis poſt terrae abjurationem violenter ſaepius extrahantur, ac ſic extracti[x] in praejudicium immunitatis eccleſiaſticae crudeliter[y] occidantur; ſtatuimus, quod qui talibus confugis, quos quidem eccleſia tenetur tueri, alimenta impedierint miniſtrari, ſecundum arbitrium ordinariorum per cenſuram eccleſiaſticam caſtigentur[z]. Illos vero, qui hujuſmodi confugas ab eccleſia, vel coemeterio, vel ab alio quocunque loco eccleſiaſticam immunitatem habente, poſt abjurationem patriae[a], aut a via publica extrahentes, vel extractos taliter auſu ſacrilego occidentes, cum tunc ſub eccleſiaſtica protectione conſiſtant, omnibus poenis ſacrilegii[b] decrevimus puniendos, una reliquas minime conſumente. In eccleſia autem vel coemeterio [c] nulla omnino deputetur cuſtodia contra confugientes ad eccleſiam per potentiam[d] laicalem; quodſi ſecus praeſumptum fuerit, tam cuſtodientes quam qui eos appoſuerint, in forma juris per excommunicationis ſententiam arceantur[e]. Illos autem tantummodo tueatur eccleſia, quos canones praecipiunt eſſe tuendos.

De invadentibus res eccleſiaſticas, et earum libertates infringentibus[f].

Item, ut invadentibus bona eccleſiaſtica, et infringentibus eccleſiaſticas libertates[g], ac violatoribus et perturbatoribus earundem debitis remediis obvietur, praeſenti ſtatuto praecipimus, quod hujuſmodi malefactores[h] ſacrilegi, excommunicationis vinculo irretiti, per locorum ordinarios nuncientur, et ſi in ſua malitia et pertinacia per unum menſem poſt hujuſmodi denunciationem pertinaciter perſeveraverint; extunc terrae ipſorum et loca, in quibus commorantur, ſupponantur eccleſiaſtico interdicto, [i] nec ante utraque relaxetur ſententia, quam[k] de damnis et injuriis ſatisfactum[l] fuerit competenter. Illos[m] autem, qui divino non deferentes honori, eccleſias poſſeſſionibus, juribus, aut libertatibus ſuis ſpoliare[n] praeſumpſerint, in forma juris cenſemus anathemate feriendos, poenis aliis editis contra ſacrilegos, uſque ad reſtitutionem et ſatisfactionem condignam percelli. Et ſi iidem ſacrilegi faciant aut procurent judices ſeu praelatos propter hoc attachiari vel diſtringi, tam ipſi quam diſtringentes poenis in attachiatores et diſtrictores ſuperius editis percellantur.

De laicis clericos aggravantibus[o].

Adhoc etiam cum contingat, quod domicilia et hoſpitia clericorum per magnates terrae, quanquam in ſanctuario exiſtant, invitis ipſis clericis, et nonnunquam expulſis ſuis ſervientibus, bonaque ipſorum ibidem inventa occupantur, et per ſacrilegos hujuſmodi conſumuntur; reclamantes et renitentes convitiis afficiuntur, verberibus affliguntur, et multipliciter pertractantur injuriis quandoque eccleſiar. carectae et equitaturae dominicae praelatorum, religioſorum, aliorumque clericorum in itinere publico ac mercatis, et aliquando in ſanctuariis, et conſimilibus capiuntur et abducuntur violenter ad dictorum magnatum res, commercia, et victualia transferenda; providemus, quod omnes hujuſmodi ſacrilegi in forma juris excommunicentur, et ſolenniter excommunicati nuncientur, donec ablata et abducta reſtituerint, et de illatis injuriis ſatisfecerint competenter. Compelluntur etiam clerici et religioſi ſuas res quas [habent] venales, licite vel illicite, ad pretium domini regis, ſibi et ſuis miniſtris vendere, et nonnunquam tradere, pretio non ſoluto; unde providemus, quod taliter compellentes cogantur per ſententiam excommunicationis juſtum pretium ſupplere, vel reſtituere ſic extorta; nihilominus de ſacrilegio commiſſo, prout decet, ſatisfacere competenter.

De cuſtodia cathedralium eccleſiarum et conventualium[p].

[q] Accidit etiam aliquando, quod domino rege vel alio magnate eccleſiarum cathedralium vel conventualium[r], de regni conſuetudine, cuſtodiam exercente[s], cum ſecundum chartam libertatum ab eodem domino rege, et ſuis praedeceſſoribus eccleſiae conceſſarum, tantummodo rationabiles exitus capere debeat, et rationabiles conſuetudines ac rationabilia ſervitia talis cuſtos, et hoc ſine deſtructione, diſſipatione, et vaſtatione rerum et hominum; ballivi tamen regis[t] vel magnates tutelam ſive cuſtodiam exercentes, praeter tallagia immoderata, quae imponunt hominibus et tenentibus eccleſiarum vacantium minus juſte, bona mobilia et immobilia plerumque hominum et tenentium praedictorum ſic vacantis eccleſiae, in tali cuſtodia, ſeu cruciatu potius conſtitutae, conſumunt prodigaliter, ac dirimunt violenter parcos, nemora, et vivaria deſtruentes, et domos, [u] habitationes, et grangias, caeteraque aedificia, quae ſuſtineri deberent in bono ſtatu, ex negligentia vel malitia quandoque diſſipari, et ruere permittentes; bona dilapidant, pauperes ac alios male tractant[w], et non ſolum ad ea, quae ratione cuſtodiae obtinere conſueverant, manus extendunt; ſed etiam ad bona ſuperſtitum[x], et ad ea, de quibus conventus eccleſiarum ipſarum ſuſtentari deberet; et ad ea etiam, quae ratione baroniae [y] ad dominum regem, vel magnates

[x] *abſtra-* L. et E. [y] *ſcelerate* E. [z] *arceantur* L. et E. [a] *terrae* L. et E. [b] *percellantur, alia aliam conſtituente* L. et E. [c] *coemeterio non fiat cuſtodia confugientium* L. et E. [d] *poteſtatem laicalem. Et ſi fiant cuſtodiae* L. et E. [e] *diſtrictius compeſcantur* L. et E. [f] *De invadentibus bona eccleſiaſtica, et infringentibus libertates eccleſiae* L. et E. [g] *vel perturbantibus obvietur, provide duximus ſtatuendum quod hujuſmodi* L. et E. [h] *invaſores videl. et perturbatores eccleſiaſticorum bonorum, et libertatum violatores ſacrilegi excommunicati per locorum* L. et E. [i] *et neutra* L. et E. [k] *donec* L. et E. [l] *ſatisfecerint* L. et E. [m] *Et ſi aliquis eccleſias* L. et E. [n] *ſpoliaverit, poenis ſubjaceat antedictis, et in ipſum uſque ad plenam ſatisfactionem et reſtitutionem condignam in forma juris excommunicationis ſententia ſolenniter proferatur. Et ſi idem* L. et E. [o] *De laicis occupantibus bona clericorum* E. [p] *De bonis cathedralium eccleſiarum vacantium a domino rege poſſeſſis* L. *per dominum regem* E. [q] *Contingit inſuper, quod* L. et E. [r] *vacantium* addunt L. et E. [s] *obtinente* L. et E. [t] *ejus per tallias immoderatas bona tenentium vacantium eccleſiarum auferunt violenter parcos* L. et E. [u] *domos conſumere feſtinant et bona diſſipant, pauperes* L. et E. [w] *et deſtruunt* addunt L. et E. [x] *Ut blada et inſtauralia, quibus conventus ſuſtentari debent, et alia, quae ratione* L. et E. [y] *ad ipſum ſpectare non poſſunt, videl. decimas* L. et E.

tes alios, vel ad eorum adminiſtrationem ſeu diſpoſitionem, cum ſint ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus, pertinere non poſſunt, utpote ad decimas et oblationes altaris, epiſcopatibus ſeu monaſteriis appropriatas, et ad ſimilia, [z] quae profanis uſibus applicari non debent. Ut igitur tali morbo ſalubris medicinae remedio ſuccurratur; quia talis cuſtodiae ratio, quae in favorem eccleſiae dignoſcitur introducta, non debeat in ejus laeſionem retorqueri; praeſenti ſtatuto praecipimus, quod ſtatim cum eſchaetores vel ballivi domini regis, vel aliorum magnatum hujuſmodi cuſtodias ingreſſi fuerint; praelati, qui juriſdictioni praeſunt, publice et ſolenniter interdicant [a] dictis eſchaetoribus ſeu ballivis regiis, et [b] aliis quibuſcunque, et ſub poena excommunicationis distrićte inhibeant, ne talia attemptare praeſumant: quodſi contrafecerint, denuncient eos [c] in ſententiam excommunicationis latam in violatores et perturbatores eccleſiaſticae libertatis incidiſſe, donec de damnis et injuriis ſatisfecerint competenter; quam ſententiam ſi poſt denunciationem hujuſmodi contempſerint, contra eos procedatur per interdicta, et alias poenas ſuperius recenſitas [d]. Et niſi dominus rex, ſuper his competenter monitus reſtituerit, ſeu reſtitui fecerit ſic ablata, et damna reſarciverit, vel reſarciri fecerit per ſuos illata, et alii magnates ſimiliter, procedatur contra eos, ſicut in aliis caſibus regem et magnates tangentibus, ſuperius eſt ſtatutum [e].

De libertate eccleſiae, et longa poſſeſſione [f].

Archiepiſcopus itaque et epiſcopus ratione patrimonii eccleſiaſtici per communem monitionem ſive ſubmonitionem coram juſtitiariis itinerantibus evocati, per attornatos vel procuratores literatorie conſtitutos per libertatem eccleſiae et conſuetudinem minime admittuntur. Supplicatum eſt domino regi, ut ſuſtineat, quod per literas procuratorias admittantur procuratores ſive attornati eorum, et juſtitiarii moneantur, quod tales cum literis competentibus admittant attornatos. Si vero ſic non admittantur, ſed quod perſonaliter non veniat praelatus, condemnetur poſtmodum et diſtringatur; providemus, quod procedatur contra attachiatores diſtringentes, ut ſuperius eſt expreſſum. Quia inſuper praelati et clerici venire coram magiſtratibus ſecularibus diſtringuntur, oſtenſuri quo jure, ac quo warranto utuntur libertatibus, quibus a longis retro temporibus ipſi et praedeceſſores ſui uſi ſunt pacifice, nomine eccleſiarum ſuarum, alioquin impediuntur uti libertatibus praedictis; ordinamus, quod ſic vocati non reſpondeant, nec quod allegent longam poſſeſſionem eccleſiae ſuae; et ſi revocent eam in dubium, non ponant ſe ad inquiſitionem laicorum; et ſi propter hoc ſpolientur, attachientur, diſtringantur, vel alias condemnentur, procedatur contra ſpoliantes, attachiantes, condemnantes, et dominum regem, ſicut ſuperius annotatur. Et ſi retineatur praelatus, archiepiſcopus cum epiſcopis requirat eum, et puniat detentores; et ſi libere non dimittatur, ad interdicta, ut ſuperius, procedatur.

De malitia judicis ſecularis contra libertates eccleſiaſticas [g].

Aliquando quidem eccleſiis et praelatis principes, et alii Chriſti fideles poſſeſſiones ac libertates dant per ſuas chartas, in quibus hujuſmodi clauſula, vel ſimiles continetur; "Omnia, quae ad me, vel haeredes meos de tali feodo, ſeu feudo, vel poſſeſſione pertinent, vel pertinere poterunt, tali eccleſiae vel monaſterio, ac eorum praelatis vel miniſtris ſine aliquo retinemento do, concedo, et hac praeſenti charta mea confirmo." Et ſi poſtmodum ſuper articulo aliquo de pertinentiis, qui in charta ipſa non fuerit ſpecialiter expreſſus, in judicio ſeculari contentio moveatur, dicunt judices ſeculares chartam ipſam eſſe vacuam, eo quod articulus ille nominatim non exprimitur in eadem, ut ſic verbum "omnia" ſecundum eos nihil contineat, niſi ſpecialiter expreſſatum. Et ſi articulus libertatis contentioſus in charta ſpecialiter exprimatur, dicunt iidem judices chartam ipſam eſſe vacuam et invalidam, ſi eccleſia vel monaſterium uſa non fuerint hujuſmodi libertate; providemus, quod juſtitiarii et alii judices ſeculares, eccleſias vel loca religioſa perverſa interpretatione hujuſmodi poſſeſſionibus vel libertatibus defraudantes, moneantur per locorum ordinarios, in quibus talia judicia exercentur, quod ſub talis interpretationis velamento poſſeſſiones, libertates, et jura eccleſiaſtica perturbare ſeu intervertere non praeſumant. Quodſi monitionibus non acquieverint eorundem, per excommunicationis et interdicti ſententias dictorum juſtitiariorum et judicum, ſive clerici fuerint, ſive laici, iniquitas, ſecundum formam ſuperius annotatam, arceatur.

Quod eccleſiaſtici viri non [illegible] ſectam ad curiam laicorum pro eccleſiae libertate [h].

Licet autem dominus rex, et magnates, aliique fideles terras et poſſeſſiones in liberam, puram, et perpetuam eleemoſynam eccleſiis et viris eccleſiaſticis perduxerint conferendas, nihilominus ipſi et ballivi ſui compellunt hujuſmodi perſonas eccleſiaſticas pro praedictis poſſeſſionibus et terris ſectam facere ad curiam ſuam laicalem, contra donationis formam et officium pietatis et jura eccleſiarum, et poſſeſſiones, quibus uſae ſunt a longis temporibus, et antiquis, ac retroactis, perturbantes eoſdem niſi de conceſſionibus, originalibus chartis ſuis forte vetuſtate, vel alio modo deperditis, vel conſumptis, fidem fecerint coram eis; ordinamus, quod ſi diſtrictio fiat pro hujuſmodi ſectis a donatoribus, fundatoribus,

[z] *occupare praeſumunt. Ut huic morbo facilius ſuccurratur, ordinamus, quod ſtatim* [illegible] L. et F. [a] [illegible] *catis* [illegible] *addit* E. [b] *omnibus aliis in genere, ne talia* L. et E. [c] *in dictam ſententiam incidiſſe, et* [illegible] *tam contra illos, qui libertates in Magna Charta conceſſas, necnon libertates eccleſiaſticas* [illegible] *et* [illegible] *onem congruam excommunicati publice nuncientur; quam ſententiam* L. et E. [d] *annotatas* L. et E. [e] *ordinatum* L. et E. [f] *Qualiter archiepiſcopi et epiſcopi coram juſtitiariis comparebunt* E. [g] *De juſtitiariis male interpretantibus eccleſiaſticas libertates* E. [h] *Quod non diſtringantur viri eccleſiaſtici ſectam facere ad curiam ſecularem* E.

datoribus, vel eorum haeredibus, ſeu aliis ſuis ſucceſſoribus qualitercunque ſuccedentibus, per praemiſſas cenſuras eccleſiaſticas penitus reprimantur. Si vero a capitalibus dominis diſtrictio fiat pro hujuſmodi ſectis faciendis, compellentes et diſtringentes modo ſimili arceantur. Juſtitiarii autem et alii judices forenſes, qui per fraudem convertunt amerciamenta libertatum epiſcoporum et praelatorum inferiorum, contra chartam domini regis, omnium libertatum, tanquam tranſgreſſores dictae chartae arctius puniantur.

De bonis laicorum ab inteſtato decedentium[i].

Caeterum [k] contingit interdum, quod laicis divino judicio decedentibus inteſtatis, domini feodorum non permittunt debita defunctorum [l] ſolvi de bonis mobilibus eorundem, nec in uſus liberorum ſuorum, aut parentum, vel aliter [m] pro diſpoſitione ordinariorum, bona praedicta pie diſtribui ſuſtinent pro defunctis; unde [n] ſtatuimus, quod hujuſmodi domini et eorum ballivi diligentius moneantur, ut a talibus impedimentis omnino deſiſtant; quod ſi monitis [o] parere contempſerint, et bona hujuſmodi inteſtatorum non permiſerint pie diſtribui in uſus miſericordiae, pro diſpoſitione ordinariorum, ſaltem pro ea portione, quae defunctum contingit, ſecundum [p] conſuetudinem patriae, eorum praeſumptio per excommunicationis ſententiam compeſcatur. Modo [q] ſimili procedatur contra eos etiam, qui aſcriptitiorum et aliorum ſervilis conditionis hominum teſtamenta et ultimas voluntates impediunt, et deinceps praeſumpſerint impedire, contra conſuetudines eccleſiae Anglicanae hactenus approbatas. Praedictas autem proviſiones extendi volumus ad omnes perſonas, tam eccleſiaſticas quam ſeculares, jura regalia habentes, quibus hactenus conſueverant uti.

De teſtamentis, et eorum executoribus[r].

Inhibemus [s] etiam hoc ſalubri ſtatuto, ne cuiquam executori permittatur adminiſtrare de bonis teſtatoris, niſi prius de omnibus bonis ipſius defuncti fiat fidele inventarium, quod loci ordinario oſtendatur; et [t] poſtquam coram ordinario, juxta morem probatum fuerit teſtamentum, non permittatur aliquibus executio ſeu adminiſtratio in bonis defunctorum, niſi talibus, qui [u] debitam adminiſtrationis ſuae poſſint reddere, ſi neceſſe fuerit, rationem, cum ſuper hoc, per locorum ordinarios, canonice fuerint requiſiti.

Item ſtatuimus praeſentis auctoritate concilii, ne aliqui religioſi, cujuſcunque profeſſionis exiſtant, ſint executores teſtamentorum, niſi de licentia [w] ordinariorum et voluntate concedatur.

Item, teſtamentis coram ordinariis locorum probatis, et approbatis, eorundem probatio ſeu approbatio teſtamentorum a laicis nullatenus exigatur. Nec impediant laici nec impedire procurent, quominus ultimae voluntates defunctorum procedant, in his praeſertim, [x] quae legari poſſint de conſuetudine, vel de jure. Si qui vero contra hoc ſtatutum auſu temerario venire praeſumpſerint, ſciant ſe auctoritate praeſentis ſacri concilii eſſe excommunicationis ſententia involutos et [y] in eos tanquam eccleſiaſticarum libertatum violatores et perturbatores cenſurae gladium ſpiritualem decernimus exercendum.

De teſtamento conjugatae ſive ſolutae[z].

Item ſtatuimus, ne quis alicujus ſolutae mulieris, ſive conjugatae, [a] alienae vel propriae, impediat vel perturbet, ſeu impediri aut perturbari faciat, ſeu procuret juſtam et conſuetam teſtamenti liberam factionem; quod ſi fecerit, ſciat ſe excommunicationis [b] innodatum ſententia ipſo facto.

Item ſtatuimus, quod de portione, quae [c] defunctum contingit, eccleſia jus percipiat conſuetum, deductis tamen prius de communi his, quae debentur, et quod domino debetur ac expenſis funerariis.

Item ſtatuimus, quod nullus executor aliquid retineat de bonis defuncti, cujus teſtamentum exequitur, emptionis titulo, vel aliquo modo alio, niſi fuerit ſibi a teſtatore inter vivos donatum, vel in [d] teſtamento ſeu ultima voluntate relictum.

De ſacramentis confeſſionis et poenitentiae[e].

Praeterea cum ſacramentum confeſſionis et poenitentiae, ſecunda poſt naufragium tabula, vel ultimus humanae navigationis portus, ac finale refugium ſit unicuique peccatori perneceſſarium ad ſalutem; ſub poena excommunicationis diſtrictius praecipimus, ne aliquis impedire praeſumat, quod hujuſmodi ſacramentum poenitentiae unicuique petenti libere impendatur, et ſpatium liberum confitendi, quod propter incarceratos potiſſime ſuadetur; quibus hujuſmodi ſacramentum ſaepius inhumaniter denegatur, ne dicamus infideliter; et ſi interdum confitendi eis ſpatium datur, hoc eis ita breve et inopportune conceditur, quod potius miſeris cedat in deſolationem, ac deſperationis periculum, quam in conſolationem gaudii ſpiritualis.

De apparitoribus ſive bedellis[f].

Item contra gravamina et exceſſus, quae per bedellos ſive apparitores archidiaconorum et decanorum ſubditis inferri didicimus, remedium

[i] *De laicis dominus teſtamenti factionem impedientibus, et de bonis inteſtatorum* L. MS. E. addit noſtro titulo *et de executoribus.* [k] *Quoniam quandoque laicis ab inteſtato decedentibus domini* L. et E. [l] *ipſorum* L. et E. [m] *alias ſec. diffinitionem* L. et E. [n] *providemus, quod dicti domini* L. et E. [o] *moniti non paruerint* L. et E. [p] *ut in pios uſus per locorum ordinarios diſtribui libere valeant, per excommunicationis* L. et E. [q] *Eodem modo* L. et E. [r] Hoc caput cum priore conjungitur in MSS. [s] *Item ſtatuimus et praecipimus, ne* L. et E. [t] *Item, probato teſtamento coram ordinariis, non committatur alicui vel aliquibus* L. et E. [u] *competentem* L. et E. [w] *voluntate ordinarii procedatur* L. et E. [x] *qui de jure vel conſuetudine teſtari poſſunt* L. et E. [y] *tanquam earundem libertatum violatores contra eos per cenſuram eccleſiaſticam procedatur* L. et E. [z] Hoc caput cum priore conjungitur in MSS. [a] *vel propriae vel alterius* L. et E. [b] *ſententiam incurriſſe* L. et E. [c] *defuncti habeat eccleſia jus ſuum, deductis* L. et E. [d] *ex teſtamento legatum* L. et E.
[e] *De ſpatio confitentibus concedendo et poena non concedentium* L. *De ſacramento confeſſionis, ne incarceratis denegetur* E.
[f] *De bedellis, et apparitoribus archidiaconorum et aliorum praelatorum* MSS.

adhi-

adhibere volentes; ſtatuimus, ut cum pro faciendis executionibus, aut pro aliis neceſſitatibus ad hoſpitia rectorum, vicariorum, ſeu capellanorum, vel aliorum ſacerdotum vel clericorum aut religioſorum eos declinare contigerit, nihil omnino ratione procurationis vel alterius ſervitii exigant ab eiſdem, ſed cum gratiarum actione recipientes ea, quae eis ab hoſpitibus apponentur, illis contenti exiſtant: neque per nuncios aut ſubbedellos, ſed per ſeipſos executiones faciant praeceptorum. Sententias autem excommunicationis, interdicti, ſeu ſuſpenſionis per ſe non ferant, neque per alios latas denuncient, ſine ſpecialibus literis dominorum ſuorum. Et ſi ſecus praeſumptum fuerit, ſententiae ſic latae, ipſo facto[g] non teneant, neque ſerventur, cum in veritate non ligent. Et bedelli, qui contra hoc ſtatutum fecerint, et oneroſi ſeu injurioſi ſubditis dominorum inventi fuerint, graviter puniantur, et gravatis duplum reſtituere teneantur vel compellantur.

De tonſura clericorum et corona.[h]

Item ſtatuimus, quod epiſcopi in ſuis ſynodis, et aliis convocationibus, et ſinguli archidiaconi, et decani in ſuis capitulis, et rectores, vicarii, ſive capellani eccleſiarum parochialium in ſuis eccleſiis ter in anno publice denuncient omnibus, qui privilegio clericali gaudere voluerint, quod tonſuram decentem, et coronam raſi capitis deferant competentem; maxime coram ordinariis ſuis, et in eccleſiis, et in congregationibus clericorum. Nec erubeſcant ipſius portare ſtigmata, qui pro eis ſpineam non dedignatus eſt portare coronam[l]; factus Patri uſque ad mortem obediens, ut eos ſuae reſurrectionis tribueret eſſe participes, et haereditatis pretio ſui ſanguinis adquiſitae conſortes. Comminaturi eis, quod qui contra denunciationem iſtam ſecus praeſumpſerint attentare, quod ſui ſignum Salvatoris erubuerint frontibus ſuis imprimere, fruſtra Salvatoris debebunt auxilium implorare, cum privilegium dignitatis mereatur amittere, qui conceſſa ſibi abuti detegitur dignitate.

De carceribus in qualibet dioeceſi habendis.[i]

Item ſpeciali praecepto ſtatuimus, quod quilibet epiſcopus in ſuo epiſcopatu habeat unum vel duos carceres, prout competentius et ſecurius poterit providere, pro clericis flagitioſis deprehenſis in crimine, vel convictis, juxta cenſuram canonicam, detinendis.

Item ſtatuimus, quod ſi clericus aliquis adeo malitioſus et incorrigibilis fuerit, et ad flagitia committenda conſuetus, quod ſi eſſet laicus, ſecundum leges ſeculi, ultimum deberet pati ſupplicium, talis clericus carceri perpetuo addicatur. In his autem, quae non ex voluntate et propoſito, ſed caſu fortuito vel iracundia, aut inſania talia commiſerit, antiqua decrevimus[k] jura ſervari.

Praedicta denique remedia tam ad praeſentia quam ad futura gravamina ſe extendant, praeſertim cum ſententiae excommunicationis de conſenſu regis et magnatum regni London. per praelatos ſolenniter fuerint promulgatae in tranſgreſſores chartae omnium libertatum, archiepiſcopi et epiſcopi, de conſenſu et approbatione inferiorum praelatorum, capitulorum cathedralium et conventualium, necnon univerſitatis totius cleri Angliae, ad reformationem ſtatus eccleſiae Anglicanae, et reparationem eccleſiaſticae libertatis, haec praedicta concorditer et communiter ordinaverunt; retenta ſibi poteſtate addendi, mutandi, et corrigendi prout viderit expedire.

Dat. apud Weſtm.[l] 6. idus Junii, Ann. Dom. MCCLXI. et anno pontificatus Alexandri papae IV. vii. et anno illuſtris regni Henrici regis xlv. per Bonifacium, Cant. archiepiſcopum *.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 7.	BONIFAC. [illegible]	1261	HENRIC. III. 45

Concilium Londinenſe et Beverlacenſe die Lunae ante feſtum S. Dunſtani. Ex Matth. Weſtmonaſt. in ann.

CONCILII hujus utriuſque provinciae mentionem debemus Matthaeo Weſtmonaſterienſi, qui ad annum MCCLXI. ſequentia recitat: « Menſe Maii, ſummonitis omnibus Angliae praelatis, ſcilicet archiepiſcopis, epiſcopis, et abbatibus, tam exemptis quam non exemptis, prioribus, archidiaconis, et aliis eccleſiarum ordinariis, ut ſcilicet, auditis domini papae mandatis, certis eidem ſatisfacerent in reſponſis; die Lunae ante feſtum S. Dunſtani convenerunt om-

g [illegible] MSS. h *Qualiter clerici moneri debeant, ut deferant* [illegible] L. [illegible]
i *De carcere epiſcoporum, et* [illegible] *incarcerentur* L. [illegible] L.
k *volumus* L. et E. l [illegible] *conventione cleri eccleſiae Anglicanae* [illegible]
* Matthaeus Weſtmonaſterienſis ad hunc annum "Poſt Paſcha" [illegible] "Bonifacius, archiepiſcopus Cantuarienſis, autoritate fretus apoſtolica, concilium celebravit provinciale apud Lambetham, juxta Londinum, conſilio praeſulum provinciae ſuae ſuper executione praefati mandati apoſtolici contra Tartaros, qui jam orbem terrae maxima ex parte graviter oppreſſerant, prout ſuperius plenius demonſtratur. Ad quod quidem divinae indignationis flagellum, Deo duce, eruendum, ſanxerunt ſancti patres concilio huic aſſiſtentes, ad proceſſiones, et jejunia, et alia hujuſcemodi pietatis opera recurrendum; per quae, ſi in ſpiritu humilitatis et in animo contrito Domino offerrentur, divina ceſſante iracundia, propter peccata populi ad vindictam ſuccenſa, fideles populos fore confiderent miſericorditer liberandos." Walterus de Reygate (Coſſartium in conciliis ad h. l. audis) legatus in Angliam a pontifice miſſus, ut auxilio contra Tartaros aliiſque rebus provideret, "Veniens," inquit Weſtmonaſterienſis, "fecit ſummoneri omnes Angliae praelatos, ut in quindena Paſchae coram ipſo Londini conveniant, et mandatis auditis papalibus, de reſponſis ſalutaribus tractare non omittant." Videri ergo poſſet interfuiſſe huic concilio, quando celebratum eſt illo ipſo, quod indixerat, tempore. Sed cum nulla neque in actis concilii, neque apud Weſtmonaſterienſem ſit legati mentio; non dubito, quin indictum ab ipſo concilium dilatum ſit ad 17. cal. Junias, quo die Londinenſi concilio praefuit, uti mox intelliges. H. Coſſartius ad locum.

nes auſtrales Londini coram archiepiſcopo Cantuariae Bonifacio et praedicto fratre Gualthero, nuncio domini papae; die vero Lunae ſequente aquilonares apud Beverley coram archiepiſcopo Eboracenſi negotium idem exequente. Celebratoque hinc inde concilio ſuper praedictis articulis, ſtatuta tunc quaedam nova providerunt hic et ibi ſuper ſtatum eccleſiae Anglicanae; quae, una cum aliis quondam apud Oxoniam proviſis, ſtatuerunt cuſtodiri.

Super his autem et aliis, maxime ad reſiſtendum Tartaris, communiter proviſis, nuncios diſcretos et generales providerunt Romam dirigere, qui communi eorum burſa victuri, dominum papam poſſent ſuper eorum reſponſis in concilio Romae celebrando, certificare. Hi, ut communiter dicitur, juraverunt coram praedictis epiſcopis, quod nihil contra ipſos procurabunt, aut patienter pertranſire; ſed contra religioſos, et maxime exemptos, ſtudebunt contendere. Unde ipſi exempti, omnibus aliis certa reſponſa dantibus, ita tunc una voce reſponderunt: Vos, pro quibus tantum, et contra nos legatos mittitis ad curiam, et ad hoc nos cogitis vobis contribuere; ſi nuncios velitis generales pro communi noſtrum utilitate tranſmittere, vobiſcum libenter contribuemus; ſin autem, non conſentimus. Quo audito, epiſcopi ſuam exinde ſumpſerunt excuſationem, reſcribentes papae, ſe propter diviſionem exemptorum certam dare non poſſe reſponſionem. Ipſi igitur exempti timentes, nuncios poſt ipſos quamcitius deſtinarunt ſpeciales, qui contra praedictos procurarent, aut eorum contradicendo annullarent impetrationes." Haec Weſtmon.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
ALEXAND. IV. 7.	BONIFAC. 18.	1261.	HENRIC. III. 45.

Compoſitio litis inter Bonifacium, archiepiſcopum Cantuar. et capitulum Lincoln. ſuper juriſdictione et poteſtate epiſcopali, ſede Lincoln. vacante. Ex MS. Cott. Cleop. E. i. fol. 195.

UNIVERSIS ſanctae matris eccleſiae filiis, praeſentis ſcripti continentiam audituris, Bonifacius, miſeratione divina archiepiſcopus Cantuar. totius Angliae primas, et magiſter Robertus de Mariſcis, decanus, et capitulum Lincoln. perpetuam memoriam rei geſtae. Ima ſummis in ſe reconcilians auctor pacis, humanae ſortis miſeriis miſeratus, de Patris ſecreto deſcendit in mundum, ut carnem noſtram ſuae copulans, ſciſſuram, quam inter Creatorem et creaturam ſerpentis antiqui malitia procurarat, medicinae caeleſtis doctrina conſueret, et diviſionem, quam inter caeleſtia et terrena fieri praevaricatio protoplaſti meruerat, ſuae pietatis antidoto reſarciret; aſcenſurus ad Patrem luminum, diſcipulis injungens pacem et ſalem habere, ut pax unionis in fide ipſos magiſtro ſimiles faceret, et ſal ſapientiae eos a via diſſimilitudinis revocaret. Sane conſiderantes, quod lites ſunt prodigae ſumptuum, quietis avarae, vexatrices corporum, et mentium diſtractrices, quaeſtionem, quae inter nos ſuper juriſdictione et poteſtate epiſcopali, ſede Lincoln. vacante, in Romana curia diutius fuerat agitata, mediantibus bonis viris per amicabilem compoſitionem duximus terminandam, recedentes a litis ſtrepitu ſub hac forma: videl. quod quoties infuturum ſedem Lincoln. per mortem vel ceſſionem epiſcopi vel alio quocunque caſu vacare contigerit, decanus et capitulum Lincoln. tres vel quatuor de canonicis ipſius eccleſiae nominabunt infra biduum vel triduum, cum certum fuerit capitulo ſedem Lincoln. vacare; quorum nomina cum ea celeritate, qua fieri poterit, domino archiepiſcopo, ſi fuerit in provincia, vel officiali ſuo, ſi fuerit extra provinciam, per ſuam literam deſtinabunt. De quibus unum eliget, faciet, et conſtituet dominus archiepiſcopus, vel ejus officialis, ipſo exiſtente extra provinciam, officialem Lincoln. ad exercendam juriſdictionem epiſcopalem in civitate et dioeceſi toto tempore vacationis. Qui quidem officialis domino archiepiſcopo corporale praeſtabit ſacramentum, vel alii, cui committet dictum juramentum in civitate vel dioeceſi Lincoln. recipiendum, ſi fuerit in provincia; ſi vero extra provinciam, tunc jurabit officiali Cantuar. vel alii, cui committet recipiend. quod officium ſibi commiſſum legaliter et fideliter exequetur, et dicto archiepiſcopo, vel ejus mandato de obventionibus et proventibus ratione juriſdictionis ſeu officii provenientibus fideliter reſpondebit: archiepiſcopus autem competentes ſibi miniſtrabit expenſas, et idem officialis ſubditos, clericos et laicos, religioſos et ſeculares, civitatis et dioeceſis per malitiam vel injuriam non concutiet, vel in rebus ſeu in perſonis injuſte gravabit ſcienter, nec indebite moleſtabit, immo ab oppreſſionibus et illicitis exactionibus abſtinebit. Jurabit etiam coram dicto decano et capitulo, vel ipſius decani viceſgerente, ſi decanus abſens fuerit, quod fidelis erit eccleſiae Lincoln. et in executione juriſdictionis, ſicut praemittitur, fideliter ſe habebit. Et ſi forte vacatione durante idem officialis deceſſerit, vel ceſſerit, vel ex juſta cauſa amotus fuerit, praedicti decanus et capitulum tres vel quatuor de canonicis in forma praemiſſa nominabunt, de quibus dominus archiepiſcopus unum eorum officialem conſtituet, vel ejus officialis, ſicut prius. Et ſciendum, quod decanus vel gerens vices ipſius juriſdictionem epiſcopalem in civitate Lincoln. et ſuburbio ejuſdem civitatis exercebit toto tempore vacationis, hoc ſalvo, quod ſi aliquis de civitate praedicta vel ſuburbio contra alium ejuſdem civitatis vel ſuburbii voluerit experiri, ipſius decani vel praedicti officialis archiepiſcopi examen libere ſubeat, prout duxerit eligendum. Item dictus decanus, vel gerens vices ejus, toto tempore vacationis libere exercebit juriſdictionem epiſcopalem in eccleſia Lincoln.

coln. tam in canonicis quam in clericis, vicariis, miniſtris, et famulis eorundem, et in beneficiis eorum praebendalibus, et in eccleſiis de communa, et in omnibus aliis beneficiis, quae in civitate et dioeceſi Lincoln. obtinent, et obtinebunt in futurum, dum tamen ea teneant tempore vacationis: et in domibus religioſis quae ſunt de patronatu Lincoln. eccleſiae, videlicet Eyneſham et Dorkceſtriae abbatis, ac ſancti Johannis Northampton, et de mere hoſpitalibus, et eccleſiis parochialibus, videlicet Karleton, Hameldon, Nettleham, Eysfordeby, Kylldeſby, Whathampſted, Paxton, Tyngehurſt, Woborum, Stilton, quae ſimiliter ſunt de patronatu eccleſiae Lincoln. cum clero et populo dictarum eccleſiarum ſeu beneficiorum praedictorum. Nec archiepiſcopus vel ejus officialis, vel alius nomine ipſius jure dioeceſano juriſdictionem epiſcopalem exercebit in praemiſſis, durante vacatione; appellationibus tamen legitimis in ſuo robore duraturis, cum a decano jure decanali cognoſcente, fuerit appellatum. Viſitabit etiam dictus decanus Lincoln. jure epiſcopali in ſingulis archidiaconatibus duo monaſteria, exceptis monaſteriis quae ſunt de patronatu domini regis, et non plura, omnibus aliis, excepta viſitatione ac procuratione in dictis monaſteriis, domino archiepiſcopo reſervatis. In praedictis vero domibus religioſis, quae ſunt de patronatu eccleſiae Lincoln. viſitabit decanus, et habebit electionum examinationes et confirmationes. Et in praedictis hoſpitalibus praeficiet cuſtodes, prout epiſcopus facere conſuevit, ac aliam juriſdictionem in eiſdem domibus exercebit, ſicut ſuperius eſt expreſſum; ita quod nec illa monaſteria ſeu loca, nec alia per archiepiſcopum vel decanum, vel alium nomine eorundem viſitantur, quae per epiſcopum illo anno fuerint viſitata, niſi cauſa rationabilis id expoſcat. Item licebit dicto decano et capitulo vel ipſius decani viceſgerenti vocare aliquem epiſcopum, ſi voluerit, pro ordinandis canonicis, vicariis, et clericis canonicorum deſervientibus in eccleſia vel praebenda Lincoln. eccleſiae jure epiſcopali, ſi dominus archiepiſcopus in civitate vel dioeceſi Lincoln. ordines non celebraverit; ſi autem fuerit in civitate vel dioeceſi, et ordines celebraverit, canonicos et clericos praedictos ad praeſentationem decani libere ordinabit. De archidiaconis autem ita ordinatum eſt, etc. Item decanus et capitulum et canonici, necnon archidiaconi omnes et ſinguli de eccleſia Lincoln. habeant et exerceant juriſdictionem, conſuetudines, libertates, et omnia alia, quae habent et habuerunt hactenus, plena ſede.

Haec autem omnia et ſingula, prout ſuperius ſunt expreſſa, per nos et ſucceſſores noſtros bona fide, ſine fraude et dolo, inter nos et eccleſias noſtras perpetuis temporibus tenere et obſervare promittimus, et vovemus, et quod contra praemiſſa vel aliqua de praemiſſis non veniemus ſcienter. Super quibus tenendis perpetuis temporibus et ſervandis nos archiepiſcopus praeſentialiter, et nos decanus pro nobis et ſucceſſoribus noſtris praeſentialiter, et in animabus canonicorum noſtrorum Lincoln. procuratorio nomine, tactis ſacroſanctis evangeliis, corporale praeſtitimus ad robur plenae firmitudinis juramentum.

Act. apud Lamhith 11. cal. Junii, anno Dom. MCCLXI. praeſentibus et ad hoc vocatis teſtibus et rogatis M. Stephano archidiacono Cant. Hugone, etc. In cujus rei teſtimonium plenius et munimen praeſenti inſtrumento, in modum chirographi confecto, ſigilla noſtra alternatim appoſuimus. Et ut praeſens compoſitio firmior habeatur, prior et capitulum Cant. ipſam expreſſo ratificantes conſenſu praeſens inſtrumentum ſigilli ſui munimine roborarunt.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
URBAN. IV. 1.	BONIFAC. 19.	1261.	HENRIC. III. 46.

Concilium Pontanum in Hibernia a Patricio, archiepiſcopo Armachano, celebratum. Ex MS. penes Rev. epiſcopum Clogherenſem, Synod. MCCLXII. Pontanae, fol. 282. A.

FERIA 2. Lunae, 18. menſis Januarii, anno Dom. MCCLXII. frater Patricius Oſcanlan, archiepiſcopus Armachanus, et Hiberniae primas, concilium celebravit apud Pontem cum ſuffraganeis provinciae ſuae, et quibuſdam ſuffraganeis provinciae Tuam, ſibi jure primatico ſubjectis, et quibuſdam canonicis cathedralibus et conſilio domini Dublin. cui interfuerunt juſtitiarius, et quidam magnates Hiberniae, et ibidem privilegia eccleſiae Armachanae de jure primatiae poſt revocationem in curia Romana publicata fuerunt.

Item in eodem concilio fuerunt multa ſtatuta et conſtitutiones editae et publicatae, ad ornamentum eccleſiae et ſalutem noſtram, ſicut patet in iiſdem.

Item in eodem concilio contentio, quae orta fuerat inter praedict. dominum noſtrum, et epiſcopum, et clerum Midenſem, fuerat ſedata, poſt multas appellationes et magnas expenſas Midenſium ad curiam Romanam; licet in fine nihil obtinuiſſent. In cujus cauſae procuratione ipſorum procurator magiſter Gilbertus archidiaconus Slenanenſis in curia Romana ingreſſus eſt viam univerſae carnis, et ſic demum ad hoc devenerunt, quod liceret praedicto Armachano et ſuis ſucceſſoribus perpetuo ſine aliquo offendiculo praedict. epiſcopum et clerum Midenſes, et ſuos ſucceſſores tam in capite quam in membris viſitare, ſicut patet in praedict. Midenſium inſtrumentis ſuper hoc confectis.

Compoſitio de juriſdictione ſedis Londinenſis vacantis exercenda, facta inter Bonifacium archiepiſcopum Cantuarienſem, et decanum ac capitulum S. Pauli London. Ex reg. eccl. Cant. apud H. Wharton. Hiſtor. epiſc. et dec. Lond. et Aſſaven. pag. 255. ſeqq.

UNIVERSIS ſanctae matris eccleſiae filiis praeſentis ſcripti continentiam audituris, Bonifacius, miſeratione divina Cantuarienſis archiepiſcopus, totius Angliae primas, et decanus et capitulum S. Pauli London. ad perpetuam memoriam rei geſtae. Litium, quas effraenata ſaepenumero parit cupiditas, quas mendacii pater, ut gregem dominicum a via deviet veritatis, ſeminare ſatagit, fluctibus involuti, ad pacis ſerenitatem, cujus auctor eſt altitonans, qui exuberat omnem ſenſum, quam ſequentes qui pax vera dicitur, propriorum beatificat appellatione filiorum; quatenus multiplex diſcordiae calamitas pacis lenitate ſopiatur, juxta divinae legis et humanae teſtimonium cogitatione quadam verecundia ſe convertunt: hinc eſt, quod nos litem, quae ſuper juriſdictione et poteſtate epiſcopali in civitate et dioeceſi Londinenſi, ſede London. vacante, inter nos coram judicibus a ſummo pontifice delegatis erat exorta, totaliter relinquentes, excelſi dextra hanc mutationem faciente, mediantibus bonis viris eccleſiarum noſtrarum indemnitati conſulendo, formam pacis minutius infraſcriptam, videlicet quod decanus et capitulum London. quoties in futurum ſedem London. per mortem epiſcopi, vel ceſſionem, ſeu alio quoquomodo vacare contigerit, duos vel tres de majoribus canonicis, vel unum de minoribus canonicis, cum uno vel duobus de majoribus, nominabunt infra tres vel quatuor dies, cum certum fuerit praedicto capitulo ſedem London. vacare, quorumn omina cum ea feſtinatione, qua fieri poterit, domino archiepiſcopo, ſi fuerit in provincia, vel ejus officiali, ſi fuerit extra, deſtinabunt; de quibus unum eliget, faciet, et conſtituet idem dominus archiepiſcopus, vel ejus officialis, ipſo archiepiſcopo agente extra provinciam, officialem London. ad exercendam omnimodam et plenariam juriſdictionem epiſcopalem nomine dicti archiepiſcopi toto tempore vacationis in civitate et dioeceſi Londonienſi. Idem vero officialis antequam juriſdictionem praedictam incipiat exercere, praedicto domino archiepiſcopo corporale praeſtabit juramentum, vel alii, cui committatur hujuſmodi juramentum in civitate vel dioeceſi recipiendum, ſi fuerit in provincia; ſi vero extra provinciam, officiali Cantuarienſi, vel ei cui ſimpliciter idem officialis ſimile juramentum praeſtabit; quod officium ſibi commiſſum legaliter et fideliter exequetur; et quod ſubditos, clericos et laicos, religioſos et ſeculares praedictarum civitatis et dioeceſis per malitiam ſeu injuriam non concutiet, vel in rebus ſeu perſonis injuſte gravabit ſcienter, nec indebite moleſtabit; immo ab oppreſſionibus et illicitis exactionibus penitus abſtinebit. Jurabit etiam coram decano et capitulo, vel ipſius decani viceſgerente, ſi decanus abſens fuerit, vel coram capitulo, vacante decanatu; quod libertates et conſuetudines eccleſiae London. pro poſſe ſuo in omnibus, officium ſuum et juriſdictionem tangentibus, conſervabit illaeſas; et quod in executione juriſdictionis fideliter ſe habebit, ut ſuperius eſt expreſſum. Et ſi forte, vacatione durante, idem officialis ceſſerit vel deceſſerit, vel ex juſta cauſa amotus fuerit; praedicti decanus et capitulum duos vel tres de canonicis in forma praedicta nominabunt; de quibus dictus archiepiſcopus vel ejus officialis in dictis civitate et dioeceſi officialem conſtituet, ſicut prius. De proventibus autem et obventionibus, et de caeteris emolumentis omnibus, ratione juriſdictionis vel officii in quibuſcunque conſiſtant, quae quidem epiſcopus conſuevit percipere, plena ſede, in locis in quibus juriſdictionis officium exercebit, idem officialis duas partes domino archiepiſcopo vel ejus officiali, decano et capitulo tertiam partem fideliter perſolvet; expenſis ejuſdem officialis Londonienſis de praedictis proventibus et obventionibus prius deductis. Et credetur eidem per juramentum prius praeſtitum de quantitate dictorum proventuum, et obventionum, et ſuarum expenſarum ſine ulteriori ratiocinio. Si vero proventus et obventiones ad expenſas officialis non ſufficiant; tunc archiepiſcopus vel ejus officialis pro rata duarum partium, decanus et capitulum pro rata tertiae partis, dicto officiali expenſas ſuas ſupplebunt de ſuo. Praedicto autem officiali Londonienſi fient praeſentationes ad beneficia vacantia, qui inſtituet et deſtituet; conferet etiam beneficia vacantia, quae quoquomodo per epiſcopum jure epiſcopali poſſunt conferri. Examinabit etiam electiones et perſonas electas; et hujuſmodi electiones confirmabit vel infirmabit. Viſitabit etiam religioſos et ſeculares, clericos et laicos, et correctiones faciet; et omnem juriſdictionem ac officium ratione juriſdictionis exercebit, nomine dicti archiepiſcopi, quam epiſcopus London. exerceret, ſede plena. Decanus vero et capitulum vel capitulum tantum, decanatu vacante, toto tempore vacationis libere exercebunt juriſdictionem epiſcopalem in eccleſia Londonienſi, tam in canonicis quam in clericis, vicariis, et miniſtris, et famulis eorundem, et in beneficiis eorum praebendalibus, et in eccleſiis de communia, et in aliis omnibus beneficiis, quae in civitate et dioeceſi Londonienſi obtinent, et obtinebunt in futurum, de cujuſcunque patronatu exiſtant (dum tamen ea teneant tempore vacationis) et in domibus religioſorum, quae ſunt de patronatu epiſcopi, videlicet in abbatia S. Oſithae, prioratu monialium de Halliwelle, in novo hoſpitio extra Biſhopeſgate;

ſhopeſgate; item praeter haec in prioratibus canonicorum de Dunnowe, de Clerkenwelle monialium; cum clero et populo dictarum eccleſiarum ſeu beneficiorum praedictorum. Ita quod nec archiepiſcopus vel ejus officialis, vel alius nomine ipſorum infra dioeceſim juriſdictionem epiſcopalem exercebit in praemiſſis. Item decanus, capitulum, et canonici, necnon archidiaconi omnes et ſinguli de eccleſia Londonienſi, habeant et exerceant juriſdictionem, conſuetudines, libertates, et omnia alia quae habent et habuerunt hactenus, ſede plena. Item licebit dicto decano et capitulo, vacante decanatu, vocare aliquem epiſcopum, ſi voluerint, pro ordinandis clericis canonicis eccleſiae, vicariis et clericis canonicis deſervientibus in eccleſia, vel praebendis jure epiſcopali, ſi dominus archiepiſcopus in civitate Londonienſi ordines non celebraverit. Si autem fuerit in civitate vel dioeceſi, et ordines celebraverit, canonicos et clericos praedictos ad praeſentationem decani et capituli libere ordinabit. Haec autem omnia et ſingula, prout ſuperius ſunt expreſſa, per nos et ſucceſſores noſtros bona fide, ſine fraude et dolo, inter nos et eccleſias noſtras perpetuis temporibus tenere et obſervare promittimus et vovemus; et quod contra praemiſſa, vel aliqua de praemiſſis non veniemus ſcienter. Super quibus tenendis perpetuis temporibus et ſervandis, nos archiepiſcopus perſonaliter, et nos decanus pro nobis et ſucceſſoribus noſtris praeſentialiter, et in animabus canonicorum noſtrorum Londonienſium, procuratorio nomine, tactis ſacroſanctis evangeliis, corporale praeſtitimus ad robur plenae firmitatis juramentum. Actum apud Mortelake 12. calend. Septembris, A. D. MCCLXII.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	[illegible]
URBAN. IV. 2.	BONIFAC. 19.	1262.	[illegible]

Urbani papae IV. *bulla conceſſa archiepiſcopo Cantuar. de diſponendis oblationibus ad pios uſus et aedificanda domo apud Lambith.* Ex MS. Cott. Cleop. E. i. fol. 199.

URBANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri [Bonifacio] Cantuar. archiepiſcopo, apoſtolicae ſedis legato, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Tanto fraternae charitatis affectu perſonam et eccleſiam tibi commiſſam pro reverentia beati Thomae martyris Chriſti diligimus, quod nihil, quod alicui fratri noſtro debeamus, tibi ſtatuerimus denegandum; ideoque praeſentium auctoritate fraternitati tuae duximus indulgendum, ut quarta parte oblationum, quae ad reliquias beati martyris offerantur monachorum uſibus conceſſa, quarta fabricis eccleſiae deputata, quarta pauperibus erogata, alia quarta liceat tibi in alia opera bona pro tuae voluntatis arbitrio ordinare. Concedimus quoque tibi ut antiqua aedificia tua in loco congruo apud Lamhiam reaedificandi, vel nova conſtruendi, [illegible] praedeceſſores tui a quadraginta retro annis habuiſſe noſcuntur, liberam habeas facultatem. Dat. Veron. cal. Octob.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Christi	[illegible]
URBAN. IV. 2	BONIFAC. 2[illegible]	12[illegible]	[illegible]

Convocatio cleri Angliae apud Weſtmonaſterium. Ex Matt. Weſtmon. in ann.

DE ea ita Matt. Weſtmonaſter. " Fuit autem convocatio magna pontificum et cleri Angliae poſt feſtum S. Trinitatis apud Weſtmonaſt. ad mandatum domini papae ſummonita, coram Leonardo et Berardo, nunciis ejuſdem, ad extorquendam pecuniam ab Anglis ad opus imperatoris Conſtantinopolitani, a ſuo imperio jamdudum ejecti. Quibus nil velle ſibi in hujuſmodi contribuere tam a regno quam ſacerdotio, praetenſis in publico rationibus multiplicibus, tum propter diſſidium regni, tum propter depreſſionem et inopiam, quae jam diu gleba deficiente in populo graſſata eſt, tum propter multas alias cauſas evidentiſſimas reſponſum eſt praeciſe; domino ſuo regi et ſibimetipſis, in tanto neceſſitatis articulo fore potius ſubveniendum quam extraneo principi." H. I.

Bulla Urbani IV. *papae de ſtatutis per archiepiſcopum Cantuarienſem editis, inconſulto rege, non confirmandis.* Ex Rymer Foeder. vol. I. pag. 755.

URBANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, Henrico, illuſtri regi Angliae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ad ea quae juſtitiam ſapiunt, et continent honeſtatem, celſitudinem regiam precibus invitamus, promptum in his tuae ſerenitatis aſſenſum credimus invenire. Scimus enim, et hactenus nos experientia docuit, quod ad Deum et eccleſiam, eorumque miniſtros ex tui cordis promptuario dirigens charitatis affectum, eis in ſuis manutenendis juribus, propitius, favorabilis, et benignus exiſtis, tanquam divini honoris zelator, et praecipuus proſecutor. Ex parte ſiquidem venerabilium fratrum noſtrorum ...... archiepiſcopi Cantuarienſis et ſuffraganeorum ſuorum fuit propoſitum coram nobis, quod cum Anglicana eccleſia in multis articulis contra Deum et juſtitiam per abuſum laicalis pote-

poteſtatis oppreſſa, ſubjaceret miſerabiliter ſervituti, ipſi ad ipſius eccleſiae ſtatum, prout eorum incumbebat officio, pium reſpectum habentes, de conſenſu concilii provincialis ad hoc ſpecialiter congregati, quaedam ſtatuta ſalubria et honeſta, deliberatione provida ediderunt pro conſervatione hujuſmodi libertatis. Quare fuit ex parte ipſorum nobis humiliter ſupplicatum, ut benevolum eiſdem ſuper hoc adhibere favorem, et ipſa ſtatuta dignaremur auctoritate apoſtolica confirmare. Porro dilecto filio magiſtro Johanne de Hemmingford, capellano noſtro, procuratore tuo apud ſedem apoſtolicam, ſe ſuper his tuo nomine apponente, ac aſſerente, quod eadem ſtatuta tibi et juri tuo praejudicialiter videbantur; nos ipſa coram nobis fecimus exhiberi; quae licet ex ſui forma viderentur honeſtatem et juſtitiam continere, tamen celſitudini tuae deferre volentes illa diſtulimus confirmare, ſuper hoc celſitudini regiae ſcripta noſtra permittere decentius exiſtimantes. Quocirca ſerenitatem regiam rogamus, et hortamur attente, quatenus eccleſias et eccleſiaſticas perſonas regni tui in ſuis juribus ac libertatibus confovens ob reverentiam apoſtolicae ſedis et noſtram, ipſis adeſſe ſtudeas favorabiliter et prodeſſe, et ab his, quae ad forum eccleſiaſticum pertinent, et perſonas eccleſiarum contingere dignoſcuntur, devotus abſtineas, et ea tuis officialibus interdicas: permittens, quod eaedem perſonae libere ſuis juribus uti poſſint, ita quod non oporteat iterato ſuper praemiſſis ad nos haberi recurſum, nec aliud per ſedis apoſtolicae providentiam remedium adhiberi, ac exinde praeter laudis humanae praeconium, divinae retributionis tibi proveniat incrementum. Dat. apud Urbem Veterem tertio cal. Februarii, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
URBAN. IV. 3.	BONIFAC. 21.	1263.	HENRIC. III. 48.

Bulla Urbani papae IV. *Bonifacio archiepiſcopo Cantuar, etc. directa, condemnans omnia ſtatuta et conſpirationes magnatum regni Angliae Oxoniae factas.* Ex originali in MS. Cott. Cleopat. E. 1. fol. 198.

URBANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri [Bonifacio] archiepiſcopo Cantuar. et dilecto filio . . . . . abbati ſancti Dionyſii in Francia Pariſien. dioec. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum [Henricum] regem Anglorum illuſtrem, et regnum ejus, quod Deo et apoſtolicae ſedi multa fore dignoſcitur ſubjectione devotum, et devotione ſubjectum, necnon incolas ipſius regni tanquam dictae ſedis filios ſpeciales paternae dilectionis brachiis amplectentes, deſideramus eis ſtatum procurare pacificum, ipſorumque diſpendiis Deo propitio ſalubriter obviare. Cum igitur, ſicut ad noſtrum pervenit auditum, nonnulli magnates et alii ejuſdem regni diverſas proviſiones, ordinationes, obligationes, conjurationes, colligationes, et conſpirationes, et nonnulla ſtatuta adinvicem apud Oxoniam fecerint, vallantes ea propriis juramentis, et diverſarum adjectione poenarum, nos intelligentes quod ex his in eodem regno gravis extitit turbationis materia ſuſcitata, quodque illa poſſunt praedictae ſedi multiplex generare praejudicium, et libertati eccleſiaſticae non modicum detrimentum; cupientes quoque ut regnum ipſum, extincto diſſenſionis et ſcandali fomite, in tranquillitate perſiſtat, et pacis affluat ubertate; proviſiones, ordinationes, ſtatuta, obligationes, conjurationes, colligationes, et conſpirationes hujuſmodi, quocunque nomine cenſeantur, de poteſtatis apoſtolicae plenitudine caſſavimus et irritavimus, caſſa et irrita et nullius firmitatis exiſtere nunciavimus, poenas quaſcunque ſuper hoc adjectas et juramenta praeſtita relaxantes, ac decernentes quoſcunque ad obſervationem juramentorum hujuſmodi et ad poenas eaſdem aliquatenus non teneri. Quocirca diſcretioni veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios proviſiones, ordinationes, obligationes, conjurationes, colligationes, conſpirationes, et ſtatuta hujuſmodi in locis, in quibus expedire videritis, publice ac ſolenniter caſſa et irrita nunciantes, venerabilibus fratribus noſtris univerſis archiepiſcopis et epiſcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, ac aliis eccleſiarum praelatis, necnon comitibus, baronibus, magnatibus, et aliis praedicti regni perſonis eccleſiaſticis et ſecularibus, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, et conditionis fuerint, firmiter praecipiatis ex parte noſtra, ut proviſiones, ordinationes, obligationes, conjurationes, colligationes, conſpirationes, et ſtatuta praemiſſa pro caſſis et irritis penitus habeant, eis nihilominus diſtrictius inhibendo, ne contra caſſationis et irritationis noſtrae tenorem aliquid attentare praeſumant. Illos autem, qui contra caſſationem, irritationem, ſeu praeceptum aut inhibitionem hujuſmodi quomodolibet venire praeſumpſerint, a tali praeſumptione auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcatis. Non obſtante ſi aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum quod excommunicari, interdici nequeant aut ſuſpendi, et indulgentia dictae ſedis qua illis de regno Angliae dicitur eſſe conceſſum, ut extra regnum ipſum vel citra mare Anglicanum in cauſam trahi, vel ad judicium evocari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, et qualibet alia indulgentia dictae ſedis, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam mandati noſtri executio poſſit quomodolibet impediri, et de qua in noſtris literis mentio fieri debeat ſpecialis, et conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali, et illa quam felicis recordationis Innocentius papa praedeceſſor noſter edidiſſe dignoſcitur de aliquibus per generalem clauſulam "quidam alii" ultra quatuor ad judicium non trahendis. Dat. apud Urbem Veterem 9. cal. Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio.

Prae-

Papae Romae	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
URBANI IV. 3.	BONIF. ac. 21.	1264.	HENRIC. III. 48.

Praeceptum regis Henrici III. *epiſcopo Herefordenſi contra non reſidentiam praelatorum.* Ex MS. Cotton. Cleopatra E. i. fol. 202. v. Pryn. vol. ii. Rec. p. 1011.

REX epiſcopo Hereford. ſalutem. Paſtores gregibus praeponuntur, ut diei noctiſque vigilias exercendo ſuper eos, qui pecoris vultum agnoſcant, et oves famelicas in fertilitatis paſcua introducant, errantes vero per verbum ſalutis et virgam correctionis in unius ovilis conſervatione ſtudeant indiſſolubilem unitatem. Sed ſunt nonnulli, qui hanc doctrinam damnabiliter contemnentes, ac ſua ab aliis pecora diſtinguere neſcientes, lac et lanam tollunt, qualiter dominicus grex alatur non curantes, temporalia rapiunt, et quis in parochia fame pereat, aut periclitetur in moribus non attendunt; qui non paſtores ſed mercenarii potius dici promerentur. Hoc ſiquidem, dum his diebus ad diſponendum de regni noſtri praeſidiis in partes marchiae nos transferremus, in eccleſia veſtra Hereford. dolenter referimus, nos inveniſſe, quam adeo invenimus paſtoris ſolatio deſtitutam, ut nedum epiſcopum, ſed nec officialem haberet, vicarium aut decanum, qui quicquam ſpiritualitatis exercere poſſet in eadem, ſed eccleſia ipſa, quae olim deliciis affluere conſuevit, etiam canonicis, qui ibidem nocturnis et diurnis officiis vacare, et opera charitatis exercere deberent, eam deſerentibus et longe degentibus in remotis, ſtola jucunditatis exuta, cecidit in terram, viduitatis ſuae detrimenta deplorans, nec eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus. Sane dum haec vidimus et conſideravimus diligenter, pietatis aculeus viſcera noſtra commovit, et compaſſionis gladius intima cordis noſtri acrius vulneravit, ut tantam eccleſiae matris noſtrae injuriam ulterius diſſimulare non poſſimus, nec pertranſire incorrectam. Quapropter vobis mandamus firmiter injungentes, quatenus ad eccleſiam veſtram praedictam, occaſionibus quibuſcunque poſtpoſitis, cum ea, qua poteritis, celeritate vos transferre curetis; commiſſum vobis in eadem curae paſtoralis officium perſonaliter executuri; nos enim de ſalvo et ſecuro conductu tam in veniendo quam morando, ſi opus fuerit vobis, dum tamen ſuper his, quae contra vos rationabiliter objici poterunt, juri parere volueritis, provideri faciemus. Quod ſi aliqua [illegible] ignoramus, ſubfuerit, quominus hoc perſonaliter facere poſſitis, ipſam nobis reſcribentes alicui diſcreto de regno noſtro vices veſtras in omnibus, quae ad juriſdictionem epiſcopalem pertinent, committatis, ut veſtra ſaltem ad tempus abſentia tolerabilior habeatur. Alioquin ſcire vos volumus pro conſtanti, quod ſi neutrum iſtorum facere curaveritis, bona temporalia et omnia, quae ad baroniam ipſius eccleſiae pertinent, quae pro ſpiritualibus in eadem exercendis pia progenitorum noſtrorum devotione conſtat eidem fuiſſe collata, et quae hactenus colligi, et ſalvo cuſtodiri praecipimus, in commodum et utilitatem ipſius eccleſiae convertenda, ceſſante jam cauſa in manu noſtra totaliter capiemus; nec ulterius ſuſtinebimus, quod temporalia metat, qui ſpiritualia, ad quae ex officii ſui debito tenetur, irreverenter ſubtrahere non formidat, aut quod emolumenta percipiat, qui incumbentia eiſdem onera ſubire recuſat. Teſte rege apud Hereford. primo die Junii.

Walteri, epiſcopi Exon. literae pro communi utilitate eccleſiae et regni Angliae. Ex Reg. Walteri primi, epiſcopi Exon. fol. 31. b.

EX condicto majoris partis praelatorum Cant. provinciae London. congregatorum ad communem defenſionem eccleſiae et regni Angliae, ad ſingulos dioeceſ. quaedam literae emanarunt; et dominus Exon. ſcripſit ſub hac forma:

W. miſeratione divina Exonien. epiſcopus, dilecto filio mag. Everard. officiali noſtro, ſalutem, gratiam, et benedictionem. Cum multa fieri prohibeantur, quae alias utilitatis cauſa et neceſſitatis urgentis articulo permittuntur, non debet veſter animus commoveri, ſi aliqua forſan ſtatuantur, quae aliquorum judicio duritiam ſapiant et gravamen. Hinc eſt, quod cum regnum et ſacerdotium jam diverſimode diverſis rerum eventibus laeſum extiterit et turbatum, ac gravioris laeſionis et vehementioris turbationis timor et rumor, videl. de hoſtili alienigenarum adventu in regni ſubverſionem et confuſionem publicam, indigenarum corda jam invaſerit, ut auditis, ponderatis periculis, quae regnum et incolas univerſos niſi a Domino defenſore propitio tueatur, circumveniunt, et attentis; praejudiciale et moleſtum reputari non debet, ſi aliqua ad relevationem ſtatus eccleſiae Anglicanae, quae in ſe et ſuis libertatibus multipliciter, et plus ſolito, eſt depreſſa, et ad defenſionem patriae, ad

quod unumquemque naturale foedus obligat et invitat, a viris eccleſiaſticis de bonis ſpiritualibus conferantur. Cum igitur, ſicut ſupra diximus, ut eccleſia etiam relevetur, et ut contra alienigenarum hoſtiles incurſus, qui, cujuſcunque conditione rejecta, loco non parcerent nec perſonae, cum fortitudinis gravitate reſiſti valeat, et virtute; et de conſilio epiſcoporum regnique praelatorum et cleri nuper apud London. congregatorum ordinatum extitit et proviſum, ut omnes viri eccleſiaſtici, religioſi, et alii de bonis ſuis eccleſiaſticis decimam partem ſecundum taxationem communem contribuere debeant, excuſatione in contrarium omnino rejecta; devotionem eorum in utilitatem communem et profectum proprium praeſentibus excitantes, propenſius conſulendo mandamus, quatenus omnium proventuum eccleſiaſticorum decimam partem aliquibus certis perſonis, per nos auctoritate noſtra ad praedicta exequenda maturius deputandis, omni rejecto ſubterfugii obſtaculo, aſſignetis. Inſuper quoniam tempus pro homine interpellat, et de hoſtium adventu in proximo comminatur, oportet quod ſibi cum maturitate debita reſiſtatur; expedit, ſicut proviſum eſt, quod praedictae decimae medietas citra feſtum decollationis S. Jo. Baptiſtae perſolvatur. Dat. apud Tanrigg. in craſtino S. Laurentii, A. D. MCCLXIV et conſecrat, noſtrae ſeptimo.

Papae Rom.	Archiep. Cantuar.	Anno Chriſti	Reg. Angliae
CLEMENT. IV. I.	BONIFAC. 22.	1265.	HENRIC. III. 50.

Bulla papae Clementis IV. *de fratribus Minoribus.* Ex Reg. Giffard, archiep. Ebor.

CLEMENS epiſcopus, etc. dilectis filiis generali et provincialibus miniſtris, ac univerſis fratribus ordinis Minorum fratrum ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sane non ſine quadam turbatione animi frequenter audivimus, quod inter vos et religioſos aliquos illa de cauſa aemulationis et diſſenſionis materia oriretur, quod ipſi domos et eccleſias regulares juxta loca veſtra, non ſine veſtro gravi praejudicio et diſpendio manifeſto quandoque conſtruere praeſumebant—— auctoritate praeſentium ordinamus et diſtrictius inhibemus, quod nulli liceat amodo de Praedicatorum, poenitentia Jeſu Chriſti, beatae Mariae de monte Carmeli, heremitarum, ſancti Auguſtini, ſanctae Clarae, aliiſque ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de praedictis, ſeu quibuſcunque aliis ordinibus aliquod monaſterium, eccleſiam, vel oratorium aedificare ſeu conſtruere. Nulli quoque ſeculari vel religioſo, cujuſcunque profeſſionis, eccleſiam, vel monaſterium, ſeu oratorium jam aedificatum in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra ſpatium 300. cannarum a veſtris eccleſiis menſurandarum, per aerem etiam, ubi alias recte menſurari loci diſpoſitio non permittit. Praeterea ſtatuimus, ut quicquid contra hujus ordinationis et inhibitionis noſtrae tenorem exnunc inantea aedificatum fuerit, diruatur. Et ne de notitia ordinum, et quantitate cannarum hujuſmodi aliqua poſſit dubitatio exoriri, illos ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex regula, vel ex conſtitutionibus ſuis extra ſepta eccleſiarum, monaſteriorum ſuorum, vel officinarum eorum et clauſuram ipſorum nullas debent poſſeſſiones habere. Quodſi aliqui de ordinibus ipſis poſſeſſiones in aliquibus membris ſuis habere, in aliis vero non habere noſcantur, cum quo ad ordinationem, inhibitionem, et ſtatutum hujuſmodi praedictis ordinibus in paupertate fundatis, annumerari volumus, et quamlibet cannarum ipſarum octo palmorum longitudinem continere.— Dat. Peruſ. 10. cal. Dec. pontif. i.

Concilium Northamptonienſe legatinum. Ex MSS. Cotton. et Chron. Hemingford. in ann.

CARDINALIS Ottobonus a papa in Angliam miſſus ad firmandas regis partes contra Simonem de Monteforti, concilium tenuit in eodem loco, ubi rex parliamentum. De hoc ita loquitur chronicon MS. in bibliotheca Cottoniana Titus A. xiii. " Ottobonus, legatus, in concilio apud Northampton. ſententiam excommunicationis tulit in omnes epiſcopos et clericos, qui comiti Simoni contra regem praeſtiterunt auxilium aut favorem, et nominatim, qui Romam iverunt papae gratiam expectantes; eadem etiam ſententia innodavit omnes regi adverſantes." Et in chronico prioratus Dunſtaplenſis in MS. Cotton. Tiberius A. x. ſequentia leguntur: " Anno MCCLXV. circa feſtum Omnium Sanctorum Ottobonus legatus in Angliam venit, et convocato parliamento apud Northampton per dom. regem——Eodem tempore infra Quadrageſimam fecit legatus convocari epiſcopos, videl. Winton. London. Lincoln. Ciceſtrenſem, Londini coram eo, ad reſpondendum quare erant in conſilio et auxilio cum baronibus ad reſiſtendum, ne dom. legatus, qui anno praecedente erat in Angliam venturus; et auditis ipſorum reſponſi-

ſponſionibus, ſtatum eis diem in 15. Paſchae, quo comparerent apud London. coram eo; quibus comparentibus, praefixit eis tempus adeundi curiam Romanam, ut coram dom. papa ſe praeſentarent, plenius reſponſuri. Qui quidem papa tempore ſuae legationis ne in Angliam veniret, eſt repulſus." Annales Everſden anno praecedente hoc concilium legatinum Londini apud Novum Templum circa feſtum S. Nicolai aſſignant. Walterus Hemingford in Chron. c. 32. ita ait: "Tenuit rex parliamentum ſuum menſe Novembri apud Northampton. et exhaeredati ſunt omnes, qui comiti Simoni aſtiterunt, et uxor ejus cum liberis; tenuitque ibidem concilium Ottobon. legatus domini papae, et excommunicavit omnes epiſcopos, qui eidem comiti Simoni auxilium praeſtiterant et favorem. Miſitque quoſdam eorum ad praeſentiam papae pro beneficio abſolutionis obtinendo, publicavitque quaedam ſtatuta, quae fecerat, et conceſſionem domini papae Clementis, quam fecerat regi et reginae, et decima Anglicanae eccleſiae conceſſa eiſdem per ſex annos ſequentes, fiebatque cito poſt taxatio Norwicenſis per Walterum, Norwicenſem epiſcopum, qui ad hoc onus electus eſt." Riſhangerus iiſdem fere verbis negotium concilii hujus exponit, aſt ad A. C. MCCLXVII. refert. V. continuat. M. Pariſ. p. 858.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.

INDEX

INDEX

RERUM VOLUMINIS PRIMI.

A.

ABBAS, *Abbatiſſa.* vid. *Monachi.*
Abbates regulariter vivant 95
Abbates quibus ſubjecti 105
Abbas indiſcretus quomodo puniendus 105
Abbates et abbatiſſae quales 169
Nomina abbatum 325, 364
Abbas S. Auguſt. Cant. ab arch. Cant. ad obedientiam compellitur 427
Abbates capellanos ſuos annuatim mutent 591
Modus creandi abbatem exemptum 621
Electio et conſtitutio abbatis S. Albani 631 *ſeqq.*
Abbatum ordinis Ciſtercienſis conventus 683
Abendoniae coenobium.
Abbas ejus Adelmus 325
Abſolutio. Conſtitutio archiep. Cant. ſuper caſibus, de quibus ſacerdos abſolvere non poteſt 597
Abſtinentia ciborum 4
Votiva vel legalis a cibis 5
Accidia vitanda 643
Acephali damnantur a Virgilio papa 9
Clerici acephali 112
Accleenſis ſynodus 153
Adderbournenſe concilium 68
Adelmus, abbas Abendoniae 325
Adelſtanus, epiſcopus Cornubienſis 200
Adelvaldus rex ad fidem Chriſtianam perducitur 31, 32
Adeodatus, papa Romanus.
Privilegium monachis Cantuar. concedit 43, 44
Adulter, *Adulterium.*
Adultera excommunicanda 3, 4
Poſt poenitentiam recipienda 6
Monachus adulter quomodo puniendus 105
De adulterii poena 215, 308
Adulterium vitandum 636
Advocati non ſtent contra matrimonium 591
Officium eorum 655
Clerici non ſint advocati 674
Aegrotus. v. *Poenitentia*, *Jejunium*, *Baptiſmus*
Quis aegrotis potum non debeat dare 618, 639
Aelfheah, epiſcopus Winton. 285
Aelfricus, canones ejus 250, *ſeqq.*
Quis 255, *ſeqq.*
Aelfricus, archiep. Cantuar. 283, 285
Aenhamenſe concilium 285
Aethelbaldus rex.
Libertas eccleſiarum Cantii confirmatur ab eo 86, 100
Laus ejus et infamia 87
Ad poenitentiam incitatur *ibid.*
Vitia ejus et gentis Anglorum 90, *ſeqq.*
Aethelnothus, London. epiſcopus 169
Aethelredus, Merciorum rex.
Agathonis papae epiſtola ad eum 49
Aethelredus, rex Angliae.
De pace inter eum et Rich. ducem Norman. 264
Monachos in eccleſ. Cant. introduxit, iiſque terras donavit 282, *ſeqq.*
Leges ejus eccleſiaſticae 295
Aethelſtanus rex, conſtitutio ejus 205, 206
Aethelvulfus, Seleſegae epiſcopus 169
Aethelwulfus rex dotavit eccleſiam Anglicanam 184, 185
Diploma ejus 185
Quando regnavit, quando mortuus eſt *ibid.*
Affinis, *Affinitas.* v. *Nuptiae.*
Affinitatis gradus a nuptiis prohibiti 109
Progenies ad ſeptimam generationem ſervanda 110
Conſanguinitas manet in ſextum gradum *ibid.*
Cognata non ducenda *ibid.*
Agatenſis ſynodus 104
Agatho, papa Romanus. 44
Privilegium monaſterii Medhamſted ab eo conceſſum [illegible]
Epiſtola ejus Aethelredo, Merciorum regi 50
Agelmarus, Eſtanglorum epiſcopus, degradatur 322
Agelricus, Ciceſtrenſis epiſcopus 323, 325
Agricola, Pelagianiſmum in Britanniam introduxit 1
Ailwinus, Elmhamenſis epiſcopus 297
S. Albanus, ſepulturae ejus locus exquiritur 154
Multas terras Offa rex ei donat 157
Fredericus abbas coenobii S. Albani 325
Albanenſe concilium 514, 540, 629
Electio et conſtitutio abbatis S. Albani 631, *ſeqq.*
Alclud inſula Elidanio datur 8
Alcuinus, epiſtola ejus ad Athelard. arch. Cant. 159
Aldhelmus abbas.
Librum ſcribere jubetur contra errorem de Paſchate [illegible]
Aldiberga, regina Anglorum 12
Aldibertus, rex Anglorum *ibid.*
Alexander II. papa Romanus.
Interdicit Stigandum arch. Cant. 315
Hortatur regem Willelmum ut perſiſtat in fide [illegible]
Lanfranci epiſtola ad eum de primatu eccleſ. Cant. ſuper Eboracen. 326
Epiſtola ejus ad Lanfranc. de conſervando monaſterio in Dorobernia 328
Alexander III. papa Romanus.
Epiſtola ejus ad omnes Angliae epiſcopos de ſua electione 432
Victor antipapa Alex. III. *ibid.*
Concilium Novomercatenſe de receptione ejus 433
Bulla ejus de canonizatione Edw. regis Angliae 434
Alia archiepiſcopo Ebor. privilegia quaedam concedens 437

Epiſtolae ejus in gratiam Thomae Becket 443, 444, 449, 456.
Bulla ejus Thomae primatum concedens 446
Literae ejus, ne rex coronetur abſque praeſtito juramento 458
Aliae ejus, ne quis coronet regem praeter arch. Cant. 459
Aliae de ſuſpenſione arch. Ebor. et Dun. et excommun. Lond. et Sareſb. epiſc. 460, 461
Bulla ejus infligens poenitentiam epiſcopis, qui regem coronarunt ſine conſenſu T. B. 460
Alia privilegia epiſc. Scotiae confirmans 461
Epiſtola de abſolutione Lond. et Sareſb. epiſcoporum 473
Alia ad Rogerum, Wigorn. epiſc. 477
Decretum ejus epiſcopo Norwicenſi 478
Bulla ejus arch. Ebor. et Dun. epiſc. de pace eccleſ. et Longobardorum 487

Alexander IV. papa Romanus.
Bulla ejus pro archiep. Armachano 710
Alia quod epiſcopi ſolvant decimam de maneriis propriis 720
Alia quod beneficia vacantia impendantur regi pro terra S. *ibid.*
Alia quod praelati compellantur ad dand. in ſcriptis taxationem bonorum ſuorum 721
Alia pro Joh. le Deſpenſer de capella in fundo proprio conſtituenda *ibid.*
Alia de epiſcopis taxandis per totum regnum *ibid.*
Alia epiſc. Norwic. et abbati monaſt. Petriburg. de decima *ibid.*
Alia de electione Abraam, arch. Armachan. 730
Alia confirmans privilegia eccleſ. archiepiſcop. et epiſc. Angliae *ibid.*
Alia pro epiſcopo Elfinenſi in archiep. Tuam. electo 741

Alexander, Scotorum rex.
Epiſtolae ejus de morte Turgodi, epiſc. S. Andr. 393, 394
Alia Radulpho, arch. Cant. de abitu Eadmeri e Scotia 395

Alfredus rex. Lges ejus eccleſiaſticae 186, *ſeqq.*
Quis, quando, et unde leges ſuas condiderit 194
Quando regnavit 204

Alfridus, rex Deirorum.
Concilium ſub eo Londoniae habitum 64
Papae epiſtola ad eum de Wilfrido, arch. Ebor. 68, 69

Alhredus, rex Nordanhumbrorum.
Epiſtola ejus ad Lullum, archiep. Cant. 145

Alienigenae. Lex de iis 204
Rex iis patronus 306
Libidinoſi ejiciendi 309

Alnenſis ſynodus 72

Altare. v. *Oblatio.*
Canon Chalcedonenſis de altaribus ungendis 104
Foeminae ad altare non accedant in celebratione 267

Aluvihus, Lindisfarn. epiſcopus 94
Ambreſbiria. Concilium ibi 263
Anatholuis, vir ſanctus 39

S. Andreae epiſcopus. v. *Scotia.*
Privilegia ejus a papa Alex. III. confirmantur 461
Controverſia electionis epiſcopi S. Andreae 487
Compoſitio inter eum et conventum de Chelchou 509

Anglia, *Anglus.* v. *Pallium*, *Paſcha*, *Epiſcopi*, *Rex.*
Gregorius M. Anglos hortatur ut perſiſtant in fide 9
Auguſtinus in Angliam venit 10
De converſione Anglorum epiſtolae Gregorii M. 10, *ſeqq.*
Gregorius M. ſtudet convertere Anglos 15
Controverſia inter Anglos et Scotos de tempore celebrationis Paſchae 37—40, 66, 75, *ſeqq.*
Cultus imaginum introducitur in Angliam 72, 73
Gentis Anglorum vitia 90, *ſeqq.*
De ſucceſſione in regnum Angliae poſt Henric. I. 393
Charta Henrici I. de libertatibus Angliae 394
Concilium Lond. confirmans antiquas regum Angliae leges 426
Angli ab Hibernis in libertatem reſtituuntur 471
Joh. Ferentinus pecuniam colligit in Anglia 515
Regnum Angliae interdicitur a papa Innoc. III. 525. *ſeqq.*
Angliae magnatum ſtatuta et conſpirationes Oxon. facta condemnantur a papa 760

Animae ſymbolum 302
Anſchitillus, archidiac. Cantuar. 364

Anſelmus, archiep. Cantuar. v. *Literae.*
Conſecratur 370
Utrum Anſelmus regi fidem praeſtare poſſit, ſalva ſedis apoſtol. reverentia 371, *ſeqq.*
Epiſtola ejus Urbano II. de afflictionibus, quas in Anglia paſſus eſt 373
Primas Hiberniae rogatur, ut Waterfordenſem epiſcopatum erigat 374
In Angliam mittitur ad ſynodos celebrandas 377
Anſelmo primatus Angliae a papa Paſchali II. confirmatur *ibid.*
Ejus epiſtola Paſchali II. de inveſtituris eccleſ. 378
Reſcriptum ejus de reditu ſuo in Angliam 385
Anſelmi literae ad Tho. arch. Ebor. de conſecratione et profeſſione ſua 388, 389
Ejus literae de pallio ab arch. Ebor. et epiſc. Lond. expetito 389

Apoſtatae quomodo tractandi 202
Apparitores quomodo itinerari, et quomodo recipi debeant 716, 754
Appellatio ad ſedem apoſtolicam 6
A legato ad papam 544
Aqua benedicta a quibus in domos deferenda 641

Archidiaconus. v. *Lincoln.*
Archidiaconus Cant. Anſchitillus 363
Lanfranci epiſtola de archidiaconis 368
Quomodo archidiaconi viſitare debent 588, 596, 654, 662, 671, 690
Procurationes archidiaconorum 600, 715
Concilium Londinenſe archidiaconorum 722

Archiepiſcopus. v. *Menevenſis*, *Metropolitanus*, *Concilium*, *Lichefeld. Cantuar. Dunſtanus*, *Stigandus*, *Lanfrancus*, *Anſelmus*, *Radulphus*, *Guilielmus*, *Theobaldus*, *Becket*, *Richardus*, *Baldwin. Reginaldus*, *Hubertus*, *Langton*, *Richardus M. S. Edmund. Bonifacius.*
Dubricius archiep. urbis Legionum deſignatur 7
Dubricius ſedem archiepiſcopalem reliquit *ibid.*
Sampſon, archiep. Dolenſis *ibid.*
Epiſtola epiſcoporum Angliae ad Leonem III. de ſucceſſione archiep. Cant. 166
Archiep. Cant. degradatur 322
Concil. Lond. et Cant. de electione novi archiepiſcopi 494
Quomodo archiepiſc. cum ſubjectis hoſpitari debet 505
Bulla Innocent. III. definitiva de electione arch. Cant. 512
Archiepiſcopus et epiſcopi a legato appellant ad papam 544
Archiepiſcopo Cant. jus patronatus conceditur epiſcopatus Roffenſis 546
Archiepiſcoporum officium 654
Archiep. et epiſcopi conqueruntur de oppreſſionibus papalibus 694
Bulla Alex. IV. confirmans privilegia eccleſ. archiepiſcopo et epiſc. Angliae 730

Arfractus, orientalium Saxonum epiſcopus 323
Arma-

I N D E X.

[illegible]. Concilium Armachanum 471
R[illegible], arch. Armach. charta de indulgentiis reliquias ſanguinis Chriſti viſitantibus conceſſis 696
Bulla Alexand. IV. pro arch. Armach. ut rex Henr. III. ei ſe favorabilem praebeat 710
Alia ejus pro Abraam, arch. Armach. 730
Patricius, arch. Armach. concilium celebrat 757
[illegible] rex clericis beneficia eccleſiaſtica confert 7
[illegible] eccleſiae. v. *[illegible]*.
De aſylis eccleſiaſticis ſervandis 210
Rex excommunicatur ob violatum refugium eccleſiae 310
De reis ad eccleſiam fugientibus 311, 313
Athelardus, archiep. Cantuar.
Caroli M. epiſtola ad eum 154
Synodus ab eo coacta 158
Alcuini epiſtola ad eum 159
Leonis papae III. epiſtola ad eum 160
Decretum ejus de libertate eccleſiarum 167
Athelelmus, epiſcopus Wellenſis 200
Athelredus, archiep. Cantuar.
Epiſtola Johannis VIII. papae ad eum 195
Avaritia vitanda 643
[illegible] ae. 24
Auguſtinus, epiſc. Aurelienſis.
Canon ejus de ſacerdotibus 101
Auguſtinus, epiſcopus Anglorum. vid. *Gregorius M. Ethelbertus.*
In Angliam venit [illegible], 15, 16
Laus ejus 13
Recipitur cum ſociis ſub dio ab Ethelberto 16
Manſionem in civitate Dorobernenſi obtinet *ibid.*
Orat cum ſociis in eccleſia B. Martini Cant. *ibid.*
Sede metropolitica donatur *ibid.*
Reſponſiones B. Gregorii ad Auguſtinum 18 *ſeqq.*
Unitatem fidei et Paſchatis introducere ſtudet 25
Caecum ſanat [illegible]
Humilitatem ejus Britones tentant *ibid.*
Britones eum rejiciunt *ibid.*
Reſponſio ad Auguſtinum, petentem ſubjectionem eccl. Romanae 26, 27
Auguſtini cum Dynocho, abbate Bangor. collatio 27
Synodus Lond. ab eo et coepiſcopis habita 29
S. Auguſtini feſtivitas colenda 97
Abbas coenobii S. Auguſtini, Scollandus 325
[illegible] rex in concilio Cambrenſi [illegible] 7
Liberalis et bonus *ibid.*
[illegible], epiſcopus Hibernus. Synodus ejus 2

B

BACCANCELDENSE concilium 56, 57, 162
[illegible] epiſc. Odo, comes Cantiae 325. v. [illegible].
[illegible], abbas coenobii S. Edmundi [illegible]
Bangor. Numerus monachorum in monaſterio Bangor. [illegible]
Reſponſio abbatis Bangor. ad Auguſtinum 26
Auguſtini cum Dynocho, abbate Bangoren. collatio de monaſt. Bangor. 27
Baptiſmus. v. *Suſceptor.*
Baptiſmus advenae non dandus abſque epiſcopi permiſſione 3
De incerto baptiſmate 5, 505
Qua aetate baptizandi 5
Gentilis poenitens baptizandus 6
De baptizatis ab haereticis non rebaptizandis 14
An mulier praegnans baptizari poſſit 21
Forma baptiſmi 29, 58, 575, 576, 586, 593, [illegible]
Teſtes baptiſmi 104
In baptiſmate non eſt aqua miſcenda cum vino [illegible]
Juxta canones peragendum baptiſma 146
Parvulus aegrotus baptizandus 269
Literae Lanfranci de baptiſmate et S. communione 361, 362
Baptiſterium bene ſervetur 636
Barrow, campus albus in Hibernia 34
Bateman Will. epiſcopus Norwicenſis.
Conſtitutio Walt. de Suthfeld per eum declaratur 709
Bathonenſis. v. *Wellenſis.*
Bathonenſe concilium 259
Bulla Honorii III. de diſſolutione unionis Bath. et Glaſton. eccleſ. 569
Becket Thomas, archiep. Cantuar. v. *Alex.* III.
Eligitur in archiep. Cant. in concilio Lond. 434
Rationem reddere jubetur de bonis epiſcopat. et abbatiar. vacantium 437
Charta ejus de privilegiis Cant. eccleſiae 438
Epiſtola ejus ad Alex. III. de calamitatibus ſuis 441, 465
Alia epiſcopis ſuffragan. de eiſdem 441, *ſeqq.*
Alia regi Henr. II. conquerens de calamitate, et monens reſtitutionem libertat. et jurium eccl. [illegible]
Primatus ei conceditur a papa Alex. III. 446
Epiſtola ejus epiſcopo Hereford. de ſervandis juribus eccleſiae 447, 455
Alia ad Alex. III. de literis ſuis ad Henr. II. et de excommunicatione inimicor. eccleſiae 443
Epiſtola [illegible] ad Tho. Becket [illegible]
Epiſtola T. B. ad Gilleb. Lond. epiſcopum, exprobrans ei infidelitatem ſuam 451
Epiſtola ſuffraganeorum ad papam de Th. Becket [illegible]
Epiſtola T. B. ad Gilleb. Lond. epiſc. de ſententia in eum prolata 454
Alia ejus ad capitulum Lond. de vitandis excommunicatis 455
Pap[illegible] ad [illegible] Henr. II. et T. B. 450, *ſeqq.*
Pax fit inter eum et regem Henr. II. 463
Vita Tho. Becket *ibid.*
Rediit in Angliam *ibid.*
Trucidatur Cantuariae 464
Epiſtola Ludowici, regis Franc. ad Alex. III. de morte ejus 467
Alia Will. Senonenſis arch. de eadem [illegible]
Alia Theobaldi, comitis Bleſenſis, de eadem 468
Canonizatio T. Becket 475
Concil. Cantuar. de tranſlatio corporis T. Becket [illegible]
B[illegible] Romam [illegible] [illegible]
Bedelli. v. *Apparitores.*
Bello abbas de.
Variae diſceptationes inter eum et epiſc. Ciceſtr. de obedientia canonica 427, *ſeqq.*
B. [illegible]. Regula ejus [illegible]
Statuta ab ordine B. Benedicti obſervari jubentur [illegible]
Bulla Innoc. IV. diſpenſans ſuper obſervatione eorum *ibid.*
B[illegible]. v. [illegible], *[illegible]*.
Non renunciand. ſub pactis 587
Reſidenti conferendum *ibid.*
Quando et quibus plura beneficia conferenda [illegible]
Nemo ſe intrudat in beneficium eccleſ. 609
Quae ſint manſiones beneficiatorum *ibid.*
Bulla Gregor. IX. de beneficiis idoneis perſonis conferendis 629
Uxorati a beneficiis amovendi 653, 672
Beneficiati non ſint illiterati 673
Bulla Alex. IV. quod beneficia vacantia impendantur regi ad terram S. eunti [illegible]

Ben-

Benningdonenſe concilium 181
Beormodus, Roffenſis epiſcopus 169
Berčta regina in eccleſia B. Martini Cantuar. orat 16
Berghamſtedenſe concilium 60, *ſeq.*
Berthguinus, Landaven. epiſcopus 196
Berthuti medico vis infertur a rege Walliae, qui ideo excommunicatur 314
Bertulfus, rex Merciorum 181
Beverlacenſe concilium 755
Bigamia. Tempus ejus 108
Bingeham Rob. de eligitur epiſcopus Sarum. 567, 568
Birthwaldus, arch. Cantuar.
Bulla Conſtantini papae ei 71
Biſi, orientalium Saxonum epiſcopus 42
Bleſenſis comes, Theobaldus.
Epiſtola ejus ad Alexand. III. de morte T. Becket 468
Bleys Will. de, epiſcopus Wigorn.
Conſtitutiones ejus 570 *ſeq.* 623
S. Bonifacius.
Dies ejus natalitius quovis anno celebrari decernitur 144
Origo, laus, et mors ejus *ibid.*
Bonifacius V. papa Romanus.
Epiſtolae ejus Edwino regi 30
Aliae ad Juſtum, Roffen. epiſc. deinde arch. Cant. 31, 32
Pallium mittit Juſto, archiep. Cant. 32
Epiſtola ejus Edelburgae reginae 33
Hortatur Edelburgam reginam, ut Edbaldum regem ad Chriſtian. religionem hortetur 33
Munuſcula mittit Edelburgae *ibid.*
Bonifacius, archiep. Cantuar.
Conſtitutiones ejus 746
Compoſitio litis inter eum et capitulum Lincoln. de juriſdičtione 756
Compoſitio inter eum et dec. ac capit. London. de juriſdičtione 758
Statuta ejus inconſulto rege edita non confirmantur a papa 759
Bonifacius, Moguntinus archiep.
Epiſtolae ejus 87, 90, *ſeqq.*
Brandanfordenſe concilium 224
Brechinenſis, A. epiſcopus.
Charta ejus, quod epiſcopo Moravien. pertineat viſitatio decani et cap. Moravien. 742
Brevi. Synodus apud Brevi in Wallia 8
Bridport Aegidius de, epiſc. Sarum.
Conſtitutiones ejus 713, *ſeqq.*
Briſtolienſe concilium 546
Britannus, *Britannia.* v. *Concilium*, *Eecleſia*, *Paſcha.*
Pelagianiſmus introdučtus, et refutatus in Britannia 1
Quomodo Britanni epiſcopi cum Gallis agere debeant 21
Britones Auguſtini humilitatem tentant 25
Britones Auguſtinum rejiciunt *ibid.*
Primatus eccleſiarum Britan. archiepiſcopo Cant. conceditur 35
Brochvail, rex Walliae 199
Brocmailus, dux Britonum.
Ab Edilfrido rege vincitur 26
Broneſcomb Walter. epiſc. Exon.
Literae ejus pro communi utilitate eccleſiae et regni Angliae 761
Brunichilda, regina Francorum 10
Bulla. v. *Nicolaus* II. *Literae*, *Cantuar. Honorius*, *Innoc.* II. *Lucius* II. *Eugen.* III. *Hadrian.* IV. *Alexand.* III. *Paſchalis.*
Bullae papales de ſubječtione eccleſ. Scotic. Eboracenſi prov. 480, 481
Burgo abbas de, Thoroldus 325

C.

CADWALADRUS, rex Britonum.
Filia ejus Guala, uxor Inae 74
Calcutenſe concilium 145, *ſeqq.* 157. 169
Celchyta ubi 157
Callixtus II. papa Rom. v. *Radulphus.*
Calnenſe concilium 263
Cambria. v. *Wallia.*
Concilium Cambricum 7
Regula ejus eccleſiaſtica ſtabilitur 8
Camerarius, officium ejus 592
Campana pulſetur, quando corpus Domini erigitur 667
Cancellarius. De officio ejus 534
Candidus, preſbyter 10
Canones eccleſiaſtici.
Pro epiſcopis et clericis 101, *ſeqq.*
Auguſtini, Aurelien. epiſc. de ſacerdotibus canon 101
Canon Africanus de tempore poenitentiae 104
Chalcedonenſis de ordinatione per epiſcopos: de altaribus ungendis *ibid.*
Carthaginenſis de conſilio fratrum *ibid.*
Cypriani de conſenſu plurimorum *ibid.*
Romanus de referendis cauſis ad ſedem Roman. *ibid.*
Nicenus de ordinatione *ibid.*
Epaonenſis de oblationibus *ibid.*
Aurelianenſis de pauperibus *ibid.*
Canones ſervandi 169
Canones eccleſiaſtici ſub Edgaro rege 225, *ſeqq.*
Canones Aelfrici ad Wulfſinum epiſcopum, 250, *ſeqq.*
Canones veteres ex conciliis et decretis pontificum renovantur 363
Canones concilii Londinenſis 417
Canones editi ſub Richardo, arch. Cant. 474
Canonici. v. *Praebenda.*
Vita et habitus eorum qualis 147
Reſidere debent 715
Cantilupo Walt. de, Wigorn. epiſc.
Conſtitutiones ejus 665, *ſeqq.*
Cantium. v. *Aethelbaldus* rex.
Cantor. De officio ejus 534
Cantuaria, *Cantuarienſis.* v. *Honorius*, *Pallium*, *Dorobernia*, *Archiepiſcopus*, *Monachus*, *Aethelbertus*, *Abbas.*
Primatus eccleſiarum Britanniae archiep. Cantuar. conceditur 35, 41
Privilegium monachis Cantuar. a papa conceſſum 43, 44
Bulla Conſtantini papae de privilegiis eccleſiae Cantuar. 74
De jure et privilegiis Cantuar. archiepiſcopatus 160, 324, *ſeqq.* 376, 378, 390
De ſucceſſione archiep. Cantuar. 166
Privilegium Joh. XII. papae Cant. monachis conceſſum 223, 224
Cantuar. eccleſia mater et domina omnium eccleſ. regni 296
Cantuar. archiep. Ebor. archiepiſcopi vices agit 315
Cantuar. archiep. terrae liberae 323, 324
Jura, quae rex Guil. habuit in terris eccleſ. Cantuar. 324
Archiepiſcopus Ebor. paret juſſionibus archiepiſc. Cantuar. 369
Wulſtani, Wigorn. epiſc. epiſtola de juriſdičtione eccleſ. Cant. 373
Injuriae Cant. eccleſiae illatae 380, 396, *ſeqq.*
Sedes Ebor. ſubjacet Cantuar. 391, 396, *ſeqq.*
Controverſia inter Theobaldum, arch. Cant. et abbatem, ac monachos Cant. eccleſ. 422

Thomae Becket charta de privilegiis eccleſ. Cant. 438
Concordia inter archiep. Ebor. et archiep. Cant. 482
Privilegium Coeleſtini III. monachis Cant. datum 494
Cantus eccleſiaſtici 295
Canutus rex
Eccleſiam Cantuar. eccleſiarum regni matrem facit 296
Concilium Winton. ſub eo 297
Epiſtola ejus de papa Joh. XIX. *ibid.*
Charta ejus de abbate inſulae Glaſtoniae 298, 299
Leges ejus eccleſiaſticae 299
Capella, Capellani. v. *Deſpenſer.*
Capellae regiae a juriſdictione epiſcopali eximuntur 546
Capellani conducendi 618, 625
Capellani annui in parochiis, quid obſervent 692
Literae regis Henr. III. quod capellae regiae ſint liberae 697
Quomodo capellani admittendi 717
Capitula. v. *Concilium.*
Capitula celebranda ſunt 715
Captivus. A quibus pecunia pro captivis colligenda 7
Incarcerati ab epiſcopo die dominico paſcendi 1[illegible]7
Mulier a captivitate redux mariti eſt 109
Carbani vallis abbas, Concen 17
Carceres in quavis dioeceſi habeantur 755
Cargucaunus, rex Walliae.
Familia ejus excommunicatur ob vim illatam medico 314
Carlegion 7, 25
Carlioleuſe concilium 417
Epiſcopatus Carliol. conceditur archiepiſcopo Raguſinenſi 512
Carolus M. Epiſtola ejus ad Athelardum, archiep. Cant. 154
Alia ad Offam, Merciorum regem 1[illegible]8
Caſſilenſe concilium 471
Cayl[illegible]lons abbas de 413
Caſtellae rex, Alphonſus.
Lis inter eum et regem Navarrae de terris 486
C[illegible], abbas Ildute 17
Cauſa. v. *Judex*, *Curia.*
Cauſa non deferatur in alienum judicium 3
De referendis cauſis ad ſedem Romanam 104
De cauſis inter curiales et eccleſiaſticos 212
Cedda, epiſcopus Scotus,
Diſputat de Paſchate 38, 3[illegible]
Ce[illegible] abbatiſſa
Reconciliatur Wulfredo, arch. Cant. 171, *ſeqq.*
Cenſu[illegible].
Novi cenſus eccleſiae non imponendi 609, 616
Ceolfridus abbas.
Sergii I. papae epiſtola ad eum de Beda [illegible]3
Epiſtola ejus ad Naitanum, regem Pictorum 75
Cerenbirus, epiſc. Landavenſis 197
Cereus paſchalis ad eccleſiam praeſentandus 626, 676
Certeſejenſe coenobium. Wlnodus abbas ejus 325
Ceſtrenſis epiſcopus, Petrus mittitur ad conſecrand. epiſcopum Scotiae 362
Rodbeartus, Ceſtrenſis epiſcopus 368
Chelchou. Charta confirmationis de eccleſiis monachorum de Chelcho 509
Compoſitio inter abbatem et convent. de Chelchou, et epiſc. S. Andr. et Glaſguen *ibid.*
Chinum. Concilium ibi 440
Chriſma. Canon Chalcedonenſis de eo 104
Chriſmales panni pertinent ad eccleſias 636
Chriſtianus. v. *Ethelbertus.*
Quando patriam relinquere debet [illegible]
Summa fidei chriſtianae 30, 31
Rex Edwinus ad religionem chriſtianam monetur 30, *ſeq.*
Rex Adelvaldus ad fidem chriſtianam perducitur 31, [illegible]
Eadbaldus ad fidem chriſtianam revertitur 32, [illegible]
Eccleſiae Britannicae confeſſio fidei 52
Chriſtianus non judaizet 111
Non ſequatur ſuperſtitiones paganas *ibid.*
Non vendendus in manus Judaeorum vel Gentilium *ibid.*
Non famuletur Judaeis 591, 719
Non commiſceatur cum Judaeis in matrimonio [illegible]
Chriſtiani non nutriant Judaeorum infantes 675
Non credant bona ſua Judaeis *ibid.*
Chriſtus, v. *Jeſus.*
Ciceſtrenſis epiſcopus. v. *Agelricus*, *Stigandus*, *Nevill*, *Wich*, *Richardus.*
Incarceratur [illegible]
Synodus Ciceſtrenſis 427
Variae diſceptationes inter epiſc. Ciceſtren. et abbatem de Bello [illegible]
Literae decani et cap. Ciceſtren. de praebendis decedentium canonicorum 6[illegible]6
Ciſtercienſe capitulum 424
Monachi Ciſtercienſes ſpernunt interdictum Innoc. III. 527
Conventus abbatum ordinis Ciſtercienſis 683
Citatio. v. *Conc[illegible].*
Quomodo citationes ad curias faciendae 655
Civeilliauccus, epiſcopus Landaviae 199
Clarendonia. v. *Concilium*, *Henricus* II.
Clemens IV. papa Romanus.
Bulla ejus de fratribus Minoribus 762
Clericus. v. *Religioſi*, *Preſbyteri*, *Sacerdos.*
Monita clericis data 2
Clericus non vagetur. Non incedat aliqua parte nudus. Non ſit negligens 2, 43
Non ſit fidejuſſor pro gentili homine 3
Clericus advena non baptizet *ibid.*
Clericus conductus ad interficiend. hoſtem *ibid.*
Clericus, qui juvat furem vel latronem *ibid.*
Clericus Britannus in Hiberniam veniens *ibid.*
Portiones clericorum et laicorum 5
Judicium clericorum non ſit apud infideles aut iniquos 6
Rex Arthur clericis beneficia eccleſ. confert 7
Quomodo epiſcopi cum clericis converſari debent 19
An clerici matrimonium contrahere poſſint *ibid.*
Clerici nullo fungantur officio in aliena parochia abſque licentia 43
De miniſtrorum Dei regula 58
Officium clericorum 92, 21[illegible], 2[illegible], 274, [illegible]
Clerici non habitent inter laicos 100
Simultates inter laicos et eos cohibendae *ibid.*
Quae portio bonorum miniſtris eccleſiae tribuenda 103
Praeſentia clericorum in epiſcopi curiis 104, 266
Clerici obediant epiſcopis 105, 612
Clericum alterius ſurripiens 105, 269
Clerico nocens 105, 307
Laicus non ſit teſtis contra clericum 110
Habitus clericorum 112, 609, 652
Clericus non utatur armis 112
Non ſit judex in cauſa mortis 112, 586
Clerici literas et artificia diſcant 112, 266
Clerici acephali 112
Non comedant in ſecreto 147
De correctione ordinatorum 202, 204, 300.
Clerici ſint modeſti et caſti 214, 301, 573, 574, 581, 589, 609, 616, [illegible], [illegible], [illegible]73, [illegible], 716

Lex Edgari de ejiciendis clericis uxoratis, et introducendis monachis 239, *ſeq.*
Controverſia inter monachos et clericos uxoratos 261, *ſeq.*
Sacerdotibus reverentia praeſtanda 300
De homicidio clerici 306, 638
Rex patronus clericis et alienigenis 306
Clericus homicida 307
De ordinato capitis reo *ibid.*
Sacer ordo non violandus 308
Clerici non tenentur facere ſectam ad curiam laicorum 753
Diſpenſatio de promovendis preſbyterorum filiis ad ſacra officia 387
Concilium adverſus incontinentes clericos *ibid.*
Conſtitutio de debitis clericorum defunctorum 412, 664
Clerus traditur judici ſeculari 482
Clerici non teneant focarias 507
Rex Johan. a clero ſubſidium expetit, ſed non obtinet 515
Pax inter regem Joh. et clerum ſtabilitur per xv. dies 546
Clericus non ſit negotiator 586, 610
Fructus eccleſiaſt. in loco laicali non reponat 590
Teſtamentum clericorum obſervandum 596
Clerici conſtitutiones ſynodales habeant 601
Clericus non tradatur ad forum ſeculare 611, 753
Poena inceſtus clericorum 614
Quid clericus ſucceſſori relinquere debeat 616
Clerici capti a laicis propter crimina 750
Clerici amerciati per judicem ſecularem *ibid.*
Clerici diffamati de foreſta *ibid.*
Poena clericorum incontinentium 625, 635, 639
Clerici comam habentes, ſi capiantur 626, 750
Clerici non potent nimium, neque ſcotallos faciant 635, 672
Domus clericorum ruinoſae reparandae 638
Confeſſiones clericorum 669, 673
Clerici non ſint invidi 670
Sint humiles *ibid.*
Non negligant viſitare infirmos *ibid.*
Clerici non emant bladum creſcent. in terra 671
Nihil accipiant pro ſepultura *ibid.*
Non reddant laicis computationem 672
Non interſint ludis inhoneſtis 673
Non ſint advocati 674
Non ſe immiſceant ſecularibus rebus 681
Bulla Innoc. IV. de primi anni proventibus eccleſ. clericorum 699
Alia clericis regis de non reſidendo 701
Clerici reſideant 716
De tonſura et corona clericorum 755
Clerici habentes concubinas excommunicatas, ſunt excommunicati 717
Laici non aggravent clericos 752
Non veniant ad ſummonitiones laicorum 747
Clericis ſe purgantibus bona reſtituantur 750
Clotri, rex Walliae, excommunicatur 196
Terras donat eccleſiae Landaven. 197
Cloveſhovienſe concilium 86, 161, 162, 166, 172
Coeleſtinus III. papa Romanus.
Privilegium monachis Cantuar. ab eo datum 494
Epiſtola ejus decretalis, qua Scoticana eccleſ. apoſtolicae ſedi ſubjicitur 495
Privilegium Ebor. eccleſiae indultum 503
Coemeterium.
Conſtitutio Guil. arch. Ebor. de arboribus et herba in coemeteriis 425
Reverentia coemeteriis facienda 600, 666
Nulla placita in coemeteriis habeantur 611, 666
Coenobium. v. *Abbas*, *Monaſterium.*
Cognatus. v. *Affinis.*
Colmannus diſputat. de Paſchate in ſynodo Pharenſi 38, 39
Communio S. poſt lapſum 5
An quis poſt illuſionem per ſomnum corpus Domini accipere valeat 23
An ſacerdos poſt illuſionem talem S. myſteria celebrare poteſt 24
S. Communio a monaſterialibus et a laicis ſumenda 98
A S. communione expulſus non recipiatur ab alio 104
Elementa in S. ſynaxi ſint mundiſſima 266
Sacerdos ſolus non celebret 267
S. communio crebro percipienda 281, 304
Lanfranci, arch. Cant. literae de S. communione 361, 362
Quomodo ſanis, quomodo aegrotis adminiſtranda 578, 579, 615
Quomodo conſecranda et celebranda 586, 594, 615, 636, 638, 657
Hoſtiae eccleſiarum conſervandae 667
Campana pulſetur, quando corpus Domini erigitur *ibid.*
Quomodo ad aegrotos deportanda 667
Pauperes non compellantur ad offerend. cum communicantibus 671
Conaciae annales 431
Conblus, rex Walliae 198
Concen, abbas Carbani vallis 17
Concilium Verolamii contra Pelagium 1
Britannicum 2, 7
Patricii, Auxilii, Iſernini epiſcoporum in Hibernia 2
Cambricum 7
Synodus Britannica *ibid.*
Conventus Britannicus *ibid.*
Synodus Menevenſis 8
Apud Brevi in Wallia *ibid.*
Synodus Victoriae in Wallia *ibid.*
Synodi Landavenſes 17, 18, 196, 197, 198, 199, 222, 264, 310, 314
Synodus Wigornenſis 24, 86, 369
Concilium Cantuarienſe 28
Synodus Londinenſis ab Auguſtino et coepiſcopis habita 29
Concilium Cantianum 30
Synodus Lechlenienſis 34
Conventus archiepiſcopi, epiſc. etc. de monaſterio Petriburg. 37
Synodus Pharenſis *ibid.*
Concilium Herudfordenſe 41
Synodus bis in anno celebretur 43, 146
Concilium Romano Britannicum 44, *ſeqq.*
Concilium Hedtfeldenſe 51
Quinque ſynodi univerſales 52
Synodus Lateranenſis 53, *ſeqq.*
Synodus Northumbrenſis 55
Twifordenſis ſynodus *ibid.*
Baccanceldenſe concilium 56, 162
Concilium Berghamſtedenſe 60
Concilium ſub Alfrido rege London. habitum 64
Synodus Merciana 66, 169
Concilium Niddenſe 67
Concilium Adderbournenſe 68
Synodus ſub Ina rege 70
Synodus Alnenſis 72
Concilium Londinenſe DCCXII. 72. DCCCXXXIII. 176. DCCCCXLIV. 214. DCCCCXLVIII. 217. DCCCCLXX. 256. MLXXV. 367. MCII. 382. MCIII. 384. MCVII. 386. MCVIII. 387. MCIX. 390. MCXXVI. 406. MCXXIX. 411. MCXXXII. 412. MCXXXVIII. 416. MCXLI. 419. MCXLIII. 421. MCLI. 424. MCLIV. 426. MCLXII. 434. MCLXX. 458. MCXCI. 494. MCC. 505. MCCVII. 515. MCCX. 531. MCCXIII. 540. MCCXXV. 558, 602, 606.

I N D E X.

[illegible]. MCCXXXVII. 647. MCCXXXVIII. 663. MCCXXXIX. *ibid.* MCCXLIV. 684. MCCXLVI. 686. MCCLII. 702. MCCLV. 709. MCCLVI. 711. MCCLVII. 722. MCCLXI. 755.

Concilium omnium epiſcoporum ſub Ina 74, 370

Concilium Cloveſhovienſe 86, 94, 161, 162, 166, 167, 172

Quae in ſynodis epiſcoporum tractanda 93

Cuthberti, arch. Cant. ſynodus 94, 144

Synodorum praecepta per parochias publicentur 98

Synodus Agatenſis 104

Concilium Calchutenſe 145, 157, 169

Concilium Finchenhallenſe 153, 161

Synodus Acleenſis 153

Concilium Verolamienſe 155, 157

Synodus ab Aethelhardo coacta 158

Concilium ſub Wulfredo 171

Concilium apud Oſlaveſhlen. *ibid.*

Concilium Kingſtonienſe 178, 179

Concilium Benningdonenſe 181

Concilium Kingſburienſe *ibid.*

Judicia ſynodorum 170

Concilium Wintonienſe 183, 261, 297, 322, 323, 367, 419, 422

Synodus Edwardi ſenioris 199

Concilium Scoanenſe 204

Concilium Grateleanum 205

Concilium Brandanfordenſe 224

Synodalis epiſtola Odonis, arch. Cant. ad epiſcopos 214

Concilium ſub Dunſtano, arch. Cant. 247

Concilium Bathonenſe 259

Concilium Kyrtlingtonenſe 262

Concil. Calnenſe 263

Concil. Ambreſbiriae *ibid.*

Concilium Siricii, arch. Cant. 264

Concil. Aenhamenſe 285

Conventus Weſtmonaſterienſis 316, 367, 410, 413, 421, 474, 476, 485, 486, 493, 504, 508, 540, 607, 620, 622, 713, 759

Concilium Windeſorenſe 324, 381, 483, 488

Concilium generale ſub Lanfranco 362

Ordo epiſcoporum Angliae in conciliis 363

Decreta concilii Sardicenſis, Eliberitani, Toletani XI. *ibid.*

Concilii Winton. capitula eccleſiaſtica 365

Concilium Gloceſtrenſe 368, 404

Concilia celebrata per Lanfrancum 369

Concilium Rockinghamiae 371

Concilium Hibernicum 374, 425

Concilium eccleſiaſticum 375

Synodus Uſneachenſis in Hibernia 392

Concilium Sareſburienſe 393

Roxburgenſe 409

Herefordenſis ſynodus 413

Concilium Northamptoniae 413, 427, 436, 483, 485, 531, [illegible]

Concil. Carliolenſe 417

Capitulum Ciſtercienſium 424

Synodus Ciceſtrenſis 427

Synodus Roſcomaniae 431

Concilium Anglican. epiſcop. Normanniae apud Novum Mercatum 433

Concil. Clarendoniae 436

Concil. Oxon. 438, 515, 585, 682, 697, 740

Concil. apud Chinum 439

Concil. Ardmachienſe 471

Caſſilienſe *ibid.*

Carthaginenſe III. 477

Toletanum III. *ibid.*

Agathenſe *ibid.*

Carthaginen. et Chalcedon. *ibid.*

Triburienſe. *ibid.*

Meldenſe 478

Rothomagenſe [illegible]

Remenſe *ibid.*

Concilium apud Wodeſtock 482

Dublinenſe 483, 488

Archiepiſcopus Ebor. fuſtigatur in concilio 485

Concilium Cantuarienſe 493, 495, 572

Gloceſtrenſe 493

Edinburgenſe 486, 665

Synodus epiſcoporum et cleri Angliae 488

Concil. apud Marlebergam *ibid.*

Concilium apud Egeneſham 490

Concil. Gaintingtonenſe 491

Pipewellenſe [illegible]

Eboracenſe 501

Perthuſanum in Scotia 508, 514, 532, 584, 654, [illegible]

Colloquium Oxonii 511

Concilium Albanenſe 514, 540, 629

Synodus Radingenſis [illegible]

Concil. Dunſtaplenſe 544

Briſtolienſe legatinum 546

Dunelmenſe 572

Citationes ad Concil. Londinenſe 603, 604

Concilium prov. Scoticanum 607

Bulla Honorii III. de concilio provinciali Scoticano *ibid.*

Modus procedendi in eo 607, 608

Conſervator concilii Scoticani quis eligendus 608

Concilium Lewellini cauſa celebrari jubetur 629

Regis Henr. III. literae de concilio Lond. celebrando [illegible]

Synodus Wexfordenſis 681

Rex Henr. III. proteſtatur ne aliquid in concilio tractetur contra honorem regni 682

Synodus Roſſenſis [illegible]

Norwicenſis [illegible]

Cauſae convocationis London. pro reformando ſtatu eccleſiae Anglic. 723, *ſeqq.*

Concilium Mertonenſe 736

Articuli proviſi in convocatione Merton. *ibid.*

Concilium Lambethenſe 746

Concilium Beverlacenſe 755

Concilium Pontanum 757

Concubinae. v. *Sacerdotes.*

Concil. Londini de prohibendis ſacerdotum connubiis 411, 607, 653, 673, 692

Concubinae ſacerdotum non admittantur in eccleſiam [illegible]

Con[illegible], *Con*[illegible] 151, [illegible]

De confeſſore pro damnato 203

Modus confeſſionis apud Saxones 229, 230

Peccata in confeſſione enumeranda 276

Con[illegible] [illegible]

Quomodo peragenda 576, 594, 614, 638, 657, [illegible]

Non iteretur 667

Conjugium. v. *Matrimonium.*

Conradus imperator Canutum, regem Angliae, benigne excipit 297

Conſecratio. v. *Eccleſia, Ordinationes.*

Deo dicata ſic perpetuo remaneant 170

Conſtantinus, papa Romanus.

Bulla ejus Birthwaldo, arch. Cant. 71

Alia de privilegiis eccleſiae Cant. 74

Conſtitutiones eccleſiaſticae. v. *Canones, Eccleſia, Ina.*

Ethelberti regis 29

Conſtitutio Earcomberti regis de deſtruendis idolis 37

Conſtitutio quomodo damna ſacris ordinibus illata compenſanda 62

Conſtitutio de paſtu reddendo epiſc. Wigorn. 168

Aethelſtani regis 205, *ſeq.*

Conſtitutio de nuptiis 216

Decreta ſynodalia ad eccleſiae politiam ſpectantia [illegible]

[illegible]

Placitum in Pinendena 323
Capitula et injunctiones concilii Winton. 365
Capitula concilii Londinenſis 408, 409
Statuta concilii Weſtmonaſt. 410, 415, 416
Conſtitutio Thurſtani, arch. Ebor. de debitis clericorum defunctorum 412
Conſtitutio Theobaldi, arch. Cant. de fugitivis et ejectis de monaſterio 423
Conſtitutio Guil. Ebor. arch. de arboribus et herbis in coemeteriis 425
Statuta regis Henr. II. in concilio Clarendon. 436
Conſtitutiones eccleſ. Lichfeld. per Hugon. Nonant. 496, *ſeqq.*
Conſtitutio de cautiori obſervatione diei Dominicae 510, *ſeq.*
Conſtitutiones provinciales Lambeth. Steph. Langton. 530
Conſtitutiones Lincoln. eccleſiae 534
Conſtitutiones Sim. Midenſis epiſcopi 547
Conſtitutiones W. de Bleys, Wigorn. epiſcopi 570, 623
Conſtitutiones Rich. de Mariſco, Dunelm. epiſc. 572, *ſeqq.*
Statuta legenda in concilio Oxon. 593
Conſtitutio Steph. arch. Cant. ſuper caſibus, de quibus ſacerdos abſolvere non poteſt 597
Decretum de exemptione monaſterii Weſtmon. et parochiae S. Margar. a jurisdictione London. 598
Conſtitutiones Rich. Poore, Sarum epiſcopi 599, 600
Statuta generalia eccleſiae Scoticanae 608
Conſtitutiones S. Edmundi, arch. Cant. 635, *ſeqq.*
Conſtitutiones Alex. de Stavenby, Coventr. epiſc. 640, *ſeqq.*
Conſtitutiones Othonis card. papae legati 649
Conſtitutiones ſynodales 656, *ſeqq.*
Statuta ſynodalia Sodorenſia 664
Conſtitutiones Walt. de Cantilupo, Wigorn. epiſc. 665, *ſeqq.*
Statutum Joſcelini B. W. pro reaedificatione eccleſiae S. Andr. Wellen. 683
Statuta ſynodalia Rich. de la Wich, Ciceſtren. epiſc. 688
Conſtitutiones per Walt. Gray, arch. Ebor. 698, *ſeq.*
Statuta ordinis B. Benedicti obſervari jubentur 702
Conſtitutiones Walt. de Kirkham, Dunelm. epiſc. 704, *ſeqq.*
Conſtitutio Walt. et Will. epiſc. Norwicenſium 708, 709
Conſtitutiones Aegidii de Bridport, Sarum epiſcopi 713, *ſeqq.*
Statuta ſynodalia Walt. et Sim. epiſc. Norwic. 731, *ſeqq.*
Conſuetudines et ſtatuta eccleſiae Sariſb. 741, *ſeq.*
Conſtitutiones Bonifacii, arch. Cant. 746
Inconſulto rege editae non confirmantur a papa Urbano IV. 759
Contentio. v. *Pugna.*
De contentione duorum 6
Inter laicos et eccleſiaſticos cohibenda 100
Coronatio. v. *Rex.*
Coventre. v. *Stavenby.*
Lewinus, abbas de Coventre 364
Crimina. v. *Peccata.*
Croylandiae monaſterium. Siwaldus abbas ejus 176
Terminus et limites ejus 176, *ſeqq.* 181, 182
Injuriae ei illatae 181, 182
Ethelbaldus, fundator ejus 181
S. Guthlacus ejus protector 182
Crux, Cruceſignati.
De cruce ſuſcipienda et decimis Saladinis exigendis 491
Cruceſignati ab eccleſia defendendi 611
Cruceſignatorum officium 661
Cruciferi falſi apparent in ſynodo Roffenſi 685
Cuchawalda 144
Cumbria. David princeps ejus inquirit de poſſeſſionibus eccl. Glaſguenſis 392
Curia. Clericorum praeſentia in epiſcopi curiis 104
Quomodo citationes in curiis faciendae 655
Sigilla auctentica officiorum cuſtodienda *ibid.*
Quomodo et quae ſententiae in curiis praferendae 661
Quomodo litigatores procedant in curia 691
Cuthbertus, archiep. Cant. epiſcopus electus 55
Bonifacii Mogunt. archiep. epiſtola ad eum 90, *ſeqq.*
Synodus ejus 94, 144
Cynuetu a rege Mourico interfectus 17

D.

DAENEBERHTUS, Huicciorum epiſc. 169
Damaſus papa, decreta ejus 363
Danegeldum. Tributum Danis ſolutum 264
Quid, et qua occaſione ſolutum 311
David. v. *Menevenſis.*
Archiepiſcopus urbis Legionum 7
Davidis fanum in Wallia 8
Archiep. Meneven. refutat Pelagianiſmum *ibid.*
Debitum. Fraudans debitum excommunicetur 3
Debita eccleſiae non detineantur 308
Debita mortuorum perſolvantur 664
Quae debita clerico perſolvenda *ibid.*
Decanus. De officio decani 535
Decani rurales inſtituendi 715
Decimae unde et quomodo ſolvendae 107, 203, 213, 214, 245, 302, 311, 578, 596, 611, 617, 625, 638, 644, 660, 664, 674, 681, 698, 699.
Decimae aliorum parochianorum non contrahendae 269
Decimatio Thainorum 295
De decimis apum 311
De decimis Saladinis exigendis 491
Decima non minuatur occaſione mercedis ſervientium 507
Decimae non ſunt impediendae, nec ſurandae 612, 617
Concilium Weſtmon. pro decimis papae Gregor. IX. ſolvendis 622, *ſeq.*
Decimae non vendantur ante annunciat. B. Mariae 638
Epiſcopi et praelati ſolvant decimam de bonis ſuis 720, 721
Denarius S. eccleſiae 295, 302. vid. *Offa.*
Solvendus 312, *ſeqq.*
Deſpenſer Joh. le. Bulla Alex. IV. pro eo de capella conſtruenda in fundo proprio 721
Deus. De pace Dei. Deus debite colendus 299
Diaconus non vagetur ſine licentia abbatis 3
Qua aetate diaconi conſecrandi 106
Diaconus homicida 112
Diffamatus. Diffamatis publica fama indicatur purgatio 507
Diuvanius fit epiſcopus Guintoniae 8
Dominicus dies. De poenis operantibus eo die infligendis 58
Obſervandus 96, 107, 273, 317
Dominicae feſtivitates et martyrum nativitates celebrentur 96
Incarcerati ab epiſcopo die Dominico paſcendi 107
Die Dominico a mercatura abſtinendum 303
Conſtitutio de cautiori obſervatione diei Dominicae 510, *ſeq.*

Domus.

I N D E X.

Domus. De nummo in ſingulas domos impoſito 245
Donaemuthe 144
Donatus, Hibernia epiſcopus 361
Dorcacaſtrenſis eccleſia, *Dorcacenſis.*
Bulla Nicolai II. confirmans privilegia ejus 315
Remigius, Dorcacenſis epiſcopus 325
Dorobernia, *Dorobernenſis.* v. *Cantuaria.*
Monachi in monaſterio Dorobern. conſtituuntur 28
Ethelbertus rex monaſterio Dorobern. dat poſſeſſiones *ibid.*
Civitas Dorobernia metropolitana 32
Hadrianus I. papa et rex Offa eccleſiam Dorobern. ſpoliabant 163
Epiſtola Kenulphi regis de reſtituenda eccleſ. Dorobern. dignitate *ibid.*
De jure et primatu eccleſiae Dorobern. 324, *ſeqq.*
Alex. II. epiſtola de conſervando monaſterio in Dorobernia 328
Douglas Bricius, epiſcopus Moravienſis.
Charta ejus, conſtituens eccleſiam S. Trin. de Spyny, cathedr. epiſc. Moravien. 532, *ſeqq.*
Dublin. v. *concilium.*
Canones ſynodi Dublin. 548, *ſeqq.*
Laurentii, arch. Dublin. canonizatio 619, *ſeq.*
Dubricius archiepiſcopus urbis Legionum deſignatur 7
Sedem archiepiſcopalem reliquit *ibid.*
Ad ſynodum contra Pelagium venit 8
Dunelmenſis epiſcopus. v. *Concilium*, *Mariſco*, *Kirkham.*
Suſpenditur a papa 459, 461
Concordia inter arch. Ebor. et eum 476
Dunnus, epiſcopus Roffenſis 94
Dunſtanus, archiep. Cantuar. Ab exilio revocatur 224
Concilium ſub Dunſtano 247
Poenitentia comiti, item regi Edgaro a Dunſtano impoſita 249
Dynochus, abbas Bangorenſis. Auguſtini collatio cum eo 27

E.

EADBERTUS, rex Nordanhumbr. Epiſtola ad eum 144
Monaſteria occupat *ibid.*
Eadbertus, rex Cant. captus 161
Eadmerus ad epiſcopatum S. Andr. in Scotia vocatur 394, 405
Rex Henr. I. eum in Scotiam abire concedit 395
Redit e Scotia 395, 396
Epiſtola ejus, cauſam exponens, quare epiſcopatum in Scotia recuſavit 404
Eadmundus, abbas Perſorae 364
Eadulfus, epiſcopus Cridienſis 200
Eadvulfus, Lindisfarorum epiſc. 169
Eadwardus, abbas de Cernel. 364
Eanbaldus, archiepiſc. Ebor. 161
Eanfleda regina Paſcha celebrat diverſo a rege Oſwio tempore 38
Earcombertus, rex Cantiorum. Conſtitutio ejus de deſtruendis idolis 37
Eborum. v. *Wilfridus*, *Gerardus*, *Guilielmus*, *Gray.*
Epiſcopus ad Eboracum mittitur ad docendam fidem 15
Epiſcopus Eboracenſis metropolitanus fit *ibid.*
Tres epiſcopatus in Ebor. dioec. conſtituuntur 44
Archiepiſcopatus Ebor. Wilfrido decernitur reſtituendus 48, 55, 64, *ſeqq.*
Archiep. Ebor. vices Cantuar. archiep. agit 315
Controverſia inter Wulſtanum, epiſc. Wigorn. et Thomam, arch. Ebor. 324
Lanfrancus conſecrat Thomam, arch. Ebor. *ibid.*
Thomas, Ebor. arch. epiſcopos poſtulat ex prov. Cant. ad conſecrand. Scotiae epiſc. 362
Paret juſſionibus archiepiſcopi Cant. 369
Jura archiepiſcopat. Ebor. conſervari mandantur a papa Paſchali II. 370
Pallium ab arch. Ebor. expetitur a papa Paſchali II. 389
Concilium in cauſa Thomae, Eborac. archiep. 390, *ſeq.*
Ebor. ſedes ſubjacet Cantuarienſi 391, 396, *ſeqq.*
Querela inter archiep. Cant. et Ebor. 393
Controverſia inter arch. Ebor. et epiſcopos Scotiae 407, 409
Bulla Honorii II. privilegia eccleſ. Ebor. confirmans [illegible]
Bulla Alex. III. privilegia concedens eccleſiae Ebor. 437
Archiep. Ebor. ſuſpenditur a papa 459, 461
Concordia inter archiep. Ebor. et epiſc. Dunelm. 470
Eccleſia Scoticana ſubjecta eſt Eboracenſi 480, [illegible]
Concordia inter arch. Cant. et Ebor. 482
Archiep. Ebor. fuſtigatur in concilio 485
Concilium Eboracenſe per Hubertum, archiep. Cantuar. 501
Coeleſtini III. privilegium Ebor. eccleſiae indultum [illegible]
Rex Johannes depraedat bona eccleſ. Ebor. 529
Ebrietas fugienda 97
Eccleſia. vid. *Cantuar. Ebor. London. S. Martini*, *Chriſtianus*, *Fides*, *Withredus*, *Ina*, *Aſyla*, *Concilium*, *Patroni*, *Scotia*, *Inveſtitura.*
Eccleſia nova conſecranda 3, 110, 624, 650, 66[illegible]
Furtum in eccleſia peractum 4, 106
De vindictis eccleſiae 4
De reis abſtractis ab eccleſia 5, 310
Inſipiens non praeſit eccleſiae 6
De iis qui eccleſiae S. reconciliandi 14
Conſuetudo optima in eccleſias introducenda 20
Poena auferenti aliquid de eccleſia 20, 106, 752
Eccleſiae Britannicae profeſſio fidei in concilio Hedtfeldenſi 52
Inae regis leges eccleſiaſticae 58
Eccleſiae cenſus ſolvendi 59, 149, 203, 245.
Immunitates eccleſiae 59, 100, 212, 245, 300, [illegible]
Conſtitutio quomodo damna ſacris ordinibus illata compenſanda [illegible]
Forma inſtitutionis eccleſiaſticae [illegible]
Libertas eccleſiarum Cantii confirmatur ab Aethelbaldo rege [illegible]
Privilegium Aethelbaldi regis eccleſiis conceſſum [illegible]
Refugium ad eccleſiam violans 106, 191, 310, [illegible]
Egreſſus ex eccleſia [illegible]
Eccleſiae dedicati 107, 170
Donatio vel venditio vel commutatio rei eccleſ. quomodo confirmanda 110
Quomodo ſacra eccleſiaſtica peragenda [illegible]
Decretum Athelardi, arch. Cant. de libertate eccleſiarum 167
Eccleſias conſecrandi modus 169
Eccleſiaſticae leges Alfredi regis 186, *ſeqq.*
De pace eccleſiaſtica 192, 202, 213, 299, 311, [illegible]
Leges eccleſiaſticae Edwardi ſenioris, Guthruni regum [illegible]
De fractura templi [illegible], 650
Leges eccleſ. Hoeli Dda regis 208
De cauſis inter curiales et eccleſiaſticos 212
De inſtauratione templi 215, 608, 623
Nihil mundanum vel impurum in eccleſiis collocetur [illegible]
Mortui qui in eccleſiis ſepeliantur [illegible]

In eccleſiis non ſint vaniloquia 268
Alterius eccleſia non ambienda 269
Decreta ſynodalia ad eccleſiae politiam ſpectantia 286, *ſeqq.*
Leges eccleſiaſticae Aethelredi regis 295, *ſeq.*
De denario S. eccleſiae 295
Eccleſiaſtici cantus *ibid.*
Eccleſiae Thani decimatio 302
Eccleſiae debita non detineantur 308
Leges eccleſiaſticae Maccabaei, regis Scotor. 310
Leges eccleſiae S. Edwardi regis *ibid.*
De juſtitia eccleſiae 311
De malitia judicis ſecularis contra libertates eccl. 753
De tenentibus de eccleſia 311
Will. I. charta, qua eccleſiaſtica placita ſecernit a cauſis ſecularibus 368
De inveſtituris eccleſ. literae paparum 378, 379 381
Gerardi, arch. Ebor. literae de damnis eccleſiae 384
Edictum regis Henrici I. de viduatis eccleſiis 405
Charta regis Stephani de libertatibus eccleſ. Anglicanae conceſſis 412
Capitula de doctrina et diſciplina eccleſiae 415, *ſeq.*
Concilium contra rerum et perſonarum eccleſ. invaſores 421
Bulla Lucii II. papae, ne filii ſuccedant patribus in eccleſiis 423
Charta regis Henr. II. eccleſiae conceſſa 426
Eccleſia Scoticana ſubjecta eſt eccleſiae Anglicanae 479. Eboracenſi 480, 481
Bulla Alex. III. de pace eccleſiae et Longobardorum 487
Bona eccleſiae non alienanda 580, 590, 591, 593, 596, 609, 626
Eccleſiae non tradantur ad firmam 580, 588, 651, 672
Idonei preſentandi ad beneficia eccleſiaſtica 585
Vaſa et ornamenta eccleſiae ſervanda 587, 589, 666, 668, 670, 672, 688, 691, 692
Una eccleſia non dividatur in plures 587, 652
In magnis eccleſiis plures ſint preſbyteri 588
Bona eccleſiaſtica nemo invadat 596, 752
Reverentia eccleſiae exhibeatur 600, 623
Eccleſiaſtici non praeſtent fidelitatem laicis 600
Novi cenſus eccleſiae non imponendi 609, 616
Nulla placita in eccleſiis habeantur 611, 618
Subvertentes libertatem eccleſiae ſunt excommunicati 613, 703
Eccleſia ultra quinquennium non detur ad firmam 651
Eccleſia abſentis non conferatur alteri *ibid.*
Ad luminaria eccleſiarum reditus 672
Clericus non deferat eccleſiam et ſolum ejus *ibid.*
Bona rectorum defunctorum defectus eccleſiae reparent 672, 675
Bulla Innoc. IV. confirmans privilegia eccleſ. Angliae et Hiberniae 686
Intruſi in eccleſiam quomodo tractandi 749
De cuſtodia cathedral. eccleſiarum et conventualium 752
De longa poſſeſſione eccleſiae 753
Walteri epiſcopi Exon. literae pro communi utilitate eccleſiae 761
Ecgbertus, archiep. Eborum. Dialogus ejus 82—86
Vir doctus 82, 101
Excerptiones ejus 101, *ſeqq.* Quando ſcriptae 112
Poenitentiale ejus 113, *ſeqq.*
Ecgulfus, epiſc. London. 94
Edbaldus rex. Vitia ejus et infortunium 30
Ad fidem chriſtianam revertitur 32
Edelburga regina 33
Bonif. VI. hortatur eam, ut Edbaldum regem ad chriſtian. relig. hortetur 33
Papa ei munuſcula mittit *ibid.*
Edgarus rex. v. *Glaſton. Malmeſbur.*
Canones eccleſ. ſub eo 225, *ſeqq.*
Lex ejus de ejiciendis clericis uxoratis et introducendis monachis 239, 240
Leges ejus eccleſiaſticae 245
Oratio ejus de propagando monachatu 246, 247
Genealogia ejus 247
Poenitentia ei a Dunſtano injuncta 249
Edilfridus rex, vincit Brocmailum ducem Briton. 26
Edinburgenſe concilium 486, 665
S. Edmundi monaſterium. Liberum 297
Baldwinus, abbas ejus 325
S. Edmundus, archiep. Cantuar. Conſtitutiones ejus 635, *ſeq.*
Canonizatio ejus 694, *ſeqq.*
Edwardus ſenior ſynodum congregat 199
Excommunicatur a papa *ibid.*
Monetur a papa epiſcopatus vacantes implere *ibid.*
Leges ejus eccleſiaſticae 202
Quando regnavit 204
S. Edwardus rex, Confeſſor.
Leges ejus eccleſiaſticae 310
Lex ejus de uſurariis 312
Conventus Weſtmon. ſub eo 316
Chartae et privilegia ab eo eccleſiae Weſtmon. datae 316, *ſeqq.*
Leonis papae IX. epiſtola ad eum 317
Epiſtola ejus ad Nicol. II. papam de poſſeſſionibus eccleſ. Weſtmon. datis 319
Innoc. II. epiſtola de canonizatione ejus 419
Concilium London. confirmans ejus conſuetudines 426
Alex. III bulla de canonizatione ejus 434
Innoc. III. indulgentia viſitantibus eccleſiam S. Edw. Weſtmon. 530
Gregor. IX. bulla de celebrando feſto S. Edwardi 622
Edwinus rex ad religionem Chriſtianam monetur 30, 31, 34
Edwinus rex. Decreta ejus reſcinduntur 224
Egveblank Petrus de, epiſc. Hereforden.
Praeceptum regis Henr. III. ei contra non reſidentiam praelator. 761
Eleemoſyna gentilis non recipienda 3
Quomodo danda eleemoſyna 98, 213, 276, 278, 295
De eleemoſynariis praelatorum 585
Elewinus, abbas de Middeltune 364
Elfwaldus, rex Nordanhumbrorum 153
Elfwinus, abbas Rameſejenſis coenobii 325
Eliberitanum concilium. Decretum ejus 363
Elidanius inſulam Alclud obtinet 8
Elienſis coenobii abbas, Thurſtanus 325
Elmhamenſis epiſcopus, Ailwinus 297
Elnodus, Glaſtonienſis abbas 325
Elphinenſis epiſcopus in archiepiſc. Tuamenſem eligitur 741
Elſi, abbas de Bada 364
Elſtanus, Shireburnenſis epiſcopus 182
Elwinus, abbas coenobii Eveſham 325
Emptores. Lex de iis 207
Epiſcopi. v. *Landavia*, *Dubricius*, *Alclud*, *Guintonia*, *Auguſtinus*, *Concilium*, *Canones*, *Agelmarus*, *Arfractus*, *Scotia.*
Hiberniae epiſcoporum ſynodus 2
De falſis epiſcopis 5
Portiones eorum *ibid.*
Quomodo epiſcopi cum clericis converſari debent 19
An propter abſentiam unius epiſcopi alius ordinare poſſit 21
Quo-

I N D E X.

Quomodo epiſcopi Britanni cum Gallis agere debeant 21
Biſi, orientalium Saxonum epiſcopus 42
Wilfridus, Nordanhumbr. epiſcopus *ibid.*
Putta, epiſcopus Roffenſis *ibid.*
Leutherius, epiſcopus occidental. Saxonum *ibid.*
Vinfridus, epiſcopus Merciorum *ibid.*
Epiſcopus alterius parochiam non invadat 43, 171
Epiſcopus non ſe praeferat alteri 43
Numerus epiſcoporum augendus *ibid.*
Tres epiſcopatus in Eboracen. dioec. conſtituuntur 44
Epiſcopatus occidental. Saxonum in duas paroecias dividitur 70
Gregor. II. papae epiſtola epiſcopis Angliae 81
Officium epiſcopi 91, 92, [illegible], [illegible], 654
Quae in ſynodis epiſcoporum tractanda 93
Epiſcopi paſtoralia non ſecularia negotia proſequantur 95, 105
Quotannis parochias ſuas peragrent 95
Clerici obediant epiſcopis 105, 212
Conjurantes in epiſcopum 105
Percutiens prope epiſcopum *ibid.*
Epiſcopi ordinatio 107
Bis in anno ſynodum cogant epiſcopi 146
Epiſcoporum Angliae epiſtola ad Leonem III. papam de ſucceſſione arch. Cant. 166
Epiſcoporum judicia firma ſint 170
Epiſcoporum exequiae 171
Literae papae ad epiſcopos Angliae 200
Septem epiſcopatus in Demetia in Wallia 211
Eſtanglorum epiſcopus degradatur 322
Ciceſtrenſis epiſcopus incarceratus 323
Ordo epiſcoporum Angliae in conciliis 363
Honorii II. bulla epiſcopis Angliae de concilio a legato celebrando 407
Concil. Winton. de captione epiſcoporum 419
Quomodo epiſcopi cum ſubjectis hoſpitari debent [illegible]
Bulla Innoc. III. epiſcopis Angliae et Walliae in favorem Steph. Langton 519, 523, 525, *ſeqq.*
Epiſcopi praedicatores recipiendi 600
Epiſcopi conqueruntur de oppreſſionibus papalibus [illegible]
Jura epiſcopalia conſervanda 716
Bulla Alex. IV. quod epiſcopi ſolvant decimam de bonis ſuis 720
Alia ejuſdem de epiſcopis taxandis per totum regnum Angliae 721
Alia ejuſdem confirmans privilegia eccleſ. epiſcoporum Angliae 730
Ernoſtus, Roffenſis epiſcopus 324
[illegible], abbas Abbatuſberiae 304
[illegible] rex fundator monaſterii Croyland 181
Ethelbertus rex Auguſtinum et ſocios ſub dio recepit 19
Baptizatur *ibid.*
Monaſterio Dorobernen. dat poſſeſſiones 28
Conſtitutiones ejus 29
[illegible] v. *[illegible]* [illegible]
[illegible] v. *S. [illegible]*
[illegible] monaſterium 72, 325
Eugenius III. papa Romanus.
Epiſtola ejus Stephano regi in favorem Rob. London. epiſcopi 424
Alia Matildae reginae de eodem *ibid.*
[illegible] papales. Concilium Northampt. de exactionibus papalibus [illegible], [illegible]
Concilium Londinenſe de papae exactionibus [illegible], [illegible]
Archiep. et epiſcopi conqueruntur de oppreſſionibus papalibus 694
Bulla Innoc. IV. de querelis contra oppreſſiones papales 7[illegible]

Excommunicatio. v. *[illegible]*, *[illegible]*, *[illegible]*, *[illegible]*, *Mouricus*, *[illegible]*
Excommunicatus non recipiendus 3, 4, 30[illegible]
Eccleſiam non introeat 3
Non maneat in eadem domo *ibid.*
Non offerat, nec conſecret *ibid.*
Adultera excommunicanda 3, 4
Fraudans debitum excommunicetur 3
Excommunicati non excludebantur in V. T. 4
Excommunicatus peccans in gradu clericali 6
Mouricus, rex Glamorganiae, excommunicatur 17
Guidnerth excommunicatur 18
Mouricus, rex Gualamorcant, anathematizatur [illegible]
In comitem de Mellento promulgatur [illegible]
Epiſtola Tho. Becket de vitandis excommunicatis [illegible]
Excommunicatio quomodo proferenda 506, 578, [illegible], 589, 601, 602, 613, 618, [illegible], [illegible], [illegible].
Subvertentes libertatem eccleſiae ſunt excommunicati 613, 703
Laici non extorqueant abſolutionem excommunicationis 614
Non communicandum cum excommunicatis [illegible]
Bulla Innoc. IV. redarguens praelatos Angliae, quod abſque pecunia abſolvere nolint excommunicatos 686
Innoc. IV. relaxatio excommunicationis factae per arch. Cant. 697
Qualis poenitentia excommunicatis infligenda 714
Excommunicati capiendi 749
Exon. epiſcopus, Oſbernus 325, 378
Guil. de Warawaſt. 413
Walt. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] v. *[illegible]*

F

F[illegible] Johannes, legatus papae.
Magnam pecuniae ſummam colligit in Anglia [illegible]
Feſtum. v. *Gregorius*, *Auguſtinus.*
De ſolennitate diei feſti 194, 203, 245, 675
Nulla judicia diebus feſtis 303
Feſta celebranda in eccleſia Sariſb. 677
Feſta in eccleſia Wigorn. 677, 678
[illegible] [illegible]
Fides. v. *Chriſtianus*, *Jeſus Chriſtus.*
Credendum eſt, quod eccleſia catholica et 5. ſynodi tradunt 54
Dogmata 5. univerſal. ſynodorum vellicare haereticum eſt 55
Fides Nicaena ſervanda 146
Fides ſervanda 169, 608
Filia. Guorthigernus filiam in uxorem ducit 2
Non detur duobus viris 3
Filius. Bulla Lucii II. papae, ne filii ſuccedant patribus in eccleſiis 423
Filius non ſuccedant patri in eccleſia 653
Finanus epiſcopus, contra morem Scotorum Paſcha celebrari vult 37, 38
[illegible] concilium 1[illegible], 101
Flay abbas de. Conſtitutio ejus de cautiori obſervatione diei dominicae 510
Formoſus papa. Epiſtola ejus ad epiſcopos Angliae [illegible]
Quando fuit papa 201
Fornicatio cum duabus cognatis 110
De fornicatoribus 192

Fran[illegible]

I N D E X.

Francia. Ludovici, regis Fr. epiſtola ad Alex. III. de morte T. Becket 467
Philippi, regis Fr. ordinatio de ſubſidio terrae S. 490
Fratres peccatores vitandi, ſed corrigendi 4
De thoro fratris defuncti 6, 111
An duo germani fratres ſingulas ſorores accipere poſſint 20
Canon Carthaginenſis de conſilio fratrum 104
Fredericus, abbas S. Albani 325
Frideſtanus, Winton. epiſcopus 200
Frioc, filius regis Mourici 17
Occiditur a Morcant *ibid.*
Fugitivus. Conſtitutio Theob. arch. Cant. de fugitivis et ejectis de monaſterio 423
Fur, *Furtum.* Furtum in eccleſia peractum 4
Poena auferenti aliquid de eccleſia 20, 106
Monachus fur quomodo puniendus 105
De furibus profligandis 216

G.

GALANUS, abbas de Winchelcumbe 364
Gallia. v. *Britannia*, *Francia.*
Gentilis poenitens baptizandus 6
Gerardus, arch. Ebor. Literae ejus de damnis eccleſiae 384
Germanus, Altiſſiodorenſis epiſcopus
Pelagianiſmum in Britannia refutat 1, 2
Corripit Guorthigernum ob inceſtuoſas nuptias 2
Gilbogus, quis 664
Gillebertus, London. epiſcopus. v. *Becket.*
Excommunicatur a papa Alex. III. 459
Abſolvitur per Bituricenſ. arch. et Nivernen. epiſcopum 473
Giſo, Wellenſis epiſcopus 325
Glaſguenſis epiſcopus.
Inquiſitio de poſſeſſionibus Glaſguenſis eccleſiae 392
Compoſitio inter epiſc. Glaſguenſ. et conventum de Chelchou 509
Glaſtenburia, *Glaſtonia.*
Unde ita dicta 80
Charta Inae regis monachis Glaſtenb. conceſſa 79, 80
Donatio et privilegia eccleſiae B. M. Glaſtoniae 217, 256, *ſeqq.*
Abbatis judicio omnes cauſae inſulae Glaſtoniae ſubjacent 298, 299
Elnodus, abbas Glaſtonienſis 325
Charta Henr. II. de reſtauratione eccleſiae Glaſtenbur. 489
Bulla Honorii III. de diſſolutione unionis Bath. et Glaſton. eccleſiarum 569
Glouceſtrenſis. v. *Concilium.*
Serlo, abbas Glouceſtrenſis 364
Epiſcopus Gloceſtrenſis eligitur 404
Godwinus, Roffenſis epiſcopus 182
Goisfridus, Conſtantienſis epiſcopus 324, 325
Goſfridus, abbas coenobii S. Petri prope London. 325
Grateleanum concilium 205
Gray Walter. archiep. Ebor. Conſtitutio ejus 698, *ſeq.*
Gregorius Magnus. v. *Hibernia*, *Anglia*, *Auguſtinus*, *Literae.*
Epiſtolae ejus Britannicae 9, *ſeqq.*
Alia de Auguſtino in Angliam eunte 10
Aliae de converſione gentis Anglorum 10, 11, 12, 15
Hortatur Auguſtinum, ut non glorietur in operationibus malorum 11
Mittit Auguſtinum in Angliam cum plurimis monachis 15
Reſponſiones ejus ad Auguſtinum 18, *ſeqq.*
S. Gregorii feſtivitas colenda 97
Dialogus et decreta Gregorii 363
Gregorius II. papa Romanus. Epiſtola ejus epiſcopis Angliae 81
Gregorius IX. papa Rom.
Bulla ejus de canonizando Oſmundo, Sarum epiſcopo 561
Alia de electione praelatorum 621
Alia de celebrando feſto S. Edwardi 622
Concilium pro decimis papae Gregorio IX. ſolvendis 622, *ſeq.*
Bulla ejus de beneficiis idoneis perſonis conferendis 629
Groſthead Robert. epiſc. Lincoln.
Innoc. IV. bulla ad eum de vicariis inſtituendis 699
Guala, filia Cadwaladri regis Britonum, uxor Inae 74
Gucanus, Landavenſis epiſcopus. Synodus ſub eo 264
Guidnerth fratrem ſuum Merchion occidit 18
Excommunicatur, et poenitentiam agit *ibid.*
Guilielmus Conqueſtor confirmat leges Edw. Confeſſoris 310
Leges ejus 313
Jura, quae habet in terris Cant. eccleſiae 324
Charta ejus, qua ſecernit placita eccleſ. a cauſis civilibus 368
Guilielmus, arch. Cantuar. ſummonitio ejus ad concilium 408
Honorii II. bulla data ei pro legatina poteſtate 409
Guilielmus, arch. Ebor. Conſtitutio ejus de arboribus et herbis in coemeteriis 425
Alia de pecunia a ſucceſſoribus impendenda in uſus a deceſſoribus deſtinatos *ibid.*
Guintoniae epiſcopatus in Wallia Diuvanio datur 8
Gula vitanda 643
Gulfridus, epiſc. Landaven. 199
Guorthigernus filiam in uxorem habuit 2
Corripitur a Germano, epiſcopo Gallic. *ibid.*
Gurcan, rex Walliae, excommunicatur 197
Dotat eccleſiam Landaven. *ibid.*
Gurvan, epiſcopus Landaviae 196
Guthlacus S. monaſterii Croyland. protector 182
Guthrunus, rex Danorum. Leges ejus eccleſiaſticae 202
Quando regnabat 204

H.

HADRIANUS I. papa eccleſiam Dorobernenſem ſpoliavit 163
Hadrianus IV. papa privilegium concedit Henr. II. ad oppugnand. Hiberniam 426
Haereditaria terra 194
Haereſis, *Haereticus.*
Haereticum eſt dicere, unam in Chriſto voluntatem, unam operationem 53, *ſeq.*
Haereticum eſt negare Chriſtum Deum eſſe et hominem 54
Haeretici eccleſiae qui *ibid.*
Haereticum eſt dogmata V. univerſal. ſynodorum vellicare 55
Heardulphus, epiſc. Dunmoc. 94
Henricus I. rex. v. *Eadmer.*
Cauſa matrimonii inter eum et Matildem ventilata 375
Inveſtituras cedit, eccleſiaſque paſtoribus donat 386
De ſucceſſione in regnum Angliae poſt Henric. I. 393
Charta ejus de libertatibus Angliae 394
Edictum ejus de viduatis eccleſiis 405

Henricus

INDEX.

Henricus II. v. *Becket*, *Alexand.* III.
Charta ejus libertatis eccleſiae et regno conceſſae 426
Privilegium ei conceſſum a papa ad oppugnand. Hiberniam *ibid.*
Statuta ejus in concilio Clarendon. 436
Legatus papae cognoſcit cauſam inter eum et Tho. Becket 456
Pax inter eum et Tho. Becket 463
Terminat litem inter reges Caſtellae et Navarrae 486
Charta ejus ſuper reſtauratione eccleſ. Glaſtenburienſis 489
Ordinatio ejus de ſubſidio terrae S. 490
Henricus III. Subſidium ei a clero conceditur 605, 606
Literae ejus epiſcopo Ciceſtren. de auxilio ſibi a clero praeſtando 621
Aliae epiſcopo London. de Lewellino et concilio ejus cauſa celebrando 629
Aliae de immunitate praelatorum Angliae [illegible]
Aliae, quod nullus ballivus impediat teſtamentum dom. archiep. 630
Aliae Walt. Gray, arch. Ebor. de concilio London. habendo *ibid.*
Charta ejus archiepiſcopo et epiſc. ne ſolutio ſubſidii iis cedat in praejudicium 634
Proteſtatur ne aliquid in concilio tractetur contra honorem regni 682
Literae ejus, quod capellae regiae ſint liberae 697
Praeceptum ejus contra non reſidentiam praelatorum [illegible]
Herford. v. *Poiſ...*, [illegible]
Herudfordenſe concilium 41, 42
Hereſridus preſbyter. Epiſtola Bonifacii, Mogunt. archiep. ad eum 90
Herewaldus, epiſc. Shireburnenſis 94
Herewinus, Merciorum epiſcopus 169
Herfaſtus, Helmeanenſis epiſc. 325
Hergvaldus, epiſc. Landaven. 314
Hermenfredus, Sedunenſis epiſc. 322
Hi..., rex Walliae, excommunicatur [illegible]
Dotat eccleſiam Landaven. *ibid.*
Hibernia, *Hibernus.* v. *Donatus*, *Roſcomanenſis*, *Conacia*, *Concilium*, *Armachanus*, *Caſſilienſis*, *Midenſis.*
Clerus Britannicus in Hiberniam veniens 3
Epiſtola Gregorii M. ad Hibernos de ſervanda fidei integritate 9
Barrow, campus albus in Hibernia 34
Concilium Hibernicum 374, 425, 757
Murchertachus, rex Hiberniae 374
Chriſtianus epiſc. Liſmorenſis, legatus papae in Hibernia 425
Quatuor archiepiſcopatus in Hibernia conſtituti *ibid.*
Henricus II. oppugnat Hiberniam 426
Hiberni Anglos in libertatem reſtituunt 471
Nomina archiep. et epiſc. Hiberniae 472
Joh. Cardinalis legatus in Hibernia 509
Bulla Innoc. IV. confirmans privilegia eccleſ. Angl. et Hiberniae 686
Alia ut ſtatutum revocetur, quo Angli in canonicat. Hibern. admitti prohibentur 697
Hilda, abbatiſſa, locum ſynodo Pharenſi de Paſchate celebrand. aſſignat 38
Hoel Dda rex. Leges ejus eccleſiaſticae 208
Homicida, *Homicidium.*
In monaſterio ſi homicidium 106
De homicidio 215
De homicidio miniſtri altaris 306, 638
Clericus homicida 307
Homicidae purgatio et poena 309
De poenitentia eorum, qui alios occidunt in bello [illegible]
Si patronus occidat rectorem [illegible]
Honorius I. papa Rom. Epiſtola ejus Edwino, regi Nordanhumbrenſium 34
Pallia mittit archiepiſcopis Cant. et Ebor. *ibid.*
Monet archiepiſcopum Cant. ſui muneris 34, 35
Concedit archiepiſcopo Cant. primatum eccleſiarum Britanniae 35
Epiſtola ejus ad gentem Scotorum de obſervatione Paſchae [illegible]
Honorius II. Bulla ejus de privilegiis Lincoln. eccl. [illegible]
Alia de concilio a legato celebrando [illegible]
Alia de controverſiis inter arch. Ebor. et epiſcopos Scotiae *ibid.*
Alia privilegia Ebor. eccleſiae concedens *ibid.*
Alia Guilielmo arch. Cant. data pro legatina poteſtate [illegible]
Honorius III. [illegible]
Bulla ejus de [illegible] Anglia concedendis 553
[illegible]
Alia de diſſolutione unionis Bathon. et Glaſton. [illegible]
Alia de remiſſione plenaria Cant. in anno [illegible] tranſlat. T. Becket [illegible]
Alia decano et cap. Lichf. quod defunctus gaudeat [illegible]
Bulla Honorii III. de concilio provinc. Scoticano [illegible]
Honorius, archiepiſcopus Cantuar.
[illegible]
[illegible] 35
[illegible] Britanniae [illegible]
Horae canonicae obſervandae [illegible]
Hoſtia. v. *S. Communio.*
Hoſtienſis Albericus, quis fuerit 413, 414
Praefuit ſynodo Weſtmonaſter. 414
H..., rex Walliae, excommunicatur [illegible]
Dotat eccleſiam Landaven. *ibid.*
Hubertus, archiep. Cantuar. concilium Eborac. celebrat [illegible]
Decreta ejus [illegible]
Huita, epiſc. Lichfeld. 94
[illegible]
[illegible]

I.

IDOLA. [illegible] tiae, de deſtruendis idolis 37
[illegible]
Quarti, ſeptimi, et decimi menſis 97
Non violanda [illegible]
[illegible]
Quomodo aegrotus jejunium redimere debet [illegible]
Jejunantium cibus praetermiſſus pauperibus erogandus [illegible]
Jejunium ante feſtum S. Michaelis 295
Jeſus Chriſtus.
Doctrina de eo 53
De duabus ejus naturis *ibid.*
De humanitate ejus *ibid.*
De unitis Chriſti naturis *ibid.*
De differentia naturarum in Chriſto *ibid.*
De unione naturarum inconfuſe *ibid.*
De proprietatibus naturarum in Chriſto *ibid.*
De duabus voluntatibus Chriſti *ibid.*
De duabus operationibus Chriſti *ibid.*
Haereticum eſt dicere, unam in Chriſto voluntatem, unam operationem [illegible]

I N D E X.

Haereticum eſt negare, Chriſtum Deum eſſe et hominem 54
In precibus et oblationibus an ad Deum Patrem, an ad Filium dirigenda mens 104
Imago. Cultus imaginum comprobatur a papa, et introducitur in Angliam 72, 73
Locuta eſſe fingitur pro monachis 261, 262
Ina rex. Leges ejus eccleſiaſticae 58
Synodus ſub eo 70, 74
Guala, uxor ejus 74
Charta ejus monachis Glaſtenburiae 79, 80
Incantator. v. *Veneficium.*
Lex de ſagis, incantatoribus 204
Sortilegia abolenda 306
Inceſtus. v. *Matrimonium.*
Inceſtus vitandus 43, 202
Inceſtuoſa conjugia prohibenda 149
Coena inceſtus 308, 614
Incluſi quomodo tractandi 693
Infangethefe quid 312
Infantes quomodo ſuſcipiendi in eccleſiam 106
Caſtigatio infantum 107
Infirmi. v. *Aegrotus.*
Infirmi viſitandi 617
Innocentius II. papa Romanus.
Epiſtola ejus ad Henr. Winton. epiſc. dans ei facultatem audiendi querimonias monach. Weſtmonaſt. 418
Alia conventui Weſtmon. de canonizatione Edw. regis 419
Innocentius III. papa Rom.
Bulla ejus de epiſcopatu Carleol. conceſſo archiep. Raguſinenſi 512
Alia definitiva de electione arch. Cant. 512, *ſeq.*
Alia priori et conv. Cant. de electione Stephani Langton. in arch. Cant. 515
Alia regi Johanni de eadem 517
Alia epiſcopis Angliae de Stephani conſecratione, et abitu in Angliam 518
Alia iiſdem, ut favorem regis Joh. archiepiſcopo Cant. conciliarent 519
Alia exhortans eos ad obedientiam Stephano praeſtandam 523
Alia interdicti ſententiam promulgans in eccleſias Angl. et Walliae 524
Alia magnatibus Angliae, ut regem Joh. inducant in favorem Stephani *ibid.*
Alia epiſcopo Roffen. ut excommunicet eos, qui Cant. eccleſiam ſpoliaverunt 525
Alia epiſcopis Angliae, ut regalia conferant archiepiſcopo Cant. *ibid.*
Alia iiſdem de ſententia interdicti in regnum Angliae lata *ibid.*
Alia informans eos de ſtatu eccleſ. tempore interdicti regni Angliae 526
Alia regi Joh. admonens eum ad pacem cum eccleſia *ibid.*
Bulla epiſcopis Angliae de ſpreto interdicto papae a monachis Ciſtercienſibus 527
Alia decano et cap. Lincoln. de eligendo epiſcopo *ibid.*
Bulla anathematizationem minitans regi Johanni 528
Alia epiſcopis Angliae de depraedatione bonorum eccleſiae Ebor. a rege Joh. commiſſa 529
Alia indulgentiam concedens ad eccleſ. S. Edw. Weſtmon. accedentibus 530
Charta Innoc. III. regi Johanni regnum reddens 541
Charta Joh. de libera electione praelatorum a papa Innoc. III. confirmatur 545
Regias capellas eximit a juriſdictione epiſcopali 546
Bulla ejus ſuper electionibus praelatorum 621, 711
Innocentius IV. papa Romanus.
Bulla ejus redarguens praelatos, quod abſque pecunia abſolvere nolint excommunicatos 686
Alia confirmans privilegia eccleſ. Angl. et Hiberniae *ibid.*
Alia, ut ſtatutum Hibernicum, quo Angli in canonicat. Hiber. admitti prohibentur, revocetur 697
Relaxatio excommunicationis factae contra priorem et convent. per arch. Cant. *ibid.*
Bulla epiſcopo Lincoln. pro vicariis inſtituendis 699
Alia, ut clerici regis non coarctentur ad exhibitionem eccleſ. proventuum primi anni *ibid.*
Alia de querela facta per clerum Angliae ob oppreſſiones papales 700
Alia pro clericis regis de non reſidendo 701
Alia ad orandum pro rege Henr. III. et ſocietate ad terram S. tranſeuntibus *ibid.*
Alia de ſtatutis ab ordine S. Benedicti obſervandis 702
Alia concedens privilegium priori conv. Dunelm. diſpenſandi ſuper obſervatione ſtatutorum *ibid.*
Inquiſitio. v. *Viſitatio.*
Interdictum. Quomodo ſententia interdicti pronuncianda 589
Interdicta obſervanda 610
Inteſtati. Bona inteſtatorum 314, 664, 675, 754
Intruſi in eccleſiam quomodo tractandi 749
Inveſtiturae. Paſchalis II. Anſelmo, arch. Cantuar. literae de inveſtituris eccleſiae 378, 379, 381, 385
Concilium Londinenſe ſuper inveſtituris eccleſ. 384
Rex Henricus I. inveſtituras cedit 386
Invidia vitanda 642, 643
Johannes VII. papa Romanus.
Epiſtola ejus de Wilfrido, archiep. Ebor. 68, 69
Johannes VIII.
Epiſtola ejus ad Athelredum, arch. Cant. 195
Johannes XII.
Privilegium ejus monachis Cantuar. conceſſum 223, *ſeq.*
Aliud conceſſum Glaſton. coenobio 257, *ſeqq.*
Johannes XV.
Epiſtola ejus de pace inter Aethelredum, Angl. regem, et Richardum, Norman. ducem 264
Johannes XIX. Canutum regem benigne excepit 297
Johannes, rex Angliae. v. *Langton. Innoc.* III. *Otto.*
Literae ejus de epiſcopatu Carleol. conceſſo archiep. Raguſinenſi 512
Aliae clero Hiberniae de ſubſidio contra regem Franciae *ibid.*
Anathematizatio minitatur ei a papa Innoc. III. 528
Depraedat bona eccleſiae Ebor. 529
Regi Joh. regnum redditur, papae Innoc. III. ab eo traditum 541
Forma pacis inter regem Joh. et ſacerdotium 542
Stephano, arch. Cant. libertatem concedit in Angliam veniendi 543
Charta ejus de libera electione praelatorum 545, 712
Archiepiſcopo Cant. concedit jus patronatus epiſcopatus Roffenſis 546
Pax inter eum et clerum ſtabilitur per XV. dies *ibid.*
Joſephus, epiſcopus Landaven. 310
Ira vitanda 643
Iſerninus, epiſcopus Hiberniae. Synodus ejus 2
Judaei. Chriſtianus non judaizet 111
Chriſtianus non vendendus in manus Judaeorum *ibid.*
Jura Judaeorum 313, 693
Chriſtiani non famulentur Judaeis 591, 675, 719

Non

INDEX.

Non commiſceantur in matrimonio cum Chriſtianis 591
Chriſtiani non nutriant Judaeorum infantes 675
Chriſtiani non credant bona ſua Judaeis *ibid.*
Judaeus delinquens in rebus eccleſ. reſpondeat coram judice eccleſ. 751
Judex, Judicium. v. *Cauſa, Romanus, Matrimonium, Coemeterium, Judaei.*
Cauſa non deferatur in alienum judicium 3
Nemo judicandus ante diem judicii 4
Judicium clericorum non ſit apud infideles aut iniquos 6
Quomodo judicium in ſecularibus, quomodo in eccleſ. dicendum 110
Monachus non judicet *ibid.*
Clerici non ſint judices in cauſa mortis 112
Judicia juſte ferenda 149
Judicia epiſcoporum firma ſint [illegible]
Judicia ſynodorum *ibid.*
Officium judicis 295, 296, 655
Nulla judicia diebus feſtis 303
Cavendum ab extremo judicio [illegible]
Juſtitia et miſericordia in judicio facienda [illegible]
De judicio ferri et aquae [illegible]
De malitia ſecularis judicis contra libertates eccleſ. 753
[illegible], papa Romanus. Decretum [illegible]
Juramentum. Quando et quomodo jurandum 5
De juramentis [illegible]
Juramentum calumniae quomodo praeſtandum [illegible]
Juramentum veritatis praeſtand. a laicis coram ordinariis [illegible]
Juſtus, epiſc. Roffenſis, deinde archiep. Cantuar.
Epiſtola Bonifacii V. papae ad eum 31, 32
Pallium a Bonifacio V. papa accipit *ibid.*

K.

KENETHUS rex. Leges ejus civiles et religioſae [illegible]
Kenulfus, rex Merciorum, ad papam Leonem III. ſcribit de eccleſia Dorobern. 163, 164
Kinewulfus, rex occident. Saxonum.
Epiſtola ejus ad Lullum, Moguntin. archiep. [illegible]
[illegible]
[illegible]
Kirkham Walterus de, epiſc. Dunelm.
Conſtitutiones ejus 704, *ſeqq.*
Kyrtlingtonenſe concilium 262

L.

LAICI. Clerici non habitent inter eos 100
Simultates inter laicos et eccleſiaſticos cohibendae *ibid.*
Non praedicent 106
Laicus non ſit teſtis contra clericum 110
Nemo beneficia eccleſ. a laicis abſque epiſcopi licentia accipiat 507
Non faciant teſtamentum ſine ſacerdote 583, 639
Eccleſiaſtici non praeſtent fidelitatem laicis 600
Non extorqueant abſolutionem excommunicationis 614
Laici non intromittant ſe de bonis clericorum 640
Non ſtent in cancellis eccleſiae 666
Clerici non reddant laicis computationem 672
Clerici non veniant ad ſummonitiones laicorum [illegible]
Non aggravent clericos [illegible]
Clerici non tenentur facere ſectam ad curiam laicorum [illegible]
De bonis laicorum ab inteſtato decedentium 754
Lambeth. v. *Concilium.*
Bulla Urban. IV. de aedificanda domo apud Lambeth. [illegible]
Landavia, Landavenſis. v. [illegible]
dus.
Theliaus fit epiſcopus Landaviae 7
Synodi Landavenſis ab Oudoceo epiſcopo convocatae [illegible]
Synodi Landavenſes [illegible]
Terrae donantur Landavenſi eccleſiae 196, *ſeqq.*
Summonitio Landaven. epiſcopi ad concilium per Will. arch. Cant. facta 408
Controverſia inter epiſc. Landav. et epiſc. Meneven. [illegible]
Lanfrancus, archiep. Cantuar.
Placitum inter eum et Bajocenſ. epiſc. 323
Conſecrat Thomam arch. Ebor. 324
[illegible]
Epiſtola ejus ad papam de primatu [illegible] ſuper Eboracen. 326, [illegible]
[illegible] in Dorobernia 323
[illegible]
Literae ejus de baptiſmate, et ſacra communione [illegible]
Concilia celebrata per eum [illegible]
Langton Stephanus, archiep. Cant. v. *Innoc.* III.
Eligitur in arch. Cant. 515, *ſeqq.*
Conſecratur, et abit in Angliam 518
Epiſtola ejus ſuffraganeis de electione ſua in arch. Cant. *ibid.*
Alia conquerens de tribulationibus eccleſ. Anglicanae 520, *ſeq.*
Epiſcopo London. auctoritatem in dioec. Cant. concedit [illegible]
Salvum conductum a rege in Angliam expetit [illegible]
Conſtitutiones ejus provinciales Lambethen. [illegible]
[illegible]
[illegible]
Conſtitutio ejus ſuper caſibus, de quibus ſacerdos abſolvere non poteſt [illegible]
Decretum ejus de exemptione monaſterii Weſtm. a juriſdictione Londin. *ibid.*
Lapſi poſt gradum 5
[illegible]
Latrones non receptentur 588, 653
Laurentius, archiep. Dublin. Canonizatio ejus [illegible]
Lecblenienſis ſynodus 34
[illegible]
Leo papa III. Epiſtola ejus ad Athelardum, archiep. Cant. [illegible]
Reſponſio ejus ad epiſtolam Kenulfi regis 165
Leo papa IX. Epiſtola ejus ad Edwardum Confeſſorem [illegible]
Leproſi coemeterium et capellam propriam habeant [illegible]
Monendi 617
Leutherius, epiſcopus occidental. Saxonum [illegible]
[illegible]
Lewellinus, princeps Walliae.
Literae regis Henr. III. de eo 629
Lewinus, abbas de Coventre 364
Lex. v. *Judex, Eccleſia, Conſtitutio.*
De legum contemptoribus 207
De legum latoribus *ibid.*

Lichfeldenſis epiſcopatus. v. *Orkenwaldus*, *Nonant.*
Ab Offa in archiepiſcopatum deſignatur 152
Qui epiſcopatus ad eum pertinere deſignatur *ibid.*
Liberi. v. *Filius*, *Parentes.*
Mutuum officium parentum et liberorum 277
Lincoln. Bulla Honorii II. epiſcopo Lincoln. eccleſiae ejus privilegia confirmans 406
Bulla Innoc. III. decano et cap. Lincoln. de eligendo epiſcopo 527
Conſtitutiones Lincoln. eccleſiae 534
Charta Lincoln. eccleſiae de conſuetudinibus et libertat. ejuſdem eccleſiae 537
Bulla Alex. III. decano et cap. Lincoln. confirmans privilegia Rob. epiſc. Lincoln. 539
Inquiſitiones per archidiaconatus Lincoln. faciendae 627, 628
Compoſitio litis inter Bonif. arch. Cant. et cap. Lincoln. de juriſdictione, ſede Lincoln. vacante 756, *ſeq.*
Liſmorenſis epiſcopus Chriſtianus. Legatus papae in Hibernia 425
Litania. Dies litaniarum ſervandi 97
Literae Gregorii M. epiſtolae Britannicae 9
Ejuſdem ad Hibernos, de ſervanda fidei integritate *ibid.*
Alia Theodorico et Theodeberto, regibus Francorum, de Auguſtino 10
Alia Brunichildae, reginae Francorum, de eodem *ibid.*
Alia Auguſtino, epiſcopo Anglorum 10, 11, 14
Alia Aldibergae, reginae Anglorum 12
Alia Aldiberto, regi Anglorum *ibid.*
Alia Quirino, epiſcopo —— et epiſcopis in Hibernia 13
Bonifacii V. papae Edwino regi 30
Ejuſdem ad Juſtum, Roffenſem epiſcopum 32
Alia Edelburgae reginae 33
Honorii I. papae Edwino, regi Nordanhumbrenſium 34
Ejuſdem Honorio, archiep. Cantuar. 34, 35
Alia ad gentem Scotorum de obſervatione Paſchae 36
Johannis IV. papae epiſtola ad epiſcopos Scotiae de eadem *ibid.*
Vitaliani papae ad Oſwium regem 40
Ejuſdem Theodoro, archiep. Cant. 41
Agathonis papae Aethelredo, Merciorum regi 49, 50
Sergii I. papae ad Ceolfridum, abbatem de Beda 63
Johannis VII. papae ad Ethelredum, Merciorum regem 68
Ceolfridi abbatis ad Naitanum, regem Pictorum 75
Gregorii papae II. epiſcopis Angliae 81
Bonifacii Moguntini archiepiſcopi 87, 90, *ſeqq.*
Pauli I. papae Rom. epiſtola ad Eadbertum, Nordanhumbr. regem 144
Kinewulfi regis ad Lullum, Mogunt. archiep. 145
Alhredi regis ad eundem *ibid.*
Caroli M. ad Aethelhardum, archiep. Cant. 154
Ejuſdem ad Offam regem 158
Alcuini ad Aethelhardum, archiep. Cant. 159
Leonis III. papae ad eundem 160
Kenulphi regis ad Leonem III. 163, 164
—— Reſponſio 165
Epiſcoporum Angliae ad Leonem III. 166
Johannis VIII. ad Athelredum, arch. Cant. 195
Sergii III. (male Formoſi) papae ad epiſcopos Angliae 200
Johannis XV. de pace inter Aethelredum, regem Angliae, et Rich. Norman. ducem 264
Canuti regis quod papa Joh. XIX. eum benigne exceperit 297
Leonis IX. papae ad regem Edward. Confeſſorem 317
Regis Edwardi ad Nicolaum II. papam 319
Literae citatoriae ad concilium legatinum Wintonienſe 323
Alexandri II. Willelmo regi Anglorum de fide et monitis Lanfranci 326
Lanfranci ad Alex. II. de primatu eccl. Cant. ſuper Ebor. 326, *ſeq.*
Alex. II. ad Lanfranc. de conſervando monaſterio in Dorobernia 328
Literae Lanfranci de baptiſmate et S. communione 361, 362
Paſchalis papae Rom. II. confirmans privilegia eccl. Cant. 376
Aliae Henrico I. ut jura archiepiſcopatus Ebor. conſervet *ibid.*
Aliae, — Anſelmum ad ſynodos celebrand. in Angl. mittit 377
Aliae quod epiſcopus Roffen. ſe inconſulto ad eccl. Cant. tranſtulerit *ibid.*
Aliae, — primatum Angliae Anſelmo confirmat *ibid.*
Aliae Oſberno, Exon. epiſcopo, de ſepultura monachorum 378
Alia Anſelmo privilegia Cant. eccleſ. priſtina confirmans 378, 390
Aliae de preſbyterorum filiis 378
Aliae de inveſtituris eccleſiarum 379, 381
Aliae Anſelmum ad munus ſuum obeund. exhortantes 379
Aliae de injuriis eccleſiae Cant. illatis 380
Aliae de ſimonia *ibid.*
Anſelmi de conſecratione et profeſſione Tho. arch. Ebor. 388
Aliae ejus Paſchali II. papae de pallio pro Ebor. et London. 389
Aliae ejus Exon. epiſcopo de Ebor. arch. ſubjectione ſedi Cant. promittenda 391
Alexandri regis Scotorum, de morte Turgodi, epiſc. S. Andreae 393
Radulphi, arch. Cant. epiſtola Henrico I. de Eadmero 394, 396
Alex. regis Scotorum, de abitu Eadmeri e Scotia 395
Radulphi, arch. Cant. Callixto II. de injuriis Cant. eccleſiae illatis 396
Eadmeri de epiſcopatu S. Andreae in Scotia 404
Radulphi, arch. Cant. literae Alexandro, regi Scotorum de Eadmero 405
Innocentii II. papae epiſcopo Winton. de querelis monach. Weſtm. 418
Aliae ejus de canonizatione Edwardi regis 419
Eugenii III. papae in favorem Rob. epiſc. Lond. 424
Alexandri III. ad omnes epiſcopos Angliae de ſua electione 433
Thomae Becket, arch. Cant. variae 441, *ſeqq.*
Alex. III. epiſtolae in favorem Tho. Becket 443, 444, 449, 456, *ſeqq.*
Literae regis Johannis de epiſcopatu Carleol. conceſſo archiep. Raguſinenſi 512
Aliae ejus clero Hiberniae de ſubſidio contra regem Franciae *ibid.*
Literae Stephani Langton de ſua electione in arch. Cant. 518, *ſeqq.*
Ottonis imperat. Johanni regi de pace cum Stephano, arch. Cant. 527
Literae regis Henrici III. Radulpho Nevill, epiſc. Ciceſtrenſi, de auxilio ſibi praeſtando 621
Aliae de immunitate praelatorum 628
Aliae Rogero Niger, epiſcopo London. de Lewellino 629
Aliae quod ballivus non impediat teſtamentum archiep. 630

Aliae arch. Ebor. de concilio London. habendo 630
Poena literis falſis utentium 655
Literae decani et cap. Ciceſtren. de praebendis decedentium canonicorum 696
Literae regis Henr. III. quod capellae regiae ſint liberae 697
Litigatores quomodo procedant in curia 691
London. v. [illegible], *Sexburga*, *Lanfranc.*, *Wilſtanus*, *Wulſtanus*, de *Sigillo*, [illegible], *Gaudentius*, *Niger*.
Pallium epiſcopo London. conceſſum 14
Privilegium London. epiſcopi 1[illegible]
Synodus ibi ab Auguſtino et coepiſcopis habita [illegible]
Concilium Londinenſe 64, 72, 176. v. *Concilium*.
Gosfridus, abbas coenobii S. Petri prope London. [illegible]
Mauritius, epiſc. Londin. 368
Pallium ab epiſcopo London expetitur [illegible]
Concilium Londinenſis epiſcopi cauſa coactum 412
Epiſcopus London. auctoritatem in dioec. Cant. obtinet [illegible]
Compoſitio inter Bonifac. arch. Cant. et decan. ac cap. London. de juriſdictione, ſede vacante 758, *ſeq.*
Longaſpata Will. de moritur in caſtro Sarum. 559
Longobardi. Bulla Alex. III. de pace eccleſiae et Longobard. 487
Lomarch, rex Walliae, eccleſiam Landaven. dotat 1[illegible]
Ludi non fiant in eccleſiis 617
Lucius II. papa Romanus.
Bulla ejus, ne filii ſuccedant patribus in eccleſiis 4[illegible]
Ludus. v. *Clerici.* Ludi non fiant in eccleſiis 617
Non fiant in coemeteriis 666
Lullus, Moguntin. archiepiſcopus.
Kinewulfi et Alhredi regum epiſtolae ad eum 14
Lupus, Trecaſinus epiſcopus.
Pelagianiſmum in Britannia refutat. 1
Luxuria vitanda [illegible]

M.

MACCABAEUS, rex Scotorum. Leges ejus eccleſiaſt. 310
Malmeſburienſe monaſterium.
Charta regis Edgari ei conceſſum 260
Mancus [illegible]
S. Maria. Quare mater et ancilla Domini 14
Doctrina de ea 53
Mariſco Richardus de, epiſc. Dunelm.
Conſtitutiones ejus 572, *ſeqq.*
Maritus. v. *Puerpera*, *Uxor.*
Quando maritus uxori poſt puerperium conjungi poteſt [illegible]
An et quando maritus uxori permixtus eccleſiam intrare et ſacramenta percipere poteſt 22, *ſeq.*
Maritus non faciat votum ſine conſenſu mulieris [illegible]
Uxorati a beneficiis amovendi 653, 672
S. Martini eccleſia Cantuar.
Regina Bercta et Auguſtinus in eadem orant 16
Matilda regina. Cauſa matrimonii inter Henric. I. et eam ventilata 375
Matrimonium. v. *Uxor*, *Filia*, *Fratres*, *Soror*, *Clericus*, *Nuptiae*, *Bigamia*, *Virgo*, *Captivus*, *Pater*, *Spurius*, *Sponſus*, *Maritus*.
De voluntate virginis et patris in conjugio 6
Conſanguinitas in conjugio reſpicienda *ibid.*
An clerici matrimonium contrahere poſſint 19
Ad quotam generationem matrimonii copula fienda 20
An male conjuncti ſeparandi [illegible]
Matrimonium cum uxore conſobrini, quae velata fuerat 20
Legitime eſt contrahendum 43, 108
Conjugati communicantes 107
Conjugati ſint caſti 108
Conjugum ſeparatio [illegible]
Deſertus ab uxore poſt 5. annos nubat alteri [illegible]
Puberes matrimonio ſe jungant *ibid.*
De matrimonio [illegible] 1[illegible]
Illicita conjunctio 1[illegible]
De conjugii forma et modo antiquo ex V. et N. T. 1[illegible]
Mandatum de conjugio Judaeis carnale, Chriſtianis ſpirituale [illegible]
In eccleſia conjugia prohibenda [illegible]
De prohibendis ſacerdotum connubiis [illegible]
Quis et quomodo matrimonium contrahere poteſt [illegible]
Cauſae matrimoniales quibus committendae [illegible]
Perjuri in cauſa matrimoniali ad epiſcopum mittendi 617, 624, 673
Matrimonia ſine bannis non contrahantur 618
Fides danda in contractu matrimoniali 625
Neuter conjugum ad religionem tranſeat ſine conſenſu epiſcopi 639
Maurice, epiſcopus [illegible] in Wallia [illegible]
Mauritius, epiſcopus Londin. 368
Medhamſtedenſe monaſterium.
Privilegium ei a papa Agathone conceſſum [illegible]
Meldunenſe [illegible]
Melun Robertus de, epiſc. Hereforden.
Epiſtola Tho. Becket ad eum de ſervandis juribus eccleſiae 447
Menevia. v. [illegible]
David, archiepiſc. Menevenſis 8
Diſcordia inter epiſc. S. David, et epiſc. Landav. [illegible]
Merciana ſynodus 66
Mercion occiditur a fratre ſuo Guidnerth. 18
Meretrix. De conjuge meretrice 6
Merton [illegible]
Metropolitanus. Epiſcopus Eboracen. fit metropolitanus 1[illegible]
Auguſtinus ſede metropolitica donatur 16
Civitas Dorovernia metropolitica 32
Officium metropolitani 91
Differentia inter metropolit. et primatem ſtatuitur [illegible]
Mewyn epiſcopus. Conſtitutiones ejus factae in Wallia Nova [illegible]
Milredus, epiſc. Wigorniae 94
Minores fratres.
Bulla Clement. IV. de iis 762
Miſſa. Una tantum in uno die 104, [illegible]
Quomodo celebranda 107, 615
In locis non conſecratis [illegible]
Miſſae publicae non officiat peculiaris 281
Non celebretur in privatis locis 608
Quot [illegible] in miſſa [illegible] 627
Non vendatur 636
Monachus, *Monaſterium*. v. *Burgus*, [illegible], *Medhamſted*, *Scriptura S. Croylandia*, *Glaſtenburia*, *Ciſtercienſes*, *Weſtmonaſter*. *Regulares.*
Monachus non ſit in eodem hoſpitio cum virgine 3
Non vagetur ſine licentia abbatis *ibid.* 43, 1[illegible]
De praepoſito monachorum 5
Portiones eorum *ibid.*
Monachi quando retinendi, quando dimittendi [illegible]

An-

Auguſtinus cum pluribus monachis in Angliam mittitur 15
Monachorum numerus in monaſterio Bangor. 25, *ſeqq.*
Monachi in monaſterio Dorobernenſi conſtituuntur 28
Conventus epiſcopor. de monaſt. Petriburgenſi 37
Monaſteriorum privilegia 43, 158
Privilegium monachis Cant. a papa conceſſum *ibid.* 44, 223, 224, 494
Privilegium monaſterio Wirimuthenſi conceſſum a papa 64
Eveſham monaſterium 72
Charta Inae regis monachis Glaſtenburiae 79
Coenobium de Wudiandun in Wigorn. agro 86
Monaſteria ſecularium 95
Quales mores et habitus monaſterialium 97
Monaſterium non recipiat plures, quam ſuſtentare poteſt 99
Monachi quibus obediant 105
Votum monachi tenendum *ibid.*
Monachus ſodomita, fur, vel adulter, quomodo puniendus *ibid.*
Manumiſſio ſervi monaſterii *ibid.*
Monachi carnes non edant *ibid.*
Homicidium in monaſterio commiſſum 106
Monachus non judicet 110
Monaſterium Staningagrave 144
Eadbertus monaſteria occupat *ibid.*
Monaſteriorum praefecti ſint vitae probatae 147
Praedia et telligraphia monaſteriorum non alienentur 170
De nummo monacho concredito 193
Officium monachorum 213
Edgari regis lex de introducendis monachis 239, 240
Monachis Hydenſibus leges datae ab Edgaro rege 240, *ſeqq.*
Charta Edgari regis de monachis Winton. coenobii 244
Oratio Edgari de propagando monachatu 246, 247
Controverſia inter monachos et clericos uxoratos 261, *ſeq.*
Imago locuta eſſe fingitur pro monachis *ibid.*
Controverſia de monachis et preſbyteris faciendis 263
Aethelredus rex monachos in eccl. Cant. introducit 282, *ſeqq.*
Nomina abbatum monaſteriorum Angliae 325
Epiſtola papae de conſervando monaſterio in Dorobernia 328
Conſtitutiones Lanfranci de vita, ſtudiis, ritibus, et doctrina monachorum 328, *ſeqq.*
Paſchalis II. epiſtola de ſepultura monachorum 378
Conſtitutio Theobaldi de fugitivis, et ejectis de monaſterio 423
Monachus non ſit ſolus in cella 583
Monachi ad alia loca transferendi 592
Duos ſocios ſecum habeant 593
Non comedant ſoli *ibid.*
Ab eſu carnium abſtineant 653
De ſtatu monachorum 660
Quomodo religioſi ſe in monaſteriis gerere debent 718
Monetarii. Lex de monetariis 206
Moniales. Adulterium et ſtruprum monialium 87, 215
Non ducendae 110
De eductione monialis e templo 152
De contrectatione monialis 193
An virgines a Normannorum libidine ad monaſter. confugientes, ad ſeculum redire poſſint 362, *ſeq.*
Monialium indumenta quae 590
Moniales ſervientes nil recipiant niſi neceſſaria 592
Moniales ad alia loca transferendae *ibid.*
Non comedant ſolae 593
Moravienſis epiſcopus.
Charta quod ei pertineat viſitatio decani et cap. Moravien. 742
Morcant, filius Arthuris, occidit Frioc. 17
Poenitentia pro homicidio ei injuncta *ibid.*
Mortuaria quomodo ſolvenda 664, 718
Mortuus. v. *Rectores.*
Qui mortui in eccleſiis ſepeliendi 267
Honorii III. bulla, quod defunctus gaudere poſſit fructibus praebendae poſt mortem 597
Quomodo exequiae mortuis fiant 617
Debita defunctorum perſolvenda 664
Mouricus, rex Glamorganiae, excommunicatur 17
Pro poenitentia villas concedit Oudoceo *ibid.*
Cynuetu a rege Mourico interfectus *ibid.*
Mouricus, rex Gualatmorcant, anathematizatur 310
Mulier. v. *Uxor.*

N.

NAITANUS, rex Pictorum.
Epiſtola Ceolfridi abbatis ad eum 75
Decretum ejus de Paſchate et Romana tonſura 79
Nami non capiantur per laicos in terris eccleſ. 611
Navarrae rex, Sanctius.
Lis inter eum et regem Caſtellae de terris 486
Neſtorius. Reverſi ab errore Neſtorii quomodo recipiendi 14
Nevil Radulphus, epiſc. Ciceſtrenſis.
Regis Henr. III. literae ad eum de auxilio ſibi a clero praeſtando 621
Nicaena fides ſervanda 146
Nicolaus II. papa Romanus.
Bulla ejus de privilegiis Dorcacaſtrenſis eccleſiae 315
Alia pro privilegiis eccleſ. Weſtmonaſt. 319, *ſeqq.*
Niddenſe concilium 67
Niger Rogerus, epiſc. Londinenſis.
Literae regis Henr. III. ad eum de Lewellino, et de concilio ejus cauſa convocando 629
Nonant Hugo, epiſc. Lichefeld. Conſtitutiones ejus 496, *ſeqq.*
Norfolc. Will. epiſcopus Norfolc. 368
Normanniae dux, Richardus 264
Northamptonia. v. *Concilium.*
Northumbrenſis ſynodus 55
Northumbrenſium preſbyterorum leges eccleſiaſt. 218, *ſeqq.*
Quando leges illae editae 222
Norwicenſis. v. *Suthfeld*, *Bateman*, *Walton*, *Alex.* IV.
Eccleſiae Norwicen. fundationis charta confirmatur 381
Synodus Norwicenſis 708
Novomercatenſe concilium 433
Nuptiae. v. *Matrimonium*, *Sponſus.*
Nuptiarum tempora prohibita 107
Affinitatis gradus a nuptiis prohibiti 109
Conſtitutio de nuptiis 216

O.

OBEDIENTIA canonica.
Variae diſceptationes de ea inter abbatem de Bello et epiſcop. Ciceſtren. 427
Oblationes fratrum peccatorum 4
De oblatione pro defunctis 5
Oblationes altarium dividendae 19

Canon Epaonenſis de oblationibus 104
In oblationibus an ad Deum Patrem, an ad Filium dirigendi mens *ibid.*
Ante euchariſtiam non extorquendae 617
Bulla Urbani IV. de diſponendis oblationibus ad pios uſus 759
Octavianus cardinalis, antipapa Alexandri III. papae 432
Rejicitur in concilio Novomercatenſi 433
Odo, archiep. Cantuar. Conſtitutiones ejus 212
Synodalis ejus epiſtola ad epiſcopos 214
Odo, Bajocenſis epiſc. Placitum inter eum et arch. Cantuar. 323
Offa, rex Merciorum. v. *Carolus M.*
Lichefeld. epiſcopatum in archiepiſcopatum deſignat 152
Decimam bonorum ſuorum eccleſiae concedit 154
Denarium annuum ſcholae Anglorum Romae confert 155, *ſeqq.*
Multas terras S. Albano donat 157
Eccleſiam Dorobernenſem ſpoliavit 163
Officialis. Quomodo hoſpitari debet cum ſubjectis epiſcoporum 505
Nihil exigat a clericis in beneficium conſtitutis 671
Officium. v. *Curia.*
Ordalium 203, 311
Ordinationes. v. *Epiſcopus*, *Clericus.*
Ordinandi examinentur 95, 651
Canon Africanus de ordinatione per epiſcopos 104
Canon Nicaenus de ordinatione *ibid.*
Canon Chalcedonenſis de eadem *ibid.*
Palam arrepti non ſunt ordinandi 106
Ordinatio preſbyteri, epiſcopi; tempus ordinationum 107, 147
Sacer ordo non violandus 308, 641, 642
Ne quis ordinetur ſine titulo 506
Quis et quomodo ordinandus 595, 689
De ordinandorum irregularitatibus 635
Orkenwaldus, Lichefeld. epiſcopus 182
Ormiſda, papa Romanus. Decretum ejus 478
Oſbernus, Exon. epiſcopus 325, 378
Oſcanlan Patricius, archiep. Armachan.
Celebrat concilium Pontanum in Hibernia 757
Oſlaveſhlen. concilium 171
Oſmundus, Sarum epiſcopus. Bulla Gregor. IX. de canonizatione ejus 561
Oſwaldeſlaw. Lex Edgari de ejiciendis clericis uxoratis, et introducendis monachis 239, *ſeq.*
Oſwich, abbas de Hortuna 364
Oſwius rex diverſo tempore ab Eanfleda regina celebrat Paſcha 38
Vitaliani papae epiſtola ad eum de Paſchate 40
Otho, papae legatus. Maxima ei dona offeruntur in Anglia 647
Rex Scotiae eum in Scotiam abire diſſuadet 648
Conſtitutiones ejus 649, *ſeqq.*
Otto, imperator. Epiſtola ejus regi Johan. de pace cum Stephano Langton 527
Oudoceus epiſcopus Landaven.
Synodi Landaven. ab eo convocatae 17, 18
A Mourico rege pro poenitentia obtinet 4. villas 17
Oxonia. Concilium Oxonienſe 438, 515, 585, 740
Colloquium Oxonii 511
Statuta et conſpirationes magnatum Angliae Oxonii factae, condemnantur a papa Urb. IV. 760

P.

PAGANUS. Ritus paganorum abjiciendi 150
Pallium. De uſu pallii in eccleſia Anglorum 14
archiepiſcopo London. conceſſum *ibid.*
Bonifacius V. Juſto, archiep. Cant. pallium mittit 31
Honorius I. papa Honorio, arch. Cant. et Paulino, arch. Ebor. pallia mittit 34
Ab archiep. Ebor. et epiſcopo London. expetitur 389
Papa Romanus. v. *Gregorius M. Bonifacius* V. *Honorius* I. *Johan.* IV. *Vitalianus*, *Adeodatus*, *Agatho*, *Formoſus*, *Sergius* I. *Sergius* III. *Johan.* XII. *Johan.* XV. *Nicol.* II. *Alex.* II. *Paſchal.* II. *Honor.* II. *Innoc.* II. *Lucius* II. *Eugen.* III. *Hadrian.* IV. *Alex.* III. *Coeleſt.* III. *Innoc.* III. *Honor.* III. *Gregor.* IX. *Innoc.* IV. *Alex.* IV. *Urb.* IV. *Clem.* IV. *Pelagius*, *Julius*, *Ormiſda*, *Callixt.* II. *Exactiones.*
Papae legati in Anglia 322
Octavianus card. antipapa Alexandri III. 432
Exactiones papales 679, *ſeqq.*
Parentes. v. *Pater.* Mutua officia parentum et liberorum 277
Parochia. Epiſcopi et cleri non fungantur officio in aliena parochia abſque licentia 43
Pax inter parochianos conſervetur 635
Quid parochiani invenire et cuſtodire debent in eccleſiis 678
Paſcha, *Paſchalis.* v. *Eanfleda*, *Oſwius*, *Hilda*, *Colmannus*, *Wilfridus*, *Cedda.*
De ſacrificio paſchali 5
Epiſtolae paparum de obſervatione Paſchae 36
Controverſia inter Anglos et Scotos de tempore celebrationis Paſchae 37—40
Ronan Scotus defenſor Paſchae 37
Finanus epiſcopus contra morem Scotorum Paſcha celebrari vult 37, 38
Paſcha quando Romae celebratur 39
Liber contra errorem Britonum in Paſchate celebrando 66
Tempus catholici Paſchatis 75—79
Dies paſchalis ſervandus 107
Paſchalis II. papa Romanus. v. *Literae.*
Reſponſum ejus regi Henrico II. ſuper inveſtituris 385
Pater. v. *Matrimonium*, *Filius.*
De voluntate virginis et patris in conjugio 6
Relicta patris non ducenda 111
Pater, epiſcopus Landavenſis 222
Patria. v. *Regnum.* Nemo extra patriam vendatur 295, 306
Patricius, Hibern. epiſcopus. Synodus ejus 2
Canones ejus 6
Patroni eccleſiae. De contentione inter patronos eccleſiae 586
Si patronus occidat rectorem eccleſiae 600
Paulinus, archiep. Ebor. 8
Pallium ei a papa mittitur 34
Paulus I. papa Romanus.
Epiſtola ejus ad Eadbertum Nordanhumbr. 144
Pauperes. Canon Aurelianenſis de pauperibus 104
Pax. v. *Unitas*, *Parochia.*
Peccata. v. *Poena.* Peccata exitialia fugienda 304
Peccatum in diebus et locis ſacris turpius 306
Crimina in quolibet decanatu denuncientur 637
Pecunia. v. *Capitulum*, *Monachus*, *Denarius*, *Romanus*, *Danegeldum.*
Pro lucernis, pro ſepulturis 302
Pecuniae a legato papae collectae 515
Pedreda. Concilium ibi 324
Pelagius, *Pelagianiſmus.* v. *David.*
Pelagianiſmus in Britanniam introductus ab Agricola I. 1
Refutatur per epiſcopos Galliae 1, 2
Synodus apud Brevi contra Pelagium 8
Pelagiana haereſis reviviſcit in Wallia *ibid.*
Pelagius, papa Romanus. Decretum ejus 478
Perjurium, *Perjurus.*

Lex

Lex de perjuris 204, 207, 215
Perjurium vitandum 273
Perjuri in cauſa matrimoniali ad epiſcop. mittendi 617, 624
Perthuſanum concilium 508, 514, 532, 584, 684, 741
Petriburgen. monaſterium 37
Bulla Alex. IV. abbati monaſt. S. Petri de Burgo de decima 721
Pharenſis ſynodus 37, *ſeqq.*
Pinendena. Placitum ibi inter arch. Cant. et Bajocen. epiſcopum 323
Podda, epiſcopus Herefordiae 94
Poena. Ubi peccatum, ibi poena 106
Poenitentia. v. *Princeps*, *Adulter.*
Pro homicidio, fornicatione, aruſpiciis, furto 3
Quomodo peragenda 4, 104, 151, 303, 307, 505, 576, 577, 585, 595, 614, 624, 644, *ſeqq.* 659, 688, 754
Gentilis poenitens baptizandus 6
Aegroto danda *ibid.*
Pro poenitentia 4. villas concedit rex Mouricus 17
Poenitentia Morcanti pro homicidio injuncta 17, 18
Quomodo, a quibus, et propter quae crimina peragenda; in poenitentiali Ecgberti 113, *ſeqq.*
Modus imponendi poenitentiam apud Saxones 231, *ſeqq.*
De poenitentia magnatum 238, 239
Poenitentia inceſtuoſo comiti, item regi Edgaro a Dunſtano injuncta 248, 249
Facienda ante Quadrageſimam 268
Conjugatis non injungenda 689
Qualis poenitentia excommunicatis infligenda 719
Poore Richard. epiſcopus Sarum. Conſtitutiones ejus 599, *ſeqq.*
Praebenda. Bulla Honorii III. quod defunctus gaudeat fructibus praebendae ſuae poſt mortem 597
Papa duas praebendas ſibi reſervari petit 620, *ſeq.*
Non tradatur ad firmam 651, 690
Literae dec. et cap. Ciceſtr. de praebendis decedentium canonicorum 696
Praelati. Charta regis Joh. de libera electione praelatorum confirmata a papa Innoc. III. 545, 711, 712
De eleemoſynariis praelatorum 585
Praelati adminiſtrationis rationem reddant 590
Non vendant corrodia 591
Regis Henr. III. literae de immunitate praelatorum 628, 629
Bulla Alex. IV. quod praelati dent in ſcriptis taxationem bonorum, et ſolvant decimam 721
Praeceptum Henric. III. contra nonreſidentiam praelatorum 761
Praeſentatio. v. *Patroni*, *Eccleſia.*
Idoneus praeſentandus ad beneficium 585, 600
Juramentum praeſentati ad beneficium 588
Nova penſio non praeſtanda praeſentanti 639
Preces. In precibus an ad Deum Patrem, an ad Filium dirigenda mens 104
Preces mane et veſperi faciendae 272
Formula orandi apud Saxones 275
Oratio dominica et ſymbolum apoſtol. omni chriſtiano addiſcend. 304
Bulla Innoc. IV. pro precibus pro tranſeuntibus ad terram S. 701
Preſbytera non ducenda 109
Preſbyteri. v. *Clericus*, *Sacerdos.*
Officium ſuum diligenter conſiderent 96, 213
Diligenter praedicent 96, 586
Symbolum et miſſarum verba addiſcant in vulgari 96
Uno modo miniſteria ſua peragant 96
Voce modeſta et ſimplici canant ſancta *ibid.*
Preſbyteri a quibus cuſtodiendi et expellendi 105
Preſbyteri ordinatio 107
Non mittantur per diverſa loca 112
Preſbyter homicida *ibid.*
Preſbyteri alterius parochiam non invadant 171
Controverſia de monachis et preſbyteris ſecularibus 263
Paſchalis II. papae epiſtola de preſbyterorum filiis 378
Diſpenſatio de promovendis preſbyterorum filiis ad ſacra officia 387
Preſbyteri non celebrent bis in die 505, 586, 671
In magnis eccleſiis plures ſint preſbyteri 588
Primas. Differentia inter metropolitanum et primatem ſtatuitur 370
Primitiae ſeminum 302
Conſtitutio de libera diſpoſitione primorum fructuum per curatos 708, 709
Princeps, v. *Rex.* Populus principi ſubjectus 6
Poenitentia blaſphemantis principem bonum *ibid.*
Officium principum 212
Procuratorum officium 654
Profeſſionis forma bis in anno legenda 585
Prohibitionem regis male impetrantes puniantur 750
Pſalmodiae utilitas in eccleſiis 99
Publicani. Concilium Oxon. contra eorum dogmata 439
Puerpera. Quando eccleſiam intrare, et ſacramenta percipere poteſt 21, 22
Quando maritus uxori poſt puerperium conjungi poteſt 22
Pugna. v. *Contentio*, *Vulnus.*
Poenae pugnarum in diverſis locis diverſae 59
De pugnis 193
De pugnis in templo et oppido 215
Putta, epiſcopus Roffenſis 42

Q.

QUADRAGESIMA. v. *Confeſſio*, *Poenitentia*, *Jejunium*
Quomodo obſervanda 279, 307
Quaeſtionarii ſemel in anno admittantur 612
Quirinus epiſcopus. Gregorii M. epiſtola ad eum 13

R.

RADINGA. v. *Concilium.*
Abbas monaſterii Rading. benedicitur ab epiſcopo Sarum 559
Radulphus, archiepiſc. Cantuar.
Literae ejus Henrico I. de Eadmero 394
Aliae Alexandro, regi Scotorum, de eodem 395, 396, 405
Epiſtola ejus Callixto II. de injuria ſibi et eccleſiae Cant. illata 396, *ſeqq.*
Raethuanus, Merciorum epiſcopus 169, 182
Rameſeienſe coenobium. Elfwinus abbas ejus 325
Rectores eccleſiae reſideant in eccleſiis. 617, 652, 673
Bona rectorum defunctorum defectus eccleſiae reparent 672, 675
Non ſuſpendantur 673
Officium rectorum eccleſiae 691
Quid rectores in eccleſiis invenire et cuſtodire debent 698
Regulares. Honeſta ſit converſatio eorum 592, 597, 660
Quid monachis regularibus obſervandum 692

Re-

Religioſi. Dona eorum diſtribuenda pro arbitrio epiſcopi 3
Religioſorum dona non invadat clericus *ibid.*
A converſis nihil extorqueant 591
Nemo religioſus aliquid proprium habeat 593
Non ſint guloſi *ibid.*
De reditu ad religionem 600
Neuter conjugum ad religionem tranſeat ſine conſenſu epiſcopi 639
Non accipiant maneria ad firmam 672
Sectentur hoſpitalitatem *ibid.*
Quomodo ſe in monaſteriis gerere debent 718
Reliquiae Sixti martyris 21
Indulgentia viſitantibus reliquias ſanguinis Chriſti conceſſa 696
Remigius, Dorcacenſis epiſcopus 325
Reſidentia. Conſtitutio eccleſiae Lincoln. de reſidentia 534, 539
Beneficium reſidentibus conferendum 587
Rectores reſideant in eccleſiis 617, 652, 716
Bulla Innoc. IV. clericis regis de non reſidendo 701
Praeceptum regis Henr. III. contra non reſidentiam praelatorum 761
Reus abſtractus ab eccleſia 5
Rex, Regnum. v. *Princeps, Patria, Anglia.*
Officium, honor, et ordinatio regum 148, 299, 312
Chriſtianus non vendatur extra regnum 306
Rex clericis et alienigenis patronus *ibid.*
De multimoda pace regis 312
Literae Alex. III. ne rex coronetur abſque praeſtito juramento 458
Aliae ejuſdem ne quis coronet regem praeter arch. Cantuar. 459
Richardus, archiep. Cant. Canones editi in concilio ſub eo 474
Richardus, Ciceſtrenſis epiſcopus. Canonizatio ejus 743
Roboria vitanda 295
Roffenſis. v. *Juſtus*, [illegible], [illegible], [illegible], *Ernoſtus*, *Siwardus*
Roffenſis epiſcopus excommunicare jubetur ſpoliantes eccleſ. Cant. 525
Archiepiſcopo Cant. conceditur jus patronatus epiſcopatus Roffenſis 546
Roma, Romani. v. *Papa*, [illegible], [illegible]
Urbs Romana ab hoſtibus occupata 9
Quando Paſcha Romae celebratur [illegible]
Scholae Anglorum Romae denarius annuus datur [illegible]
Romam tranſeuntes privilegia obtinent 297
De nummo Romano 302
Rome-ſcot. Prohibitio regia de eo colligendo [illegible]
Ronan Scotus. Defenſor Paſchae 37
Roſcomanenſis ſynodus in Hibernia 431
Rualodus, abbas monaſterii Winton. 325

S.

SABBATUM. v. *Dominicus dies.*
Saca quid 312
Sacerdos. v. *Clericus, Preſbyter.*
An poſt illuſionem per ſomnum S. myſteria celebrare poteſt 24
Canon Auguſtini Aurelian. epiſcopi de ſacerdotibus 101
Jus ſacerdotale 102
Sacerdotes non nubant 112
Sacerdotum excellentia 148, 265
Sacerdos domeſticus 209
Sacerdos reginae *ibid.*
Sacerdos ſolus non celebret S. ſynaxin 267
Foemina non habitet cum ſacerdote 268, [illegible]
Ebrietatem et convivia evitet [illegible]
Sacerdos non cogatur uxorem dimittere 367
Ordinandus uxorem non habeat 367, 653, 672
Concilium Londin. de prohibendis ſacerdotum connubiis et concubinis 411, 607
Forma pacis inter Johan. regem Angliae, et ſacerdotium [illegible]
Stipendia ſacerdotum 600, 653, 673, 692
Concubinae ſacerdotum non admittantur in eccleſiam [illegible]
Quinam ſacerdotes et quomodo in choro miniſtrare debent 608
Quae ſubditos ſuos docere debent 609
De ſacerdotibus alienae ordinationis 675
Sacramenta. Quando puerpera, [illegible] uxori permixtus ſacramenta percipere poteſt [illegible]
Nihil exigatur pro ſacramenti adminiſtrat. [illegible]
Septem ſacramenta [illegible]
Sacramenta non deneganda [illegible]
Diligenter miniſtrentur [illegible]
De uſu ſacramentorum conſtitutiones 641
Sacr[illegible] paſtorale [illegible]
Sacringa, Sacringum [illegible]
Saga. v. [illegible]
Sampſon, Dolenſis archiepiſc. ſucceſſorem habet Theliaum [illegible]
Sanctus. v. *Vaſa ſacra.*
Vitae ſanctae inſtituendae praecepta [illegible]
Sar[illegible]e concilium. Decreta ejus [illegible]
Sarum, Sariſberienſes epiſcopus. v. [illegible], [illegible] *ham, Poore, Bridport.*
Epiſcopus Sarum excommunicatur ab Alex. III. [illegible]
Abſolvitur a Bituricen. archiep. et Nivernen. epiſc. [illegible]
Hiſtoria et acta capituli eccleſiae Sarum 551, *ſeqq.*
Herbertus, Sarum epiſc. eccleſiam Sarum in alium locum transferre coepit 551
Honorius III. confirmat tranſlationem eccleſiae Sarum *ibid.*
Nummus ad erigendam fabricam Sarum eccleſiae colligitur 552
Decanus Sarum eligitur [illegible]
Eccleſia Sarum [illegible]
Canonici eccleſiae Sarum [illegible]
Controverſia de ſubſtituendo canonico Sarum [illegible]
Bulla Gregorii IX. de canonizando Oſmundo, Sarum epiſcopo 561
Literae decani et cap. Sarum de electione R. de Bingeham in epiſc. Sarum 567, 568
Feſta [illegible] in eccleſia Sarum [illegible]
Conſuetudines et ſtatuta eccleſiae Sariſb. 741, *ſeq.*
Saxones. Confeſſionis mos apud eos 229, 230, 275
Modus imponendi poenitentiam apud eos 231, [illegible]
Formula orandi apud eos [illegible]
Scholae. v. *Offa, Roma.*
In eccleſiis et per villas tenendae [illegible]
Scoanenſe concilium [illegible]
Scollandus, abbas coenobii S. Auguſtini [illegible]
Scotallae non ſunt exercendae [illegible]
Scotia, Scoti. v. *Concilium, Eadmer, Alexander, Carliolenſe, Perthum, Edinburgum.*
Epiſtola Honorii I. papae ad gentem Scotorum de Paſchate 36
Epiſtola Joh. IV. papae ad epiſcopos — Scotiae de eodem *ibid.*
Scoti non admittentur ad ſacra miniſtranda 170
Collis Credulitatis in Scotia 204
Epiſcopus Scotiae conſecratur ab arch. Ebor. 362
Eadmerus ad epiſcopatum in Scotia vocatur [illegible]

Controverſiae inter archiep. Ebor. et epiſcopos Scotiae 407, 409
Bulla Alex. III. epiſcopis Scotiae privilegia confirmans 461
De ſubjectione eccleſiae Scoticanae eccleſiae Anglicanae 479
Bullae de ſubjectione eccleſ. Scotic. Eboracenſi eccleſiae 480, *ſeq.*
Eccleſia Scoticana apoſtolicae ſedi ſubjicitur 495
Joh. cardinalis legatus in Scotia 509
Concilium provinciale Scoticanum 607, *ſeqq.*
Statuta generalia eccleſiae Scoticanae 608
Conſervator concilii Scotic. quis eligendus *ibid.*
Scriptura ſacra. Lectio ejus per monaſteria diligenda 95, 96
Seculares. Ante tonſuram probentur 98
De cauſis inter curiales et eccleſiaſticos 212
Senonenſis archiepiſcopus, Willielmus.
Epiſtolae ejus ad Alexand. III. de morte Th. Becket 467, 469, *ſeq.*
Sepulchrum. v. *Sepultura.*
Violator ſepulchri quomodo puniendus 106
Mortui qui in eccleſiis ſepeliendi 267
Sacerdotes nihil accipiant pro ſepultura 671
Sequeſtri violatio 717
Sergius I. papa Romanus.
Epiſtola ejus ad Ceolfridum, abbatem de Beda 63
Privilegium monaſterio Wirimuthenſi conceſſum ab eo 64
Sergius III. Epiſtola ejus ad epiſcopos Angliae 200
Quando fuit papa 201
Serlo, abbas Gloceſtrenſis 364
Servorum matrimonium 109
Severus, epiſcopus Galliae, in Britanniam redit contra Pelagium certaturus 2
Sexus. De ſeparatione ſexuum poſt gradum 5
Shireburnenſis epiſcopus, Herewaldus 94
——— Werſtanus 200
——— Hermannus 325
Sibbanus, oriental. Saxonum epiſcopus 169
Sicga, epiſcopus Selienſis 94
Sidemannus epiſcopus 263
Sigillo Robertus de, epiſcopus London.
Eugenii III. papae epiſtolae duae in favorem ejus 424
Sigillum officiorum auctenticum cuſtodiendum 655
Silceſtriae epiſcopatus in Wallia Mauganio datur 8
Simonia. Paſchalis II. epiſtola de ſimonia 380
Siricius, archiep. Cantuar. Concilium ſub eo 264
Siwaldus, abbas Croylandiae 176
Siwardus, epiſcopus Roffenſis 325
Sixtus martyr. Reliquiae ejus 21
Sodomita quomodo puniendus 105
Sodorenſia ſtatuta ſynodalia 664
Somnus. An poſt illuſionem per ſomnum quis corpus Domini accipere valeat 23
An poſt illuſionem — ſacerdos ſacra myſteria celebrare poteſt 24
Soror. An duo germani fratres ſingulas ſorores accipere poſſint 20
Sortilegia. v. *Incantator.*
Sponſus, *Sponſa*, *Sponſalia.*
Quomodo ſponſus et ſponſa benedicendi 106
Ritus ſponſalium 216
Spurius non ſuccedat in haereditatem 149
Spyny. Eccleſia S. Trinit. de Spyny cathedralis fit epiſcopatus Moravienſis 532, *ſeqq.*
Staningagrave monaſterium 144
Stavenby Alexander de, epiſcopus Coventr.
Conſtitutiones ejus 640
Stephanus, rex Angliae.
Charta ejus de libertatibus eccleſ. Anglic. 412
Charta haec ſpuria eſt 417
Concilium de incarceratione et liberatione regis Stephani 419
Conqueritur de injuriis ſibi a populo ſuo illatis 421
Stigandus, archiep. Cant. Interdicitur a papa Alex. II. 315
Degradatur 322
Stigandus fit Suthſaxonum epiſcopus 323
Strenaeſhalh 37
Stuprum. v. *Monialis*, *Inceſtus.* 193
Subſidium. v. *Henricus* III.
Rex Joh. ſubſidium a clero expetit, ſed non obtinet 515
Regi Henr. III. a clero conceditur 605, 606
Charta regis archiepiſcopo et epiſc. ne ſolutio ſubſidii iis cedat in praejudicium 634
Conventus abbatum Ciſtercien. ordinis ad ſubſidium regi dandum 683
Sulgen, abbas Docguinni 17
Suſceptor in baptiſmo. v. *Baptiſmus.*
Officium ejus 146
Suſpenſionis ſententia quomodo pronuncianda 589
Suthfeld Walter de, epiſcopus Norwicenſis.
Conſtitutio ejus ſynodalis 708, 731, *ſeqq.*
Swithulphus, epiſcopus London. 182
Swithunus, epiſc. Winton. *ibid.*
Sylveſter, abbas S. Auguſtini Cant.
Ad obedientiam ab arch. Cant. compellitur 427
Symbolum animae 302
Apoſtolicum addiſcendum omni chriſtiano 304
Synodus. v. *Concilium.*

T.

TATWINUS, archiep. Cantuar. Commendatio ejus 81
Taxatio. Bulla Alex. IV. de taxandis praelatis et epiſcopis 721
Tedwinus, abbas Eligenſis 364
Templum. v. *Eccleſia.*
Terra ſancta. v. *Beneficium.*
Ordinatio Henr. II. et Philippi regis Franc. de ſubſidio terrae S. 490
Bulla Innoc. IV. ad orand. pro tranſeuntibus ad terram S. 701
Teſtamentum. Laici non faciant teſtamentum ſine ſacerdote 583, 639
Clericorum obſervandum 596
Teſtamenta ſunt exequenda 610, 754
Teſtamentorum probationes 664, 674
De teſtamento conjugatae ſive ſolutae 754
Teſtis, *Teſtimonium.*
De teſtibus mendacibus 59
Quales teſtes in judiciis admittendi 110
Falſum teſtimonium quomodo puniendum 274
Teudur, rex Brechemaniae, excommunicatur 196
Donat terras eccleſiae Landaven. *ibid.*
Thainorum decimatio 295, 302
Theam quid 312
Theliaus fit epiſcopus Landaviae 7
Succedit Sampſoni, Dolenſi archiep. *ibid.*
Theobaldus fit archiep. Cant. in concilio Weſtm. 414
Controverſia inter eum et monachos Cantuar. eccleſiae 422
Conſtitutio ejus de fugitivis et ejectis de monaſterio 423
Theodebertus, rex Francorum 10
Theodora Auguſta damnatur a Virgilio papa 9
Theodoricus, rex Francorum 10
Theodorus, archiep. Cantuar.
Vitaliani papae epiſtola ad eum de primatu eccl. Cant. 41
De vita et ſcriptis ejus 42
Tres epiſcopatus in Ebor. dioec. conſtituit 44
Supplantat Wilfridum, Ebor. archiep. 44, 45
Reſtituit eum 64, *ſeqq.*

The-

I N D E X.

[illegible]ſauri in terra abſconditi et inventi 312
De officio theſaurarii 534
Thol quid 312
Thoroldus, abbas de Burgo 325
Thurſtanus, abbas coenobii Elien. *ibid.*
Thurſtanus, archiep. Ebor. Bulla ei de privilegiis eccleſ. Ebor. 407
Conſtitutio ejus de debitis clericorum defunctorum 412
Tidfrithus, orientalium Saxonum epiſcopus 169
Toletanum XI. concilium. Decreta ejus 363
Tonſura Romana 78, *ſeq.*
Eccleſiaſtica. S. Petri 111
Totta, epiſcopus Legeceſtriae 94
Tributum Danis ſolutum 264
Trinitas S. Doctrina de ea 53
Tuamenſis archiepiſcopus. v. *Elphinenſis.*
Turgodus, epiſcopus S. Andreae.
Alexandri, Scotorum regis, epiſtola de morte ejus 393
Twifordenſis ſynodus 55

V.

VADIMONII violatio 101
Vaſa ſacra non profananda 269, 270
Veneficium. v. *Incantator.*
Lex de veneficiis 206, 215
[illegible] ſynodus 1, [illegible], 157
Vicarius, *Vicaria.* Quibus vicariae conferendae [illegible], [illegible], 717
Vicarii conſtituendi 600, 699
Sufficientem habeat ſuſtentationem 609
Vicarii ſint reſidentes 673
Non ſuſpendantur *ibid.*
Quid vicarii in eccleſiis invenire et cuſtodire debent 698
Victoria in Wallia. Synodus ibi 8
Viduae verae 4
Portiones earum 5
Non violandae 308
[illegible] eccleſiae 4
Vinfridus, epiſcopus Merciorum 42
Virgo Deo conſecrata non nubat 3
Monachus non ſit in eodem hoſpitio cum virgine *ibid.*
De voluntate virginis et patris in conjugio 6
Qua aetate virgines conſecrandae 106
Virginem ſeducens 108
Virgilius papa, Theodoram Auguſtam, et Acephalos damnat 9
Viſitatio eccleſiae, et ornamentorum ejus 589
Infirmi viſitandi 617
Inquiſitiones per archidiaconatus Lincoln. faciendae 627, *ſeq.*
Vitalianus papa. Epiſtola ejus ad Oſwium regem 40
Alia Theodoro, archiep. Cant. 41
Vivianus cardinalis celebrat concilium Edinburgenſe [illegible]
[illegible] 154
Unctio extrema quomodo peragenda 583, 595, [illegible], 659, 669, [illegible]
Unitas. v. *Rex*, *Eccleſia.*
Subditorum colenda 4, 95, 169, [illegible]
De pace eccleſiaſtica 192, 213
De violatione pacis 194
Pax inter partes non impedienda 589
Votum. De primis et ſecundis votis 6
Monachi votum tenendum 105
Vota fideliter reddenda 150
Urbanus, papa Rom. Decretum ejus 477
Urbanus IV. papa Romanus.
Bulla ejus de canonizatione Rich. Ciceſtren. epiſcopi 743
Bulla ejus de diſponendis oblation[illegible] [illegible]
Alia de ſtatutis per archiep. Cant. inconſulto rege editis *ibid.*
Alia condemnans omnia ſtatuta et conſpirationes magnatum Angliae Oxon. facta 760
Uſurarii. Edwardi Confeſſ. lex de iis 312
Vulnus. v. *Pugna.*
De membro corporis truncato 204
Uxor. v. *Matrimonium*, *Puerpera*, *Maritus.*
Non repudianda [illegible]
An mulier praegnans baptizari poſſit [illegible]
Mulier non doceat [illegible]
Mulier a captivitate redux mariti eſt [illegible]
Uxor fratris non ducenda *ibid.*
De repudio uxoris 195
Foeminae ad altare non accedant in celebratione 267
Foemina non hal[illegible] cum ſacerdote [illegible]
Maritus non faciat votum ſine conſenſu mulieris [illegible]

W.

WALCELINUS, Winton. epiſcopus [illegible]
Waldenſes. Concilium Oxon. contra eorum dogmata [illegible]
Wallia. v. *Cambria*, *Concilium*, *Menevenſis*, *Epiſcopus*, *P[illegible]*, *B[illegible]*, *L[illegible]*, *[illegible]municatio.*
Davidis fanum in Wallia 8
Unde nomen habet 74
Septem epiſcopatus in Demetia in Wallia 211
Epiſcopi Walliae ab Innoc. III. monentur ad obedientiam Stephano, arch. Cant. praeſtandam [illegible]
Sententia interdicti promulgari jubetur in nonnullas eccleſias Walliae 524
Walterus, Hereforden. epiſcopus 325
Walton Simon de, epiſc. Norwicenſis.
Statuta ejus ſynodalia 731, *ſeqq.*
Warawaſt Will. de, epiſcopus Exon. 413
[illegible], abbas [illegible] [illegible]
[illegible] epiſcopus.
Anſelmus, arch. Cant. rogatur ut erigat Waterford. oppidum in epiſcopatum 374
Wellenſis epiſcopus. v. *Bathon.* *Athelelmus*, *Giſo.*
Jocelini Well. ſtatutum pro reaedificanda eccleſ. S. Andreae Well. [illegible]
Werſtanus, epiſcopus Shirebournenſis 200
[illegible] v. *[illegible]*, *[illegible]*
Conventus Weſtmonaſter. 316, 759
Charta Edw. Confeſſoris eccleſiae Weſtmon. con[illegible] [illegible], [illegible]
Epiſcopo Winton. facultas datur audiendi querimonias monachor. Weſtmon. [illegible]
Arch. Cant. decretum de exemptione monaſter. Weſtmon. et eccleſ. paroch. S. Margaret. a juriſdict. London. 598, 599
Wexfordenſis ſynodus 681
Wich. Richardus de la, Ciceſtren. epiſcopus.
Statuta ejus ſynodalia 688, *ſeqq.*
Wigbertus, occidental. Saxonum epiſc. 169
Wigornenſis. v. *Milredus*, *Wulſtanus*, *Cantilupo.*
Synodus 24, [illegible], [illegible]
Conſtitutio de paſtu reddendo epiſcopo Wigorn. 168
Privilegium S. Elenae et Wulſtani Wigorn. conceſſum [illegible]
Abbas Winchelc. ordinatur ab epiſc. Wigorn. 413
Feſta celebranda in eccl. Wigorn. 677, *ſeq.*
Wigthegn, occidental. Saxonum epiſcopus 169
Wilfridus, Nordanhumbr. epiſcopus 42

Diſputat

I N D E X.

Diſputat de Paſchate in ſynodo Pharenſi 38, 39
Ob injuriam ab arch. Cant. ei illatam, Romam appellat 44, *ſeq.*
A Theodoro, arch. Cant. ſupplantatur 45, *ſeqq.*
Archiepiſcopatus Ebor. ei decernitur reſtituendus 47, 48, 55
Willielmus, London. epiſcopus 325
Winchelcumba. Synodus Merciana apud Winchelcumbam 169
Galanus abbas 364
Abbas Winchelcumbiae ab epiſcopo Wigorn. ordinatur 413
Windeſorenſe concilium 324, 381, 483
Wintonia. v. *Swithunus*, *Humfredus*, *Frideſtanus*, *Aelfheah*, *Walcelinus.*
Concilium ibi 183, 261, 297, 322, 323, 367, 419, 420, 422
Charta Edgari regis de monachis Wintonienſis coenobii 244
Rualodus, abbas coenobii Wintoniae 325
Epiſcopus Winton. audit querimonias monachor. Weſtmon. 418
Henr. Winton. epiſcopus, legatus papae, frater regis Stephani 420
Wirimuthenſe monaſterium. Privilegium ei conceſſum 64
Withredus rex. Privilegium eccleſiis ſuae ditionis conceſſum 63
Witlafius, rex Merciorum 176
Wlnodus, abbas coenobii Certeſeienſis 325
Wodeſtock. Concilium ibi 482
Wudiandun coenobium de, in agro Wigorn. 86
Wulfheard, Herefordenſis epiſc. 169
Wulfredus, archiep. Cantuar.
Concilium ſub eo 171
Cenedritha reconciliatur ei 172, *ſeqq.*
Wulfſinus epiſcopus. Aelfrici canones ad eum 250, *ſeqq.*
Wulfſtanus, London. epiſcopus 283, 285
Wulſtanus, Wigorn. epiſcopus 322, 325
Controverſia inter eum et Thomam, arch. Ebor. 324
Mittitur ad conſecrand. epiſcopum Scotiae 362
Deponitur, ſed reſtituitur tamen 367
Epiſtola ejus de juriſdictione eccleſ. Cant. 373

X.

XENODOCHIUM fundare licet in parochia 583

LONDINI, imprimebat GUILIELMUS BOWYER.